D. AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

TOMVS IIII. OPERVM

COMPLECTENS RELIQVA

ΤΩΝ ΔΙΔΑΚΤΙΚΩΝ:

PER THEOLOGOS LOVANIENSES ab innumeris mendis repurgatus.

Cum Appendice eiusdem Tomi.



PARISIIS.

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

D. AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

TOMVS IIII. OPERVM

COMPLECTENS RELIQVA

ΤΩΝ ΔΙΔΑΚΤΙΚΩΝ:

PER THEOLOGOS LOVANIENSES ab innumeris mendis repurgatus.

Cum Appendice eiusdem Tomi.



PARISIIS.

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

CATALOGVS EORVM QVAE HOC TOMO CONTINENTVR.

De mendacio ad Consentium, Liber vnus.	Pag. 3.
Contra Mendacium ad eundem, Liber vnus.	14.
De fide & operibus, Lib. vnus.	25.
Quæstionum Libri VII.	36.
Quæstionum Euangelicarum Lib. II.	142.
Quæstionum Euang. secundum Matthæum, Lib. I.	156.
De consensu Euangelistarum, Lib. IIII.	160.
Octoginta trium quæstionum, Lib. I.	229
De diuersis quæstionibus ad Simplicianum, Lib. II.	264.
De octo Dulcitij quæstionibus, Lib. I.	280.
De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, Lib. I.	288.
De catechizandis Rudibus, Lib. I.	295.
De Continentia, Lib. I.	308.
De Patientia, Lib. I.	316.
De bono Viduitatis, Lib. I.	321.
De sermone Domini in monte, Lib. II.	329.
Expositionis Epistolæ Pauli ad Roman. inchoatæ, Lib. I.	360.
Expositionis quarundam Propositionum ex Epist. ad Rom. Lib. I.	367.
Expositionis Epistolæ Pauli ad Galatas, Lib. I.	376.
Annotationum in Job, Lib. I.	393.

CATALOGVS APPENDICIS.

Vigintiunius Sententiarum, Lib. I.	417.
Quæstionum LXV. Dialogus.	420.
Quæstionum Veteris & Noui Testamenti, Lib. I.	426.
De incarnatione verbi, Lib. II.	492.
De Trinitate, & vnitate Dei, Lib. I.	497.
De essentia Diuinitatis, Lib. I.	504.
De Fide rerum inuisibilium, Lib. I.	507.
De substantia Dilectionis, Lib. I.	510.
De vera & falsa Pœnitentia, Lib. I.	511.
De Salutaribus documentis, Lib. I.	518.
De Amicitia, Lib. I.	528.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE MENDACIO AD CONSENTIVM, LIBER VNVS.

D. Augustinus libro I. Retractat. cap. vltimo.

CAPVT XXVII. De mendacio.

ITEM De mẽdacio ſcripſi librũ, qui etſi cũ aliquo labore intelligitur, habet tamẽ nõ inutilẽ ingenij & mẽtis exercitationem, magiſq; moribus ad veriloquiũ diligẽdũ proficit. Hũc quoque auferre ſtatuerã de opuſculis meis, quia & obſcurus & anfractuoſus, & omnino moleſt⁹ mihi videbatur, propter q̃ eũ nec ediderã. Deinde cũ poſtea ſcripſiſſem alterũ, cui ius titulus eſt, Contra mendacium, multo magis iſtũ nõ eſſe decreueram & iuſſerã, ſed nõ eſt factũ. Itaque in iſta retractatione opuſculorum meorum, cũ eũ incolumem reperiſſem, etiam ipſum ratractatum manere præcepi: maximè quia in eo nõnulla ſunt neceſſaria, quæ in illo altero nõ ſunt. Propterea verò illius inſcriptio eſt, Contra mendacium: iſtius autem, De mendacio: quoniam per illũ totũ oppugnatio eſt aperta mendacij, iſtius autem magna pars in inquiſitionis diſputatione verſatur. Ad eũdem tamen finẽ vterque dirigitur. Hic liber ſic incipit:

CAP. I. Materiæ pertractandæ difficultas oſtenditur.

MAGNA quæſtio eſt de mẽdacio, quæ nos in ipſis quotidianis actibus noſtris ſepe cõturbat: Ne aut temerè accuſemus mẽdaciũ, q̃ non eſt mẽdaciũ, aut arbitremur aliquãdo eſſe mẽtiendũ, honeſto quodã & officioſo ad miſericordiã mẽdacio. Quã quæſtionẽ tã ſollicitè tractabim⁹, vt quæram⁹ cũ quærẽtib⁹. Vtrũ autẽ aliq̃d inueniam⁹, nihil nobis temerè affirmãtibus, lectori bene attendẽti ſatis indicabit ipſa tractatio: latebroſa eſt enĩ nimis & quibuſdã quaſi cauernoſis anfractib⁹ ſepe intentionẽ quærẽtis eludit: vt modò velut elabatur è manibus⁹ q̃ inuẽtũ erat, modò rurſus appareat, & rurſus abſorbeatur. Ad extremũ tamẽ ſentẽtiã noſtrã velut certior indago cõprehẽdet. In qua ſi vllus error eſt, cũ ab omni errore veritas liberet, atq; in omni errore falſitas implicet, nũq̃ errari tuti⁹ exiſtimo, quã cũ in amore nimio veritatis & reiectione nimia falſitatis erratur. Qui enĩ ſeuerè reprehẽdunt, hoc nimiũ dicũt eſſe. Ipſa aũt veritas fortaſſe adhuc dicat nõdum eſt ſatis. Sanè quiſquis legis, nihil reprehẽdas, niſi cũ totũ perlegeris, atq; ita fortè minus reprehẽdes. Eloquiũ noli quærere. Multũ enĩ de rebus laborauimus, & de celeritate abſoluẽdi tã neceſſari ij quotidianę vitæ operis. Vnde hacten⁹ ac propè nulla fuit nobis cura verborũ. Excepti igitur iocis, quæ nũ quã ſunt putata mẽdacia: (habẽt enĩ euidẽtiſſimã ex pronũciatione atq; ipſo iocãtis affectu ſignificationẽ animi nequaquã fallẽtis, etſi nõ vera enũciãtis: quo genere vtrũ ſit vtẽdũ p̃fectis animis, alia quæſtio eſt, quã modò enodãdã nõ ſuſcepimus:) exceptis ergo iocis, prius agẽdũ eſt, ne mẽtiri exiſtimetur q̃ nõ mẽtitur. Quapropter vidẽdũ eſt, quid ſit mẽdaciũ. Nõ enĩ omnis qui falſũ dicit mẽtitur, ſi credit aut opinatur verũ eſſe q̃ dicit. Inter credere autẽ atq; opinari hoc diſtat: quòd aliquãdo ille qui credit ſentit ſe ignorare q̃ credit, quãuis de re quã ſe ignorare nouit, omnino nõ dubitet, ſi eã firmiſſimè credit, qui opinatur autem, putat ſe ſcire quod neſcit. Quiſquis autẽ hoc enũciat quod vel creditũ aĩo, vel opinatũ tenet, etiãſi falſũ ſit, nõ mẽtitur. Hoc enĩ debet enũciationi ſuę fidei, vt illud per eã p̃ferat, quod animo tenet, & ſic habet, vt p̃fert. Nec ideo tamẽ in nullo vitio eſt, quãuis nõ mẽtiatur, ſi aut non credenda credit, aut quod ignorat, noſſe ſe putat, etiãſi verum ſit. Incognitum enim habet pro cognito. Quapropter ille mẽtitur qui aliud habet in animo, & aliud verbis vel quibuſlibet ſignificationib⁹ enũciat. Vnde etiã duplex cor dicitur eſſe mẽtiẽtis, id eſt, duplex cogitatio: vna rei eius quã verã eſſe vel ſcit vel putat, & non profert: altera eius rei quã pro iſta profert ſciens falſã eſſe vel putãs. Ex quo fit vt poſſit falſũ dicere nõ mẽtiẽs, ſi putat ita eſſe vt dicit, quãuis nõ ita ſit, & vt poſſit verũ dicere mẽtiẽs, ſi putat falſũ eſſe & pro vero enũciat, quãuis reuera ita ſit vt enũciat: ex animi enĩ ſui ſẽtẽtia, nõ ex verũ ipſarũ veritate vel falſitate mentiẽs aut non mẽtiens iudicãd⁹ eſt. Poteſt itaq; ille qui falſũ pro vero enũciat, quod tamẽ verũ eſſe opinatur, errãs dici & temerarius: mẽtiẽs autẽ non rectè dicitur, quia cor duplex cũ enũciat nõ habet, nec fallere cupit, ſed fallitur. Culpa verò mẽtiẽtis eſt, in enũciãdo aĩo ſuo fallẽdi cupiditas: ſiue fallatcũ credit falſũ enũciãtis: ſiue nõ fallat vel cũ ei nõ creditur, vel eũ verũ enũciat, volũtate fallẽdi, quod nõ putat verũ. Quod cũ ei creditur, non vtiq; fallit, quãuis fallere voluerit: niſi eatenus fallit, quatenus putatur ita etiã noſſe vel putare vt enũciat: quãquã ſubtiliſſimè quæratur, vtrũ cũ abeſt volũtas fallẽdi, abſit omnino mẽdaciũ. Quid enĩ ſi quiſq; falſũ loquens quod falſum eſſe exiſtimat, ideo tamẽ facit, quia putat ſibi nõ credi, vt eo modo falſa fide abſterreat eũ cui loquitur, quem ſentit ſibi nolle credere? Hic enim ſtudio nõ fallendi mentitur, ſi mendaciũ eſt enũciare aliquid aliter quã ſcis eſſe vel putas. Si autẽ mendaciũ nõ eſt niſi cũ aliquid enũciatur volũtate fallendi, nõ mentitur iſte, qui propterea falſũ loquitur, quãuis nouerit vel putet falſũ eſſe quod loquitur, vt ille cui loquitur nõ ei credẽdo nõ fallatur, quia eũ ſibi nõ crediturũ vel nouit vel putat. Vnde ſi appareat fieri poſſe vt aliquis propterea falſum dicat ne fallatur ille cui dicitur, exiſtit aliud ecõtrario genus, propterea verũ dicentis vt fallat. Qui enĩ verũ ideo loquitur, quia ſẽtit ſibi nõ credi, ideo vtiq; verũ dicit vt fallat: ſcit enĩ vel exiſtimat propterea falſũ putari poſſe quod dicitur, quoniã ab ipſo dicitur. Quãobrẽ cũ ideo verũ dicit vt falſũ putetur, ideo verũ dicit vt fallat. Quærendũ ergo eſt, quis potiⁿ mentiatur: vtrũ ille qui falſũ dicit ne fallat, an ille qui verũ dicit vt fallat: cũ & ille ſciat vel putet ſe falſũ dicere, & iſte ſciat vel putet verũ ſe dicere. Iã enim dixim⁹ eũ qui neſcit falſum eſſe quod enunciat, nõ mentiri, ſi hoc putat verũ: eumq; potius mentiri, qui etiã verum enunciat, cũ falſum putat: quia ex animi ſui ſententia iudicãdi ſunt. De illis itaq; nõ parua quæſtio eſt, quos propoſuimus. Vnũ qui ſcit aut putat ſe falſũ dicere, & & ideo dicit, ne fallat. Velut ſi aliquã viã nouerit obſideri à latronibus, & timẽs ne per illã pergat homo cuius ſaluti proſpicit, & eũ ſcit ſibi nõ credere, dicat eam viã nõ habere latrones: ad hoc vt illac nõ eat, dũ ideo credit latrones ibi eſſe, quia ille dixit non ibi eſſe, cui non credere ſtatuit, mendacẽ putãs. Alterũ autem qui ſciẽs, aut putãs verũ eſſe quod dicit, ad hoc tamẽ dicit vt fallat, tanquã ſi homini nõ ſibi credenti dicat, latrones in illa via eſſe, vbi reuera eos eſſe cognouit, vt ille cui dicit per illã viã magis pergat, atque ita in latrones incidat, dũ putat falſum eſſe quod ille dixerit. Quis ergo iſtorũ mentitur: ille qui eligit falſũ dicere ne fallat, an ille qui eligit verũ dicere vt fallat? Ille qui falſum dicẽdo egit vt verũ ſequeretur cui dixit: an iſte qui verũ dicendo egit vt falſum ſequeretur cui dixit? An forte ambo mentiti ſunt, ille quia voluit falſum dicere: iſte quia voluit fallere? An potius neuter eorum menti-

CAPVT III. Quid ſit mẽdacium, & quid ſit inter credere & opinari.

CAPVT IIII. Quis mentiri dicatur.

CAP. II. Quòd ioci non ſint mẽdacia.

tus est: ille quia voluntatem habuit non fallendi, & ille quia voluntatem habuit verũ dicendi? Nõ enim nũc agitur quis eorũ peccauerit, sed quis mentitus sit. Citò enim videtur ille peccasse qui verũ dicẽdo egit vt homo inciderit in latrones: ille autẽ nõ peccasse, sed etiã bene fecisse, qui falsum dicendo egit vt homo pernicie deuitaret. Sed possunt exempla ista conuerti, vt & ille aliquid grauius eũ pati velit quẽ falli non vult. Multi enim quædam vera cognoscendo sibi intulerunt perniciem, si talia fuerũt vt eos latere debuerint: & iste aliquid cõmodi velit adipisci eũ quem vult falli. Nõnulli enim qui sibi mortẽ intulissent si aliquid mali quod verè contigerat de charis suis cognouissent, falsum putando sibi pepercerunt, atq; ita falli eis profuit, sicut aliis obfuit vera cognoscere. Non ergo id agitur, quo animo consulendi aut nocendi, vel ille falsum dixit ne falleret, vel iste verũ dixit vt falleret: sed exceptis cõmodis aut incõmodis eorũ quibus locuti sunt, quantũ ad ipsam veritatem falsitatemq; attinet, quæritur quis eorum, an vterque neutérue mentitus sit. Si enim mendacium est enunciatio cũ voluntate falsum enunciandi, ille potius mentitus est qui falsum dicere voluit, & dixit quod voluit, quamuis ne falleret dixerit. Si autem mendacium est quælibet enunciatio cũ voluntate fallẽdi, non ille sed iste mẽtitus est, qui etiã verum dicendo fallere voluit. Quod si mendacium est enũciatio cum voluntate alicui⁹ falsitatis, ambo mentiti sunt: quia & ille suam enunciationem falsam esse voluit, & iste de vera sua falsum credi voluit. Porrò si mẽdacium est enunciatio falsum enũciare volẽtis vt fallat, neuter mẽtitus est: quia & ille habuit voluntatẽ falsum dicẽdo, verum persuadere: & iste vt falsum persuaderet, verum dicere. Aberit igitur omnis temeritas atque omne mẽdacium, cùm & id quod verum credendúmue cognouimus, cũ opus est enunciamus, & id volumus persuadere quod enũciam⁹. Si autẽ vel quod falsum est verũ putantes, vel quod incognitum est nobis pro cognito habentes, vel quod credendum non est credentes, vel cum id non opus est enunciantes, tamen non aliud quàm id quod enunciamus persuadere conamur: non abest quidem temeritas & error, sed tamen abest omne mendacium. Nulla enim definitionum illatum timenda est, cùm bene sibi conscius est animus, hoc se enunciare quod verum esse aut nouit aut opinatur aut credit, neque velle aliquid nisi quod enunciat persuadere. Sed vtrum sit vtile aliquando mendacium, multo maior magisque necessaria quæstio est. Vtrum ergo mentiatur quisquis fallendi non habet voluntatem: vel etiam id agit ne fallatur cui aliquid enunciat, quamuis enunciationem ipsam falsam habere voluerit: quia ideo voluit vt verum persuaderet: & vtrum mentiatur quisquis etiã verum volens enunciat causa fallẽdi, dubitari potest. Nemo autẽ dubitat mẽtiri eũ qui volẽs falsum enunciat causa fallendi. Quapropter enunciationẽ falsã cũ voluntate ad fallendũ prolatam, manifestũ est esse mendacium. Sed vtrũ hoc solum sit mendacium, alia quæstio est. INTERIM de hoc genere in quod omnes cõsentiunt, inquiramus: vtrũ aliquãdo sit vtile falsum aliquid enunciare cum voluntate fallendi. Nã qui hoc sentiũt, adhibent testimonia sententiæ suæ, cõmemorantes Saram cum risisset, angelũ negasse quod riserit. Iacob à patre intertogatum, respondisse, quod ipse esset Esau maior filius eius. Ægyptias quoque obstetrices ne infantes Hebræi nascentes interficerentur, etiam Deo approbante & remunerante mentitas. Et multa eiusmodi exempla eligentes, eorum hominum mendacia commemorant, quos culpare non audeas: atque ita fatearis aliquando esse

(P. V. mentiri nũquãdo sit aut licit.

Gen. 18. b. & 27. c.

Exodi 1. d.

posse non solum reprehensione nõ dignum, sed etiam dignũ laude mendaciũ. Addũt etiã, quo non solos premant diuinis libris deditos, sed etiam omnes homines sensumq; communem, dicentes: Si quis ad te cõfugiat qui mendacio tuo possit à morte liberari, nõ es mentiturus? Si aliquid ægrotus interroget quod ei scire non expedit, qui etiã possit te nõ respondente grauius affligi: audebis ne aut verũ dicere in perniciẽ hominis, aut silere potius quàm honesto & misericordi mendacio valetudini eius opitulari? His atque talibus copiosissimè se arbitrantur vrgere, vt si consulendi causa exigit, aliquando mentiamur. Contrà illi quibus placet nunquã sic mentiendũ, multo fortius agunt, vtẽtes primo autoritate diuina, quoniam in ipso decalogo scriptum est, Falsum testimonium ne dicas, quo genere completur omne mendaciũ. Quisquis enim aliquid enunciat testimonium perhibet animo suo. Sed ne quis cõtendat non omne mendacium falsum testimoniũ esse appellandum: quid dicturus est ad id quod scriptũ, Os quod mentitur occidit animã? Quod ne quis arbitretur exceptis aliquibus mentientibus posse intelligi, alio loco legat, Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. Vnde oré suo ipse DOMINUS sic inquit, Sit in ore vestro est, est: non, non: quod autem amplius est, à malo est. Hinc & Apostolus cũ exuẽdum veterem hominẽ præciperet, quo nomine omnia peccata intelliguntur, cõsequenter ait, in primis ponens, Quapropter deponẽtes mendacium, loquimini veritatem. Nec illis quæ de veteribus libris mendaciorũ exempla prolata sunt, terreri se dicunt: vbi quicquid gestum est, figuratè accipi potest quanuis reuera contigerit. Quicquid autem figuratè fit aut dicitur, nõ est mendacium. Omnis enim enunciatio, ad id quod enunciat, referenda est. Omne autẽ figuratè aut factũ aut dictũ, hoc enunciat quod significat eis quibus intelligendũ prolatum est. Vnde credẽdum est illos homines qui propheticis temporibus digni authoritate fuisse commemorantur, omnia quæ scripta sunt de illis, propheticè gessisse atque dixisse: nec minus propheticè eis accidisse, quæcunque sic acciderũt, vt eodẽ prophetico spiritu memoriæ literisq; mãdanda iudicarentur. De obstetricibus autem, quia non eas possunt dicere prophetico spiritu significãdi futuri veri gratia, aliud pro alio renunciasse Pharaoni, etiã si aliquid ipsis nesciẽtibus quod per ea actũ esset significauit, pro gradu suo dicunt approbatas & remuneratas à Deo. Qui enim nocendi causa mẽtiri solet, si iã cõsulẽdi [vel proficiẽdi] causa mẽtiatur, multũ proficit. Sed aliud est quod per seipsũ laudabile proponitur: aliud q; in deterioris cõparatione præponitur. Aliter enim gratulamur cũ sanus est homo: aliter cùm meli⁹ habet ægrotus. Nã in Scripturis ipsis iustificata etiã Sodoma dicitur in cõparatione scelerum populi Israël. Et ad hanc regulã dirigunt omnia mendacia quæ proferũtur de veteribus libris: nec reprehensa inueniuntur, vel reprehendi non possunt: vt aut indole proficientium & spe approbentur, aut significationis alicuius causa non sint omnino mendacia. Et ideo de libris noui Testamenti, exceptis figuratis significationibus Domini, si vitam morésque sanctorum & facta ac dicta consideres nihil tale proferri potest quod ad imitationem prouocet mentiendi. Simulatio namque Petri & Barnabæ non solum commemoratą, verumetiam reprehensa atque correcta est. Non enim vt nonnulli putant, ex eadem simulatione etiam Paulus apostolus aut Thimotheum circuncidit aut ipse quædam ritu Iudaïco sacramenta celebrauit, sed ex illa libertate sententiæ suæ qua prædicauit nec gentibus prodesse circuncisionem, nec Iudæis obesse.

Exodi 20. b. 16.

Sap. 1. c. 11.

Psal. 5. a. 7.

Mat. 5. c. 37.

Ephes. 4. c. 25.

Gal. 2. c. 12.

Act. 16. a. 3.

Vnde

Vnde nec illos astringendos ad cõsuetudinẽ Iudęorũ, nec illos à paterna deterrendos censuit. Vnde illa verba eius sunt: Circũcisus quis vocatus est, non adducat præputiũ: in præputio quis vocat⁹ est, nõ circũcidatur. Circuncisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorũ Dei. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Quomodo enim potest adduci præputiũ quod præcisum est? Sed nõ adducat dixit nõ ita viuat, quasi præputiũ adduxerit: id est, quasi in eã partẽ quã nudauit, rursus tegmẽ carnis attraxerit, & quasi Iudæus esse destiterit, sicut alibi dicit: Circũcisio tua præputiũ facta est. Et hoc nõ tanquã cogẽs dixit apostol⁹, aut illos manere in præputio, aut Iudęos in cõsuetudine patrũ suorũ, sed vt natri in alterũ cogerẽtur. Potestatẽ autẽ haberet quisque manendi in sua consuetudine, non necessitatem. Neque enim si vellet Iudæus, vbi nullũ perturbaret, recedere à Iudaïcis obseruationibus, prohiberetur ab Apostolo: quandoquidẽ consiliũ in eis permanendi ad hoc dedit, ne superfluis perturbati Iudæi, ad ea quæ saluti essent necessaria nõ venirẽt. Neq; ab illo prohiberetur si vellet quisq; gentiliũ ideo circuncidi, vt hoc ipsum ostenderet, nõ se detestari quasi noxiũ, sed indifferẽter habere tãquã signaculũ, cuius vtilitas iã tempore præterisset. Non enim si salus ex eo iã nulla esset, etiã exitiũ inde metuẽdũ fuit. Ideoq; & Timotheus cũ in præputio vocatus esset, tamẽ quia de Iudæa matre ortus erat, & ostẽdere cognatis suis debebat ad eos lucrifaciendos, nõ hoc se didicisse in disciplina Christiana, vt illa sacramẽta quæ legis veteris essent abominaretur, circuncisus est ab Apostolo: vt hoc modo demõstraret Iudæis, nõ ideo gẽtes nõ ea suscipere, quia mala sunt, perniciosè à patribus obseruata, sed quia iã saluti nõ necessaria post aduentũ tanti sacramenti, quod per tã lõga tempora tota vetus illa scriptura propheticis figurationibus parturiuit. Nã & Titũ circũcideret cũ hoc vrgerẽt Iudæi, nisi subintroducti falsi fratres ideo fieri vellent, vt haberẽt quod de ipso Paulo disseminarẽt: tanquã eorũ veritati cesserit, qui spem salutis Euãgelicæ in circuncisione carnis atq; eiusmodi obseruationibus esse prædicarẽt, & sine his nemini Christũ prodesse cõtenderent: cũ cõtrà nihil prodesset Christus eis, qui eo animo circũcidẽtur, vt ibi esse salutẽ putarẽt: Vnde est illud: Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christ⁹ nihil vobis proderit. Ex hac igitur libertate Paulus paternas obseruationes seruauit, hoc vnũ cauens & prædicãs, ne sine his salus Christiano nulla putaretur. Petrus autẽ simulatione sua tãquam in Iudaismo salus esser, cogebat gentes iudaizare, quod verba Pauli ostendunt dicentis: Quomodo gentes cogis iudaizare? Nõ enim cogerentur, nisi videret eũ sic eas obseruare, quasi præter illas salus esse non posset. Petri ergo simulatio libertati Pauli nõ est cõparãda. Et ideo Petrũ amare debemus libenter correctum: non autem astruere etiam de Pauli authoritate mendacium: qui & Petrum coram omnibus in rectam viam renouauit, ne gentes per eum iudaizare cogerentur, & ipse suæ prædicationi attestatus est: qui cùm putaretur hostis paternarum traditionum, eò quòd nolebat eas imponere gẽtibus, non aspernatus eas ipse more patrio celebrare, satis ostendit hoc in eis Christo aduenientẽ remansisse, vt nec Iudæis essent perniciosæ, nec gentibus necessariæ, nec iam cuiquam hominũ salutares. Quòd si autoritas mẽtiendi, nec de antiquis libris proferri potest, vel quia non est mendacium quod figuratè gestum dictúmue recipitur, vel quia bonis ad imitandum non proponitur, quod in malis cùm proficere cœperint, in peioris comparatione laudatur: nec de noui Testamẽ-

1. Cor. 7. d. 18.*

Rom. 2. d. 25.

Actorum 16. a. 1.*

Gal. 2. a. 3.

Gal. 5. a. 2.

Gal. 2. c. 14.

Act. 15. b. 7.*

ti libris, quia correctio potius quàm simulatio, sicut lachrymę potius quã negatio Petri est imitanda. IAM illis exemplis quæ de communi vita proferũtur, multo confidentius asserunt non esse credẽdum. Prius enim docent iniquitatẽ esse mẽdaciũ, multis documẽtis literarum sanctarum, & eo maximè quod scriptum est: Odisti Domine omnes qui operantur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. Aut enim, vt solet Scriptura, sequenti versu exposuit superiorem, vt quoniã latius solet patere iniquitas, intelligam⁹ nominato mẽdacio quã speciem iniquitatis significare voluerit: aut si aliquid interesse arbitrantur, tanto peius est mendaciũ, quãto grauius positum est, Perdes, quã, Odisti. Fortè enim odit aliquẽ Deus aliquanto miti⁹, vt eum non perdat. Quem verò perdit, tanto vehemẽtius odit, quanto seuerius punit. Odit autẽ omnes qui operantur iniquitatẽ. At omnes qui loquũtur mendaciũ etiã perdet. Quo constituto quis eorũ qui hæc asserunt cõmouebitur illis exemplis, cũ dicitur: Quid si ad te homo confugiat qui mẽdacio tuo possit à morte liberari? Illa enim mors quã stultè timẽt homines, qui peccare nõ timent, non animam sed corpus occidit, sicut Dominus in Euãgelio docet. Vnde præcepit ne ipsa timeatur: os autem quod mentitur, non corpus, sed animã occidit. His enĩ verbis appertissimè scriptũ est: Os q; mẽtitur, occidit animã. Quomodo ergo nõ puerilissimè dicitur: vt alter corporaliter viuat, debere alterũ spiritaliter mori? Nã & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusque dilectione terminum accepit. Diliges, inquit, proximum tanquam teipsum. Quomodo ergo quisq; diligit tanquã seipsum, cui vt præstet vitam temporalem, ipse amittit æternam? quando quidem si pro illius temporali vita suã ipsam temporalem perdit, nõ est iã diligere sicut seipsum, sed plusquam seipsum. Quod sanè doctrinę regulã excedit. Multo minus igitur æternam suam pro alterius tẽporali mentiendo amissurus est. Temporalẽ planè vitã suam pro æterna vita proximi nõ dubitabit Christianus amittẽre. Hoc enim præcesit exẽplum, vt pro nobis DOMINUS ipse moreretur. Ad hoc enim & ait: Hoc est mandatũ meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut & ego dilexi vos. Maiorẽ dilectionem nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nõ enim quisquam est ita desipiẽs, vt dicat aliud quàm saluti sempiternæ hominũ consuluisse Dominũ vel faciendo quod præcepit, vel præcipiendo quod fecit. Cũ igitur mentiendo vita æterna amittatur, nũquã pro cuiusquã tẽporali vita mentiendum est. Enimuero isti qui stomachãtur & indignãtur, si nolit aliquis mẽdacio perimere animam suam, vt alius senescat in carne: quid si etiã furto nostro, quid si adulterio liberari possit aliquis de morte: ideóne furãdũ est, aut mœchãdum? Nesciũt enim ad hoc se cogere, vt si laqueũ ferat homo & stuprũ petat, confirmãs q; sibi collũ ligabit, nisi ei cõcedatur q; petit, consentiatur propter animã, sicut ipsi dicunt liberandã. Quod si absurdũ & nefariũ est, cur animã suã quisq; mẽdacio corrũpat vt alter viuat in corpore, cũ si suum corpus propterea corrũpendũ daret, omniũ iudicio nefariæ turpitudinis damnatur? Proinde non est in ista quæstione attẽdendum, nisi vtrũ iniquitas sit mendaciũ. Quod cùm suprà commemoratis documentis asseratur, videndum est ita quæri vtrum pro alterius salute mentiri aliquis debeat, ac si quæreretur, vtrum pro alterius salute iniquus esse aliquis debeat. Quod si respuit animæ salus, quæ non potest nisi æquitate seruari, & se vt præponamus non solum alterius, sed etiam nostrę saluti temporali iubet, quid restat, inquiunt, quo dubitare debeamus nunquam omnino esse mentiendum? Non

CAP. VI. Mendaciũ an sit iniquitas.

Psal. 5. a. 7.

Matt. 10. c. 28.

Sap. 1. c. 11.

Leuit. 19. d. 18.

Matth. 22. d. 39.

Ioãnis 15. b. 12.

enim dici potest esse aliquid in tēporalib⁹ commodis, salute hac vita corporali maius aut chari⁹. Vnde si nec ipsa præponēda est veritati, quid obiici potest propter quod mentiendum esse contendant qui aliquādo putant oportere mentiri? PVDICITIÆ quippe corporis quia multū honorabilis persona videtur occurrere, & pro se flagitare mendacium, vt si stuprator irruat qui possit mendacio deuitari, sine dubitatione mentiendū sit: facilè responderi potest, nullā esse pudicitiā corporis, nisi ab integritate animi pēdeat: qua dirupta cadat necesse est, etiamsi intacta videatur: & ideo non in rebus temporalibus esse numerandam, quasi quæ inuitis possit auferri. Nullo modo igitur animus se mendacio corrumpit pro corpore suo, quod scit manere incorruptū, si ab ipso animo incorruptio nō recedat. Quod enim violenter non præcedente libidine patitur corp⁹, vexatio potius quā corruptio nominānda est. Aut si omnis vexatio corruptio est, nō omnis corruptio turpis est sed quā libido procurauerit, aut cui libido cōsenserit. Quāto autē præstantior est animus corpore, tanto sceleratius corrumpitur. Ibi ergo seruari potest pudicitia, vbi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. Certè enim si stuprator corpus inuaserit, qui nec vi contraria possit, nec vllo consilio vel mendacio deuitari, necesse est fateamur, aliena libidine pudicitiā nō posse violari. Quapropter quoniā nemo dubitat, meliorē esse animum corpore, integritati corporis integritas animi præponēda est, quę in ęternū seruari potest. Quis autē dixerit integrū animū esse mētiētis? Etenī libido quoq; ipsa rectè definitur, appetitus animi quo ęternis bonis quælibet tēporalia præponuntur. Nemo itaque potest conuincere aliquando esse mentiendū, nisi qui potuerit ostendere ęternū aliquod bonū obtineri posse mendacio. Sed cū tanto quisque ab æternitate discedat, quāto à veritate discordat: q autē mentit, à veritate discedit: absurdissimū est dicere, discedēdo inde posse adboni aliquid aliquem peruenire. Aut si est aliquod bonū æternū quod non complectatur veritas, nō erit verū: & ideo nec bonū erit, quia falsum erit. Vt autē animus corpori, ita etiā veritas ipsi animo præponenda est: vt eam non solum magis quā corpus, sed etiam magis quàm sei ipsum appetat animⁿ. Ita quippe erit integrior & castior, cū eius potius immutabilitate, quā sua †mobilitate perfuetur. Si autē Loth cū ita iustus esset, vt angelos etiā hospitēs suscipere mereretur, stuprandas filias Sodomitis obtulit, vt fœminarū potius ab eis corpora quàm virorum corrumperentur: quanto diligētius atq; constantius animi castitas in veritate seruāda est, cū verius ipse corpori suo, quā corpus virile fœmineo corpori preferatur. QVOD si quisquam putat, ideo cuiquam pro alio esse mentiendum, vt interim viuat, aut in his rebus quas multū diligit non offendatur, quo possit ad æternam veritatem peruenire discēdo: non intelligit primò nullum esse flagitium quod nō eadē conditione suscipere cogatur, sicut iā superius demonstratum est. Deinde ipsius doctrinę autoritatē incipiet penitus interimere, si eis quos ad illā perducere conamur, mēdacio nostro persuademus aliquando esse mentiendū. Cùm enim doctrina salutaris, partim credēdis, partim intelligendis rebus constet: nec ad ea quæ intelligenda sunt peruenirī possit, nisi prius credenda credantur: quomodo credendum est ei qui putat aliquando esse mentiendum, ne fortè & tunc mētiatur cū pręcipit vt credamus? Vnde enim sciri potest, vtrum & tunc habeat aliquam causam, sicut ipse putat, officiosi mendacij, existimans falsa narratione hominē territum posse à libidine cohiberi, atque hoc modo etiam ad spiritalia se consulere mētiendo arbitretur? Quo genere admisso atq; approbato, omnis omnino fidei disciplina subuertitur. Qua subuersa, nec ad intelligentiā peruenitur, cui capiēdæ ista paruulos nutrit atq; ita omnis doctrina veritatis aufertur, cedēs licentiosissimę falsitati, si mēdacio vel officioso alicū de penetrandi aperitur locus. Aut enim tēporalia cōmoda, vel propria vel aliena, veritati præponit quicunq; mētitur: quo quid fieri potest peruersius? aut cū veritati adipiscēdæ opitulante mēdacio vult facere idoneū, intercludit aditum veritati. Volēs enim cùm mētitur esse aptus, fit cùm verū dicit incertus. Quāobrē aut nō est credendum bonis, aut credendum est eis quos credimus debere aliquando mentiri, aut non est credēdū bonos aliquādo mentiri. Horū triū primū perniciosū est, secundū stultū. Restat ergo vt nunquā mētiantur boni. SI cista quæstione ex vtraq; parte considerata atque tractata, non tamen facilè ferenda sentētia est: sed adhuc diligenter audiēdi qui dicunt nullū esse tā malū factū, quod nō in peioris deuitatione faciēdū sit. Pertinere autē ad facta hominū, non solū quicquid faciūt, sed quicquid etiam cū eōsentione patiuntur. Vnde si extitit causa vt eligeret vir Christianus thurificare idolis, ne cōsentiret stupro quod persecutor ei nisi faceret minabatur? rectè videtur quærere cur nō etiā mētiretur, vt tantā illā turpitudinē deuitaret? Ipsam enim cōsensionē qua stuprū pati mallet quā thurificare idolis, nō passionē dicūt esse, sed factū. Quod ne faceret, elegit thurificare. Quāto igitur mendaciū procliuius elegisset, si mēdacio posset à sancto corpore flagitiū tā immane remouere? In qua propositione, ista sunt quæ meritò quæri possunt: vtrū talis cōsentio pro facto habēda, sit: aut vtrū cōsensio dicēda, quæ nō habet approbationē: aut vtrū approbatio sit cū dicitur, Expedit hoc pati potⁱ⁹, quā illud facere: & vtrū rectè ille fecerit thurificare quā stuprū pati: & vtrū mentiendū esset potⁱ⁹, si ea cōditio daretur, quā thurificādū. Sed si talis cōsensio pro facto habenda est, homicidæ sunt etiā qui occidi maluerunt quā falsum testimoniū dicere, & quod est homicidiū grauius, in seipsos. Cur enim hoc pacto non dicatur, quòd ipsi se occiderint, quia elegerūt hoc in se fieri, ne facerent quod cogebātur? Aut si grauius putatur aliū occidere quā se ipsū, quid si hæc cōditio martyri proponeretur, vt si nollet de Christo falsum testimoniū dicere, atque īmolare dæmonibus, ante oculos ipsⁱ⁹ alius nō quilibet homo, sed pater eius occideretur, rogās etiā filium, ne id perseuerantia sua fieri permitteret? Nónne manifestū est, illo in testimonij fidelissimi sentētia permanēte, solos homicidas futuros fuisse, qui patrē eiⁱ⁹ occiderēt, nō illū etiā parricidā? Sicut ergo huiⁱ⁹ tanti sceleris particeps iste nō esset, cū elegisset patrē suū potius ab aliis interfici, etiā sacrilegū cuius anima raperetur ad pœnas, quā fidem suā falso testimonio violare: sic talis ille consensus non eū faceret tāti flagitij participem, si malefacere ipse nollet, quicquid alij propterea fecissent, quia ipse nō faceret. Quid enī tales pſecutores dicūt, nisi, Fac malè, ne nos faciamus? Qui si nobis vere facientib⁹ nō fecissent, nec sic eis nostro scelere suffragari deberemus. Nunc verò quando iā faciūt, cū ista dicūt, cur nobis cū potⁱ⁹ quàm soli turpes atq; nocentes sunt? Nō enim cōsensus ille dicendus est, quia nō approbamus quod faciunt, semper optantes & quantum in nobis est prohibentes ne faciant factūmque ipsorum non solum non committentes cum eis, sed etiam quanta possumus detestatione damnantes. Quomodo, inquis, non cum eis facit, quando illi hoc non facerent, si ipse illud faceret? Hoc modo frangimus ianuam cum effractorib⁹, quia si nō eam clauderemus, illi non frangerent. Et occidimus

CAP. VII. Ne pudicitiæ quidem causa mentiendum.

Libido quid sit.

al. mutabilitate perfruitur. Genes. 19. b. 8.

CAPVT VIII. Mendaciū causa officij.

mus homines cū latronibus, si scire contingat hoc eos esse facturos: quia si nos pręueniētes eos occideremus, illi non occiderent alios. Aut si fateatur nobis aliquis parricidium se facturum, nos cum eo facimus, si cum possumus eum priusquā faciat, non interficimus, quādo aliter eum vel cohibere vel impedire nō possumus. Totidem enim verbis dici potest, Fecisti cum eo, quia hoc ille non fecisset, si tu illud fecisses. Ego vtrunque malum fieri nollem: sed id tātum cauere potui, ne fieret, quod erat in mea potestate. Alterum autem alienum, quod meo præcepto extinguere non potui, meo malefacto impedire non debui. Non ergo peccantem approbat, qui pro alio non peccat: & neutrum placet ei qui vtrunque nollet admitti. Sed illud quod ad se pertinet etiā potestate, non perpetrat: quod autem ad alterum, sola voluntate cōdemnat. Et ideo proponentibus illā conditionem atque dicentibus, Si non thurificaueris, hoc patieris: si respondisset, Ego neutrum eligo, vtrunque detestor, ad nihil horū vobis cōsentio: inter hæc verba atque talia, quæ certè quoniā vera essent, nulla eius consensio, nulla approbatio teneretur, quæcunq; ab eis passus esset, illi deputaretur iniuriarū acceptio, illis cōmissio peccatorū. Debuit ne igitur, ait quispiā, stuprū perpeti potius quàm thurificare. Si quęris quid debuerit, neutrum debuit. Si enim dixero aliquid horum debuisse, aliquid horū approbabo, cùm improbem vtrunque. Sed si quæritur quid horum potius debuit euitare qui vtrunque non potuit, sed alterutrum potuit: respōdebo, suum peccatū potius quàm alienū: & leuius potius quod suū, quàm grauius quod alienum. Vt enim salua diligentiore inquisitione interim concedā, grauius esse stuprū quàm thurificationē: illa tamen ipsius erat, illud alienum factū, quāuis id pateretur. Cuius autem factum, eius & peccatū. Quāuis enim grauius sit homicidiū quàm furtum, peius est tamen facere furtū, quàm pati homicidiū. Itaque si cuiquā proponeretur, vt si furtū facere nollet, interficeretur, hoc est, committeretur in eum homicidium, quia vtrunque euitare non posset, id euitaret potius quod suum peccatum esset quàm quod alienū. Nec ideo & illud eius fieret, q̄ in eum cōmitteretur, & quia id posset euitare, si suum vellet admittere. Totus itaq; huius quæstionis nodus ad hoc adducit, vt quæratur, vtrum alienum nullum peccatum quāuis in te cōmissum tibi imputet, si leuiore tuo peccato id possis euitare ne facias: an excepta est omnis immundicia corporalis. Nemo enim aliquem immundū fieri dicit, si occidat aut mittatur in carcerē, aut in vinculis habeatur, aut flagelletur, cæterisque tormentis & cruciatibus affligat: aut proscribatur, dānisq; afficiatur grauissimis, vsq; ad vltimā nuditatē, aut expolietur honoribus atq; ingentes accipiat cōtumelias p quæcūq; cōuicia. Quicquid horum quisq; iniustè passus fuerit, nemo est tā demēs qui eū immundum fieri dicat. At si fimo perfunditur, aut si tale aliquid per os infundatur vel inculcetur, patiatūrue muliebria, omnium ferè sensus exhorret, & cōspurcatū atq; immundū vocant. Ita igitur concludendū est, vt quæcunque aliena peccata, exceptis iis quæ immundū faciunt in quē committuntur, non euitet quisque peccatis suis, neque pro se neque pro quoquam, sed ea sufferat potius fortiterque patiatur: & si nullis peccatis suis ea debet vitare, neque mendacio. Illa verò quæ ita committuntur in hominem vt eum faciant immundum, etiam peccatis nostris euitare debeamus: ac per hoc nec peccata dicenda † sunt, quæ propterea fiunt vt illa immundicia deuitetur. Quicquid enim ita fit, vt nisi fieret iustè reprehenderetur, non est peccatum. Ex quo conficitur vt nec illa immundicia vocanda sit, quando euitandi eam nulla facultas est. Habet enim etiā tunc quod rectè agat qui ea patitur, vt patienter ferat quicquid non potest euitare. Nullus autem rectè agens immundus fieri potest quolibet cōtagio corporali. Immundus est enim ante Dominū omnis iniquus. Mundus ergo est omnis iustus, etsi non ante homines; tamen ante Dominū, qui sine errore iudicat: proinde nec cùm ea patitur, data euitandi potestate, cōtactu ipso immūdus fit: sed peccato quo ea cùm posset noluit euitare. Nullū enim peccatū esset, quicquid propter illa euitanda factū esset. Propter hæc igitur euitanda quisquis mentitus fuerit, non peccat. An aliqua etiā mendacia excipienda sunt, vt satius sit hæc pati quàm illa cōmittere? Quod si ita est, non quicquid factū fuerit vt illa immundicia euitetur, non est peccatum. Quandoquidem sunt quædā mendacia quæ grauius sit admittere, quàm illa pati. Nam si aliquis ad stuprum quæratur, qui possit occultari mendacio, quis auder dicere, nec tūc esse mentiēdum? At si tali mēdacio possit latere, quod alterius famā lædat, eius immundicia falso crimine ad quam patiendā ille quæritur: tanquā si dicatur quærenti, nominato aliquo casto viro atq; ab huiusmodi flagitiis alieno, vade ad illū, & ipse tibi procurabit quo libentius vtaris, nouit enim tales & diligit: atque ita iste ab eo quem quærebat, posset auerti, nescio vtrū alterius fama mendacio violanda sit, ne alterius corpus aliena libidine violetur. Et omnino nunquā pro aliquo mentiendū est, eo mendacio quod alterū lædat: & si leuius lædit, quàm ille nisi ita mentiretur lederetur. Quia nec panis alienus inuito quamuis valentiori auferēdus est vt alatur infirmior, nec innocens inuitus virgis cædendus est, ne alius occidatur. Planè si velint fiat, quia nec læduntur cùm ita volunt. SED vtrum etiā volentis fama falso stupri crimine lædenda sit, vt ab alterius corpore stuprum auertatur, magna quęstio est. Et nescio vtrū facilè reperiatur, quomodo iustū sit volentis famā falso stupri crimine maculari, quàm ipso stupro corpus inuiti. Sed tamen si talis optio proponeretur ei qui thurificare idolis quàm muliebria perpeti maluit, vt si illud vellet euitare, famam Christi aliquo mendacio violaret, insanissimus esset, si faceret. Plus etiā dico, quia insanus esset, si alienæ libidinis euitādæ causa, ne id in eo fieret quod nulla sua libidine pateretur, Christi Euangeliū falsis Christi laudibus infalsaret, magis euitans alienā corruptionē in corpore suo, quàm in doctrina sanctificationis animarū atq; corporū, corruptionē suā. Quāobrē à doctrina religionis, atque ab eis omnino enunciationibus quæ propter doctrinā religionis enunciantur cū illa docetur & discit, omnia penitus mēdacia remouēda sunt. Nec vlla omnino causa inueniri posse credatur, cur in rebus talibus mentiendū sit: quando nec ideo in ea doctrina mētiēdū est, vt ad eā ipsam quisque facilius perducatur. Fracta enim vel leuiter diminuta autoritate veritatis, omnia dubia remanebunt: quæ nisi vera credantur, tenerī certa non possunt. Licet igitur vel dissertori ac disputatori atque prædicatori rerū æternarū, vel narratori vel pronūciatori rerū temporalium ad ædificandam religionem atque pietatem pertinentiū, occultare in tempore quicquid occultandū videtur, mentiri autē nunquam licet, ergo nec occultare mentiendo. HOC primitus & firmissimè constituto, de cæteris mendaciis securius quæritur. Sed consequenter etiam videndum est, remouenda esse etiam omnia mendacia quæ aliquem lædunt iniustè: quia nulli est iniuria vel leuior inferenda, vt ab alio grauior repellatur. Nec illa sunt admittenda mendacia, quæ quāuis non obsint al-

CAP. IX. Mendaciū quo vitetur grauius quid.

CAP. X. In rebus fidei non esse locum mēdatio.

CAP. XI. Differētia mentientis & mēdacis.

al. sint.

teri, nulli tamen prosunt, & obsunt eis ipsis qui gratis mentiũtur. Ipsi enim propriè mendaces dicendi sunt. Interest enim inter mentiẽtem atque mendacẽ. Nam mentiens est etiã qui mentitur inuitus, mendax verò amat mẽtiri, atque habitat animo in delectatione mẽtiẽdi. Iuxta ponẽdi sunt & qui de mẽdacio volũt placere hominibus, nõ vt alicui faciãt iniuriã vel inferant cõtumeliã, iam enim suprà hoc genus remouimus, sed vt suaues sint in sermonibus suis. Isti ab illo genere in quo mendaces posuimus hoc differũt, quòd illos mẽtiri delectat, gaudentes de ipsa fallacia: istis autem placere libet de suauiloquio, qui tamẽ veris mallẽt placere: sed quando nõ facilè inueniunt vera quæ grata sint audientibus, mentiri eligũt potius quàm tacere. Difficile est tamen vt isti totã narrationẽ falsam aliquando suscipiant, sed plerũq; veris falsa cõtexũt, vbi suauitas eos deserit. Hæc autẽ duo genera mendaciorũ nõ obsunt credẽtibus, quia nihil de doctrina religionis veritatisq; fallũtur, aut de vllo cõmodo vel vtilitate sua. Sufficit enim eis vt iudicẽt fieri potuisse quod dicitur, & fidẽ habeãt homini quẽ nõ debẽt temere existimare mentientẽ. Quid enim mihi obest si credã patrem aut auũ alicuius virũ bonũ fuisse, etiamsi non fuit: aut vsq; ad Persas militãdo peruenisse, etiamsi à Roma nunquã recessit? Ipsis autẽ mentiẽtibus valde obsunt: illis quidẽ, quia sic deserũt veritatem, vt fallacia lætentur, istis quia se malũt placere hominibus quàm verum dicere.

CAP. XII. Num vtiliter mẽtiri liceat.

Istis generibus sine vlla dubitatione damnatis, sequitur genus mẽdacij tãquã gradatim ad meliora surgentibus, quod beneuolis & bonis vulgo tribui solet, cum ille qui mẽtitur, nõ solũ alteri nõ obest, sed etiam prodest alicui. De isto genere est tota cõtẽtio, vtrum ne sibi obsit, qui sic prodest alteri, vt faciat cõtra veritatẽ. Aut si veritas illa sola dicenda est, quæ ipsas mẽtes intimo atq; incõmutabili lumine illustrat. Facit certè cõtra aliquod verũ, quia etsi fallũtur corporis sensus, cõtra verũ tamẽ facit, qui dicit aliquid ita esse vel nõ ita, quod ei nec mens nec sensus nec opinatio sua fidésue renũciat. Vtrũ ergo nõ sibi obsit qui hoc modo alteri prodest, an illa cõpensatione nõ obsit sibi qua prodest alteri, magna quæstio est. Si ita est, cõsequẽter etiã sibi prodesse debet per mendaciũ quod nulli obest. Sed ea cõnexa sunt, & istis cõcessis necessariò trahũtur quæ multũ cõturbẽt. Si enim quæratur, quid obsit homini copiis superfluis redũdãti, si de innumeris milibus frumẽtorũ amittat vnũ modium, qui tamẽ modius possit ad necessariũ victũ prodesse furãti, cõsequẽs erit, vt & furtũ sine reprehẽsione fieri possit, & falsum testimonium sine peccato dici. Quo quid dici potest peruersius? An verò si alius furatus esset illum modium, & tu videres, interrogatusque esses, mentireris facilius honestè pro paupere? & si id pro tua paupertate culpaueris, quasi amplius alium quàm te diligere debeas. Vtrunque ergo turpe atque vitandum est. Sed fortassis exceptionem addendam quis putet, vt sint quædã honesta mẽdacia, quæ non solum nulli obsunt, sed etiam nonnullis prosunt, exceptis his quibus crimina occultantur & defenduntur: vt ideo sit illud turpe mendacium, quod quamuis nulli obsit, & prosit pauperi, furtum tamen occultat: si autem ita nulli obesset & prodesset alicui, vt etiam nullum peccatum ocultaret atque defenderet, turpe non esset. Velut si quispiam pecuniam suam te vidente absconderet, ne per furtum aut vim amitteret, atque inde interrogatus mẽtireris, neque obesses cuiquam, & ei prodesses cui opus erat illud occultum, & nullum peccatum mentiendo texisses. Nõ enim quisquam peccat abscõdẽdo rem suam quam timet amittere. Sed si propterea non peccamus mentiendo, quia nullius peccatũ tegentes, & nulli obsumus, & alicui prosumus, quid agimus de ipso peccato mendacij? Vbi enim positũ est, Ne furtũ feceris: ibi positum est, Ne falsum testimoniũ dixeris. Cùm ergo singula prohibeantur, cur falsum testimoniũ tunc est culpabile si furtũ tegat vel aliquod aliud peccatum? Si autẽ nulla defensione peccati per seipsum fiat, non est culpabile, cùm ipsum furtum per se culpabile sit, & cẽtera peccata. An occultare peccatũ mentiendo non licet, & facere peccatum licet? Quod si absurdũ est, quid dicemus? An falsum testimoniũ non est, nisi cùm quisquã ita mẽtitur, vt aut crimen cõfingat in aliquem, aut alicuius crimen occultet, aut quoquo modo quẽquã in iudicio premat? Videtur enim testis iudici necessarius ad causæ cognitionem. Sed si hactenus testẽ Scriptura nominaret, non diceret apostolus Paulus, Inuenimur autẽ & falsi testes Dei, si testimonium diximus aduersus Deũ, quia excitauerit Christum, quem non excitauit si mortui non resurgunt. Ita enim ostendit falsum testimoniũ esse mendaciũ, etiãsi in cuiusquam falsa laude dicatur.

Exodi 20. b. 16.

1. Cor. 15. c. 15.

CAPVT XIII. Falsum testimonium.

An fortè tunc dicit falsum testimoniũ qui mentitur, cùm aut peccatum alicuius vel fingit vel tegit, aut alicui obest quoquo modo? Si enim mendaciũ quod aduersus vitã cuiusquã tẽporalẽ dicitur, detestabile est, quãto magis quod aduersus vitam æternã, sicuti est omne mẽdaciũ si in doctrina religionis fiat? Et ideo falsum testimoniũ vocat Apostolus, si quis de Christo etiã quod ad eius laudẽ videtur pertinere, mentiatur. Si autẽ mendaciũ sit quod neque cuiusquam peccatũ aut confingat aut tegat, nec à iudice quæratur, & nulli obsit, & prosit alicui, nec falsum testimoniũ esse, nec reprehensibile mendaciũ. Quid ergo si ad Christianũ homicida cõfugiat, aut videat quò cõfugit, & de hac re interrogetur ab eo, qui ad supplicũ quærit hominẽ hominis interfectorẽ, mentiendũ est? quomodo enim nõ tegit peccatũ mentiendo, cùm ille pro quo mẽtitur, peccatũ sceleratũ admiserit? An quia non de peccato eius interrogatur, sed de loco vbi lateat? Ergo mentiri ad tegendũ cuiusquã peccatum, malũ est: mentiri autẽ ad tegendũ peccatorem, non est malũ? Ita sanè, ait quispiã: Non enim tunc peccat quisquã cùm euitat suppliciũ, sed cùm facit aliquid dignũ supplicio. Pertinet autẽ ad disciplinã Christianam, vt nequẽ de cuiusquã correctione desperetur, neque cuiquã pœnitendi intercludatur aditus. Quid si ad iudicem ductus de ipso loco vbi se ille occultat interrogeris: dicturus es, aut non ibi est vbi eum scis esse, aut nõ noui & nõ vidi, quod nosti & vidisti? Dicturus ergo es falsũ testimoniũ, & occisurus animã tuã, ne occidatur homicida? An vsque ad conspectũ iudicis mentieris? iudice autẽ quærente iã verũ dices, ne sis falsus testis? Ipse igitur hominem proditione occisurus es? etiã proditorẽ quippe diuina scriptura detestatur. An fortè proditor nõ est qui iudici interrogãti verum indicat, esset autem proditor si quenquã ad exitium vltro deferret? Quid si de iusto atque innocẽte vbi lateat sciẽs à iudice interrogeris, qui tamen ad mortem à maiore potestate iussus est rapi, vt ille qui interrogat executor sit legis, non cõditor: an ideo non erit falsum testimonium quod pro innocente mẽtireris, quia nec ille iudex, sed executor interrogat? Quid si ipse conditor legis interroget, aut quilibet iudex iniquus ad suppliciũ quærens innocẽtem? Quid facies, falsus testis an proditor eris? An ille erit proditor qui iusto iudici latentem homicidam vltro detulerit, & ille non erit qui iudici iniusto vbi lateat innocens quem quærit occidere, interroganti indicauerit eum qui se fidei eius commiserat: An inter crimen falsi testimonij & proditionis,

al. mentiori.

nis, dubius incertusq; remanebis? An tacendo vel profitendo te non esse dictũ, certus vtrunq; vitabis? Cur ergo non hoc facias, & priusquã ad iudicem venias, vt caueas etiã mendaciũ? Euitato enim mendacio, omne testimonium falsum effugies, siue omne mendaciũ sit falsum testimonium, siue non omne. Euitato autẽ falso testimonio quod tu esse intelligis, nõ effugies omne mẽdacium. Quanto ergo fortiõ, quãto excellẽtius dices, nec prodam, nec mentiar. Fecit hoc Episcopus quondã Tagastensis Ecclesiæ Firmus nomine, firmior voluntate. Nam cũ ab eo quæreretur homo iussu imperatoris per apparitores ab eo missos, quẽ ad se cõfugientẽ diligẽtia quanta poterat, occultabat, respondit quærẽtibus, nec mẽtiri se posse, nec hominẽ prodere, passusq; multa tormenta corporis, (nõdum enim erãt imperatores Christiani) permansit in sentẽtia. Deinde ad imperatorẽ ductus, vsq; adeo mirabilis apparuit, vt ipsi homini quem seruabat, indugentiã sine vlla difficultate impetraret. Quid hoc fieri potest fortius atque constantius? Sed ait quisquã timidior, Paratus esse possum ad quælibet ferenda tormenta, vel etiam mortem subeũdam, ne peccem. Cũ autẽ peccatũ nõ sit ita mẽtiri, vt neq; cuiquam obsis, neq; falsum testimonium dicas, & prosis alicui: stultum est & graue peccatum, voluntaria frustra sustinere tormenta, & fortassis vtilẽ salutem, ac vitã incassum sæuiẽtibus proiicere. A quo quæro, cur timeat, quod scriptũ est, Falsum testimonium non dices: & non timeat quod à Deo dictum est, Perdes omnes qui loquuntur mẽdacium? Nõ, inquit, scriptum est, Omne mendacium: sed ita intelligo, ac si sit scriptum: Perdes omnes qui loquuntur falsum testimoniũ. At nec ibi dictũ est, Omne falsum testimoniũ. Sed ibi positum est, inquit, vbi cẽtera quæ omnimodo mala sunt. Nũ & illud quod ibi est, Nõ occides? Quod si omnimodo malũ est, quomodo ab hoc crimine excusabuntur iusti, qui post legem datam multos occiderũt? Sed respondetur, quod non ipse occidat, qui iusti alicuius præcepti minister est. Horũ ego timorẽ sic accipio, vt tamen illum laudabilem virũ, qui nec mentiri voluit, ne hominẽ proderet, & melius arbitrer intellexisse quod scriptum est, & intellectũ fortiter impleuisse. Sed ventur aliquando ad huiusmodi articulũ, vt non interrogemur vbi sit ille qui quẽritur, neq; cogamur vt eũ prodamus, si sic occultatus est, vt inuenire facilè nisi proditus nequeat: sed quẽritur à nobis vtrũ illo loco sit, an non sit. Vbi si esse scimus, tacendo eum prodimus: vel etiam dicẽdo nequaquã nos esse dicturos, vtrũ ibi sit, an non sit. Ex hoc enim colligit ille qui quærit, ibi eũ esse: vbi si non esset, nihil aliud ab eo qui mentiri nollet, nec hominem prodere, nisi eum non ibi esse responderetur. Ita per nostram vel taciturnitatẽ vel talia verba homo proditur, vt intret qui quẽrit, si potestatẽ habet, & inueniat eũ: qui tamẽ ab eius inuẽtione mẽdacio nostro posset auerti. Quapropter si nescis vbi sit, nulla est causa occultãdæ veritatis, sed te nescire fatẽdũ est. Si autẽ scis vbi sit, siue ibi sit vbi quẽritur siue alibi: non est dicendũ cũ quæsitũ fuerit, vtrũ ibi sit, an non sit: Non dico quod quæris: sed dicendũ, Scio vbi sit, sed nunquam monstrabo. Nam si de vno loco non respondeas, & te non esse proditurum fatearis, tale est, ac si eundẽ locum digito ostẽdas. Mouetur enim certa suspicio. Si autẽ primò fatearis te scire vbi sit, sed nõ dicere, potest fortasse ab illo loco inquisitor auerti, & tibi iam incumbere, vt ibi est, à te prodatur. Pro qua fide atque humanitate quicquid fortiter tuleris non solum non culpabile, sed etiam laudabile iudicatur: exceptis duntaxat his, quæ si passus fuerit homo, nõ fortiter, sed impudice ac turpiter pati dicitur.

Firmus episcopus Tagastensis.

al. ipse.

Exod 20. b. 16. Psal. 5. a. 7.

Exodi 20. b. 13.

Hoc est enim vltimum mendaciũ, de quo diligentius tractandũ est. Nam primũ extat euitandum capitale mendacium longéque fugiendum, quod fit in doctrina religionis: ad quod mendaciũ nulla cõditione quisquã debet adduci. Secundum autem vt aliquem lędat iniustè: quod tale est, vt & nulli prosit, & obsit alicui. Tertium quod ita prodest alteri, vt obsit alteri, quamuis non ad immundiciam obsit corporalem. Quartũ, quod fit sola mentiendi fallẽdiq; libidine, quod mẽdaciũ est. Quintũ, quod fit placẽdi cupiditate de suauiloquio. His omnibus penitus euitatis atque reiectis, sextum genus, quod nulli obest, & prodest alicui: velut si quispiã pecuniam alicuius iniustè tollendam sciens, vbi sit nescire se mentiatur quocunque interrogante. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: excepto si iudex interrogat: velut si nolens hominẽ ad mortem quæsitum prodere, mentiatur, nõ solũ iustũ atque innocentem, sed & reum, quia Christianæ disciplinæ sit, vt neque cuiusquam correctione desperetur, neque cuiquã pœnitẽdi aditus intercludatur. De quibus duobus generibus quæ solent habere magnam controuersiam, satis tractauimus, & quid nobis placeret ostẽdimus, vt suscipiendis incommoditatibus, quæ honestè ac fortiter tolerantur, hæc quoque genera deuitentur à fortibus & fidelibus & veracibus viris ac feminis. Octauũ est genus mẽdacij quod & nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immũdicia corporali aliquẽ tueatur, dũ taxat ea quã superius commemorauimus. Nam etiam non lotis manibus manducare, immundiciã putabant Iudęi. Aut si & hanc quisquam immundiciam vocat, non tamen talem, pro qua euitanda mentiẽdum sit. Si autem mendacium tale est, quod alicui faciat iniuriã, etiamsi ab hac immundicia, quã omnes homines abhorrẽt ac detestantur, muniat hominem, vtrum & hoc genere mentiendum sit, si talis fiat iniuria per mendaciũ, quæ non sit in eo genere immundicię, de quo nũc agimus, alia quæstio est. Non enim iam de mendacio quæritur, sed quæritur vtrũ alicui faciẽda sit iniuria etiam non per mendaciũ, vt illa ab altero immundicia depellatur. Quod nullo modo putauerim, quanquam proponantur leuissimæ iniuriæ, sicut est illa quã de vno modio amisso suprà cõmemoraui, & multũ pertur bent, vtrum non debeamus facere cuiquam vel talem iniuriã, si ea potest alius ne stuprũ patiatur, defendi aut muniri. Sed, vt dixi, alia quæstio est.

CAPVT XIIII. Mendaciorũ genera.

1. 2. 3. 4. 5. al. verum. 6. 7. 8.

Matt. 15. b. 20.

Nunc illud quod instituimus, peragamus. Vtrũ mẽtiendũ sit, etiãsi ineuitabilis conditio proponatur, vt aut hoc faciamus aut stuprum patiamur, vel aliquã execrabilem inquinationẽ, etiãsi mentiendo nulli faciamus iniuriã. De qua re patebit aliquis considerationi locus, si prius diuinas authoritates, quę mendacium prohibent, diligẽter discutiamus. Si enim ipsæ nullũ dant locum, frustra quẽrimus quà exeamus. Tenendum est enim omnimodo præceptũ Dei, & voluntas Dei in iis quæ tenẽdo præceptum eius passi fuerimus æquo animo sequenda: si autem relaxatur aliquis exitus, nõ est in tali causa recusandũ mendaciũ. Propterea diuinę scripturæ non solũ præcepta Dei continent, sed etiam vitam mores q; iustorum: vt si fortè occultum est, quemadmodum accipiendum sit quod præcipitur, in factis iustorum intelligatur. Exceptis itaque his factis, quæ potest quisq; ad allegoricam significationem referre, quanuis gesta esse nemo ambigat, sicuti sunt ferè omnia in libris veteris Testamenti. Qui enim ibi aliquid audeat affirmare non pertinere ad figuratiuam prænunciationem? quippe cùm Apostolus etiam filios Abraham, quos vtique naturali ordine propagãdi populi editos esse atque vixisse facillimè dicitur, (non enim mõstra

CAP. XV. Mendaciũ cũ ira iniuriam.

Gal. 4. c. 22.

& prodigia nata sunt, vt ad significationē aliquam ducant animū,) duo tamē testamēta significare asserat: & beneficium illud mirabile, quod Deus populo Israël præstitit ad eruēdos eos de seruitute, qua in Ægypto premebātur, pœnāq; vindictę cū in itinere peccassent in figura cōtigisse dicat: quæ facta inuenies, quib⁹ istā regulā deroges, & affirmare præsumas ad figurā aliquā non esse redigenda? His ergo exceptis, ea quę in nouo Testamēto à sanctis facta sunt, vbi morū imitandorū euidentissima cōmendatio est, valeāt ad exēpla intelligēdarū Scripturarū, quæ in præceptis digesta sunt. Velut cū legimus in Euāgelio, Accepisti alapam, para alterā maxillam. Exemplū autē patiētiæ nullum quàm ipsius Domini potētius & excellentius inuenimus. At ipse cū alapa percussus esset, non ait, Ecce altera maxilla: sed ait, Si malè dixi, exprobra de malo: si autē bene, quid me cædis? Vbi ostendit, illam præparationem alterius maxillę in corde faciendam. Quod etiam apostolus Paul⁹ vtique nouerat: nam & ipse cū esset alapa percussus ante pontificē, non ait, Percute maxillā alterā: sed, Percutiet te Dominus, inquit, paries dealbate: & tu sedes iudicare me secundum legē, & contra legē iubes me percuti? Altissimè intuens sacerdotiū Iudæorum iā tale factum fuisse, vt nomine forinsec⁹ niteret, intrinsecus autē luteis cōcupiscentiis sorderet. Quod transiturum esse vindicta Domini, videbat in spiritu, cū illud diceret: sed tamen cor paratum habebat, non solum ad alias alapas accipiendas, sed etiam quælibet tormenta pro veritate patienda cum eorū dilectione à quibus illa pateretur. Scriptū est etiam, Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Iurauit autē ipse Apostolus in Epistolis suis. Et sic ostendit quomodo accipiēdum esset quod dictum est, Dico vobis non iurare omnino: ne scilicet iurando ad facilitatē iurādi veniatur, & ex facilitate ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iurasse, nisi scribens, vbi consideratio cautior non habet linguam præcipitē. Et hoc vtique à malo, sicut dictū est. Quod autē ampli⁹ est à malo est: nō tamē suo, sed eorū infirmitatis, quibus etiam sic fidē facere conabatur: nā quod loquens iurasset, dū non scriberet, nescio vtrū aliqua de illo Scriptura narrauerit. Et tamen Dominus ait, Omnino non iurare. Non enim concessit vt id liceret scribentibus. Sed quia præcepti violati reum Paulū, præsertim in Epistolis conscriptis atque editis ad spiritalē vitam salutēmq; populorum, nephas est dicere: intelligēdū est illud q̄ positū est, Omnino, ad hoc positum, vt quantum in te est, non affectes, nō ames, non quasi pro bono cū aliqua delectatione appetas iusiurandum. Sicut illud, Nolite cogitare de crastino. Et, Nolite itaq; cogitare quid māducetis, & quid bibatis, & quid induamini. Cùm autem videmus & ipsum Dominū habuisse loculos, quò ea quæ dabantur, mittebātur, vt seruari possent ad vs⁹ p̄ tēpore necessarios: & ipsos apostolos procurasse multa fratrū indigētiæ, non solū in crastinū, sed etiā in prolixius tēpus impēdētis famis, sicut in Actib⁹ apostolorū legimus, satis elucet illa præcepta sic intelligenda, vt nihil operis nostri temporalium adipiscendorum amore, vel timore egestatis tanquam ex necessitate faciamus. Item dictū est apostolis, vt nihil secum portantes in via, ex Euangelio viuerent. Et quodam loco etiam ipse Dominus significauit cur hoc dixerit, cùm addidit, Dignus est enim operarius mercede sua. Vbi satis ostendit permissum hoc esse, non iussum, ne fortè qui hoc faceret, vt in opere prædicationis verbis aliquid ab eis, quib⁹ prædicaret, in vsus vitæ huius sumeret, illicitum aliquid se facere arbitraretur. Posse tamē laudabilius non fieri, in apostolo Paulo satis demonstratū est. Qui cū diceret, Cōmunicet autem qui cathechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis: & cū multis locis id salubriter fieri ab eis quibus verbum prædicaret, ostēderet: sed tamē ego, inquit, non sum vsus hac potestate. Potestatē ergo dedit Domin⁹, eū ista diceret, nō imperio constrinxit. Ita pleraque in verbis, intelligere non valentes, in factis sanctorum colligimus quemadmodum opporteat accipi: quod facilè in aliā partem duceretur, nisi exēplo reuocaretur. Sic ergo q̄ scriptum est, Os autem quod mentitur, occidit animā: de quo ore dixerit, quęritur. Plerū que enim Scriptura cū os dicit, conceptaculū ipsum cordis significat, vbi placet & decernitur quicquid etiam per vocē cū verū loquimur enūciatur: vt corde mentiatur cui placet mēdaciū: possit autē nō corde mentiri, qui per vocē aliud quam est in animo ita profert, vt maioris mali euitandi causa malū se admittere nouerit, cui tamen vtrūq; displiceat. Et qui hoc asserunt, ita dicunt etiā aliud intelligēdum quod scriptum est, Qui loquitur veritatē in corde suo: quia semper in corde veritas loquēda est, nō autē semper in ore corporis, si aliqua causa cauēdi maioris mali aliud quā in animo est, voce proferri exigat. Esse quidē os cordis, ex hoc iā intelligi potest, q̄ vbi locutio est, ibi os non absurdè intelligitur. Nec rectè diceretur, qui loquitur in corde suo: nisi & os in corde rectè intelligeretur. Quanquā & eo ipso loco, vbi scriptū est, Os autē quod mētitur, occidit animam: si circunstantia lectionis cōsideretur, non accipitur fortasse aliud quā os cordis. Obscurū enim responsum ibi est, vbi homines latet qui os cordis nisi † ori corporis consonet, audire non possunt. Illud autē os dicit in eo loco Scriptura peruenire ad auditum spiritus Domini, qui repleuit orbem terrarū: ita vt etiam labia & vocem & linguā commemoret in eo loco, nec tamē omnia sinat intellect⁹ nisi de corde accipi, quia Deū dicit nō latere quod dicitur. Quod autē sono isto ad aures nostras pertinēte dicitur, nec homines latet. Ita quippe scriptū est, Humanus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis eius, quoniā renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est ver⁹, & linguæ illius auditor: quoniā spiritus Domini repleuit orbē terrarū, & hoc quod cōtinet omnia, scientiā habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, sed nec præteriet illū corripiēs iudiciū. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonū autē illius auditio à Domino veniet ad correptionem iniquitatū illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione linguæ parcite, quoniā responsum obscurum in vacuū non ibit. Os autem quod mentitur, occidit animā. Videtur ergo his minari, qui obscurū putant & secretum esse, quod corde agitant atq; versant. Tam verò clarū ostendere voluit hoc esse auribus Dei, vt etiā tumultū eū appellauerit. Manifestè etiam in Euangelio inuenim⁹ os cordis, vt vno loco & corporis & cordis ora Dominus cōmemorasse inueniatur, vbi ait: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur, quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem? De corde enim exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hęc sunt quæ coinquināt hominem. Hic si vnum os quod est corporis, intellexeris, quomodo intellecturus es? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt: cùm & sputum & vomitus de ore procedat? Nisi fortè tunc quisque

Mat.5.f.39. Ioannis 18. d.23. Act.23.a.3. Matth.5.f.34. Rom. 9.a.1. & Phil.1.b. 8. & Gal.1.c. 23. Matt.5.f.38. Ibid.f.34. Matth.6.c 25. * Ioan.12.a. 6. Act.11.d. 29. Lucæ 10.a. 4. Matth.10. b.10. Gal.6.b.6. 1 Cor.9.b. 12. CAP. XVI. Os hominis duplex, Sap.1.c.10. Sap.1.c.11. Ibidem. Psal.14.a.3. Sap.1.c.11. al. os. Ibidē b.7. Ibidē b.6.* Matth.15. b.16.*

quisque non coinquinatur, cùm edit aliquid immundū: coinquinatur autem, cùm id euomit. Quod si absurdissimū est, restat vt os cordis intelligamus à Domino expositum, cùm ait: Quæ procedūt de ore, de corde exeunt. Nam & furtū cùm possit, & sæpe ita fiat, in silentio corporalis vocis atq; oris perpetrari, dementissimū est sic intelligere, vt tunc putemus quenquā peccato furti cōtaminari, cùm id fatetur aut indicat: cùm autē id tacitè cōmittit, in coinquinatū arbitrari. At verò si ad os cordis quod dictū est referamus, nihil omnino peccati tacite cōmitti potest. Nō enim cōmittitur, nisi ex ore illo interiore procedat. Sicut autē quęritur de quo ore dixerit, Os autem quod mentitur, occidit animam: ita quæri potest, de quo mendacio. Videtur enim de illo propriè dicere, quo cuiquā detrahitur. Ait enim, Abstinete ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione linguæ parcite. Fit autem ista detractio per maleuolentiā, cùm quisquā non solum ore ac voce corporis profert quod confingit in aliquē, sed etiā tacitus talē vult credi, quod est vtique ore cordis detrahere: quod dicit obscurū & occultū Deo esse non posse. Nam quod alio loco scriptum est, Noli velle mentiri omne mendaciū: non ad hoc volunt valere, vt nullo mēdacio quisquam mētiatur. Itaque cùm alius dixerit ex isto Scripturæ testimonio, vsque adeò generaliter omne mēdacium esse detestandū, vt etiā si quis mentiri velit, etiamsi non mentiatur, iam voluntas ipsa dānanda sit: atque ad hoc interpretetur, quod non dictū est, Noli mentiri omne mendaciū: sed, Noli velle mentiri omne mendaciū: vt non solū mentiri, sed nec velle mentiri quisq; audeat vllo mēdacio. Dicit alius: Imò quod ait, Noli velle mentiri omne mēdaciū: de ore cordis exterminandū atque alienandū esse mēdaciū voluit, vtà quibusdā mēdaciis ore corporis abstinendum sit: sicut illa sunt maximè, quæ pertinēt ad doctrinā religionis: à quibusdam verò non sit ore corporis abstinendū, si maioris mali euitandi causa exigit: ore autem cordis ab omni mendacio penitus abstinere debeamus. Vbi oportet intelligi quod dictū est, Noli velle. Voluntas quippe ipsa quasi os cordis accipitur, vt nō pertineat ad os cordis, cùm maius malū cauētes, mentimur inuiti. Est & tertius intellectus, quo sic accipias, Noli omne, vt exceptis aliquibus mēdaciis mētiri te sinat. Tanquam si diceret, Noli velle credere omni homini: non vtique vt nulli crederetur moneret, sed vt non omnibus, aliquibus autem crederetur: & id quod sequitur, Assiduitas enim eius non proficiet ad bonum, ita sonat, quasi non à mendacio, sed ab assiduo mendacio, id est, à consuetudine atque amore mētiēdi prohiberi videatur. Quò profectò delabitur, quisquis vel omni mendacio putauerit abstēdū: ita enim nec illud cauebit, quod fit in doctrina pietatis & religionis: (quo sceleratius quid inuenias, non inter omnia mendacia, sed inter omnia peccata?) vel alicui mendacio, quamuis facili, quāuis innoxio nutū voluntatis accōmodauerit, vt non inuitus euadendi maioris mali causa, sed volens libensq̄ que mētiatur. Ita cùm tria sint quæ in hac sententia intelligi possint, aut omne mēdaciū non solū mentiri noli, sed nec velle mētiri: aut noli velle, sed vel inuitus mentire, cùm fugiendū est aliquid grauius: aut noli omne, vt exceptis aliquibus mendaciis cætera permittantur: vnum hic pro his, quibus mentiri nunquam placet: duo pro illis, qui aliquando putant esse mentiendū, inueniuntur. Sed tamen quod sequitur, Assiduitas enim eius non proficiet ad bonū: nescio vtrum possit primæ harum trium sententiæ suffragari, nisi fortè ita, vt perfectorum præceptum sit, omnino nunquā non solum mentiri, sed nec velle mentiri, assiduitas verò mentiendi nec proficientibus permittatur. Tanquā si cùm præciperetur, nunquā profectis non solū mentiendū, sed nec voluntatē habendam esse mētiendi, contradiceretur exemplis, quòd aliqua sunt etiā magna autoritate approbata mēdacia: respōderetur autē, illa quidē esse proficientiū, quæ habent secundum hanc vitā qualecūque officiū misericordię: sed vsque adeo esse omne mendaciū malū, & perfectis atque spiritalibus animis omnimodo fugiendū, vt nec ipsis proficientibus assiduitas eius permittenda sit. Dictū est enim iā de obstetricibus Ægyptiis, quod de indole ad melius proficiendi mentiētes approbatæ sunt: quia nonnullus gradus est ad diligendā verā ac sempiternā salutē, cùm quisque misericorditer etiā pro alicuius quāuis mortali salute mentitur. Item quod scriptū est, Pedes omnes qui loquūtur mēdacium: Alius dicit, nullū hic exceptū esse mendaciū, sed omne damnatū. Alius dicit: Ita verò, sed qui loquuntur ex corde mendaciū, secundū superiorē disputationē: nā veritatē loquitur in corde qui odit mentiendi necessitatē, quā pœnā huius vitę mortalis intelligit. Alius dicit, Omnes quidē perdet Deus qui loquuntur mendaciū, sed non omne mendaciū. Est enim aliquod mendaciū q̄ tunc insinuabat Propheta, in quo nulli parcat: id est, ū peccata sua quisque confiteri detrectans, defendat ea potius, & nolit agere pœnitētiā: vt parū sit quia operatur iniquitatē, nisi etiā iustus videri volens medicinæ cōfessionis non succūbat: vt & ipsa verborū distinctio nō aliud intimare videatur, Odisti omnes qui operantur iniquitatē, sed non perdes, si pœnitēdo in confessione veritatē loquantur, vt faciendo istā veritatē veniant ad lucē, sicut in Euangelio secundū Ioānem dicitur: Qui autē facit veritatē, venit ad lucē. Perdes autem omnes qui non solum operantur iniquitatem, quod odisti, sed etiam loquuntur mendacium, falsam iustitiā prætendendo, nec in pœnitentia confitēdo peccata: nam de falso testimonio, quod in decem præceptis legis positum est, nullo modo quidem contendi potest, dilectionem veritatis in corde seruandam, & proferēdum falsum ad eum apud quem dicitur testimonium. Cum enim Deo tantum dicitur, tunc tantum in corde veritas amplectenda est. Cum autem homini dicitur, etiam ore corporis verum proferendum est, quia homo non est cordis inspector. Sed planè de ipso testimonio non absurdè quæritur, apud quem quisque testis sit. Non enim apud quoscunque loquimur, testes sumus, sed apud eos quibus expedit & debetur per nos cognoscere aut credere veritatem: sicuti est iudex, ne in iudicando erret: aut qui docetur doctrina religionis, ne erret in fide, aut in ipsa doctoris autoritate dubius fluctuet. Cum autem ille te interrogat, aut vult ex te aliquid nosse, qui eam rem quærit quæ non ad eum pertineat, aut quam ei nosse non expedit, non testem, sed proditorem requirit. Itaque si ei mentiaris, à falso fortasse testimonio alienus eris, sed à mēdacio profectò non eris. Salvo igitur eo, quod falsum testimonium dicere nunquam licet, quæritur vtrum liceat aliquādo mentiri? Aut si falsum testimonium est omne mendacium, videndum est vtrum admittat compensationem, vt dicatur vitandi maioris peccati gratia: sicut illud quod scriptum est, Honora patrem & matrem: rapiētē officio potiore contemnitur: vnde vltimum sepulturæ honorem patri prohibetur exoluere, qui ab ipso Domino ad regnum Dei annunciandum vocatur. Item quod scriptum est: Verbū excipiens filius, à perditione longè aberit: excipiēs autem excipit illud sibi, & nihil falsi de ore ipsius procedit. Dicit aliquis non aliud hic accipiēdum esse, quod

Ibidem. CAPVT XVII. De mendacio in vtrāque parte disputat. Eccl.7.b.14. Ibidem. Eccl.7.b.14. Exodi 1.d. 19. Psal.5.a.7. Ibidem. Ioan.3.c.21. CAPVT XVIII. De eo quod grauioris mali vitādi causa fit. Exodi 10. b.12. Mat.8.c.22. Prouerb.19. d.e.

positum est, Excipiēs verbū filius, nisi verbum Dei: q̃ est veritas. Ergo excipiens veritatem filius à perditione
Psal.5.a.7. lōgè aberit, refertur ad illud quod dictum est, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Quod verò sequitur,
Gal.6.a.4. Excipiens autem excipit illud sibi, quid aliud insinuat, nisi quod Apostolus dicit, Opus autē suū probet vnusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero? Qui enim excipit verbū, id est, veritatē, non sibi, sed vt hominibus placeat, non eam custodit, cum eis videt placere posse mendacio. Qui autē excipit sibi, nihil falsum de ore ipsius procedit, quia etiā cū placet hominibus mendaciū, nō mentitur ille qui veritatem, non qua illis, sed qua Deo placeret, excepit sibi. Itaque non est cur hic dicatur, Omnes quidē perdet qui loquuntur mendacium, sed non omne mendaciū: quando vniuersaliter omnia mēdacia circuncisa sunt in eo quod dictū est, Et nihil falsi de ore ipsi⁹ procedit. Sed dicit alius, ita esse accipiendū sicut accepit Apo-
Mat.5.f.34. stolus, quod ait Dominus, Ego autem dico vobis non iurare omnino. Nam & hic omnis iuratio circuncisa est, sed ab ore cordis: vt nunquam voluntatis approba-
al. à malo. tione fieret, sed necessitate infirmitatis alteri⁹: id est, † malo alterius, cui non aliter videtur persuaderi posse quod dicit, nisi iurando fides fiat: aut ab illo malo nostro, quod huius mortalitatis adhuc pellibus inuōluti, cor nostrū non valemus ostendere: quod vtiq; si valeremus, iuratione opus non esset. Quanquā etiam in hac sententia tota, si quod dictū est, Excipiēs verbū filius,
Prouer.25. d.27. à perditione longè aberit: de ipsa dictum est veritate, per quā facta sunt omnia, quæ incōmutabilis semper manet: quoniā doctrina religionis ad eam contēplandā perducere nititur, potest videri ad hoc esse dictū, Et
Ibidem. nihil falsi de ore ipsius procedit, vt nihil falsi quod ad doctrinā pertinet, dicat. Quod mendacij genus nulla omnino cōpensatione subeundū, penitúsque ac præcipuè deuitādū est. Vt sicut quod dictū est, nihil falsi, absurdè accipitur, si non ad omne mēdaciū referatur: sic quod dictū est de ore ipsius, secundū superiorem disputationē os cordis accipiendū esse contēdit, qui aliquando putat esse mentiendum. Hæc certè omnis disputatio quāuis alternet, aliis asserentibus nunquā esse mentiendū, & ad hoc diuina testimonia recitantibus: aliis contradicentibus, & inter ipsa verba diuinorū testimoniorū mendacio locū quærentibus: nemo tamē potest dicere, hoc se aut in exemplo, aut in verbo Scripturarum inuenire, vt diligendum vel non odio habēdū vllū mēdaciū videatur: sed interdū mentiēdo faciēdū esse q̃ oderis, vt quod amplius detestandū est, deuitetur. Sed in hoc errant homines, quod subdūt preciosa vilioribus. Cum enim concesseris admittendum esse aliquod malū, ne aliud grauius admittatur, nō ex regula veritatis, sed ex sua quisque cupiditate atque cō-
D suetudine metitur malū: & id putat grauius q̃ ipse amplius exhorrescit, non quod amplius reuera fugiēdum est. Hoc totū ab amoris peruersitate gignitur vitium. Cum enim duæ sint vitæ nostræ, vna sempiterna, quæ
Vita hominū duplex. diuinitus promittitur, altera temporalis, in qua nunc sumus: cum quisque istam tēporalem amplius diligere cœperit, quàm illam sempiternā, propter hanc quā diligit, putat esse omnia facienda: nec vlla æstimat grauiora peccata, quàm quæ huic vitæ faciunt iniuriam, & vel ei commoditatis aliquid iniquè & illicitè auferunt, aut eam penitus illata morte adimunt. Itaque fures & raptores & contumeliosos & tortores atque interfectores magis oderūt, quàm lasciuos, ebriosos, luxuriosos, si nulli molesti sunt. Non enim intelligunt aut omnino curant quod isti Deo faciant iniuriā: non quidem in illius aliquod incommodum, sed in suam

A magnā perniciem: cùm dona eius in se corrūpunt etiā tēporalia, atque ipsis corruptionibus auersantur æterna: maximè si iam tēplum Dei esse cœperunt: q̃ Christianis omnibus Apostolus ita dicit, Nescitis quia tē-
1.Cor.3.c. plum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Quis-
16.* quis templū Dei corruperit, corrūpet illū Deus. Templū enim Dei sanctū est, quod estis vos. Et omnia quidē ista peccata, siue quibus iniuria fit hominibus in ipsis vitæ huius incōmodis, siue quibus se ipsi homines corrūpunt, & nulli inuito nocēt. Omnia ergo ista peccata, etiāsi huic tēporali vitæ ad aliquā delectationem vel vtilitatē videntur cōsulere: (nā nullus aliquid horū alio proposito ac fine cōmittit:) tamen ad illā vitā, quę sempiterna est, implicatos omnibus modis impediūt. Horū autē alia sunt quæ solos facientes impediūt, alia quæ eos etiā in quibus fiunt. Nam illa quæ vtilitatis ad hanc vitā pertinentis gratia seruantur, cùm auferūtur ab iniuriosis, illi soli peccant & à vita æterna impediū-
B tur, qui ea faciunt, non ij quibus faciunt. Itaque etiāsi ea sibi auferri quisque consentiat, vel ne faciat aliquid mali, vel ne in his ipsis maius aliquid incōmodi patiatur, non solū non peccat, sed illud fortiter & laudabiliter, hoc vtiliter & inculpabiliter facit. Quæ autē sanctitatis religionisq̃ causa seruātur, cū hæc violare iniuriosi voluerint, etiā peccatis minoribus, non tamen iniuriis aliorū, si cōditio proponitur & facultas datur, redimenda sunt. Et tunc iā illa desinūt esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur. Sicut enim in rebus vtilibus, velut in pecunia aliōue cōmodo corporali, non vocatur dānum, quod propter maius lucrum amittitur: sic & in rebus sanctis non vocatur peccatū, quod ne grauius admittatur, admittitur. Aut si & illud dānum dicitur, quod aliquis perdit ne ampli⁹ perdat, vocetur & hoc peccatū, dū tamen suscipiendū esse, vt
C amplius euitetur, ita nemo dubitet; sicut nemo dubitat cauendi maioris damni causa patiendū esse quod minus est. Ista sunt autem quæ sanctitatis causa seru-
CAP. XIX. De castitate pudicitia, veritate, aliisque virtutibus. ūda sunt, pudicitia corporis, & castitas animæ, & veritas doctrinæ. Pudicitiā corporis, non cōsentiente ac permittēte anima, nemo violat. Quicquid enim nobis inuitis, nullā tribuentibus potestatē maiore vi cōtingit in nostro corpore, nulla impudicitia est, sed permittendi potest esse aliqua ratio, consentiendi autē nulla. Tunc enim consentimus, cùm approbamus & volumus. Permittimus autem etiā non volentes euitandæ alicuius maioris turpitudinis gratia. Cōsensio sanè ad impudicitiā corporalē, etiā castitatē animi violat. Animi quippe castitas est in bona voluntate & syncera dilectione, quæ non corrūpitur, nisi cum amamus atque appetimus q̃ amandū atque appetendū non esse veritas docet. Custodiēda est ergo synceriter dilectio Dei
D & proximi: in hac enim castitas animi sanctificatur: & agendum quibus possumus viribus, & pia supplicatione, vt cum violāda appetitur pudicitia corporis nostri, ne ipse animæ sensus extremus, qui carne implicatus est, aliqua delectatione tangatur. Si autē hoc non potest, vel mentis in non consentiendo castitas conseruetur. Custodienda est autem in animi castitate, quod ad dilectionem proximi pertinet, innocentia & beneuolentia: quod autem ad Dei, pietas. Innocentia est, qua nulli nocemus: beneuolentia, qua etiam prosumus cui possimus. Pietas, qua colimus Deum. Veritas autem doctrinæ, religionis, atque pietatis non nisi mendacio violatur, cum ipsa summa atque intima veritas, cuius est ista doctrina, nullo modo possit violari: ad quam peruenire, atque in illa omnimodo manere, eiq̃ penitus inhærere non licebit, nisi cum corrupti-
1.Cor.15. g.53. bile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit

A duerit immortalitatē. Sed quia omnis in hac vita pietas, exercitatio est, qua in illā tenditur: cui exercitationi ducatū præbet ista doctrina, quæ humanis verbis & corporeorū sacramētorū signaculis ipsam insinuat atque intimat veritatem: propterea & hæc quæ per mēdaciū corrūpi potest, maximè incorrupta seruāda est, vt si quid in illa castitate animi fuerit violatum, habeat vnde reparetur. Corrupta enim autoritate doctrinæ nullus aut cursus aut recursus esse ad castitatem animi
CAP. XX. Pudicitiæ causa non mentiendū. potest. Conficitvr ergo ex his omnibus hæc sententia, vt mendaciū quod non violat doctrinā pietatis, neque ipsam pietatem, neque innocentiam, neq; beneuolentiam, pro pudicitia corporis admittendum sit. Et tamen si quisquā proponeret sibi sic amandā veritatē, non tantū quæ in contemplando est, sed etiā in vero enunciando, quod in suo quoque rerū genere verū est: & non aliter proferendā † motu corporis sententiā, quàm in animo concepta atque conspecta est: vt fi-
al. ore. B dei veridicā pulchritudinē non solum auro & argēto & gemmis & amœnis prædiis, sed & ipsi vniuersæ tēporali vitæ omnique corporis bono præponeret, nescio vtrū à quoquā sapienter errare diceretur. Et si hoc suis omnibus talibus rebus rectè ante ferret, plurisque pēderet, rectè etiā temporalibus rebus aliorum hominū, quos innocentia beneuolentiaq̃ sua seruare atq; adiuuare deberet. Amaret enim perfectā fidē: non solū bene credendi ea quæ sibi excellenti & fide digna autoritate dicerentur, sed etiā fideliter enunciandi quę ipse
Fides. dicenda iudicaret, ac diceret. Fides enim appellata est in Latina lingua ex eo quia fit quod dicitur. Quā manifestū est non exhibere mentientem. Quæ etsi minus violatur, cùm ita quisque mentitur, vt ei nullo incommodo, nullaq; pernicie credatur, addita etiā intentione vel salutis tuendę, vel pudicitię corporalis, violatur
al. resoluitur. tamen, & res † violatur in animi castitate atque sanctitate seruanda. Vnde eogimur nō opinione hominum, quæ plerunque in errore est, sed ipsa quæ omnibus supereminet atq; vna inuictissima est veritate, etiā pudicitiæ corporis perfectam fidem anteponere. Est enim animi castitas, amor ordinatus nō subdens maiora minoribus. Minus est enim quicquid in corpore, quàm quicquid in animo violari potest. Certè enim cùm q̃ pudicitia corporali quisque mentitur, videt quidē corrumpendo corpori suo non suam, sed alienam imminere libidinem: cauet tamen ne saltē permittendo sit particeps. Permissio verò illa vbi nisi in animo est? etiā corporalis ergo pudicitia corrumpi nisi in animo non potest: quo non cōsentiente, neque permittente, nullo modo rectè dicit violari pudicitia corporalis, quicquid in corpore fuerit aliena libidine perpetratū. Vnde colligitur multo magis animi castitatē seruandam esse in animo, in quo tutela est pudicitiæ corporalis. Quamobrē quod in nobis est, vtrunque sanctis moribus & cōuersatione muniendū est atq; sepiendum, ne aliunde violetur. Cùm autē vtrunq; non potest, quid pro quo sit contēnendum quis non videat, cùm videat quid cui sit præponendum: animus corpori, an corpus animo: animi castitas pudicitiæ corporis, an pudicitia corporis castitati animi? Et quid magis in peccatis cauendū, permissio facti alieni, an commissio facti tui?
CAPVT XXI. Epilogus prædictorum. Elvcet itaque discussis omnibus, nihil aliud illa testimonia Scripturarum monere, nisi nunquam esse omnino mētiendum: quandoquidem nec vlla exempla mendaciorum imitatione digna in moribus factisque sanctorum inueniantur, quod ad eas attinet scripturas, quæ ad nullam figuratam significationem referūtur, sicuti sunt res gestæ in Actibus apostolorum. Nam Domini omnia in Euangelio, quæ imperitiori-

A bus mendacia videntur, figuratæ significationes sunt. Et quod ait Apostolus, Omnibus omnia factus sum, vt
1.Cor.9.d. 22. omnes lucrifacerem: non eū mentiendo, sed cōpatiēdo fecisse rectè intelligitur, vt tanta charitate cum eis liberandis ageret, ac si ipse in eo malo esset, à quo illos sanare cupiebat. Non est igitur mētiendū in doctrina
1. pietatis. Magnum enim scelus est, & primū genus detestabilis mendacij. Non est mentiendū secundo ge-
2. nere, quia nulli facienda est iniuria. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria cō-
3. sulendū est. Non est mentiēdū quarto genere, propter mendacij libidinē, quæ per seipsam vitiosa est. Nō est
4. mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas fine placendi hominibus enuncianda est: quanto minus
5. mendaciū, quod per seipsum quia mēdacium est, vtique turpe est. Non est mentiendū sexto genere: neque
6. enim rectè etiā testimonij veritas pro cuiusquā tēporali cōmodo ac salute corrūpitur. Ad sempiternā verò salutē nullus ducendus est opitulante mendacio. Nō enim malis conuertentium moribus aliquis ad bonos mores conuertendus est. Quia si erga illū faciēdū est, debet etiā ipse cōuersus facere erga alios. Atque ita nū ad bonos, sed malos mores cōuertitur, cùm hoc ei prę-
7. betur imitandum conuerso, quod ei præstitū est conuertendo. Neque septimo genere mentiendum. Non enim cuiusquā cōmoditas aut salus temporalis, perficiendæ fidei præferēda est. Nec si quisquā in rectè factis nostris tam malè mouetur, vt fiat etiā animo deterior, lōgéque à pietate remotior, propterea rectè facta deserenda sunt: cùm id nobis præcipuè tenēdū sit quò vocare atque inuitare debem⁹, quos sicut nosmetipsos
2.Cor.2.d. 16. diligimus: fortissimóque animo bibenda est Apostolica illa sententia, Aliis quidē sumus odor vitæ in vitā, aliis odor mortis in mortem. Et ad hæc quis idoneus?
8. C Nec octauo genere mentiendū est, quia & in bonis castitas animi, pudicitia corporis: & in malis id quod ipsi facimus, eo quod fieri fiximus maius est. In his autem octo generibus tanto quisq; minus peccat cùm mentitur, quanto emergit ad octauum: tanto amplius, quā-to deuergit ad primū. Quisquis autē esse aliquod gen⁹ mendacij peccatum nō sit putauerit, decipiet seipsum turpiter, cùm honestū se deceptorem arbitratur aliorum. Tanta porrò cæcitas hominum animos occupauit, vt eis parum sit, si dicamus quædam mendacia nō esse peccata, nisi etiā in quibusdam peccatum dicant esse si mēdacium recusemus: eoque perducti sunt defendendo mendacium, vt etiam primo illo genere, quod est omnium sceleratissimum, dicant vsum fuisse apostolum Paulum. Nam in epistola ad Galatas, quæ vtique sicut cæteræ ad doctrinam religionis pietatisq̃ conscripta est; illo loco dicunt esse mentitum, vbi ait
Gal.2.c.14. D de Petro & Barnaba: Cùm vidissem quia non rectè ingrediuntur ad veritatem Euangelij. Cùm enim volūt Petrum ab errore, atque ab illa, in quam inciderat, viq̃ prauitate defendere, ipsam religionis viam, in qua salus est omnibus, confracta & comminuta Scripturarū autoritate conantur euertere. In quo non vident, non solum mendacij crimen, sed etiam periurij se obiicere Apostolo in ipsa doctrina pietatis, hoc est, in Epistola in qua prædicat Euangelium: ibi quippe ait priusquam
Gal.1.d.20. ista narraret, Quæ autē scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. Sed iam sit huius disputationis modus, in cuius totius consideratione & pertractatione
1.Cor.10.c. 13. nihil præ cæteris cogitandū atque orandum est, quàm illud quod idem Apostolus dicit, Fidelis Deus qui nō vos sinet tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum vt possitis sustinere.

DIVI AVRELII AVGVSTINI CONTRA MENDACIVM AD CONSENTIVM, LIBER VNVS.

Ex lib. 2. Retractat. cap. 60.

CAP. IX. Contra mẽdacium.

IVNC & contra mendacium scripsi librũ, cuius operis ea causa extitit, quod ad Priscilliaanistas hæreticos inuestigandos, qui hæresin suam non solum negando atque mentiendo, verumetiam peierando existimant occulendã, visum est quibusdã catholicis Priscillianistas se debere simulare, vt eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibẽs, hunc librum condidi. Hic liber sic incipit:

CAP. I. Hæretici quomodo refellendi.

MVLTA mihi legenda misisti, Consenti frater charissime, multa mihi legenda misisti: quibus rescripta dũ præparo, & aliis atque aliis magis vrgentibus occupationibus distrahor, emẽsus est annus: atque in eas me detrusisti angustias, vt quomodocunque rescribere, ne arridente iam tẽpore nauigandi perlatorẽ remeare cupientẽ diutius detinerem. Itaque omnibus quæ mihi Leonas Dei famulus abs te attulit, & mox vt ea sumpsi, & postea cùm hæc dictare iam vellem, euolutis atque perlectis, & quanta potui cõsideratione perpensis, valde sum tuo delectatus eloquio, & sanctarum memoria Scripturarũ ingeniique solertia, & dolore quo negligentes catholicos mordes, & zelo quo aduersus etiam latentes hæreticos frendes. Sed non mihi persuadetur eos de latebris suis nostris esse mendaciis eruẽdos. Vt quid enim eos tãta cura vestigare atque indagare conamur, nisi vt captos in apertumq; productos, aut etiã ipsos veritatẽ doceamus, aut certè veritate conuictos nocere aliis nõ sinamus. Ad hoc ergo, vt eorũ mendaciũ deleatur, siue caueatur, Dei autem veritas augeatur. Quomodo igitur mendacio mendacia rectè potero persequi? An & latrocinia, & sacrilegio sacrilegia, & adulterio sunt adulteria persequenda? Si autem veritas Dei in meo mendacio abundabit, nunquid nã & nos dicturi sumus, Faciamus mala vt veniant bona? Quod vides quẽadmodũ detestetur Apostolus. Quid est enim aliud, mẽtiamur vt hæreticos mendaces ad veritatẽ adducamus, nisi faciamus mala vt veniant bona? An aliquãdo bonũ est mendaciũ, vel aliquando mendaciũ nõ est malũ? Cur ergo scriptum est, O disti Domine omnes qui operantur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquũtur mẽdaciũ? Non enim aliquos excepit, aut indefinitè dixit, perdes loquentes mendaciũ, vt quosdã, nõ omnes intelligi sineret, sed vniuersalẽ sententiã protulit dicens, Perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. An quia non dictũ est, perdes omnes qui loquũtur omne mẽdaciũ, vel qui loquuntur quodcunq; mendacium, ideo putãdũ est locũ alicui relaxatũ esse mendacio, vt scilicet sit aliquod mẽdaciũ, q; qui loquuntur, nõ eos Deus perdat, sed eos omnes perdat qui loquuntur iniustũ mendaciũ, non quodcunque mendaciũ, quia inuenitur & iustum, quod vtique laudis debet esse, non criminis?

Rom. 3. b. 8.

Psal. 5. a. 7.

CAP. II. Priscillianistarum error.

NONNE cernis quantũ adiuuet hæc disputatio eosipsos, quos pro magna venatione mendaciis nostris capere molimur? Priscillianistarum est enim, sicut ipse monstrasti, ista sententia. Cui cõprobandæ adhibent testimonia de Scripturis, exhortantes suos ad mentiẽdũ tanquã exẽplis Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Angelorum: non dubitãtes addere etiam ipsum Dominum Christum, nec se aliter arbitrantes veracem suam ostendere falsitatem, nisi veritatem dicant esse mendacẽ. Redarguenda sunt ista, non imitãda. Nec in eo malo debemus Priscillianistarũ esse participes, in quo cæteris hæreticis cõuincũtur esse peiores. Ipsi enim soli, vel certè maximè ipsi reperiuntur, ad occultãdã suã quã putant veritatẽ, dogmatizare mendaciũ: atq; hoc tam magnũ malũ ideo iustũ existimare, quia dicunt, in corde retinendũ esse quod verũ est, ore autẽ ad alienos proferre falsum, nullũ esse peccatũ, & hoc esse scriptũ, Qui loquitur veritatẽ in corde suo: tanquã hoc satis sit ad iustitiã, etiamsi loquatur quisq; in ore mẽdaciũ, quando nõ proximus, sed alienus hoc audit. Propterea putãt etiã apostolũ Paulũ cùm dixisset, Deponentes mendaciũ, loquimini veritatẽ: statim addidisse, Vnusquisque cũ proximo suo: quia sumus inuicẽ mẽbra. Vt videlicet cũ eis qui nobis in societate veritatis proximi non sunt, neque, vt ita dicã, cõmembres nostri sunt, loqui liceat oporteatq́ue mẽdacium. Quæ sententia sanctos martyres exhonorat, imò verò aufert sancta omnino martyria. Iustius enim sapientiusq́ue facerent secundum istos, si persecutoribus suis non se cõfiterentur esse Christianos, nec eos sua cõfessione facerent homicidas: sed potius mẽtiendo & negando q; erant, & ipsi saluũ haberent carnis cõmodũ cordisq́ue propositum, & illos conceptũ animo scelus implere non sinerent. Non enim proximi eorũ erant in fide Christiana, vt cum eis deberent loqui veritatem in ore suo, quam loquebantur in corde suo, sed ipsius veritatis insuper inimici. Si enim Hieu, quem sibi inter cæteros ad exemplũ mentiendi prudenter videtur intueri, seruum Baal se esse mẽtitus est, vt seruos eius occideret: quanto iustius secundũ istorũ peruersitatẽ tẽpore persecutionis seruos dæmonũ se mentirentur serui Christi, ne serui dæmonum seruos occiderẽt Christi: & sacrificarent idolis ne interficerẽtur homines, si sacrificauit ille Baali vt interficeret homines? Quid enim eis obesset secundũ egregiã doctrinã mẽdaciloquorũ, si diaboli cultũ mentirentur in corpore, quãdo Dei cultus seruabatur in corde? Sed non sic intellexerunt Apostolũ martyres veri, martyres sancti. Vterũt quippe tenueruntq́ue quod scriptũ est: Corde creditur ad iustitiã, ore confessio fit ad salutẽ. Et, In ore eorũ nõ est inuentum mendaciũ: ac sic irreprehensibiles abierunt, vbi tentari à mendacibus vlterius non cauebunt, quia mendaces amplius in suis cælestibus cœtibus vel alienos vel proximos non habebunt. Illum verò Hieu mendacio impio & sacrificio sacrilego occidendos impios & sacrilegos inquirentem non imitarentur: nec si de illo qualis fuisset, eadem scriptura tacuisset. Cùm verò scriptum sit, eum rectum cor non habuisse cum Deo, quid ei profuit quod pro nõnulla obedientia, quam de domo Achab omnino delẽda, pro cupiditate suæ dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni temporalis accepit? Ad sententiam potius veridicam martyrum defendendam te frater exhortor, vt sis aduersus mendaces, non mendacij doctor, sed veritatis assertor: nam diligẽtius, obsecro, attende quod dico, vt inuenias quàm sit cauendum, quod zelo quidem laudabili aduersus impios, vt possint comprehendi & corrigi, vel vitari, sed tamen incautius docendũ putatur.

Rom. 10. b. 10.

Apoc. 14. a. 5.

Ephes. 4. f. 25.

4. Reg. 10. d. 8.

4. Reg. 10. g. 31.

CAPVT III. Mendatiorum mala.

MENDACIORVM genera multa sunt, quæ quidem omnia vniuersaliter odisse debemus. Nullum est enim mendacium quod non sit contrarium veritati. Nam sicut lux & tenebrę, pietas & impietas, iustitia & iniquitas, peccatum & rectè factum, sanitas & imbecillitas, vita & mors: ita inter se sunt veritas mendaciumque contraria. Vnde quanto amamus istam, tanto illud odisse debemus. Veruntamen sunt quædam mendacia, quæ credere nihil

nihil obsit: quamuis etiã tali mentiendi genere fallere voluisse, mẽtienti sit noxiũ, nõ credẽti. Tanquã si frater ille seruus Dei Frõto in iis quæ tibi indicauit, quod absit, aliqua mentiretur, sibi nocuisset profectò, non tibi, quãuis tu omnia credidisses sine tua iniquitate narrãti. Quoniam siue illa ita gesta sint, siue nõ ita, † habent tamẽ aliquid, quod si quis crediderit ita gestum esse, etiã si nõ ita sit gestũ, regula veritatis, & doctrina salutis æternæ iudicetur esse culpandus. Si autẽ hoc quisq; mẽtiatur, quod si quis crediderit, aduersus doctrinã Christi hæreticus erit, tanto est nocentior mẽtiens, quanto miserior credens. Vide ergo quale sit, si aduersus doctrinam Christi mentiti fuerimus, quod quisquis crediderit, interibit: vt inimicos eiusdem doctrinæ capiamus, quos ad veritatẽ, dum nos ab ea recedimus, adducamus: imò verò cùm mendaces mentiendo capimus, mẽdacia peiora doceamus. Aliud est enim quod dicũt quãdo mẽtiuntur, aliud quando falluntur: nã cùm hæresim suã docent, ea dicunt in quibus falluntur. Quando autẽ se dicũt sentire quod nõ sentiunt, vel non sentire quod sentiũt, ea dicũt in quibus mẽtiuntur. Quod eis quisquis credit, & si eos nõ inuenit, ipse non perit. A regula quippe catholica nõ recedit, qui hæreticum catholica dogmata mendaciter profitẽtẽ, catholicum credit. Ac per hoc non est ei perniciosum: quia in hominis mente, de qua latẽte nõ potest iudicare, non in Dei fallitur fide, quam debet insitam custodire. Porrò autem quando hæresim suã docent, quisquis eis crediderit putando veritatẽ, erit particeps vt erroris, ita dãnationis illorum. Sic fit vt cùm illi sua nefaria dogmata fabulantur, in quibus mortifero errore falluntur, tunc quisquis crediderit, pereat. Nos autẽ quando catholica dogmata prædicamus, in quibus rectã fidem tenemus, tunc si crediderit, inueniatur quicunque perierat. Quãdo verò cùm sint Priscillianistæ, vt sua venena nõ prodant, nostros se esse mentiuntur, quisquis nostrum eis credit, etiã illis latentibus, ipse catholicus perseuerat. Nos contrà vt ad eorum peruenianus indaginẽ, si Priscillianistas nos esse mẽtimur, quia eorũ tanquã nostra sumus dogmata laudaturi, quisquis ea crediderit, aut confirmabitur apud eos, aut trãsferetur ad eos interim statim: quid autẽ hora superuentura pariat, vtrum inde postea liberẽtur, vera dicẽtibus nobis, qui decepti sunt fallentibus nobis: & vtrum audire velint docentẽ, quẽ sic experti sunt mentientẽ, quis nouerit certũ? quis hoc esse ignoret incertum? Ex quo colligitur, perniciosius, aut vt mitius loquar, periculosius mentiri catholicos, vt hæreticos capiant, quàm mentiuntur hæretici, vt catholicos lateant. Quoniam quisquis credit catholicis mentiendo tẽtantibus, aut efficitur, aut cõfirmatur hæreticus. Quisquis autẽ credit hæreticis mentiendo sese occultantibus, non desinit esse catholicus. Quod vt fiat planius, aliqua exẽpli gratia proponamus, & ex eis potissimũ scriptis, quæ mihi legẽda misisti. Ecce cõstituamus ante oculos callidum exploratorem, accedere ad eum quẽ Priscillianistã esse præsenserit, & dictum Episcopi, vel cogniti vitã, vel incogniti famã laudare mendaciter: est hoc tollerabilius adhuc, quia ille putatur fuisse catholicus, atque ex illo errore correctus. Deinde Priscillianum, hoc enim sequitur in arte mentiendi, venerabiliter cõmemoraturus est, hominẽ impium & detestabilem, & pro suis nefariis sceleribus criminibũsque damnatum. In qua eius venerabili cõmemoratione, si fortè ille, cui retia tenduntur huiusmodi, firmus Priscillianista non fuerat, hac eius prædicatione firmabitur. Cùm autem ad cætera exploratis sermo processerit, & dicentis misereri se eorũ, quos tantis errorum tenebris tenebrarum author inuoluerit, vt honorẽ animæ suæ, & claritatẽ diuinæ prosapiæ nõ cognoscãt. Tũ deinde dictum librũ, cuius nomen est Libra; eo quòd pertractatis duodecim quæstionibus, velut vnciis explicatur, tãtis extulerit laudibus, vt talem Librã, in qua horrendæ blasphemiæ cõtinẽtur, multis librarum auri milibus preciosiorẽ esse testetur: nẽpe hæc astutia mẽtientis, animã credentis interficit, aut iam interfectã in eadem morte demergit, ac deprimit. Sed, inquies, postea liberabitur. Quid si nõ fiat, siue aliquo interueniente impedimento ne cœpta cõpleantur, siue obstinatione mentis hæreticæ rursus eadem negãtis, etiam si aliqua iam cœperat cõfiteri: præsertim quia si cognouerit se ab alieno fuisse tẽtatũ, eo ipso audacius illa quæ sentit, studebit occultare mendacio, quando id inculpatè fieri multo certius didicerit, etiã exẽplo ipsius tẽtatoris? Hoc quippe in homine, qui veritatẽ tegendã putat esse mẽtiendo, qua tãdem frõte culpabimus, & dãnare audebimus quod docemus? Remanet igitur, vt quod sentiunt Priscillianistæ secundum hæresis suæ nefariã falsitatẽ, de Deo, de anima, de corpore, de cæteris rebus, nõ dubitemus veraci pietate damnare. Quod autẽ sentiunt, vt veritas occultetur, esse mentiendũ, sit nobis & illis, quod absit, dogma cõmune. Hoc tã magnum malum est vt etiam si conatus hic noster, quo scilicet eos per mendacium capere cupimus, & mutare, ita prosperetur, vt eos capiamus, atque mutemus, nullis lucris cõpensentur hæc dãna, quibus & nos cum ipsis pro illorũ correctione † depraueur. Per hoc nãque mendacium & nos erimus, ex ea parte peruersi, & illi semicorrecti: quãdoquidẽ istud, quod putant esse pro veritate mentiendum, non in eis corrigimus: quia idẽ nos dicimus & docemus, & fieri oportere præcipimus, vt ad eos emendandos peruenire possimus. Quos tamen nõ emẽdamus, quibus mendũ, quo verum tegendũ existimãt, non auferimus: sed nos potius immendamur, cùm per tale † mendum eos quærimus, nec inuenimus quẽadmodũ eis cõuersis credere valeamus, quibus peruersis mentiti sumus: ne fortè quod vt caperentur, sunt passi, faciant capti, non solùm quia facere consueuerunt, sed quia & in nobis ad quos veniunt, hoc inueniunt.

al. non habẽt.

al. deprauamus.

al. mẽdaciuũ.

CAPVT IIII. Mentienti non habẽdi fidem.

ET quod est miserabilius, etiam ipsi iam quasi nostri effecti, quemadmodum nobis credant, reperire nõ possunt. Si enim suspicentur etiam ipsa catholica dogmata nos mendaciter loqui, vt nescio quid aliud occultemus quod verum putamus: certè talia suspicanti dicturus es: Hoc tunc ideo feci, vt caperem te. Sed quid respõdebis dicenti. Vnde igitur scio, vtrum etiã nunc id facias, ne capiaris à me? An verò cuiquã persuadari potest, hominem non mentiri ne capiatur, qui mentitur vt capiat? Vidẽsne quò tendat hoc malum, vt scilicet non solum nos illis, ipsique nobis: sed omnis frater omni fratri non immeritò videatur esse suspectus? Atque ita dum per mendacium tenditur, vt doceatur fides, id agi potius, vt nulli habenda sit fides? Si enim & contra Deum loquimur cùm mentimur, quid tantum mali poterit in vllo mendacio reperiri, quod tanquam scelestissimum omni modo deuitare debeamus?

CAP. V. Priscillianistam tolerabilius mentiri quàm catholicũ.

SED nunc aduerte quàm tolerabilius Priscillianistæ in nostra comparatione mentiantur, quando se fallaciter loqui sciunt, quos nostro mendacio liberandos putamus ab eis fallis, in quibus errando falluntur. Priscillianista dicit, quòd anima sit pars Dei, & eiusdem cuius est ille, naturæ atque substantiæ: Magna hæc est & detestanda blasphemia. Sequitur enim, vt Dei natura captiuetur, decipiatur, fallatur, conturbetur, atque turpetur, damnetur atque crucietur. At si hoc & ille dicit, qui de tanto malo liberare cupit hominẽ per mẽdacium, videamus quid intersit inter vtrũque blasphe-

mum. Plurimũ, inquis. Nã hoc Priscillianista dicit, ita etiã credẽs: Catholicus autẽ non ita credens, quamuis ita loquẽs. Ille ergo blasphemat nesciẽs, iste autẽ sciẽs: ille cõtra scientiam, iste contra cõscientiam. Ille habet cæcitatem falsa sentiendi, sed in eis habet saltem volũtatẽ vera dicendi: iste latẽs videt vera, & volẽs loquitur falsa. Sed ille, inquies, hoc docet, vt erroris sui faciat furorísque participes: iste autem hoc dicit, vt ab illo errore ac furore liberet homines. Iam quidẽ suprà ostendi quantũ & hoc nocеat quod creditur profututum. Verũ interim si appẽdamus in his duobus mala præsentia, quoniam bona futura quæ catholicus de corrigendo hæretico inquirit, incerta sunt, quis peccat grauius? vtrũ qui hominẽ decipit nesciens, an qui Deũ blasphemat sciẽs? Profectò quid sit peius intelligit qui homini Deũ solicita pietate præponit. Huc accedit, quia si blasphemandus est Deus, vt ad eum laudandum homines adducamus: proculdubio non solùm ad laudandũ, verumetiam ad blasphemãdum Deum, exẽplo & doctrina nostra homines inuitamus: quoniam quos ad Dei laudes per Dei blasphemias molimur adducere, vtique si adduxerimus, nõ solùm laudare discent, verumetiam blasphemare. Hæc illis beneficia cõferimus, quos non ignorãter, sed sciẽter blasphemando ab hæreticis liberamus. Et cùm Apostolus homines tradiderit etiã ipsi
2. Tim. 1. d. 20. satanæ, vt discerẽt non blasphemare: nos conamur homines eruere satanæ, vt discãt nõ per ignorantiam, sed per sciẽtiam blasphemare: nobísque ipsis magistris eorum hoc tam magnũ importamus exitiũ, vt propter hęreticos capiendos prius efficiamur, quod certũ est, Dei blasphematores: quo possimus propter eos, quod incertum est, liberandos, veritatis eius esse doctores. Cùm igitur blasphemare Deum doceamus nostros, vt eos Priscillianistæ credãt suos: videamus quid mali dicant ipsi, qui propterea mẽtiuntur vt cos nostros esse credamus. Anathematizant Priscillianum, & ad nostrum arbitrium detestantur. Dicunt animã creaturam Dei esse, nõ partẽ. Execrantur Priscillianistarum falsa martyria. Catholicos episcopos, à quibus illa hæresis nudata, oppugnata, prostrata est, magnis efferunt laudibus, & cætera huiusmodi. Ecce ipsi vera dicũt quando mentiuntur, non quo simul possit hoc ipsum verum esse quod
al. mendaciũ. † mendum est, sed in alio quando mentiũtur, in alio vera dicunt. Quando enim nostros se esse mentiuntur, de fide catholica vera dicunt: ac per hoc ipsi ne Priscillianistæ inueniantur, loquuntur mẽdaciter vera. Nos autẽ vt eos inueniamus, non solùm mẽdaciter loquimur, vt ad illos pertinere credamur, sed etiã falsa loquimur quæ ad illorũ errorẽ pertinere cognouimus. Itaque illi quando nostri putari volunt, & falsum est ex parte, & verum est ex parte quod dicunt. Falsum est enim eos nostros esse: verum est autẽ, animam partẽ Dei nõ esse. Nos verò quãdo ad eos pertinere putari volumus, falsum est vtrunque quod dicimus, & Priscillianistas nos esse, & animam partẽ Dei esse. Illi itaque Deũ laudant, non blasphemant quando se occultant: & quando se nõ occultant, sed sua proferũt, blasphemare se nesciũt. Ideo si ad fidẽ catholicã conuertantur, consolantur semetipsos, quia possunt dicere quod Apostolus, qui cùm
1. Tim. 1. ci. 3. inter cætera dixisset, Prius fui blasphemus, misericordiam, inquit consecutus sum, quia ignorans feci. Nos contra, vt se nobis aperiant, si hoc quasi iustum hoc mẽdacium fallendis eis capiẽdisque proferimus, profectò ad blasphematores Priscillianistas nos pertinere dicimus, & vt no bis credant, sine excusatione ignorantiæ blasphemamus. Neque enim catholicus, qui blasphemãdo vult hæreticus credi, potest dicere, Ignorãs feci.

CAP. VI. SEMPER, frater, in talibus causis cũ timore recolendum est, Quicunque me negauerit corã hominibus, negabo eum corã patre meo qui in cælis est. An verò Christum coram hominibus non negat, qui eum corã Priscillianistis negat, vt eos latentes blasphemo mẽdacio nudet, & capiat? Quis autẽ dubitat, obsecro te, negari Christũ, cùm sicuti est verus, ita non esse dicitur: & sicut eũ Priscillianista credit, ita esse dicitur? Sed occultos lupos, inquies, indutos pellibus ouium, & dominicũ gregem latenter grauitérque vastantes, aliter inuenire non possumus. Vnde ergo innotuerunt Priscillianistæ, priusquam huius mendacij fuisset excogitata venatio? Vnde ad ipsius authoris illorum, profectò astutioris, & ideò tectioris cubile peruentum est: vnde tot tantíque manifestati atque dãnati, & cæteri innumerabiles partim correcti, partim velut correcti, & ecclesia miserãte collecti sunt? Multas enim vias dat Dominus quando miseretur, quibus ad eorum peruenіatur indaginem. Quarum duæ sunt aliis † faciliores, vt vel ab eis, quos seducere volucrunt, aut ab eis, quos iam seduxerant, resipiscentibus conuersisq; monstrẽtur. Quod facilius fit, si nefarius eorũ error, nõ mendacibus captionibus, sed veracibus disputationib' euertatur. Quibus conscribendis operam te oportet impẽdere, quoniam Dominus donauit vt possis: quæ scripta salubria quibus eorum peruersitas insana destruitur, cùm magis magísque innotuerint, & à catholicis vel antistitibus qui loquuntur in populis, vel à quibusque studiosis zelo Dei plenis, fuerint vsquequaq; diffusa, hæc crũt sancta retia, quibus capiãtur veraciter, non mendaciter inquirantur. Sic enim capti, aut vltro quid fuerint fatebuntur, & alios, quos in sua mala societate nouerũt, vel cõcorditer corrigent, vel misericorditer prodent: Aut si eos pudebit fateri, quod diuturna simulatione texerũt, occulta Dei manu medicante sanabuntur. Sed multo faciliùs, inquies, eorum latibula penetramus, si quod sunt, nos esse mentiamur. Hoc si liceret, aut expediret, potuit Christus præcipere ouibus suis, vt lupinis amictæ pellibus ad lupos venirent, & eos huius artis fallaciis inuenirent. Quod eis non dixit, nec quando eas in medium luporum se missurum esse prædixit. Sed dices, Non erant tunc inquirendi, cùm essent apertissimi lupi, sed eorum morsus & sæuitia perferenda. Quid cùm tempora posteriora prænuncians, in vestitu ouium dixit rapaces lupos esse venturos? Nónne ibi erat locus vt hæc moneret & diceret: Et vos vt eos inueniatis, assumite vestitum luporum, intrinsecus autem oues manete? Non hoc ait, sed cùm dixisset: Multi ad vos venient in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: non addidit, ex mendaciis vestris: sed, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Veritate sunt cauenda, veritate capienda, veritate occidenda mendacia. Absit vt blasphemias ignorantium, scienter blasphemando vincamus. Absit vt mala fallacium imitando caueamus. Quomodo enim cauebimus, si vt caueamus, habebimus? Si enim, vt capiatur qui blasphemat nesciens, blasphemabo sciens, peius est quod ago, quàm quod capio. Si vt inueniatur qui Christum negat nesciens, ego Christum negabo sciens, ad perditionem me sequuturus est quem sic inuenero: siquidem vt illum inueniam, prior pereo. An fortè qui eo modò Priscillianistas inuenire molitur, ideo non negat Christum, quia ore depromit quod corde non credit? quasi verò, quod & paulo ante iam dixi', cùm dictum esset, Corde creditur ad iustitiam: incassum est additum, Ore confessio fit ad salutem? Nónne pene omnes, qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt, & tamen ore ad salutem non confi-

Modus inquirendi & conuincendi hæreticos. Matth. 10. d. 33.
Obiectio. Mat. 7. b. 15.
Responsio.
al. feliciores.
Euasio pro mendacio.
Confutatio
Matt. 10. b. 16.
Obiectio.
Responsio.
Mat. 7. b. 15.

Matth. 26. g. 69.* confitẽdo perierũt, nisi qui per pœnitentiã reuixerũt? Quis ita euanescat vt existimet apostolũ Petrum hoc habuisse in corde quod in ore, quãdo Christum negauit? Nempe in illa negatione intus veritatẽ tenebat, & foris mendaciũ proferebat. Cur ergo lachrymis diluit quod ore negauerat, si saluti sufficiebat quod corde credebat? Cur loquẽs in corde suo veritatem, tã amaro fletu puniuit mẽdacium quod ore deprõpsit: nisi quia magnã vidit esse perniciẽ, quod corde quidẽ credidit ad iustitiã, sed ore nõ cõfessus est ad salutẽ? Quapropter illud quod scriptum est: Qui loquitur veritatem in corde suo: nõ sic accipiendũ est, quasi retenta in corde veritate, loquendum sit in ore mendacium. Sed ideo dictum est, quia fieri potest vt loquatur quisque ore veritatem, quæ nihil ei prosit si eam in corde non teneat: id est, si quod loquitur ipse nõ credat: sicut hæretici, maximeq; iidem Priscillianistæ faciunt, cùm catholicã veritatem nõ quidẽ credunt, sed tamen loquũtur vt nostri esse credantur. Loquũtur ergo veritatem in ore suo, non in corde suo. Propterea distin guẽdi erãt ab illo de quo dictũ est, Qui loquitur veritatẽ in corde suo. Hanc autẽ veritatẽ catholicus sicut in corde loquitur, quia ita credit, ita & in ore debet, vt ita prædicet. Contra istam verò nec in corde nec in ore habeat falsitatẽ, vt & corde credat ad iustitiã, & ore cõfessionem faciat ad salutem. Nam & in illo Psalmo cùm dictum esset, Qui loquitur veritatẽ in corde suo: mox etiã hoc additũ est, Qui non egit dolum in lingua sua. Et illud quod Apostolus ait: Deponentes mẽdacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quia sum' inuicẽ mẽbra: absit vt sic intelligamus tã quã loqui mendaciũ permiserit cum eis qui nõ sint nobiscũ mẽbra corporis Christi. Sed ideo dictum est, quia vnusquisque nostrũ hoc debet quemq; deputare quod eum vult fieri, etiã si nõdũ factus est, sicut Dominus alienigenã Samaritanũ proximum eius ostendit, cũ quo misericordiã fecit. Proximus ergo habendus est, non alienus, cum quo id agendum est, ne remaneat alien'. Etsi propter id quod nõdum est fidei nostræ sacramentiq; particeps factus, aliqua illi occultãda sunt vera, nõ tamen ideo dicẽda sunt falsa. Fuerũt enim etiã tẽporib' apostolorũ, qui veritatem nõ veraciter, id est, nõ veraci animo prædicarent: quos dicit Apostolus Christũ annũciasse nõ castè, sed p inuidiã & cõtẽtionem. Ac per hoc etiã tunc nõnulli tolerati sunt annunciantes non casto animo veritatem, nõ tamen vlli laudati sunt, tanquã annunciãtes casto animo falcitatem. peniq; de illis dicit, Siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Nullo modo autem diceret, vt postea Christus annuncietur, prius negetur. Quocirca multis quidẽ modis possunt latentes hæretici vestigari, nec catholica fide vituperata, nec hæretica impietate laudata. SED etsi aliter omnino nõ posset educi de cauernis suis hæretica impietas, nisi à tramite veritatis lingua catholica deuiaret, tolerabilius illa occultaretur, q̃ ista præcipitaretur. Tolerabilius in suis foueis delitescerent vulpes, quam propter illas capiendas in blasphemiæ foueã caderent venatores. Tolerabilius perfidia Priscillianistarũ veritatis velamine tegeretur, quã fides catholica ne à Priscillianistis mentiẽtibus laudaretur, à catholicis credentib' negaretur. Nam si propterea iusta sunt non qualiacunq;, sed blasphema mendacia, quia hoc animo fiunt vt occulti hæretici detegantur, poterunt isto modo si eodẽ animo fiãt, casta esse adulteria. Quid si enim ex numero Priscillianistarum impudicarum aliqua femina iniiciat oculum in catholicum Ioseph, eiq; promittat proditurام se latebras eorum, si ab illo impetrauerit stuprũ, certumq; sit eam si ei consensum

Rom. 10. b. 10.
Psal. 14. a. 3.
Ibidem.
Ephe. 4. c. 25.
Lucæ 10. c. 30.
Phillipp. 1. b. 15.* Confutatio mendacij.
Phil. 1. c. 18.
Confutatio mendacij.
Rom. 10. b. 10.

fuerit, quod pollicita est impletura, faciendum ne cen sebimus, an intelligemus nequaquam tali precio merces eiusmodi cõparandas? Cur ergo non † eruimus capiẽdos hæreticos carne in adulterium defluente, & † eruendos putamus ore in blasphemia fornicante? Aut enim licebit vtrũq; pari ratione defendere, vt ideo hęc non esse dicantur iniusta, quia ea facta sunt intentione qua deprehẽderentur iniusti: aut si sana doctrina nec propter inueniendos hæreticos vult nos cum feminis impudicis saltem corpore nõ mente misceri, profectò nec propter inueniendos hæreticos vult à nobis saltem voce nõ mente, aut immundam hæresim prædicari, aut castã catholicam blasphemari. Quia & ipsum mẽtis imperium, cui debet omnis inferior motus hominis obedire, digno nõ carebit opprobrio, quando fit quod fieri non oportet, seu membro, seu verbo. Quanquam etiam cum verbo fit, membro fit: quoniam lingua mẽbrum est qua fit verbum. Nec vllum factum nostrum membro vllo paritur, nisi quod prius corde cõcipitur, vel potius intus cogitando & consentiendo iam partũ, foras editur faciendo per membrum. Non itaque animus à facto excusatur, quando dicitur aliquid nõ ex animo fieri, quod tamen non fieret, nisi animus faciendũ esse decerneret. Interest quidem plurimũ, qua causã, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quæ constat esse peccata, nullo bonæ causæ obtẽtu, nullo quasi bono fine, nullave ut bona intẽtione facienda sunt. Ea quippe opera hominũ, sicut causas habuerũt bonas seu malas, nũc sunt bona, nũc mala, quæ nõ sunt p seipsa peccata. Sicut victum præbere pauperibus, bonũ opus est, si fit causa misericordiæ cum recta fide. Sicut cõcubitus coniugalis, quando fit causã generãdi, si ea fide fiat vt gignantur regenerandi. Hæc atque huiusmodi secundum suas causas opera sunt bona vel mala quia eadem ipsa si habeãt malas causas, in peccata vertuntur. Velut si iactantiæ causã pauper pascitur: aut lasciuiæ causa cum vxore concumbitur: aut filij generãtur, non vt Deo, sed vt diabolo nutriantur. Cùm verò iam opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, vel cætera talia: quis est qui dicat causis bonis esse facienda, vt vel peccata nõ sint, vel quod est absurdius, iusta peccata sint? Quis est qui dicat, vt habeam' quod demus pauperib', faciamus furta diuitib', aut testimonia falsa vendamus, maximè si non inde innocẽtes læduntur, sed nocentes potius dãnaturis iudicibus eruũtur? Duo enim bona fiunt huius venditione mendacij, vt & pecunia sumatur vnde inops alatur, & iudex fallatur, ne homo puniatur. Testamẽta etiãsi possumus, cur nõ vera supprimimus, & falsa supponimus: vt hæreditates vel legata non habeant indigni, qui nihil ex eis operantur boni, sed hi potius à quibus esurientes pascuntur, nudi vestiuntur, peregrini suscipiuntur, captiui redimũtur, ecclesiæ construuntur? Cur enim nõ fiãt illa mala, ppter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala. Iam verò si aliquæ immundæ & diuites feminæ videãtur amatores & stupratores suos insuper ditaturæ, cur nõ & has partes atq; artes suscipiat vir misericors, quibus, p tam bona causa vtatur, vt habeat vnde indigentib' largiatur: nec audiat Apostolũ dicentẽ: Qui furabatur iã nõ furetur, magis autẽ laboret operans manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat cui opus est. Siquidẽ nõ solum ipsum furtũ, verumetiã falsum testimoniũ & adulteriũ, & omne op' malũ nõ erit malũ, sed bonũ, si ea causa perpetretur vt fit vnde fiat bonũ. Quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesq; conatur mores legesq; subuertere. Quod enim scelera tissimũ facin', quod turpissimũ flagitiũ, quod impiissimũ sacrilegiũ nõ dicatur posse fieri rectè atque iustè:

al. emimus.
al. eruendos
Eph. 4. f. 28.

nec impunè tãtùm, verumetiam gloriosè, vt in eo perpetrãdo, nõ solũ supplicia nulla timeãtur, sed sperẽtur & præmia: si semel concesserimus in omnibus malis operibus hominũ ideo non quid fiat, sed quare fiat esse quærendum, vt quæcũque propter bonas causas facta inueniũtur, nec ipsa mala esse iudicẽtur? At si iusticia meritò punit furẽ, etiam qui dixerit & ostẽderit ideo se substraxisse superflua diuiti, vt præberet necessaria pauperi, si meritò punit falsariũ, etiam qui se ideo testa mẽtum alienum corrupisse docuerit, vt ille hæres esset qui facturus inde fuerat eleemosynas largas, non ille qui nullas: si meritò punit adulterum etiam qui demõstrauerit misericordia se fecisse adulterium, & per illã cum qua fecit, de morte hominem liberaret: postremò vt ad rem de qua quæstio est propius accedamus, si meritò punit eum qui feminæ alicui Priscillianistarũ turpidinis conscíæ, propterea se adulterino concubitu miscuit, vtad eorũ latebras peruenirет: obsecro te, cùm dicat Apostolus: Ne exhibeatis membra vestra arma iniqtatis peccato: & ideo necman⁹, nec corporis genitalia, nec alia mẽbra flagitiis exhibere debeam⁹, vt Priscillianistas inuenire possimus, quid nos lingua, quid totũ os nostrum, quid organum vocis offendit, vt hæc exhibeamus arma peccato: tantoq; peccato, vbi Deum nostrum, vt Priscillianistas apprehensos ab ignorãtiæ blasphemiis seruemus, sine excusatione ignorãtiæ blasphememus? DICET aliquis, Ergo æquandus est fur qui libet ei furi qui misericordiæ voluntate furatur? Quis hoc dixerit? Sed horum duorum non ideo est quisquã bonus, quia peior est vnus. Peior est enim qui cõcupiscẽdo, quàm qui miserando furatur. Sed si furtum omne peccatum est, ab omni furto est abstinẽdum. Quis enim dicat esse peccandum, etiam si aliud sit damnabile, aliud veniale peccatũ? Nũc autem quærimus, si hoc aut illud quisque fecerit, quis non peccauit, siue peccauit: nõ quis grauius leuiúsue peccauit. Nam & ipsa furta leuius vtique puniuntur lege, quàm stupra. Sunt autẽ vtraque peccata, quãuis alia leuiora, alia grauiora: ita vt leuius habeatur furtũ quod concupiscendo, quã stuprũ quod subueniendo cõmittitur. In suo quippe genere aliis eiusdẽ generis peccatis leuiora fiunt, quæ bono animo videntur ãdmitti, cùm tamẽ & ipsa alterius generis peccatis, ipso suo genere leuioribus inueniantur esse grauiora. Grauius est enim auaritia, quã misericordia furtum facere. Itemq; stuprum grauius est luxuria, quàm misericordia perpetrare: & tamẽ grauius est adulterare misericordia quã furari auaritia. Neq; nũc agitur quid sit leuius siue grauius, sed quę sint peccata, vel non sint. Nemo enim dixerit debuisse peccari vbi cõstat esse peccatũ: sed debere dicimus si ita vel ita peccatum est, ignosci vel nõ ignosci. VERVM quod fatendum est, ita humanos animos quædam compensatiua peccata perturbant, vt etiam putentur debere laudari, ac potius rectè facta dicantur. Quis enim dubitet esse grande peccatũ, si pater filias suas prostituat fornicationibus impiorum? Et tamen extitit causa qua hoc vir iustus debere se facere existimaret, quãdo Sodomitæ nefario libidinis impetu hospitibus eius irruebant. Ait enim: Sunt mihi duæ filiæ quæ non cognouerunt virum, producam illas ad vos, & vtimini eis quomodo placuerit vobis, tantum inviros istos ne faciatis iniquũ propterea quia intrauerũt sub tectum tignorũ meorũ. Quid hic dicimus? Nónne ita scelus quod Sodomitæ hospitibus illius viri iusti facere conabãtur, horremus, vt quicquid fieret ne hoc fieret, arbitremur fuisse faciẽdum? Mouet etiam maximè persona facientis, quæ merito iustitiæ liberabatur à Sodomis: vt quoniam minus malum esset feminas quàm viros perpeti stuprũ, etiã hoc ad iustitiã iusti illius pertinuisse dicatur, quòd in filiabus hoc maluit fieri quàm in hospitibus suis, non tantum id volens animo, verũ & offerens verbo: & si illi assensi fuissent impleturus & facto. Sed si hanc peccatis † aperimus viam, vt committamus minora ne alij maiora committant, lato limite, imò nullo limite, sed conuulsis & remotis omnibus terminis infinito spacio cuncta intrabũt atque regnabunt. Quando enim fuerit definitum peccandum esse homini minus, ne alius peccet amplius, profectò & furtis nostris stupra cauebũtur aliena, & incesta stupris: & si qua impietas visa fuerit etiam peior incestis, incesta quoq; facienda dicentur à nobis, si eo modo agi potuerint, vt illa impietas non committatur ab aliis: & in singulis quibusque generibus peccatorũ, & furta pro furtis, & stupra pro stupris, & incesta pro incestis, & sacrilegia pro sacrilegiis faciẽda putabuntur, nostra pro alienis: non solũ minora pro maioribus, verumetiã si & ad ipsa summa & pessima veniatur, pauciora pro pluribus: si se ita rerũ verset incursus, vt aliter alij nõ se abstineãt à peccatis, nisi minus aliquanto sed tamen peccãtibus nobis: ita vt omnino vbi dixerit inimicus qui habuerit † huiusmodi potestatẽ, nisi tu sceleratus fueris, ego sceleratior ero: aut nisi tu hoc scelus feceris, ego talia plura faciã: scelus nobis videamur admittere, si velimus ab scelere temperare. Hoc sapere quid est aliud nisi desipere, vel potius insanire? A mea quippe iniquitate, nõ ab aliena, siue in me, siue in aliis perpetrata, mihi est cauenda dãnatio. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Si ergo peccare, ne grauius vel in nos vel in quoslibet alij peccẽt, proculdubio nõ debemus; considerandũ est in eo quod fecit Loth, vtrum exemplum sit quod imitari an potius quod vitare debeamus. Magis enim videtur intuendum & notandũ, cùm tã horrendũ malũ ex impietate flagitiosissima Sodomitarum suis impenderet hospitibus, quod cuperet depellere, nec valeret: sic etiã iusti animum potuisse turbari, vt vellet facere quod nõ humani timoris nebulosa tempestas, sed diuini iuris tranquilla serenitas, si consulatur, à nobis faciendũ nõ esse clamabit: & iubebit potius vt sic nostra peccata caueamus, ne vllorum prorsus alienorum peccatorum timore peccemus. Aliena quippe ille vir iustus timendo peccata, quę nisi consentientes inquinare nõ possunt, perturbatus non attendit suũ, quo voluit subdere filias libidinibus impiorum. Hæc quando in scripturis sanctis legimus, non ideo quia facta credimus etiã faciẽda credamus, ne violemus præcepta, dũ passim sectamur exempla. An verò quia iurauit Dauid se occisurum esse Nabal, & clementi consideratione non fecit, propterea illum imitandum esse dicemus, vt temere iuremus nos esse facturos, quod non esse faciendum postea videamus? Sed sicut illum timor vt prostituere filias vellet, sic istum vt temere iuraret, ira turbauit. Denique si de ambobus interrogando vt dicerẽt, cur hæc fecerint, fas nobis esset inquirere, posset ille respondere: Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ: posset etiam dicere iste, Turbatus est præ ira oculus meus: vt non miraremur vel illum in timoris tenebris, vel istum oculo turbato non vidisse quod videndum fuit, ne facerent quod faciendum nõ fuit. Et sancto quidẽ Dauid iustius dici potuit, quod nec irasci debuerit: quãuis ingrato & reddenti mala pro bonis: sed etsi vt homini ira subrepsit; non vtique tantum debuit præualere, vt se facturum iuraret, quod aut sæuiẽdo faceret, aut peierando non faceret. Illi autem inter libidinosas insanias Sodomitarum constituto, quis auderet dicere, etiamsi tui hospites in tua domo, quò eos intrare humanitate violentissima compulisti, ab

Rom. 6. b. 13.

CAPVT VIII. Num leuiter peccandum.

Gen. 19. b. 8.

CAPVT XI Nemini leuiter peccandum ob vitandum alienum peccatem grauius.

al. aperuerimus.

Ezech. 18. a. 4.

Gen. 19. b. 8.

Psal. 54. a. 6.

Psal. 6. a. 8.

ab impudicis apprehẽsi & oppressi muliebra patiãtur, nihil timeas, nihil cures, nõ expauescas, nõ horrescas, non cõtremiscas. Quis hæc vel illorũ sceleratorum soci⁹ hospiti pio dicere auderet? Sed planè rectissimè diceretur: Age quicquid potes, ne fiat q⁹ meritò times. Sed non te timor iste compellat, vt facias q⁹ in se filiæ tuæ fieri si voluerint, † faciẽt cum Sodomitis te autore nequitiã, si autem noluerint, † patiẽtur à Sodomitis te autore violentiã. Noli facere magnũ scelus tuũ, dum † magis horrescis alienũ. Quãtumlibet enim distet inter tuũ & alienũ, hoc erit tuũ, illud alienũ. Nisi fortè pro defensione huius viri in eas se quispiã coarctet angustias, vt dicat, quoniã accipere quàm facere præstat iniuriã, hospites autẽ illi non erant vtiq; facturi iniuriã, sed passuri, maluit vir iust⁹ filias suas iniuriã pati quàm hospites suos, eo iure quo filiarũ dominus erat, & nouerat nõ eas peccare si id fieret, quia peccantes potius quibus non cõsentirent, sine peccato proprio sustinerent. Denique non seipsæ stuprãdas quãuis pro masculis feminas pro illis hospitibus obtulerunt, ne reas eas faceret non perpessio libidinis alienæ, sed suæ cõsensio volũtatis. Nec pater earũ hoc in se fieri permittebat, cũ hoc facere conarentur quibus hospites non prodebat, quãuis min⁹ mali esset q⁹ in vno, quàm si fieret in duobus. Sed quantum poterat resistebat, ne ipsum quoque vllus proprius macularet assensus, quẽ libidinosus furor etiã si præualuisset corporis viribus, tamen nõ cõsentientẽ non maculasset alienus. In filiabus autẽ non peccantibus nec ipse peccabat, quia non eas peccare si opprimerentur inuitæ, sed peccantes ferre faciebat: tãquã si ab improbis vt sui serui cæderentur offerret, ne hospites eius paterentur cædis iniuriã. De qua re non disputabo, quia lõgũ est, vtrum vel Dominus iure suæ potestatis rectè sic vtatur in seruo, vt seruũ suũ cædi faciat innocentẽ, ne amicus eius etiam ipse innocens, in domo eius à violentis improbis vapulet. Sed certè Dauid nullo modo rectè dicitur iurare debuisse se esse facturũ, quod postea cerneret se facere non debere. Vnde constat, quòd non omnia quæ à sanctis vel iustis viris legimus facta, trãsferre debemus in mores, sed etiã hinc discere quàm latè pateat, & ad quos vsque peruenìat quod Apostolus ait: Fratres, etsi præoccupat' fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intẽdẽs teipsum ne & tu tenteris. Præoccupationes enim sunt istæ in quibus delinquitur, dũ quid faciendũ sit aut ad horã nõ videtur, aut qui viderit vincitur, vt scilicet fiat peccatũ, cùm vel latet veritas, vel cõpellit infirmitas. IN omnibus autẽ actibus nostris maximè etiã bonos turbant cõpensatiua peccata, ita vt nec peccata existimẽtur si habeant tales causas propter quas fiant, & in quibus videatur peccari potius si non fiãt. Et præcipuè de mendaciis hoc in hominũ opinione præualuit, vt peccata non putentur illa mendacia, quinimò & rectè facta esse credantur, quando quisq; pro eius cui falli expedit, vtilitate mentitur: aut ne aliis noceat qui nociturus videtur, nisi mendaciis euitetur. Ad hæc mendaciorum genera defendenda, plurima de scripturis sanctis suffragari putantur exempla. Non autem hoc est occultare veritatem, quod est proferre mendacium. Quamũis enim omnis qui mentitur velit celare quod verum est, non tamen omnis qui vult quod verum est celare, mentitur. Plerunque enim vera non mentiendo occultamus, sed tacendo. Neque enim mentitus est Dominus, vbi ait: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modò. Vera tacuit, non falsa locutus est, quibus veris audiendis eos minus idoneos iudicauit. Quod si eis hoc ipsum non indicasset: id est, nõ eos posse portare quæ dicere noluit, occultaret quidem nihilominus aliquid veritatis, sed posse hoc rectè fieri forsitan nesciremus, aut non tãto firmaremur exẽplo. Vnde qui asserunt aliquando esse mentiendũ, non cõuenienter cõmemorant Abraham hoc fecisse de Sara, quam sorotẽ suã dixit. Non enim dixit, non est vxor mea: sed dixit, soror mea est: quod erat reuera tam propinqua genere, vt soror non mẽdaciter diceretur. Quod & postea iã sibi ab illo qui abducerat ea reddita confirmauit, respõdens illi & dicens: Est verè soror mea de patre, non de matre: hoc est de paterno genere, non de materno. Aliquid ergo veri tacuit, non falsi aliquid dixit, quando tacuit vxorẽ, dixit sororẽ. Hoc & filius eius fecit Isaac. Nam & ipsum nouimus propinquã suã coniugẽ fuisse sortitum. Non est ergo mendacii cùm silendo abscõditur verũ, sed cùm loquendo promitur falsum. Iacob autem quod matre fecit autore, vt patrẽ fallere videretur, si diligenter & fideliter attendatur, nõ est mendaciũ, sed mysterium. Quæ si mendacia dixerimus, omnes etiã parabolæ ac figuræ significandarũ quarũcunque rerũ, quæ non ad proprietatẽ accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendũ, dicentur esse mendacia. Quod absit omnino. Nã qui hoc putat, tropicis etiã tã multis locutionibus omnibus potest hanc importare calũniam, ita vt hæc ipsa quæ appellatur metaphora, hoc est de re propria ad rẽ non propriã verbi alicui⁹ vsurpata trãslatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. Cùm enim dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, floridam iuuentutẽ, niueã canitiẽ: proculdubio fluctus, gemmas, florẽ, niuẽ, quia in his rebus nõ inuenimus, in quas hęc verba aliunde transtulimus, ab istis mendacia putabũtur[a]. Et petra Christus,[b] & cor lapideũ Iudæorũ. Itẽ leo Christus, & [d] leo diabolus, & innumerabilia dicẽtur esse mendacia. Quid quòd hæc tropica locutio vsque ad eã peruenit, quæ appellatur Antiphrasis, vt dicatur abundare quod nõ est: dicatur dulce quod acidũ est, lucus quod non luceat, Parcæ quòd non parcãt. Vnde illud est in scripturis sanctis, Si non in faciẽ benedixerit tibi: quod diabolus ait Domino de sancto Iob: & intelligitur maledixerit. Quo verbo & Nabuthei fictũ crimen à calũniantibus nominatũ est. Dictũ est enim quòd benedixerit regi, hoc est, maledixerit. Hi omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio vel actio figurata in mendacio deputabitur. Si autẽ non est mendaciũ, quando ad intelligentiã veritatis aliud ex alio significantia referuntur, profectò non solum id quod fecit aut dixit Iacob patri vt benediceretur, sed neque illud quod Ioseph velut illudendis locutus est fratribus, neque quod Dauid simulauit insaniam, nec cætera huiusmodi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionesque Prophetieæ ad ea quæ vera sunt intelligenda referendæ. Quæ propterea figuratis velut amictibus obteguntur, vt sensum piè quærẽtis exerceant, & ne nuda ac prompta vilescant. Quamuis quæ aliis locis apertè ac manifestè dicta didicimus, cùm ea ipsa de abditis eruuntur, in nostra quodammodo cognitione renouantur, & renouata dulcescunt. Nec inuidentur discentibus quod his modis obscurantur: sed commendantur magis, vt quasi subtracta desiderentur ardentius, & inueniantur desiderata iocundius. Tamẽ vera non falsa dicuntur, quoniam vera non falsa significantur, seu verbo seu facto. Quæ significantur enim, vtique ipsa dicuntur. Putãtur autẽ mendacia, quoniam non ea quæ † verè significãtur, dicta intelligũtur, sed ea quæ falsa sunt, dicta esse creduntur. Hoc vt exẽplis fiat planius, idipsum quod Iacob fecit, attende. Hædinis certè pellibus membra

A

B

C

D

Gal. 6. a. 1.

Ioannis 16. b. 12.

CAP. X. De tropis sacræ scripturæ intelligendis.

Genes. 26. a. 2. & 5.

Ibid. 20. c. 12.

Ibid. 26. b. 7.

Ibid. 27. c. 19.

Tropi non sunt mẽdacia.

Metaphora.

a 1. Cor. 10. a. 4.
b Ezec. 3. a. c. 16.
c Apoc. 5. b. 5.
d 1. Petri 5. c. 8.

Antiphrasis.

Iob. 2. b. 5.

3. Reg. 21. d. 13.

Genes. 27. c. 19.

Genes. 42. b. 8.*

1. Reg. 21. d. 13.

Topica scripturis quære.

al. vera.

Genes. 27. c. 19.

contexit. Si causam proximã requiramus, mẽtitũ putabimus. Hoc enim fecit vt putaretur esse qui nõ erat. Si autẽ hoc factũ ad illud propter q̃ significandũ reuera factũ est, referatur, per hædinas pelles peccata, per eũ verò qui eis se operuit, ille significatus est qui nõ sua, sed aliena peccata portauit. Verax ergo significatio nullo modo mendaciũ rectè dici potest. Vt autẽ in facto, ita & in verbo. Nam cùm ei pater dixisset: Quis es tu fili? Ille respõdit: Ego sum Esau primogenitus tuꝰ. Hoc si referatur ad duos illos geminos, mẽdaciũ videbitur. Si autẽ ad illud propter q̃ significandũ ista gesta dictaq̃ conscripta sunt, ille est hic intelligendus in corpore suo, quod est eius Ecclesia, qui de hac re loquẽs, ait: Cùm videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei: vos autẽ expelli foras. Et, Veniẽt ab Oriente & Occidẽte & Aquilone & Austro, & accũbẽt in regno Dei. Et, Ecce sunt nouissimi qui erãt primi, & sunt primi qui erãt nouissimi. Sic enim quodãmodo minor maioris primatũ frater abstulit atque in se trãstulit fratris. Cùm igitur tam vera tamq; significẽtur veraciter, quid hîc debet putari factum dictúue mendaciter? Cùm enim quæ significãtur, non vtiq; non sunt in veritate, sed sunt seu præterita seu præsentia seu futura, proculdubio vera significatio est nullumq̃ mendacium. Sed nimis longum est, in hac significatione Prophetica enucleatè cuncta rimari, in quibus palmam veritas habet, quia vt significãdo prænunciata sunt, ita consequendo claruerunt.

Ibidem.

Lucæ 13. f. 28.

Ibid. f. 29.

Ibid. f. 30.

CAP. XI. Quomodo disputandũ cum Priscillianistis & mendaciorum patronis.

NEQVE id isto sermone suscepi, quod ad te magis pertinet qui Priscillianistarum latebras aperuisti, quãtum ad eorũ attinet dogmata falsa atque peruersa: ne ita inuestigata videantur quasi docenda fuerint, & nõ redarguẽda. Magis ergo fac vt expugnata iaceant, quæ fecisti vt ꝓdita pateant. Ne dũ volumus ad indaginem hominũ fallacium peruenire, ipsas falsitates sinamꝰ tãquã inseparabiles permanere: cùm potius debeamus & in latentiũ cordibus destruere falsitates, quàm parcendo falsitatibus inuenire fallaces. Porrò inter illa dogmata eorũ, quæ subuertenda sunt, etiã hoc est vtique, quòd dogmatizant, ad occultãdã religionẽ, religiosos debere mentiri in tantũ, vt nõ solũ de aliis rebus ad doctrinã religionis non pertinentibus, sed de ipsa quoq; religione mentiendũ sit, ne patescat alienis: vt videlicet negandus sit Christus, quo possit inter inimicos suos latere Christianus. Etiã hoc, obsecro te, dogma impiũ nefariũq; subuerte, propter q̃ astruẽdũ argumentãtes de Scripturis colligunt testimonia, quibus videantur non solũ ignoscenda vel toleranda, verùm & honorãda mendacia. Ad te igitur pertinet, sectã detestabilem cùm refellis, sic accipienda monstrare ista testimonia scripturarũ, vt vel doceas nõ esse quæ putãtur esse mẽdacia, si eo modo intelligant quo intelligenda sunt: vel imitanda nõ esse etiã, quæ manifestũ est esse mẽdacia: vel certè ad extremũ de his saltẽ rebus quę ad doctrinã religionis pertinent, nullo modo esse mentiendũ. Sic enim verè funditus euertũtur, dũ euertitur vbi delitescunt: vt eo ipso minimè sectandi, & maximè cauendi iudicentur, quo se ad occultandã hæresim suã profitẽtur esse mendaces. Hoc in eis est primitus expugnãdũ, hoc eorũ velut idoneũ munimẽtũ veritatis ictibus feriendũ atque deiiciendum. Nec eis quã non habent, alia latebra quò confugiãt est præbenda: vt si fortè ab his produntur quos conati fuerint seducere nec potuerint, dicant: Tentare illos voluimus: quoniam nos prudentes catholici docuerunt ad inueniendos hæreticos id esse faciendum. Sed aliquanto commendatius oportet vt dicam, cur ista mihi videatur tripartita ratio disputandi, aduersus eos qui patronas mendaciis suis volunt adhibere diuinas scripturas: vt prius ostendamus nonnulla quæ ibi putantur esse mendacia, non esse quod putantur, si rectè intelligãtur. Deinde, si quã ibi mendacia manifesta sunt, imitanda nõ esse. Tertiò, contra omnes omniũ opiniones, quibus videtur ad viri boni officium pertinere aliquando mentiri, omnímodo tenendũ, in doctrina religionis nullo modo esse mentiẽdum. Hæc enim tria ibi exequenda paulò ante commendaui, & quodammodo iniunxi.

CAPVT XII. Non esse mendacia quæ putantur in sacris literis.

AD ostendenda ergo quædã quæ putãtur in scripturis esse mendacia, nõ ea esse q̃ putãtur, si rectè intelligantur, non tibi parũ aduersus istos valere videatur, q̃ nõ de apostolicis, sed de propheticis literis inueniunt velut exẽpla mentiendi. Illa quippe omnia quæ nominatim cõmemorãt vbi sit quisq; mentitus, in eis libris legũtur in quibus non solũ dicta, verũetiã facta multa figurata conscripta sunt, q̃a & figuratè gesta sunt. In figuris autẽ q̃ velut mendaciũ dicitur, bene intellectũ, verũ inuenitur. Apostoli verò in epistolis suis aliter locuti sunt, aliterq; cõscripsi Actus Apostolorũ, iã videlicet reuelato Testamento nouo, quod illis figuris propheticis velabatur. Deniq; in tot epistolis apostolicis, atq; in ipso tã grandi libro in quo actus eorũ canonica veritate narrantur, nõ inuenitur talis aliquis mẽtiens, vt de illo ab istis ad mentiẽdi licentiã proponatur exẽplũ. Quandoquidẽ illa Petri & Barnabę simulatio qua gentes Iudaizare cogebant, meritò reprehensa atque correcta est, & ne tũc noceret, & ne posteris ad imitãdũ valeret. Cùm enim vidisset apostolus Paulus q̃a nõ rectè ingrediũtur ad veritatẽ Euangelij, dixit Petro corã omnibus: Si tu cùm sis Iudæus, gentiliter & nõ Iudaicè viuis, quomodo gentes cogis Iudaizare? Id autẽ q̃ ipse fecit, vt quasdã obseruationes legitimas Iudaica consuetudine retinendo & † agendo nõ se inimicũ legi prophetisq; monstraret, absit vt mendaciter eũ fecisse credamꝰ. De hac quippe re satis est eius nota sententia, qua fuerat cõstitutũ, nec Iudæos q̃ tũc in Christũ credebant, prohibendos esse à paternis traditionibus, nec ad eas Gentiles cùm Christiani fierẽt esse cogendos: vt illa sacramenta quæ diuinitus præcepta esse cõstaret, non tanquã sacrilegia fugerentur: nec tamen putarentur sic necessaria iã nouo Testamẽto reuelato, tãquã sine iis quicunque conuerterentur ad Deũ salui esse non possent. Erant enim qui hoc putabant atque prædicabant, quamuis iam recepto Christi Euãgelio: & eis simulatè consenserat Petrus & Barnabas, ideoque cogebant gentes Iudaizare. Id erat enim cogere sic ea necessaria prædicare, tanquam & recepto Euangelio nulla sine illis salus esset in Christo. Hoc error quorundam putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libertas Pauli redarguebat. Quod ergo ait: Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem: compatiendo id fecit, non mentiendo. Fit enim quisque tanquam ille cui vult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri vellet, si esset ipse in eadem miseria constitutus. Itaque fit tanquam ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat sicut illum. Vnde illud est eius apostoli quod iam suprà commemoraui: Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum ne & tu tenteris. Nam si propterea quia dixit: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, & iis qui sub lege erant tanquam sub lege: ideo putandus est mendaciter suscepisse legis veteris sacramenta: debuit & gentium idololatriam eodem modo mẽtiendo suscipere, quia dixit etiam iis qui sine lege erant tanquam sine lege se factum, vt eos lucrifaceret.

De simulatione Petri & Barnabæ.

Gal. 1. c. 14.

al. amende.

1. Cor. 9. d. 22.

Gal. 6. a. 1.

1. Corint. 9. c. 20.

Quod

Quod vtique non fecit. Non enim alicubi sacrificauit idolis, aut adorauit illa figmenta, ac non potius liberè tãquam martyr Christi detestanda & vitanda mõstrauit. De nullis igitur apostolicis actibus siue sermonibꝰ isti proferunt imitanda exempla mentiendi. De Propheticis ergo factis seu dictis ideo sibi videntur habere quod proferant quia figuras prænunciatiuas putant esse mendacia, eo quod mẽdacis sint aliquãdo similia. Sed cũm referuntur ad eas res propter quas significandas ita facta vel dicta sunt, reperiuntur significationes esse veraces, ac per hoc nullo modo esse mẽdacia. Mẽdaciũ est quippe falsa significatio cũ volũtate fallẽdi. Nõ est autẽ falsa significatio, vbi etsi aliud ex alio significatur, verũ est tamẽ quod significatur, si rectè intelligatur. SVNT quædam eiusmodi etiã Saluatoris in Euangelio, quia & ipse Dominus Prophetarũ Prophetа esse dignatus est. Talia sunt illa, vbi de muliere quæ fluxum sanguinis patiebatur, ait: Quis me tetigit? Et de Lazaro, Vbi posuistis eum? Sic quippe interrogauit quasi nesciens quod vtique sciebat. Ac per hoc nescire se finxit, vt aliquid aliud illa velut ignorantia sua significaret. Quæ significatio quoniã verax erat, mendaciũ profecto non erat. Eos namque significabant, siue illa fluxum sanguinis patiens, siue ille mortuus quatriduanus, quos etiam qui cuncta sciebat quodãmodo nesciebat. Nã & illa typum gerebat plebis gentiũ, vnde præmissa fuerat Prophetia: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Et Lazarus remotus à viuentibus tanquã ibi iacebat per significatiuã similitudinem, vbi ille cuius vox est, Proiectus sum à facie oculorum tuorũ. Et ideo tanquã nesciretur à Christo, & illa quæ fuerit, & iste vbi positus fuerit, verbis interrogantis est figuratũ, & omne vitatum veraci significatione mendaciũ. Hinc est etiã illud quod cõmemorasti eos dicere, Dominũ Iesum posteaquã resurrexit, ambulasse in itinere cum duobus discipulis, & propinquantibus eis castello quò ibant, illum longius se ire finxit, vbi Euangelista dicẽs: Ipse autem se finxit lõgius ire: etiã ipsum verbũ posuit, quo mendaces nimiũ delectantur vt impunè mentiantur: quasi mendaciũ sit omne quod fingitur, cũm veraciter aliud ex alio significandi gratia tã multa fingantur. Si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo quod lõgius ire se finxit, meritò iudicaretur esse mẽdaciũ. Porrò autem si bene intelligatur, & ad id quod voluit significare referatur, inuenitur esse mysterium. Alioquin erunt cuncta mendacia, quæ propter quandã rerũ significandarũ similitudinẽ cùm gesta nõ sint, tanquã gesta narrantur. Vnde est illa de duobus vnius hominis filiis, maiore qui mansit apud patrẽ suum, & minore qui lõgius peregrinatus est, tã prolixa narratio. In quo genere fingendi, humana etiã facta vel dicta, irrationalibꝰ ãnimantibus & rebus sensu carentibus, homines addiderunt, vt eiusmodi fictis narrationibus, sed veracibus significationibus quod vellẽt cõmendatius intimarẽt. Nec apud autores tãtũ sæcularium literarum, vt apud Horatiũ, mus loquitur muri, & mustela vulpeculæ, vt per narrationẽ fictam ad id quod agitur, vera significatio referatur. Vnde & Æsopi tales fabulas ad eum finẽ relatas, nullus tam ineruditus fuerit, qui putaret appellanda mendacia. Sed in literis quoque sacris, sicut in libro Iudiciũ, ligna sibi regem requirunt, & loquuntur ad oleam, & ad ficum, & ad vitẽ, & ad rubrũ. Quod vtiq; totum fingitur, vt ad rem quæ intẽditur, ficta quidẽ narratione, non mendaci tamen, sed veraci significatione veniatur. Hæc dixi propter id quod scriptum est de Iesu, Et ipse se finxit longius ire: ne quisquã ex hoc verbo sicut Priscillianistæ licitum volens habere mendacium, insuper etiam Christũ contendat fuisse mentitum. Quisquis autem vult intelligere illud fingendo quid præfigurarit, attendat quid agendo perfecerit. Lõgius namque postea profectus super omnes cælos, non tamen deseruit discipulos suos. Propter hoc significãdum futurum diuinitùs factum, ad præsens illud est humanitùs fictum. Et ideo significatio verax in illa est fictione premissa, quia in hac profectione illius est significationis veritas subsecuta. Ille igitur contendat Christum mentitũ esse fingẽdo, qui negat eum quod significauit impleuisse faciendo. QVI ergo non inueniunt mendaces hæretici in Testamenti nouí literis imitãda exempla mendacij, copiosissimos se existimãt in hac disputatione, qua opinantur esse mentiendum, cùm de veteribus propheticis libris, quia non ibi apparet nisi intelligentibus paucis quò referantur significatiua dicta vel facta veracia, multa sibi videntur inuenire ac proferre mendacia. Sed habere cupientes quibus se tueantur velut imitanda exempla fallendi, seipsos fallunt, & mentitur eorũ iniquitas sibi. Illæ autẽ personæ quas credendum ibi non est prophetare voluisse, si quid faciendo vel dicendo finxerunt voluntate fallendi, quãuis ex ipsis quoq; factis earũ, siue dictis aliquid propheticũ possit exculpi, per illius omnipotentiã præseminatum atque dispositum, qui bene vti nouit etiam malis hominum, tamen quantum ad ipsas attinet sine dubitatione mentitę sunt. Sed non ideo debent imitãda existimari, quia in eis reperiũtur libris, qui sancti & diuini meritò nominãtur. Habent enim conscripta & mala hominum & bona: illa vitanda, ista sectanda: & quædam ita posita vt de illis etiam prolata sit sententia, quædam verò tacito ibi iudicio nobis iudicãda permissa: quòniam non solum nos nutriri manifestis, verũ & exerceri oportebat obscuris. Cur autem isti imitandã sibi Thamar existimant mentientẽ, & imitandum Iudã nõ existimant fornicantẽ? Ibi enim vtrũque legerunt, & nihil horum Scriptura illa siue culpauit, siue laudauit: sed tantũmmodo vtrunque narrauit, & iudicandum nobis vtrunque dimisit. Sed mirum si aliquid horum imitandum impunè permisit. Quod enim Thamar nõ meretricãdi libidine, sed cõcipiẽdi volũtate mẽtita sit, nouimus. Verum & fornicatio etiãsi Iudæ talis non fuit, potest esse cuiuspiam qua faciat vt homo liberetur, sicut illius mendaciũ fuit vt homo cõciperetur. Nunquid propterea etiam fornicandum est, si propter illud putatur fuisse mentiendum? Non de solo itaque mẽdacio, sed de omnibus operibus hominum in quibꝰ existunt velut compensatiua peccata, considerandum est quam sententiam proferre debeamus, ne aperiamꝰ aditum nõ tantùm paruis quibusque peccatis, verumetiam sceleribus cunctis, nullumq; remaneat facinus, flagitiũ, sacrilegium, in quo causa non possit existere qua rectè videatur esse faciẽdũ, vniuersamq; vitæ probitatem opinio ista subuertat. NIHIL autem iudicandus est dicere, qui dicit aliqua iusta esse mendacia, nisi aliqua iusta esse peccata, ac per hoc aliqua iusta esse quæ iniusta sunt. Quo quid absurdius dici potest? Vnde enim est peccatum, nisi quia iustitiæ contrarium est? Dicantur ergo alia magna, alia parua esse peccata, quia verum est, nec auscultandum Stoicis qui omnia paria esse contendunt. Dicere autem quædam iniusta, quædam iusta esse peccata, quid est aliud quàm dicere quasdam esse iniustas, quasdam iustas iniquitates, cùm dicat apostolus Ioãnes: Omnis qui facit peccatũ, facit & iniquitatem: & peccatum iniquitas est? Non ergo potest iustum esse peccatũ, nisi cùm peccati nomẽ in alia re ponimus, in qua quisque non peccat, sed aut facit aliquid, aut patitur pro peccato. Nam & sacrificia ꝓ peccatis peccata appellata sunt, & pœnæ pecca-

Quid sit mendaciũ.

CAPVT XIII. Euangelij locorum quorumdã, qui videtur patrocinari mendatio, sensus quis.

Lucæ 8. f. 45.

Ioannis 11. d. 23.

Psalm. 17. d. 44.

Psalm. 30. d. 23.

Lucæ 24. d. 28.

Lucæ 15. c. 11.

Horat. lib. Serm. 2. Sat. 6. & Epist. lib. epist. 7.

Ibid. 9. b. 10.

Lucæ 24. d. 28.

CAPVT XIIII. Quomodo sacræ Scripturæ exẽplã sint imitanda.

Eph. 4. b. 8.

Psal. 26. d. 12.

Genes. 38. c. 14.

CAP. XV. Mendaciũ semper esse peccatum.

Stoicorum opinio.

1. Ioan. 3. a. 4.

Quæ sint iusta peccata.

torum dicũtur aliquando peccata. Hæc planè possunt intelligi iusta peccata, cùm ista dicũtur sacrificia vel iusta supplicia. Ea verò quæ cõtra legem Dei fiunt, iusta esse nõ possunt. Dictum est autẽ: Deo: Lex tua veritas. Ac per hoc quod est contra veritatem, iustum esse non potest. Quis autem dubitet contra veritatẽ esse mendacium omne? Nullum ergo iustũ esse potest mẽdaciũ. Itẽ cui non clareat, ex veritate esse omne quod iustũ est? Clamat autem Ioannes: Omne mendaciũ non est ex veritate. Omne ergo mendaciũ nõ est iustum. Quapropter quando nobis de scripturis sanctis mentiendi proponuntur exempla, aut mendacia nõ sunt, sed putantur esse dũ non intelliguntur: aut si mendacia sunt, imitãda non sunt, quia iusta esse nõ possent. Sed quod scriptum est bene Deum fecisse cum Hebræis obstetricibus, & cum Raab Hierichuntina meretrice, non ideo factum est quia mentitæ sunt, sed quia in hominẽs Dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis remunerata fallacia, sed beneuolentia: benignitas mentis, non iniquitas mentientis. Sicut enim mirum absurdumq; non esset, si alio prius tẽpore cõmissa ab eis aliqua opera mala Deus propter posteriora opera bona vellet ignoscere: ita mirandum non est, quod vno tempore in vna causa Deus vtrũque conspiciens: id est, factum misericorditer, factumq; fallaciter, & bonũ remunerauit, & propter hoc bonũ malũ illud ignouit. Si enim peccata quæ propter carnis cõcupiscẽtiã, nõ propter misericordiã fiũt, ppter posteriora operamisericordiæ dimittũtur, cur non merito misericordiæ dimittũtur, quæ propter ipsam misericordiã cõmittũtur? Gratuius est enim peccatum quod animo nocentis, quàm quod animo subueniẽtis, efficitur. Ac p hoc si illud deletur opere misericordiæ postea subsequente, cur hoc quod est leuius, nõ deletur ipsa hominis misericordia, & præcedente vt peccet, & comitãte cùm peccat? Ita quidem videri potest. Veruntamẽ aliud est dicere, peccare quidẽ nõ debui, sed opera misericordiæ faciã, quibus deleã quod antè peccaui: & aliud est dicere, peccare debeo quia non posum aliter misereri. Aliud est, inquam, dicere, quia iam peccauimus, benefaciamus: & aliud est dicere, peccemus vt benefaciam⁹. Ibi dicitur, faciamus bona quia fecimus mala: hîc autẽ, faciamus mala vt veniant bona. Ac per hoc ibi exhaurienda est sentina peccati, hîc cauenda est doctrina peccandi. Restat itaq; vt intelligamus illis mulierib⁹ vel in Ægypto, vel in Hiericho pro humanitate & misericordia redditã fuisse mercedẽ vtique temporalẽ, quæ quidẽ & ipsa æternũ aliquid etiam illis nesciẽtibus Prophetica significatione figuraret. Vtrum autem sit aliquando vel pro cuiusquã salute mentiendũ, cùm quæstio sit in qua dissoluenda etiam doctissimi fatigantur, valde illarũ muliercularũ, in illis populis constitutarũ, & illis moribus assuetarũ excedebat modũ. Itaq; hanc earũ ignorantiam, sicut aliarũ rerũ quas pariter nesciebant, sed sciẽdæ sunt à filiis nõ huius sæculi, sed futuri, Dei patientia sustinebat: qui tamen eis pro benignitate humana, quam famulis eius impendẽrãt, quãuis cæleste aliquid significantia, præmia terrena reddebat. Et Raab, quidẽ ex Hiericho liberata, in Dei populum transitũ fecit: vbi proficiens posset ad æterna & immortalia munera peruenire, quæ nullo sunt quærenda mendacio.

Psal. 118. c. 44.

1. Ioan. 2. c. 21.

Exodi 1. d. 20. Ios. 6. d. 25.

Ibidem.

CAPVT XVI

Matt. 5. f. 37. Exodi 1. c. 27.

TVNC tamen quãdo illud opus bonum, & pro suæ vitæ conditione laudabile Israelitis exploratoribus præstitit, nondum erat talis vt ab ea exigeretur: Sit in ore vestro, est est, nõ non. Obstetrices autẽ illæ quãuis Hebrææ, si secundum carnem tantummodo sapuerunt, quid aut quantum est quod eis profuit remuneratio temporalis, quia fecerunt sibi domos, nisi proficiendo pertinuerunt ad eam domũ de qua Deo cantatur: Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te? Multum autem fatendum est propinquare iustitiæ, & quamuis reipsa nondum, iam tamen spe atq; indole animum esse laudandum, qui nunquam nisi hac intentione mentitur, quia vult prodesse alicui, nocere autem nemini. Sed nos cùm quærimus, sitne boni hominis aliquando mentiri, nõ de homine quærimus, adhuc ad Ægyptũ, vel ad Hiericho, vel ad Babyloniam pertinẽte, vel adhuc ad ipsam Hierusalẽ terrenam, quę seruit cum filiis suis, sed de ciue illius ciuitatis quę sursum est libera mater nostra æterna in cęlis. Et respondetur quærentibus nobis: Omne mẽdacium nõ est ex veritate. Filij autem illius ciuitatis, filij sunt vtiq; veritatis. Eius ciuitatis filij sunt de quibus scriptum est: In ore eorũ non est inuentum mendacium. Eius ciuitatis filius est, de quo itẽ scriptum est: Verbũ suscipiens filius, à perditione longè aberit. Excipiens autem excepit illud sibi, & nihil falsi ex eius ore procedit. His filiis supernæ Hierusalẽ & sanctæ ciuitatis æternæ, si quando vt hominibus obrepit qualecunque mẽdacium, poscunt humiliter veniã, non inde quærũt insuper gloriã. SED dicet aliquis: Ergóne obstetrices illæ atque Raab melius fecissent, si nullã misericordiam præstitissent, nolendo mentiri? Imò verò illæ mulieres Hebrææ, si essent tales de qualibus quærimus, vtrũ sit eis aliquando mentiendum, nec aliquid falsi dicerent, & fœda ministeria de paruulis occidendis liberrimè recusarent. Sed, inquies, ipsæ morerẽtur. At vide quid sequatur: Morerentur enim cælestis habitationis incõparabiliter ampliore mercede, quàm domus illæ quas sibi fecerunt, in terra esse potuerunt. Moreretur enim futuræ in æterna felicitate, mortem perpessæ pro innocentissima veritate. Quid illa in Hiericho? Nunquid hoc posset? Nónne si quærentes ciues mentiendo non falleret, verum dicendo latentes hospites proderet? An posset interrogantibus dicere: Scio vbi sunt, sed Deum timeo, non eos prodo? Posset hoc quidem dicere si iam esset vera Israelitis in qua dolus non esset: quod futura erat per misericordiam Dei transiẽs ad ciuitatem Dei. Verum illi hoc audito inquies, illã perimerent, domum scrutarentur. Sed nunquid consequens erat vt illos etiã quos diligẽter occultauerat, inuenirent? Prospexerat enim cautissima mulier, & ibi eos posuerat vbi latere potuissent etiã si ei mẽtiẽti creditum non fuisset. Ita & illa, si tamen à suis ciuibus esset occisa, pro misericordię opere, vitam istam finiendã preciosa in conspectu Domini morte finisset, & erga illos eius beneficium inane non fuisset. Sed inquies. Quid si & ad illum locum vbi eos occultauerat, ijà quibus quærebãtur, perscrutãdo omnia peruenissent? Isto modo dici potest: Quid si mulieri vilissimæ atque turpissimæ, non solum mentienti, verumetiam peierãti credere noluissent? Nempe etiam sic cõsecutura fuerant, quæ timendo mentita est. Et vbi ponimus voluntatem ac potestatẽ Dei? An fortè non poterat & illam, nec ciuibus suis mentientẽ, nec homines Dei prodentem, & illos suos ab omni pernicie custodire? A quo enim & post mulieris mendacium custoditi sunt, ab eo potuerunt, etsi illa mentita non esset, vtique custodiri. Nisi fortè obliti sumus hoc fuisse in Sodomis factũ, vbi masculi in masculos nefanda libidine accensi, nec ostiũ domⁿ in qua erant quos quærebant inuenire potuerũt: quando vir iustus in causa omnino simillima pro suis hospitibus mentiri noluit, quos esse angelos nesciebat, & vim morte peiorem ne paterentur timebat. Et certè poterat talia respondere quærentibus qualia in Hiericho mulier illa respondit. Nam prorsus similiter & illi

Psal. 83. b. 5.

Gal. 4. d. 24.

1. Ioan. 2. c. 21.

Apoc. 14 b. 5.

Prou. 29 d. 27.

CAPVT XVII. Obstetrices Hebrææ & Raab num peccarint mentiendo. Exodi 1. c. 17. Ios. 2. d. 4.

Gen. 19. b. 11.

illi interrogando quæsierunt. Sed homo iustus noluit pro corporibus hospitũ animã suã suo mẽdacio macilari, pro quibus voluit corpora filiarum alienæ libidinis iniquitate vim perpeti. Faciat ergo homo etiã pro tẽporali hominũ salute quod potest. Cũ autẽ ad hunc articulum ventũ fuerit, vt tali saluti consulere nisi peccando nõ possit, iã se existimet nõ habere quid faciat, quando id reliquũ esse perspexerit quod non rectè faciat. Proinde Raab in Hiericho, quia peregrinos homines Dei suscepit hospitio, quia in eorum susceptione periclitata est, qui in eorum Deum credidit, quia diligenter eos vbi potuit occultauit, quia per aliam viam remeandi consilium fidelissimũ dedit, etiam supernæ Hierusalem ciuibus imitanda laudetur. Quod autem mentita est, etiam si aliquid ibi Propheticũ intelligenter exponitur, non tamen imitandum sapiẽter proponitur: quãuis Deus illa bona memorabiliter honorauerit, hoc malũ clementer ignouerit. Quæ cũ ita sint, quoniã nimis lõgũ est omnia pertractare, quæ in illa Libra dicta sunt posita, velut imitanda exempla mentiendi, ad hanc regulam mihi videntur nõ solum ista, verumetiam si qua sunt talia redigenda: vt aut q; esse creditur, ostendatur non esse mendacium: siue vbi tacetur verum, nec dicitur falsum: siue vbi significatio verax aliud, ex alio vult intelligi, quod genus figuratorum vel dictorum vel factorum abundat in Prophaticis literis. Aut quę conuincuntur esse mendaciũ, nõ esse imitanda mõstrentur, & si qua nobis vt alia peccata surrepserint, nõ eis tribuẽdam iustitiam, sed veniã postulandam. Hoc quidem mihi videtur: & ad istam sententiã me superius disputata compellunt. VERVM quia homines sumus, & inter homines viuimⁿ, fateorque me nondum esse in eorum numero quos compẽsatiua peccata non turbant, sæpe me in rebus humanis vincit sensus humanus, nec resistere valeo cũ mihi dicitur: Ecce graui morbo periclitatur ęgrotus, cuius iã vires ferre non possint, si ei mortuus vnicus & charissimus filius nuncietur: si à te quærit an viuat, quem vitã finisse tu nosti, quid respondebis, quando quicquid aliud dixeris præter vnũ de tribus, aut mortuus est, aut viuit, aut nescio, nihil aliud credit ille quã mortuũ: q; te intelligit timere dicere, & nollo mẽtiri? Tãtũdẽ valet, etiamsi omni modo tacueris. Ex illis autem tribus duo falsa sunt, viuit, & nescio, nec abs te dici possunt nisi mentiendo. Illud autem vnum verũ, id est, mortuũ esse, si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occisus clamitatur. Et quis ferat homines exaggerãtes, quantũ sit mali salubre mendaciũ deuitari, & homicidã diligi veritatẽ? Moueor his oppositis vehementer, sed mirũ si etiam sapienter. Cũ enim propo suero ante qualescũque oculos cordis me intelligibilẽ illius pulchritudinẽ, de cuius falsi nihil ore procedit, quãuis vbi radians magis magisque clarescit veritas, ibi palpitans mea reuerberatur infirmitas, tamen sic amore tanti decoris accendor, vt cũcta quæ inde me reuocant humana contẽnã. Sed multũ est vt iste in tantũ perseueret affectus, ne in tentatione desit effectus. Nec me mouet contemplantẽ luminosum bonum, in quo mendacij tenebræ nullę sunt, quod nobis mentiri nolentibus, & hominibus vero audito morientibus, homicida dicitur veritas. Nunquid enim si stuprũ expetat impudica, & te nõ cõsentiente, sæuo amore perturbata moriatur, homicida erit & castitas? An verò quia legimus, Christi bonus odor sumus in omni loco, & in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereũt, aliis quidem odor vitæ in vitam, aliis autem odor mortis in mortem: etiam odorem Christi pronunciabimus homicidam? Sed quia homines sumus: & nos in huiusmodi quęstionibus & cõtradictionibus plerunque superat aut fatigat sensus humanⁿ, ideo mox & ille subiecit: Et ad hæc quis idoneus? Huc accedit vbi miserabilius ciulandũ est, quod si concesserimⁿ pro salute illius ægri de vita filij eius fuisse mẽtiendũ, ita paulatim minutatimq; succressit hoc malum, & breuibus accessibus ad tantum aceruum mendaciorum sceleratorum sensim subintrando perducitur, vt nunquam possit penitus inueniri, vbi tantæ pesti per minima additamenta in immensum conualescẽti possit obsisti. Vnde prouidentissimè scriptum est: Qui modica spernit, paulatim decidit, Quid, quod vitę huius tales amatores, vt eam non dubitent præponere veritati, ne homo moriatur, imò vt homo quandoq; moriturus, aliquãto serius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam peierare nos volunt, vt videlicet ne aliquanto citius transeat vana salus hominis nomen Dei nostri accipiamus in vanum? Et sunt in eis docti, qui etiã regulas figãt, fines q; constituant, quando debeat, quãdo non debeat peierari. O vbi estis fontes lachrymarũ? Et quid faciemus, quò ibimus? vbi nos occultabimus ab ira veritatis, sinon solũ negligimus cauere mendacia, sed audemus insuper docere periuria? Viderint enim insuper assertores defensoresq; mendacij quale genus, vel qualia genera mentiẽdi eos iustificare delectet. Saltem in Dei cultu concedant non esse mentiendũ, saltẽ sese à periuriis blasphemiis q; contineant: saltẽ vbi Dei nomẽ, vbi Deus testis, vbi Dei sacramentũ interponitur, vbi de diuina religione sermo promitur siue cõscritur, nemo mentiatur, nemo laudet, nemo doceat & præcipiat, nemo iustum dicat esse mendacium. De cæteris mendaciorũ generib⁹ eligat sibi quod putat esse mitissimũ atque innocẽtissimũ mẽtiendi genus, cui placet esse mẽtiendũ. Hoc scio, quod etiam qui docet oportere mẽtiri, verũ docere se vult videri. Nã si falsum est quod docet, quis falsę velit studere doctrinę, & vbi fallit docẽs, & fallitur discẽs. Si autẽ vt aliquẽ possit suenire discipulũ, docere se asserit verũ, cũ doceat esse mẽtiendũ quomodo erit vllũ ex veritate mendaciũ, Ioanne apostolo reclamante: Omne mendacium non est ex veritate? NON est ergo verũ, aliquãdo esse mẽtiẽdũ. Et quod non est verũ, nemini est omnino suadendum. Sed agit partes suas infirmitas, & causam inuincibilẽ fauentib⁹ turbis se habere proclamat. Vbi contradicit & dicit: Quomodo apud homines, qui proculdubio si fallũtur auertũtur à pernicie vel aliena vel sua, periclitantibus subuenitur hominibus, si nos humanus ad mentiendũ nõ inclinet affectus? Si patienter me audiat turba mortalitatis, turba infirmitatis, respõdebo aliquid pro negocio veritatis. Certè pia, vera, sancta castitas non nisi ex veritate est: & quisquis aduersus eã facit, pfectò aduersus veritatẽ facit. Cur ergo & si non possit aliter periclitantibus subueniri, nõ cõmitto stuprũ, quod ideo est cõtrariũ veritati, quia contrariũ est castitati: & vt periclitãti subueniatur, loquor mẽdaciũ, quod ipsi appertissimè est contrariũ veritati? Quid apud nos tantũ promeruit castitas, & offendit veritas, cũ omnis ex veritate sit castitas, & sit non corporis, sed mentis castitas, veritasq; in mẽte habitet, sicut etiã corporis castitas. Postremò, quod & paulo antè dixi & iterum dico, quisquis mihi pro persuadendo & defendendo vllo mendacio contradicit, quid dicit si verum non dicit? Si autẽ propterea est audiendus quoniã verũ dicit, quomodo me vult facere verum dicendo mendacẽ? Quomodo † mendacio patronam sibi adhibet veritatem? An aduersario suo vincit, vt à seipso vincatur? Quis hanc absurditatem ferat? Nullo ergo modo dixerimus, eos qui asserunt aliquando esse mentiendum, id

Ioſua. 2.

Solutio casus & totius quæstionis.

Psal. 113. a. 15.

a. Corint. 2. d. 15.

CAPVT XVIII. An verum sit dicendũ si cui mortẽ adferat. Nota casũ.

CAPVT XIX. Nunquam mẽtiendũ.

1. Ioan. 2. c. 21.

Eccl. 19. a. 1.

al. mendacio.

asserendo esse veraces, ne quod est absurdissimum & stultissimum credere veritas nos doceat esse mendaces. Quale est enim vt esse adulterandum nemo discat à castitate, Deum offendendum nemo discat à pietate, cuiquam nocendum nemo discat à benignitate, & esse mentiẽdũ discamus à veritate? Porrò si hoc non docet veritas, non est verum: si non est verum, non est discendum: si non est discendum, nunquam est igitur mentiendum. Sed perfectorum est, ait aliquis, solidus cibus. Multa enim secũdum veniam relaxantur infirmitati, quamuis synceriſſimæ nequaquã placeant veritati. Dicat hoc quisquis non metuit quæ consequẽtia metuenda sunt, si fuerint aliquo modo aliqua permissa mendacia. Nullo modo tamen in tantum sunt permittenda conscendere, vt ad periuria blasphemiasque perueniant. Nec aliquã causam prorsus opportet obtendi, cur debeat peierari, vel quod est execrabilius, cur Deus debeat blasphemari: non enim quia per mendacium non blasphematur, ideo non blasphematur. Potest quippe hoc modo dici, non peierari, quia per mendacium peieratur. Quis enim per veritatem possit esse periurus, si etiam per veritatem nullus potest esse blasphemus? Sanè mitius falsum iurat qui falsum nescit esse, & verum putat esse quod iurat: sicut & Saulus excusabilius blasphemauit, quia ignorans fecit. Ideo autem peius est blasphemare quàm peierare, quoniam peierando falsæ rei adhibetur testis Deus: blasphemando autem de ipso falsa dicuntur Deo. Tãto est autem quisq; in excusabilior, siue periurus, siue blasphemus: quanto magis ea que peierando vel blasphemando asserunt, falsa nouerunt esse vel credunt. Quisquis itaque dicit pro periclitantis hominis salute temporali vel vita esse mentiendum, nimis ipsę ab itinere exorbitat æternæ salutis & vitæ, si dicit in ea causa etiam iurandum per Deum, vel etiam blasphemandum Deum.

Hebr. 5. d. 14.

1. Cor. 1. c. 13.

CAP. XX. An pro æterna hominis salute mentiri liceat.

SED aliquando nobis ipsius quoque salutis æternæ periculum oponitur, quod nostro mendacio si aliter non potest, depellendum esse clamatur, Velut si quisquam baptizandus in potestate sit impiorum atque infidelium constitutus, ad quem perueniri non possit vt lauacro regenerationis abluatur, nisi deceptis mentiendo, custodibus. Ab hoc † insidiosissimo clamore, quo cogimur nõ pro cuiusquam opibus vel honoribus in hoc sæculo transcurrentibus, non pro ipsa huius temporis vita, sed pro æterna hominis salute mentiri, quò confugiam, nisi ad te veritas? Et mihi abs te proponitur castitas. Cur enim si custodes isti vt nos ad baptizãdum hominem admittant, stupro illici possunt, non facimus contraria castitati, & si mendacio decipi possunt, facimus contraria veritati, cum proculdubio nulli esset fideliter amabilis castitas, si non eam præciperet veritas? Proinde vt perueniatur ad hominem baptizandum, fallantur mentiendo custodes, si hoc iubet veritas. Sed quomodo iubeat veritas, vt homo baptizetur esse mentiendum, si non iubet castitas, vt homo baptizetur, esse mœchandum? Cur autem hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet veritas? Si ergo nisi quod verius docet facere non debemus, cũ veritas doceat nec propter hominem baptizandum facere quod contrarium est castitati, quomodo nos docebit facere propter baptizandum hominem, quod ipsi est cõtrarium veritati? Sed sicut oculi ad intuendum solem parum firmi, ea tamẽ quæ à sole illustrantur, libenter intuentur: sic animæ iam valentes delectari pulchritudine castitatis, non tamen † omnino per seipsam considerare veritatem vnde lucet castitas possunt: vt cùm ventum fuerit ad aliquid faciendum, quod aduersum est veritati, ira refugiant & exhorreãt, quemadmodum refugiunt & exhorrent, si faciendum aliquid proponatur quod aduersum est castitati. Ille autẽ filius qui verbum suscipiẽs à perditione longè aberit, & nihil falsi ex eius ore procedit, tam sibi clausum deputat, si ad subueniendum homini per mendacium, quàm si per stuprum transire cogatur. Et pater exaudit orantem, vt valeat sine mẽdacio subuenire, cui vult pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subuenire. Talis ergo filius ita obseruat à mendacio, sicut à peccato. Nam & aliquando mendacij nomen pro peccati nomine ponitur. Vnde illud est, Omnis homo mendax. Sic enim dictum est tanquam diceretur, omnis homo peccans. Et illud: Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit. Ac per hoc cum mentitur vt homo, peccat vt homo, & ea sententia tenebitur qua dictum est; Omnis homo mendax. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Cùm verò nihil falsi ex eius ore procedit, secundum eam gratiam sic erit de qua dictum est: Qui natus est ex Deo, non peccat. Hæc enim natiuitas si sola esset in nobis, nemo peccaret: & quando sola erit, nemo peccabit. Nunc autem adhuc trahimus, quod corruptibiles nati sumus, quamuis secundum id quod renati sumus, si bene ambulamus, de die in diem renouamur interius. Cùm verò & corruptibile hoc induerit incorreptionem, vita totum absorbebit, & nullus mortis aculeus remanebit. Aculeus autem mortis est peccatum.

al. insidiosissimo.

al. continuo.

Psal. 115. a. 11.

Rom. 3. a. 7.

1. Ioannis 1. d. 8.

1. Ioannis 3. a. 6.

1. Cor. 15. g. 53.

CAP. XXI. Epilogus.

AVT ergo cauenda mendatia rectè agendo, aut confitenda sunt penitendo: non autem cùm abundent infeliciter viuendo, augenda sunt & docendo. Sed eligat qui hoc putat, vnde subueniat periclitanti homini ad quamlibet salutem qualiacunque mẽdacia, dum tamen & apud tales obtineamus, nulla causa nos ad peierandum & blasphemandum oportere perduci. Ista saltem scelera vel ampliora stupris, vel certè non minora iudicemus. Namque cogitandum est, sæpissimè homines, de quarum adulterio suspicãtur, ad iusiurandum prouocare coniuges suas. Quod vtique non facerent, nisi crederent etiã illas quæ non timuerũt perpetrare adulteriũ, timere posse periuriũ. Quia & reuera nonnullę impudicæ quæ non timuerunt illicito concubitu viros fallere, eisdem viris quos fefellerant timuerunt Deum testem fallaciter adhibere. Quid igitur causæ est, vt homo castus & religiosus homini baptizando nolit adulterio subuenire, & periurio velit, quod solent & adulteri formidare? Porrò nefas est hoc agere peierando, quanto potius blasphemando? Absit ergo vt Christianus neget atque blasphemet Christum, quo possit alium facere Christianum: & pereundo quærat inueniendum, quem si talia doceat, perdat inuentum. Sic ergo librum, cui nomen est Libra, te oportet refellere atque destruere, vt caput illud quo dogmatizant occultandæ religionis causa esse mentiendum, prius esse noueris amputandum, ita vt illa testimonia quibus sanctos libros mendaciis suis patronos adhibere moliuntur, partim non esse mendacia, partim etiam quæ sunt, non esse imitanda demonstres. Et si tantum sibi vsurpat infirmitas, vt ei aliquid venialiter permittatur, quod improbat veritas, tamen vt in concussè teneas & defendas in diuina religione nunquam omnino esse mentiẽdum: latentes verò sicut nec adulteros per adulteria, nec homicidas per homicidia, nec maleficos per maleficia: ita nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias esse quærendos, secundum ea quæ tam multa in hoc volumine disputauimus, vt vix ad eius terminum quem loco isto fiximus, veniremus.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE FIDE ET OPERIBVS LIBER.

Ex lib. 2. Retractat. cap. 38.

CAPVT XXXVIII. De fide & operibus.

INTEREA missa sunt mihi à quibusdam fratribus laicis quidẽ, sed diuinorum eloquiorũ studiosis scripta nõnulla, quæ ita distinguerent à bonis operibus Christianã fidẽ, vt sine hac nõ posse, sine illis autẽ posse peruenirí suaderetur ad æternam vitam. Quibus respõdens librum scripsi, cuius nomen est De fide & operibus. In quo disputaui non solum quemadmodum viuere debeãt gratia Dei regenerati, verumetiam quales ad lauacrum regenerationis admitti. Hic liber sic incipit:

CAPVT I. Contra eos qui omnes ad baptismum citra discrimẽ ad mittebant.

QVIBVSDAM videtur indiscretè omnes admittendos esse ad lauacrũ regenerationis, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, etiã si malam turpemq; vitã facinoribus & flagitiis euidentissimis notã mutare noluerint, atq; in ea se perseueraturos aperta etiã confessione declarauerint. Verbi gratia, si quis meretrici adhæret, non ei prius præcipiatur vt ab ea discedat, & tũc veniat ad baptismũ, sed etiã cum ea manẽs mãsurũq; se cõfitẽs seu etiã profitẽs admittatur & baptizetur, nec impediatur fieri mẽbrum Christi, etiãsi mẽbrũ meretricis esse perstiterit: sed postea doceatur quàm sit hoc malũ, iãq; baptizatus de mutãdis in melius moribus instruatur. Peruersum enim putãt, atq; præposterũ prius docere quẽadmodũ debeat viuere Christianus, & deinde baptizari. Sed cẽsent præcedere debere baptismi sacramentũ, vt deinde sequatur vitæ morumq; doctrina, quã si tenere & custodire voluerit, vtiliter fecerit. Si autẽ noluerit, & retẽta fide Christiana, sine qua in æternũ periret, in quolibet scelere immunditiaq; permanserit, saluũ cũ futurũ tãquã per ignẽ, velut qui ędificauerit super fundamẽtũ quod est Christus, non aurũ, argẽtum, lapides precioſos: sed ligna, fœnũ, stipulã: id est, non iustos castosq; mores, sed iniquos & impudicos. Ad hanc autẽ videntur disputationẽ impulsi, quòd eos nouerint non admitti ad baptismũ qui dimissis vxoribus alias duxerint, vel feminas quæ dimissis viris aliis nupserint: quia hæc non coniugia, sed adulteria esse Dominus Christus sine vlla dubitatione testatur. Cùm enim negare nõ possent esse adulteriũ, quod veritas adulteriũ esse sine ambage confirmat, eisq; suffragari vellent ad accipiẽdũ baptismũ, quos huiusmodi laqueo ita captos viderent, vt si nõ admitterentur ad baptismum, sine vllo sacramento mallent viuere vel etiam mori, quàm dirupto adulterij vinculo liberari: humana quadam miseratione cõmoti sunt ad eorũ causam sic suscipiendã, vt omnes cũ eis facinorosos & flagitiosos, etiã nulla prohibitione correptos, nulla instructione correctos, nulla pœnitentia mutatos ad baptismũ admittendos esse censerent: existimãtes eos, nisi fieret, in æternũ perituros: si autẽ fieret, etiam in illis malis perseuerantes saluos per ignem futuros.

1. Corint. 6. d. 15.

Mat. 19. b. 9.

CAP. II. De corrigẽdis malis Christianis.

QVIBVS respondens hoc primum dico, ne quis ea testimonia Scripturarum quæ commixtionem bonorum & malorum in Ecclesia, vel præsentem indicant, vel futuram prænunciant, sic accipiat, vt disciplinæ seueritatem siue diligentiam soluendam omnino atque amittendam, non illis edoctus literis, sed sua opinatione deceptus existimet. Neque enim quia illam primi populi cõmixtionẽ Moyses Dei famulus pariẽtissimè perferebat, ideo non in multos etiã gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vtique degradationibus & excõmunicationibus significatũ est esse faciendum in hoc tempore, cùm in Ecclesiæ disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Nec quia beatus Apostolus inter falsos fratres tolerãtissimè congemiscit; quosdam etiã diabolicis inuidentiæ stimulis agitatos, Christum tamen prædicare permittit: ideo parcendũ censet illi qui vxorẽ patris sui habuit, quẽ præcepit congregata Ecclesia tradere satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi. Aut ideo ipse alios non tradidit satanæ, vt discerent nõ blasphemare, aut frustra dicit: Scripsi vobis in epistola, nõ cõmisceri fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut raptoribꝰ, aut idolis seruiẽtibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse: nunc autẽ scripsi vobis non commisceri, si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibũ quidem simul sumere. Quò enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nónne de iis qui intꝰ sunt vos iudicatis? De his autẽ qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Vbi quidam quod dictum est, Ex vobisipsis, ita intelligunt vt ex seipso vnusquisque auferat malum: hoc est, vt ipse sit bonus. Sed quomodolibet intelligatur, siue vt seueritate Ecclesiæ mali excõmunicationibus corripiantur, siue vt se quisque corripiendo & corrigendo à seipso auferat malum: illud tamen quod suprà dictum est, non habet ambiguitatem, vbi præcepit non commisceri eis fratribus qui in aliquo suprà dicto vitio nominantur, id est, noti famosique sunt.

Num. 25. d. 7.

1. Cor. 11. d. 18.

Phil. 1. b. 16.

1. Cor. 5. b. 4.

1. Tim. 1. d. 20.

1. Cor. 5. c. 9

CAPVT III. Quomodo peccantes corripiẽdi.

QVO autem animo & qua charitate misericors ista seueritas adhibenda sit, non solum eo loco vbi ait, Vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi: sed alibi quoque euidenter ostendit dicens: Si quis non obaudit verbo nostro, per Epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & non vt inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem. Et ipse Dominus exemplum singulare patientiæ, qua etiam in duodecim apostolis vsque ad passionem diabolum pertulit, & qui ait: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne fortè cùm vultis colligere zizania, simul eradicetis & triticum: retiaque illa in similitudine Ecclesiæ vsque ad littus, hoc est, vsque ad sæculi finem bonos & malos pisces habitura prædixit: & cætera si qua de permixtione bonorum & malorum siue apertè siue per similitudines locutus est: non ideo tamen omittendam censuit Ecclesiæ disciplinam: imò verò admonuit adhibendam, quando ait: Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, assume tecum vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Deinde ipsius seueritatis terrorem grauissimum adiecit, etiam eo loco dicens: Quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cælo; Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in

1. Cotint. 3. b. 11.

2. Thess. 3. d. 14.

Ioan. 6. g. 70.

Mat. 13. d. 3.

Matth. 18. b. 15.*

Ibid. c. 18.

Mat.7.a.6. 2.Tim.5.d.10. Mate.18.b.15.

cælo. Prohibet etiam ſanctũ dari canibus. Nec contrarius eſt Apoſtolus Domino, quia dicit: Peccantes corã omnibus argue, vt cæteri timorẽ habeant: cùm ille dicat: Corripe eum inter te & ipſum. Vtrunque enim faciendũ eſt, ſicut & infirmitatis diuerſitas admonet, eorum quos vtique non perdendos, ſed corrigendos curandoſque ſuſcepimus, & alius ſic, alius autẽ ſic ſanandus eſt: ita etiam eſt ratio diſſimulãdi & tolerandi malos in Eccleſia: & eſt rurſus ratio caſtigãdi & corripiendi, non admittendi vel à cõmunione remouendi.

CAP. IIII. De perperã intelligẽtiã ſcripturã.

ERRANT autem homines non ſeruantes modũ, & cùm in vnam partem procliuiter ire cœperint, non reſpiciunt diuinæ autoritatis alia teſtimonia, quibus poſſint ab illa intentione reuocari, & in ea quæ ex vtriſq; tẽperata eſt veritate ac moderatione conſiſtere. Nec in hac re tantũ de qua nunc quæſtio eſt, ſed etiã in aliis multis. Nam quidã intuentes diuinarũ teſtimonia literarũ, quibus vnus Deus colendus inſinuatur, eundẽ patrẽ qui eſt filius, ſanctumque ſpiritũ putauerũt. Alij rurſus veluti morbo contrario laborantes, cùm attenderent ea quibus Trinitas declaratur, nec valerent intelligere quomodo ſit vnus Deus, cùm & pater non ſit filius, nec filius ſit pater, nec Spiritus ſanctus aut pater aut filius, diuerſitates etiã ſubſtantiarũ aſſerendas putarunt. Quidã intuẽtes in ſcripturis ſanctę virginitatis laudẽ, connubia dãnauerunt. Quidã rurſus ea teſtimonia conſectantes quibus caſta cõiugia prædicãtur, virginitatẽ nuptiis æquauerunt. Quidã cùm legerẽt: Bonũ eſt fratres nõ mãducare carnẽ, neq; bibere vinum: etiã nõnulla ſimilia creaturarũ Dei, & quas voluerunt eſcas immũdas eſſe ſenſerunt. Quidã verò legẽtes, Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abiiciẽdum quod cũ gratiarũ actione accipitur: in voracitatẽ vinolentiãque cõllapſi ſunt, nec ſibi valentes auferre vitia, niſi eis econtrariò vel tãta vel maiora ſuccederent. Sic etiã in hac cauſa quæ habetur in manibus, quidam intuentes præcepta ſaueritatis, quibus admonemur corripere inquietos, nõ dare ſanctũ canibus, vt ethnicũ habere Eccleſiæ contẽptorẽ, à cõpage corporis, membrum quod ſcandalizat auellere: ita perturbant Eccleſiæ pacem, vt conentur ante tempus ſeparare zizania, atque hoc errore cęcati ipſi potius à Chriſti vnitate ſeparẽtur. Qualis nobis cauſa eſt aduerſus ſchiſma Donati. Et hoc nõ cũ illis qui nouerũt Cæcilianũ, nõ veris, ſed calũnioſis criminibus appetitum, & perniciosam ſententiã ſuam mortifero pudore non deſerunt, ſed cum illis quibus dicimus, Etiamſi mali fuiſſent propter quos in Eccleſia non eſtis, vos tamen eos ferendo quos emendare aut ſegregare minimè poteratis, in Eccleſia permanere debuiſtis. Quidam verò econtrariò periclitantes, cùm bonorum malorumque permixtionem in Eccleſia demonſtratam vel prædictam eſſe perſpexerint, & patiẽtiæ præcepta didicerint, (quæ ita nos firmiſſimos reddũt vt etiamſi videtur in Eccleſia eſſe zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas noſtra, aut quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus.) † inſtituendam putant eſſe & Eccleſiam & diſciplinam, quandam peruerſiſſimam ſecuritatem præpoſitis tribuentes, vt ad eos non pertineat niſi dicere quid cauendum quidue faciendũ ſit, quod libet autem quiſque faciat non curare. Nos verò ad ſanam doctrinã pertinere arbitramur ex vtriſque teſtimoniis vitam ſententiamq; moderari, vt & canes in Eccleſia propter pacẽ Eccleſiæ toleremus, & canibus ſanctũ vbi pax Eccleſiæ tuta eſt, non demus. Cùm ergo ſiue per negligentiam præpoſitorum, ſiue per aliquam excuſabilẽ neceſſitatem ſiue per occultas obreptiones inuenimus in Eccleſia malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere aut coercere non poſſumus, tũc nec aſcẽdat in cor noſtrũ impia & pernicioſa præſumptio, qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, vt peccatis eorum non inquinemur, atq; ita poſt nos trahere conemur veluti mundos ſanctoſq; diſcipulos ab vnitatis compage, quaſi à malorũ cõſortio ſegregatos. Veniant in mentem illæ de ſcripturis ſimilitudines & diuina oracula vel certiſſima exẽpla, quibus demõſtratũ & prænunciatũ eſt, malos in Eccleſia permixtos bonis vſque in finẽ ſæculi tempuſque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate ac participatione ſacramentorũ qui eorum factis non cõſenſerint obſituros. Cùm verò eis per quos Eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos aut nefarios exercẽdæ, tunc rurſus ne ſocordia ſegnitiaq; dormiamus, aliis aculeis præceptorũ quæ ad ſeueritatẽ coertionis pertinent; excitandi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſque teſtimoniis illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientiæ nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ fœuiamus.

Mat.7.a.6. 2.Tim.5.d.10. Mate.18.b.15.

CAPVT VI. Baptiſmus quando & quibus dandus.

HAC ergo ſecundum ſanã doctrinam moderatione ſeruata, videamus vnde agitur, id eſt, vtrum ad percipiendum baptiſmũ ſic admittendi ſunt homines, vt nulla ibi vigilet diligentia, ne ſanctũ canibus detur: vſque adeò vt nec apertiſſimi adulterij perpetratores & eius perſeuerantiæ profeſſores à ſacramento tantæ ſanctitatis videantur arcendi: quò ſine dubio nõ admitterentur, ſi per ipſos dies quibus eandẽ gratiam percepturi, ſuis nominibus datis, abſtinẽtia, ieiuniis, exorciſmiſq; purgantur, cũ ſuis legitimis & veris vxoribus ſe concubituros profiterẽtur, atq; huius rei quãuis alio tẽpore licitæ, paucis ipſis ſolẽnibus diebus, nullã cõtinẽtiã ſeruaturos. Quomodo igitur ad illa ſancta recuſans correptionẽ adulter admittitur, quò recuſans obſeruationẽ non admittitur coniugatus? Sed prius, inquiũt, baptizetur: deinde doceatur quid ad bonã vitam moreſq; pertineat. Fit hoc vbi quenquam fortè dies vrget extremus, vt ad verba pauciſſima, quibus tamen omnia continentur, credat, ſacramentumque percipiat, vt ſi ex hac vita migrauerit, liberatus exeat à reatu præteritorũ omnium peccatorũ. Si autẽ ſanus petiit ſpaciũ diſcendi quæ diſcenda ſunt, quod aliud opportunius tempus reperiri poteſt, quo audiat quẽadmodũ fidelis fieri ac viuere debeat, quàm illud cum attentiore animo atque ipſa religionẽ ſuſpenſo ſaluberrimæ fidei ſacramentũ petit? An vſq; adeò diſſimulam⁹ à ſenſibus noſtris, vt vel noſipſos nõ recordemur quàm fuerimus attẽti atque ſoliciti quid nobis præciperẽt à quibus catechizabamur, cùm fontis illius ſacramenta peteremus, atque ob hoc cõpetẽtes etiam vocaremur: vel non intueamur alios qui per annos ſingulos ad lauacrũ regenerationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur, quanta vigilantia conueniant, quo ſtudio ferueãt, qua cura pendeant? Si tunc tẽpus nõ eſt diſcendi, quæ vita cõgrua tanto quod accipere deſiderant ſacramento, quãdo erit? An verò cùm acceperint in tantis criminibus permanentes: etiã poſt baptiſmũ, non noui homines, ſed rei veteres: vt videlicet peruerſitate mirabili prius eis dicatur, Induite hominem nouum: & cùm induti fuerint, poſtea dicatur, Exuite veterem: cum Apoſtolus ſanum ordinem tenens dicat: Exuite veterem, & induite nouum: & ipſe Dominus clamet, Nemo aſſuit pannum veſtimento veteri, & nemo mittit vinum nouum in vtres veteres? Quid autem aliud agit totum tempus quo catechumenorum locum & nomen tenent, niſi vt audiant quæ fides & qualis vita debeat eſſe Chriſtianis: vt cum ſeipſos probauerint, tunc de menſa Domini manducẽt, & de calice

Coloſ.3.b.10. Matt.9.b.17. 1.Cor.11.f.28.

al. doſtituendam putent eccleſiæ diſciplinam.

CAP. V. Propter malos nõ recedendum ab eccleſia. Matth.7.

lice bibãt. Quoniam qui mãducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Quod autẽ fit per omne tẽpus, quod in Eccleſia ſalubriter cõſtitutum eſt, vt ad nomẽ Chriſti accedentes catechumenorum gradus accipiãt: hoc fit multo diligentius & inſtantius his diebus quibus competentes vocantur, cùm ad percipiendum baptiſmum ſua nomina iã dederunt.

CAPVT VII. Baptizãdos tam fidei opera quàm fidem docẽdos.

QVID ſi, inquiũt virgo neſciens viro nupſerit alieno? Hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc erit adultera: ſi autem ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubauerit. Sicut in iure prędiorum, tandiu quiſque bonę fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quãdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei perhibebitur, tunc iuſtè iniuſtus vocatur. Abſit ergo vt ſenſu non humano, ſed planè vano ſic doleamus cùm flagitia corriguntur, tanquam connubia dirimantur: maximè in ciuitate Domini, in monte ſancto eius, hoc eſt, in Eccleſia, vbi nupſtarum non ſolum vinculum, verumetiam ſacramentũ ita commendatur, vt non liceat viro vxorẽ ſuam alteri tradere: quod in republica tunc Romana, non ſolum minimè culpabiliter, verumetiam laudabiliter Cato feciſſe perhibetur. Neque hinc diutius modò diſputare opus eſt, cùm & illi quibus reſpondeo nõ audeant affirmare, nullum hoc eſſe peccatum, neque negent eſſe adulterium, ne ipſi Domino ſanctoq; Euãgelio apertè conuincãtur obſtiſtere. Sed cùm eis placet primum admittendos eſſe tales ad percipiendum baptiſmi ſacramentum, & ad Dominicã mẽſam, etiamſi correptionẽ voce manifeſtiſſima recuſauerit: imò verò nihil eos de hac re prorſus admoneri oportere, ſed poſtea doceri: vt ſi præcepti obſeruationem receperint, culpamq; correxerint, habeantur in tritico: ſi autem cõtempſerint, inter zizania tolerentur: ſatis oſtendunt non ſe crimina iſta defendere, aut quaſi leuia vel nulla ſint agere. Quis enim adulterium bonæ ſpei Chriſtianus nullum ſeu paruum crimen exiſtimet? Ordinẽ tamen quo hæc in aliis vel corrigantur vel ferantur, de ſcripturis ſanctis ſe proferre arbitrantur, cũ dicãt Apoſtolos ſic egiſſe: & de literis eorum quædam teſtimonia proferunt, vbi reperiuntur prius inſinuaſſe doctrinam fidei, ac deinde morum tradidiſſe præcepta. Atque hinc intelligi volunt, fidei tantummodo regulam baptizandis eſſe intimandam: poſtea verò iam baptizatis etiã vitæ in melius mutandæ præcepta tradenda, quaſi aliquas apoſtolorum Epiſtolas legant ad eos qui baptizandi ſunt datas, vbi de ſola fide diſputauerunt; & alias ad baptizatos, quibus præcepta de malis cauendis, boniſq; inſtituendis moribus continẽtur. Cùm igitur eos ad Chriſtianos iã baptizatos dediſſe literas cõſtet, cur vtroq; ſermone contextæ ſunt, & eo ſcilicet qui ad fidẽ, & eo qui ad vitã bonã pertinet? An fortè illis placet vt baptizandis vtrunque nõ demus, & baptizatis vtrũq; reddamus? Quod ſi abſurdè dicitur, ergo fateantur apoſtolos doctrinã ſuã ex vtroque perfectã ſuis Epiſtolis indidiſſe. Sed propterea plerunque inſinuaſſe prius fidẽ, ac deinde quod ad vitã bonã pertinet ſubiciſſe, quia & in homine ipſo niſi præcedat fides, vita bona ſequi nõ poterit: quicquid enĩ homo veluti rectè fecerit, niſi ad pietatẽ quę ad deũ eſt, referatur, rectũ dici non oportet. Quod ſi arbitrarentur aliqui ſtulti & nimis imperiti apoſtolorum Epiſtolas ad catechumenos datas, profectò etiam ipſi fateretur, nondum baptizatis præcepta morum, quæ fidei congruant, ſimul cum fidei regulis intimanda: niſi fortè ad hanc neceſſitatem ſua nos iſti diſputatione compellunt, vt primas partes Epiſtolarum apoſtolicarum vbi de fide loquuntur, catechumenis legendas velint: poſteriores autem fideli-

bus vbi iam præcipitur quẽmadmodum Chriſtiani viuere debeant: quod ſtultiſſimũ eſt dicere. Nullũ ergo documentum eſt huius opinionis ex Epiſtolis apoſtolorum, cur ideo arbitremur baptizandos de ſola fide, baptizatos autẽ de moribus admonendos, quià illi primis partibus literarũ commendauerunt fidẽ, ac poſtea conſequẽter vt bene à fidelibus viueretur hortati ſunt. Quamuis enim illud prius, hoc poſterius, ſæpiſſimè tamen vna contextione ſermonis vtrũque cathecumenis, vtrunque fidelibus, vtrunque baptizandis, vtrunq; baptizatis, ſiue vt inſtruantur, ſiue ne obliuiſcãtur, ſiue vt profiteantur, ſiue vt cõfirmentur doctrina ſaniſſima & diligentiſſima, prædicandũ eſt. Epiſtolæ itaque Petri & Epiſtolæ Ioannis de quibus quædam teſtimonia cõmemorant, addant & Pauli & aliorum apoſtolorũ, ea ratione accipiẽdum eſt, quod aduerterunt prius de fide, ac poſtea de moribus dici, quod, niſi fallor, apertiſſimè expoſui.

CAPVT VIII. Chriſtianã vitam ſcire & agere ante baptiſmũ neceſſe. Act.2.f.38.

SED in Actibus Apoſtolorũ Petrus inquiunt, ſic allocutus eſt illos, q verbo audito baptizati ſunt vno die tria milia, vt eis ſolã fidẽ qua in Chriſtũ crederent prædicaret. Qui cùm dixiſſent, quid faciemus? reſpõdit eis, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Cur ergo non aduertũt quod dictũ eſt, Agite pœnitentiã? ibi eſt enim vitæ veteris expoliatio, vt noua induantur qui baptizantur. Cui autẽ fructuoſa eſt pœnitẽtia, quæ agitur de mortuis operibus, ſi in adulterio perſeueret aliiſq; ſceleribus, quibus dilectio mundi huius inuoluitur? Sed infidelitatis, inquiunt, tã tũmodo, quia in Chriſtum non crediderũt, eos voluit agere pœnitẽtiam. Mira præſumptio, nolo quicquam grauius dicere, quãdo eo audito quod dictũ eſt, Agite pœnitentiã, ſolius infidelitatis acta dicuntur, cum vita mutanda ex vetere in nouam doctrinam Euangelica traderetur, vbi vtique & illud eſt quod in ea ſententia ponit Apoſtolus, Qui furabatur iam nõ furetur: & cætera, quibus exequitur quid ſit deponere veterẽ hominem & induere nouum. In his autem ipſis verbis Petri habent vnde admoneri potuiſſent, ſi diligenter attẽdere voluiſſent. Cùm enim dixiſſet, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti: nobis enim hæc eſt promiſſio facta & filiis noſtris, & omnibus qui ſunt lõgè quoſcũq; aduocauerit Dominus Deus noſter: cõtinuò ſubiecit qui librũ ſcripſit atque ait: & cæteris verbis pluribus teſtificabatur dicens, Eripite vos à ſæculo hoc prauo. At illi auidiſſimè capiẽtes exceperũt verba & crediderunt & baptizati ſunt, & adiectæ ſunt illa die tria milia animæ. Quis hic nõ intelligat & cæteris plurib⁹ verbis quæ à ſcriptore propter longitudinẽ nõ recitantur, id egiſſe Petrũ, vt eriperẽt ſe ab hoc ſæculo prauo, quando quidẽ ipſa ſententia breuiter indicata eſt, cui perſuadendæ verbis plurib⁹ Petrus inſtabat. Ipſa quippe ſũma poſita eſt, cùm dictũ eſt, Eripite vos à ſæculo hoc prauo. Verbis autẽ plurib⁹ vt hoc fieret, teſtificabatur Petrus. In his verbis erat mortuorum operũ cõdemnatio, quæ nequiter agũt huius ſæculi dilectores, & cõmendatio vitæ bonæ quã teneãt atque ſectẽtur, qui ſe ab hoc prauo ſęculo eripiũt. Iam itaque, ſi placet, affirmare conẽtur, eũ ſe eripere ab hoc ſęculo prauo, qui tantũmodo credit in Chriſtũ, etiamſi in flagitiis quib⁹ voluerit perſeueret vſque ad profeſſionẽ adulterij. Quod ſi dicere nefas eſt, audiãt baptizandi, non ſolum quid credere debeant, ſed etiam quemadmodum ſe ab hoc prauo ſæculo eripiant. Id enim neceſſe eſt vt audiant, quemadmodum credentes viue-

Eph.4.f.28. Act.2.f.38. Ibid.f.41.

CAP. IX. Baptismus spadonis, & quid sit euãgelizare Christum.

re debeant. SPADO, inquiũt, ille quem Philippus baptizauit, nihil plus dixit, quàm, Credo filiũ Dei esse Iesum Christum: & in hac professione cõtinuò baptizatus est. Num ergo placet vt hoc solũ homines respõdeant, & continuò baptizẽtur: nihil de Spiritu sãcto, nihil de sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum: postremò de ipso Iesu Christo nihil nisi quia filius Dei est, nõ de incarnatione eius ex virgine, de passione, de morte crucis, de sepultura, de tertij diei resurrectione, de ascẽsione ac sede ad dexteram patris aliquid dicẽdũ est cathechizanti, ac profitendum credenti? Si enim spado cùm respõdisset, Credo filium Dei esse Iesum Christũ, hoc ei sufficere visum est, vt cõtinuò baptizat⁹ abscederet: cur non id sequimur, atque auferimus cætera quæ necesse habemus, etiam cùm ad baptizandum temporis vrget angustia, exprimere, interrogando vt baptizandus ad cuncta respondeat, etiã si ea memoriæ mandare non valuit? Si autẽ Scriptura tacuit atque intelligenda admisit cætera quæ cum illo spadone baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait, Baptizauit eũ Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceãtur in Scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda: pari modo etiam in eo quod scriptum est euangelizasse Philippum spadoni Dominum nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse quæ ad vitam moresq; pertinent eius qui credit in Dominum Iesum. Hoc est enim euangelizare Christũ, non tantũ dicere quæ sint credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad cõpagem corporis Christi: imò verò cũcta dicere quæ sunt credenda de Christo, non solũ cuius sit filius, vnde secundũ diuinitatem, vnde secũdum carnẽ genitus, quæ perpessus, & quare, quæ sit virtus resurrectionis eius, quod donũ spiritus promiserit dederitq; fidelibus: sed etiã qualia membra, quibus sit caput, quærat, instituat diligat, liberet, atque ad æternã vitam honoremq; perducat. Hæc cũ dicuntur, aliquando breuius atque cõstrictius, aliquando latius & vberius Christus euãgelizatur, & tamen non solũ quod ad fidẽ, verumetiã quod ad mores fidelium pertinet, nõ prætermittitur.

Act.8.f.37.

CAPVT X. Scire Christum crucifixum quid sit, quantaque vicinitas dilectionis Dei & proximi.

HOC intelligi potest etiam in eo quod commemorant dixisse apostolũ Paulũ, Nihil me dixi scire in vobis nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum. Quod illi putant ita dictũ, tanquam nihil aliud eis insinuatum esset, nisi vt primitus crederẽt, ac deinde baptizati quic quid ad vitã moresq; pertinet discerent. Hoc, inquiũt, Apostolo satis surperq; suffecit, qui eis dixit, quòd etsi multos pædagogos haberent in Christo, sed nõ multos patres, quia eos in Christo Iesu per Euangeliũ ipse genuisset. Si ergo ille qui per Euangelium genuit, quamuis gratias agat quòd neminem ipsorum baptizauerit nisi Crispum & Caiũ & Stephanæ domum, nihil eos amplius docuit quàm Christum crucifixum: quid si dicat aliquis, nec resurrexisse Christum eos audisse quando per Euangelium geniti sunt? Vnde est igitur quod eis dicit: Tradidi enim vobis inprimis, quia Iesus Christus mortuus est secũdũ Scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundũ Scripuras, si nihil nisi crucifixum docuerat? Si autem non ita intelligunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere concedunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maximè quòd vetus homo noster simul crucifix⁹ est, vt euacuetur corp⁹ peccati, & vltrà nõ seruiamus peccato. Vnde etiã de seipso dicit: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mũdus crucifixus est & ego mundo. Proinde attendant & videant: quẽadmodũ doceatur

2.Cor. 2.a.2.

1 Corinthi. c.14.

1.Corint. 15. a.3.

Rom.6.a.6.

Gal.6.c.14.

A atque discatur Christus crucifixus, & ad eius crucem nouerint pertinere, quod etiã nos in eius corporis crucifigimur mundo. Vbi intelligitur omnis coërtio malarum concupiscentiarũ: ac per hoc fieri non potest, vt eis qui in cruce Christi informãtur, professa adulteria permittantur. Nam & apostolus Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est, passionis Christi, admonet, vt qui ea consecrantur peccare desistant, ita loquens: Christo ergo passo per carnem, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui mortuus est carne desiit peccare, vt iam non hominũ desideriis, sed voluntate Domini Dei reliquum in carne viuat, & cætera. Quibus consequenter ostendit eum pertinere ad Christum crucifixum, hoc est per carnem passum, qui in eius corpore crucifixus carnalibus desideris bene viuit per Euangelium. Quid, quòd etiam duo illa præcepta, in quibus Dominus ait totã legẽ Prophetasq; pẽdere, huic suæ opinioni suffragari arbitrantur: & sic ea cõmemorant, vt quo

1.Petri 4.a.1.

Matth.22. d.40.

B niam primum præceptum dictum est: Diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum tãquam teipsum: primum pertinere ad baptizandum, vbi dilectio Dei præcipitur: secundum autem ad baptizatos, vbi videntur esse mores conuersationis humanæ: sic obliti quod scriptum est, Si fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo diligere poteris? Et illud aliud in eadẽ Epistola Ioannis, Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quod autem pertinẽt omnia flagitia morum malorũ, nisi ad mũdi huius dilectionẽ? Ac per hoc illud primum præceptum quod ab baptizandos pertinere arbitrãtur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. Nolo pluribus immorari. Nã si diligẽter consideratur, ista duo præcepta ita ex alterutro cõnexa reperiũtur, vt nec dilectio Dei possit esse in homi

Deut.6.a.5.

Leuit.19. d.18.

1.Ioan.4. d.20.

1.Ioan.2. b.15.

C ne si non diligit proximum, nec dilectio proximi si nõ diligit Deum. Sed ad rem quæ nunc agitur, quod de his duobus præceptis diximus sufficit. AT enim populus Israël primùm per mare rubrũ ductus est, quo significatur baptismus, & postea legem accepit, vbi disceret quem admodũ viueret. Cur ergo baptizandis vel symbolum tradimus, reddendumq; reposcimus? Nihil enim tale factũ est erga illos, quos per mare rubrũ Deus ab Ægyptiis liberauit. Si autẽ rectè intelligũt hoc significari præcedentibus mysteriis de sanguine ouis postibus illito, & de azymis synceritatis & veritatis: cur non etiã illud cõsequenter intelligunt, ipsam ab Ægyptiis separationẽ significare discessionẽ à peccatis quã baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet quod à Petro dictũ est, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi: tanquã diceret, Recedite ab Ægypto, & per mare rubrũ transite. Vnde & Epistola quæ ad Hebræos inscribitur, cùm eorũ qui baptizantur cõmemorarentur initia, posita est ibi pænitentia à mortuis operibus: sicenim dicit, Ideoq; remittentes initia Christi verbum, in cõsummationẽ respiciamus: non iterum iaciẽtes fundamentum pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in Deũ, lauacri doctinæ, impositionis manuum, resurrectionis etiã mortuorum & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum satis aperteq; Scriptura testatur. Quid est autem à mortuis operibus pœnitentia, nisi ab his quæ oportet mortificari vt viuamus: quæ si adulteria fornicationesq; non sunt, quid iã inter opera mortua nominandum est? Sic autem non sufficit professio recessionis à talibus, nisi etiam lauacro regenerationis cuncta præterita quæ velut persequũtur peccata deleãtur: sicut nõ suffecit Israelitis recedere

CAP. XI. Exitus Israelitarum ex Aegypto quid denotet.

Exodi 14. c.21.*

Act.a.f.38.

D

Heb.6.a.1.

recedere ab Ægypto, nisi ea quę in sequebatur hostiũ multitudo eiusdem maris fluctibus interiret, qui Dei populo transituro liberãdóq; patuerũt. Qui ergo proprofitetur ab adulterio nolle se mutare, quomodo per mare rubrũ ducetur, cũ ex Ægypto adhuc recuset abscedere? Deinde non attẽdunt in ea lege quæ post trãsitum maris rubri illi populo data est, primũ esse præceptũ, Non erunt tibi alij dij præter me. Nõ facies tibi idola neq; vllũ simulachrũ quæcũque in cælo sunt sursum, & quæcunque in terra deorsum, & quæcũque in aqua & sub terra: non adorabis ea, neq; seruies eis: & cætera ad hoc pręceptum pertinentia. Affirment itaq; si volunt cõtra ipsam suã assertionẽ, etiã de vnius Dei cultu cauendaq; idololatria, non adhuc baptizandis, sed iã baptizatis esse predicandũ: & non iam dicant, eis qui baptismũ percepturi sunt, fidem, tantũ quę in peũ est, intimandam: & post eius sacramẽti perceptionem de moribus vitę tanquã de secũdo præcepto eos quod ad dilectionẽ proximi pertinet, instruendos. Vtrunq; enim lex cõtinet, quã post mare rubrum tanquã post baptismum populus accepit, nec ita facta est distributio præceptorum, vt ante illius maris transitũ de cauẽda idololatria plebs doceretur, & posteaquam trãsierunt audirent honorandũ patrẽ & matrem, non mœchandum, non occidendum, & cætera bonę atque innocentis cõuersationis humanæ. Si ergo ita quisque veniat ad sancti lauacri petitionẽ, vt profiteatur se ab idolorũ sacrificiis nõ recessurũ, nisi fortè postea quando placuerit, baptismũ tamen iãq; deposcat, templũq; Dei viui se fieri flagitet, non solum cultor idolorum, verumetiam in aliquo tam nefario sacrilegio perseuerans: quæro ab istis vtrum eum faciendũ vel cathechumenum censeant, quod proculdubio fieri non debere clamabunt. Neque enim aliud de illorum corde sentiendum est. Reddant itaque rationem secundum testimonia scripturarum, quæ sic intelligenda putãt quo modo huic audeant contradicere, nec admittendum esse confirmant reclamantem atque dicentem: Didici & veneror Christum crucifixum, credo filium Dei esse Iesum Christum. Non me vltra differas, nihil amplius iã requiras. Quos per Euangelium generabat Apostolus, nihil eos nosse tunc amplius quàm Christũ crucifixum volebat. Post vocem spadonis qua se credere Iesum Christum filium Dei esse respondit, cõtinuò Philippus eum baptizare non distulit. Quid me ab idolorum cultu prohibes, nec ad sacramentũ Christi admittis, nisi prius inde discessero? Illud à pueritia didici, cõsuetudine ibi grauissima præmor, faciã cũ potuero cũ commodũ fuerit: q; etsi non faciã, non tamen sine Christi sacramento hanc vitam finiã, ne Deus exigat animam meam de manibus tuis. Quid huic respõdẽdum existimant? An placet vt admittatur? Absit, nullo modo crediderim in tãtum eos progredi. Quid ergo respondebunt hæc dicenti, & addenti quod nihil sibi de idololatria relinquẽda saltem dici debuit antẽ baptismũ, sicut nihil inde ante mare rubrum populus ille primus audiuit, quoniã lex hoc habet quam ex Ægypto iã liberatus accepit. Profectò dicturi sunt homini, templum Dei futurus est, cũ baptismum accepe-ris. Dicit autem Apostolus, Quæ compositio templo Dei cùm idolis? Quare ergo non vident similiter esse dicendum, membrum Christi futurus es, cùm acceperis baptismum. Non possunt membra Christi esse membra meretricis: quia & hoc Apostolus dicit alio loco, Nolite, inquit, errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, & cætera quæ illic enumerat, regnũ Dei possidebunt. Cur ergo ad baptismum idolis seruientes non admittimus, & fornicatores admittẽdos

CAPVT XII. Num baptizandus qui vitam impiam mutare nolit.

1. Coriut. 4. 5.15.

Act.8.f.37.

2.Corint.6. d.16.

1.Cor.5.b. 9.

A putamus, cũ & his & cæteris malis dicat, Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Dñi Iesu Christi & in spiritu Dei nostri? Quid igitur causæ est, vt cũ potestas pateat vtrũq; prohibendi venientem ad baptismũ permittam fornicarium permanere, & non permittam idolis seruientẽ: cũ & illis & illis dici audiam, Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis? sed eo mouẽtur isti, quia putant esse in tuto salutem eorum, quãuis per ignem qui in Christum crediderit, sacramentumq; eius acceperint: id est, batizati fuerint, etiãsi morum corrigendorũ ita negligentes sint, vt nequiter viuant. Vnde mox videbo si Deus iuuerit, quid secundũ scripturas santiendũ sit. NVNC in hac quæstione adhuc versor, in qua eis videtur, baptizatos admonendos esse de moribus ad Christianã vitã pertinentibus, baptizandis autem solam insinuãdam fidem. Quod si ita esset, præter tam multa quæ diximus, non Ioannes Baptista venientibus ad baptismũ suum diceret, Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo fructũ dignũ pœnitentiæ: & cetera, quæ vtique non de fide, sed de bonis operibus admonet. Vnde & militibus dicentibus, Quid faciemus? non dixit, Interim credite & baptizemini, pòst audietis quid facere debeatis: sed antè dixit, antè præmonuit, vt venturo Domino in cor eorum tãquã precursor mundaret viam: Neminem cõcusseritis, nulli calumniã feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrũ. Similiter publicanis quærentibus quid facere deberent, Nihil amplius, inquit, exigatis præterquam constitutum est vobis. His breuiter cõmemoratis Euangelista, nõ enĩ totos cathechismos inserere debuit, satis significauit pertinere ad eũ à quo baptizãdus cathechizatur, docere & monere de morib⁹. Quod si respondissent Ioanni, prorsus nõ faciem⁹ fructus dignos pœnitẽtiæ, calumniaturi sumus, concussuri sumus, eaquę nobis nõ debentur exacturi sumus, & nihilominꝰ eos post hanc professionem baptizaret: nec sic tamen dici posset vnde modò quæstio est, non esse tẽporis cũ quisque baptizandus est, vt prius illi sermo fiat quẽadmodũ vitã bonã agere debeat. Quid ipse Dominus, vt alia omittam, cùm ab eo diues ille quæreret quid boni faceret vt vitam æternam consequeretur; recolant quid responderit, Si vis venire, inquit, ad vitam, seruã mãdata. At ille, quæ? tũc Dominus cõmemorauit præcepta legis, Non occides, Nõ mœchaberis, & cætera: vbi cũ ille respõdisset hæc se fecisse à iuuẽtute sua, addidit etiã perfectionis præceptum, vt vẽditis suis omnibus & in pauperũ eleemosynis erogatis haberet thesaurum in cælo, & eundẽ Dominũ sequeretur. Videãt igitur nõ ei dictũ esse vt crederet & baptizaretur, quo solo adiutorio putãt isti venire hominẽ ad vitam; sed morum præcepta homini dara, quæ vtiq; sine fide custodiri obseruariqne non possunt: nec tamen quia hic de insinuanda fide Dominus videtur tacuisse, præscribimus nos atq; cõtenti sumus, morũ tantũmodo præcepta dicẽda esse hominibus ad vitã peruenire cupiẽtibus. Vtraq; enim mutuò cõnexa sunt, sicut antè dixi: quia neq; dilectio Dei potest esse in homine qui nõ diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui nõ diligit Deum. Ideo aliquando alterum sine altero, siue illud, siue illud, pro plena doctrina inuenitur scriptura commemorare, vt etiam hoc modo intelligatur alterũ sine altero esse non posse: quia & qui credit Deo, debet facere quod pręcepit Deus, & qui propterea facit quia præcepit Deus, necesse est vt credat Deo.

Ibid.b.13.

CAPVT XIII. Baptismũ fidei opera præcedant.

Matt.3.b.7.

Lucæ 3.b. 10.

Ibid.b.14.

Matth.19. c.16.

Lucæ 18. d.18.

CAPVT XIIII. Quòd fides sola ad salutem non sufficit sine operibus.

QVARE iam illud videamus, quod exeutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, siad eam obtinendam sufficere solam

fidem putauerint, bene autem viuere & bonis operib⁹ viam dei tenere neglexerint. Nam etiã temporibus apostolorum non intellectis quibusdã sub obscuris sentẽtiis apostoli Pauli, hoc eũ quidã arbitrati sũt dicere,
Rom.3.b.8. Faciamus mala vt veniant bona: quia dixerat, Lex sub intrauit vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Quod ideo verũ est, quia legem accipientes homines qui de suis viribus superbissimè præsumebãt, nec diuinũ adiutoriũ vincẽdarum malarũ concupiscentiarũ recta fide impetrantes, pluribus grauioribusq; delictis etiam lege præuaricata onerata sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem qua misericordiam indulgẽtiæ mererentur, & auxilium à Domino qui fecit cælũ
Psal.120. a.2. Rom.5.a.5. & terrã: vt diffusa per Spiritum sanctum charitate in cordibus suis, cum dilectione agerent quę contra sæculi huius concupiscentias iuberentur, secundũ id q̃ prædictũ fuerat in Psalmo: Multiplicatę sunt infirmi-
Psal.15.a.4. Rom.5.a.1.* tates eorũ, postea accelerauerũt. Cũ ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis: nõ hoc agit, vt percepta ac professa fide opera iustitiæ contemnantur, sed vt sciat se quisq; per fidem posse iustificari etiam si legis opera non precesserint. Sequũtur enim iustificatũ, nõ præcedũt iustificandũ. Vnde in præsenti opere non opus est latius disputare, præsertim quia modò de hac quæstione prolixum librũ edidi, qui inscribitur, De litera & spiritu. Quoniã ergo hęc opinio tunc fuerat exorta, aliæ apostolicæ Epistolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, cõtra eã maximè dirigũt intentionẽ, vt vehemẽter astruãt fidẽ sine operibus nihil prodesse: sicut etiã ipse Paulus, nõ qualemlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eã salubrẽ planeq; Euangelicã definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt: Et fides, inquit, quæ per dilectionẽ
Gal.5.a.6. operatur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem
1.Cor.13. a.1. quibusdã videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat: Si habeã omnem fidem ita vt mõtes transferã charitatẽ autẽ nõ habeã, nihil sum. Vbi autẽ hæc fidelis chari-
Rom.13. c.10. tas operatur, sine dubio bene viuitur. Plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda Epistola Petrus, cũ ad vitę & morũ sanctitatẽ hortaretur, mũdũque istum transiturũ prænũciaret, cælos verò nouos & terram nouam expectari quæ iustis inhabitanda traderetur, vt ex hoc attenderẽt qualiter eos oporteret viuere vt habitatione illa digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdã subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionẽ, vt tãquam securi de salute quæ in fide est, bene viuere non curarent, cõmemorauit quædam ad intelligendũ difficillima esse in Epistola eius, quæ homines peruerterent, sicut & alias scripturas, ad proprium suum interitum: cùm tamen & ille apostol⁹ de salute æterna, quæ nisi bene viuẽtibus nõ daretur,
2.Petri 3. c.1.1. eadem sentiret, quę cęteri apostoli. Sic itaque Petrus, His ergo, inquit, hominibus pereuntibus, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes ad præsentiam diei Domini per quam cęli ardentes soluentur, & elementa ardore ignis decoquentur: nouos verò cælos & terram nouam secũdum promissa ipsius ex pectamus, in quibus iustitia habitat. Quapropter charissimi hęc expectantes satagite inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace: & Domini nostri patientiam salutem existimate: sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundum eam quæ data est illi sapiẽtiam scripsit vobis, vt & in omnibus Epistolis, loquẽs in eis, de his, in quibus sunt difficilia quædam intellectu, quę indocti & instabiles peruertunt, sicut & cæteras scripturas, ad proprium suum interitum. Vos igitur amantissimi

A præsciẽtes, cauete ne infalsorũ errore seducti decidatis à corroboratione vestra: crescite verò in gratia & intellectu Domini nostri & saluatoris Iesu Christi ipsi gloria, & nunc & in die æternitatis. Iacobus autem tã vehementer infestus est eis qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutẽ, vt illos etiam demonibus cõparet dicens, Tu credis quoniam vnus est Deus, bene facis, Iacobi 2.d.
& demones credunt & contremiscunt. Quid verius, 13. Marci 1.b.
breuius, vehementius dici potuit, cũ & in Euangelio 23.
legamus hoc dixisse dæmonia, cũ Christum filiũ Dei confiterẽtur & ab illo corriperentur, quod in Petri cõ Matth.16.
fessione laudatum est? Quid proderit, ait Iacobus fra- c.17. Iac.2.c.14.
tres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non
Mat.25.d. habeat? Nunquid poterit fides saluare eũ? Dicit etiam, Ibid.d.10.
4. quia fides sine operibus mortua est. Quousque igitur
CAPVT XV. Opera cum fide requiri ad salutem. 1.Corint.3. b.11.
falluntur, qui fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur? QVAPROPTER diligenter oportet attendere,
B quomodo accipienda sit apostoli Pauli illa sententia planè ad intelligendum difficilis, vbi ait, Fundamentũ enĩ aliud nemo potest ponere præter id q̃ positũ est,
Matth.25. d.37.* q̃ est Christus Iesus. Si quis autẽ superædificat super fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides preciosos, ligna, fœnũ, stipulã, vniuscuiusq; op⁹ manifestabitur: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Sic cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius autem opus arserit, damnum patietur,
1.Cor.13. b.3. ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod quidam ita intelligendũ putant, vt illi videantur ędificare super hoc fundamentũ aurum, argentum, lapides preciosos, qui fidei quæ in Christo est bona opera adiiciunt: illi autẽ fœnũ, ligna, stipulam, qui cùm candẽ fidem habeant, malè operantur. Vnde arbitrantur per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem per
C cipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari vt omnes indiscretè admittantur ad baptismũ, non solũ adulteri & adulteræ contra sententiã Domini falsas nuptias prætendentes, verumetiã publicæ meretrices in turpissima professione perseuerantes, quas certè nulla etiã negligentissima Ecclesia cõsueuit admittere, nisi ab illa primit⁹ prostitutione liberatas. Sed ista ratione cur nõ omnimodo admittãtur, omnino non video. Quis enim non malit eas posito fundamento, licet ligna, & fœnũ, & stipulã congerant, aliquanto certè diuturniore igne purgari, quã in æternum perire? Sed falsa erunt illa quæ obscuritatem ambiguitatẽq; non habent, Si habeam omnẽ 1.Cor.13.
fidem ita vt montes transferã, charitatem autem non a.1. Iac.2.c.14.
habeam, nihil sum. Et quid proderit fratres mei si fi-
1.Corint.6. b.9. dem dicat se quis habere, opera autẽ non habeat, nũquid poterit fides saluare eũ? Falsum erit & illud, Nolite errare: neque fornicatores, neque idolis seruiẽtes,
D neque adulteri, neque fures, neque masculorũ concubitores, neq; fures, neque auari, neque ebriosi, neq; Gal.5.c.19.
maledici, neque rapaces regnũ Dei possidebunt. Falsũ est & illud, Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicationes, immunditiæ, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Falsa erunt hæc. Si enim tantummodo credant & baptizentur, quamuis in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignem: atque ideo in Christo
1. Corint. 6. b.11. baptizati etiam qui talia agunt, regnum Dei possidebunt. Frustra autẽ dicitur, Et hæc quidem fuistis, sed
1.Petri 3. d.21. abluti estis, quando & abluti hæc sunt. Inaniter etiam illud à Petro dictum videbitur: Sic & vos simili forma baptisma

baptisma saluos facit, nõ carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio: siquidem & habentes
A pessimas conscientias, omnium flagitiorum & scelerũ plenas, nec eorum malorum pœnitẽtia mutatas, tamẽ baptisma saluos facit: propter fundamentũ enim quod in eo baptismate ponitur, licet per ignem, salui erunt.
Matth.19. c.17. Illud quoque non video cur Dominus dixerit, Si vis venire ad vitam, serua mandata: & cõmemorauit eã quæ ad bonos mores pertinẽt, si etiam his non seruatis ad vi-
Iac.2.c.20. tam veniri potest per solam fidẽ, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo verum erit, quod eis quos ad sinistram positurus est, dicet, Ite in ignem
Mat.25.d. æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius: nec in-
4. crepat quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt? Nam profectò ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat æternam vitam: propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixte eisdem pascuis vtebantur, vt appareat
B eos illi dicturos, Domine, quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministrauimus tibi? qui in eum credi-
Matth.25. d.37.* derant, sed bona operari non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua ad vitam peruenireturæternam. An fortè ibunt in ignem ęternum, qui opera misericordiæ non fecerunt: & non ibunt qui aliena rapuerunt, vel corrumpendo in se templum Dei in seipsos immisericordes fuerunt: quasi opera misericordiæ prosint a-
1.Cor.13. b.3. aliquid sine dilectione dicente Apostolo. Si distribuã omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeã,
Psal.10.b.9. nihil mihi prodest? Aut diligat quisquã proximũ sicut seipsum, qui nõ diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animam suã. Neq; illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, ignem æternum dictũ non ipsam combustionem æternam. Per ignem quippe qui æternus erit, transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignẽ promittunt salutem: vt videlicet ipse ignis ęternus sit, cõbustio verò eorum, hoc est operatio ignis, nõ sit in eos æterna: cùm & hoc
C præuidens Dominus, sententiã suã conclusit ita dicẽs: Sic ibũt illi in combustionem æternã, iusti autẽ in vitã
Matth.25. d.46. æternam. Erit ergo ęterna combustio sicut ignis, & eos in illã ituros veritas dicit, quorum non fidẽ, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc omnia, & cætera quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erũt: poterit verus esse ille intellectus de lignis & fœno & stipula, quòd hi salui erunt per ignem, qui solam in Christũ fidem tenentes bona opera neglexerunt. Si autem ista & vera & clara
I Cor.3.b. 12. sunt, proculdubio in illa Apostoli sentẽtia alius requirẽdus est intellectus: atquẽ in his deputãda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilia intelle-
2. Petri. 3. d.16. ctu: quæ nõ debẽt homines peruertere ad propriũ suũ interitum, vt contra euidẽtissima testimonia scriptura rum securos faciãt de percipienda salute nequissimos, nequitiæ suæ pertinacissimè cohærentes, nec emendãdo aut pœnitendo mutatos. HIC à me fortasse quę-
CAPVT XVI. Interpretatio loci Paulini. 1.Cor.13. ratur de ipsa Pauli apostoli sententia quid ego sentiam & quónam modo intelligẽdam putem. Fateor hîc me malle audire intelligentiores atque doctiores, qui sic eam exponant, vt illa omnia vera & inconcussa permaneant, quæ suprà commemoraui, & quæcunq; alia nõ commemoraui: quibus apertissimè scriptura testatur,
Gal.5.a.6. nihil prodesse fidem, nisi eam quam definiuit Apostolus, id est quæ per dilectionẽ operatur: sine operibus autem saluare nõ posse, neque præter ignem, neq; per ignẽ, quia si per ignem saluat, ipsa vtique salua. Abso-
Iac.2.c.14. lutè autem dictum est & apertè: Quid prodest si dicat quis fidem se habere, opera autem non habet, nũquid poterit fides saluare eum? Dicã tamen quàm breuissi-

mè potero etiam ipse quid sentiam de illa Apostoli sen
A tentia ad intelligẽdum difficili, dummodo illud, quod ad meam promissionem attinet, præcipuè teneatur, quod de hac me malle dixi audire meliores. Fundamẽtum Christus est in structura architecti sapientis hoc
1.Corint 3. b.11. expositione non indiget. Apertè enim dictũ est, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si autem
Ephe.3.b. 17. Christus, proculdubio fides Christi: Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem apostolus dicit. Porrò fides Christi illa est vtique, quam defi-
Iacobi 2. d. 19. niuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Nam enim fides illa dæmonum, cùm & ipsi credant & cõtremiscant, & filium Dei confiteãtur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare nisi quia non est fides quę operatur per dilectionẽ, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ: id est, ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fun
B damento, neminem perire permittit. Sed quid sit ædificare super hoc fundamentum, aurum, argẽtum, lapides preciosos, & ligna, fœnum, stipulam: si subtilius disserere coner, vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamẽ quantum Dominus adiuuat, & breuiter, & quantum potero dilucidè expedire
Matth.19. b.16. quod sentio. Ecce ille quæsiuit à magistro bono quid boni faceret, vt haberet vitam æternam, & audiuit, si
Marci 10.b. 17. ad vitam venire vellet, seruanda sibi esse mãdata. Et cũ
Lucæ 18. d. 18. quæreret, Quæ mãdata, dictum est ei, Nõ occides, Nõ
Exodi 20. c.13. mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuã: &,
Diliges proximum tuũ tãquam seipsum, vt hęc faciẽs,
Gal.5.a.6. fidem Christi teneret: & proculdubio fidem, quæ per dilectionem operatur. Neque enim diligeret proximũ tãquam seipsum, nisi recepta dilectione Dei, sine qua
C nõ diligeret seipsum. Porrò si faceret etiã quod Domi-
Matth.19.c. 21. nus addidit, dicens, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me: ædificaret super illud
1.Corint.3. b.12. fundamentum, aurum, argẽtum, lapides preciosos: nõ enim cogitaret nisi quæ sunt Dei, quomodo placeret Deo: & hæ cogitationes sunt, quantũ existimo, aurũ, argentũ, lapides preciosi. Porrò si circa diuitias suas quodã carnali teneretur affectu, quãuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augẽdas fraudis aliquid rapinęq; moliretur, aut earum minuẽdarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiũmue labere tur, alioquin iam se isto modo ab illius fundamẽti stabilitate subtraheret: sed propter carnalẽ, vt dixi, quem in eis habebat affectum, quo talibus bonis sine dolore carere nõ posset, ædificaret super fundamentum illud fœnum, ligna, stipulam: maximè si & vxorem sic haberet, vt etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, quomodo placeret vxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali, nõ sine dolore amittũtur, propterea qui sic ea habent, cùm habeant in fundamento fidem quæ per dilectionem operatur, neque huic ista vlla ratione vel cupiditate præponant, in eorum amissione passi detrimentũ per ignẽ quẽdam doloris peruenient ad salutẽ. A quo dolore atque detrimento tanto quisq; securior, quanto ea vel minus amauerit, vel tanquãnõ habẽs habuerit. Qui verò propter illa vel tenẽda vel adipiscenda homicidium, adulterium, fornicationem, idolo latriã, & similia quæque cõmiserit, non propter fundamẽtũ per ignem saluabitur, sed amisso fundamẽto æterno igne torquebitur. Quamobrẽ & illud quod dicunt veluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit: Quod si infidelis discedit,
1. Corint.7. discedat: non est enim seruituti subiectus frater vel so-

ror in huiusmodi: id est, vt propter fidē Christi etiā ipsa vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc quod Christianus est, permanere noluerit: nō attendunt eo modo illā rectissimè dimitti, si viro suo dicat, Nō ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domū trāsigebas etiā Christianus exerceas: aut si quid aliud vel facinorosum vel flagitiosum in viro nouerat, quo delectata vel libidinē explebat, vel facilè victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille, cui hoc vxor dicit, si veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum, habetq; in fundamento fidem, quę per dilectionem operatur, procul dubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, q̄ carnis vxoriæ: & mēbrū quod eum scandalizat, fortiter amputat: quemcunque autem in hac diremptione dolorem cordis propter carnalem affectum cōiugis sustinebit, hoc est detrimentū quod patietur: hic est ignis per quem fœno ardente ipse saluabitur. Si autem iam sic habeat vxorē tanquam non habēs, non propter concupiscētiā, sed propter misericordiam, ne fortè eam saluam faceret, reddens potius quàm exigens debitum coniugale: profectò nec dolebit carnaliter, cùm ab illo tali cōiugio separabitur: neque enim in eo cogitabat, nisi quæ sunt Dei, quomodo placeret Deo. Ac per hoc in quantum aurum, argētum, lapides præciosos cogitationibus illis superædificat, in tantum detrimentū nullum pateretur, in tantū structura eius, quæ non erat fœnea, nullo incendio cremaretur. Siue ergo in hac vita tantum homines ista patiuntur, siue etiam post hanc vitam talia quędam iudicia subsequuntur, non abhorret, quantum arbitror, à ratione veritatis iste intellectus huius sentētiæ. Verum tamen etiamsi est alius qui mihi non occurrit potius eligēdus, istum quādiu tenemus, non cogimur dicere in iustis, nō subditis, scelestis, cōtaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum cōcubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euāgelium gloriæ beati Dei: si tantummodo in Christum credatis, & sacramentū baptismi eius accipiatis, etiamsi vitā istā pessimā non mutaueritis, salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit q̄a Dñs ei quod petebat dedit, cùm antè dixisset, Nō est bonū tollere panē filiorum & mittere canibus: quia ille cordis inspector mutatam vidit quā laudauit, & ideo nō ait, O canis magna est fides tua: sed, O mulier magna est fides tua. Mutauit vocabulum, quia mutatum vidit affectū, atq; illam correptionē ad fructum peruenisse cognouit. Miror autem si laudaret in ea fidem sine operibus: id est, fidem non talem quę per dilectionem iā possit operari, sed fidem mortuam: & quod Iacob⁹ dicere minimè dubitauit, fidē nō Christianorum, sed dæmonū. Postremò si istā Chananæam nolūt intelligere mutasse perditos, mores quando eam Christus contēnendo & corripiēdo redarguit, quoscunq; inuenerint tantūmodo credere, vitam verò inquinatissimam nec saltē occultare, sed etiam liberè profiteri, ac nolle mutare, sanent filios eorum, si possunt, sicut sanata est filia Chananææ mulieris: non tamē eos faciāt mēbra Christi, cū ipsi esse non desināt membra meretricis. Illud sanè non absurdè intelligūt eum peccare in Spiritū sanctū, & esse sine venia reum æterni peccati, qui vsque in finē vitæ noluerit credere in Christum: sed si rectè intelligerent, quid sit credere in Christū. Non enim hoc est, habere dæmonum fidem, quæ rectè mortua perhibetur, sed fidem quæ per dilectionem operatur.

Gal. 5. a. 6. Matth. 18. a. 8.

1. Corint. 7. f. 32.

1. Tim. 1. b. 19.

Math. 15. c. 26.

Iac. 2. d. 20.

Gal 5. a. 6.

CAPVT XVII. Obstinati in peccatis nō mereto à baptismo repellantur.

QVAE cùm ita sint, quādo tales ad baptismum nō admittimus, nō ante tēpus zizania euellere conamur, sed nolumus insuper sicut diabolus zizania seminare: nec ad Christum volentes venire prohibemus, sed eos ad Christum venire nolle, ipsa sua professione cōuincimus: nec vetam⁹ Christo credere, sed demōstramus eos nolle Christo credere, qui vel adulterium dicunt non esse quod ille adulterium dicit esse: vel credunt adulteros eius membra posse esse, quos per Apostolū dicit regnum Dei non possidere: & sanæ doctrinæ aduersari, quę est secundum Euangelium gloriæ beati Dei. Vnde nō sunt istiinter eos deputandi, qui ad conuiuiū nuptiarum venerūt, sed inter eos qui venire noluerunt. Cū enim ipsi doctrinæ Christi audēt apertissimè cōtradicere, & sancto aduersari Euangelio, nequaquā venientes repelluntur, sed venire contemnūt: qui autē sæculo saltem verbis, etiam si non factis renunciant, venūt quidē & inter triticum seminantur, & in area cōgeruntur, & ouibus aggregantur, & retia subeunt, & & conuiuātibus admiscentur: sed intus siue lateāt, siue pateant, tūc erit ratio tolerādi, si potestas nulla est corrigēdi, nec debet esse præsūptio separandi. Absit autē vt sic intelligamus quod scriptum est, ad cōuiuiū nuptiarum adductos, quos inuenerūt bonos & malos, vt eos adduxisse credantur, qui se malos perseueraturos professi sūt. Alioquin ipsi serui patris familias zizania seminauerūt, falsumque erit illud, Inimicus autem qui ea seminat, diabolus est. Sed quia hoc falsum esse non potest, adduxerūt serui bonos & malos, siue qui lateret, siue qui iā adducti & intromissi apparerent: siue bonos & malos dictū est secundū quandam humanā cōuersationē, in qua etiam ij qui nondū crediderunt, vel laudari vel vituperari solent. Vnde est etiā illud quod Dominus monet discipulos, quos ad Euangeliū prædicandū primitùs mittit, vt in quācunque venerint ciuitatem, quærant quis illic dignus sit, vt apud eū habitēt donec inde proficiscātur. Profectò ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorū ciuiū bon⁹ habebitur? & quis indignus, nisi qui eis malus innotuerit? Ex hoc vtroq; genere veniūt ad Christi fidē, & sic adducūtur boni & mali, quia & illi mali à mortuis operib⁹ pœnitentiā nō recusant. Si autē recusant, non intrare cupientes repellūtur, sed ab introitu ipsi apta contradictione discedunt. Erit ergo & seruus ille securus, nec inter pigros damnabitur, quod dominicū talentum noluit erogare, quando quidē illi noluerūt quod erogabat accipere. Propter illos enim hæc similitudo proposita est qui nolūt suscipere in Ecclesia dispensatoris officiū, desidiosā prætendentes excusationem, nolle se rationē reddere de peccatis alienis: qui audiūt & nō faciūt, id est, accipiunt & non reddūt. Cùm verò dispensator fidelis & diligens, in erogando paratissimus, & lucrorū dominicorum auidissimus, dicit adultero, Noli esse adulter, si vis baptizari: crede Christo, qui hoc quod facis dicit esse adulteriū, si vis baptizari: noli esse mēbrū meretricis, si vis fieri mēbrū Christi: ille autē respōdet, Non obedio, non facio: ipse non vult veram pecuniam dominicam accipere, sed suam potius adulterinam vult thesauris dominicis importare. Si autē se facturū profiteretur, nec faceret, nec postea quolibet modo corrigi posset, inueniretur quidde illo fieret, ne aliis inutilis esset, qui sibi vtilis esse nō posset: vt si intra retia Domini bona piscis malus esset, non tamē pisces Domini suis malis retib⁹ irretiret: hoc est, vt si haberet in Ecclesia vitā malam, non tamen illic institueret doctrinā malā. Cùm enim tales facta sua talia defendūt, vel in eis se perseueraturos, apertissimè profitentes, admittūtur ad baptismū, nihil videtur aliud prædicare, nisi fornicatores & adulteros, etiam vsque in vitæ huius finem in ea nequitia permanentes, regnū Dei possessuros, & merito fidei, quæ sine operibus mortua est, ad vitā æternā salutēq; venturos. Hæc sunt mala retia, quæ cauere debent præcipuè piscatores, si tamen illa euāgelica similitudine piscatores Episcopi, vel inferioris ordinis ecclesiarū præpositi intelligendi sunt: quia dictū est, Venite, & faciā vos piscatores hominū. Retibus enim bonis capi possunt pisces & boni & mali, retibus autē malis capi nō possunt pisces boni. Quoniā in doctrina bona & bonus potest esse qui audit & facit, & malus qui audit & non facit: in doctrina verò mala, & qui eā verā putat, quāuis ei nō obtēperet, malus est: & qui obtēperat, peior est. ILLVD sanè mirabile est, quod fratres qui aliter sapiunt, cùm debeant ab ista vel noua vel vetere, perniciosa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt nouā esse doctrinā, qua nequissimi homines in suis flagitiis se perseueraturos in propatulo profitētes, non admittūtur ad baptismū: quasi nescio vbi peregrinentur, quando meretrices & histriones & quilibet alij publicæ turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis, ad Christi sacramenta non permittuntur accedere: qui vtique secundū istorū sententiā omnes admitterētur, nisi antiquū & robustū morē sancta ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate veniētē, qua certū habet, quoniā qui talia agunt, regnū Dei non possidebūt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiā, accedere ad baptismū non sinuntur. Si autē subrepserint, nisi vel postea mutati egerint pœnitentiā, salui esse nō possunt. Sed ebriosi, auari, maledici, & si qua alia vitia damnabilia apertis factis conuinci redarguique non possunt, præceptis tamē & catechismis validissimè flagellantur, atque omnes tales mutata in melius volūtate, ad baptismū videntur accedere. Sed si fortè adulteros, quos non lex humana, sed diuina condēnat, id est, qui alienas vxores tanquā suas habēt, vel fœminæ alienos maritos, alicubi negligētius admitti solere aduerterunt, ex illis rectis debent conari ista corrigere: hoc est, vt etiā isti non admittantur, nō ex his prauis illa recta deprauare, vt neque de morū correctione catechizandos esse censeant cōpetentes: & consequenter omnes etiā illarū publicarū turpitudinū & scelerū professores, hoc est meretrices, lenones, gladiatores, ac si quid huiusmodi est, etiā in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrētur. Omnia quippe illa quę Apostolus enumerat, concludens, quoniā qui talia agunt, regnū Dei non possidebunt: qui vehemētius agūt, manifestata sibi cōgruenter increpant, & resistentes atque in eis se permansuros profitentes, ad accipiendum baptismū non admittunt. QVI autem opinantur & cætera eleemosynis facilè cōpensari, tria tamen mortifera esse non dubitent excōmunicatione puniēda, donec pœnitentia humiliore sanentur, impudicitiā, idolatriam, homicidiū. Neque nunc opus est quærere qualis sit eorū ista sententia, & vtrum corrigēda an approbanda, ne opus susceptū mittamus in lōgum, propter eam quæstionē, quæ huic absoluēdæ minimè necessaria est. Sufficit enim, quia si omnia non sunt admittenda ad baptismi sacramentum, inter hæc omnia est adulterium. Si autem tria illa sola excipienda sunt, etiam in his tribus est adulterium, vnde ista disputatio mota est. Sed quoniam malorum Christianorum mores, qui fuerunt antea etiā pessimi, habuisse non videntur hoc malū, vt alienas vxores ducerent viri, aut alienis viris fœminæ nuberent: inde fortasse apud quasdā ecclesias negligentia ista surrepsit, vt in catechismis competentium nec quærerentur nec reperciuterentur hęc vitia. Atque inde factū est, vt inciperēt & defendi: quæ tamen in baptizatis rara sunt adhuc, si ea nos negligendo non defensa faciamus. Talem quippe in quibusdā negligentiā, in aliis imperitiā, in aliis ignorantiā probabiliter Dominus somni nomine significasse intelligitur, vbi ait, Cùm autē dormirent homines, venit inimicus, & superseminauit zizania. Hinc autē existimādū est, non ea primū apparuisse in moribus, quāuis malorū Christianorū, quoniā beat⁹ Cyprianus in Epistola De lapsis, cùm deplorando & arguēdo multa cōmemoraret, quib⁹ meritò dicit indignationē Dei fuisse cōmotā, vt intolerabili persecutione ecclesiā suā sineret flagellari, hæc ibi omnino nō nominat: cùm etiā illud nō taceat, & ad eosdē mores malos pertinere cōfirmet, iungere cū infidelibus vincula matrimonij, nihil aliud esse asserens, quàm prostituere gentibus mēbra Christi: quæ nostris tēporibus iā non putantur esse peccata: quoniā reuera in nouo Testamēto nihil inde præceptū est, & ideo aut licere creditum est, aut velut dubiū derelictū est. Sicut etiā illud ambiguū est, vtrū Herodes mortui duxerit, an viui fratres vxorē: & ideo non ita claret, quid Ioannes ei non licere dicebat. De cōcubina quoque, si professa fuerit nullū se aliū cognituram, etiamsi ab illo cui subdita est, dimittatur: meritò dubitatur, vtrū ad percipiendū baptismū non debeat admitti. Quis quis etiā vxorē in adulterio deprehēsam dimiserit, & aliā duxerit, non videtur æquā dus eis, qui excepta causa adulterij dimittūt & ducunt. Et in ipsis diuinis sententiis ita obscurū est, vtrū & iste, cui quidē sine dubio adulterā licet dimittere, adulter tamen habeatur si alterā duxerit, vt quātum existimo venialiter ibi quisq; fallatur. Quāobrē quę manifesta sunt impudicitiæ crimina, omnimodo à baptismo prohibenda sunt, nisi mutatione voluntatis & pœnitentia corrigātur: quæ autē dubia, omnimodo conandū est ne fiant tales conuinctiones. Quid enim opus est in tantū discrimen ambiguitatis caput mittere? Si autē factæ fuerint, nescio vtrū ij qui fecerint, similiter ad baptismū non debere videantur admitti. QVANTVM attinet igitur ad doctrinā salubrē veritatis, ne cuiquā mortifero peccato pernicio sissima securitas detur, vel etiā pestilētiosissima tribuatur autoritas, iste curationis ordo est, vt baptizandi credant in Deū Patrē & Filiū & Spiritū sanctū, eo ritu quo symbolū traditur: & à mortuis operibus agant pœnitentiā, omniūq; se omnino præteritorū remissionē in baptismo acepturos esse nō dubitēt: non vt peccare liceat, sed vt peccasse nō noceat, vt sit factis remissio, non permissio faciendi. Tunc verè dici potest, etiā spiritaliter, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: q̄ Dominus de corporali sanitate idēo dixit, quoniā sciebat ei quē saluū fecerat, meritis peccatorū illū etiā carnis accidisse languorē. Ij autē ei homini, qui & baptizandus adulter ingreditur, & baptizatus adulter egredit, miror quomodo dici existimēt, Ecce san⁹ fact⁹ es. Quis enim grauis & exitiabilis morbus erit, si adulteriū sanitas erit? SED in tribus milibus, inquiunt, quos vno die apostoli baptizarunt, & in tot milibus credentiū, in quibus Apostolus ab Hierusalē vsq; in Illyricū Euangeliū repleuit, erant vtique aliqui alienis vxorib⁹ copulati, vel fœminæ alienis maritis: in quibus regulā apostoli constituere debuerunt, quæ deinceps in Ecclesiis seruaretur: vtrū nō admitterentur ad baptismum, nisi illa adulteria correxissent. Quasi non similiter aduersus eos dici possit, quòd non inueniunt aliquem commemoratum, qui cùm talis esset, admissus est. Aut verò possint singulorum hominum crimina, quod infinitum erat, commemorari, cùm generalis illa regula satis superque sufficiat, vbi Petrus pluribus verbis testificans baptizandis, ait: Eri-

Iac. 2. d. 20.

Mat. 4. c. 19.

1. Corint. 6. b. 9.

1. Tim. 1. c. 11.

Lucæ 14. d. 16.

Mat. 22. d. 2.

CAPVT XVIII. Prohiberi malos à baptismo non nouum.

Matth. 13. d. 28.

Lucæ. 14. d. 21.

Gal. 5. d. 21. 1. Corint. 6. b. 9.

Exodi 20.

Gal. 5. d. 21. 1. Corint. 6. b. 9.

CAP. IX. Non tantū ob tria flagitia licere ex communicare.

Matth. 13. c. 25.

Cypriahus.

Matrimonū cum infidelibus.

Herodes. Marci 6. c. 17. Matth. 14. d. 3.

CAP. XX. Quæ baptizandi facere debeant.

Ioan. 5. c. 14.

CAPVT XXI. Apostolos grauibus peccatis ob noxios non admisisse ad baptismū. Rom. 15. d. 19.

Act. 2. f. 40

pite vos ab hoc sæculo prauo. Quis enim dubitet ad huius sæculi prauitatē adulteria pertinere, & illos qui elegerūt in eadem iniquitate perstitere? Similiter autē dici potest, publicas meretrices, quas vtique ad baptismū, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentiū per tot gentes, & de his suscipiēdis vel prohibendis cōstituere apostolos exēpla debuisse. Verūtamen de quibusdā minoribus possumus cōiectare maiora. Si enim ad baptismū Ioannis veniētes publicani prohibiti sunt aliquid amplius exigere, quàm quod eis fuerat constitutū: miror si venientibus ad baptismū Christi posset permitti adulteriū. Cōmemorauerunt etiam Israëlitas multa mala & grauia perpetrasse, & effudisse multum sanguinē prophetarū, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christū credere noluerunt: nō intuentes quia peccatū eorum non hoc solū fuit, quia in Christū non crediderūt, verūtetiā quia Christū occiderunt: quorū vnū pertinet ad crimen incredulitatis, alterū ad crimē crudelitatis. Illud ergo est contra fidē rectā, istud cōtra bonā vitam. Vtroq; autē vitio caret, qui fidem Christi habet: non sine operibus mortuā, quæ etiā in dæmonibus inuenitur: sed fidem gratiæ, quę per dilectionē operatur. Hęc est fides de qua dicit: Regnū cælorū intra vos est. Hāc enim diripiunt qui vim faciunt credendo, impetrātes spiritū charitatis, vbi est plenitudo legis, sine qua lex in litera reos faciebat etiā præuaricationis. Non itaq; putādū est ideo dictū: Regnū cælorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud: quia etiā mali tantūmodo credendo & pessimè viuendo perueniunt in regnū cælorū: sed quia reatus ille præuaricationis, quem sola lex, id est, litera sine spiritu iubendo faciebat, credendo soluitur, & violētia fidei Spiritus sanctus impetratur: p quē diffusa charitate in cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore completur.

Iac.1.cap.c.13.

Iac.2.d.20.

Gal.5.a.6. Lucæ 17.d.21. Rom.13.c.10.

Matth.11.b.12.

Rom.5.a.5.

CAPVT XXII. Non sufficere fide solā credere.

NEQVAQVAM ergo mens incauta fallatur, vt se existimet Deum cognouisse, si eū fide mortua, hoc est, sine bonis operibus cōfiteatur, more dæmonū: & ideo se iam non dubitet ad vitā æternā esse venturam, quia Dominus dicit: Hæc est autē vita æterna, vt cognoscāt te vnū verū Deū, & quē misisti Iesum Christū. Venire quippe debet etiā illud in mentem, quod scriptū est: In hoc cognoscimus eum, si mandata eius seruauerimus. Qui dicit, quia cognouit eū, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas nō est. Et ne quisquā existimet mandata eius ad solā fidē pertinere: quanquā dicere hoc nullus est ausus, præsertim quia mandata dixit, quæ ne multitudine cogitationes parerent, in illis duobus tota lex pendet & prophetæ: licet rectè dici posset, ad solam fidem pertinere Dei mandata, si non mortua, sed viua illa intelligatur fides, quæ per dilectionem operatur: tamen postea Ioannes ipse aperuit quid diceret, cùm ait: Hoc est mandatum eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inicem. Hoc itaque prodest in Deum recta fide credere, Deum colere, Deum nosse, vt & bene viuendi ab illo sit nobis auxilium, & si peccauerimus, ab illo indulgentiam mereamur: non in factis quæ odit securi perseuerantes, sed ab eis recedentes, eique dicentes: Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quoniam peccaui tibi: quod non habent cui dicant, qui non in eum credunt: & frustra dicunt, qui cùm tam lōgè ab illo sint, à gratia mediatoris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in libro Sapientiæ, quæ nescio quomodo intelligit perniciosa securitas: Et si peccauerimus, tui sumus: quoniam scilicet bonū & magnum Deum habemus, qui velit atque possit pœnitentiam peccata sanare, non qui minimè audeat permanētes in malignitate disperdere. Deniq; cùm dixisset, Tui sumus: addidit, Scientes potentiam tuā: vtiq; potētiā cui se subtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoq; secutus adiūxit: Non peccauimus autē, scientes quoniā tui sumus deputati. Quis enim dignè cogitās habitationē apud Deū in qua omnes prædestinatione sunt deputati, qui secundū propositū vocati sunt, non enitatur ita viuere vt tali habitatione congruat? Quod ergo & Ioannes dicit, Hæc scripsi vobis vt non peccetis, & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum iustū, & ipse est exoratio pro peccatis nostris: non id ait vt cū securitate peccemus, sed vt recedentes à peccato, si quod admissum est, propter illū aduocatū quē non habent infideles, minimè de indulgentia desperemus.

Matth.22.d.4.

Gal.5.a.6.

1.Ioan.3.d.23.

Psal.40.a.5.

Sap.15.a.2.

1.Ioannis 2.a.1.

CAPVT XXIII. Iudicare & iudicium quid significent in litera.

NEC de his igitur verbis mitior illa cōditio promittēda est, sic in Deū credere volētibus vt permanēt in perditis moribus: multò minus de illis vbi Apostolus ait, Qui sine lege peccauerūt, sine lege peribunt. Qui autē in lege peccauerūt, per legē iudicabūtur: tāquā hoc loco aliquid distet inter perire & iudicari, cùm alio verbo hoc idē significatū sit. Solent enim scripturæ iudiciū etiā pro æterna dānatione ponere. Sicut in Euangelio Dominus loquitur, Veniet hora in qua omnes qui sunt in monumētis audiēt vocē eius: & procedēt q bene fecerūt in resurrectionē vitæ: qui autē malè egerūt in resurrectionē iudicij. Neq; illud dictū est, hoc qui crediderūt, illud autē qui nō crediderūt: sed hoc illi qui benè egerūt, illud q malè egerūt. Inseparabilis est quippe bona vita à fide, quæ p dilectionē operat: imò verò ea ipsa est bona vita. Videmus itaq; resurrectionē iudicij dixisse Dominū, p resurrectione dānationis æternæ. De omnib' quippe resurrecturis, vbi, p, ꝓculdubio erant etiam ij qui omnino nō credūt, neq; enim ipsi non sunt in monumentis, duas partes fecit, alios in resurrectionem vitæ; alios in resurrectionē iudicij resurrecturos esse declarās. Quod si dicūt, nō ibi intelligēdos etiā eos q omnino nō credūt, sed eos qui per ignē salui erūt quia crediderūt, etiāsi malè vixerunt, vt eorū trāsitoriā pœnā iudicij nomine significatā arbitrēt. Quāquā hoc impudētissimè dicatur, cùm omnino Dñs omnes resurrecturos, in quib' sine dubio & increduli erūt, in duo diuiserit, vitā & iudiciū: ita volēs iudiciū æternū intelligi, quāuis hoc nō addiderit, sicut & vitā. Neq; enim ait in resurrectionē vitę æternæ, cùm aliud vtiq; intelligi noluerit. Videāt tamē quid respōsuri sint vbi ait, Qui autē nō credit, iā iudicatus est. Nā hīc proculdubio aut iudiciū pro pœna æterna positū intelligūt, aut per ignē saluos futuros etiā incredulos dicere audebūt. Quoniā qui nō credit, inquit, iā iudicatus est, hoc est, iā iudicio destinatus: & nō erit q; pro magno beneficio polliceantur credētibus nequiterq; viuentibus, quādo & ij qui nō credūt nō erūt perdēdi, sed iudicādi. Quod si dicere nō audeant aliquid mitius polliceri eis de quibus dictū est, per legē iudicabuntur: quia cōstat iudiciū etiā pro æterna dānatione solere nominari. Quid quod inuenimus nō solum minimè mitioris verumetiam deterioris conditionis esse illos qui scientes peccāt? Hi sunt enim maximè qui legē acceperūt. Nam sicut scriptū, Vbi lex non est, nec præuaricatio. Hinc enim est & illud, Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione itaq; accepta peccatum per mandatum operatū est in me omnem concupiscentiam: & alia multa quæ de hac re idem Apostolus dicit. Ab hoc reatu grauiore liberat gratia Spiritus sancti per Iesum Christum Dominum nostrum, quæ diffusa charitate in cordibus nostris donat

1.Ioan.2.d.19.

Ioan.17.a.3.

Matth.11.b.12.

Ioan.5.a.c.29.

Gal.5.a.6.

Rom.2.b.12.

Rom.4.c.15. Rom.7.b.7.

Rom.5.a.5.

Ioan.3.c.18.

Rom.2.b.12.

nat iustitiæ dilectionem, qua immoderatio concupiscentiæ superetur. Hinc itaque confirmatur non solum nihil mitius, sed grauius aliquid intelligendū, de quib' dictum est, Qui in lege peccauerunt per legē iudicabūtur: quàm de illis qui sine lege peccantes sine lege peribunt. Nec pro pœna transitoria hoc loco dictum iudiciū, sed pro ea qua etiam non credentes iudicabuntur. Nam qui hac vtuntur sententia ad promittendam salutem per ignē, illis qui etiam credētes pessimè viuūt, vt eis dicāt, Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribūt: qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: tanquā dictum sit, Nō peribūt, sed per ignem salui erunt: nec illud attendere potuerunt, hoc Apostolū de illis qui sine lege, & illis qui in lege peccauerūt dixisse, cùm de gentibus & de Iudæis ageret: vt nō tātū gētibus, sed vtrisque gratiā Christi, qua liberarētur, necessariā demōstraret: quod totū ipsa epistola ad Romanos euidēter ostēdit. Iā ergo etiā Iudæis in lege peccantibus, de quibus dictum est, Per legē iudicabūtur: non eos liberante gratia Christi promittāt, si placet, p ignē salutem: quoniam de his dictum est, Per legē iudicabuntur. Quod si non faciunt, cōtra seipsos veniūt qui eos grauissimo infidelitatis crimine obstrictos esse dicūt: vt quid transferunt ad infideles & fideles, in eo quod ad fidē Christi attinet, illud quod dictū est de iis qui sine lege & iis qui in lege peccauerūt, cū de Iudæis & de gētibus ageretur, vt ad Christi gratiā vtriq; inuitarētur. NEQVE enim dictū est, Qui sine fide peccauerunt, sine fide peribunt: qui autem in fide peccauerunt, per fidē iudicabūtur: sed sine lege dictū est, & in lege: vt satis apparerot illā causam tangi, quæ inter gentes & Iudæos agebatur, non quæ inter bonos malosq; Christianos. Quanquā si illo loco legē pro fide accipi volūt, quod nimis importunū & absurdū est, etiā hinc apertissimā possunt legere sententiā apostoli Pretri qui cùm loqueretur de iis qui in occasionē carnis acceperant, & in velamentū malitiæ quod scriptū est, Nos ad nouum testamentū pertinētes, non ancillæ filios esse, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit: & putauerāt hoc esse liberè viuere, vt tanquā de tāta redēptione securi, quicquid liberet licere sibi arbitrarentur, nō intuētes quod dictū est: Vos in libertatē vocati estis, fratres, tātū ne libertatē in occasionē carnis detis. Vnde & ipse Petrus dicit: Liberi non sicut velamentū malitiæ habentes libertatē: ait de illis & in secunda epistola sua: Hi sunt fontes sicci, & nebulæ à turbine exagitatæ, quib' caligo tenebrarū reseruata est: superba enim vanitatis loquētes illiciūt in cōcupiscētiis carnis impudicitiæ eos qui paululū effugerūt, in errore cōuersati, libertatē illis, p, mittētes, cū ipsi serui sint corruptionis. A quo enī quis deuict' est, huic & seruus addictus est. Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in agnitionē Domini nostri & cōseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superātur, facta sunt illis posteriora deteriora prior ib'. Melius enim erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, q̄ cognoscētib' retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mādato. Cōtigit enim illis res veri prouerbij, Canis reuersus ad suū vomitū: & sus lota in volutabris cœni. Quid adhuc promittitur cōtra istā manifestissimā veritatē cōditio melior, iis qui cognouerunt viā iustitiæ, hoc est, Dominū Christū, & perditè viuūt, quasi omnino nō cognouissēt: cū apertissimè dicatur, Melius erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, quàm cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato?

Rom.2.b.12.

Ibidem.

CAPVT XXIIII. Libertas fidelibus velamen malitiæ.

1.Petri 2.c.16.

Gal. 4. d.31.

Gal.5.b.13.

1.Petri 2.c.16.

2.Petri.2.c.17.

Lucæ 11.d.26. Matth.12.d.45.

Prou.26.b.11.

NEQVE enim illud hoc loco intelligendum est sanctum mandatum, quo præceptum est, vt in Deum credamus: quanquam eo ipso totum cōtinetur si eam intelligamus fidem credentium, quæ per dilectionem operatur: sed apertè expressit quid diceret sanctū mādatum, id est, quo præceptum est, vt ab huius mundi coinquinationibus recedentes, casta cōuersatione viuamus. Sic enim ait, Si enim refugiētes coinquinationes mundi in agnitionem Domini nostri & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Non ait, refugientes ignorantiā Dei, aut refugientes infidelitatem sæculi, vel tale aliquid: sed coinquinationes mundi, in quibus est vtique omnis immunditia flagitiorū. Nam de his superius loquens, dixit, Coëpulantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & indefinentis peccati. Ideo etiā fontes siccos eos appellat fontes videlicet, quòd acceperint agnitionē Domini Christi: siccos autem, quia non cōgruenter viuunt. De talibus quippe etiā Iudas apostolus loquens: Ij sunt, inquit, qui in dilectionibus vestris maculati coepulātur, sine timore semetipsos pascētes, nubes sine aqua: & cætera. Quod enim Petrus ait, Coepulantes vobiscū, oculos habētes plenos adulterij: hoc Iudas, In dilectionibus vestris maculati coepulātur. Mixti sunt enim bonis in epulis sacramentorū & dilectionibus plebium. Et quod Petrus ait, Fōtes siccos: hoc Iudas, Nubes sine aqua; hoc Iacobus, Fides mortua. Nō itaque promittitur pœna ignis trāsitoria turpiter sceleratēque viuētibus, quia viam iustitiæ cognouerūt, quibus melius erat nō cognoscere, sicut veracissima scriptura testatur. De talib' quippe etiā Dominus ait: Et erūt nouissima illius hominis peiora quàm erāt prima: quoniam purgationis suæ habitatorē Spiritum sanctū non recipiēs, fecit in se immūdum spiritum multipliciorē redire. Nisi fortè ideo sūt isti de quibus agitur meliores habēdi, quia non redierūt ad immunditiā adulteriorum, sed ab ea non recesserūt, nec purgati se rursus inquinauerunt, sed purgari recusauerūt. Neque enim vt releuata conscientia intrēt baptismum, dignātur saltem vomere pristinas immūditias, quas canū more iterū sorbeant, sed in lauacri ipsius sanctitate pertinaciter crudo pectore indigestā nequitiam tenere contēdunt: nec occultāt eam pollicitatione vel ficta, sed impudētia professionis eructāt: nec exeūtes de Sodomis more vxoris Loth, in præterita iterū attendūt, sed omnino de Sodomis dedignātur exire: imò ad Christum cū Sodomis conātur intrare. Paulus apostolus dicit: Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate. Et istis dicitur: Tūc potius misericordiā consequimini, si scientes malè vixeritis in ipsa fide. Nimis lōgum est, & penè infinitū omnia testimonia scripturarum velle colligere, quibus apparet non solū non esse mitiorem causam eorū qui scientes, quàm qui nesciētes vitā nequissimam & iniquissimam ducunt verūetiam hoc ipso esse grauiorem. Proinde ista sufficerint.

2.Petri 2.d.20.

Ibid.c.14.

Iud.1.c.18.

1.Petri 2.c.17.

Matth.11.d.45. Lucæ 11.d.26.

Genes.19.c.27.

1.Timoth.1.c.13.

CAPVT XXVI. Baptismo Christianorum vita respondent.

CAVEAMVS ergo diligēter in adiutorio Domini Dei nostri nō facere homines malè securos, dicentes eis, quòd si fuerīt in Christo baptizati, quomodolibet in ea fide vixerint, eos ad salutem æternā esse vēturos: nec sic faciamus Christianos quomodo Iudæi proselytos, quibus Dñs ait: Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui circumitis mare & terrā, facere vnū proselytum: cùm autē feceritis, facitis eū filium gehēnæ duplo quā vos estis, sed posius sanā doctrinā Dei magistri in vtroque teneamus: & sancto baptismo cōsona sit vita Christiana, ne cuiquā homini si vtrūlibet defuerit vita promittatur æterna. Qui enī dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō intrabit in regnū cælorū: ipse etiā dixit, Nisi abūdauerit iustitia vestra super Scribarū & Pharisæorum, nō intrabitis regnū cælorum. De

Matth.23.b.15.

Ioan.3.a.1.

Mat.1.c.20.

CAPVT XXV. Sanctum mādatum quid idque cognoscentes ac transgredientes quæ pœnā maneat.

Mat.23.a. illis quippe ait: Scribæ & Pharisei super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, Dicunt enim & nõ faciunt. Ergo iustitia eorum est dicere, & non facere: ac per hoc nostrã esse voluit abundantẽ super illorum, dicere & facere: quæ si non fuerit, non intrabitur in regnum cælorũ: non quia quisquam ita debet extolli, vt non dicam apud alios iactare, sed apud seipsum putare audeat, se in hac vita esse sine peccato: sed nisi essent quædã ita grauia vt etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus: Congregatis vobis & meo spiritu tradere eiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Vnde etiam dicit: Ne lugeam multos ex iis qui antè pecauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immundiciã & fornicationẽ quã gesserũt. Item nisi essent quædã non ea humilitate pœnitentiæ sanãda, qualis in ecclesia datur eis qui propriè pœnitẽtes vocantur, sed quibusdam correptionũ medicamentis, non diceret ipse Dominus: Corripe eum inter te & ipsum solum, & si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Postremò nisi essent quædam sine quibus hæc vita non agitur, non quotidianã medelam poneret in oratione quã docuit, vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. IAM satis, quantum arbitror, de tota illa opinione quid mihi videretur exposui, vbi tres quæstiones mouerũt. Vna de permixtione in ecclesia bonorũ & malorum, tanquam tritici & zizaniorum: vbi cauendũ est, ne ideo putem' esse propositas istas similitudines, vel hanc, vel de immũdis in arca animalibus, vel quæcũque alia idẽ significant, vt dormiat ecclesiæ disciplina, de qua in figura illi' mulieris dictũ est: Seueræ sũt cõuersationes domus eius: sed vt nõ eousque progrediatur demẽtiæ potius temeritas, quã seueritas diligẽtiæ, vt quasi bonos à malis per nefaria schismata separare præsumat. Neque enim per has similitudines & prænuntiationes consiliũ desidiæ datũ est bonis, qua negligant quod prohibere debent: sed patientiæ qua perferant salua doctrina veritatis quod emendare non valent. Nec quia scriptũ est introisse ad Noe in arcam etiã immunda animalia: ideo præpositi vetare non debent, si qui immundissimi ad baptismũ velint intrare saltãtes, quod est certè mitius quàm mœchantes: sed per hanc figurã rei gestæ prænunciatũ est immundos in ecclesia futuros propter tolerãtiæ rationem, non propter doctrinæ corruptionẽ, vel disciplinę dissolutionẽ. Non enim quacunque libuit intrauerũt immunda animalia arcæ cõpage confracta, sed ea integra per vnũ atque idem ostium, quod artifex fecerat. Altera quæstio est, in qua eis visum est fidẽ solam baptizandis esse tradendã: postea verò iam baptizatos docẽdos esse de moribus. Sed satis demonstratũ est, nisi fallor, tunc magis pertinere ad curã speculatoris, cùm omnes qui fideliũ competunt sacramentũ, omnia quæ dicuntur intentius & solicitius audiũt, non tacere de pœna, quam malè viuẽtibus Dominus cõminatur: ne in ipso baptismo rei sint grauissimorũ criminum, quo veniunt vt remittatur reatus omniũ peccatorũ. Tertia quæstio est periculosissima, qua parũ considerata, & non secundũ diuinũ eloquiũ pertractata, tota illa opinio mihi videtur exorta, in qua promittitur scelestissimè turpissimẽq; viuentibus, etiãsi eo modo viuere perseuerent, & tantũmodo credant in Christũ, eiusq; sacramẽta percipiãt, eos ad salutem vitamq; æternã esse vẽturos: contra apertissimã Domini sententiã, qui desideranti vitã æternã, respondit, Si vis venire ad vitam, serua mãdata: & cõmemorauit quæ mãdata, vbi ea scilicet peccata vitantur, quibus nescio quomodo salus æterna promittitur propter fidẽ sine operibus mortuã. De his tribus quæstionibus satis, quantũ existimo, disputaui: demonstrauiq; sic tolerãdos in ecclesia malos, vt non negligatur ecclesiastica disciplina: sic catechizandos eos, qui baptismũ petunt, vt nõ solum audiant atq; suscipiãt quid credere, verũetiam qualiter viuere debeant: sic promitti fidelibus vitã æternam, vt nõ etiã per fidẽ mortuã, quę sine operibus saluare non potest, ad eam se quisq; peruenire posse arbitretur, sed per illã fidem gratiæ, quæ per dilectionẽ operatur. Non itaque culpentur dispensatores fideles, non sua negligẽtia vel pigritia, sed quorundã potius cõtumacia, qui pecuniã Dominicã recusant accipere, & adulterinã suã cogũt seruos Dominicos erogare: dum nolunt saltẽ tales esse mali, quales sanctus Cyprianus commemorat, sæculo verbis solis & non factis renũciantes: quando nec verbis renũciare diaboli operibus volũt, cùm se in adulterio permãsuros voce apertissima profitẽtur. Si quid ab eis dici solet, quod fortè disputando nõ attigi, tale esse arbitratus sum, cui mea respõsio necessaria nõ fuisset: siue quòd ad rẽ, de qua agitur, nõ pertineret, siue quòd tam leue esset, vt à quolibet redargui facillimè posset.

1.Cor.5.b.4.

2.Cor.12.g.21.

Matth.18.b.15.

Mat.6.b.12.

CAPVT XXVII. Epilogus prædictorũ.

Prouerb.2.c.18.

Gen.7.a.2.

Matth.19.b.16.

Iac.2.d.10.

Gal.5.a.6.

Cyprianus serm.5.de lapsis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
QVÆSTIONVM LIBRI SEPTEM, QVORVM PRIMVS EST SVPER GENESIM.

Ex 2. libro Retract. cap. 55.

CAPVT LV. Quæstionũ libri septẽ. *al. quia.*

EODEM tẽpore scripsi etiam libros. Quæstionũ de libris eisdẽ diuinis septẽ, quos ideo appellare sic volui, *qui ea quæ ibi disputãtur, magis quærẽda proposui, quàm quæsita dissolui. Quãuis multo plura in eis mihi videãtur ita pertractata, vt possint etiã soluta & exposita nõ immerito iudicari. Regnorũ quoq; libros eodẽ modo iam cõsiderare cœperamus, sed non multũ progressi, in alia quæ magis vrgebãt, animũ intẽdimus. In primo autẽ libro, vbi agitur de virgis variatis, quas ponebat Iacob in aqua, vt in cõceptu positæ oues eas viderẽt cùm biberẽt, & varios fœtus parerẽt: non bene à nobis exposita est causa, cur iterũ cõcipientibus nõ ponebat, id est, cũ alios fœtus cõciperent, sed in priore cõceptu. Nã quæstionis alterius expositio, vbi quęritur cur dixerit socero suo Iacob. Et decepisti mercedẽ meã decẽ agnab': satis veraciter enodata, demõstrat istã sicut solui debuit nõ solutã. In tertio quoq; libro vbi de sũmo agitur sacerdote, quomodo creabat filios cùm haberet necessitatẽ bis in die ingredi in sancta sanctorũ, vbi erat altare incẽsi, ad offerẽdũ incẽsum mane & vespera, quò nõ posset, sicut lex dicit, immũdus intrare: & eadẽ lex dicat, immundũ fieri hominẽ etiã ex concubitu cõiugali, quẽ iubet quidẽ lauari aqua, sed & totũ dicit immũdũ esse vsque ad vesperã. Vnde dixi cõsequẽs fuisse, vt aut cõtinẽs esset, aut diebus aliquib' intermitteretur incẽsum: nõ vidi nõ fuisse consequẽs. Potest enim sic intelligi quod scriptũ est, Immũdus erit vsq; ad vesperã, vt per ipsam vesperã iã nõ esset immũdus, sed vsque ad ipsam, vt vespertino iã tẽpore incẽsum mũdus offerret, cũ propter crẽdos filios post maturinũ incẽsum mixtus esset vxori. Itémque vbi quæsitum est, quomodo prohibitus esset super funus patris sacerdos summus intrare, cũ eũ fieri sacerdotẽ (quãdo vnus erat) nisi post mortẽ sacerdotis patris nõ oporteret: dixi propter hoc necesse fuisse, nõdum sepulto patre statim post eius mortẽ, filiũ eius cõstitui qui succederet patri, propter etiã cõtinuationis incẽsum, quod bis in die necesse erat offerri, qui sacerdos super mortẽ nõdũ sepulti patris prohibetur intrare. Sed parũ attẽdi potuisse hoc pręcipi magis*

QVAEST. XCIII Gen 30.f.37.

QVAEST. XCV. Genes. 31.c.41.

QVAEST. LXXXII. Leuit.6.b.c.*

Leuit.15.c.15.

QVAEST. LXXXIII. Leuit.21.c.11.

Leuit.6.b.2.

magis propter illos qui futuri fuerãt summi sacerdotes nõ patribus summis sacerdotib' succedẽtes, sed tamẽ ex filiis, id est, ex posteris Aarõ, si fortè summus sacerdos, aut filios nõ haberet, aut ita reprobos haberet vt null' eorũ patri deberet succedere. Sicut Samuel summo sacerdoti Heli successit: cùm sacerdotis fili' ipse nõ esset, sed tamẽ ex filiis, hoc est, ex posteris esset Aarõ. De latrone etiã cui dictũ est, Hodie mecũ eris in paradiso: quòd nõ fuerit visibiliter baptizat', quasi certũ posui, cũ sit incertũ, magisq; illũ baptizatũ fuisse credẽdũ sit, sicut ego quoque alibi postea disputaui. Itẽ quod in quinto libro dixi, vbi commemorãtur matres in generationibus euãgelicis, nõ eas positas nisi cum patribus: verum est quidem, sed ad rẽ de qua agebatur non pertinet. Agebatur autem de iis qui ducebant fratrum vel propinquorum coniuges, eorũ qui sine filiis defuncti essent, propter duos patres Ioseph, quorũ alterũ Mathæus commemorat, alterum Lucas. De qua quæstione diligẽter in hoc opere disserui, cùm retractaremus opus nostrũ cõtra Faustum Manichæum. Hoc opus sic incipit:

1.Reg.1.c.*

QVAEST. LXXXIIII.

QVAEST. XLVIII.

VM scripturas sanctas, quæ appellãtur canonicæ, legendo & cũ aliis codicibus secũdum Septuaginta interpretationẽ cõferendo percurreremus, placuit eas q̃stiones, quæ in mẽtem venirent, siue breuiter cõmemorãdo, vel etiã pertractãdo tantũmodo, pponerẽtur: siue etiã qualitercũq; tãquã à festinãtibus soluerentur, stilo alligare, ne de memoria fugerent. Nõ vt eas satis explicaremus, sed vt cum opus esset, possemus inspicere: siue vt admoneremur quid adhuc esset requirendũ, siue vt ex eo q; iã videbatur inuentum, vt poteramus, essemus & ad cogitãdũ instructi, & ad respõdendum parati. Si quis igitur hæc legere propter incultum in nostra festinatione sermonẽ nõ fastidierit, si quas q̃stiones propositas inuenerit nec solutas, nõ ideo sibi nihil collatũ putet. Nõnulla enim pars inuẽtiõis est, nosse quid quęras. Quarum autẽ solutio placuerit, non ibi vile cõtemnat eloquiũ, sed de aliqua participatione doctrinę potius gratuletur. Nõ enim disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur. Exceptis ergo iis quæ à principio, vbi Deus cælũ & terrã fecisse narrat', vsq; ad dimissionẽ duorũ hõum primorũ de paradiso, tractari multipliciter possunt, de qb' aliàs quãtũ potuim' disseruimus: hæc sunt q̃ legẽtibus nobis occurrẽtia voluimus litteris attigere. QVOMODO Cain potuerit cõdere ciuitatẽ, cũ ciuitas alicui vtiq; cõstituatur hõum multitudini, illi autẽ duo parẽtes & duo filij fuisse referant', quorũ filiorũ ab altero alter occisus est, in cuius occisi locũ alius natus esse narratur? An ideo q̃stio est, quoniã q; legũt, putãt solos tũc fuisse hões quos diuina scriptura cõmemorat, nec aduertũt eos qui prius sint cõditi duos, vel eos etiã quos genuerunt tã diu vixisse, vt multos gignerẽt? Nõ enĩ & Adã ipse eos solos genuit, quorũ nomina legũtur, cũ de illo scriptura loquẽs ita cõcludat, q; genuerit filios & filias. Proinde cũ multo pluribus illi vixerint annis, quàm Israëlitę in Ægypto fuerũt, quis nõ videat quàm multi homines nasci potuerunt, vnde illa ciuitas impleretur, si Hebræi multo minore tẽpore ita multiplicari potuerũt? QVÆRI solet, quomodo Mathusalẽ secũdũ annorũ cõputationẽ viuere post diluuiũ potuerit, cũ oẽs, præter eos qui in arcã ingressi sunt, perisse dicãtur. Sed hãc q̃stionẽ pluriũ codicũ mẽdositas peperit. Nõ solũ quippe in Hebræis aliter inuenitur, verumetiã in septuaginta interpretatione, Mathusalẽ in codicibus paucioribus, sed veraciorib', sex annos ante diluuiũ reperitur fuisse defunctus. ITEM quæritur, quẽadmodũ potuerint angeli cũ filiabus hominũ cõcũbere, vnde gigantes nati esse perhibẽtur: quãuis nõnulli & Latini & Græci codices nõ angelos habẽt, sed filios Dei: quos quidã ad soluendã istã quæstionẽ iustos homines fuisse credidẽrunt, qui potuerũt etiã angelorum nomine nũcupari. gelũ meũ ante faciẽ tuã, qui ꝓparabit viã tuã. Sed hoc mouet, quomodo vel ex hominũ concubitu nati sunt gigãtes, vel feminis miscere se potuerũt, si nõ homines sed angeli fuerũt? Sed de gigãtibus, id est, nimiũ grãdibus atq; fortibus, puto nõ esse mirãdũ q; ex hominib' nasci potuerũt, qa & post diluuiũ quidã tales fuisse reperiũtur: & q̃dã corpora hominũ ad incredibilẽ modũ ingẽtia, nostris quoque tẽporib' extiterũt, nõ solũ virorũ, verũetiã feminarũ. Vnde credibilius est homines iustos appellatos, vel angelos, vel filios Dei, cõcupiscẽtia lapsos peccasse cũ feminis, quàm angelos carnẽ nõ habẽtes vsq; ad illud peccatũ descẽdere potuisse: quãuis de quibusdã dęmonibus qui sunt improbi mulieribus, à multis tã multa dicãtur, vt nõ facilè sit de hac re definiẽda sentẽtia. DE arca Noë quæri solet, vtrũ tãta capacitate quãta describitur, animalia oĩa quę in eã ingressa dicũtur, & escas eorũ ferre potuerit. Quã quę stionẽ cubito geometrico soluit Origenes, asserẽs nõ frustra scripturã dixisse, q; Moyses omni sapiẽtia Ægyptiorũ fuerit eruditus, q; Geometricã dilexerũt. Cubitũ autẽ Geometricũ dicit tãtũ valere quãtũ nostra cubita sex valẽt. Si ergo tã magna cubita intelligam', nulla quæstio est, tãtæ capacitatis arcã fuisse vt posset illa omnia cõtinere. ITEM quęritur, vtrũ arca tã magna cẽtũ annis potuerit fabricari à quatuor hominibus, id est, Noe & trib' filiis eius. Sed si nõ potuit, nõ erat magnũ fabros alios adhibere: quãuis operis sui mercede accepta nõ curauerint vtrũ eã Noe sapienter, an verò inaniter fabricãret. Et ideo nõ in eã intrauerũt: qa nõ crediderunt q; ille crediderat. QVOD ait cũ de arcæ fabricatiõe loqueretur, Inferiora bicamerata & tricamerata facies ea: quæri solet, Nũ inferiora futura erãt bicamerata & tricamerata? Sed in hac distinctione totã structurã eius intelligi voluit, vt haberet inferiora, haberet media & superiora, quæ appellãtur tricamerata. In prima qppe habitatiõe, id est, in inferioribus, semel camerata erat arca, in secũda verò habitatione supra inferiorẽ iã bicamerata erat, ac p hoc ĩ tertia supra secũdã tricamerata erat. QVONIAM nõ solũ viuere, sed etiã pasci in arca animalia Deus dixit, & iussit vt Noe ab omnibus escis sumeret sibi, & illis quæ ad illũ fuerant ingressura. Quæritur quomodo ibi leones vel aquilæ, quæ cõsueuerũt carnibus viuere, pasci potuerint: vtrũ & animalia præter illũ numerũ, ꝓpter aliorũ escã fuerint intromissa, an aliqua præter carnes, quod magis credẽdũ est, à viro sapiẽte, vel Deo demõstrãte, puisã sint, quæ taliũ quoq; animãtiũ escis cõuenirẽt? QVOD scriptũ est, A volatilibus mũdis, & à volatilibus immũdis, & à pecoribus mũdis, & à pecoribus immũdis, & ab omnibus serpẽtibus in terra: qẽ deinde non addit, subauditur mũdis & immũdis: & adiungit, DUO & duo intrauerũt ad Noe in arcã, masculus & femina. Quęritur, quomodo superius distinxerit duo & duo ab immũdis: nunc autẽ siue à mũdis siue ab immundis duo & duo dicat intrasse? Sed hoc refertur nõ ad numerũ mundorũ vel immundorũ animaliũ, sed ad masculũ & feminã, q̃ in omnibus siue mũdis siue immũdis duo sunt, masculus & femina. NOTANDVM quod scriptũ est, In quo est spiritus vitæ: nõ solũ de hominibus, sed etiã de pecoribus dictum, ꝓpter illud qd̃ quidã de Spiritu sancto volunt intelligere, vbi scriptũ est, Et insufflauit Deus in faciẽ eius spiritũ vitæ: quod melius quidã codices habẽt, Flatũ vitæ. DE montiũ altitudine, quã omnẽ scriptũ est trãscendisse aquã cubitis quindecim, quæritur propter Olympi mõtis historiã. Si enim terra inuadere potuit spaciũ trãquilli illi' aeris, vbi dicitur nec nubes videri, nec ventos sentiri, cur nõ & aqua crescẽdo? QVOD scriptum est, Exaltata est aqua sup terrã centum quinquaginta dies. Quæri-

QVAEST. I. Gen.4.c.17.

QVAEST. II. Genes.5.c.25.

QVAEST. III. Genes.6.a.4.

Malach.3.a.1.

QVAEST. IIII. Gen.6.c.25.

Act.7.c.22.

Cubitus geometricus.

QVAEST. V. Gen.6.c.15.

QVAEST. VI. Gen.6.c.16.

QVAEST. VII. Gen.6.d.21.

QVAEST. VIII. Gen.7.b.8.

Gen.7.c.15.

Gen. 2.a.7.

QVAEST. X. Gen.7.d.20.

QVAEST. XI. Gen 7.d.24.

altitudine quã creuerat manserit: quoniã alij interpretes planius ídẽtur hoc dicere: Nã Aquila dixit, Obtinuit: Symmachus, Præualuerũt aquæ. QVOD scriptũ est, exaltatã esse aquã post cl. dies, & adductũ esse spiritũ super terrã, & desiisse aquã: & cõclusos fontes abyssi, & catarractas cæli, & detẽtã pluuiã de cælo. Quæritur vtrũ post cl. dies hæc facta sint; an per recapitulationẽ oĩa cõmemorata sint, quę post xl. dies pluuię fieri cœperũt: vt hoc solũ ad cl. dies pertineat, q̃ vsque ad ipsos aqua exaltata est: aut de fontibus abyssi cessante iã pluuia, aut quia mansit in altitudine sua, dũt† in illo spiritu siccaretur. Cætera verò quæ dicta sunt, nõ post cl. dies omnia facta sint, sed cõmemorata sint omnia, quæ ex fine xl. dierũ fieri cœperũt? QVOD scriptum est, dimissum esse coruũ, nec rediisse: & dimissam post eũ colũbã, & ipsam rediisse, q̃ nõ inuenisset requiẽ pedib⁹ suis, quæstio solet oboriri, Vtrũ coru⁹ mortu⁹ sit, an aliquo modo viuere potuerit? q̃a vtique si fuit terra vbi requiescere, etiã colũba requiem potuit inuenire pedib. suis. Vnde cõiicitur à multis q̃ cadaueri potuerit coru⁹ insidere, q̃ colũba naturaliter refugit. ITEM quæstio est, quomodo colũba nõ inueniret vbi resideret, si iã, sicut narrationis ordo cõtexitur, nudata fuerãt cacumina mõtiũ. Quę q̃stio videtur per recapitulationẽ posse dissolui, vt ea posterius narrata intelligãtur, quę prius facta sunt, aut potius aquæ nõdũ siccatę fuerãt. QVID sibi vult q̃ Dñs dicit, Nõ adiiciã adhuc maledicere super terrã ꝓpter opera hominũ, quia apposita est mẽs hominis ad malitiã à iuuẽtute? Non adiiciã ergo adhuc percutere omnẽ carnẽ viuã, quẽad modũ feci. Et deinde adiũgit quæ secũdũ largitatẽ bonitatis suæ donat hominib⁹ indignis. Vtrũ hic Testamẽti noui indulgẽtia figurata sit, & præterita vltio ad vet⁹ pertineat Testamẽtũ: hoc est, illud ad legis seueritatẽ, hoc ad gratiæ bonitatẽ. QVID est, Et de manu fratris hominis exquirã animã hominis? An omnẽ hominẽ fratrẽ omnis hominis nomine intelligi voluit, secũdũ cognationẽ ex vno ductã? QVÆRITVR quare peccãs Chã in patris offensa, nõ in seipso, sed in filio suo Chanaã maledicitur? Nisi q̃a prophetatũ est, terrã Chanaã eiectis Chananeis inde & debellatis, accepturos fuisse filios Israël q̃ venirẽt de semine Sẽ? QVÆRITVR quomodo dictũ sit de Nẽroth: Hic cœpit esse gigas super terrã: cũ gigãtes & antea natos scriptura cõmemoret. An fortè q̃ia post diluuiũ nouitas generis humani reparãdi de nouo cõmemorat, in qua nouitate hic cœpit esse gigas super terrã. QVÆRITVR quid sit, Et Heber nati sunt filij duo, nomẽ vni⁹ Phalech, q̃a in dieb⁹ ei⁹ diuisa est terra: nisi fortè in dieb⁹ ei⁹ linguarũ illa diuersitas extiterit, per quã factũ est, vt gẽtes diuiderẽtur. ET erat omnis terra labiũ vnũ: quomodo hoc põt intelligi, quãdo superius dictũ est, q̃ filij Noe, vel filiorũ ei⁹ distributi essent per terrã secũdũ tribus & secũdũ gẽtes, & secũdũ linguas suas, nisi quia per recapitulationẽ postea cõmemorat q̃ pri⁹ erat: sed obscuritatẽ hic facit q̃ eo genere locutionis ista cõtexit, quasi narratio de iis q̃ postea facta sunt, cõsequatur. VENITE ędificemus nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius caput erit vsq̃ in cælũ. Si se hoc posse crediderũt, nimiũ stulta audacia, & impietas deprehẽdit. Et q̃a ob hoc Dei vĩdicta secuta est, vt eorũ lĩguæ diuiderẽt, nõ absurdè hoc cogitasse credũt. VENITE descẽdam⁹ & cõfundam⁹ linguas eorũ, ne audiat vnusquisq̃ vocem ꝓximi: vtrũ ad angelos Dñs hoc dixisse intelligatur, an secũdum illud accipiendum est, quod in exordio libri legitur: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã? Nam & † quod postea dicitur singulari numero, quia ibi cõfudit Dñs labiũ terræ: sicut & illic cũ dictũ

QVAEST. XII. Gen. 8. a. 11.
al. nullo spiritu.
QVAEST. XIII. Gen 8. b. 7.
QVAEST. XIIII. Gen. 8. b. 9.
QVAEST. XV. Gen. 8. d. 21.
QVAEST. XVI. Gen. 9. a. 5.
QVAEST. XVII. Genes. 9. d. 25.
QVAEST. XVIII. Gen. 10. b. 9.
QVAEST. XIX. Genes. 10 d. 25.
QVAEST. XX. Gen. 11. a. 1.
QVAEST. XXI. Gen. 11. a. 4.
QVAEST. XXII. Gen. 11. b. 7.
Gen. 1. c. 26.
al. propterea.

A esset, Faciamus ad imaginẽ nostrã: in consequentibus tamen non dictum est, Fecerunt, sed Fecit Dominus.

QVOD scriptũ est, Et erat Arphaxad annorũ cxxxv. cũ genuit Chainan, & vixit Arphaxad postquã genuit Chainã annos cccc. vel sicut in Græco inuenim⁹, annos ccc. Quæritur, quomodo dixerit Deus ad Noe, Erũt anni vitæ eorũ cxx. Nõdũ natus erat Arphaxad quãdo dixit hoc De⁹, nec fuit in arca cũ parẽtib⁹ suis. Quomodo ergo intelligũtur deinceps anni vitæ humanæ ꝑdicti cxx. cũ inueniatur homo vixisse ampli⁹ cccc. annis? Nisi quia intelligitur ante xx. annos quàm inciperet arca fieri, quæ c. annis facta reperitur, hoc Deũ dixisse ad Noë, cũ iã prænũciaret futurũ esse diluuiũ, nec vitę humanę deinceps futurę in iis qui post diluuiũ nascerẽtur spaciũ prædixisse, sed vitæ hominũ quos fuerat diluuio deleturus. QVÆRITVR quare scriptũ sit: Sẽ erat pater omniũ filiorũ Heber: cũ inueniatur Heber quintus à Sẽ filio Noe: vtrũ quiã ex illo B Hebræi dicũtur appellati? per illũ enim generatio trãsit ad Abrahã. Quid ergo probabilius sit, ab Heber tãquã Hebræos dictos, an Abrahæos, meritò quæritur. QVOMODO accipiẽdũ sit, quòd cũ esset Thare pater Abrahæ annorũ lxx. genuit Abrahã, & postea cũ suis omnibus mãsit in Charrã, & vixit annos ccv. in Charrã, & mortu⁹ est. Et dixit Dñs ad Abrahã vt exiret de Charrã, & exiit inde, cũ esset idẽ Abrahã lxxv. annorũ. Nisi quia per recapitulationẽ ostẽdit viuo Thare locutũ esse Dñm. Et Abrahã viuo patre suo secũdũ ꝓceptũ Dñi, exisse de Charrã, cũ esset lxxv. annorũ, cẽtesimo & quadragesimo & quinto anno vitæ patris sui: si dies vitæ patris sui anni ccv. fuerint, vt ideo scriptũ sit, Fuerũt anni vitæ Thare ccv. in Charrã, q̃a ibi cõpleuit oẽs annos toti⁹ vitæ suę. Soluitur ergo q̃stio per recapitulationẽ, q̃ indissolubilis remaneret, si post mortẽ Thare acciperem⁹ locutũ esse Dñm ad Abrahã vt exiret de C Charrã, q̃a nõ poterat esse adhuc annorũ lxxv. cũ pater eius iã mortu⁹ esset, qui eũ lxx. ætatis suæ anno genuerat: vt Abrahã post mortẽ patris sui annorum esset cxxxv. si oẽs anni patris ei⁹ ccv. fuerũt. Recapitulatio itaq̃ ista, si aduertatur in scripturis, multas quęstiones soluit, q̃ indissolubiles possint videri secũdũ etiã superiorũ q̃stionũ expositionẽ, per eãdẽ recapitulationem factã: quanquã & aliter ista q̃stio à quibusdã soluatur, ex illo cõputari annos ætatis Abrahæ, ex quo liberatus est † ex igne Chaldæorũ, in quem missus est vt arderet, quia eũdẽ ignẽ superstitiõe Chaldęorũ colere noluit: liberat⁹ inde, etsi in scripturis nõ legitur: Iudaica tamẽ narratiõe traditur. Potest & sic solui, quoniã scriptura q̃ dixit, Cũ esset Thare annorũ lxx. genuit Abrahã & Nachor & Arã: nõ vtiq̃ hoc intelligi voluit, q̃a codẽ anno lxx. ætatis suæ oẽs tres genuit, sed ex quo anno D generare cœpit, eũ annũ cõmemorauit scriptura. Fieri autẽ potuit, vt posterior sit generatus Abrahã, sed merito excellẽtiæ qua in scripturis valde cõmẽdat, prior fuerit nominat⁹: sicut Propheta priorẽ nominauit minorẽ, Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Et in Paralipomenõ cũ sit quartus nascẽdi ordine Iudas, prior est nominatus, à quo Iudaicæ gẽti nomẽ est datũ, propter tribũ regiã. Cõmodius autẽ plures exitus inueniũtur, quib⁹ q̃stiones difficiles dissoluũtur. Cõsideranda est sanè narratio Stephani de hac re, cui magis harũ expositionũ nõ repugnet. Et illud quidẽ cogit, vt non sicut narrari videt in Genesi, post mortẽ Thare locutus sit De⁹ ad Abrahã, vt exiret de cognatiõe sua & de domo patris sui, sed cũ esset in Mesopotamia priusquã habitaret Charrã, iã vtiq̃ egress⁹ de terra Chaldæorũ, vt in illo itinere intelligat⁹ ei locut⁹ De⁹. Sed q̃ Stephan⁹ postea sic narrat, Tũc egress⁹ Abrahã de terra Chaldęorũ habitauit

QVAEST. XXIII. Genes. 11. b. 12.
Recapitulationis vtilitas.
al. de.
Malach. 1. a. 2.
1. Paral. 1. a. 1.
Gen. 12. a. 1
Act. 7. a. 4.

habitauit in Charram, & inde postquam mortuus est A pater eius, collocauit eũ in terra hac. non paruas affert angustias huic expositioni, quæ fit per recapitulationẽ. Videtur enim habuisse imperium Domini, quo ei fuerat locutus in itinere Mesopotamię, egresso de terra Chaldæorũ, & cuncti in Charram, & hoc imperiũ post mortem patris sui obedienter implesse, cùm dicitur, Et habitauit in Charrã: & inde post quã mortuus est pater eius, collocauit illũ in terra hac. Ac per hoc manet quæstio, si septuagintaquinque annorũ (sicut euidenter scriptura Geneseos loquitur) fuit, quando egressus est de Charram: quomodo esse possit hoc verũ nisi fortè quod ait Stephanus, Tunc Abrahã egressus est de terra Chaldæorũ & habitauit in Charrã, nõ sic accipiatur, tunc egressus est posteaquã ei locutus est Dominus: iam enim erat in Mesopotamia, sicut suprà dictũ est, quãdo illud audiuit à Domino: sed ipsã regulã recapitulationis cõtexere voluit Stephanus, & simul B dicere, vnde egressus, vbi habitauerit, cùm ait: Tunc Abrahã egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charrã. In medio autẽ, id est, inter egressum de terra Chaldæorum, & habitationem in Charram, locutus est ei Deus. Postea verò quod adiungit Stephanus, Et inde postquam mortuus est pater eius, collocauit eũ in terra hac; intuendũ est, quia nõ dixit, Et post quã mortuus est pater eius, egressus est de Charrã: sed inde collocauit eũ De⁹ in terra hac: vt post habitationẽ in Charrã collocaretur in terra Chanaan, nõ post mortem patris egressus; sed post mortẽ patris collocatus in terra Chanaã, vt ordo verborũ sit, Habitauit in Charrã, & inde collocauit illũ in terra hac, postquam mortuus est pater eius. vt tũc intelligamus collocatũ vel constitutũ Abrahã in terra Chanaan, quãdo illic eum nepotẽ suscepit, cuius vniuersum semen illic fuerat regnaturũ ex promisso Dei hæreditate donata. Nã C ex ipso Abrahã natus est Hismael de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos illius terræ nõ pertinet hæreditas. Et ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hęre ditate alienat⁹ est. Ex Iacob autẽ filio Isaac, quotquot filij nati sũt, id est, vniuersum semẽ eius, ad illã hæreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus & cõstitutus est in illa terra Abrahã, quoniam vixit vsque ad natiuitatem Iacob. Si rectè intelligitur, soluta quęstio est secũdum recapitulationẽ, quamuis & aliæ solutiones nõ sint contẽnẽdę. ERIT ergo cũ te viderint Ægyptij, dicẽt, quia vxor illius hæc. Factũ est autem statim vt intrauit Abraham in Ægyptum, vidẽtes Ægyptij mulierẽ, quia speciosa erat valde. Quomodo accipiatur, quòd Abraham veniens in Ægyptum celare voluit vxorem suam esse Saram, secundum omnia quę de hac re scripta sunt, vtrum hoc cõuenerit tam sancto viro, an sub defectione fidei eius intelligatur, sicut nonnulli D arbitrati sunt. Iam quidem & contra Faustũ de hac re disputaui: & diligẽtius à presbytero Hieronymo expositum est, quare non sit consequens, vt cùm aliquot dies apud regem Ægypti Sara fuerit, etiam eius cõcubitu credatur esse polluta: quoniãmos erat regi⁹, vicib⁹ ad se admittere mulieres suas, & nisi fomentis & vnguentis diu prius accurato corpore, nulla intrabat ad regem. Quę dũ fierent, afflictus est Pharao manu Dei, vt viro reddi iuberet intactam, quam ipsi Deo maritus commiserat, tacens quod vxor esset, sed non mentiens quod soror esset: vt caueret quod † cauere quãtum homo poterat, & Deo cõmendaret quod cauere non poterat: ne si & illa quod cauere poterat Deo tantum dimitteret, non in Deum credere, sed Deum tentare potius inueniretur. QVOD terra Sodomorũ & Gomorrhę antequã deleretur cõparatur paradiso Dei, eo

Ibidem.
Lib. 22. cap. 33.
al. poterat.
QVAEST. XXVII. Genes. 13. b. 10.

quòd erat irrigua vt terra Ægypti, quã Nilus irrigat: satis, vt opinor, ostenditur quomodo debeat intelligi ille paradisus, quem plantauit Deus vbi constituit Adãdã. Quis enim alius intelligatur paradisus Dei, non video: & vtique si arbores fructiferę in paradiso virtutes animi accipiendę essent, sicut nonnulli existimãt, nullo corporali in terra paradiso veris lignorũ generibus instituto, non diceretur de ista terra, Sicut paradisus Dei. RESPICIENS oculis tuis vide à loco in quo nunc tu es ad Aquilonem & Aphricum & Orientem & mare, quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eã & semini tuo vsque in sæculum. Quæritur hic quomodo intelligatur tantum terræ promissum esse Abrahæ & semini eius, quantum poterat oculis circumspicere per quatuor cardines mundi? Quantũ est enim quod ad terrã conspiciendã acies corporalis visus possit attingere? Sed nulla est quæstio, si aduertamus nõ hoc solum esse promissum. nõ enim dictũ est, tantũ terræ dabo tibi quãtum vides, sed tibi dabo terrã quam vides. Cùm enim & vlterior vndique dabatur, profectò hæc præcipuè quæ videbatur dabatur. Deinde attendendũ est quod sequitur; quoniã ne putaret etiã ipse Abrahã hoc solum promitti terrarũ, quod aspicere vel circunspicere posset, Surge, inquit, & perambula terrã in longitudine eius & latitudine, quia tibi dabo eã: vt perambulando peruenire ad eam, quam oculis vno loco stãs videre non posset. Significatur autẽ ea terra quã prius populus accepit Israel, semẽ Abrahæ secundum carnẽ non illud latius semẽ secundũ fidẽ: quod ne taceretur, dictũ est ei futurũ sicut arenã maris, secundũ hyperbolen quidẽ, sed tamen tantum quod numerare nullus posset. ET nunciauit Abrahã transfluuiali. Transfluuialẽ Abraham appellatum etiam Græca exemplaria satis indicãt: sed cur ita appellatus sit, hæc videtur causa, quòd ex Mesopotamia veniens, trãsito flumine Euphrate, sedes constituit in terra Chanaã, & transfluuialis appellatus est ex ea regione vnde venerat. Vnde Iesus Naue dixit ad Israelitas, Quid vultis seruire diis patrũ vestrorũ qui sunt trans flumen? DEEO quod scriptũ est, Circa solis autẽ occasum pauor irruit super Abrahã, & ecce timor magnus incidit ei. Pertractanda est ista quæstio, propter eos qui contendunt perturbationes istas non cadere in animũ sapientis: vtrum tale aliquid sit quale Aulus Gellius commemorat in libris Noctium Atticarũ, quendã Philosophũ in magna maris tẽpestate perturbatũ cùm esset in naui, & animadueršum à quodam luxurioso adolescente: qui cùm ei post transactũ periculũ insultaret, quòd Philosophus citò perturbatus esset, cùm ipse neque timuerit neque palluerit. Respõdit, ideo illũ nõ perturbatũ, quia nequissimæ animæ suę nihil timere deberet, quòd nec digna esset, ꝓ qua aliquid timeretur. Cæteris autẽ studiosis q̃ in naui fuerant, expectãtibus protulit librũ quẽdã Epicteti Stoici: vbi legebatur nõ ita placuisse Stoicis, nullã talẽ perturbationẽ cadere in animũ sapiẽtis, quasi nihil taleineorũ appareret affectib. sed perturbationẽ ab eis definiri, cũ ratio talibus motibus cederet: cũ autẽ non cederet, nõ dicendũ perturbationẽ. Sed cõsiderãdũ est quẽadmodũ hoc dicat Aulus Gellius, & diligẽter † disserẽdũ. DABO tibi & semini tuo post te terrã in qua habitas, omnẽ terrã cultam in possessionẽ ęternam. Quæstio est, quomodo dixerit ęternam, cùm Israelitis temporaliter data sit: vtrum secundum hoc sęculum dicta sit ęterna, vt ab eo quod est αἰών Græcè, quod sęculũ significat, dictũ sit αἰώνιον, tanquam si Latinè dici posset sęculare: an ex hoc aliquid secundũ spiritalem promissionem hic intelligere cogamur, vt ęternũ dictũ sit, ideo quia hinc æternũ aliquid † significat

Hic Origenes de Paradiso deliciarum
QVAEST. XXVIII. Genes. 13. c. 14.
Lib. 19. cap. 1. De ciuitate Dei lib. 9. cap. 4.
al. inserendum.
QVAEST. XXIX. Genes. 14. c. 13.
Iosue 24. d. 15.
QVAEST. XXX. Genes. 15. c. 12.
QVAEST. XXXI. Genes. 17. b. 8.
al. significatum.

An potius locutionis est scripturarum, vt æternum appellent, cuius rei finis non constituitur: aut nõ ita fit vt deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam vel potestatem facientis sicut ait Horatius: *Seruiet æternum, qui parno nesciat vti.* Non enim potest in æternum seruire, cuius ipsa vita qua seruit æterna esse non potest. Quod testimonium nõ adhiberem, nisi locutionis esset. Verborum quippe illi sunt nobis autores, non rerum vel sententiarũ. Si autem defenduntur scripturæ secundũ locutiones proprias, quæ idiomata vocantur, quanto magis secundũ eas, quas cum aliis linguis communes habent? QVÆRITVR quomodo dictũ sit ad Abraham de filio eius, Et reges gẽtiũ ex illo erũt: vtrum quia non prouenit secundum regna terrena, secundum ecclesiam accipi debeat; an propter Esau etiã ad literam contigit. ET videns procurrit in obuiã illis ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam ante te, ne prætereas seruũ tuũ. Quæritur cùm tres viri essent qui ei apparuerant, quomodo singulariter Dominum appellat, dicens: Domine, si inueni gratiam ante te: an intelligebat vnum ex eis Dominum, & alios angelos: an potius in angelis Dominum sentiens, Domino potius quàm angelis loqui elegit: quia vno ex tribus cũ ipso Abraham postea remanẽte, duo mittũtur in Sodomam, & illis sic loquitur Loth, tanquam Domino. SVMATVR aqua, & lauẽ pedes vestros, & refrigerate sub arbore, & sumam panem manducate. Quæritur si angelos intelligebat, quomodo potuerit ad hanc humanitatem inuitare, quoniã refectio mortali carni necessaria est, non immortalitati angelorũ. ABRAHAM autẽ & Sara seniores, progressi in diebus, defecerant autem Saræ fieri muliebria. Seniorum ætas minor est quàm senum: quamuis & senes appellentur seniores. Vnde si vera sunt quæ à nonnullis medicis asseruntur, quoniã senior vir cum muliere seniore filios facere non potest etiam si adhuc feminæ muliebria veniãt, secundũ hoc admiratum Abraham de promissione filij, & miraculum posuisse Apostolum, accipere possumus, vbi dixit Emortuum corpus Abrahæ. Emortuum quippe corpus non ita intelligẽdum est, acsi omnino nullam vim generãdi habere posset, si mulier iuuenilis ætatis esset: sed secundum hoc emortuum, vt etiam de prouectioris ætatis muliere nõ posset. Nam ideo de Cethura potuit, quia & iuuenẽ illam inuenit. Sic enim medici tradunt, quoniã cuius corpus viri secundum hoc iam defecit, vt cum femina prouectioris ætatis, quamuis mẽstrua adhuc patiatur, generare non possit, de iuuẽcula potest. Et rursus mulier, quæ iam prouectæ ætatis est, quamuis adhuc menstrua fluant, vt de seniore parere non possit, de iuuene potest. Illud itaque ideo miraculũ fuit, quia secundũ id quod diximus, emortuo corpore viri, femina quoque prouectæ ætatis fuit, vt ei destitisset fieri muliebria. Nam † quod ait Apostolus, 'corpo' emortuum, verbo quis premat, quod dixit emortuum? Iam ergo nec animam habuisse, sed cãdauer fuisse intelligi debet. quod absurdissimæ falsitatis est. Sic itaq; soluitur ista quæstio. Alioquin meritò mouet, quomodo cùm esset Abrahã propè mediæ ætatis, secundum quã homines tũc viuebant & postea filios de Cethura fecerit, dicatur ab Apostolo, corpore emortuo', & pro miraculo, quia genuit prædicetur? ET dixit Dominus ad Abrahã: Quare risit Sara in semetipsa dicens, Ego verò pariã, ego autẽ sẽnu? Quæritur quare istam redarguat Dñs, cũ & Abrahã riserit, nisi quia illius risus admirationis & lętitię fuit: Sarę autẽ dubitationis, & ab illo diiudicari potuit qui corda hominum nouit. NEGAVIT Sara dicens: Non risi. timuit enim

Horat. in Epist.

QVAEST. XXXII. Genes. 17. c. 16.

QVAEST. XXXIII. Gen. 18. a. 2.

QVAEST. XXXIIII. Gen. 18. a. 4.

QVAEST. XXXV. Genes. 18. b. 11.

Genes. 17. c. 17.

Rom. 4. d. 19.

Ibidem. *al. si quod' ait Apostolus verbo quis premat, quia dixit emortuũ: iã.*

QVAEST. XXXVI. Genes. 18. b. 13.

QVAEST. XXXVII. Genes. 18. b. 15.

A Quomodo intelligebant Deum esse qui loquebatur, cùm etiã negare ausa sit Sara quòd riserit, tanquã hoc ille posset ignorare: nisi fortè Sara homines eos putabat, Abraham verò Deum intelligebat? sed etiã ipse illa humanitatis officia præbendo, de quibus suprà dixi, quæ necessaria nisi infirmæ carni esse non possent, mirũ nisi homines prius esse arbitratus est. Sed fortassis in aliquibus deũ loqui intellexit, quibusdam diuinæ maiestatis existentibus & apparẽtibus signis: sicut in hominibus Deum sæpe apparuisse scriptura testatur. Sed rursus quæritur, si ita est, vnde angelos fuisse postea cognouerunt, nisi fortè cùm eis videntibus in cælũ issent. SCIO enim, quia constituet filiis suis, & domui suæ post se, † vt custodiant vias Domini, & faciant iustitiam & iudicium, vt adducat Dominus in Abrahã omnia quæ locutus est ad illũ. Ecce vbi promittit Dominus Abrahæ non solum præmia, sed etiam obediẽtiã iustitiæ filiorum eius, vt circa eos etiam præmia pmissa compleantur. B DESCENDENS ergo videbo si secũdum clamorem ipsorum veniẽtem ad me consumantur, si autẽ non, vt sciam: verba hæc si non dubitantis, qui duorum potius euenturum sit, sed irascentis & manantis accipiamus, nulla quæstio est. More quippe humano Deus in scripturis ad homines loquitur, & eius irã nouerunt sine perturbatione eius intelligere qui nouerũt. Solemus autẽ etiã sic minaciter loqui: Videamus si non tibi facio: aut, Videamus si nõ illi facio: & Si non potuero tibi facere: vel sciam, id est, hoc ipsum experibor, vtrũ non possim: quod cõminando non ignorando dicitur, Irati apparet affectus: sed perturbatio non cadit in Deũ, Mos autem humanæ locutionis & vsitatus est, vt humanæ infirmitati congruat cui Deus coaptat locutionem suam. QVÆRI solet, vtrũ quod de Sodomis dixit Deus, non se perdere locũ si inuenirentur illic vel decem iusti, speciali quadã sententia, de illa ciuitate, an de omnibus intelligẽdum sit generaliter, parcere Deum loco in quocũque vel decẽ iusti fuerint? In qua quæstione non est quidẽ necesse, vt hoc de omni loco accipere compellamur. Veruntamẽ de Sodomis potuit & sic dici, quia sciebat Deus ibi non esse vel decem: & ideo sic respõdebatur Abrahæ, vt significaretur, nec tot ibi posse inueniri, ad exaggerationem iniquitatis illorum. Nõ enim necesse erat Deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cũ illis perderet iustos, cùm posset, iustis inde liberatis, reddere impiis digna supplicia: sed, vt dixi, ad ostendendã mali gnitatẽ multitudinis illius, dixit, Si decẽ ibi inuenero parcam vniuersæ ciuitati: tanquã si diceret, Certè possum nec pios cum impiis perdere: nec tamẽ propterea impiis parcere, quia liberatis & separatis inde piis, possum impiis digna rependere: & tamen si ibi inueniantur, parco: hoc est, quia nec tot ibi possent inueniri. D Tale aliquid est apud Hieremiam, vbi ait: Circuite vias Hierusalem, & videte, & quærite in plateis eius, & cognoscite si inuenietis hominem facientẽ iustitiam & quęrentem fidẽ, & propitius ero peccatis eorum: id est, inuenite vel vnum, & parco cæteris, ad exaggerandũ & demonstrandum quod nec vnus ibi posset inueniri.

QVOD occurrit Loth angelis & adorauit in faciẽ, videtur intellexisse quod angeli essent. Sed rursus cùm eos, ad refectionẽ corporis inuitat, quæ mortalibus necessaria est, videtur putasse quod homines essent: ergo quæstio similiter soluitur, vt soluta est de tribus qui venerũt ad Abrahã, vt aliquib' signis appareret eos diuinitus missos, qui tamẽ homines crederẽtur. Nã & hoc in epistola quæ est ad Hebræos, cũ de hospitalitatis bono scriptura loqueretur, ait: Per hanc enim quidã nesciẽtes hospitio receperunt angelos. QVOD ait Sodomitis

QVAEST. XXXVIII. Genes. 18. c. 19. *al. & custodient vias Domini facere iustitiam.*

QVAEST. XXXIX. Genes. 18. c. 21.

Hier. 5. a. 1.

QVAEST. XL. Genes. 18. d. 31.

Hebr. 13. a. 2.

QVAEST. XLI. Gen. 19. a. 1.

QVAEST. XLII. Gen. 19. a. 8.

domitis Loth: Sunt mihi duæ filiæ quæ nõdum nouerunt viros, producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum: quoniam prostituere volebat filias suas hac cõpensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterẽtur, vtrũ admittenda sit compẽsatio flagitiori vel quorumcũque peccatorum, vt nos faciamus malũ aliquid, ne alius grauius malum faciat: an potius perturbationi Loht, nõ consilio tribuendũ sit, quia hoc dixerit, meritò quæritur: & nimirũ periculosissimè admittitur hæc compẽsatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur & menti tãto malo permotæ, nullo modo imitãda est. VIROS verò qui erãt ad ostium domus percusserunt cæcitate. Græci habent ἀωσία, quod magis significat, si dici potest, auidẽtia, quæ faciat no videri non omnia, sed quod non opus est. Nã meritò mouet quomodo potuerunt deficere quærendo ostium, si tali erant cæcitate percussi, vt omnino nihil viderent. Hoc enim modo sua calamitate turbati, vlterius ostiũ non requirerẽt. hac ἀωσία & illi percussi sunt qui quærebant Helisæũ. Hanc & illi habuerũt qui Dominum post resurrectionem cum illo ambulãtes in via non cognouerũt, quamuis non sit ibi hoc verbum positum, sed res ipsa intelligatur. DIXIT autẽ Loth ad illos, Oro Domine, quia inuenit puer tuus misericordiã ante te, & magnificasti iustitiam tuã quã facis in me vt viuat anima mea: ego autem nõ possum saluus fieri in monte, ne fortè cõprehẽdant me mala & moriar. Hac perturbatione timoris non credebat ipsi Domino quem in angelis cognoscebat, qua etiã illud de filiab' suis prostituendis dixerat: vt intelligamus nõ pro autoritate habendũ quod dixit de turpitudine filiarum: non enim & hoc pro autoritate habẽdum est, Deo non esse credendũ. ET recordatus est Deus Abraham, & exemit Loth de medio euersionis. C Commendat scriptura meritis magis Abrahæ liberatum esse Loth, vt intelligamus iustum Loth dictum secũdũ quendam modum, maximè quòd vnum verum Deũ colebat, & propter comparationem scelerum Sodomorũ, inter quos viuens ad vitam similem non potuit inclinari. ASCENDIT autem Loth de Segor, & sedebat in monte. Mirum nisi ipse mons est in quẽ sponte ascendit, quo admonente Domino ascẽdere noluit: aut enim nullus est alius, aut nõ apparet. TIMVIT enim habitare in Segor. Infirmitati eius Dominus & timori concesserat ciuitatem quam Loth ipse delegerat: & in ea promiserat ei securitatem, quod propter illum parceret ciuitati: tamẽ ibi etiã esse timuit, ita fides eius non magni roboris fuit. DIXIT autem Abraham de Sara vxore sua, soror mea est. Timuit enim dicere, vxor mea est, ne fortè occiderent eum viri ciuitatis propter illam. Quæri solet, quomodo adhuc in illa ætate pro Saræ pulchritudine Abrahã periclitari metuebat. Sed magis formæ illius vis miranda est, quæ adhuc amari poterat, quàm quæstio difficilis putanda.

QVOD ait Deus ad Abimelech, Propter Saram & peperci tibi vt non peccares in me, quãdo cum admonuit vxorem Abrahæ esse quam putabat sororem. Aduertendum est & notandũ, in deũ peccari, quando talia cõmittuntur quæ putant homines leuiter habẽda, tãquam in carne peccata. Quod autẽ dixit ei, Ecce tu morieris. Etiã hoc notandũ est, quomodo dicat Deus tanquã prædicens sine dubio futurũ, quod admonẽdo dicit, vt à peccato abstinendo caueatur. MERITO quæritur, cur Abrahã nec die quo nat' est ei filius, nec die quo circũcisus est, sed die quo ablactatus est, epulũ fecerit. Quod nisi ad aliquã spiritalẽ significationẽ referatur, nulla solutio quæstionis est. Tunc scilicet esse

QVAEST. XLIIII. Genes. 19. b. 11.

4. Reg. 6. d. 18. Lucæ 24. 16.

QVAEST. XLIIII. Genes. 19. d. 1.

QVAEST. XLV. Genes. 19. f. 29.

QVAEST. XLVI. Genes. 19. f. 30.

QVAEST. XLVII. Genes. 19. f. 30.

QVAEST. LXVIII. Genes. 20. a. 2.

QVAEST. XLIX. Genes. 20. b. 6.

QVAEST. L. Gen. 21. a. 8.

A debere magnum gaudiũ spiritalis ætatis, quãdo fuerit factus homo nouus spiritalis: id est, non talis qualibus dixit Apostolus: Lac vobis potũ dedi, non escã: nondũ enim poteratis, sed nec adhuc potestis: adhuc enĩ estis carnales. QVÆRITVR Sara dicẽte: Eiice ancillã & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: quare contristatus sit Abrahã, cùm ista fuerit prophetia, quam vtique magis debuit nosse ipse quã Sara? Sed intelligendũ est, vel ex reuelatione hoc dixisse Saram, quia prius illi fuerat reuelatum, illum verò quẽ de hoc postea Dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse commotum: vel ambos prius nescisse, quid nam illud esset, & per Saram nescientem hoc propheticè dictum esse, cùm illa mota esset muliębri animo propter ancillæ superbiã. NOTANDVM quod & Hismael dictus sit à Deo semen Abrahæ, propter illud quod sic accipiendum docet Apostolus quod dictum est: In Isaac vocabitur tibi semen: non filij carnis, B sed filij promissionis deputantur in semine: vt hoc propriè pertineat ad Isaac, qui non filius carnis, sed filius promissionis fuit, vbi promissio fit de omnibus gentibus. SVRREXIT autẽ Abraham manè, & sumpsit panes & vtrem aquæ, & dedit Agar, & imposuit in humeros, & puerum, & dimisit illam. Fieri solet quęstio: Quomodo imposuerit in humeros & puerũ tã grãdẽ? Nam qui fuerat antea quàm natus esset Isaac tredecim annorum circuncisus, cùm esset Abrahã nonagintanouem, & natus sit Isaac centenario patre. Ludebat autẽ Hismael cum Isaac quando Sara cõmota est, vtique cũ grandiusculo, qui iam fuerat ablactatus: profectò annorum fuit Hismael quando cũ matre sua de domo patris expulsus est, amplius sex decim. Sed vt hoc quod cum paruulo lusit, per recapitulationem accipiamus dictum, antequam ablactaretur Isaac: profectò etiam sic amplius quàm tredecim annorum puer in humero C matris cum vtre & panibus nimis absurdum est vt impositus esse credatur. Quàm facilè autẽ soluitur quæstio, si non subaudiamus, Imposuit, sed Dedit. Dedit enim Abrahã sicut scriptũ est, matri eius panes & vtrẽ, quæ illa imposuit in humeros suos. Cùm autem adiunctum & dictum esset puerum: subaudiamus Dedit, qui panes & vtrem dederat, non in humeros imposuit.

DEFECIT autem aqua de vtre, & proiecit puerum sub vnam abietem, & discessit, & sedere cœpit contra illũ longè quantum arcus mittit. Dixit enim: Non videbo mortẽ filij mei, & sedit contra eum. Exclamans autẽ puer plorauit. Et exaudiuit Deus vocẽ pueri de loco vbi erat. Et vocauit angelus Domini Agar de cęlo, & dixit ei: Quid est Agar? Noli timere, exaudiuit enim Deus vocem filij tui de loco in quo est. Surge, accipe puerum & tene illum in manu tua. In magnam enim gentem faciã illũ. Solet quæri, quomodo cùm puer esset annorum amplius quindecim, proiecerit eum mater sub arborem, & ierit longè quantum arcus mittit, ne videret eum morientem: quasi † eũ quẽ portabat, pi- D iecerit, ita videtur sonare quod dicitur, maximè, quia sequitur, Fleuit puer? Sed intelligendũ est, proiectum esse non à portante: sed, vt fit, ab animo, tanquam moriturũ. Neque enim quod scriptum est, Proiectus sum à facie oculorum tuorũ: portabatur qui hoc dixit. Et est in quotidiano loquendi vsu, cùm proiicitur aliquis ab aliquo cũ quo erat, ne ab illo videatur aut cũ illo moneat. Intelligendũ est autẽ quod scriptura tacuit ita discessisse matrẽ à filio, vt puer ignoraret, quò mater abierit: & eã in syluestribus stirpibus latuisse, ne filiũ siti deficientẽ videret. Ille autẽ etiã illa ætate, quid mirũ si matre diutius nõ visa & tanquã perdita eo loco vbi solus remãserat, fleuit? Quod ergo postea dicitur,

1. Cor. 3.

QVAEST. LI. Gen. 21. a. 10.

QVAEST. LII. Gen. 21. b. 13

Rom. 9. b. 8.

QVAEST. LIII. Gen. 21. b. 14.

al. enim.

Psal. 30. d. 23.

QVAEST. LIIII. Gen. 21. b. 15.

Accipe puerum, non vt eum de terra velut iacentē tolleret, dictū est: sed vt ei coniūgeretur, & cū manu teneret deinceps comitem, sicut erat: quod plerūque faciūt simul ambulantes cuiuslibet ætatis. FACTVM est autem in tempore illo, & dixit Abimelech, &c. Quæri potest, quando cum isto Abimelech pactum fecit Abraham, & appellatus est puteus quem fodit, puteus iurationis: quomodo cōgruat veritati? Agar enim de Abrahæ domo expulsa cū filio iuxta puteum, sicuti dictū est, iurationis errabat, qui valde postea dicitur factus ab Abraham: ibi enim Abimelech & Abrahā iurauerunt, quod nondum vtique factum fuerat, cùm de domo Abrahæ Agar cum filio fuisset expulsa. Quomodo ergo errabat iuxta puteum iurationis? An factū iam fuisse intelligendum est, & per recapitulationem postea commemoratum quod egit Abraham cum Abimelech; sed fortè qui lōgè postea librum scripsit, ex nomine putei iurationis appellauit regionē in qua cum filio mater errabat, tanquam diceret, Errabat in illa regione vbi puteus iurationis factus est, quamuis puteus postea sit factus, sed longè ante ætatem scriptoris? Sic autem appellabatur puteus cùm liber scriberetur, nomen tenens antiquum quod imposuerat Abrahā. Si autem ipse est puteus quem apertis oculis vidit Agar, nihil restat nisi vt per recapitulationē quæstio dissoluatur. Nec mouere debet quomodo puteum quem foderat Abrahā nesciebat Agar, si antè est ille fossus quàm illa expulsa. Valde enim fieri potuit, vt pecorum suorū causa, longè à domo in qua cum suis habitabat, puteū foderet, quē illa nesciret. QVAERI potest, quomodo ad puteū iuramenti agrum plantauerit Abrahā, si in terra illa, quemadmodū Stephanus dicit, non acceperat hæreditatem, nec spacium pedis? Sed ea est intelligēda hæreditas, quam Deus munere suo fuerat daturus, nō empta precio. Intelligitur †aut spacium circa puteū ad illud emptionis pactū pertinere, in quo fuerant agnæ septem datæ, quando Abimelech & Abrahā sibi etiā iurauerunt. ET tentauit Deus Abrahā. Quæri solet, quomodo hoc verū sit, cùm dicat in epistola sua Iacobus, quòd Deus neminē tentet: nisi quia locutione scripturarū solet dici, tētat, pro eo quod est probat. Tentatio verò illa de qua Iacobus dicit, nō intelligitur nisi qua quisque peccato implicatur. Vnde Apostolus dicit, Ne fortè tentauerit vos is qui tentat. Nā & alibi scriptū est: Tētat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eū: etiā hoc genere locutiōis, Vt sciat, dictū est ac si diceretur vt scire vos faciat, vt quoniā vires dilectionis suę hominē latent, nisi diuino experimēto etiā eidē innotescāt. VOX angeli de cælo ad Abrahā, Ne iniicias manū in puerū, neq; faciasei quicquā. Modò enī cognoui, quoniā times Deū tu. Etiā ista quæstio simili locutione soluitur: hoc est enim, Nūc cognoui quoniā times Deū tu: quod significat, nūc te feci cognoscere. In consequentibus autē hoc genus locutionis euidēter apparet, vbi dicitur, Et vocauit Abrahā nomen loci illius, Dominus vidit: vt dicant, hodie in monte Dominus apparuit: vidit, pro eo q̄ est apparuit, hoc est, vidit, pro eo quod est videri fecit: significans per efficientem id quod efficitur, sicut frigus pigrū, quod pigros facit. ET nō pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nunquid Abrahā propter angelū non pepercit filio suo, & non propter Deū? Aut ergo angeli nomine Dominus Christus significatus est, qui sine dubio Deo est, & manifestè à Propheta dictus magni consilij angelus. Aut quòd Deus erat in angelo, & ex persona Dei angelus loquebatur, sicut in Prophetis etiā solet. Nam in cōsequētibus hoc magis videtur aparere vbi legitur, Et vocauit angelus Domini Abrahā iterū de cælo dicēs, Per memetipsum iurauī dicit Dominus. Non facilè enim inuenitur Dominus Christus patrē Dominum dicere tanquam suum Dominum, illo præsertim tēpore antequā sumeret carnē. Nam secūdum id quod formam serui accepit, non incongruenter hoc dici videtur. Nā secūdū huius rei futuræ prophetiā illud est in Psalmo, Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Nā neque in ipso Euangelio facilè inuenimus à Christo Deum patrē Dominū appellatum, quòd eius Dominus esset, quamuis Deum inueniamus in illo locò, vbi ait: Vado ad patrē meum & patrē vestrum, Deū meum & Deū vestrum. Quod autē scriptū est, Dixit Dominus Domino meo: ad ipsum qui loquebatur refertur, id est, dixit Dominus meus Domino meo, pater scilicet filio. Et, Pluit Dominus à Domino: qui scribebat dixit, vt Dominus eius à Domino eius: id est, Dominus noster à Domino nostro pluisse intelligatur, filius à patre.

QVOD in his qui nunciauerunt Abrahæ natos esse filios Melche, nominatur & Chamuel pater Syrorum, nō vtique qui nunciauerunt, annunciare patrē Syrorū potuerūt: ex origine quippe illō Syrorū genus lōgè postea propagatū est. Sed dictū est à persona scribētis, qui post omnia illa tēpora hæc scribēdo narrauit: quēadmodū suprà diximō de puteo iurationis. EXVRGENS autē Abrahā adorauit populū terræ. Queritur quomodo scriptū sit: Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruies: cùm Abrahā sic honorauerit populum quendā gentiū, vt etiam adoraret. Sed animaduertendū est in eodem præcepto, non dictū Dominū Deum tuum solum adorabis: sicuc dictū est, Et illi soli seruies quod est Græcè λατρεύσεις. Talis enim seruitus non nisi Deo debetur. Vnde dānantur idololatræ: id est, eiusmodi seruiturē exhibentes idolis, quæ debetur Deo. Nec moueat quod alio loco in quadā scriptura, phibet angelus hominē adorare se, & admonet vt Dominus potius adoretur. Talis enim apparuerat āgelus vt pro Deo posset adorari, & ideo fuerat corrigēdō adorator.

QVOD Abrahā iubet puero suo, vt manū suam ponat sub eius femore, & sic eū adiurat per Dominū Deū cæli, & Dominum terræ, solet imperitos mouere: non attendentes magnam de Christo extitisse prophetiā, quòd ipse Dominus cæli & Dominus terræ in ea carne venturus esset, quæ de illo femore propagata est.

QVAERENDVM quid differant augurationes illicitæ ab illa petitione signi, qua petiuit seruus Abrahæ vt ei Deus ostenderet, ipsam esse futurā vxorē domini sui Isaac, à qua cùm petiuisset vt biberet, diceretur illi, Bibe & tu, & adaquabo camelos tuos quoadusq; bibere desinēt. Aliud est enim, mirū aliquid petere quod ipso miraculo signū sit: aliud hæc obseruare quæ ita fiūt vt mira non sint, sed à cōiectoribus superstitiosa vanitate interpretentur. Sed hoc ipsū etiam quodmirū aliquid postulatur, quo significetur quod quisque vult nosse, vtrū audiendum sit, nō parua quæstio est. Eò nāque pertinet, quòd dicuntur qui hoc non rectè faciunt, tentare Dominū, Nā ipse Dominus cùm à diabolo tētaretur, testimoniū de scripturis adhibuit, Nō tentabis Dominū Deū tuū. Suggerebatur enim tanquā homini, vt signo aliquo exploraret ipse quātō esset id est, quā multū apud Deū posset: quod vitiosè fit, cùm fit. Ab hoc autē discernitur quod Gedeō fecit pugnæ imminente periculo. Cōsultatio quippe illa magis, quātentatio Dei fuit. Vnde & Achaz apud Esaiam timet signū petere, ne Deū tentare videatur, cùm hoc eum Dominus admoneat per Prophetā: credo existimans quòd ab ipso Propheta exploraretur, vtrum præcepti memor esset quo tētare Deum prohibemur.

SERVVS Abrahæ narrans quæ sibi mandata fuerant

QVAEST. LV. Genes. 21. c. 22.

Psal. 2. b. 7.

Ioannis 20. d. 17. Psal. 109. a. 1.

QVAEST. LX. Gen. 6. d. 21.

Supr. quæst. 51.

QVAEST. LXI. Gen. 23 a. 7. Lucæ 4. b. 8. Deut. 5. c. 14. & 10. d. 20.

Apoc. 19. b. 10.

QVAEST. LXII. Gen. 24. a. 3.

QVAEST. LXIII. Genes. 24. b. 12.

Deut. 6. c. 16. Mat. 4. b. 10.

Iud. 6. c. 17.

Esaiæ 7. b. 12.

QVAEST. LXIIII. Genes. 24. d. 73.

QVAEST. LVI. Genes. 21. d. 33. Act. 7. a. 5.

al. autem.

QVAEST. LVII. Gen. 22. a. 1. Iac. 1. b. 13.

1. Thess. 3. b. 5. Deut. 13. a. 3.

QVAEST. LVIII. Genes. 22. b. 11.

QVAEST. LIX. Genes. 22. c. 12.

Esaiæ 9. b. 6.

rant à domino suo, dicit eū sibi dixisse: Non sumes vxorem filio meo de filiabus Chananæorū, interquos ego habito in terra eorum: sed in domū patris mei ibis, & in tribum meam, & sumes vxorē filio meo inde: & cętera si legantur† quomodo illi mandata sint, sed sentētia eadem reperitur, verba verò non omnia, vel ipsa vel ita dicta sunt. Quod admonendū putaui propter stultos & indoctos homines, qui Euangelistas hinc calumniantur, quòd in aliquibus verbis non omnino conueniunt, quāuis rebus atque sententiis omnino non discrepent. Certè enim istum librum vnus homo scripsit, qui ea quæ suprà dixit cùm mandaret Abrahā, vel relicta sic ponere potuit, si ad rē pertinere iudicaret, cùm veritas narrationis non† exigitur, nisi vt rerum sententiarūmq; sit, quibus voluntās, propter quā intimandā verba fiunt, satis apparet. QVOD habēt Latini codices narrante seruo Abrahæ quæ sibi mādauerat dominus eius? Tunc innocēs eris à iuramēto meo vel iurātione mea. Græci habent, à maledicto meo: ὅρκος enim dicitur iuratio, κατάρα maledictū: vnde & κατάρατος maledictus vel ὀπικατάρατος dicitur. Proinde oritur quæstio, quomodo ista iuratio maledictū posset intelligi, nisi quia maledictus est qui contra iurationē fecerit? SI ergo facitis misericordiam & iustitiā ad dominum meū, renunciate mihi. Duo illa quę assiduè ponuntur in aliis sanctis scripturis, & maximè in Psalmis, misericordia & iustitia, tantundem enim valet, misericordia & veritas, hinc iam apparere cœperunt.

ECCE Rebecca in conspectu tuo. Accipiens eam recurre, & sit vxor filij domini tui, quemadmodū locutus est Dominus. Quæritur quando locutus sit Dominus nisi quia vel prophetā esse Abraham nouerant, & propheticè à Domino dictum, quod per illum dictum fuerat, agnoscebant: aut signū illud quod sibi† dictum seruus eius narrauit, locutionem Domini appellauerunt hoc enim magis de Rebecca expressum est. Nā quod Abraham dixerat, non de Rebecca dixerat, sed de aliquā femina ex tribu vel cognatione sua: & hoc ad vtrūque, vt immunis esset, à iuramēto seruus, si non impetrasset, quod vtiq; non dicitur cùm aliquid prophetatur. Certā enim decet esse prophetiam. QVOD Rebeccæ dixerūt fratres eius proficiscēti, Soror nostra es, esto in milia milium, & hæreditatem obtineat semen tuum, ciuitates aduersariorum tuorum: non prophetę fuerūt, aut vanitate tam magna optauerunt, sed eos quæ promiserat Deus Abrahæ latere non potuit.

QVOD scriptū est, Exiit Isaac exerceri in cāpo meridie. Qui verbū de hac re Græcum nesciunt, exercitationem corporis putant. Scriptum est autem Græcè ἀδολεχεῖν, ἀδολεχεῖν verò ad animi exercitationē pertinet, & sæpe vitio deputatur. More † autē scripturarū plerunque in bono ponitur. Pro isto verbo quidā interpretes nostri exercitationē, quidam garrulitatē, quasi verbositatē, quæ in bonum quantum ad Latinum eloquiū pertinet, vix aut nunquā inuenitur, sed vt dixi in scripturis plerunq; in bono dicit: & videtur mihi significare animi affectum studiosissimè aliquid cogitantis cū delectatione cogitationis, nisi aliud sentiūt qui hęc verba Græca melius intelligūt. ADIICIENS autem Abrahā sumpsit vxorē nomine Cethurā. Quæstio hic esset, si peccatū est maximè in antiquis dantibus operā propagādæ proli. Quidlibet enim hic quā incontinentia suspicanda est tanti viri, in illa præsertim iam ætate. Cur autem in hac filios fecerit, qui cū miraculo de Sara fecerat, suprà dictum est, quanquam nōnulli donū quod accepit Abraham velut reuiuiscentis corporis ad filios procreandos, diu permāsisse asserant, ita vt posset & alios procreare. Sed multo est absolutius de adolescētula potuisse seniorē, quod senior de seniore non posset, nisi Deus illic miraculum præstitisset, maximè propter Saræ non solum ætatem, verumetiam sterilitatē. Sanè etiā grandioris ætatis, & sicut scriptura loquitur, plenum dierum posse dici seniorem, hoc est presbyterum, hinc intelligi potest, quia hoc Abrahā appellatus est quando mortuus est. Proinde omnis senex etiā presbyter, non omnis presbyter etiā senex: quia plerunque hoc est nomen ætatis quæ intra senectutem senecturi vicina est, & ex hoc etiā ipsa à senectute nomē accepit. In Latina autē lingua presbyter senior appellatur, apud Græcos autem maximè, sicut scriptura loquitur, πρεσβύτερος & νεώτερος dicuntur, etiā si ætates iuuenum cōparētur, quod dicimus nos maiorē atque minorē. Veruntamē hoc factū Abrahæ, quod post mortē Sarę de Cethura filios procreauit, non sic accipiendum est, quasi humana consuetudine & cogitatione tantūmodo substituēdæ numerosioris prolis hoc factum sit. Sic enim possent accipere homines etiā quod de Agar factum est, nisi Apostolus admoneret illa fuisse facta propheticè, vt in vtrisq; personis mulierū, earūmque filiorum duo testamenta ad futurorum prænunciationem allegorica significatio figuraret. Vnde in isto quoque Abrahæ facto tale aliquid quærendū est. Si non facilè occurrat, ego interim quod occurrit. Munera quæ acceperunt filij concubinarum, videtur mihi significare quędam dona Dei, vel in sacramētis, vel in quibusque signis, etiam carnali populo Iudæorum & hereticis data, velut filiis concubinarū, cùm hæreditatis munus, quod est charitas & vita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est, ad filios promissionis. QVID sibi vult quod scriptum est, Hæc sunt nomina filiorū Hismael secundum nomina generationum eorum? Non enim satis elucet cur additum sit, Secundum nomina generationum eorum: cùm ij soli nominētur quos ille genuit, non etiā qui ab ipsis geniti sunt. Nisi fortè quia nationes ex illis propagatæ, eorum nominibus appellantur, & hoc significatum sit cum dictum est, Secundum nomina generationū eorum: quāuis hoc modo illæ nationes sint potius secundū nomina istorū, non ista nomina secundū illas nationes, quia illæ posterius extiterunt. Vnde notanda locutio est, quia & postea de illis dicitur, duodecim principes secundū gentes eorū.

QVOD de Rebecca scriptum est, quia venit interrogare Dominū cùm gestirent puerperia in vtero eius quæritur quò ierit? Non enim erāt tunc prophetæ aut sacerdotes secūdum ordinem tabernaculi, vel templi Domini. Quò ergo ierit, meritò mouet, nisi fortè ad locum vbi aram constituerat Abrahā. Sed illic quomodo responsa dentur, omnino tacet scriptura, vtrum per aliquem sacerdotem, quod incredibile est, si erat, non fuisse nominatum, & nullam ibi omino sacerdotū aliquorum factam esse mentionē. An fortè ibi cùm orando allegassent desideria sua, dormiebāt in loco, vt per somniū monerentur? an adhuc viuebat Melchisedech, cuius tanta fuit excellentia, vt à nonnullis dubitetur, vtrū homo, an angelus fuerit? an erant aliqui tales etiā illo tēpore homines Dei in quibus posset Deus interrogari? Quicquid horum est, & si quid aliud quod memorātē ne cōmemorarē prætererit, mentiri tamen scriptura non potest, quæ dixit Rebeccā iisse ad interrogādum Dominum, eiq; Dominum respondisse. IN EO quod Dominus respōdit Rebeccæ, Duæ gētes in vtero tuo sunt, & duo populi de vētre tuo separabūtur, & populus populū superabit, & maior seruiet minori: spiritali intelligentia carnales in populo Dei significantur per maiorē filium, & spiritales per minorem: quia sicut dicit Apostolus, Nō prius quod spiritale, sed quod

al. quemadmodum.

al. exigit.

al. iuniorem.

al. tamen.

al. datum.

QVAEST. LXIV. Genes. 24. c. 41.

QVAEST. LXV. Genes. 24. f. 49.

QVAEST. LXVII. Genes. 24. f. 51.

QVAEST. LXVIII. Genes. 24. g. 61.

QVAEST. LXIX. Genes. 24. g. 62.

QVAEST. LXX. Genes. 25. a. 1.

Gal. 4. c. 22.

QVAEST. LXVI. Genes. 25. b. 12.

QVAEST. LXXII. Genes. 25. c. 22.

QVAEST. LXXIII. Genes. 25. c. 23.

1. Cor. 15. f. 46.

animale, postea spiritale. Solet & sic intelligi hoc quod dictum est, vt in Esau figuratus sit maior populus Dei, hoc est, Israeliticus secundum carnem: per Iacob autē figuratus sit ipse Iacob secundum spiritalem progeniē. Sed etiam historica proprietate hoc respōsum inuenitur esse completum, vbi populus Irael, hoc est, Iacob minor filius, superauit Idumæos, hoc est, gentem quā propagauit Esau, cōsque fecit tributarios per Dauid, quod diu fuerunt vsque ad regem scilicet Ioram, sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugū Israelitarum Idumæi à ceruice sua deposuerunt: secundum prophetiā ipsius Isaac quando minorem pro maiore benedixit, hoc enim dixit & de maiore, cùm & ipsum postea benediceret. IACOB autem erat homo simplex habitans domum. Quod Græcè dicitur ἄπλαστος, hoc Latini simplicem interpretati sunt. Propriè autē ἄπλαστος non fictus: vnde aliqui Latini interpretes, sine dolo, interpretati sunt, dicentes, Erat Iacob sine dolo habitans in domo: vt magna sit quæstio, quomodo per dolum acceperit benedictionem qui erat sine dolo. Sed ad significandum magnum aliquid quod scriptura prætermisit. Hinc enim maximè cogimur ad intelligēda illo loco spiritalia, quia sine dolo erat qui dolū fecit. Vnde quid sentiremus, in sermone quodam ad populum habito satis diximus. IN eo quod scriptum est. Facta est autem fames super terram præter famem quæ antè facta est in tempore Abraham. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Queritur hoc quādo sit factum, vtrum postea quam Esau vendidit primogenita sua cibo lenticulæ, post illam quippe narrationem hoc narrari incipit: an vt fieri solet per recapitulationem narrator ad ea reuersus sit, cùm progressus de filiis eius ad eum locum peruenisset, qui de lenticula commemoratur. Mouet autem, quia ipse inuenitur Abimelech, qui etiam Saram concupiuerat. Ipsius enim paranymphus & princeps militiæ, qui ibi cōmemorati sunt, etiam hîc commemorantur, vtrum vel viuere potuerint. Quando enim factus est amicus Abrahæ, nondum natus erat Isaac, sed iam promissus. Ponamus antequā nasceretur Isaac, illud fuisse factū. Deinde Isaac suscepit filios cùm esset annorum sexaginta: illi autem iuuenes erant quando vendidit Esau primogenita sua. Ponamus etiam ipsos circa viginti annos fuisse, fiunt anni ætatis Isaac vsque ad illud factum filiorum eius, circiter octoginta. Adolescentem accipiamus fuisse Abimelech quando matrem ipsius concupiuit, & Abrahæ amicus est factus. Potuit ergo iam esse quasi cētenarius, si post illud factum filiorum suorum perrexit in eam terram famis necessitate Isaac. Non ergo ex hoc cogit vlla necessitas per recapitulationem putare narratam profectionē Isaac in Gerara. Sed quia ibi diuturno tempore fuisse Isaac scribitur, & puteos fodisse, & de his contendisse, & ditatum fuisse pecunia: mirum nisi recapitulādo ista cōmemorantur, quæ ideo fuerant prætermissa, vt primum de filiis eius vsque ad illum locum de lēticula narratio peueniret.

QVAEST. LXXIIII. Genes. 25. d. 27.

Serm. 44. de diuersis.

QVAEST. LXXV. Gen. 26. a. 1.

IDEO quod scriptum est de Isaac, Benedixit autem eum Dominus, & exaltatus est homo, & procedēs maior fiebat quoadusque magnus factus est valde: secundū terrenam felicitatē dictum sequentia docent. Exequitur enim narrator easdem eius diuitias, quibus magnus factus est, & hinc motus Abimelech, timuit illū ibi esse, ne potentia eius sibi esset infesta. Quanquā ergo spiritale aliquid ista significent, tamen secundum id quod ita contigerunt, ideo præmissum est, benedixit eum Dominus: vt sana fide intelligamus etiam ista tēporalia dona, nec dari posse, nec sperari debere, etiam cùm ab infirmioribus appetuntur, nisi ab vno Deo:

QVAEST. LXXVI. Genes. 26. c. 12.

A vt qui in minimis fidelis est, etiam in magnis fidelis sit: & qui in mammona iniquo fidelis inuentus est, etiam verum accipere mereatur, sicut Dominus in Euangelio loquitur. Talia etiam de Abrahā dicta sunt, quòd ei munera Dei prouenerint. Vnde non parum ædificat sanam fidem piè intelligētibus ista narratio, etiamsi de his rebus allegorica significatio nulla posset exculpi.

Luc. 16. b. 10.

FIAT execratio inter nos & inter te: id est, iuratio quæ maledictis obstringit, quæ accident ei qui peierauerit: secundum quā considerandum est quod & seruus Abrahæ cōmemorauit, narrans eis à quibus accepit vxorē domino suo Isaac. QVID est quod scriptum est, quòd cùm venissent pueri Isaac & dixissent, Fodimus puteum, & non inuenimus aquam: appellauit eundem puteum Isaac iuramentum? An quamuis factum sit, in aliquam significationem, sine dubio, ducendum est spiritalem, quoniam nihil habet conueniē tiæ secundum literam, vt ideo iuramentum appellauerit puteum, quòd ibi aqua non sit inuenta: quanquam alij interpretes pueros Isaac inuentam potius aquam nunciasse dixerunt, sed etiam sic quare iuramentum appellatum est, vbi nulla facta fuerunt iuramenta?

QVAEST. LXXVII. Genes. 26. f. 29.

QVAEST. LXXIII. Genes. 26. g. 32.

QVONIAM tantus Patriarcha Isaac antequā moriatur quærit à filio suo venationem & escam, qualem amat pro magno beneficio, & promittit benedictionē nullo modo vacare arbitramur significatione prophetica: maximè quoniam festinat vxor eius vt illam benedictionem minor accipiat, quem ipsa diligebat, & cætera in eadem narratione multū mouent ad maiora intelligenda vel requirenda. QVOD habent Latini codices, Expauit autē Isaac pauore magno valde, Græci habent, ἐξέστη δεινὸν ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, vbi tanta commutatio intelligitur, vt quædam mentis alienatio sequeretur. Ipsa enim propriè dicitur ecstasis Et quia solet in magnarum rerum reuelationibus fieri, in hac intelligendum est factam esse spiritalem admonitionem, vt confirmaret benedictionem suam filio minori, cui potius irascendum fuit quòd fefellerit patrē. Sic & de Adam cùm prophetatur hoc sacramentū magnū, quod dicit Apostolus in Christo & in ecclesia, Erunt duo in carne vna, dicitur quod ecstasis præcesserit. QVOMODO annunciata vel renunciata sunt verba Esau Rebeccæ, quibus cōminatus est occidere fratrem suū, cùm scriptura dicat hoc eum in sua cogitatione dixisse: nisi quia hinc nobis datur intelligere, quòd diuinitùs ei reuelabantur omnia. Vnde ad magnum mysterium pertinet, quòd filium suum minorē pro maiore voluit benedici. QVOD habent Latini codices, Isaac dicente filio suo, Vade in Mesopotamiam in domū Bathuel patris matris tuæ, & sume inde tibi vxorē, Græci codices non habēt vade, sed fuge: hoc est, φύγε ἐκεῖ. Vnde intelligitur etiam Isaac cognouisse, quod filias eius Esau de fratre suo in cogitatione sua dixerit. ET surrexit Iacob de somno suo & dixit, quia est Dominus in loco hoc, ego autē nesciebā: & timuit, & dixit, quā terribilis locus hic, hîc nō est nisi domⁿ Dei, & hæc est porta cæli. Hæc verba ad Prophetiā pertinēt, quia ibi futurū erat tabernaculū quod cōstituit Dominus in hominibⁿ in primo populo suo. Portā autē cæli sic intelligere debemus, tanquā inde sit aditⁿ credētibus ad capessendū regnum cælorū. QVOD statuit lapidē Iacob quē sibi ad caput posuerat, & cōstituit eū titulū, & perfudit illū oleo, non aliquid idololatriæ simile fecit. Non enī vel tunc vel postea frequētauit lapidē adorādo, vel ei sacrificādo: sed signū fuerat in prophetia euidentissima cōstitutū, quæ pertinet ad vnctionem, vnde Christi nomen à chrismate est. ET vocauit Iacob nomen loci illius Domus Dei, & Vlamaus

QVAEST. LXXIX. Gen. 27. a. 1.

QVAEST. LXXX. Genes. 27. c. 33.

QVAEST. LXXXI. Genes. 27. g. 42.

QVAEST. LXXXII. Gen. 28. a. 2.

QVAEST. LXXXIII. Genes. 28. c. 16.

QVAEST. LXXXIIII. Genes. 28. d. 18.

QVAES. LXXXV. Genes. 28. d. 19.

maus erat nomen ciuitati antè. Iuxta ciuitatem dormisse si intelligatur, nullā quæstio est. Si autem in ciuitate, mirum videtur quomodo potuerit illum titulum constituere. Quod autem vouit votum si prosperaretur eundo & redeundo, decimasque promisit domui Dei futuræ in locō illo, prophetia est domus Dei: vbi & ipse rediens Deo sacrauit, nō illum lapidē Deū appellās, sed domum Dei, id est, quia in illo loco futura erat domus Dei. QVOD venit Rachel cum ouibus patris sui, & dicit scriptura, quòd cū vidisset Iacob Rachel filiam Laban fratris matris suæ, accessit & removit lapidem ab ore putei: magis notandum est, aliquid scripturā prætermittere quod intelligere debemⁿ quàm vllam quæstionē esse mouendam. Intelligitur enim quòd illi cum quibusⁿ primò loquebatur Iacob, interrogati quæ esset quæ veniebat cū ouibⁿ, ipsi dixerunt filiam esse Laban quā vtique Iacob non nouerat, sed illius interrogationem, responsionemque illorum, scriptura prætermittens intelligi voluit. QVOD scripū est, Osculatus est Iacob Rachel, & exclamās voce sua fleuit, & indicauit ei, quia frater est eius, & quia filiⁿ Rebeccæ est. Consuetudinis quidē fuit, maximè in illa simplicitate antiquorū, vt propinqui propinquos osculārētur, & hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri potest, quomodo ab incognito illa osculum acceperit, si postea indicauit Iacob propinquitatē suā. Ergo intelligendum est, aut illū qui iā audierat quæ illa esset, fidenter in eius osculum irruisse, aut postea scripturā narasse per recapitulationē quod primò factū erat, id est, quod indicauerit Iacob quis esset. Sicut de paradiso postea dicitur, quomodo Deus eū instituerit, cū iā dictū esset, quòd plātauit Deus paradisū, & posuerit illic hominem quē finxerat: & multa alia per recapitulationem dicta intelliguntur. QVOD scriptum est, Seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant in cō spectu eius velut pauci dies, eo quod diligebat illam: quærendum quomodo dictum sit, cùm magis etiam breue tēpus longū esse soleat amantibus. Dictū est ergo propter laborem seruitutis, quem facilē & leuem amor faciebat. SI parum aduertatur rei huius narratio, putabitur quòd posteaquam Liam Iacob duxit vxorem, deinde seruiuit alios septem annos pro Rachel, & tunc eam duxit. Veruntamen non ita est, sed Laban ei dixit, Consūma itaque septimanā istius, & dabo tibi, & hanc pro opere quod operaberis apud me adhuc septē annos alios. Quod itaque ait, cōsumma septimanam istius: ad nuptiarum celebrationē pertinet, quæ septē diebus celebrari solent. Hoc itaque ait, Imple dies nuptiarū septem pertinentes ad istam quā duxisti, & dabo tibi, & hanc pro eo quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequitur, Fecit autē Iacob sic, & impleuit septimanā eius, id est, septē dies nuptiarū Liæ: & dedit illi Laban Rachel filiam suā ipsi vxorem. Dedit autem Laban Rachel filiæ suæ Balā ancillam suam ei ancillam, & intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis quàm Liam, & seruiuit illi septē annos alios. Vtique apparet quia posteaquā duxit Rachel, tunc seruiuit pro ea septem annos alios. Nimis enim durū & valde iniquum fuit, vt deceptum adhuc differret alios annos septem, & tunc eam traderet, quam primò debuit. Septem diebus solere nuptias celebrari, etiam liber Iudicum ostendit in Samsone quando fecit conuiuium septem diebus. Et addidit scriptura, quòd sic solerent facere iuuenes: fecit autem hoc propter nuptias suas. NON facilè dignoscitur, quas concubinas appellat scriptura, quas vxores, quandoquidem & Agar dicta est vxor, quæ postea dicitur concubina, & Cethura, & ancillæ quas

QVAEST. LXXXVI. Genes. 29. b. 10.

QVAEST. LXXXVII. Genes. 29. b. 11.

QVAEST. LXXXVIII. Genes. 29. c. 20.

QVAEST. LXXXIX. Genes. 29. c. 27.

Iudic. 14. c. 11.

QVAEST. XC. Gen. 30. Gen. 16. a. 4. Gen. 25. a. 1. Gen. 30.

A dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi fortè omnis cōcubina vxor, non autem omnis vxor concubina more loquēdi scripturarum appelletur: id est, vt Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinæ dici non possint. Agar verò & Cethura, & Bala & Zelfa & vxores & cōcubinæ. QVOD Latini habent, nato filio Liæ de Zelfa, quòd dixerit Beata facta vel felix facta sū Græci habent, εὐτύχη, quod magis bonam fortunā significat. Vnde videtur occasio non bene intelligentibus dari, tanquā illi homines fortunā coluerint, aut hoc verbū diuinarum scripturārum autoritas in vsu receperit: sed fortuna intelligēda est prolis rebⁿ quæ fortuitu videtur accidere, non quia numen aliquod sit, cū hæc ipsa tamē quæ fortuita videtur, causis occultis diuinitus dētur. Vnde etiā verba, quæ nemo potest auferre à cōsuetudine loquēdi, patata sunt, id est, fortè & fortasse & forsitan & fortuitu. Vnde videtur & in Græca lingua resonare, quod dicunt τύχη velut ab eo quod est τυχή. Aut certè Lia propterea sic locuta est, quòd adhuc gētilitatis consuetudinē retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, vt ex hoc data huic verbo putetur autoritas.

QVAEST. XCI. Genes. 30. b. 11.

B QVOD Iacob dixit, Et benedixit te Dominus in pede meo: satis aduertendum est, & notandus scripturarum sensus, ne cùm ita quisque locutus fuerit, quasi augurari videatur. Multum enim interest quod adiecit, Benedixit te Dominus in pede meo. In ingressu enim meo voluit intelligi, hic gratias agens Deo.

QVAEST. XCII. Genes. 30. c. 30.

IN facto Iacob cùm virgas excorticauit, detrahens viridē vt albū variè appareret, & sic in conspectu fœtus pecorū variarētur, cū matres in aluēis aquarū biberēt, & visis virgis illā variētatē cōciperent, multa dicuntur similiter fieri in animaliū fœtibus: sed & mulieri accidisse traditur, & scripū reperitur in libris ātiquissimi & peritissimi medici Hippocratis, quod suspicione adulterij fuerat puniēda cū puerū pulcherrimū peperisset vtrique parenti generiq̄ dissimile: nisi memoratus medicus soluisset quæstionē, illis admonitis quærere, ne forte aliqua talis pictura esset in cubiculo: qua inuēta mulierā suspicione liberata est. Sed ad hāc rē quā fecit Iacob virgarū ex diuersis arboribus triēm copulatio, quid cō tulerit vtilitatis, quod attinet ad varias pecudes multiplicandas, non apparet omnino: nec aliquid ad hoc commodū interest, vtrum ex vnius generis lignovariētur virgæ, an plura sint lignorū genera: cum sola quæratur lignorū varietas: ac per hoc cogit īquiri prophetiā, & aliquā figuratā significationem res ista, quam sine dubio vt Propheta fecit Iacob, & ideo nec fraudis arguendus est. Non enim tale aliquid, nisi reuelatione spiritali cū fecisse credendū est. Quod autē ad iustitiam pertinebat, sicut alij interpretes apertius hoc narrant non ponebat virgas in secundo cōceptu ouiū, quod tanto obscurius, quanto breuius à septuaginta dictū est: † Quæ cum peperissent, non ponebat: quod intelligitur cū primùm peperissent, vt iam non solere ponere intelligatur, cum secundo parituræ essent, ne ipse auferret omnes fœtus, quod iniquum † fuit.

QVAEST. XCIII. Genes. 30. d. 31.

al. quia.

al. foret.

QVOD Laban dicit, Quare furatus es deos meos: hinc est illud fortasse quod & augurari se dixerat, & eius filia bonam fortunam nominauerat. Et notandum est, quòd à principio libri nunc primum inuenimus deos gentium. superioribus quippe scripturæ locis Deum nominabant. QVID est quod dicit Iacob socero suo, Et decepisti mercedem meam decem agnabus? Hoc enim quomodo & quando factum sit, scriptura non narrat: sed vtique factum est quod iste commemorat, Nam dixit hoc & vxoribus suis, quando eas vocauit in campum, Conquerens enim de patre illarum, ait inter cætera, Et

QVAEST. XCIV. Genes. 31. f. 41.

mutauit mercedem meam decem agnorum. Intelligitur ergo per singula tempora partus ouium, cùm Labã videret tales fœtus esse natos, quales placuerat vt ad Iacob pertinerent, pactum fraude mutasse, & dixisse vt futuro fœtu alios pecudum colores haberet in mercede Iacob. Tunc autem ille virgas varias non supponebat, & non nascebãtur varij, sed vnius coloris, quæ Iacob ex nouo pacto auferebat. Quod cùm vidisset Laban, rursus pactum fraude mutabat, vt ad Iacob varia pertinerent, tunc illarum suppositione virgarum varia nascebantur. Ergo quod ait Iacob vxoribus suis, Mutauit mercedẽ meam decem agnorum: & postea ipsi Laban, Decepisti mercedẽ meam decẽ agnabus, non ita dixit quasi prouenerit socero eius ipsa fraus: vt enĩ nõ ei proueniret, Deum sibi dixit aduersus illũ fuisse: decẽ verò agnos vel decem agnas, pro decẽ temporib⁹ posuit, quibus oues quas pascebat per sexenniũ peperẽrũt. Bis quippe pariebant in anno. Cõtigerat autem vt primo anno, quo inter se pacti sunt, & ad eas pascendas placito huius mercedis accessit, quod semel parerent in fine anni, quia cùm accessisset iam semel peperẽrant. Rursumq; sexto anno, id est, vltimo, cùm semel peperissent, exorta necessitate profectionis, prius recederet, quàm iterum parerent: ac per hoc cum primus annus atque vltimus duos ouiũ partus sub illo haberent, hoc est, singulos, medij verò quatuor anni binos, fiunt omnes decẽ. Nec mirũ quòd hæc decẽ tempora nomine agnorum appellauit, qui eisdẽ tẽporibus nascebantur: velut si quisquã dicat per tot vindemias, aut per tot messes, quib⁹ numerus intelligatur annorũ. Vnde ait quidam, Post aliquot aristas: per aristas videlicet messes, & per messes annos significans. Pecudũ autem illius regionis fœcunditas, sicut Italarum, tanta fertur, vt bis in anno pariant. SVMPSIT autem Iacob lapidẽ, & cõstituit eum titulũ. Diligenter animaduertẽdũ est, quomodo istos titulos in rei cuiusque testimonio constituebant. Non vt eos pro diis colerent, sed vt eis aliquid significarent. QVOD aceruum lapidum quem inter se constituerant Laban & Iacob aliquanta diuersitate appellauerunt, vt cum vocaret Laban aceruum testimonij, Iacob aceruum testem: traditur ab eis qui & Syram & Hebræam linguã nouerũt, propter proprietatẽ suæ cuiusque linguæ factũ. Fieri enim solet, vt alia lingua non dicatur vno verbo: quod alio dicitur, & vicinitate significationis quidque appelletur. Nam postea dicitur, Propter hoc appellatũ est nomẽ aceruus † testatur. Hoc enim mediè positum est, quod vtriq; cõueniret, & ei qui dixerat aceruus testimonij, & ei qui dixerat aceruus testis. QVID est quod loquẽdo Labã ad Iacob dicit, Testatur aceru⁹ hic, & testatur titulus hic, ꝓpter hoc appellatur nomẽ, aceruus † testatur: & visio quã dixit, Respiciat De⁹ inter me & te, nisi fortè ordo est, Et visio quã dixit Deus, respiciat inter me & te, nisi me & te. De⁹ quippe illi dixerat in visione, ne læderet & deleret Iacob. QVID est quod dicit in cõsequẽtibus Labã, Vide, nemo nobiscũ est, nisi fortè nemo extrancorũ, aut propter testificationẽ Dei, quẽ ita habere deberent, tanquã nemo cum eis esset, quem testimonio eius adiungerent. ET iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac. Per timorem vtiq; quo timebat Deũ, quem timorẽ etiam superius commendauit, cùm diceret, Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac. CASTRA Dei quæ vidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est quòd angelorum fuerit multitudo: ea quippe in scripturis militia cæli nominatur. NVNCIATO sibi fratre suo Iacob veniente obuiam ei cum quadringentis viris, turbatus est quidem & mente confusus, quoniam timuit valde: & visum est homini perturbato diuisam multitudinem suam in duo castra disponere. Vbi quæri potest, quomodo habuerit fidem promissis Dei, quãdoquidem dixit, Si venerit ad castra prima frater meus & exciderit ea, erunt secunda in salutem. Sed etiam hoc fieri potuit, vt euerteret castra eius Esau, & tamẽ Deus post illam afflictionem adesset & liberaret eum, & quæ promisit impleret. Et admonendi fuimus hoc exemplo, vt quãuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prętermittentes ea, Deũ tentare videamur. Denique post hæc, quæ verba dicat idem Iacob, cõsiderandũ est. deus, inquit, patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi, Recurre in terram generationis tuæ, & benefaciã tibi, idoneus es mihi ab omni iustitia & ab omni veritate quę fecisti puero tuo. In virga enim mea ista transiui Iordanem hunc, nunc autẽ factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, quia ego timeo illum, ne cùm venerit feriat mẽ & matres super filios. Tu autem dixisti, Benefaciam tibi, & ponam semen tuum tanquã arenam maris, quæ nõ dinumerabitur præ multitudine. Satis in his verbis & humana infirmitas, & fides pietatis apparet. QVOD Latini codices habent de Iacob, Dixit enim placabo vultum eius in muneribus præcedẽtibus eum: scriptor libri qui narrans ait de Iacob, Dixit enim placabo vultũ eius: huc vsque verba Iacob dixisse intelligitur, cætera verò sua intulisse quod ait, In muneribus præcedẽtibus eũ: tanquam diceret, in muneribus quæ præcedebant Iacob, placabo vultum fratris mei. Ordo est ergo verborum Iacob, Placabo vultum eius, & post hoc videbo faciẽ eius, forsitan enim suscipiet faciẽ meam. Interposita autem sunt verba scriptoris, In muneribus præcedentibus eum. QVOD ab illo angelo desiderat Iacob benedici, cui luctãdo præualuit, magna est de Christo prophetia. Nam eo ipso admonet mysticũ aliquid sapere, quia omnis homo à maiore vult benedici. Quomodo ergo ab eo benedici iste voluit, quẽ luctando superauit? Præualuit enim Iacob Christo, vel potius pręualere visus est, per eos Israelitas à quib⁹ crucifixus est Christus, & ab eo tamen benedicitur in eis Israëlitis qui crediderunt in Christũ, ex quibus erat: qui dicebat, Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahã de tribu Beniamin. Vn⁹ ergo atq; idẽ Iacob & claudus & benedictus: claudus in latitudine femoris tãquã in multitudine generis, de quibus dictũ est, Et claudicauerũt à semitis suis: benedictus autẽ in eis de quibus dictũ est, Reliquiæ per electionem gratię saluę factę sunt. QVID sibi vult quod ait Iacob fratri suo, Propter hoc vidi faciẽ tuã quemadodũ cùm videt aliquis faciem Dei; vtrum pauentis & perturbati animi verba vsq; in hanc adulationem proruperũt: an secundũ aliquem intellectũ sine peccato dicta accipi possunt? Fortassis enim quia dicti sunt & gẽtium dij quæ sũt dęmonia, non præiudicetur ex his verbis homini Dei. Non enim dixit, Quẽadmodum si viderem faciem Dei: sed, Cùm videt aliquis: ipse † enim aliquis, quem significare possit, incertũ est: atque ita fortasse tẽperata sunt verba, vt & ipse Esau sibi delatum tantum honorem gratè acciperet, & qui hæc etiam aliter intelligere possunt, eum à quo dicta sunt nullo crimine impietatis arguerẽt. Quod etsi benigno animo dicta hæc verba fraterna sunt, quoniam & post bonam susceptionẽ metus ipse trãsierat, potuit sic dici, quemadmodũ & Moyses Pharaonis deus dictus est, secundum quod dicit Apostolus, Et si sunt qui dicuntur dij, siue in cælo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi: maximè quia sine articulo; in Græco dictũ est; quo

Virg. in Bucol. Eclog. 4.

QVÆST. XCVI. Genes. 31. f. 46.

QVÆST. XCVII. Genes. 31. f. 47.

al. testator.

QVÆST. XCIII. Genes. 31 g. 48.

al. testator.

QVÆST. XCIX. Gen. 31.

QVÆST. C. Genes. 31. d. 53.

QVÆST. CI. Gen. 32. a. 2.

QVÆST. CII. Gen. 32. b. 6.

QVÆST. CVI. Genes. 33. c. 4.

QVÆST. CVII. Genes. 34. a. 2.

QVÆST. CVIII. Gen. 33. a. 5. Gen. 34. d. 25.

Genes. 33. d. 18.

Gen. 34. a. 1.

al. considerarei.

QVÆST. CIII. Genes. 31. c. 20.

QVÆST. CIIII. Genes. 31. f. 26.

Rom. 11. a. 1.

Psal. 17. a. 46.

Rom. 11. a. 5.

QVÆST. CV. Genes. 33. b. 10.

al. autem.

Exodi 7. a. 1.

1. Cor. 1. b. 5

quo articulo euidẽtissimè solet Dei veri vnius fieri significatio. Non enim dixit, ὡς πρόσωπον τοῦ θεοῦ, sed dixit, πρόσωπον θεοῦ: facilè enim hoc intelligunt qua distantia dicatur, qui Græcorum eloquiũ audire atq; intelligere solent. QVÆRITVR vtrum mendaciter promiserit Iacob fratri suo, quod sequẽs pedes suorum, in itinere propter quos sic moraretur, vẽturus esset ad eũ in Seir: hoc enim sicut scriptura deinde narrat, nõ fecit, sed eo perrexit itinere q; dirigebat ad suos. An fortè veraci animo promiserat, sed aliud postea cogitãdo delegit? QVOMODO scriptura dicit, quod vidit Sichẽ filius Emor Euæi, princeps terræ, Dinam filiã Iacob & accepit eam & dormiuit cum ea & humiliauit eam: & intendit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit virginẽ, & locutus est secundũ sensum virginis ipsius? Quomodo virgo appellatur, si iam cũ illa dormierat, camq; humiliauerat? Nisi fortè virgo nomen ætatis est secundũ Hebręum eloquium: an potius per recapitulationẽ postea cõmemoratur quod primò factum est? Prius enim potuit intendere animæ ipsius & amare virginẽ, & loqui secundũ sensum virginis, deinde cum illa dormire, eãque humiliare. CVM paulo antè loquens Iacob cũ fratre suo Esau, infantes filios suos esse significet, qui Græcè dicũtur παῖδες, quæri potest, quomodo potuerunt facere tantam stragem direptionémque ciuitatis, interfectis (quãuis in dolore circuncisionis cõstitutis) pro sorore sua Dina. Sed intelligẽdum est, diu illic habitasse Iacob, donec & filia eius virgo fieret & filij iuuenes. Nam ita scriptũ est, Et venit Iacob in Salem in ciuitatem Sichimorũ, quæ est in terra Chanaan, cùm aduenit de Mesopotamia Syriæ, & applicuit ad faciẽ ciuitatis, & emit partem agri in quo statuit illic tabernaculum suum, ab Emor patre Sichem centũ agnis, & statuit ibi aram & inuocauit Deum Israel. Exiit autẽ Dina filia Liæ quam peperit ipsi Iacob, vt † condisceret filias regionis eius: & cætera. Apparet ergo his verbis nõ transeunter, sicut viator solet, illic mansisse Iacob, sed agrum emisse, & tabernaculum constituisse, aram instruxisse, ac per hoc diutius habitasse: filiã verò eius cũ ad eã venisset ætatem vt amicas iam habere posset, cõdiscere voluisse filias ciuium loci: atque ita factam esse pro illa cruentissimam cædem & deprædationẽ, quæ iam, vt puto quæstionem non habet. Multitudo enim non parua erat cum Iacob, qui plurimum ditatus fuit, sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdem facti principes atque autores fuerunt. QVOD ait Iacob timens bella finitimorum apud ciuitatem Salem, quã expugnauerunt filij eius, Ego autem exiguus sum numero, & conuenientes super me, occident me: propter bella plurium quæ consurgere poterant, sed dixit numero exiguũ, non quod minus multos haberet, quã possent sufficere ad expugnationem illius ciuitatis, cũ suos in itinere in bina castra diuiserit. DIXIT autem Deus ad Iacob, Surge & ascende in locum Bethel & habita ibi, & fac ibi aram Deo qui apparuit tibi cùm fugeres à facie Esau fratris tui. Quid est quod non dixit, Et fac ibi aram mihi qui apparui tibi: sed Deus dicit, Fac ibi aram Deo qui apparuit tibi: vtrum filius ibi apparuit, & Deus patet hoc dicit, an in aliquo genere locutionis annumerandum sit? QVOD Iacob ascẽsurus Bethel, vbi iussus est aram facere, dixit domui suę & omnibus qui cũ illo erant, Tollite deos alienos qui vobiscũ sunt de medio vestri: & cętera. Deinde dicitur & dederunt Iacob deos alienos qui erant in manibus eorum, & inaures quæ erant in auribus eorum. Quæritur quare & inaures, quæ si ornamenta erant, ad idololatriã non pertinebant, nisi quia intelligendũ est phylacteria fuisse deorum alienorũ. Nam Rebeccam à seruo Abrahæ inaures accepisse scriptura testatur: quod nõ fieret si eis inaures habere ornamẽti gratia non liceret. Ergo illæ inaures quæ cum idolis datæ sunt, vt dictum est, idolorum phylacteria fuerunt. ET factus est timor Dei in ciuitatibus quæ circa illos erant, & non sunt secuti post filios Israel. Incipiamus enim aduertẽre quẽadmodum Deus operetur in hominum mentibus. A quo enim timor Dei factus est in illis ciuitatibus, nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filiisque tuebatur? VENIT autem Iacob in Luzan, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel. Animaduertendum est tria iam nomina huius ciuitatis commemorata: Vllamaus, quod dictum est eam prius vocatam, cùm illuc prius pergens in Mesopotamiam venisset Iacob: & Bethel, quod nomen ipse imposuit, & interpretatur domus Dei: & Luza, quod modò cõmemoratũ est. Nec mirũ debet videri. multis enim locis hoc accidit in ciuitatibus, & influminibus, & in quibusque terrarũ, vt ex aliis atque aliis causis vel adderentur, vel mutarẽtur vocabula, sicut etiam ipsis hominibus. ITERVM in Luza apparuit Deus Iacob & dixit ei, Nomen tuum iã non vocabitur Iacob, sed Israel erit nomẽ tuum. Hoc dicit ecce iterũ Deus in benedictione, quæ repetitio confirmat magnũ promissum hoc nomine. Nam hoc mirũ est, quibus enim semel dictũ est, amplius eos non vocari quod vocabantur, sed quòd eis nomen nouum imponebatur: omnino amplius aliquid nõ vocatos nisi quod eis impositum sit: istum autem per vitam suam & deinceps post vitam suam appellatum esse Iacob, cui semel Deus dixerat, Non iã vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuũ. Nimirũ ergo nomen hoc ad illã rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur Deus, quomodo non est antea patribus visus: vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis, & Dei visio summum erit præmium. IN promissis Iacob dicitur, Gentes & congregationes gentiũ erunt ex te. Quæritur vtrum gentes secũdũ carnem, congregationes autẽ gentium secundũ fidẽ: an vtrũque propter fidem gentiũ dictum est, si gentes appellari nõ possunt vna gens Israel secundũ carnem? ASCENDIT autẽ Deus ab eo loco vbi locutus est cũ est: & statuit Iacob titulũ in loco in quo locutus est cum eo, titulũ lapideũ: & libauit super eum libamen, & infudit super eum oleũ, & vocauit Iacob nomẽ loci in quo locutus est cum eo illic Deus, Bethel, Iterũ factũ est hoc loco quod factũ fuerat, an iterũ cõmemoratum est? Sed quodlibet horũ sit super lapidẽ libauit Iacob, nõ lapidi libauit. Non ergo sicut idololatræ solent aras ante lapides cõstituere, & tãquã dis libare lapidibus. QVOD duodecim filij cõputantur Israel qui nati sunt, vt dicitur, Hi sunt filij Israel qui nati sunt ei in Mesopotamia, cũ Beniamin longè postea natus sit, cùm iã transisset Bethel, & appropinquarent Bethleẽ. Frustra quidã conantes istam soluere quæstionẽ, dixerunt nõ legendũ, Nati sunt, sicut Latini plerique codices habent sed, Facti sunt. Græcè enim scriptũ est ἐγένοντο ita volẽtes intelligi Beniamin, quãuis ibi natus non fuerit, ibi factũ tamen quia iam fuerat in vtero seminatus, vt prægnãs inde Rachel exisse credatur, Hoc autẽ modo etiã si (nati sunt) legeretur, possent dicere iam in vtero natũ, quia cõceptus erat: sicut de sancta Maria dictũ est ad Ioseph, Quod enĩ in ea natũ est, de Spiritu sancto est: sed aliud est quod impedit hanc solutionẽ quæstionis huiꝰ quia si iã ibi Beniamin conceptus erat, qui filij Iacob grandes inde exierũt, vix annorũ duodecim esse potuerunt. Viginti namque annos illic expleuit, quotũ primis septẽ sine cõiugio fuit, donec seruiendo Lia ei desponsaretur. Vt ergo primo anno quo duxit vorẽ, ei filius

QVÆST. CXII. Gen. 35. a. 5.

QVÆST. CXIIII. Gen. 35. a. 6.

QVÆST. CXIIII. Gen. 35. b. 9.

QVÆST. CXV. Genes. 35. b. 11.

QVÆST. Genes. 35. a. 14.

QVÆST. CXVII. Genes. 35. d. 22.

Mat. 1. d. 19.

nasceretur, duodecim annorũ esse potuit primitiuus, cùm inde profectus est. Proinde si iam cõceptus fuerat Beniamin, intra decẽ menses, illa omnis via peracta est, & quicquid in itinere scriptum est de Iacob. Vnde sequitur, vt filij eius tam paruuli pro sorore sua Dina tantam stragẽ fecerint, tot homines trucidauerint, ita expugnauerint ciuitatem: in quibus Simeon & Leui, qui primi gladiis accincti intrauerint ad illos homines eósque peremerint, vndecim vnus, alter decem annorum fuisse reperiatur, etiamsi per singulos annos sine intermissione illa pepererat. Quod vtiq; incredibile est ab illius ætatis pueris illa omnia fieri potuisse, quando & ipsa Dina vix adhuc sex annorum fuit. Proinde aliter soluẽda quæstio est, vt ideo intelligatur dictum cõmemoratis duodecim filiis, Hi sunt filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ, quia inter omnes qui tã multi erant, vnus tantum erat non ibi natus, qui tamẽ inde habuit nascẽdi causam, quòd ibi mater eius patri copulata est. Sed solutio ista quæstionis aliquo exẽplo similis locutionis firmanda est. Nulla tamẽ est facilior solutio quęstionis huius, quã vt per synecdochen dictũ accipiatur. Vbi enĩ pars maior est, aut potior, solet eius nomine etiam illud cõprehendi quod ad ipsum nomẽ non pertinet. Sicut ad duodecim apostolos iam nõ pertinebat Iudas, qui etiam mortuus fuit cùm Dominus resurrexit à mortuis, & tamẽ ipsius duodenarij numeri nomen Apostolus in Epistola sua tenuit, vbi ait: eum apparuisse illis duodecim. Cũ articulo enim hoc Græci codices habent, vt non possent intelligi quicunque duodecim; sed illi in eo numero insignes. Eo modo locutionis puto & illud à Domino dictũ, Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? vt nõ ad electionẽ etiã ipse pertinere videatur. Non enim facilè inuenitur electorũ nomen in malo, nisi quando mali eligũtur à malis. Quod si putauerimus & illum electũ, vt per eius traditionem Domini passio cõpleretur, id est, malitiam eius ad aliquid electam, bene vtẽte Deo etiam malis: illud attẽdamus vbi ait: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegi: vbi declarat ad electionẽ non pertinere nisi bonos. Ac per hoc illud quod dictum est, Ego vos duodecim elegi: per synecdochen dictum est, vt nomine maioris melioríque partis, etiam illud complecteretur, quod ad ipsum nomen non pertinet. Hic modus est in hoc eodẽ loco, vbi Emor pro filio suo Sichem, vt acciperet Dinam filiam Iacob, exiit loqui cum eodẽ Iacob, & venerunt etiam filij eius qui absentes erant, & ad omnes dicit Emor: Sichom filius meus elegit animo filiam vestrã, date ergo illi eam vxorem. Quia enim potior erat patris persona, per synecdochen filiam vestrã dicens, etiã fratres tenuit hoc nomine, quorũ non erat filia. Hinc est & illud, Curre ad oues, & accipe inde mihi duos hœdos, simul enim pascebantur oues & hœdi. Et quia potiores sunt oues, earũ nomine etiam caprinũ pecus cõplexus est. Sic quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob, qui nati fuerant in Mesopotamia, ipsorum commemoratione scriptura cõplexa est etiã Beniamin, qui nõ erat ibi natus: & dictũ est, Hi sunt filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Quod post narrationẽ mortis Isaac narratur quas vxores Esau acceperit, & quos creauerit, recapitulatio intelligẽda est. Neq; enim post mortẽ Isaac fieri cœpit, cùm iam essent Esau & Iacob centũ viginti annorum. Nam eos sexagenarius suscepit, & vixit omnes annos vitæ suæ centum octoginta.

Quæstio est, quomodo scriptura dicat post mortem Isaac patris sui Esau abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in mõte Seir, cùm veniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur quòd iam illic habitabat,

1.Corint.1.a.5.

Ioan.6.g.70.

Ioan.13.b.18.

Ioan.6.g.70.

Gen.34.a.6.

Gen.27.a.9.

QVAEST. CXVIII. Genes.36. a.1.*

QVAEST. CXIX. Gen.36.a.7.

Proinde quid fieri potuerit vt scriptura fallere vel falli nõ credatur, in prõptu est cogitare, quòd scilicet Esau posteaquã in Mesopotamiã frater eius abscessit, noluit habitare cũ parentibus suis, siue ex illa cõmotione qua dolebat se benedictione fraudatũ, siue aliqua causa vel vxorũ suarum, quas odiosas videbat esse parẽtibus, vel qualibet alia: & cœperit habitare in mõte Seir. Deinde post reditũ Iacob fratris sui, facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cùm mortuũ patrẽ simul sepelissẽt, quia eos plurimũ ditatos terra illa, sicut scriptum est, minimè capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentẽ Idumæorũ. Quod scriptũ est, Hi principes horrei filij Seir in terra Edom: secundũ tẽpus quo viuebat, scriptor cõmemorat. Cùm autẽ Seir habitaret qui istos genuit, nodum veniente in illã terram Esau, nõdum vtique appellabatur terra Edom. Non enim nomẽ nisi ab ipso Esau inditũ est terræ, quoniam idẽ ipse Esau & Edom vocabatur, de quo propagati sunt Idumæi, hoc est gens Edom. Quod scriptũ est, Et ij reges qui regnauerũt in Edom antequã regnaret rex in Israel: non sic accipiendũ est, tanquã omnes reges nominati sint vsque ad ea tẽpora quibus cœperũt reges in Israel, quorũ primus fuit Saul. Multi enim fuerunt in Edom vsque in tẽpora Saul, tẽporibus etiã Iudicum, quorũ tẽpora fuerũt ante reges: sed ex his multis eos solos potuit cõmemorare Moyses, qui fuerũt antequã ipse moreretur. Nec mirũ est quod numerantibus Abrahã per Esau patrẽ gentis Edom, atq; per Rahuelẽ filiũ Esau, & Zaram filiũ Rahuelis, & Iobab filiũ Zara, cui Iobab successit in regno Balach, qui primus in terra Edom rex fuisse cõmemoratur, vsque ad vltimum regẽ quẽ potuit nominare Moyses, plures generationes inueniũtur quã numerẽtur ab Abrahã per Iacob vsque ad Moysen. Nã illic inueniuntur fere duo decim, hic autem vsque ad Moysen fermè septẽ. Fieri enim potuit, vt ideo ibi plures nominarẽtur, quia citiũ moriendo plures alter alteri successerũt. Sic etiã contigit vt alium ordinem sequens Matthæus ab Abrahã vsque ad Ioseph quadraginta duas generationes numeret. Lucas autẽ in ordine alio numerans generationes non per Salomonẽ, sicut ille, sed per Nathan ab Abrahã vsq; ad Ioseph quinquaginta quinque cõmemoret. In illo quippe ordine vbi plures nominãtur, citius mortui sunt, quàm vbi pauciores. Ne fortè autem moueat aliquem quod inter reges Edom cõmemoratur Balach filius Beor, & de similitudine nominis existimet illum esse Balach qui restitit Moysi ducenti populum Israel: sciat illum Balach Moabitam fuisse, non Idumæum, eúmque filium fuisse Sephor, non filiũ Beor. Sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam non Balach, quem Balaam conduxerat idem Balach ad maledicendũ populũ Israel. Quomodo potuerit mors Isaac, decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotẽ, sicut videtur tãquam ex ordine scriptura narrare, quocunque se quisque cõuertat inuenire difficile est. Nolo enim dicere, non posse inueniri, ne fortè me fugiat quod alium non fugit. Si enim post mortem aui sui: Isaac, decem & septem annorum fuit Ioseph, quando eum fratres in Ægypto vendiderunt, proculdubio & pater eius Iacob decimo septimo anno filij sui Ioseph cẽtum viginti annorum fuit. Genuit enim eos Isaac cũ esset annorum sexaginta, sicut scriptum est: Vixit ergo Isaac postea centũ viginti anni, quia centesimo octogesimo mortuus est: idcirco dimisit filios centum viginti annos habentes, & Ioseph decẽ & septem. Ioseph autem quoniam triginta annorum fuit, quando apparuit in conspectu Pharaonis, secuti sunt autem septem anni vbertatis & duo famis, donec ad eum pater cum fratribus

QVAEST. CXX. Genes.36. a.21.

QVAEST. CXXI. Genes.36.d. 31.

Concordat Matthæum cum Luca. Matt.1.a.1. Lucæ 3.c. 23.

Numeri 22. a.2.

QVAEST. CXXII. Genes.37. d.28.

tribus venit, trigintanouẽ profectò annos agebat Ioseph quando Iacob intrauit in Ægyptum. Tunc autẽ idem Iacob, quod ore suo Pharaoni dicit, centesimũ & trigesimum annum agebat ætatis: centum autem & viginti Iacob, quando erat decem & septem Ioseph, quod verum esse nullo modo potest. Si enim decimo septimo anno vitæ Ioseph, Iacob centũ viginti ageret, proculdubio trigesimo & nono anno Ioseph, non cẽtum triginta, sed centum quadraginta & duos annos agere inueniretur Iacob. Si autẽ die mortis Isaac, nõdum erat annorũ decem & septem Ioseph, sed aliquãtulo tempore post mortẽ aui sui ad decimum septimũ peruenit annũ, quo anno scriptura testante in Ægyptum est à fratibus venditus, plurium etiam quàm cẽtum quadraginta duorũ annorũ esse debuit pater eius, quando est filium in Ægypto consecutus. Scriptura quippe postea quam narrauit annum vitę vltimũ Isaac centesimum & octogesimum, ac eius mortẽ ac sepulturam, deinde cõmemorauit quemadmodũ digressus esset Esau à fratre suo de terra Chanaan in montẽ Seir, & cõtexuit commemorationem regũ & principũ gentis ipsius, in qua se constituit, vel quã propagauit Esau. Post hæc narrationem de Ioseph sic intulit: Habitabat autem Iacob in terra Chanaan, hæ autem procreaturæ Iacob. Ioseph autem decem & septem annorum erat pascens cũ fratribus oues. Deinde narratur causa somniorum: quẽadmodũ odiosus fratribus sit factus, & venditus. Aut ergo eodem anno decimo septimo, aut etiã aliquanto maior venit in Ægyptũ, ac per hoc vtro libet modo permanet quæstio, Si enim decem & septẽ annorum fuit post mortem aui sui: quando pater eius centũ viginti fuit, profectò anno eius trigesimo & nono quando Iacob venit in Ægyptũ centũ quadraginta duos annos idem Iacob agere debuit. Fuit autẽ tũc Iacob centum triginta ac per hoc si decem & septẽ annorũ Ioseph in Ægyptũ est venditus, ante duodecim annos quàm moreretur auus eius, vẽditus inuenitur. Decẽ enim & septem annorũ esse non potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac, centesimo & octauo anno vitæ patris sui Iacob. His enim cũ adiecerimus viginti duos annos quibus Ioseph vsque ad aduẽtũ patris sui fuit in Ægypto, fient ætatis anni Ioseph triginta nouẽ, & Iacob cẽtũ triginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniã scriptura post mortẽ Isaac ista narrauit, putatur Ioseph post eiusdẽ aui sui mortem decem & septẽ annorũ fuisse. Quapropter intelligamus de vita Isaac, tanquam multum decrepiti senis tacuisse scripturam, cùm iam de Iacob & eius filiis loqueretur, viuo tamen Isaac, decem & septem annorũ esse cœpit Ioseph.

Quod dicit Iacob ad Ioseph, Quod est somniũ hoc quod somniasti? Nunquid veniẽtes veniemus ego & mater tua & fratres tui adorare te super terrã? Nisi in aliquo mysterio dictum accipiatur, quo modo intelligitur de matre Ioseph, quæ iam erat mortua? Vndenec in Ægypto cùm sublimaretur putãdũ est hoc esse cõpletum, quia nec pater eum adorauit quando ad eum venit in Ægyptũ, nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo persona facilè intelligi potest etiã de mortuis, secundũ illud quod dicit Apostolus, Quia donauit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Quæritur quare Hismaelitas scriptura quibus à fratribus venditus est Ioseph, etiam Madianitas vocet, cũ Hismael sit de Agar filius Abrahæ, Madianitæ verò de Cethura? An quia scriptura dixerat de Abraham, quòd munera dederit filiis concubinarum suarum, Agar scilicet & Cethuræ, † dimiserit eos ab Isaac filio suo in terram Orientis, vnam gen-

Gen.47.b.9.

Genes.35. d.20.

Gen.36.a.6.

Gen.37.a.1

Ibid.a.5.

Philip.2.

QVAEST. CXXIII. Genes.37.c. 28.

ad.dimiserit.

QVAEST. CXXV. Geneſ.37. g.35.

QVAEST. CXXVI. Gen.37.a. g.35.

QVAEST. CXXVII. Genes.37. f.19.& 39. a.1.

QVAEST. CXXVIII. Genes.38. a.1.

al.Odollamitam.

QVAEST. CXXIX. Genes.38. c.14.

QVAEST. CXXX. Gen. 39.a.1.

QVAEST. CXXXI. Genes.40. c.16.

tem fecisse intelligendi sunt? De Iacob scriptum est cùm lugeret Ioseph, Congregati sunt autem omnes filij eius & filiæ, & venerunt cõsolari eum. Quæ filiæ præter Dinã? An filios & filias dicit connumeratis nepotibus & neptibus? iam enim maiores filij eius filios habere potuerunt. Et noluit consolari dicens: Quoniam descendam ad filium meum lugens in infernum. Solet esse magna quæstio, quomodo intelligatur infernus: vtrum illuc mali tantum, an etiam boni mortui descẽdere soleant. Si ergo tantum mali, quomodo iste ad filium suũ se dicit lugentem velle descendere? Non enim in pœnis inferni eum esse credit. An perturbati & dolentis verba sunt, mala sua etiã hinc exaggerãtis?

Et vendiderunt Ioseph in Aegyptum Petefræ spadoni, præposito coquorũ. Nolunt quidam præposito coquorũ interpretari, qui Græcè ἀρχιμάγειρος dicitur, sed præpositum militiæ, cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus etiam est ille quem Nabuchodonosor misit, penes quẽ potius inuenitur primatus fuisse militiæ. Factum est autem in tempore illo descendit Iudas à fratribus suis ad hominem quendã † Adollamitam, cui nomen Hiras: & vidit illic Iudas filiam hominis Chananæi nomine Sue, & accepit eã, & introiuit ad eam, & concepit & peperit filium: & cætera. Queritur quando ista fieri potuerunt. Si enim posteaquã Ioseph deuenit in Aegyptum, quomodo intra viginti fermè & duos annos (nam post tantum tempori colligitur eos venisse ad eundem Ioseph fratrem suũ in Aegyptum cũ patre suo) fieri potuerit, vt Iudæ filij eiũ ætatis omnes possent ducere vxores? Nã Thamar nurũ suã mortuo primogenito suo, alteri filio suo dedit: quo etiam mortuo, expectauit vt crescere tertius. Et cum creuisset, nec illi eã dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factũ est, vt eidem socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo hæc omnia intra tã paucos annos fieri potuerint, meritò mouet, nisi (vt fortè solet) scriptura per recapitulationẽ aliquot annos ante venditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi velit, quoniã sic positũ est vt diceretur, Factũ est autẽ in illo tẽpore: vbi tamen quæritur, si decẽ & septẽ annorũ erat Ioseph quando venditus est, quot annorum esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quando idẽ ipse primogenitus Ruben vt plurimũ fratrem suum Ioseph quinque aut sex annos potuerit ætate præcedere. Euidenter autem scriptura dicit triginta annorum fuisse Ioseph, quando innotuit Pharaoni. Cùm ergo ipse anno decimo septimo ætatis suæ venditus fuisse credatur, tredecim annos peregerat in Aegypto ignotus Pharaoni: ad hos autẽ tredecim annos accesserũt septẽ anni vbertatis, & facti sũt anni viginti: his addũtur duo, quia secũdo anno famis intrauit Iacob Aegyptũ cũ filiis suis, & inueniuntur viginti duo anni, quibus abfuit Ioseph à patre & à fratribus suis: Quo medio tẽpore, quomodo fieri potuerint de vxore & filiis & nuru Iudæ oía quæ narrãtur, indagari difficile est: nisi fortè vt credamus (& hoc enim fieri potuit) mox vt adolescere Iudas cœpit, cũ incidisse in amorẽ eius quã duxit vxorẽ, nondum vendito Ioseph in Ægyptum. Et depositis vestimentis viduitatis suę à se. Hic insinuatur etiam temporibus Patriarcharũ certa & sua fuisse vestimẽta viduarum, non vtique talia qualia coniugatarum.

Quod iterum dicitur, Ioseph autem depositus est in Ægyptum & possedit eum Petefres spado Pharaonis: ad ordinem redit scriptura vnde recesserat, vt illa narraret quæ suprà digesta sunt. Quod aliqui codices Latini habent, tria canistra alicæ, cùm Græci habeant χονδρίτας, quod interpretantur, qui vsum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios. Sed illud

mouet, quomodo panẽ cibarium potuerit Pharao habere in escis. Dicit enim in superiori canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pharao, opus pistorum. Sed intelligẽdum est etiam ipsum canistrum habuisse panes cibarios, quia dictum est, tria canistra χονδορτοῦς, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodẽ canistro superiore. QVOD putabat se stare Pharao super flumen, quemadmodum seruus Abrahæ dixit, Ecce ego sto super fontem aquæ. Nam & ibi Græcus ἐπὶ τὴν πηγὴν dixit, quemadmodum hic ἐπὶ τὸν ποταμόν. Hæc locutio si intelligatur in Psalmo vbi scriptum est; Qui fundauit terram super aquam, non coguntur homines purare sicut nauem natare terram super aquam. Secundum enim hanc locutionem rectè intelligitur, quòd altior sit terra quàm aqua, altius quippe ab aquis sustollitur vbi habitent terrena animalia. QVOD scriptum est, Obliuiscẽtur vbertatis futuræ in tota terra Ægypti, non futurę illis qui famem patientur, tamquam postea veniat illis vberras; sed futura erat tunc quando loquebatur, tãquam diceret: Vbertatis huius, quam futuram significarunt boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame, quam significauerunt boues & spicæ malæ. NVNQVID † inuenimus hominem talem qui habeat spiritum Dei in se? Ecce iam, nisi fallor, tertiò insinuatur nobis in hoc libro Spiritus sanctus, id est, spiritus Dei. Primò enim dictum est: Spiritus Dei ferebatur super aquã. Secũdò vbi dicit Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propter quod caro sunt. Et tertiò nunc, quod Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritum Dei; nondum tamen legimus Spiritum sanctum. ET imposuit Pharao nomẽ Ioseph Psotonphanech: hoc nomen interpretari dicitur, occulta reuelauit; ex illo vtique quòd somnia regi aperuit: Ægyptia verò lingua, saluatorem mundi perhibẽt appellatum isto nomine.

QVAEST. CXXXI. Gen. 41. a.1. Genes. 24. b.13.

Psal. 23. a.2.

QVAEST. CXXXIII. Gen. 41. d. 30.

QVAEST. CXXXIIII. Genes. 41. c. 38. *al. inueniemus.* Gen. 1. a. 2. Gen. 6. a. 3.

Gen. 41. c. 38.

QVAEST. CXXXV. Gen. 41. f. 45.

ET dedit ei Aseneth, filiã Petrefræ sacerdotis Solis ciuitatis, ipsi vxorẽ. Quæri solet cuius Petefræ; vtrum illius cuius seruus fuit, an alterius: sed credibilius æstimatur alterius. Nã de illo cur nõ credatur, multa sunt quæ moueant. Primũ, quia scriptura non cõmemorauit, cùm videtur hoc nõ potuisse præterire, quod ad illius iuuenis non paruã gloriã pertinebat, vt eius filiam duceret cuius famulus fuit. Deinde quomodo spado filiã habere potuerit? Sed respõdetur, quomodo vxorẽ: postea quippe creditur abscissus, vel casu vulneris, vel propria voluntate. Et quòd honor eius, non ipse commemoratur qui solet, id est, quod ἀρχιμάγειρος fuerit, quem principem coquorum Latini interpretes posuerunt: principem autem militiæ quidã intelligi volunt. Sed etiam hic respõdetur, duos illũ honores habuisse; & sacerdotium Solis, & militiæ principatũ. Congruẽter autẽ alibi ille honor eius cõmemoratus est, qui talibus actibus congruebat: hic verò, posteaquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari socri eius, qui pertinet ad diuinitatem non paruam, secundum opinionem Ægyptiorũ in † sacerdote Solis. Verùm in his omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum carceris, nimis incredibile est hunc fuisse præpositũ officio sacerdotum. Deinde non simpliciter dictum est, quòd sacerdos Solis esset; sed de ciuitate Solis, quæ vocatur Heliopolis: abesse autem dicitur amplius quàm viginti milib⁹ à ciuitate Memphi, vbi Pharaones, id est, reges, maximè commanebant. Quomodo ergo deserto officio sacerdotij sui potuit strenuè regi seruire militiæ principatu? Accedit etiam quòd Ægyptij sacerdotes perhibentur nõ seruisse semper, nisi templo deorũ suorum, nec aliquid aliud officij egisse. Sed si fortè tũc aliter fuit, credat quisque, quod placet: non tamen est quæstio cuius exitus clausus sit: siue vnus fuerit Petefres, siue duo. Quodlibet enim horum quisque existimet, non est fidei periculosum, nec contrarium veritati scripturarum Dei.

Gen 39 a.1.

al. sacerdotio.

ET cõgregauit Ioseph triticum, sicut arenam maris multum valde, quoadusque non potuit numerari: nõ enim erat numerus: pro eo dictũ est, non enim erat numerus, quòd nomen numeri omnis vsitati excederet copia illa, & quomodo appellaretur nõ inueniebatur. Nam vnde fieri potest vt quantũlibet magnæ, finitæ tamen multitudinis numerus non sit? Quãuis hoc potuerit etiam secundũ hyperbolen dici. ET cõmemoratus est Ioseph somniorũ suorum, quæ vidit ipse: adorauerant enim eum fratres sui. Sed aliquid in illis somniis excelsius inquirendũ est. Non enim potest eo modo de patre eius ac matre cõpleri, quæ iam mortua fuerat, quod de Sole & Luna cùm vidisset à patre increpante audierat, qui viuebat. QVID est, quod Ioseph vir tam sapiẽs, atque ita non solùm hominũ inter quos viuebat testimonia, sed ipsa etiam scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis, non exituros de Ægypto fratres suos, nisi frater eorum minor venerit. An etiam bono & fideli viro vilis fuerat salus Pharaonis, cui fidem sicut primitùs domino suo seruabat in omnibus? Quanto enim magis ipsi, qui cum in tãto honore locauerat, si illi seruauit fidem, qui cũ seruum emptitium possidebat? Quòd si non curabat Pharaonis salutem, nunquid & periuriũ pro cuiuslibet hominis salute vitare non debuit? An non est periuriũ? Tenuit enim vnũ eorum donec veniret Beniamin, & verum factum est quod dixerat: Non exibitis hinc nisi venerit frater vester. Ad omnes enim non potuit pertinere quod dictum est? Nam quomodo esset ille venturus, nisi ad eum ducendũ aliqui redissent? Sed quod sequitur magis vrget quæstionem, vbi iterũ iurauit dicens: Mittite ex vobis vnũ, & adducite fratrem vestrũ, vos autem non educemini quoadusq; manifesta sint verba vestra si vera dicitis an non: sin autem, per salutem Pharaonis exploratores estis, id est, si non vera dicitis, exploratores estis. Huic sententiæ interposuit iurationẽ, quia si vera non dixissent, exploratores essent; id est, exploratorũ pœna digni essent, quos tamen vera dicere sciebat. Neque enim periurus est quisque si ei quem castissimũ nouit, dicat, si hoc adulteriũ de quo argueris cõmisisti, damnat te Deus, & his verbis adhibeat iurationem, verũ omnino iurat. Ibi est enim cõditio qua dixit Si fecisti, quem tamen non fecisse certũ habet. Sed aliquis, verum est? qui si fecit adulteriũ, damnat illum Deus: hoc autem quomodo verum est, si non verum dicitis, exploratores estis, cùm etiam si mentiantur, non sint exploratores? Sed hoc est quod dixi, ita dictũ esset, exploratores estis, tanquam si dictũ esset, exploratorum pœna digni estis: hoc est, exploratores deputabimini merito mendacij vestri. Estis autem, potuisse dici, pro habebimini & deputabimini, innumeræ similes locutiones docent. Vnde est illa Heliæ: Quicunque exaudierit in igne, ipse erit Deus. Nõ enim tũc erit, sed tunc habebitur. QVID est quod cùm inter se pœnitẽtes filij Israël loquerentur de fratre suo Ioseph, quòd cum illo malè egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quòd se periclitari videbant: adiungit scriptura & dicit, Ipsi ignorabãt quòd audiebat Ioseph: interpres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendum est, ideo eos putasse, quia ille nõ audierit, quod videbant interpretẽ, qui inter illos erat, nihil ei dicere eorũ quæ loquebantur: nec ob aliud adhibitũ putabant interpretẽ, nisi quòd eorum linguam ille nesciret: nec cura erat interpretis ea dicere illi, à quo positus

QVAEST. CXXXVII. Gen. 41. f. 49.

QVAEST. CXXXVIII. Gen. 42. b. 9

Gen. 37. b. 9.

QVAEST. CXXXIX. Gen. 42. c. 15.

Ibidem.

Ibid. c. 16.

3. Reg. 18. d. 24.

QVAEST. CXL. Genes. 42. c. 23.

situs fuerat, quæ non ad illũ, sed inter se loquebantur.

QVAEST. CXLI. Genes. 42. c. 24.

QVAEST. CXLII. Genes. 42. g. 38.

ET iterum accessit ad eos & dixit illis: nec adiungit quid illis dixerit. Vnde intelligitur hæc eadem dixisse quæ dixerat. ET deducetis senectã meam cũ tristitia ad infernũ. Vtrũ ideo ad infernũ, quia cũ tristitia? An etiã si abesset tristitia, tanquã ad infernũ moriẽdo descensurus hæc loquitur? De inferno enim magna quẽstio est, & quid inde scriptura sentiat, locis omnibus, vbi fortè hoc cõmemoratũ fuerit, obseruandum est.

QVAEST. CXLIII. Genes. 43. c. 25.

QVOD à præposito domus audiunt, Deus vester & Deus patrum vestrorũ dedit vobis thesauros in saccis vestris, argentũ autẽ vestrũ probatum habeo: mendaciũ videtur, sed aliquid significare credendũ est. Argẽtum enim quod & datur & non minuitur, quia & probatũ appellatũ est, nimirũ illud intelligitur de quo alibi legimus: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatũ, probatũ terræ, purgatũ septuplum: id est, perfectè.

Psal. 11. a. 7.

QVAEST. CLIIII. Genes. 43. g. 34.

BIBERVNT autem, & inebriati sunt cum eo. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium; non propter illos filios Israël, sed propter Ioseph, qui valde sapiens cõmendatur: sed hoc verbũ & pro satietate solere poni in scripturis, qui diligenter aduerterit, multis in locis inueniet. Vnde est illud: Visitasti terrã & inebriasti eã, multiplicasti ditare eam: eò quòd in laude benedictionis hoc positũ est & donũ Dei cõmemoratur, apparet hanc ebrietatẽ saturitatẽ significare. Nam ita inebriari vt inebriãtur ebriosi, nec ipsi terræ vtile est, quoniã maiore quàm satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut vita ebriosorũ qui non satietate se replent, sed mergunt diluuio.

Psal. 64. 9.

QVAEST. CXLV. Genes. 44. a. 15.

QVOD ait fratribus suis Ioseph: Nesciebatis quia augurio auguratur homo qualis ego; de hoc augurio etiã mãdauit eis dicẽdũ per hominẽ suum: quid sibi velit, quæri solet; an quia nõ seriò, sed ioco dictũ est, vt exitus docuit, non est habendum mendaciũ? Mendacia enim à mẽdacibus seriò aguntur, non ioco. Cùm autẽ quæ non sunt tanquã ioco dicuntur, non deputantur mendacia. Sed magis mouet quid sibi velit ista actio Ioseph, qua fratres suos, donec eis aperiret quis esset, totiens ludificauit, & tanta expectatione suspendit: q, licet tanto sit suauius cùm legitur, quanto illis sit inopinatius cũ quibus agitur, tamen sapientiæ illius grauitate, nisi magnũ aliquid isto quasi ludo significarẽtur, nec ab illo fieret, nec ea scriptura contineretur, in qua est tanta sanctitatis autoritas & prophetandorum tanta intẽtio futurorũ: quam modò exequi exponẽdo non suscepimus, sed admonere tãtùm volumus quid hic oporteat inquiri. Nam nec illud vacare arbitror, quòd non ait, Auguror ego, sed auguratur homo qualis ego. Quod si locutionis genus est, in scripturæ corpore simile aliquid reperiendũ est.

QVAEST. CXLVI. Genes. 44.

NON negligẽter considerandũ puto, tantã miseriã in hac perturbatione fratrum suorum, quos Ioseph quamdiu voluit tenuit, & quanta voluit mora protraxit: non eos vtique faciens calamitosos, quando tantæ etiam ipsorũ futuræ lætitiæ exitum cogitabat; & totum hoc quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur: tanquam non essent condignæ passiones eorum in toto illo tempore quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à se perditum esse arbitrabantur.

QVAEST. CXLVII. Gen. 44. d. 19.

MVLTA in narratione Iudæ aliter dicta sunt quàm cum illis egerat Ioseph, quãuis apud eum loqueretur, vt omnino de illa insimulatione, quòd exploratores essent, nihil diceret. Quod vtrum consulto tacitum sit, an & id fecerit perturbationis obliuio, non apparet. Nã & illud quod dixerunt, se ab ipso Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autem illa interroganti indicasse, mirum si vel ad sententiã potest ista peruenire narratio, vt eã constet esse veracẽ: quãquã & si aliqua falsa in ea sunt, falli potius per obliuionẽ potuit quàm auderet, mentiri: apud eũ præsertim cui non sicut nescienti, sed etiã illa quæ nouerat eũ scire ad flectẽdã eius misericordiã narrationi suæ inserebat.

QVAEST. CXLVIII. Gen. 45. c. 7. *al. & enutrire vestrarũ reliquiarum acerum?*

QVID est quod dicit Ioseph, Misit enim me Deus ante vos, † remanere vestrũ reliquias super terrã, & enutrire vestrũ reliquias? mirũ est: hoc enim non vsquequaque consonat, vt reliquias accipiamus Iacob & filios eius, cùm omnes sint incolumes. An fortè illud significat alto secretoque mysterio quod ait Apostolus: Reliquiæ per electionẽ gratię saluæ factæ sunt. Quia Propheta prædixerat: Et si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Ad hoc enim occisus est Christus à Iudeis, & traditus gentibus tanquam Ioseph Ægyptiis à fratribus, vt & reliquiæ saluæ fierent. Vnde dicit Apostolus: Nã & ego Israelita sum, vt & plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel salu⁹ fieret, id est, ex reliquiis Israel secundũ carnẽ, & plenitudine gentiũ quæ in fide Christi secundũ spiritũ sunt Israel. Aut si & gẽti illi Israelitæ restat fidei plenitudo, ex qua erant reliquiæ, in quibus reliquiis tunc & apostoli salui facti sunt, hoc significatur ea plenitudine liberationis Israel, qua per Moysen ex Ægypto liberati sunt.

Rom. 11. a. 5. Esaiæ 10. d. 22.

Rom. 11. a. 11.

QVAEST. CXLIX. Gen. 46. a. 5.

INTRAVIT in Ægyptum Iacob & omne semen eius, filij & filij filiorũ eius, filiæ & filiæ filiarum eius cum eo. Quærendũ quomodo dicat filias & filias filiarum eius, cùm filiam vnã legatur habuisse. Superius autẽ filias eius dixeramus accipi posse neptes eius, sicut filij Israel omnes dicuntur etiã vniuersus populus ab illo propagatus. Sed nunc cùm dicit, filias filiarum, propter vnam Dinam, pluralis numerus pro singulari positus est, sicut etiam pro plurali singularis solet: nisi nurus eius quisque asserat filias ei⁹ potuisse appellari.

QVAEST. CL. Genes. 46. b. 15. *

QVOD dicit scriptura tot animas peperisse Liã, vel tot aut tot animas exiisse de femoribus Iacob: videndũ est quid hinc respondeatur eis qui hoc testimonio confirmare nituntur, à parentibus simul animas cũ corporibus propagari. Animas enim dictas pro hominibus, à parte torũ significante locutione, nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem ex qua totũ cõmemoratum est, hoc est, animam, cuius nomine totus homo significatus est, alienus ab eo quod dictum est, Exierunt de femoribus eius: vt carnes tantũ ex illo natas, quãuis solæ animæ nominentur, accipiamus, quærendi sunt locutionum modi secundũ scripturas.

QVAEST. CLI. Genes. 46. b. 15.

HI FILII Liæ quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, & Dinã filiã eius, omnes animæ filij & filiæ triginta tres. Nunquid istæ omnes triginta tres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt? Sed vtique filij & vna filia ex quibus † neptes commemoratæ sunt. Si ergo de vno Beniamin quæstio nata fuerat, quando numeratis duodecim filiis Iacob & nominatim commemoratis dictum est, Hi filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ: quanto maior nunc quæstio est, quomodo triginta tres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt: nisi quia illa locutio confirmatur, tanquam ibi omnes ortæ sint, quorum parentes ibi orti sunt. Deinde & illud iam non dubium est, in vna filia filias nominari, plurali numero pro singulari posito.

al. nepotes commemoratæ.

QVAEST. CLII. Gen. 46. c. 26.

QVOD legitur sexaginta sex animas intrasse cum Iacob in Ægyptum, exceptis videlicet filiis Ioseph, & deinde illis annumeratis infertur, Septuagintaquinque animæ erãt cum quibus Iacob intrauit in Ægyptum: sic accipiendum est, qui erant in domo Iacob, quando intrauit in Ægyptum.

Nam vtiq; quos ibi inuenit, non cum eis intrauit. Sed quoniã diligentius discussa veritate reperiuntur duo nati iã fuisse cùm intrauit, Effrem & Manasses, quod non solũ hoc loco Hebræi codices habere dicuntur, verũ etiam ipsa septuaginta interpretatio Exodo declarat, nec septuaginta interpretes mihi in hoc videntur errasse: qui propter aliquã mysticã significationẽ quadã velut Prophetica libertate hunc numerũ complere voluerunt, si adhuc viuente Iacob illi ex duobus filiis Manasse & Effrem propagati sunt, quos eidẽ numero domus Iacob aggregandos iudicauerunt. Sed quia inuenitur Iacob decem & septẽ annos vixisse in Ægypto, quomodo potuerunt filij Ioseph illo viuo etiã nepotes habere, non inuenitur. Ingressus est enim Ægyptũ Iacob secundo anno famis, nati sunt autem filij Ioseph in annis abundantiæ. Quibuslibet annis vbertatis nati existimentur, à primo anno vbertatis vsque ad secundũ annũ famis, quo ingressus est Iacob in Ægyptum, nouẽ anni sunt, huc additis decẽ & septẽ quibus ibi vixit Iacob, viginti sex anni reperiũtur. Quomodo ergo minus quàm viginti & sex annorum iuuenes etiam nepotes habere potuerunt? Sed neque vlla Hebraica veritate ista quæstio soluitur. Quãadmodũ *autem impleri potuit, vt tot nepotes susciperet Iacob antequã intraret in Ægyptũ, etiã de Beniamin qui illa ætate venit ad fratrẽ? Non solũ scriptura filios eum habuisse cõmemorat, sed & nepotes & pronepotẽ, qui omnes adnumerãtur sexaginta sex hominibus, cũ quibus Iacob in Ægyptũ, etiã secundũ Hebraicã veritatẽ perhibetur intrasse. Videndũ est etiam, quid sibi velit, quòd cùm Ioseph & filij eius non amplius quàm octo cõmemorantur: Beniamin verò & eius filij simul vndecim reperiantur, non decẽ & nouẽ omnes sicut sunt octo & vndecim, sed decem & octo referãtur in summã, & postea Ioseph cũ filiis suis, nõ animæ octo, sed nouẽ fuisse dicantur, cùm octo inueniantur. Hæc omnia quæ indissolubilia videntur, magnã continent sine dubitatione rationẽ, sed nescio vtrũ possint cũcta ad literã conuenire, præcipuè in numeris quos in scripturis esse sacratissimos & mysteriorũ plenissimos ex quibusdam quos inde nosse potuimus dignissimè credimus.

Genes. 47. c. 28.
Gen. 45. b. 6. Genes. 41. f. 50.
al. enim.
Genes. 46. c. 26.

COMMENDATVR in Patriarchis, quòd pecorũ nutritores erant à puericia sua, & à parẽtibus suis. Et meritò, nã hæc est sine vlla dubitatione iusta seruitus & iusta dominatio, cùm pecora homini seruiũt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictũ est cũ crearetur: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & habeat potestatẽ piscũ maris & volatilium cæli, & omniũ pecorũ quæ sunt super terrã. Vbi insinuatur, rationẽ debere dominari irrationabili vitæ. Seruũ autẽ hominẽ homini, vel iniquitas vel aduersitas dominari fecit. Iniquitas quidẽ, sicut dictũ est: Maledictus Chanaan, erit seruus fratribus suis. Aduersitas verò, sicut accidit ipsi Ioseph, vt venditus à fratribus seruus alienigenę fieret. Itaque primos seruos quibus hoc nomen in Latina lingua inditum est, bella fecerunt. Qui enim homo ab homine superatus iure belli posset occidi, quia seruatus est, seruus est appellatus: inde & mancipia, quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in hominibus, vt seruiant feminæ viris, & filij parentibus: quia & illic iustitia est hæc, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione: quod cum in hoc sæculo per iniquitatem hominum perturbatur, vel per naturarum carnalium diuersitatem, ferunt iusti temporalem peruersitatem, in finem habituri ordinatissimam & sempiternã felicitatẽ.

QVÆST. CLIII. Genes. 46. d. 22.
Gen. 1. c. 26.
Gen. 9. d. 25.
Genes. 37. f. 28.
Seruus. Mancipiũ.

ABOMINATIO est enim Ægyptiis omnis pastor ouium. Meritò Ægyptiis, in quibus figura est præsentis sęculi, in quo abundat iniquitas, abominatio est omnis pastor pecorũ. Abominatio est enim iniquo vir iustus.

QVÆST. CLIII. Genes. 46. d. 34.

VENERVNT autem in Ægyptũ ad Ioseph Iacob, & filij eius, & audiuit Pharao rex Ægypti, & ait Pharao Ioseph dicens, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te: ecce terra Ægypti ante te est, in terra optima colloca patrẽ tuum & fratres tuos. Hæc repetitio non prætermissæ rei est, ad quã sæpe obscurè per recapitulationẽ reditur: sed omnino aperta est. Iã enim dixerat scriptura quomodo venerint ad Pharaonẽ fratres Ioseph, & quid eis dixerit, vel ab eis audierit: sed hoc nunc velut ab initio repetiuit, vt inde contexeret narrationem ab his verbis, quę soli Ioseph Pharao dixit: quorũ omniũ in codicibus Græcis, qui à diligentioribus conscripti sunt, quædã obeliscos habent, & significant ea quæ in Hebræo non inueniuntur, & in septuaginta inueniũtur: quędã asteriscos, quibus ea significantur quæ habent Hebræi, nec habent septuaginta. QVID est q; dixit Iacob Pharaoni, Dies annorũ vitæ meæ quos incolo. Sic enim habẽt Græci, quod Latini habẽt ago vel habeo, vel si qd aliud. Vtrũ ergo ideo dixit, Quos incolo: quia in terra natus est, quã nondũ populus diuina promissione hæreditatis acceperat, & ibi vitam ducẽs, vtiq; in aliena terra erat: non solũ quãdo peregrinabatur, sicut in Mesopotamia, verũetiã quãdo ibi erat vbi natus est. An potius secundũ id accipiẽdũ est, q; ait Apostolus, Quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Secũdũ hoc & illud in Psalmo dictũ intelligitur, Inquilinus ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Nã iterũ dicit de ipsis diebus vitæ suæ, Non peruenerunt in dies annorũ vitę patrũ meorũ, quos dies incoluerũt. Nõ enim hic aliud voluit intelligi, quàm id quod Latini codices habent, Vixerunt: ac per hoc significauit hanc vitã incolatum esse super terrã: id est, peregrinationis habitationem. Sed credo sanctis hoc cõuenire, quibus aliã patriã ęternã Dominus pollicetur. Vnde videdũ est quẽadmodũ dictũ est de impius, Incolent & abscondẽt, ipsi calcaneũ meũ obseruabunt. De his enim conuenientius accipitur, qui vt abscondant incolunt, id est, vt insidientur filiis non manent in domo in æternum.

QVÆST. CLV. Gen. 47. b. 5.
Genes. 45. c. 16.
QVÆST. CLVI. Gen. 47. b. 9.
2. Cor. 5. b. 6.
Psal. 38. 17.
Gen. 47. b. 9.
Psal. 55. 6.

ET dedit eis possessionem in terra optima, & in terra Ramessem, sicut præcepit Pharao. Quærẽdum est, vtrum terra Ramessem ipsam sit Gessen. Ipsam enim petierant, & ipsam eis Pharao dari præceperat.

QVÆST. CLVI I. Genes. 47. c. 11.

ET metiebatur triticũ patri suo Ioseph: & tamẽ eũ pater nec quando vidit adorauit, nec quando ab illo triticũ accipiebat. Quomodo ergo somniũ Ioseph modò impletũ putabimus, & non potius maioris rei contineri prophetiã? ET intulit Ioseph omnẽ pecuniã in domũ Pharaonis. Pertinuit ad scipturã in hac etiã re cõmendare fidẽ famuli Dei. DIXIT autem illis Ioseph, Adducite pecora vestra, & dabo vobis panes pro pecoribus vestris, si deficit argentũ. Quæri potest, Cùm Ioseph frumenta collegerit, vnde homines viuerent, pecora vnde viuebant, cùm tanta fames inualesceret: maximè quia fratres Ioseph Pharaoni dixerant: Non sunt enim pascua pecoribus puerorum tuorũ, inualuit enim fames in terra Chanaan, & propter hanc etiã inopiã pascuorũ venisse se cõmemorauerant? Proinde si ea fame pascua defecerant in terra Chanaan, cur in Ægypto non defecerant, eadẽ tunc fame vbiq; inualescẽte? An sicut perhibetur ab eis qui loca sciunt, in multis Ægypti paludibus poterant pascua non deesse, etiam cùm fames esset frumẽtorum, quæ

QVÆST. CLVIII. Genes. 47. c. 12.
Gen. 37. b. 9.
QVÆST. CLIX. Genes. 47. c. 14.
QVÆST. CLX. Genes. 47. d. 16.

quæ solent Nili fluminis inundatione prouenire? Magis enim dicuntur paludes illæ † feracia pascua gignere, quando aqua Nili minus excrescit.

al. feracius.
QVÆST. CLXI. Genes. 47. g. 26.

MORITVRVS Iacob filio suo Ioseph dicit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, subiice manum tuam sub femore meo, & facies in me misericordiam & veritatẽ. Ea filium iuratione constringit, qua seruum constrinxit Abraham. Ille mãdans vnde vxor ducatur filio suo, iste sepulturam commẽdans corporis sui. In vtraque tamen causa nominata sunt duo illa, quæ magni habẽda atq; pendenda sunt in scripturis omnibus, quęcunque † dispersa leguntur, misericordia & iustitia, vel misericordia & iudiciũ, vel misericordia & veritas, quãdo quidẽ in quodam loco scriptũ est: Vniuersæ vię Domini misericordia & veritas. Ita hæc duo multum commendata multũ consideranda sunt. Seruus autẽ Abraham dixerat: Si facitis in dominum meũ misericordiã & iustitiam, sicut & iste filio suo dicit, Vt facias in me misericordiã & veritatem. Quid sibi autem velit à tanto viro tam solicita corporis commendatio, vt non in Ægypto sepeliatur, sed in terra Chanaan iuxta patres suos: mirum videtur, & quasi absurdum, nec cõueniẽs tantæ excellentiæ mentis propheticæ, si hoc ex hominum consuetudine metiamur. Si autem in his omnib⁹ sacramenta quærantur, maioris admirationis gaudiũ ipsi qui inuenerit orietur. Cadaueribus quippe mortuorũ peccata significari in lege, non dubium est, cùm iubẽtur homines post eorum contrectationem, siue quãlemcunque contractũ, tãquam ab immunditia purificari. Et hinc illa sentẽtia ducta est: Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit illũ, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterũ ambulans hæc cadẽ facit. Sepultura ergo mortuorum remissionẽ significat peccatorum, cò pertinẽs quod dictũ est: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Vbi ergo sepelienda erant hoc significantia cadauera Patriarcharũ, nisi in ea terra vbi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorũ? Mortibus enim Patriarcharũ peccata hominũ figurata sunt. Dicunt autẽ ab eo loco, quod Abrahamium vocatur, vbi sunt ista corpora, abesse locũ vbi crucifixus est Dominus ferè triginta milibus, vt etiã ipse numerus significare intelligatur, qui in baptismo apparuit ferè triginta annorum: & si quid aliud de re tãta, vel hoc modo vel sublimius intelligi potest, dũ tamẽ nõ frustra arbitremur tales ac tantos homines Dei tantã gessisse curã pro sepeliendis corporibus suis, cùm sit atq; esse debeat fidelium ista securitas quod vbicunq; corpora eorũ sepeliantur, vel insepulta etiã inimicorũ rabie relinquãtur, aut pro eorũ libidine dilacerata absumantur, non ideo vel min⁹ integra, vel minus gloriosa in eorũ resurrectione futura.

al. disperssim.
Psal. 24. c. 11.
Genes. 24. f. 49.
Ibid. 47. g. 26.
Eccles. 34. d. 30.
Psal. 31. a. 1.

QVOD habent Latini codices: Et adorauit super caput virgæ eius: nonnulli codices emendatius habẽt: Adorauit super caput virgę suę, vel in capite virgæ suæ, siue in cacumine, vel super cacumẽ. Fallit enĩ eos verbũ Græcũ, quod eisdẽ literis scribitur, siue eius, siue suæ: sed accentus dispares sunt, & ab eis qui ista nouerunt, in codicibus non contẽnũtur. Valent enim ad magnã discretionem, quamuis & vnã plus literã habere posset, si esset suę, vt nõ esset, αὐτῆ, sed ἑαυτοῦ. Ac per hoc meritò quæritur, quid sit quod dictũ est, Nã facilè intelligeretur senem, qui virgam ferebat eo more quo illa ætas baculũ solet, vt se inclinauit ad Deũ adorandũ, id vtique fecisse super cacumen virgæ suæ, quã sic ferebat vt super eã caput inclinando adoraret Deũ. Quid est ergo, Adorauit super cacumen virgæ ei⁹: id est, filij sui Ioseph? An fortè tulerat ab eo virgã, quãdo ei iurabat idẽ filij⁹: & dũ eã † tenet post verba iurantis, nõdum illa reddita mox adorauit Deũ? Nõ enim pudebat eũ ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi figura magnę rei futuræ præsignabatur: quãuis in Hebræo facillima huius quæstionis absolutio esse dicatur, vbi scriptum perhibent, Et adorauit Israel ad caput lecti, in quo vtique senex iacebat: & sic positũ habebat, vt in eo sine labore, quãdo vellet, oraret: nec ideo tamen quod septuaginta interpretati sunt, nullum vel leuem sensum habere putãdum est.

al. ad.
QVÆST. CLXII. Genes. 47. g. 31.

ETIAM hic cõmemorans Iacob promissiones Dei erga se factas, dicit sibi dictum, Faciam te in congregationes gentiũ: quibus verbis magis fideliũ vocationem significat, quàm carnalis generis propagationem. QVOD scriptum est dicente Iacob de Effrem & Manasse, Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Ægypti priusquã ad te venirem in Ægyptum; mei sunt, Effrem & Manasses, tanquàm Ruben & Simeon erunt mihi: natos autem si genueris postea, tibi erũt: in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus † eorum. Fallit legẽtes aliquando, vt existimẽt ita dictum, tanquam si alios genuisset Ioseph, istorum nominibus eos Iacob appellari præciperet: quod non ita est. Verborũ quippe ordo contexitur, Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Ægypti priusquam ad te venirem in Ægyptum, mei sunt, Effrem & Manasses: tanquã Ruben & Simeon erunt mihi in nomine fratrũ suorũ appellabuntur in sortibus eorũ: hoc est, simul hæreditatẽ capient cum fratribus suis, vt simul vocẽtur filij Israel. Duæ quippe ipsæ tribus adiunctæ sunt, vt excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit, duodecim essent quæ terram diuiderent, & decimas præberent. Illud autem interpositũ est, quod de aliis filiis Ioseph si nascerẽtur dixit.

QVÆST. CLXIII. Gen. 48. a. 3.
QVÆST. CLXIIII. Gen. 48. a. 5.
al. fuerunt.

QVOD Iacob filio suo Ioseph tanquam nescienti voluit indicare, vbi & quãdo sepelierit matrem eius, cùm & ipse simul fuerit cum fratribus suis: sed etsi erat tã paruus ætate, vt illud vel curare vel † omnino retinere nõ posset, quæ res cõpulit modò dici: nisi fortè ad rẽ pertinuit cõmemorare ibi sepultã matrẽ Ioseph, vbi Christus fuerat nasciturus.

QVÆST. CLXV. Gen. 48. b. 7.
al. inimo.

QVOD ita benedicit nepotes suos Israel, vt dexteram manum minori imponat, maiori autem sinistrã, & hoc filio suo Ioseph volẽti corrigere quasi errantem atque nescientem, ita respõdit: Scio fili mi, scio, & hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater ei⁹ iunior maior illo erit, & semẽ eius erit in multitudine gentiũ. Hactenus de Christo accipiendũ est, quatenus etiam de ipso Iacob & fratre eius dictũ est, Quia maior seruiet minori. Secũdũ hoc enim significauit aliquid propheticè hoc faciendo Israel, quod populus posterior per Christũ futurus regeneratione spiritali, superaturus erat populũ priorẽ de carnali patrũ generatione gloriantẽ.

QVÆST. CLXVI. Genes. 43. c. 14.
Ibid. d. 19.
Genes. 25. c. 23.

QVOD Sichimã dicit Iocob, præcipuã dare filio suo Ioseph, & addit quòd eã possiderit in gladio suo & arcu. Quæri potest, quemadmodũ valeat ad literam cõuenire. Emit enim centũ agnis possessionẽ illã, non cepit iure victoriæ bellicæ. An quia Salẽ ciuitatẽ Sichimorum filij eius expugnauerunt, vt iure belli potuit eius fieri, † & iustũ bellum cum eis gestũ videatur, qui tantã priores iniuriam fecerũt in eius filia contaminãda? Cur nõ ergo illis illã terram dedit, qui hoc perpetrauerũt, hoc est, maiorib⁹ filiis suis? Deinde si modò ex illa victoria gloriãs, dat eã terrã filio suo Ioseph, cur ei displicuerunt tunc filij qui hoc cõmiserunt? Cur denique etiam nunc, cùm eos benediceret exprobrãdo id cõmemorauit in factis eorũ? Procul dubio ergo aliquod hìc latet propheticũ sacramentũ: quia & Ioseph quadã præcipua significatione Christũ præfigurauit, & ei datur illa terra, vbi disperdiderat obruendo deos alienos Iacob, vt Christus in-

QVÆST. CLXVII. Genes. 48. d. 22.
Genes. 33. d. 19.
Genes. 34. d. 25.
al. vt.
Ibid. 29.
Gen. 49. a. 5.

telligatur possessurus gentes diis patrum suorũ renunciãtes, & credentes in eũ. VIDENDVM quomodo dicãt scripturæ, quod assiduè dicũt de mortuis, Et appositus est ad patres suos: vel, Appositus est ad populũ suũ. Ecce enim de Iacob dicitur iã quidẽ mortuo, sed nondum sepulto: & ad quem populum apponatur, nõ in promptu est videre. Ex illo enim populus prior nascitur, qui dictus est populus Israel: qui verò eum præcesserunt, tam pauci iusti nominãtur, vt eos populũ appellare cũctemur. Nã si dictũ esset, Appositus est ad patres suos, nulla quæstio fieret. An fortè populus est, nõ solum hominum sanctorũ, verùm & angelorum, populus ciuitatis illius, vnde dicitur ad Hebręos: Sed accessistis ad montẽ Sion, & ad ciuitatẽ Dei Hierusalẽ, & ad milia angelorũ exultantiũ. Huic populo apponũtur q̃ post hanc vitã placentes Deo fiunt. Tunc enim dicũtur apponi, quãdo nulla iam remanet solicitudo tentationum, & periculum peccatorum. Quod intuens ait Scriptura, Ante mortẽ ne laudes hominem quenquã.

QVADRAGINTA dies sepulturæ, quos cõmemorat scriptura, fortè significant aliquid pœnitentiæ, qua peccata sepeliũtur. Non enim frustra etiam quadraginta dies ieiuniorũ sunt cõstituti, quibus Moyses & Helias, & ipse Dñs ieiunauit: & Ecclesia pręcipuã obseruationẽ ieiuniorũ quadragesimã vocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionam prophetã scriptũ perhibent, Quadraginta dies & Niniue euertetur: vt per tot dies accommodatos videlicet humiliationi pœnitẽtium, intelligatur in ieiuniis sua defleuisse peccata, & impetrasse misericordiã Dei. Nec tamẽ putãdũ est, istũ numerũ luctui pœnitẽtiũ tantummodo conuenire: alioquin non quadraginta dies fecisset Dñs cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cũ eis & exiẽs, manducans & bibens, qui dies vtique magnæ lætitiæ fuerunt. Nec septuaginta interpretes, quos legere consueuit Ecclesia, errasse credẽdi sunt, vt nõ dicerẽt quadraginta dies, sed triduum & Niniue euertetur. Maiore quippe autoritate præditi quàm interpretũ officiũ est, prophetico spiritu, quo etiam ore vno in suis interpretationibus, quod magnum miraculũ fuit, cõsonuisse firmantur, triduum posuerunt: quamuis non ignorarent quod dies quadraginta in Hebræis codicibus legerentur, vt in Domini nostri Iesu Christi clarificatione intelligerẽtur dissolui aboleriq; peccata: de quo dictũ est, Qui traditus est ppter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã, Clarificatio autem Domini in resurrectione & in cælũ ascensione cognoscitur. Vnde & bis numero, quãuis vnũ & eundẽ Spiritũ sanctũ dedit, primò postquã resurrexit, iterũ posteaquã ascendit in cælũ. Et quoniã post triduũ resurrexit, post xl. autẽ dies ascẽdit, vnũ horũ quod posterius factũ est, per numerũ dierũ codices Hebræi significant: alterũ autẽ de triduo, quod ad eãdẽ etiã rẽ pertineret, septuaginta cõmemorare, non interpretationis seruitute, sed prophetiæ autoritate voluerunt. Non ergo dicamus vnũ horũ falsum esse, & pro aliis interpretib⁹ aduersus alios litigemus, cùm & illi qui ex Hebræo interpretantur, probẽr nobis hoc scriptum esse quod interpretantur: & septuaginta interpretũ autoritas, quæ tãto etiam diuinitùs facto miraculo cõmendatur, tanta in Ecclesiis vetustate firmetur. QVOD mandauit Ioseph ad potentes Ægypti, vt dicerent Pharaoni nomine eius, Pater meus adiurauit me, dicens, In monumento quod ego fodi mihi in terra Chanaã, ibi me sepelies, Quæri potest, quomodo verũ sit, cũ hæc verba patris eius quando de sua sepultura mandauit, nõ legãtur. Sed ad sentẽtiã verba referre debemus, sicut in aliis suprà similiter iteratis verbis vel narrationibus admonuimus. Voluntati enim enunciandæ, & in notitiam perferendæ, oportet verba seruire: fodisse autẽ sibi Iacob sepulchrũ, nusquam superius in scripturis legitur. Sed nisi fieret, cùm in eisdẽ terris esset, modò nõ diceretur. QVID sibi vult, quòd cùm pergerent ad sepeliendũ Iacob, scriptura dicit, Et aduenerũt ad areã Achad, quæ est trans Iordanẽ. Prætergressi sunt enim locum, in quo erat mortuus sepeliẽdus, milia, sicut perhibent qui nouerunt, plusquã quinquaginta: tantũ quippe spatij est plus minus, ab eo loco vbi sepulti sunt Patriarchæ, in quibus & Iacob, vsque ad hunc locũ, quò eos aduenisse narratur. Nã post factũ ibi luctũ & planctũ magnũ redierũt ad locum quẽ præterierant, rursus Iordane traiecto. Nisi fortè quis dicat aliquorũ hostiũ vitãdorum causa per eremũ eos venisse cum corpore, qua via etiam populus Israel ductus est per Moysen ab Aegypto liberatus. Illo quippe itinere vt plurimũ circumitur, & per Iordanem venitur ad † Mambrã, vbi sunt corpora Patriarcharũ, id est, ad terram Chanaã. Sed quomodo factũ sit vt trans illa loca ad Orientem versus tãtum iretur, & inde ad ea per Iordanem veniretur, significationis causa factum esse credendum est, quòd per Iordanem venturus erat ad eas terras postea Israel in filiis suis. ET fecit luctum patri suo septem dies. Nescio vtrũ inueniatur alicui sanctorũ in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouemdial appellant. Vnde mihi videtur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorũ istũ in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gẽtiliũ consuetudine. Septimus verò dies autoritatem in scripturis habet. Vnde alio loco scriptũ est, Luctus mortui septẽ dierũ, fatui autẽ omnes dies vitæ eius. Septenarius autẽ numerus propter sabbati sacramẽtum præciputè quietis indiciũ est: vnde meritò mortuis tanquam rẽquiescẽtibus exhibetur. Quẽ tamẽ numerũ in luctu Iacob decuplauerũt Aegyptij, qui eũ septuaginta diebus luxerunt. ET vixit Ioseph annos centum & decẽ, & vidit Ioseph Ephraim filios vsque ad tertiam generationem, & filij Machyr fili Manasse nati sunt super femora Ioseph. Cùm hos filios filiorũ, velnepotes filiorũ dicat scriptura Ioseph viuendo vidisse, quomodo eos iungit illis septuaginta quinque hominibus, cũ quibus Iacob Aegyptum dicit intrasse, quãdoquidem Ioseph senescẽdo peruenit vt eos natos videret: Iacob autẽ cùm ingressus est in Ægyptũ, iuuenis erat Ioseph, & eum pater moriẽs quinquagesimum & sextum ferè ætatis annũ agentẽ reliquit? Vnde cõstat certi mysterij causa illum numerũ, id est, septuagenariũ & quinariũ scripturam commẽdare voluisse. Si autem quisquã exigit quomodo etiam secũdũ historiæ fidem verum sit, Iacob cum septuaginta quinque animab⁹ in Aegyptũ intrasse, non illo vno die quo venit, eius ingressum oportet intelligi: sed quia in filiis suis plerunque appellatur Iacob, hoc est, in posteris suis, & per Ioseph eũ cõstat in Aegyptum intrasse, introitus eius accipiendus est quãdiu vixit Ioseph, per quem factũ est vt intraret. Toto quippe illo tẽpore nasci & viuere potuerunt omnes qui commemorantur, vt lxxv. animæ cõpleantur vsque ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit, Hi filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, loquens etiã de iis qui non erant nati: quia illic parẽtes eorũ, ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos: quoniã causa qua nascerentur ibi nata est, id est, parentes eorum, quos Lia ibi pepererat: ita quoniam causam intrãdi in Aegyptum Iacob in Ioseph habuit, totum tempus quo in Aegypto vixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptũ per suam progeniẽ, quæ illo viuo propagabatur, per quem factũ est vt ingrederetur.

QVÆST. CLXVIII. Genes. 49. d. 32.

Heb. 12. f. 22.

Eccl. 11. d. 30.

QVÆST. CLXIX. Gen. 50. a. 3.

Exodi 34. d. 28. 3. Reg. 19. b. 8. Matt. 4. a. 2. Ioan. 3. b. 4.

QVÆST. CLXX. Gen. 50. a. 4.

QVÆST. CLXXI. Genes. 50. b. 10.

al. Abrahamium.

QVÆST. CLXXII. Genes. 50. b. 10.

Eccl. 18. a. 13.

Gen. 50. a. 3.

QVÆST. CLXXIII. Gen. 50. d. 23.

Rom. 4. d. 25.

Ioan. 20. c. 22. Act. 2. a. 2.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM SVPER EXODVM, LIBER SECVNDVS.

QVÆST. I. Exodi 1. d. 19.

DE obstetricum mendacio, quo fefellerũt Pharaonem ne occiderent masculos Israelitas quando nascebantur, dicentes, non ita parere mulieres Hebræas sicut pariebant Aegyptiæ: Quæri solet, vtrum talia mendacia approbata sunt autoritate diuina, quãdoquidẽ scriptũ, Deum bene fecisse obstetricibus: sed vtrũ, p misericordia ignoscebat mẽdacio: an & ipsum mendaciũ dignũ præmio iudicabat, incertũ est. Aliud enim faciebant obstetrices viuificãdo infantes paruulos, aliud Pharaoni mentiendo. Nã in illis viuificandis opus misericordiæ fuit, mendacio verò illo pro se vtebãtur ne noceret illis Pharao, quod potuit non ad laudẽ, sed ad veniã pertinere. Neq; hinc autoritatem ad mentiendũ esse ppositã mihi videtur eis de quibus dictũ est, Et nõ est inuentũ in ore eorũ mendaciũ. Quorũdã enim vita longè inferior à professione sanctorũ, si habeat ista mendaciorum peccata, prouectu ipso & indole feruntur, præsertim si † beneficia nõdũ norunt expectare cælestia, sed circa terrena occupantur. Qui autẽ ita viuunt, vt eorũ conuersatio, sicut dicit Apostolus, in cælis sit, non eos existimo linguæ suæ modũ, quantum ad veritatem promẽdam attinet falsitatemque vitandam, exemplo illo obstetricum debere formare. Sed diligentius de hac quæstione disserendũ est, propter alia exempla quæ in scripturis reperiũtur.

Ibid. d. 20.

al. beneficio diuino. Phil. 3. d. 20.

QVÆST. II. Exodi 2. b. 12. Lib. 22. cap. 60. & seq.

DE facto Moysi cùm occidit Aegyptiũ ad defendẽdos fratres suos, satis disputauimus in illo opere quod de vita Patriarcharũ aduersus Faustũ scripsimus: vtrũ indoles in eo laudabilis fuerit, qua hoc peccatũ admiserit, sicut solet vbertas terræ etiam ante vtilia semina quadã herbarũ quãuis inutilium feracitate laudari: an omnino ipsum factũ iustificandũ sit. Quod ideo non videtur, quia nullã adhuc legitimã potestatẽ gerebat, nec acceptã diuinitùs, nec humana societate ordinatã. Tamẽ sicut Stephanus dicit in Actib⁹ apostolorũ, putabat intelligere fratres suos, quod per eũ Deus daret illis salutẽ: vt per hoc testimoniũ videatur Moyses iã diuinitùs admonit⁹, quod scriptura eo loco tacet, hoc audere potuisse. CLAMAVIT ad eum Dominus de rubo. Dominus in angelo, an Dominus angelus ille qui dictus est, Magni cõsilij angelus: & intelligit Christus. Suprà enim dixit, Apparuit illi angelus Domini in flãma ignis in rubo. EDVCERE illos de terra illa in terrã bonã & multã, in terrã fluentẽ lac & mel: vtrũ terrã fluẽtem lac & mel spiritaliter accipere debemus, quia secũdũ proprietatẽ non hoc erat illa quæ data est populo Israel: an locutionis est, qua id ad laudẽ vbertatis & suauitatis referatur. ET nunc ecce clamor filiorũ Israel venit ad me, non sicut clamor Sodomorũ, quo iniquitas sine timore & sine verecundia significatur.

Act. 7. c. 25.

QVÆST. III. Exodi 3. a. 2. Elaiæ 9. b. 6.

QVÆST. IIII. Exodi 3. b. 8.

QVÆST. V. Exodi 3. c. 9. Genes. 18. c. 20.

QVÆST. VI. Exodi 3. g. 22.

QVOD mandauit Dominus Hebræis per Moysen, vt acciperent ab Aegyptiis vasa aurea & argentea & vestẽ: atq; addidit, Et prædabimini eos: mandati huius non potest iniustum esse iudicium. Mandatũ enim Dei est, de quo non iudicandum, sed ei obtemperandum fuit. Ille enim nouit quàm iustè mandauerit, ad seruũ autem pertinet obedienter facere quod mandauit.

QVÆST. VII. Exodi 4. c. 10.

QVOD ait Moyses ad Dominum, Precor Domine non sum eloquens ante hesternum, neque ante nudiustertianum diem, neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo: intelligitur credere, posse fieri Dei voluntate subitò eloquentẽ: cùm dicit, Neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo; tanquam ostẽdens fieri potuisse, vt ante hesternũ & nudiustertianũ diẽ qui eloquens non fuisset, repentè fieret, ex quo cum illo Dominus loqui cœpit. QVIS fecit mutũ & audientẽ, videntem & cæcũ? nónne ego Dominus Deus? Sunt qui Deo calũniantur, vel scripturæ potius veteris Testamenti, quia dixerat Deus, quòd ipse fecerat cæcũ & mutũ. Quid ergo dicunt de Domino Christo apertè in Euangelio dicente, Ego veni vt qui non vident videãt, & qui vident cæci fiant? Quis autẽ nisi insipiens credẽderit aliquid homini secundum vitia corporalia posse accidere, quod Deus nolit? Sed eũ iustè totũ velle nemo ambigit. QVOD Dominus dicit ad Moysen, Sed nũc vade tu, & ego aperiã os tuum, & instruã te quæ locuturus es. Satis hic apparet, non tãtum instructionem oris, sed ipsam etiã apertionẽ ad Dei voluntatẽ & gratiã pertinere. Non enim ait, Tu aperi os tuũ, & ego instruã te: sed vtrunque ipse promisit, Aperiã & instruã. Alibi autẽ dicit in Psalmo, Dilata os tuũ, & adimplebo illud. Vbi significat in homine volũtatẽ accipiendi, quod Deus donat volenti: vt ad voluntatis exordiũ pertineat, Dilata os tuũ: ad Dei autẽ gratiã, Et adimplebo illud. Hic verò, Et aperiã os tuũ, & instruam te.

QVÆST. VIIII. Exodi 4. c. 11.

Ioan. 9. g. 39.

QVÆST. X. Exodi 4. d. 12.

Psal. 80. c. 8.

ET iratus iracundia Dominus dixit. Quemadmodũ possit intelligi irascens Deus, quia non sicut homo per irrationabilẽ perturbationẽ, per omnia tenendũ est vbi tale aliquid scriptura dicit, ne de hoc eadẽ sæpe dicenda sint. Sed meritò quæritur, cur iratus de fratre Moysi dixerit, quòd illi ipse loqueretur ad populũ: videtur enim tanquã diffidenti non dedisse plenissimã facultatẽ, quã daturus erat, & per duos agi voluisse, q̃ etiã per vnũ posset, si credidisset. Veruntamen eadem verba omnia diligentius considerata, non significant iratũ Dominũ pro vindicta dedisse Aaron. Sic enim dicit, Nónne ecce Aaron fratres tuus Leuites scio quia eloquens est, loquetur ipse? Quibus verbis ostenditur Deus increpasse potius eũ, qui timeret tre qd̃ ipse esset minus idoneus, cùm haberet fratrẽ, per quẽ posset ad populũ loqui quod vellet: quoniã erat ipse gracilis vocis, & linguæ tardioris, quanquã de Deo totũ sperare deberet. Deinde eadẽ ipsa quę paulo antè promiserat, & posteaquã iratus est, dicit: Dixerat enim, Aperiã os tuũ, & instruã te: nunc autẽ dicit, Aperiã os tuũ & os eius, & instruã vos quæ faciatis: sed quoniã addidit, Et loquetur ipse tibi ad populũ: videtur oris apertio præstita, propter quod dicit Moyses linguæ se tardioris. De vocis autem gracilitate nihil ei Dominus præstare voluit, sed propter hoc adiutorium fratris adiunxit, qui posset ea vti voce, quæ populo docendo sufficeret. Quod autem ait, Et dabis verba mea in os eius: ostendit quod ea loquendo esset daturus: nam si tantummodo audiendo, sicut populo, in aures diceret. Deinde quod paulo pòst ait, Et loquetur ipse tibi ad populum, & ipse erit tuum os: & hic subauditur, ad populum. Et cùm dicit, Tibi loquetur ad populum: satis indicat in Moyse principatum, in Aarõ ministerium. Deinde quòd ait, Tu autẽ illi eris in iis quæ ad Deum. Magnum hîc fortassis perscrutãdum est sacramentum, cuius figurã gerat, velut medius Moyses inter Dominum & Aaron, & medius Aaron inter Moysen & populum. IN eo quod scriptum, Et factum est in via ad † refectionem obuiauit ei angelus, & quærebat eum occidere: & assumpto Sephora calculo, circumcidit præputium filij sui, & procidit ad pedes eius, & dixit, Stetit sanguis circumcisionis infantis mei: & recessit ab eo: propter quod dixit, Desiit sanguis circumcisionis. Primum quæ-

Ibidem.

Ibid. c. 12.

Ibid. d. 15.

Ibid. d. 16.

QVÆST. XI. Exodi 4. b. 24.

al. profectionem.

ritur, quē volebat angel⁹ occidere, vtrū Moysen, quia dictū est, Occurrit ei angelus, & quærebat eū occidere. Nam cui putabitur occurrisse, nisi illi qui vniuerso suorū comitatui præfuit, & à quo cæteri ducebantur? An puerū quærebat occidere, cui mater circūcidendo subuenit: vt ob hoc intelligatur occidere voluisse infantē, quia non erat circuncisus, atq; ita sancire præceptū circuncisionis, seueritate vindictæ? Quod si ita est, incertū est prius de quo dixerit, Quærebat eū occidere, quia ignoratur quē, nisi ex consequentibus reperiatur: mira sanè locutione & inusitata, vt prius diceret, Occurrit ei, & quærebat eū occidere: de quo nihil antè dixerat. Sed talis est in Psalmo, Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion. Inde enim Psalmus incipit, nec aliquid de illo vel de illa dixerat, cuius fundamenta voluit intelligi, dicens, Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed quia sequitur, Diligit Dominus portas Sion: ergo fundamenta vel Domini vel Sion, & ad faciliorē sensum magis Siō, vt fundamēta ciuitatis accipiantur. Sed quia in hoc pronomine, q̄ est, Eius, genus ambiguum est (omnis enim generis est hoc pronomen, id est, & masculini, & fœminini, & neutri: in Græco autē in fœminino genere dicitur αὐτῆς, masculino & neutro αὐτοῦ, & habet codex Græcus, αὐτῶ) cogit intelligere non fundamenta Sion, sed fundamenta Dñi, id est, quæ cōstituit Dñs, de quo dictū est, Ædificans Hierusalē Dominus. Nec Sion tamē, nec Dominū antea nominauerat, cùm diceret, Fundamenta eius in montibus sanctis: sic & hic nōdum nominato infante dictum est, Occurrit ei, & quærebat eū occidere: vt de quo dixerit, in consequētibus agnoscamus: quanquā & si de Moyse accipere quisquā voluerit, non est magnopere resistendū. Illud potius q̄ sequitur si fieri potest intelligatur, quid sibi velit ideo recessisse angelū ab interfectione cuiuslibet eorū, quia dixit mulier, Stetit sanguis circūcisionis infantis: nō enim ait, recessit ab eo, propter q̄ circūcidit infantē: sed quia steterit sanguis circūcisionis: non quia cucurrit, sed quia steterit, magno nisi fallor sacramento.

Psal. 86.a.1.
Psal. 146. a.
Psal. 86.a.1.

QVOD superius dictū est, q̄ Moyses vxorē & infantes suos imposuit vehiculis, vt cū eis in Ægyptū pergeret, postea verò Iethro socer eius illi cū eis occurrit, posteaquā eduxit populum ex Ægypto: quæri potest, quomodo vtrūque sit verū. Sed intelligēdum est, post illam quæ ab angelo futura interfectionem Moysi vel infantis, reuersam fuisse cum paruulis. Nam quidam putauerunt propter hoc angelum tertuisse, ne ad impedimentum ministerij, quod diuinitus impositum Moyses gerebat, femineus sexus comitaretur.

QVÆST. XIII. Exodi 4.c. 2.
Exodi 18. a.1.

QVÆRITVR, quomodo populo dicatur, quod mādauit Deus eiecturū se eos de Ægypto in terram Chanaā: Pharaoni autē dicatur, q̄ triū dierū iter exire velient in desertū, & immolare Deo suo ex mādato eius. Sed intelligēdū est, quāuis De⁹ sciret quid esset facturus, quoniā præsciebat nō cōsensurū Pharaonē ad populū dimittendū, illud primò dictū esse, quod etiā primitùs fieret, si ille dimitteret: vt enim sic fierēt omnia quemadmodum consequens scriptura testatur, Pharaonis contumacia meruit & suorum. Neque enim mendaciter Deus iubet quod scit non facturū cui iubetur, vt iustum iudicium consequatur. VERBA quæ dicit Moyses ad Dominum: Quare afflixisti populum hunc, & vt quid me misisti: ex quo enim intraui ad Pharaonem loqui in tuo nomine in hunc populum, non liberasti populum tuum: non contumaciæ verba sunt vel indignationis, sed inquisitionis & orationis. Quod ex his apparet quæ illi Dominus respondit. Nō enim arguit infidelitatem eius, sed quid sit facturus aperuit. SACRAMENTI locum esse dubiū nō est, quòd scriptura volēs originē Moysi demōstrare, † quod ei⁹ actio iā experebat, à primogenito Iacob, id est, Rubē progenies cœpit, inde ad Simeō, inde ad Leui, vltra progressa nō est, quoniā ex Leui Moyses. Hi autē commemorātur qui iam cōmemorati fuerāt in illis septuagintaquinque in quibus Israel intrauit in Ægyptum: nō enim primā neq; secūdā, sed tertiā tribū, id est, Leuiticam Deus, esse voluit sacerdotalem.

QVÆST. XIV. Exodi 6.c. 14. al. quoniam.

QVÆST. XV. Exodi 6.d. 30.

QVOD Moyses dicit: Ecce ego gracili voce sum, & quomodo exaudiet me Pharao: non videtur tantum propter magnitudinē populi excusare de vocis gracilitate, verūetiā propter vnū hominē. Mirū si tā gracilis vocis fuit vt nec ab vno homine posset audiri: an fortè regius fastus nō eos permittebat de proximo loqui? Dicitur autē illi, Ecce dedi te deū Pharaoni, & Aaron frater tuus erit tuus propheta. NOTANDVM quòd cùm ad populū mitteretur, non ei dictū est, Ecce dedi te deū populo, & frater tuus erit tu⁹ propheta: sed frater tu⁹, inquit, loquetur tibi ad populū. Dictū est eriā, Erit os tuū, & tu illi quæ ad Deū: non dictū est, Tu illi deus. Pharaoni autē dicitur Moyses datus DEUS, & secundū analogiā propheta Moysi Aarō, sed ad Pharaonē. Hic insinuatur nobis ea loqui prophetas Dei quæ audiūt ab eo, nihilq; aliud esse prophetā Dei, nisi enūciatorē verborū Dei hominibus, qui Deum vel non possunt vel non merētur audire.

QVÆST. XVI. Exodi 6.d. 30.
QVÆST. XVII. Exodi 7.a. 1.

ASSIDVE Deus dicit, Indurabo cor Pharaonis: & velut causam infertur hoc faciat: Indurabo, inquit, cor Pharaonis, & implebo signa mea & portenta mea in Ægypto: tanquā necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, vt signa Dei multiplicarētur vel implerentur in Ægypto. Vtitur ergo Deus bene cordibus malis, ad id quod vult ostendere bonis, vel q̄ facturus est bonis. Et quamuis vniuscuiusquæ cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malū, suo fiat vitio, quod moleuit ex arbitrio voluntatis: † tamen qualitate mala vt huc vel illuc moueatur, cùm siue huc, siue illuc malè moueatur causis † sit quibus animus propellitur: quæ causę vt existant vel non existant, nō est in hominis potestate, sed veniūt ex occulta prouidentia, iustissima planè & sapientissima, vniuersum q̄ creauit disponentis & administrantis Dei. Vt ergo tale cor haberet Pharao, q̄ patientia Dei nō moueretur ad pietatē, sed potius ad impietatē, vitij proprij fuit. Quòd verò facta sunt ea, quibus cor suo vitio tā malignū resisteret iussionibus Dei (hoc est enim q̄ dicitur Induratū: quia nō flexibiliter cōsentiebat, sed inflexibiliter resistebat) dispēsationis fuit diuinæ, qua tali cordi nō solū iusta, sed euidenter iusta pœna parabatur, qua timentes Deū corrigerentur. Proposito quippe lucro, verbi gratia, propter q̄ homicidiū comittatur, aliter auarus, aliter pecuniæ cōtēptor mouetur: ille scilicet ad facinus perpetrandū, ille ad cauendū: ipsius tamen lucri propositio in alicuius illorū non fuit potestate. Ita causæ veniunt hominibus malis, quæ non sunt quidē in eorum potestate, sed hoc de illis faciūt, quales eos inuenerint iam factos propriis vitiis ex præterita voluntate. Videndū sanè est, vtrū etiā sic accipi possit, Ego indurabo: tanquā diceret, quàm durū sit demonstrabo.

QVÆST. XVIII. Exodi 6.a. 3.*

SI loqueretur vobis Pharao dicens, date nobis signum aut portentū, † & dices Aaron fratri tuo, Sume virgam & proiice illam palam Pharaone & palam seruis eius, & erit draco. Hic certè non ministerio vocis erat opus, cùm videbatur velut ex necessitate datus Aaron propter gracilitatem vocis Moysi: sed virga erat proiiciēda vt draco fieret. Cur ergo Moyses ipse non fecit, nisi quia ista mediatio ipsius Aarō inter Moysen & Pharaonem

QVÆST. XIX. Exodi 7.b. 9. al. in.

raonem alicuius magnę rei figuram gerit? ETIAM hoc notandum est, quod cùm signum palā Pharaone fieret, scriptum est, Et proiecit Aaron virgā suā. Si fortè dixisset, Proiecit virgam: nulla esset quęstio. Quod verò addidit, Suā, cum eā Moyses dederit, non frustra forsitam dictum est. An erat vtrique illa virga cōmunis, vt cuiuslibet eorum diceretur, verum diceretur? ET absorbuit virga Aaron virgas illorum. Si dictum esset, Absorbuit draco Aarō virgas illorū, intelligetur verus draco Aarō phantastica illa figmenta nō absorbuisse, sed virgas. Hoc enim potuit absorbere quod erant, nō quod esse videbantur, & nō erāt. Sed quoniā dixit, Absorbuit virga Aaron virgas illorum: draco vtique potuit virgas absorbere non virga. Sed eo nomine appellata res est vnde versa est, nō in quod versa est, quia in id etiā reuersa est: ideo hoc vocari debebat q̄ principaliter erat. Quid ergo dicendū est de virgis magorū, vtrū & ipsæ veri dracones factæ fuerāt, sed ea ratione virgæ appellatæ sunt, qua & virga Aarō: an potiⁿ videbantur esse quod nō erāt ludificatione venefica? Cur ergo ex vtraq; parte & virgę dicūtur & dracones, vt de figmētis illis nihil differat loquendi modus? Sed demonstrare difficile est, quomodo etiam si veri dracones facti sunt è virgis magorū, nō fuerint tamē creatores draconū, nec magi, nec angeli mali, quib⁹ ministris illa operabantur. In sunt enim corporeis rebus per oīa clemēta mundi quędam occultæ seminariæ rationes, quibus cū data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorūpunt in species debitas suis modis & finibus. Et sic nō dicūtur angeli, qui ista faciūt, animaliū creatores, sicut nec agricolæ segetum vel arborum vel quorumcunque in terra gignētium creatores dicendi sunt: quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates & causas, vt illa nascantur. Quod autē isti faciunt visibiliter, hoc angeli inuisibiliter: Deus verò solus † verus creator est, qui causas ipsas & rationes seminarias rebus ipsis inseruit. Res breuiter dicta est, quæ si exēplis & copiosa disputatione explicetur, vt facilius intelligatur, longo sermone op⁹ esset, à quo se ratio nostræ festinationis excusat.

QVÆST. XX. Exodi 7.b. 10.
QVÆST. XXI. Exodi 7.b. 12.
al. vnus
QVÆST. XXII. Exodi 7.b. 13. & d. 22.

FECERVNT autē similiter & incantatores Ægyptiorū veneficiis suis, & induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut dixit Dñs, Cùm hæc dicūtur, videtur propterea cor Pharaonis induratum fuisse, quia & incantatores Ægyptiorū similia fecerūt. Sed consequentia docebūt quanta fuerit illa obduratio, etiā cū incantatores deficerent.

QVÆST. XXIII. Exodi 8.b. 7.

FECERVNT autē similiter & incantatores Ægyptiorū veneficiis suis, Et eduxerunt ranas super terrā Ægypti. Quæritur, vnde si iam vbiq; factū erat. Sed similis quęstio est, vnde & aquā in sanguinē verterūt, si tota aqua Ægypti in sanguinem conuersa iam fuerat. Vnde intelligendum est regionē, vbi filij Israel habitabāt, plagis talibus non fuisse percussam: & inde potuerunt incantatores vel aquā haurire quam in sanguinē verterent, vel aliquas ranas educere ad solam demonstrationem magicæ potentiæ, quanquam potuerunt etiam, posteaquam illa compressa sunt, facere: sed scriptura citò narrando cōiunxit quod etiam postea fieri potuit.

QVÆST. XXIIII. Exodi 8.d. 15.

ET vidit Pharao quoniam facta est refrigeratio, & ingrauatum est cor eius, & non exaudiuit eos, sicut dixerat Dominus. Hic apparet non illas tantū fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quod incātatores eius similia faciebant, verumetiam ipsam Dei patientiam qua parcebat patientia Dei secundum corda hominum, quibusdam vtilis ad penitendum, quibusdam inutilis ad resistendū Deo, & in malo perseuerādum: nō tamē per seipsā inutilis est, sed secundum cor malum, sicut iā diximus. Hoc & Apostolus dicit, Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiā te adducit? Secundum autē duritiam cordis tui & impœnitētes cōr, thesaurizas tibi irā in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Nam & alibi cū diceret, Christi bonus odor sumus in omni loco: etiam illud adiunxit, Et in iis qui sa lui fiūt, & in iis qui pereunt. Nō Dixit Christi bonū se odorē esse iis qui salui fiunt, malum autē iis qui pereunt, sed tantum bonum odorē se dixit. Illi verò tales sunt, vt & bono odore pereant secundū sui cordis, vt sæpe dictum est, qualitatē, quę mūdanda est bona volūtate in Dei gratiā, vt incipiant ei p̄desse iudicia Dei quæ malis cordibus nocēt. Vnde ille immutato in melius corde cantabat, Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. Non dixit munera, vel præmia tua, sed iudicia tua. Multum est autem vt syncera fiducia dici possit, Proba me DOMINE & tēta me, vre renes meos & cor meū. Et ne sibi aliquid ex suis viribus tribuisse videretur cōtinuo addidit, quoniā misericordia tua ante oculos meos est, & cōplacui in veritate tua. Factam erga se cōmemorat misericordiā, vt cōplacere posset in veritate, quoniā vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas.

Rom. 2.a.4.
2. Cor. 2.d. 14.
Psal. 118. 174.
Psal. 25.a.2.
Ibidem.
Psa. 24.c.11.

QVOD dixerūt magi ad Pharaonē, Digitus Dei est hic: quoniā nō potuerunt educere cyniphes: senserunt profectò cū artium suarū nefariarum scirent potentiam, non talibus artibus velut potentior in eis esset Moyses, suos conat⁹ fuisse frustratos, vt nō possent educere cyniphes, sed digito DEI, qui vtique operabatur per Moysen. Digitus autē Dei, sicut Euāgelium manifestissimè loquitur, Spiritus sanctus intelligitur. Namq; vno Euangelista ita narrante verba Dñi, vt diceret, Si ego in digito DEI eiicio dęmonia, alius Euangelista idipsum narrās exponere voluit quid sit digitus Dei, & ait: Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia. Cū itaque magi faterentur, quorum Pharao potentia præsidebat, digitum Dei esse in Moyse in quo superabantur, & eorū veneficia frustrabantur: tamē induratum est cor Pharaonis nunc mirabili omni no duritia. Cur autē in tertia ista plaga magi defecerunt, (nam plagæ cœperunt ex quo aqua in sanguinē versa est) & sentire & explicare difficile est. Poterant enim & in primo signo deficere, vbi in serpentē virga conuersa est: & in prima plaga, vbi aqua in sanguinē cōmutata est: & in secūda de ranis, si hoc voluisset digitus Dei, id est, Spiritus sanctus. Quis enim demētissimus dixerit digitū Dei in hoc signo potuisse conatus magorū impedire, & in superioribus nequiuisse? Omnino ergo certa causa est quare illa facere hucusq; permissi sunt. Cōmēdatur enim fortasse trinitas, & quod verum est summi philosophi gentiū, quantū in eorū literis indagatur, sine Spiritu sancto philosophati sunt quamuis de patre & filio non tacuerint, quod etiam Didymus in libro suo meminit, quē scripsit de Spiritu sancto.

Luca 11.c. 20.
Matth. 12.b. 28.

QVÆST. XXV. Exodi 8.e. 19.

QVÆST. XXVI. Exodi 8.e. 21.

ECCE ego mitto in te & in seruos tuos & in populū tuū & in domus tuas cynomyiam, & implebuntur domus Ægyptiorū cynomyia: vt scias quoniam ego sum Dominus Deus omnis terræ: & dabo interualum inter populum meum, & inter populū tuū. Quod hic scriptura aperuit, ne vbicūque diceret, intelligere † debemus & in posterioribus & in ptioribus signis factum esse, vt terra in qua habitabat populus Dei nullis plagis talibus vexaretur. Oportunum autem fuit, vt ibi hoc apertē poneretur, vnde iam incipiunt signa quibus magi similia nec conati sunt facere: proculdubio enim quia vbique fuerant cyniphes in regno Pharaonis: non autem fuerant in terra Gessen, ibi conati sunt magi similiter facere, & minimè potuerūt. Quousque ergo deficerēt, nihil de eius terræ segregatione

al. debeuemus, sed.

dictum est, sed ex quo cœperunt ea fieri vbi iam illi si-
QVÆST. XXVII. Exodi 8.f. 25. milia facere nec conari auderent. QVOD Latini co-
dices habent, Euntes immolate Domino Deo vestro
in terra hac, Græcus habet, Veniẽtes immolate Do-
mino Deo vestro in terra hac. Nolebat enĩ eos ire quò
dicebant, sed vt illic in Ægypto immolarent, volebat.
Hoc ostendunt verba Moysi quæ sequũtur, vbi dicit,
nõ posse fieri propter abominationes Ægyptiorum.

QVÆST. XXVIII. Exodi.8.f. 26. QVOD ait Moyses, Non potest fieri sic: Abomina-
tiones enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo
nostro: id est, hæc immolaturi sum⁹ quæ abominãtur
Ægyptij, & propterea in Ægypto non possumus: hoc
manifestant verba quæ adiungit & dicit, Si enim im-
molauerimus abominationes Ægyptiorum palam ip
sis, lapidabimur. Hoc non intelligẽtes quidã interpre-
tes nostri sic interpretati sunt, vt dicerent, Nõ potest
fieri sic, nũquid abominationes ægyptiorũ immolabi-
mus Domino Deo nostro? Cũ magis hoc scriptura di-
xerit, quia Ægyptiorum abominationes immolaturi
sunt. Alij verò Latini sic habent, Non potest fieri sic,
quoniã abominationes Ægyptiorũ nõ immolabimus
Domino Deo nostro. Contrariũ sensum facit addita
particula negatiua, cũ Moyses dixerit, Nõ potest fieri
sic, abominationes enĩ Ægyptiorũ immolabimus Do-
mino Deo nostro: & ideo in eremũ dicebant se ire vel-
le, vbi Ægyptij nõ viderent abominationes suas. Hoc
autẽ intelligẽdum est mysticè significari, quod etiam
de pastoribus diximus, qui erant Ægyptiis abomina-
Genes. 46. d. 34. biles: & ideo separatam terram Israëlitæ acceperunt,
cũ venerunt in Ægyptũ. Sic enim & Sacrificia Israëli-
tarum abominationes sunt Ægyptiis, sicut iniquis vita
QVÆST. XXIX. Exodi 8.g. 32. iustorũ. CVM ablata esset locusta, dictũ est de Pharao-
ne, Et ingrauauit Pharao cor suum etiã in hoc tẽpore,
& noluit dimittere populũ. Certè nũc nõ dictũ est, In-
grauatũ est cor Pharaonis, sed Ingrauauit Pharao cor
al. A volũtate. suum, sic vtique in omnibus plagis. † In volũtate quip
pe hominis est origo vitiorũ: mouẽtur autẽ causis corda
hominũ, alia sic, alia verò sic, etiam nõ diuersis cau-
QVÆST. XXX. Exodi.9.b. 7. sis, sæpe diuerso modo secundum proprias qualitates,
quæ ex voluntatibus veniunt. VIDENS autẽ Pharao,
quia nõ est mortuũ de pecoribus filiorũ Israël vllum,
ingrauatũ est cor Pharaonis. Quomodo ex contrariis
causis facta est hæc ingrauatio cordis Pharaonis? Si e-
nim & pecora Israelitarũ morerentur, tunc videretur
causã cõpetens qua cor eius ingrauaretur ad contem-
nendũ Deũ, tanquam si & magi eius pecora Israëlita-
rum fecissent mori. Nunc verò vnde debuit ad timen-
dũ vel credendũ moueri, vidẽs nullũ pecus mortuum
al. hinc in gra uatum est. ex pecoribus Hebræorũ, † hic ingrauatus est: id est,
QVÆST. XXXI. Exodi 9.b. 8. illa ingrauatio etiã hucusque progressa est. QVID est
quod dicit Deus ad Aaron & Moysen, Sumite vobis
plenas manus fauillæ de fornace, & aspergat Moyses
in cælũ corã Pharaone & coram seruis eius, & fiat pul-
tis in tota terra Ægypti? Signa enĩ superiora, virga fie-
bant, quã nõ Moyses, sed Aarõ vel extendebat super
aquam, vel ad terram percutiebat: nunc verò interpo-
sitis duobus signis de cynomyia & pecorum morti
bus, vbi nec Aaron nec Moyses aliquid operati sunt
manu, dicitur vt Moyses fauillam spargat in cælum de
fornace, & hanc ambo sumere iubentur, sed ille spar-
gere non in terram, sed in cælum, tanquam Aarõ qui
datus erat ad populum, terram percutere deberet, vel
Exodi 2. d. 16 in terram, siue in aquam manum extendere: Moyses
verò, de quo dictum est, Eritq; tibi in iis quę ad Deũ,
in cœlum iubetur fauillam spargere. Quid duo illa su-
QVÆST. XXXII. Exodi 9.c. 16. periora signa, vbi nec Moyses nec Aaron manu ali-
quid operantur? Quid sibi vult ista diuersitas? Neque
enim nihil. ET propter hoc ipsum conseruatus
es, vt ostendam in te virtutem meã, & vt annuncietur
A nomẽ meum in vniuersa terra. Hęc scripturæ verba &
Apostol⁹ posuit, cũ in eodẽ loco perdifficili versaretur.
Rom. 9.c. 22. Ibi autẽ & hoc ait, Si autẽ volens Deus ostẽdere iram,
& demõstrare † patientiã suã, attulit in multa patiẽtia
al. patientiã. vasa irę: parcendo vtique iis, quos malos futuros esse
præsciebat: quæ vasa dicit perfecta in perditionẽ. Et vt
notas, inquit, faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misẽ-
ricordiæ. Vnde vasorum misericordiæ vox est in Psal-
Psal. 58.b 10. mis, Deus meus, misericordia eius præueniet me: De⁹
meus demõstrauit mihi in inimicis meis. Nouit ergo
Deus bene vti malis, in quibus tamẽ humanam natu-
ram nõ ad malitiã creat, sed eos perfert patienter quo-
usque scit oportere: non inaniter, sed vtẽdo eis ad ad-
monitionẽ vel exercitationẽ bonorum. Ecce enim vt
annunciaretur nomen Dei in vniuersa terra, vasis mi-
sericordiæ vtiq; prodest. Ad eorum itaque vtilitatem
Pharao seruatus est, sicut & scriptura testatur, & exitus
B QVÆST. XXXIII. Exodi 9. d. 19. docet. QVID est quod mandauit Deus Pharaoni, cũ
se facturum magnam grandinẽ minaretur, vt festinet
congregare pecora sua, & quæcunq; illi essent in cãpo,
ne grandine intereant? Hoc enim nõ tam indignanter
quàm misericorditer videtur admonere. Sed hoc non
facit quæstionẽ, quòd Deus etiã irascens tẽperat pœ-
nã. Illud est quod meritò mouet, quibus nunc pecori-
bus cõsulatur si oia mortua fuerãt plaga superiore, vbi
scriptum est quòd discreuit Deus inter pecora He-
brærorum & Ægyptiorum, ita vt illic nullũ moreretur,
oia verò Ægyptiorũ pecora morerẽtur. An eo soluitur
quæstio, quòd prædixerat ea moritura quæ in campo
fuissent, vt hæc accipiantur oia: intelligantur autẽ eua
sisse quæ in domibus erãt, quæ potuerunt etiam à du-
bitantibus colligi & in domo teneri, ne fortè verum
esset quod Moyses Dominũ facturũ esse prædixerat:
C & ex his esse in cãpis iterũ poterant quæ modò admo-
net cõgregati in domos ne grandine pereant. Maximè,
quia sequitur scriptura & dicit: Qui timuit verbũ Do-
mini seruorũ Pharaonis, cõgregauit pecora sua in do-
mos: qui autẽ non intẽdit mente in verbum Domini,
dimisit pecora sua in cãpo. Hoc ergo fieri potuit, quã-
do etiã mortẽ pecorum minatus est Deus, quãquam
QVÆST. XXXIIII. Exodi 9.c. 22. id scriptura tacuerit. ET dixit Dominus ad Moysen,
Extende manũ tuam in cælum, & erit grando in om-
ni terra Ægypti. Ecce iterum Moyses non in terram,
sed in cælum manum iubetur extendere, sicut su-
QVÆST. XXXV. Exodi 9.f. 27. perius de fauilla. CVM fragore cæli, qui vehe-
al. confitem. mẽs erat in grãdine, Pharao territus rogaret Moysen
vt oraret pro illo † cõfitẽre iniquitatẽ suam & populi
sui, Moyses ei dixit, Et tu & serui tui scio quòd nondũ
timetis Dominum. Qualẽ timorem quærebat, cui ti-
mor iste nõdum erat ei Domini timor? Facile est enim
D pœnã timere, sed nõ hoc est Deum timere, illo scilicet
Domini timore pietatis, quẽ cõmemorat Iacob, vbi
dicit, Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac a-
Genes. 31.f. 42. desset mihi, nunc me inanẽ dimisisses. DOMINVS
QVÆST. XXXVI. Exodi. 10.a. 1. ad Moysen: Intra ad Pharaonem: ego enim gra-
uaui cor eius & seruorum eius, vt ordine superueniant
signa mea hæc super eos: tanquam opus habeat Deus
cuiusquam malitia. Sed sic intelligendum est, ac si di-
ceret, Ego enim patiens fui super eum & seruos eius,
al. enim. vt non eos auferrem, vt ordine superueniãt signa mea
super eos. Quia † cùm patientia Dei obstinatior fiebat
QVÆST. XXXV. Exodi 10.c. 19. malus animus, ideo pro eo quod est, Patiens in eum
fui, dicitur, Grauaui cor eius. ET non est relicta
locusta vna in omni terra Ægypti, & indurauit Domi
nus cor Pharaonis. Beneficium certè Dei commemo-
rauit scriptura, quo abstulit locustas: & secuta, dixit
indurasse Dominum cor Pharaonis, beneficio vtique
suo,

suo & patientia sua, qua illa fiebat obstinatio, dum ei
A parceretur, sicut omnia mala corda hominũ, patiẽtia
QVÆST. XXVIII. Exodi 10. f. 21. Dei malè vtendo durescunt. TERTIO dicitur ad
Moysen, Extende manum tuam in cælum, vt fiere te-
tiam plaga tenebrarum. Nunquam autem dictũ est ad
fratrem eius Aaron, vt extẽderet manũ in cælũ. Quòd
ergo dictum ad Moysen, Extende manum tuam super
terram Aegypti, & ascẽdat locusta super terram: credo
id significatum, etiam minus posse qui plus potest, nõ
QVÆST. XXXIX. Exodi 11. a. 2. autem continuo cui minora conceduntur, posse maio-
ra. DEVS ad Moysen, Loquere ergo secretò in au-
res populi, vt petat vnusquisque à proximo, & mulier
à proxima vasa aurea & argentea & vestem. Non hinc
quisque sumendum exemplum putare debet ad expo-
liãdum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit,
qui nouerat quid quẽque pati oporteret: nec Israelitæ
furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministeriũ præbue-
rũt. Quomadmodũ cùm minister iudicis occidit eum
B quẽ iudex iussit occidi, profectò si id sponte faciat, ho-
micida est, etiamsi eum occidat, quẽ scit occidi à iudi-
ce debuisse. Est etiam ista nõnulla quæstio, Si eo rsum
habitabãt Hebræi in terra Gessen, vbi nec plagæ fiebãt
q̃bus regnũ Pharaonis affligebatur, quomodo quisq;
petit à proximo vel à proxima, aurum, argentũ, & ve-
stem, præiertim quia vbi primum hoc mandatur per
al. cõcellanea. Moysen, sic positum est, & mulier à vicina sua & con-
celleria vel † concellanea (si ita dicendum est) vel coha-
bitatrice sua. Vnde intelligẽdũ est, etiã in terra Gessen
nõ solos Hebræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios
in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potuerũt me-
ritò Hebræorum etiam illa diuina beneficia perueni-
re, vt hinc eos & diligerent iidẽ Aegyptij cohabitato-
res, ac quod petebãt facilè cõmodarẽt: nec tamen De⁹
iudicauit ita illos alienos fuisse ab iniuriis & contritio-
nib⁹ quas populus Dei pertulit, vt nec isto damno fe-
rirentur, qui plagis illis propterea quòd terræ illi parce
QVÆST. XL. Exodi 7.a. 3. batur, percussi non erant. DIXIT autẽ Dominus
ad Moysen, Non exaudiet vos Pharao, vt multiplicẽ
tur, quæ vtiliter fiebant ad terrendum populum Dei,
atque ipsa discretione ad pietatem informandum. Sed
hoc Dei fuit, malitia cordis illius bene vtentis: nõ Pha-
QVÆST. XLI. Exodi 12.b. 10. raonis, Dei patientia malè abutentis. QVÆ autem
superauerint ab eo in mane igni concremabitis. Quæ-
ri potest, quomodo aliquid superauit cum hoc præmo
niti fuerint, vt si domus non habuerit consumendo pe-
cori idoneã multitudinẽ, vicini assumãtur. Sed intelli-
QVÆST. XLII. Exodi 12.a. 5. gitur quoniã dictũ est, Os nõ cõteretis ab eo, remãsu-
ravtiq; fuisse ossa quę igni cremarẽtur. AGNVS perfect⁹
masculus anniculus erit vobis. Mouere potest ista
D locutio, quasi agnus possit esse nõ masculus, nescientem
qua necessitate ita sit translatum. Ouis enim transferri
debuit, quia Græcus πρόβατον habet, sed πρόβατον in
Græca lingua generis neutri est, & potuerunt quæ se-
quuntur omnia cõuenire, tãquam si diceret, pecus per-
fectum masculum anniculum erit vobis. Potuit enim
dici Latinè masculũ pecus: quomodo dicũtur masculi
thura genere neutro: ouis autem masculus dici non
posset, quia feminini generis est ouis. Item ouis mascu-
la si diceretur, esset absurdius: pecus verò si poneretur,
etiã aliud intelligeretur, nec seruaretur sacramentum.
Quod cùm scriptura de oue loquatur, pòst dicit, ab a-
gnis & hœdis accipietis illud. Qua in re Christus signi
ficari meritò accipitur. Quid enim opus erat ouẽ vel a
gnũ ab agnis & hœdis accipiendũ moneri, nisi ille figu-
raretur cuius caro non solum ex iustis, verumetiam ex
peccatoribus propagata est? Quanquam conentur
A Iudæi etiam hœdum intelligere accipiendum ad cele-
brandum Pascha, & hoc etiam dictum esse putant ab
annis & hœdis accipi, tanquam diceret, vel ab agnis
agnum, vel ab hœdis hœdum, si illud desit, sumi oporte-
re: apparet tamen in Christo rebus impletis quid illo
præcepto fuerit figuratum. QVOD scriptum est, Et
QVÆST. XLIII. Exodi 12.c. 14. facietis diem hunc in progenies vestras legitimum æ-
ternum vel æternalem, quod Græcè dicitur αἰώνιον: nõ
sic accipiendum est, tanquam possit istorum prætereũ-
tium dies esse vllus æternus, sed illud æternũ est, quod
iste significat dies: velut cùm dicimus ipsum Deum æ-
ternum, nõ vtique istas duas syllabas æternas dicimus,
sed quod significant: quanquã diligenter scrutãdũ sit,
quomodo appellare Scriptura soleat æternum, ne fortè
ita dixerit solenniter æternum, quẽ nephas habeant
prætermittere, aut sua spõte mutare: aliud est enĩ quod
præcipitur quousque fiat, sicut præceptũ est vt septies
Iosue 6.a.4. muros Hiericho circumiret arca: aliud cùm præcipi-
B tur sic obseruari aliquid, vt nullus terminus præfiniatur
obseruationis, siue quotidie, siue per menses, siue
per annos solenniter, siue per multorum vel aliquorũ
annorum certa interualla. Aut ergo sic appellauit æter
num, quod non sua sponte audeant desinere celebrare:
aut, sicut dixi, vt non ipsa signa rerum, sed res quæ iis
significantur æternæ intelligantur. ET factus est
QVÆST. XLIIII. Exodi 12.e. 30. clamor magnus in † Aegyptiis. Non enim erat domus
al. terra Aegypti. in qua non erat in ea mortuus. Nónne potuit esse ali-
qua domus quæ primogenitum non haberet? Cùm er-
go primogeniti tantum modo morerentur, quomodo
nulla erat quæ non haberet mortuum? An & hoc diui-
nitùs præscientia Dei fuerat procuratum, vt in omni-
bus omnino essent domibus primogeniti, in quibus
percuterentur Aegyptij? Ab hac sanè plaga non fuit
putandi immunes fuisse Aegyptij, qui habitabant in
terra Gessen, hominum quippe erat, vel animalium,
C nõ terræ: id est, homines & animalia primogenita mo-
riebantur occulto & angelico percussũ: non aliquid in
terra vel in cælo factum erat, sicut rana vel locusta, vel
tenebræ, vnde qui habitabant, affligerentur. A talibus
enim plagis cùm terra Gessen fuisset aliena, proculdu-
bio perueniebat beneficium ad eos Aegyptios, qui in
QVÆST. XLV. Exodi 12.e. 35. eadem terra cum Hebræis morabantur: hac verò pri-
mogeniti eorum omnes percussi sunt. FILII au-
tem Israel fecerũt sicuti præceperat illis Moyses, & pe-
tierunt ab Aegyptiis vasa aurea & argentea & vestem,
& Dominus dedit gratiã populo suo corã Aegyptiis, &
commodauerũt illis, & prædati sunt Aegyptios. Iam
hoc factum fuerat ante mortes primogenitorum Ae-
gyptiorũ: sed nunc per recapitulationẽ repetitur. Nã
narratum est quãdo factum est. Modò enim fieri quo-
modo posset vt in tanto luctu ex moribus suorum ac-
commodarent ista filiis Israël? Nisi fortè quis dicat
D etiam ista plaga non fuisse percussos Aegyptios, qui
cum Hebræis inhabitabant terram Gessen.

QVÆST. XLVI. Exodi 12.d. 22. QVID est quod ait, Accipietis autem fasciculum
hyssopi, & tingentes ex sanguine qui est iuxta ostium,
linietis super limen & super ambos postes. Quæritur
enim quem sanguinem dicat iuxta ostium, cùm illius
agni vtique velit intelligi sanguinem, cuius immola-
tione fit Pascha: vtrúmne eo modo consequenter
præcepit, quamuis hoc tacuerit, vt idem magnus iuxta
ostium occidatur? An quod est credibilius, ideo dixit
ex sanguine qui est iuxta ostium, quia vtique ille qui
liniturus est super limen & postes, vas ipsum in quo
QVÆST. XLVII. Exodi 10.f. 27. sanguinem excepit, iuxta ostium positurus est, vt ad
manum habeat quando tingat. SVSTVLERVNT
autẽ filij Israel de Ramasse in Sochoth, in sexcẽta mi-
lia peditum viri, præter instructum vel censum. Si isto

modo potest rectè interpretari quod Græcus habet ὑποσκευὴ: quo verbo non solum mobilia, verumetiã
Gen.43.b.8. mouẽtia significari indicat scriptura, vbi Iudas loquẽs ad patrem suum dicit, Mitte puerum mecum, & surgẽ tes ibimus vt viuamus & non moriamur & nos, & tu, & substãtia nostra. Ibi enim Græcus ὑποσκευὴ habet, vbi substantiã Latinus interpretatus est, quod aliquando censum interpretantur nostri: sicut nunc instructũ dicere voluimus, dum tamen eo nomine & homines & iumenta vel omnia pecora intelligantur. Vbi etiam vtrũ viri & vxores possent intelligi nescio. Sexcẽta tamẽ milia peditum cùm scriptura commemoret addens & dicens, Excepto instructu vel censu vel substantia, vel si quo alio verbo melius interpretatur ὑποσκευὴ, manifestum est & homines significatos, siue in seruis, siue in mulieribus, siue in his ætatibus, quæ militiæ nõ essent idoneæ, vt sexcenta milia peditum in eis solis intelligamus qui possent militari agmine armari. Quæri autem solet, vtrum ad tantum numerum Hebræi peruenire potuerit per eos annos in Ægypto, quos ostendere consideratus in scripturis numerus potest, qui primùm anni quot fuerint, non parua est quæstio. Dicit enim Deus ad Abrahã cùm factũ esset illud sacrificium de vacca trima, & capra, & ariete, & turture, & columba, antequã non solum Isaac, sed nec His-
Genes.15. c.13. mael quidem natus esset, Sciẽdo scias, quia peregrinũ erit semen tuum in terra non propria, & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis. Si ergo quadringentos annos sic acceperimus, vt in seruitute sub Ægyptiis intelligantur, non paruum spaciũ temporis fuit, quo ita populus multiplicaretur, Sed tot annos nõ fuisse, apertissimo indicio scriptura testatur.
Exodi 12. f.40. Quidã enim putant quadringentos triginta annos accipi debere, ex quo Iacob intrauit in Ægyptũ, donec inde populus per Moysen liberatus est, quoniã in Exodo scriptum est, Incolatus autem filiorũ Israel quẽ incoluerunt in terra Ægypti & in terra Chanaan ipsi & patres eorum, anni quadringẽti triginta. Seruitutis autem eorum volunt esse annos quadringẽtos: propterea quòd scriptum est in Genesi: Sciẽdo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringẽtis annis. Sed quoniam seruitutis anni post mortem Ioseph computãtur (illo enim viuo, non solum ibi non seruierũt, verumetiam regnauerunt) non est quemadmodũ cõputentur quadringenti triginta in Ægypto. Ingressus est enim Iacob anno filij sui trigesimo & nono: quoniam
Gen.45.b. 6. triginta annorum erat Ioseph cùm apparuit in conspectu Pharaonis, & regnare cœpit sub illo. Transactis au-
Genes.41. b.14. Gen.50.d. 22. tem septem annis vbertatis, secũdo anno famis ingressus est Iacob in Ægyptum, cũ aliis filiis suis: ac per hoc tunc agebat Ioseph triginta & nouem annos, qui impletis vitæ suæ annis centum & decem, mortuus est: vixit enim in Ægypto post ingressum ad se patris sui, septuaginta & vnũ annos. Quos si detraxerimus à quadringentis triginta annis, remanebũt seruitutis anni, id est, post mortẽ Ioseph, nõ quadringenti, sed trecẽti & quinquaginta nouem anni. Quòd si ex illo putabimus nos computare debere, ex quo Ioseph sub Pharaone regnare cœpit, vt tunc quodammodo intelligatur intrasse Israel in Ægyptum, quando ibi filius eius tanta potestate sublimatus est, etiam sic trecenti quinquaginta erunt, quos Tychonius vult accipi quadringentos, vt à toto pars intelligatur, id est, à toto centenario pars quinquagenaria, & probat hac loquendi regula solere vti scripturam. Si autem, quod aliquanto probabilius dici potest, tunc habeamus intrasse Israel in Ægyptum, quando illic Ioseph esse venditus cœpit,

A detracturi sumus adhuc annos tredecim, vt trecentos triginta septem annos pro quadringentis accipiamus, Sed cùm scriptura commemoret Caath filium Leui auum Moysi cum auo suo Iacob intrasse in Aegyptũ, dicat autem eum vixisse annos centum triginta, filiũ verò eius patrem Moysi Amram centum triginta septem: Moysem verò dicat octoginta annorum fuisse cùm de Aegypto populum liberauit: etiam si tunc genuisset Caath patrem Moysi, quo anno mortuus est ille quoque Amrã vltimo vitæ suæ anno genuisset Moysen, † computet annos centum triginta, & centum tri- *al. computati anni.*
ginta septem, & octoginta, trecentos, & quadraginta- septẽ annos faciunt, nõ quadringẽtos triginta. Quod si quis dicat extremo anno vitę † Iacob natũ esse Caath *al. Ioseph.*
filium Leui, septuaginta fermè anni possunt accedere illi summæ, quia septuaginta vnum annos vixit in Aegypto Ioseph post ingressum patris sui. Quapropter e-
B tiam si septuaginta anni vitæ Ioseph ab ingressu Iacob in Aegyptum vsque ad natiuitatem Caath, si tunc natus asseratur, & centum triginta anni ipsius Caath, & centum triginta septem filij eius Amram patris Moysi, & octoginta ipsius Moysi, quadringentos & decem & septem annos faciunt, non quadringẽtos triginta. Proinde illa nimirũ computatio, quam secutus est Eusebius in historia sua Chronica, perspicua veritate subnixa est. Ab illa enim promissione computat quadringẽtos triginta annos, qua vocauit Deus Abraham, vt exiret de terra sua in terram Chanaan: quia & Apostolus
cùm Abrahæ laudaret & commendaret fidẽ, in ea pro- Gal.3.a.6.
missione qua Christum vult intelligi prophetatum, id est, qua promisit Deus Abrahæ quòd benedicerentur in eo omnes tribus terræ: Hoc autem dico, inquit, quia testamentum confirmatum à Deo, post quadringẽtos & triginta annos facta lex non infirmat ad euacuandas promissiones. Ex illa ergo promissione qua voca-
C tus est Abraham, & credidit Deo, post quadringentos & triginta annos factam legem dicit Apostolus, non ex tempore quo Iacob intrauit in Aegyptum. Deinde etiam ipsa scriptura Exodi satis hoc significauit: non enim dixit, Incolatus filiorum Israel, quem incoluerũt in terra Aegypti anni quadringenti triginta: sed apertè dixit, Quem incoluerunt in terra Aegypti & in terra Chanaan ipsi & patres eorum. Ac per hoc manifestum est computandum esse tempus etiam Patriarcharum Abrahæ, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham de terra Chanaan: id est, ex illa promissione, in qua eius fidem laudat Apostolus, vsque ad illud tẽpus, quo ingressus est Israel in Aegyptũ. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan, & deinde semen Israel in Aegypto: ac sic completi sunt quadringenti triginta annì à promissione vsque ad exi-
D tum Israel ex Aegypto: quando facta est lex in monte Sina, quæ non infirmat testamentum ad euacuandas promissiones. Septuagesimo & quinto anno vitæ suæ Abraham, sicut Scriptura dicit, egressus est in terram Chanaan, & genuit Isaac cùm esset annorum centum. Fiunt itaque anni vigintiquinque ex promissione vsq; ad natum Isaac. His adduntur omnes anni vitæ suæ, id est, centum octoginta, fiant ducenti quinque, tunc erat Iacob annorum centum viginti. Nati sunt enim sexagenario patre gemini, ipse & Esau: post decem autem annos intrauit Iacob in Aegyptum, cùm esset annorum centum triginta. Ioseph autẽ cùm esset trigintanouem. Fiunt proinde anni à promissione vsque ad ingressum Iacob in Aegyptum, ducenti quindecim. Ioseph autẽ ab illo tricesimo & nono anno ætatis suæ, in quo cũ pater in Aegypto inuenit, vixit septuaginta & vnũ annos: quia oẽs ætatis eius anni centũ decẽ fue-

runt.

runt. Cùm itaque adducẽtos quindecim annos accessérit septuaginta vnus, fiũt anni ducẽti octoginta sex.
A Restant centum quadraginta quatuor vel quinq; quibus intelligitur seruisse in Ægypto populus Israel post mortẽ Ioseph. His annis quãtũ multiplicari potuerit, si fœcunditas hominis cõsideretur, adiuuante illo qui eos voluit valde multiplicari, reperitur non esse mirũ q̃ in sexcentis milib⁹ peditũ egressus est populus Israel ex Ægypto: excepto cætero apparatu, vbi & seruitia erãt, & sexus muliebris & imbellis ætas. Quod ergo di-
Genes.15.c. 13. xit Deus ad Abrahã: Sciẽdo scias, quia peregrinũ erit semẽ tuum in terra non propria, & in seruitutem redigent eos & nocebunt illis quadringentis annis, nõ sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute quadringentos annos Dei populus fuerit: sed quia scri-
Genes.21. b.12. ptum est, In Isaac vocabitur tibi semẽ: ex anno natiuitatis Isaac vsque ad annũ egressionis ex Ægypto computantur anni quadringenti quinque. Cũ ergo de quadringentis triginta detraxeris, vigintiquinque qui sunt
B à promitione vsq; ad natũ Isaac, non mirũ est, si quadringentos & quinque annos summa solida quadringentos voluit appellari scriptura, quæ solet tempora ita nuncupare vt quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit, aut infrà est, non cõputetur. Non itaque quod ait, In seruitutẽ redigent eos & nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum est, tanquam per tot annos eos habuerint in seruitute: sed referendi sunt quadringenti anni ad id quod dictum est, Peregrinum erit semen tuum in terra non propria: quia siue in terra Chanaã, siue in Ægypto peregrinũ erat illud semen, antequã hæreditatẽ sumerent terrã ex promissione Dei, quod factum est posteaquã ex Ægypto liberati sunt: vt hyperbatõ hic intelligatur & ordo verborũ sit, Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria quadringentis annis: illud autẽ in ꝛpositũ intelligatur, Et in seruitutẽ redigent eos & nocebunt illis: ita vt ad quadringentos annos ista interpositio non pertineat. In extrema enim parte annorum summæ huius, hoc est, post mortem Ioseph
factũ est, vt in Ægypto populus Dei duram perageret
QVAEST. XLVIII. Exodi 13.b. 9. seruitutẽ. Quid est quod ait cùm de Pascha præciperet, Erit tibi in signo super manum tuam, An intelligitur super opera tua: id est, quod præferre debeas operibus tuis? Pertinet enim Pascha propter occisionẽ ouis ad fidẽ Christi & sanguinẽ quo redempti sumus.
Hæc autẽ fides operibus præponẽda est, vt sit quodã-
Hebr.11.b. 6. modo super manum aduersus illos qui in operibus legis gloriabantur, de qua re Apostolus loquitur, & nullũ ait posse Deo placere sine fide: qui fidẽ operibus sic anteponit, vt ex illa pẽdeant bona opera, atque ab ea præueniantur, non vt ipsa velut meritis bonorum operum retribui videatur. Illa enim ad gratiã pertinent: si
Rom.11.a. 6. autẽ gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam
D non esset gratia. Cum autẽ emisit Pharao populum, non deduxit eos De⁹ per viam terræ Philistiim, † quæ
QVAEST. XLIX. Exodi 13.c. 17. propè erat. Dixit enim Deus, Ne quãdo pœniteat populum cùm viderit prælium, & reuertatur in Ægyptũ. *al. quia*
Hic ostenditur omnia fieri debere consilio, quæ consilio rectè fieri possunt, ad cuitanda quæ ad aduersa sunt, etiam cùm Deus apertissimè adiutor est.
QVAEST. L. Exodi 13. b.18. Quinta autem progenie ascenderunt filij Israel de terra Ægypti. Vtrum progeniem in centum annis vult computari, & ideo quinta progenie, quia post quadringentos & triginta annos: an per hominum generationes hoc potius intelligendum est, ab ipso Iacob, qui intrauit in Agyptum, vsque ad Moysen, qui cum populo egressus est. Iacob enim primus, secundus Leui, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses inuenitur. Has autem dicit progenies Lati-
A nus interpres, quas γενεὰς Græci vocãt, quæ in Euãgelio generationes appellantur, nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorũ.
QVAEST. LI. Exodi 14. c.13. Dixit autẽ Moyses: Confidite & state & videte salutẽ quæ est à Domino quã faciet vobis hodie. Sicut enim vidistis Ægyptios hodie, non apponetis amplius videre eos in æternum tempus. Quomodo accipienda sunt hæc verba, cũ viderint postea Israelitæ Ægyptios: *al. viderunt.*
an quia isti qui tũc videbãt, non eos vlterius † viderũt, quia & illi sunt mortui qui consequebantur, & isti omnes quisque die mortis suę? Nã posteri eorum viderũt posteros illorũ. An non eos videbitis sicut hodie, intelligendũ est, non sicut hodie persequẽtes & inimicos, & tanto post vos agmine venientes: vt omnino nulla sit quæstio, nec de æterno tẽpore quod hic posuit, quia etsi videbunt se vtique tempore resurrectionis, non sic vtique videbunt vt hodie.
QVAEST. LII. Exodi 14. d.15. Quid est quod dicit
B Dominus ad Moysen, Quid tu clamas ad me? cũ scriptura non dixerit aliquid de Moysi vocibus, nec eum orantem commemorauerit, nisi quia intelligi voluit
QVAEST. LIII. Exod. 14.d. 19. hoc eum egisse vocis silẽtio vt corde clamaret. Et tu eleua virgam tuã, & extende manum tuã super mare. Hæc est virga illa in qua fiebant mirabilia, quæ modò dicitur esse Moysi: tunc autem fratris eius fuisse dicebatur, quãdo per illam ipse operabatur. Extendisti
QVAEST. LIIII. Exodi 15. b.13. manum tuã, & transuorauit eos terra. Terra pro aqua nimirum est posita. Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi, terræ nomine censetur. Secundum id quod sæpe dicitur, Deus qui fecit cælũ & terram: & in illius Psalmi distributione cõmemoratis cælestibus,
Laudate, inquit, Dominum de terra: & ea exequitur
Psal. 148. 7. in laude, quæ etiã ad aquas pertineant. Misisti
QVAEST. LV. Exodi 15. b.11. spiritum tuum & cooperuit eos mare. Ecce iam quinto commemoratur spiritus Dei, vt in hoc numero accipiamus & quod dictum est, Digitus Dei est hic. Primò vbi scriptum est, Spiritus Dei ferebatur super a- Exodi 8.a 19.
quas. Secundò, vbi dicitur, Nõ permanebit in istis ho- Gen.1.a.2.
minibus spiritus meus, quoniã caro sunt. Tertiò, vbi Gen.6.a.3.
Pharao dicit ad Ioseph, Quoniã spiritus Dei est in te. Genes.41.c. 38.
Quartò, vbi incãtatores Ægyptiorũ dicunt, Digitus Dei est hic. Quintò, in hoc Cantico: Misisti spiritum Exodi 8.c. 19.
tuũ, & cooperuit eos mare. Meminerimus autẽ spiritum Dei non solũ ad beneficia, verũetiam ad vindictã commemorari. Nam quid aliud etiam suprà dixit, Per spiritũ iræ tuę diuisa est aqua? Iste itaque spiritus irę Dei in Ægyptios, spiritę iræ eius fuit, quibus nocuit aquarũ diuisio, vt intrantes possent aquis redeuntib⁹ obtui: filiis verò Israel quib⁹ profuit quòd aqua diuisa est, non fuit ille spiritus iræ Dei. Vnde significatur propter diuersas operationes & effectus spiritũ Dei dissimiliter appellari, cùm sit vnus atque idẽ ille duntaxat, qui etiã Spiritus sanctus in vnitate trinitatis accipitur.
Proinde non arbitror aliũ quã eundẽ significari, vbi
dicit Apostolus, Nõ enim accepistis spiritũ seruitutis Rom.8.c. 15.
iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamam⁹, abba pater: quia eodem spiritu Dei, id est, digito Dei quo lex in tabulis lapideis conscri- Exodi 3.d. 8.
pta est, timor incussus est eis qui gratiam nundum intelligebant, vt de sua infirmitate atque peccatis per legem conuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, † à *al. quoperti-*
quo perducerẽtur ad gratiã quæ est in fide Iesu Chri- *ceremur.*
sti. De hoc autẽ spiritu adoptionis & gratię, id est, de Gal.3.c.29.
hoc opere spiritus Dei quo impertitur gratia & rege- 2.Cor.3.b.6.
neratio in vitam æternã, dicitur, Spiritus autem viuificat: cùm suprà diceretur, litera occidit, id est, lex cõscripta: tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ.
QVAEST. LVI. Exodi 15. d.24. Venerunt autem in Mesra, & non poterant bi-

bere aquam de Mesra, amara enim erat. Si propter hoc appellatum est nomen loci eius amaritudo, quia non poterant ibi aquam bibere, eo quòd amara est: mesra enim interpretatur amaritudo. Quomodo enim venerunt in Mesra, nisi quia eo nomine locum scriptura appellauit in quem venerũt, quo iam appellabatur cũ hæc scribebantur. Posterius enim vtique scripta sunt quã illa cõtigerunt. Et ostendit ei Dominus lignũ, & misit illud in aquam, & facta est aqua dulcis. Genus ligni erat istam habẽs vim, an quolibet ligno id facere poterat Deus qui tanta mirabilia faciebat? Hoc tamen videtur significare quod dictum est, Ostendit ei, tanquam tale iam lignũ esset quo posset hoc fieri: nisi fortè locus erat vbi ligna omnino non inueniebantur: vt hoc ipsum esset diuini adiutorij, quod ei Dominus lignum ostendit vbi nullum erat: & per lignũ aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiam crucis: sed in tali etiam natura ligni quis nisi creator & demonstrator laudandus est? Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego pluã vobis panes de cælo: & exiet populꝰ & colliget vnius diei in diem, vt tentem illos si ambulent in lege mea, an non. Tentatio ista probatio est, nõ ad peccatum seductio: nec ideo probatio vt Deus nouerit, sed vt ipse ipsis hominibus ostẽdat, quo humiliores fiant ad petendum adiutorium & agnoscendã Dei gratiam. Moyses & Aaron dicunt ad populum inter cætera: Propter quod exauditi Dominus murmurationẽ vestram, qua vos murmuratis aduersum nos. Nos autẽ quid sumus? Non enim aduersum nos murmur vestrum est, sed aduersus Dominum. Non † enim tantum se valere voluerunt quantum Deum. Dixerunt enim, Quid sumus nos? Vt illi aduersus illum se scirent murmurasse qui istos miserat, & per istos operabatur. Nec talis illa est sententia, vbi Petrus dicit Ananiæ: Cur ausus es mentiri Spiritui sancto? Non hominibus mentitꝰ es, sed Deo. Quod simile fuisset si dixisset, nõ enim ait, ausus es mentiri mihi, nõ mihi mentitus es: sed Deo: quod si dixisset, simile fuisset, neq; ita dixit: Ausus es mentiti Spiritui sancto, nõ Spiritui sancto mẽtitus es: sed Deo, ita enim loquẽs, negaret Deũ esse Spiritũ sanctum. Nunc verò cũ dixisset, Ausus es mẽtiri Spiritui sancto? cũ ille se putaret hominibus fuisse mentitum, ipsum Spiritum sanctum Deũ esse monstrauit, subiungẽs: Nõ hominibus mẽtitus es, sed Deo.

Deus mandauit per Moysen populo: Ad vesperam edetis carnes, & manè replebimini panibus. Ecce non pro omni alimẽto panes nominantur. Nã isto nomine carnes complecterentur, quia & ipsæ alimẽta sunt: nec tamen panes eos modò dicit qui fiunt ex frumẽto. Ipsos enim proprie panes appellare consueuimus: manna autem panum nomine appellat. Non autẽ vacat quod dicit ad vesperam carnes & manè panes se daturum. Tale quippe aliquid etiam in Helia significatũ est, cũ ei alimenta coruus afferret. An fortè carnibꝰ ad vesperam & manè panibus, ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã? Ad vesperã quippe mortuus ex infirmita te sepultus est, manè autem apparuit discipulis, † quia resurrexit ex virtute. Et dixit Moyses ad Aarõ, Accipe vas aureũ vnũ, & mitte illud plenũ gomor mannæ, & repones illud ante Deum, & seruetur in progenies, quemadmodũ præcepit Dominus. Quæri potest, vbi Aaron poneret ante Deum, quãdo nec vllum simulachrum fuit, nec arca testamenti iã fuerat instituta? An fortè ideo de futuro dixit, Repones, vt intelligeretur tunc ante Deũ posse reponi quando futura erat arca: an potius ante Deũ dictum est quod fit ipsa deuotione offerendi, in quocunq; loco poneretur, vbi enim non est Deus? Sed illud quod adiũgit: Et reposuit Aaron ante testimoniũ ad reseruãdũ: priorẽ magis sensum asserit. Hoc enĩ modo scriptura dixit per prolepsim, quod postea factũ est cùm esse cœpit tabernaculum testimonij. Filii autem Israel ederũt mãna annis quadraginta, quoadusque venirent in terrã quæ inhabitatur. Manna ederunt quoadusque venirent in partẽ Phœnicis. Significauit scriptura per prolepsim, id est, hoc lococõmemorãdo quod etiã postea factũ est, non edisse filios Israel in eremo nisi manna. Hoc est enim quod ait, vsq; ad terrã quæ in habitatur: id est, quæ iã nõ est eremus: nõquia continuò vt venerũt ad terram habitabilem desiterunt vesci mãna, sed quia non antè. Traiecto enim Iordane significatur mãna cessasse, vbi panes terræ manducauerũt: quando ergo ingressi sunt habitabilẽ terrã, antequã transierũt Iordanẽ, vel tantũ manna vesci, vel vtroque cibo potuerunt, Hoc quippe intelligi potest, quãdo cessasse mãna non dicitur nisi Iordane traiecto. Cur autẽ in illa eremi inopia etiam carnes desiderauerunt, quãdo de Ægypto cum suis valde multis pecoribus exierũt, magna quæstio est. Nisi fortè dicatur, cũ per eremũ pascua tãta nõ essent, & ex eo minor futura videretur fœcunditas pecorũ, pepercisse illos pecoribus, ne omnibus deficientibus etiã sacrificiis necessaria defuissent, vel si quid aliud dici potest, vnde quæstio ista soluatur. Cõgruentius tamẽ creditur, nõ eos carnes desiderasse quas de pecoribꝰ habere poterãt: sed eas quę deerãt, ex aquis videlicet. Ipsas quippe in illa eremo nõ inuenieb̃ãt: vnde & illis ortygometra data est, id est, aues quas coturnices multi Latini interpretati sunt, cũ sit aliud genus auiũ ortygometra, quamuis coturnicibꝰ nõ vsquequaq; dissimile. Nouerat enim Deꝰ quid desiderarẽt, & desideriũ eorũ quo carnis genere satiaret. Sed quia scripturacõcupiuisse illos carnes dixerat, nec expresserat cuiusmodi carnes, ideo quæstio facta est. Manna ederũt quoadusq; venirẽt in partẽ Phœnicis. Iã dixerat quoadusq; venirẽt ad terrã quæ inhabitatur. Sed quia nõ expresserat propriè quã diceret, repetitione videtur quãdã proprietatẽ expressisse, dicẽdo, In partẽ Phœnicis. Sed tũc illã terrã sic credendũ est appellatã, modò enim hoc non vocatur nomine. Alia quippe est quę Phœnice appellatur regio Tyri & Sydonis, quà illos transisse nõ legitur: quanquam scriptura fortasse potuerit terrã Phœnicis appellare, vbi palmarũ arbores iã esse cœperãt post eremi vastitatẽ, quoniã palma Græcè sic appellatur. Initio enim profectionis suæ inuenerãt locũ vbi septuaginta palmarũ arbores fuerãt, & duodecim fontes: sed postea eos excepit eremi prolixitas, vbi tale aliquid non fuit, quousq; venirẽt ad loca quæ colebãtur. Verũ ille sensus est probabilior, vt credamus sic appellatã tũc fuisse terram. Multarũ enim terrarũ & locorum, sicut fluminũ & vrbiũ, nomina certis existẽtibus causis antiquitate mutata sunt. Et dixit Dominus ad Moysen, Antecede populũ. Sume autẽ de senioribus populi: & virgã in qua percussisti flumẽ, accipe in manu tua. Flumẽ Aarõ legitur, nõ Moyses, virga percussisse. Nã Moyses eadẽ virga mare diuisit, non flumen. Quid sibi ergo vult, Accipe virgã in qua percussisti flumen? An fortè mare appellauit flumen? Quærendum exemplum locutionis huius, si ita est, an quod Aarõ fecit, Moysi potius tributũ est: quia per Moysen Deus iubebat, quæ faceret Aarõ: & in Moyse authoritas, in illo autẽ ministerium fuit: quandoquidem & primis suis verbis Deus hoc illi ait de fratre suo, Erit tibi ad populum, tu illi in iis quæ ad Deum. Et ecce ego sto super cacumẽ collis, & virga Dei in manu mea, dicit

QVAEST. LVII. Exodi 15.d. 26.

QVAEST. LVIII. Exodi 16.b. 4.

QVAEST. LIX. Exodi 16. b.7.*

al. ex hoc.

Act.5.a.3.

QVAEST. LX. Exodi 16. b.8.*

3.Reg.17. a.6.

Rom.4.d. 25.

al. qui resurrexerat in virtute.

QVAEST. LXI. Exodi 16. g.33.

Ortygometra.

QVAEST. LXII. Exodi 16. g.35.

QVAEST. LXIII. Exodi 16.g. 35.

Exodi 4. d.16.

QVAEST. LXV. Exodi 17. c.9.

dicit Moyses ad Iesum Naue cùm præciperet † pugnare aduersus Amalech. Nũc ergo virga Dei dicitur quę primum dicta est virga Aarõ, postea verò virga Moysi: sicut dicitur spiritus Heliæ qui est spiritus Dei, cuius particeps factus est Helias: sic illa potuit dici. Dicitur etiam Dei iustitia, quæ nostra est, sed donata à Deo: de qua loquens Apostolus, Iudęos arguit dicẽs: Ignorantes Dei iustitiam & suam iustitiam volentes constituere: id est, tanquam à se sibi paratam, contra quales dicit, Quid enim habes quod non accepisti?

Venit autem Aaron & omnes seniores Israël manducare panẽ cũ socero Moysi ante Deũ: vel, sicut alij codices habent, Corã Deo: quod Græcè scriptum est ἐνωπιον τοῦ θεοῦ. Quæritur vbi ante Deum, quando nec tabernaculũ fuit, nec arca testamenti: quæ postea sunt instituta. Neq; enĩ & hîc de futuro dictũ accipere possumus, sicut dictũ est de manna q; positũ est in vase aureo. Ergo ante Deũ id accipere debemus factũ, quod in honorem Dei factum est. Vbi enim non Deus?

Moyses socero suo dixit, Quia venit ad me populus inquirere iudicium à Deo, cùm eis contigerit disceptatio, & cùm venerint ad me, iudico vnumquemque, & moneo eos præcepta Dei & legem eius. Quęri potest, quomodo ista Moyses dixerit, cùm lex Dei adhuc nulla cõscripta esset, nisi quia lex Dei sempiterna est, quam consulunt omnes piæ mentes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetẽt, secundũ quod illa incõmutabili veritate † perceperint. Nũquid enim Moyses, quamuis cum illo Deus loqueretur, per singula credendum est quòd consulere soleret Deum si quid esset in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in hoc iudicandi negocio à manè vsque ad vesperam detinebat? Et tamen nisi suę menti præsidẽtem Dominum consuleret, legemq́ue eius æternã sapienter attenderet, quid iustissimum iudicare inter disceptantes posset, non inueniret.

In eo quod Iethro cõsilium dat genero suo Moysi, ne occupatus iudiciis populi & ipse & populus cõsumeretur cõsumptione intolerabili. Prima quęstio est, cur hoc Deus famulum suum, cum quo ipse tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. In quo scriptura nos admonet, per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debere contemni. Videndum est etiam, ne fortè ibi voluerit Deus ab alienigena admoneri Moysen, vbi & ipsum posset tẽtare superbia: sedebat enim iudiciaria sublimitate solus, vniuerso populo stante. Nã hunc sensum indicat, cùm ipse Iethro eos eligi iussit ad iudicãdas causas populi, qui odissent superbiã. Deinde quàm sit obseruandum quod alibi scriptura dicit, Fili, ne in multis sint actus tui: satis & hîc apparet. Deinde verba Iethro dantis cõsilium Moysi consideranda sunt. Dicit enim: Nunc itaque audi me, & consilium dabo tibi, & erit Deus tecum. Vbi mihi videtur significari, nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodo vacuari, quo fit tanto plenior, quanta in superna atque æterna liberius extenditur.

Quod verò adiungit & dicit, Esto tu populo in iis quæ ad Deum, & referes verba eorum ad Deum: & testaberis illis præcepta Dei & legem eius: & demonstrabis illis vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant. Cum populo vniuerso hoc agendum esse demonstrat. Non enim ait, vniuscuiusque verba referes ad Deum, sed verba eorum, cùm suprà dixisset, Esto tu populo in iis quæ ad Deum sunt, Post hæc admonet ne singulorum negocia quæ inter se habent, deserantur, electis videlicet potentibus viris Deum colentibus iustis & qui oderint superbiã, quos constituat super millenos, alios super cẽtenos, alios super quinquagenos, alios sup denos. Sic & ab ipso Moyse remouit graues & periculosas occupationes, nec istos grauauit. Quandoquidẽ ipsi mille haberent vnum super se, & sub illo haberent alios decem, & sub eis alios viginti, & sub his alios centum, vt vix aliquid ad singulos quosq; præpositos perueniret, quod iudicare necesse haberent. Insinuatur hîc etiam humilitatis exẽplum, quod Moyses, cum quo loquebatur Deus, non fastidiuit, neque contempsit alienigenæ socerí sui consilium: quamquam & ipse Iethro, cùm Israëlita non fuisset, vtrum inter viros Deum verum colentes, religiosęque sapiẽtes habendus sit, quẽadmodum & Iob, cùm ex ipso populo nõ fuisset, meritò quęritur, imò credibilius habetur: ambiguè quippe posita sunt verba, vel vtrum sacrificauerit Deo vero in populo eiꝰ, quãdo vidit generum suum, vel vtrum adorauit eum ipse Moyses: quanquam de adoratione etiam si expresse positum esset, honor videretur socero redditus, eo modo quo solet hominibus honorificentiæ causa exhiberi à patribus. Sicut de Abraham scriptum est, quòd adorauerit filios Het. Quos autem dicat γραμματων εἰσαγωγεῖς post decuriones, non facilè sciri potest: quoniam hoc nomen in nullo vsu habemus, vel officiorum vel magisteriorum. Nam quidã doctores interpretati sunt, vt intelligantur vtique literarum, qui introducant in litteras, sicut resonat Græcum vocabulum. Hic sanè significatur quod ante legẽ datã habuerint Hebræi literas, quæ quãdo cœperint esse, nescio vtrũ valeat indagari. Nonnullis enim videtur à primis hominibus eas cœpisse & perductas esse ad Noe, atq; inde ad parentes Abrahæ, & inde ad populum Israel: sed vnde hoc probari possit ignoro.

Mensis autem tertij exitus filiorum Israel de terra Ægypti hac die venerunt in eremum Sina, & profecti sunt ex Raphidim, & venerunt in eremũ Sina, & applicuit Israel ibi contra montẽ, & Moyses ascendit in montẽ Dei, & vocauit eũ Dominus de monte dicens: Hæc dices domui Iacob, & nũciabis filiis Israel, & cætera. Deinde paulo pòst, Descende & testare populo & purifica illos hodie & cras: & lauent vestimẽta sua, & sint parati in diem tertiũ. Tertia enim die descendet Dominus in montem Sina corã omni populo. Hoc die reperitur data lex, quæ in tabulis lapideis scripta est digito Dei, sicut cõsequentia docent. Dies autem iste tertius apparet tertij mensis ab exitu Israel ex Ægypto. Ex die ergo quo Pascha fecerunt, id est, agnũ immolauerunt & ederunt, qui fuit quartusdecimus primi mẽsis, vsq; ad istũ quo lex datur, dies quinquaginta numerantur: decem & septẽ scilicet primi mensis, reliqui ab ipso quartodecimo: deinde omnes triginta secundi mensis, qui fiunt quadraginta septẽ: & tertius tertij mensis, qui est à solennitate occisi agni quinquagesimus. Ac per hoc fit in ista vmbra futuri, secundum agni immolati diem festũ, sicut quinquagesimo die lex data est, quæ conscripta est digito Dei: ita in ipsa veritate noui Testamenti à festiuitate agni immaculati Christi Iesu quinquaginta dies numerãtur, quãdo Spiritus sanctus de altissimis datus est. Digitum autem Dei esse Spiritum sanctum, suprà iam diximus teste Euangelio. Quæritur, decem præcepta legis quemadmodum diuidenda sint: vtrum quatuor sint vsque ad præceptum de sabbato, quæ ad ipsum Deum pertinent: sex autem reliqua, quorum primum est, Honora patrem & matrem, quę ad hominem pertinẽt: an potius illa tria sint, & ista septẽ. Qui enim dicunt illa quatuor esse, separant quod dictum est: Non erunt tibi dij alij præter me: vt aliud præce-

al. pugnari.

Lucæ 1.b. 17.

Rom.10.a. 3.

1.Cor.4.b. 7.

QVAEST. LXVI. Exodi 18. b.12.

Exodi.16. g.33.

QVAEST. LXVII. Exodi 18. c.15.

QVAEST. LXVIII. Exodi 18. c.15.

Ecclesi.11. b.10.

Exodi 18. c.19.

QVAEST. LXIX. Exodi 18. c.19

al. perceperint.

QVAEST. LXIII. Exodi 17. b.5.

QVAEST. LXX. Exodi 19.a. 1.

Ibid.d.10.

Exodi 31. d.8.

Exodi 12.*

Act.2.a.4.

QVAEST. LXXI. Exodi 20. a.2.

Distinctio præceptorũ Decalogi.

ptum sit, Non facies tibi idolũ: & cætera: vbi figmenta colenda prohibentur. Vnũ autẽ volunt esse, Non cõcupisces vxorẽ proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui, & omnia vsque in finem. Qui verò illa tria esse dicunt, & ista septẽ, vnum volũt esse, quicquid de vno colendo Deo præcipitur, ne aliquid aliud præter illũ pro Deo colatur. Hæc autẽ extrema præcepta in duo diuidunt, vt aliud sit præceptũ, Non cõcupisces vxorẽ proximi tui: & aliud, Non cõcupisces domũ proximi tui, non seruũ, non ancillã, non bouem, non asinũ, nec omnia quæcunque illius sunt. Decem tamen esse præcepta neutri ambigũt, quoniã hoc scriptura testatur. Mihi tamen videtur congruentius accipi tria illa, & ista septẽ, † quoniã Trinitatẽ videntur illa quæ ad Deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Et réuera quod dictũ est, Non erunt tibi dij alij præter me: hoc ipsum perfectius explicatur cùm prohibentur colenda figmenta. Concupiscẽtia porrò vxoris alienæ, & concupiscentia domus alienæ, tantũ in peccando differũt: vt illi quod dictũ est, Non cõcupisces domũ proximi tui: adiuncta sint & alia dicente scriptura, Neq; agrũ eius, neque seruũ eius, neque ancillã eius, neque bouem eius, neq; subiugales eius, neque omne pecus eius, neque quæcunque proximi tui sunt. Discreuisse autẽ videtur concupiscentiã vxoris alienæ à concupiscentia cuiuslibet rei alienæ, quando vtrumque sic cœpit, Non concupisces vxorẽ proximi tui: &, Non cõcupisces domũ proximi tui: & huic cœpit cætera adiũgere. Non autẽ cùm dixisset, Non cõcupisces vxorẽ proximi tui: huic connexuit alia dicẽs, Neque domũ eius, neq; agrũ eius, neque seruũ eius, & cætera: sed omnino apparent hæc esse coniuncta quæ in vno præcepto videntur contineri, & discreta ab illo vbi vxor nominata est. Illud autẽ vbi dictũ est, Nõ erunt tibi dij alij præter me, apparet huius rei diligentiorẽ executionem esse in iis quæ subiecta sunt. Quò enim pertinet, Non facies tibi idolũ, neque vllũ simulachrũ: quæcunque in cælo sunt sursum, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcunque in aqua sub terra, nõ adorabis ea, neq; seruies illis: nisi ad id quod dictũ est, Non erunt tibi dij alij præter me? Sed rursum quæritur quo differat, Non furtũ facies: ab eo quòd paulo pòst de non concupiscẽdis proximi rebus præcipitur? Non quidem omnis qui rem proximi sui concupiscit, furatur: sed si omnis qui furatur rem proximi, concupiscit, poterat in illa generalitate vbi de non concupiscenda re proximi præcipitur, etiam illud quod ad furtũ pertinet cõtineri. Similiter etiã quæritur, quid differat quod dictum est, Non mœchaberis: ab eo quod paulo pòst dicitur, Non concupisces vxorem proximi tui? In eo quippe quod dictũ est, Nõ mœchaberis, poterat & illud intelligi: nisi forsitan in illis duobus præceptis, non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, in his verò extremis ipsa cõcupiscentia: quæ tantũ differunt, vt aliquando mœchetur qui non concupiscit vxorem proximi, cũ alia aliqua causa illi misceatur: aliquando autem cõcupiscat nec ei misceatur, pœnam timens: & hoc fortasse lex ostendere voluit, quòd vtraque peccata sint. Item quæri solet vtrum mœchiæ nomine etiã fornicatio teneatur. Hoc enim Græcum verbum est, quo iam scriptura vtitur pro Latino. Mœchos tamen Græci non nisi adulteros dicunt. Sed vtique ista lex non solis viris in populo, verumetiam feminis data est. Neque enim quia dictum est, Non concupisces vxorem proximi tui: nihil sibi hîc præceptum debet putare femina, tanquam licitè posset concupiscere virum proximæ suæ. Si ergo hoc ex illo quod viro dictum est, intelligitur, quamuis non dictũ sit quod etiã ad feminã pertineat, quãto magis ex eo quod dictũ est, Non mœchaberis, vterq; sexus constringitur, cùm & ipsum præceptũ potest referri ad vtrumque, sicut Non occides, non furaberis, & alia quæ similiter non expresso vno sexu vtique videntur sonare cõmuniter. Tamen vbi vnus exprimitur, honoratior vtique exprimitur, id est, masculinus, vt ex hoc intelligat etiã femina quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si femina mœchata est habens virũ, cõcũbendo cũ eo qui vir eius non est, etiamsi ille nõ habeat vxorẽ: etiã vir mœchatus est habens vxorẽ, concũbendo cũ ea quæ vxor eius non est, etiamsi illa non habeat virũ. Sed vtrũ si faciat qui vxorẽ non habet, cũ femina quæ virum non habet, ambo præcepti huius transgressione teneantur? meritò quęritur. Si enim nõ tenentur, non est prohibita in Decalogo fornicatio, sed sola mœchia, id est, adulteriũ: quãuis omnis mœchia etiã fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur scripturæ. Dominus enim dicit in Euangelio, Qui cũque dimiserit vxorem suã excepta causa fornicationis facit eã mœchari. Hîc vtique fornicationẽ appellauit, si cũ alio peccet quæ virũ habet, quod est mœchia, id est, adulteriũ. Omnis ergo mœchia etiã fornicatio in scripturis dicitur. Sed vtrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiã mœchia dici potest, vbi sit in Decalogo prohibita illa fornicatio quã faciũt viri qui vxores non habent, cum feminis quæ maritos nõ habẽt, vtrũ inueniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ: nõ enim rapinam permisit qui furtũ prohibuit, sed vtique à parte totum intelligi voluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur: profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorũ membrorũ non legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Et quod dictũ est, Non occides: non putandũ est fieri contra hoc præceptũ, quando lex occidit vel occidi aliquẽ Deus iubet. Ille enim facit qui iubet, quando ministerium negare nõ licet. In eo etiã quod dictũ est, Falsum testimoniũ non dices aduersus proximũ tuum: quęri solet, vtrum prohibitum sit omne mendaciũ: ne fortè non sit hoc præceptũ aduersus eos qui dicunt tunc esse mentiendũ, quando istud mendacium prodest alicui, & nihil obest ei cui mentiris. Tale quippe nõ est aduersus proximũ tuum, vt ideo videatur hoc addidisse scriptura, quæ posset breuiter dicere, Falsum testimoniũ nõ dices, sicut dixit, Non occides, non mœchaberis, nõ furaberis. Sed hinc magna quęstio est, nec à festinãtibus cõmodè explicari potest, quomodo accipiẽdũ sit, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: &, Noli velle mentiri omne mendacium: & cætera huiusmodi.

Et omnis populus videbat vocẽ & lãpades & vocem tubæ & montẽ fumantẽ. Solet quæri, quomodo populus videbat vocẽ, cùm vox non ad visum, sed potiꝰ ad auditũ pertinere videatur. Sed, sicut modò dixi, videatur de omnibus quæ à me dicta sunt, sic videre solet pro generali sensu poni, non solum corporis, verũetiam animi. Vnde est illud, Cùm vidisset Iacob, quia sunt escæ in Ægypto: vnde vtique absens erat. Quanquam nonnulli videre vocem nihil aliud arbitrati sunt esse quàm intelligere, qui visus mentis est. Cùm verò hîc breuiter dicendum esset, quòd populus videbat vocem & lampades, & vocem tubæ ac montem fumantem, quæstio maior oritur quomodo audiebat lampades, & montem fumantem, quod pertinet ad sensum videndi. Nisi quis dicat, nec tam breuiter dicendum fuisse: sed vt totum diceretur, audiebat vocem

vocẽ & videbat lampades, & audiebat vocẽ tubæ & videbat montẽ fumantẽ. Duo quippe generaui vocis erãt: & de nubibus, sicut tonitrua: & tuba, si tamen ipsam dixit vocem quæ de nubibus edebatur: ac per hoc melius in iis quæ ad sensum audiendi pertinebant, generalis sensus est positus, hoc est videndi, cùm breuiter totum vellet scriptura complecti, quàm vt in iis quæ pertinẽt ad videndi sensum, subintelligeretur auditus: quo more loqui non solemus. Nam vide quid sonet, solemus dicere: Audi quid luceat, non solemus. Loquere tu nobis, & nõ loquatur ad nos Deus, ne quã do moriamur. Multum & solidè significatur ad vetus Testamentum timorẽ potius pertinere, sicut ad nouũ dilectionem: quanquam & in vetere nouum lateat, & in nouo vetus pateat. Quomodo autẽ tali populo tribuatur videre vocẽ Dei, si hoc accipiẽdũ est intelligere, cùm sibi loqui timeant ne moriantur, non satis elucet.

Et dixit eis Moyses, Constantes estote, propterea enim venit Deus ad vos tentare vos, vt sit timor eius in vobis ne peccetis. Sic illi cohibendi fuerant à peccatis, vtique timendo ne pœnas sensibiles paterentur, quia nondum poterãt amare iustitiam: & in hoc erat eis tẽtatio à Domino qua probabantur, vt apparerent cuiusmodi essent: nõ vt Deo noti fierent, quem non latebat qualescunq; essent, sed vt inter se ac sibimet. Multum tamen istis terroribus Testamenti veteris differentia commẽdatur, quod etiã in epistola ad Hebræos apertissimè dictum est. Moyses autem intrauit in nebulã vbi erat Deus: id est, vbi expressiora fiebant signa quibus cognosceretur Deus. Nã quomodo in nebula erat, cùm cæli cælorũ non sufficiant, nisi quemadmodũ nusquã nõ est qui in loconullo deest. Non facietis vobis deos argenteos, & deos aureos nõ facietis vobis ipsis. Repetitur quod in primo præcepto inculcatũ est, & ex diis argenteis & aureis vtique omnia simulachra intelliguntur, sicut in illo etiã Psalmo, Idola gentium argentum & aurũ. Quæ de seruo Hebræo præcipiũtur, vt sex annos seruiat & dimittatur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitarẽt à dominis suis, Apostolica authoritas iubet seruos dominis suis esse subiectos ne doctrina & nomen Dei blasphemetur. Illud enim ex hoc satis cõstat in mysterio præceptum, quia & pertundi subula eius aurẽ ad postẽ præcepit Deus, qui libertatẽ illã recusaret. Si quis autẽ vendiderit filiam suã in famulã, non abibit ita vt ancillæ recedũt. Quòd si nõ placuerit domino suo quia non adnominauit eã, remunerabit eã. Genti autem exteræ non est dominus vendere illam, quoniam spreuit in ea. Quòd si filio adnominauerit eam, secundum iustificationem filiarum faciet ei. Quòd si aliam accipiet ei, quæ opus sunt, & vestem, & conuersationem eius non fraudabit ei. Si autẽ tria hæc non fecerit ei, exibit gratis sine pretio. Obscurissimum locum inusitatæ locutiones fecerunt, ita vt interpretes nostri quemadmodũ eũ explicarent penè non inuenirent. In ipso quoq; Græco eloquio multum obscurum est, quod hîc dicitur. Tamen quid videatur, vt potero, aperiam. Si quis autẽ, inquit, vendiderit filiam suã in famulam, id est, vt sit famula, quam οἰκέτην Græci vocant, non abibit ita vt recedunt ancillę: intelligẽdum est, nõ sic recedet, quomodo recedũt ancillę Hebręę post sex annos. Eam quippe oportet etiã in feminã Hebræam legem datam intelligi, quæ seruatur in maribus. Cur ergo ista non ita recedet, nisi quia in illo famulatu intelligitur humiliata q̃ ei se dominꝰ miscuerit? Hoc enĩ in cõsequẽtibꝰ vt cũq; clarescit. Sequitur enim & dicit: Quòd si nõ placuerit domino suo quia non adnominauit eã, id est, non eã fecit vxorẽ, remunerabit eam: hoc est, quod suprà dixit, nõ abibit ita vt recedunt ancillæ. Iustũ est quippe aliqui accipere pro eo, quòd humiliata est, quia non ei se ita cõmiscuit vt faceret vxorem: id est, vt adnominaret eam sibi. Hoc autem quod diximus, Remunerabit eã: quidam interpretes dixerũt, Redimet eã. Quòd si in Græco dictũ esset, ἀπολυτρώσεται, scriptum esset, sicut scriptũ est, Et ipse redimet Israël. Nã & ἀπολυτρώσεται legitur, vbi intelligitur quòd accipit magis aliquid, quàm pretio datur vt redimatur. Quomodo enim dabit dominus eius vt redimat: quã ipse famulã possidet? Genti autẽ exteræ non est dominus vendere illã, quoniã spreuit in ea: ideo dominus est vendere illã: id est, in tantũ ei dominabitur, vt etiam exteræ genti eam licitè vendat. Hoc est autem spreuit in ea, quod est spreuit eam. Spreuit autem eam, hoc est, humiliauit eam: id est, cõcumbendo nec vxorẽ faciendo. Dixit autem Græcè ἠθέτησεν, quod nos diximus Spreuit, quo verbo scriptura vtitur apud Hieremiam. Sicut spernit mulier eũ cui commiscetur. Deinde sequitur & dicit, Quòd si filio adnominauerit eam, secundum iustificationem filiarũ faciet ei. Hic iam aperire incipit quemadmodũ suprà dixerit, Quam non adnominauit. Nam quid est aliud, Si filio adnominauerit eam, nisi filio coniunxerit eam vxorẽ: quandoquidem dicit, Secundũ iustificationem filiarũ faciet ei, id est, vt sic tradat tanquam filiam, dotẽ scilicet apponens ei. Deinde adiungit. Quòd si aliam accipiet ei, id est, nõ istam deputauerit vxorẽ filio suo, sed ei aliam accipiat, quæ opus sunt, & vestem & conuersationẽ eius nõ fraudabit ei. Simili lege, quæ cõpetunt quoniã non mansit vxor filio eius, quẽadmodũ ei daret si eã sibi non adnominasset, & tamen concumbendo humiliasset. Quod autem nos diximus, conuersationẽ non fraudabit, Græcus habet ὁμιλίαν, id est, locutionẽ, quo nomine intelligitur scriptura honestius appellare concubitũ. Quid est autem Cõcubitum nõ fraudabit, nisi pro concubitu mercedẽ dabit? Namq; apud Danielem contra Susannam falsum testimonii dicẽtes seniores, Venit, inquiunt, ad eam adolescens q̃ erat in latenti absconditus, & concubuit cum ea. Daniel autem de hoc ipso interrogans, ait: Sub qua arbore vidisti eos loquentes: quod illi dixerant concubuit cum ea. Deinde alterũ arguens atque conuincens dixit, Semen Chanaan, & nõ Iuda: species delectauit te, & concupiscentia euertit cor tuum. Sic enim faciebatis filiabus Israël, sed illæ timentes acquiescebant vobis. Græcus autem habet ὁμιλήσειν ὑμῖν: quod posset Latinè verbum ex verbo dici, Loquebantur vobis: quo significaretur concubitus. Nam vbi dicitur, Sub qua arbore cõprehendistis eos, Græcus habet, Cõprehendistis eos colloquentes inuicẽ: & illic significatur cõcubitus. Quod ergo de hac de qua agitur adiũgit scriptura & dicit, Si autẽ tria hæc non fecerit ei, exibit gratis: hoc intelligitur, si eã ipse concubitu nõ humiliauerit, neque filio suo coniũxerit, neq; alia filio suo ducta istã cicerit, abibit gratis: id est, sufficiet ei non teneri in seruitute. Abibit enim, nihil accipiẽs vt seruus Hebræus. Nõ enim licet domino eius copulare illam viro non Hebręo, quam non licet exterę genti tradi. Si autem seruo Hebręo eam copulauerit, hoc vtiq; intelligitur, quòd cum eo gratis exibit nequaquã à marito suo separata. Si quis percusserit aliquẽ, & mortuus fuerit, morte moriatur. Qui autẽ nolẽs, sed Deus tradidit in manus eius, dabo tibi locũ in quẽ fugiat. Quæritur hoc quomodo dictum sit, Si autem nolens, sed Deus tradidit in manus eius: quasi etsi volens occiderit, posset occidere, nisi Deus traderet in manus eius. Intelligitur ergo tantummodo Deum fecisse cùm quisque

QVAEST. LXXIII. Exodi 20. c. 19.

QVAEST. LXXIIII. Exodi 20. c. 20.

Mat. 5. c. 31.

Heb. 12.

QVAEST. LXXV. Exodi 20. d. 21.

QVAEST. LXXVI. Exod. 20. d. 23.

Psal. 113. b. 12.

QVAEST. LXXVII. Exod. 21. a. 2.

Ephe. 6. a. 5.

QVAEST. LXXVIII. Exodi. 21. b. 7.

Psal. 5. a. 6. Eccl. 7. b. 1.

QVAEST. LXXII. Exodi 20. c. 18.

Gen. 42. a. 1.

Psal. 129. a.

Dan. 13. d. 37.

QVAEST. LXXIX. Exod. 21. b. 12.

occiditur à nolente: & pro hoc tantũmodo, quia Deo id fecit, dictum est, Sed Deus tradidit in manus eius. A Cùm verò volens, & ipse occidit, & Deus tradidit in manus eius: hoc ergo interest, quòd illic tantùm Deus fecit: hic autem & Deus & homo, propter voluntatem facientis, sed non fecit Deus vt homo. Deus enim non nisi iustè, homo autem pœna dignus: non quia illũ occidit quem Deus nollet occidi, sed quia per iniquitatem. Non enim ministerium Deo iubenti præbuit, sed suæ malignę cupiditati seruiuit. In vno igitur, eodémque facto & Deus de occulta æquitate laudatur, & homo de propria iniquitate punitur. Nõ enim quia Deus proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, ideo Iudas excusatus est, qui eundẽ ad mortem tradidit Christum. Rom.8.f. 32. Mat.26.c. 48.* Q V AEST. LXXX. Exod. 21. d. 22.

S I autem litigabũt duo viri, & percusserit quis mulierẽ fœtum in vtero habentẽ, & exierit infans eius nondum formatus, detrimentum patietur quantum indixerit vir mulieris, & dabit cum postulatione. Mihi videtur significationis alicuius causa dici hæc, magis quã scripturã circa huiusmodi facta occupatam. Nam si illud attenderet, ne prægnans mulier percussa inabortũ compelleretur: nõ poneret duos litigãtes viros, cùm possit & ab vno hoc admitti, qui cum ipsa muliere litigauerit, vel etiã non litigauerit, sed alienæ posteritati nocere volendo id fecerit. B

Quod verò non formatum puerperium noluit ad homicidiũ pertinere, profectò nec hominem deputauit quod tale in vtero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari, vtrũ quod formatum non est, nec animatum quidẽ possit intelligi, & ideo nõ sit homicidium, quia nec exanimatũ dici potest, si adhuc animam non habebat. Sequitur enim & dicit: Si autẽ formatũ fuerit, dabit animã pro anima. Vbi quid aliud intelligitur, nisi & ipse morietur? Nã hoc & in cæteris ex hac occasione iã præcepit: Oculum pro oculo, dentẽ pro dente, C manũ pro manu, pedẽ pro pede, cõbustionem pro cõbustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore: talionis videlicet æquitate. Quæ lex ideo cõstituit, vt demõstraret quæ vindicta debeatur. Nisi enim per legem sciretur quid vindictæ deberetur, vnde sciretur quid venia relaxaret, vt dici posset, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Mat.6.b.12. Debitores igitur lege monstrantur, vt appareat quid dimittatur quã do ignoscitur. Nec enim debita dimitteremus, nisi quid nobis deberetur, lege indice disceremus. Si ergo illud informe puerperium iam quidẽ fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatũ, quoniã magna de anima quæstio non est præcipitãda indiscussa temeritate sententiæ, ideo lex noluit ad homicidium pertinere: quia nondum dici potest anima viua in eo corpore quod sensu caret, si talis est in carne nõdũ formata, & ideo nondum sensibus prædita. Quod autem D dixit, Et dabit cũ postulatione quod maritus † mulieri informi exclusõ dandum constituerit, nõ est in prõpta intelligere. Ad animam quippe, quod Græcus habet, pluribus modis intelligitur, & tolerabilius cum postulatione dictũ est, quàm si aliud diceretur. Fortassis enim postulabit, vt de eo modo Deo satisfaciat, etiãsi maritus mulieris nõ expetat. *al. mulieri.*

S I autẽ cornu percusserit taurus virum aut mulierẽ, & mortuus fuerit, lapidibus lapidabitur taurus, & non manducabuntur carnes eius, dominus autem innocens erit. Ad iustitiam pertinet, vt animal hominibus noxium perimatur, & quod de tauro positum est, à parte totum intelligendũ est, quicquid de pecoribus vsũ humano subditũ infestũ est hominibus. Sed si necesse est occidi, nunquid lapidari? Quid interest enim animal quod auferẽdũ est qua morte auferatur? Deinde quod addidit carnibus Q V AEST. LXXXI. Exod. 21. c. 28.

eius non esse vescendũ, quò pertinet, nisi omnia ista significent aliud, quod scriptura maximè solet intueri.

S I autem cornu percusserit alicuius taurus taurum proximi, & mortuus fuerit, vendent taurum viuum, & partientur pretiũ eius, & taurus qui mortuus fuerit dispertietur. Numquid in solo tauro hæc iustificatio seruanda est, & non de omni pecore in tali casu? Proinde à parte totum in hoc intelligẽdum est: sed hoc de carnibus occisi pecoris fieri nõ potest, quæ non vescuntur. Q V AEST. LXXXII. Exod. 21. g. 35.

Q V Æ iustificatio est, vt pro vitulo vno quinque reddantur, pro oue autẽ quatuor, nisi aliquid significare intelligatur? S I autem perfodiens inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, nõ est illi homicidiũ. Q V AEST. LXXXIII. Exod. 22. a. 2.

Si autem orietur sol super eum, reus est, & morte morietur. Intelligitur ergo tunc non pertinere ad homicidium, si fur nocturnus occiditur: si autem diurnus, pertinere. Hoc est enim quod ait: Si orietur super eũ sol. Poterat quippe discerni quòd ad furandum, nõ ad occidendum venisset, & ideo nõ deberet occidi. Hoc & in legibus antiquis secularibus, quibus tamẽ ista est antiquior, inuenitur: impunè occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnũ autem si se cum telo defenderit: iam enim plus est, quàm fur. B *Ff ad l. Aquil. leg. iiij.*

Q V I D est, qui per iurio conuictus fuerit per Deum, restituet duplo: nisi quia vult Deus aliquando signo dato prodere peieranteẽ? Q V AEST. LXXXV. Exod. 22. b. 9.

D E O S nõ maledices. Quæritur quos dixerit deos, vtrum principes qui iudicant populum, sicut dictũ est de Moysẽ, quod datus fuerat D eus Pharaoni: vt per expositionem dictum sit quod sequitur, velut ostendendo quos dixerit deos, vbi ait, Et principem populi tui nõ maledices: quod Græcus habet, nõ dices malè. An secundum illud accipiẽdum, quod Apostolus ait: Nã etsi sunt qui dicũtur dij, siue in cælo siue in terra, sicuti sunt dij multi & domini multi: addendo enim, Sicuti sunt, deos intelligi voluit, qui dignè etiã dicuntur: ita sanè vt λατρεία quæ dicitur Græce, & interpretatur Latinè seruitus, sed ea quæ ad religionem pertinere intelligitur, non debeatur nisi vni Deo vero, qui nobis est Deus. Illi autẽ qui dicuntur dij, etiãsi qui sunt, qui meritò dicuntur, prohibiti sunt maledici, non iussi sunt sacrificiis vel vllis latriæ obsequiis honorari. Q V AEST. XC. Exod. 23. d. 19. 1. Cor. 8. b. 5. Q V AEST. XCI. Exod. 23. d. 20.

N O neris cũ pluribus in malitia. Ne se inde quisquam defendat, quia cum plurib⁹ fecit, aut ideo nõ putet esse peccatũ. Q V AEST. LXXXVII. Exod. 23. a. 2.

E T pauperis non misereberis in iudicio. Nisi addidisset, In iudicio, magna esset quęstio. Sed intelligendũ esset, etiamsi scriptum non esset. Suprà enim dixerat, Non apponeris cum multitudine, cum plurib. vt declines iudiciũ: ac per hoc & pauperis non misereberis: posset intelligi, in iudicio. Sed cùm additũ est, nulla quæstio est hoc esse pręceptũ, ne fortè cùm iudicam⁹, videamus iustitiã esse, p diuite cõtra pauperẽ, & nobis D rectè facere videamur si cõtra iustitiã pauperi faueam⁹ causa misericordiæ. Bona est ergo misericordia, sed nõ debet esse contra iudicium. Iudicium sanè illud appellat scriptura, quod iustũ est. Ne quis autem propter istã sententiã Deũ putaret misericordiã prohibere, quod sequitur opportunissimè sequitur: Si autẽ obuiauerit boui inimici tui, aut subiugali eius, errãtibus, reducẽs reddes ei, vt scias non te prohibitum facere misericordiã. Fac etiam erga inimicos tuos, cùm potestas est à iudicando libera: non enim cùm reducis errãtem bouem inimici tui & reddis, inter aliquos iudex resides. Q V AEST. LXXXVIII. Exod. 23. a. 3.

S E X annis seminabis terram tuam, & colliges fructum eius: septimo autem anno remissionem facies, & requiem dabis illi: & edent pauperes gentis tuæ: quæ autem superabunt edent feræ bestiæ. Sic facies vineam tuam & oliuetum tuum. Q V AEST. LXXXIX. Exod. 23. b. 10.

Quæri potest, quid colligant pauperes, si septimo anno ita parcit terræ, vt nec se

nec seminetur quidem? Non enim ad vineam & oliuetum pertinet quod dictum est, Edent pauperes gentis tuæ: quia de terra nõ seminata nihil possunt sumere vbi segetes nasci nõ possunt. De vinea enĩ & oliueto postea dicit similiter esse faciendum: ac per hoc illud de aruis intelligitur quæ frumentis seruiunt. An sic accipiendũ: Sex annis seminabis terrã tuã, & colliges fructũ ei⁹: hoc est, sex annis seminabis & colliges, septimo verò nõ colliges: vt intelligatur seminabis, etiãsi dictũ nõ est: vt ad sex annos seminare & colligere pertineat, ad septimum verò dimittere quod fuerit seminatum? Nã quid inde habebunt pauperes, quorũ residuũ etiã feris bestiis dedit, eis videlicet quæ illis frugibus vesci possint, sicut sunt apri, & cerui, & si quid huiusmodi? Quod tamẽ nõ diceretur, nisi alicuius significationis gratia. Nã si quod attinet ad præcepta quæ hominib⁹ data sunt, de bobus cura nõ est Deo: quod nõ sic intelligitur, tanquã nõ ipse pascat ea, quæ nec seminãt, nec metunt, neq; cogregant in horreũ: sed quia ei curæ nõ est pręcepto monere hominẽ quomodo boui suo cõsulat: quanto minus ei cura est de feris bestiis præcipere, quomodo illis ab hominibus cõsulatur, cum eas ipse pascat diuitiis naturæ vsquequaque fructiferę, qui eas etiã per alios sex annos pascit, cũ colliguntur quæ seminantur. N O n coques agnũ in lacte matris suæ. Quomodo intelligatur ad verborũ proprietatẽ nescio vtrum possit reperiri. Si enim alicuius significationis causa prohibitũ accipiamus agnũ in lacte coqui, null⁹ vsus est ita coquendi. Si autem in diebus quibus lactatur, quis hoc habuit vnquã Iudæorũ in obseruatione, vt agnũ nõ coqueret, nisi cùm desisteret fugere? Quid est autẽ in lacte matris suę, quasi posset, etiamsi hoc intelligeretur, sine huius pręcepti transgressione coqui, si eo nato mortua matre eius, ab oue alia lactaretur? cũ alicuius profectò rei significandę causa esse pręceptũ C nemo ambigat. Sed etiã illa quæ possunt obseruantia factitari, nõ sine causa, ita præcepta sunt, significãt enĩ aliquid. Hoc vero quomodo obseruetur ad ꝓprietatẽ verborũ aut nõ est, aut non elucet. Intellectum tamen de Christo approbo, quòd hac prophetia predict⁹ est, Mat.2.c.16. non occidẽdus à Iudæis infans, quãdo Herodes quærens eũ vt occideret, non inuenit, vt Coques quod dictum est, pertinear ad ignem passionis, hoc est, tribulationẽ. Vnde dicitur, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Quia ergo non est tunc infans passus, cùm quærente Herode huiusmodi periculũ imminere videretur, prædictũ est his verbis, Non coques agnũ in lacte matris suæ. Illud quoq; forsitan non absurdum est, quod alij dicũt, id esse præceptũ per Prophetã, ne se boni Israëlitæ sociarent malis Iudeis, à quibus Christus passus est tãquam agnus in lacte matris suæ: id est, eo tẽpore quo cõceptus est. D Dicuntur enim feminę ex quo conceperint lac colligere: illo autẽ mense passum esse Christum, & paschæ obseruatio, & dies ecclesiæ notissimus natiuitatis eius ostendit. Qui enim mense nono natus est octauo calendas Ianuarias, profectò mense primo conceptus est circa octauum calendas Aprilis, quod tempus etiam passionis eius fuit in lacte matris suæ, hoc est in diebus matris suæ. Eccl.27.a. 6.

E C C E ego mitto angelum meum ante faciem tuam, vt seruet te in via, & inducat te in terram quam paraui tibi. Attende tibi & exaudi eum, ne non credas illi nihil enim subtrahet tibi, nomen enim meum est super eum. Hoc de illo nimirum intelligitur, cui nomẽ mutatum est vt Israel vocaretur, ipse quippe introduxit populum in terram promissionis. Q V AEST. XCII. Exod. 23. c. 25.

E T seruies Domino Deo tuo vt benedicam panem tuum, & vinum tuum, & aquam tuam, & auertam infirmitatẽ à vobis. Non erit qui nõ generet, neq; sterilis super terrã tuã. Numerũ dierum tuorũ replebo, & timorem mittam qui te antecedat, & amentes faciã omnes gentes ad quas tu intrabis: & cætera. A Quanuis istæ promissiones possint & spiritaliter intelligi, tamẽ cùm secundum temporalẽ hominum felicitatem intelliguntur, ad vetus Testamentum pertinẽt: vbi quãquam præcepta, exceptis his quæ in sacramẽto aliquid significãt, eadem ad mores bonos pertinentia reperiantur, promissiones tamen carnales atq; terrenę sunt. Vnde in psalmo lxxij. penè lapsos & effusos gressus suos homo Dei dicit, cùm zelaret in peccatoribus pacẽ peccatorũ intuẽs. Ea quippe cernebat abundare impiis, quæ ipse secundum Testamentum vetus expectabat à Domino Deo, cui hac mercede seruiebat. Et cùm hinc ei subrepere cœpisset sensus impius, quòd Deũ non curare existimaret humana, correptũ se dicit, dũ authoritatem sanctorum non est ausus improbare, & incœpit cognoscere, & ait: Hoc labor est ante me, donec introëam in sanctuarium Dei, & intelligã in nouissima. Ibi enim pręmia dabuntur ad nouũ pertinẽtia testamentum, quæ impij non accipient: & pœnæ tunc futuræ sunt impiorum, quas nullus piorũ sensurus est. Psal.72.a.2.

E T mittam vespas ante te, & eiiciam Amorrhæos, Euæos, Chananæos, & Ethęos. Quæritur de istis bestiis quid intelligendum sit? Nã & promittit hoc Deus, & liber sapientiæ dicit impletũ, vbi ait, Et misit antecessores exercitus sui vespas. Non autem legimus factum, neq; Moysi temporibus, neque sub Iesu Naue, neq; sub iudicibus, neq; sub regibus. Ac per hoc vespæ istæ aculei timoris intelligẽdæ sunt fortasse, quibus agitabantur memoratæ gentes, vt cederent filiis Israel, Deus enĩ loquitur, in cuius sermone si figuratè aliquid dicatur quod ad proprietatẽ nõ sit impletũ, non impedit historiæ fidẽ, in qua perspicitur veritas narrationis. Sicut nec Euangelistarum narratio secundum proprietatẽ impeditur, si aliquid à Christo dicitur figuratè. Q V AEST. XCIII. Exod. 23. f. 28. Sap. 12. a. 8.

S I seruieris diis eorũ, erunt tibi offẽdiculũ. Hic Græcus δελεύσῃς habet, nõ λατρεύσῃς. Vnde intelligitur, quia & δουλεία debetur Deo tanquam Domino, λατρεία verò non nisi Deo tanquam Deo. Q V AEST. XCIIII. Exod. 23. g. 33.

E T Moysi dixit, Ascẽde ad Dominũ tu & Aarõ & Nadab & Abiud, & septuaginta seniorũ Israël & adorabunt à lõge Dominũ: & accedet Moyses solus ad Dominũ, ipsi autem non accedent: populus autẽ nõ ascendet cũ illis. Introiuit ergo Moyses & narrauit populo omnia verba Dei & iustificationes. Respõdit autẽ omnis populus voce vna dicentes, Omnia verba quæ locutus est Dñs, faciemus & audiemus. Vsque ad hunc locũ scripturę, iustificationes intelliguntur quæ datæ sunt populo ad obseruandũ. Incipiunt autẽ quantum ipsa scripturæ verba indicãt, vnde hoc nomen iustificationũ exortũ est, ab illo seruo Hebræo cui auris ad postẽ pertũditur. In quibus omnibus iustificationib⁹ considerãdum est, quæ inde ad agendã vitam & morum bonorũ conseruatione duci possint. Multa quip̃ pe in eis sacramenta sunt significantia potius aliquid, quàm vitam nostram instruentia. Iustificationes sanè Latini interpretes eas esse dixerunt, quæ Græci δικαιώματα appellant. Q V AEST. XCV. Exod. 24. a. 1.

N O T A N D V M est, quòd iterũ popul⁹ ita respondet, Omnia verba quæ locutus est Domin⁹ faciemus & audiemus: cũ videatur ordo postulare, vt diceretur, audiemus & faciemus. Sed mirum nisi aliquis sensus hic latet. Nam si audiemus, pro eo positum est, quod est intelligemus, prius oportet verbis Dei reddere faciendi seruitutem, vt ad intelligentiam earum rerum quæ ipso præcipiente fiunt, merito deuotionis, qua non contemptæ, sed factæ sunt, ipse Q V AEST. XCVI. Exod. 24. a. 3.

perducat. Sed videndum est, vtrũ iste populus illi filio similis inueniatur qui patri iubẽti dixit, Ibo in vineã, & non iit. Gentes enim quæ Dominum penitùs contẽpserunt, postea per vniꝰ obedientiã iustificatæ, quæ non sectabantur iustitiã apprehenderũt iustitiã. NOTANDVM ergo q̃ Moyses ẹdificauit altare sub monte, & duodecim lapides, & in duodecim trib. Israël. Intelligitur enim ex duodecim lapidibus altare ẹdificatũ significasse ipsum populum esse altare Dei, sicut est tẽplum Dei. ET immolauerunt hostiã salutaris Deo. Non dixit hostiã salutarem, sed hostiã salutaris, quod Græcus habet σωτηρίου vel σωτηρίας. Vnde & in Psalmo, Calicẽ, inquit, salutaris accipiam: non dixit, calicẽ salutarẽ. Vbi videndum est, ne fortè ille significetur de quo dixit Simeon, Quoniam viderũt oculi mei salutare tuum. Hũc enim & Psalmus cõmendat, vbi legitur, Bene nunciate diẽ ex die salutare eius. Quid est enim aliud si diligentiùs attendamus quod ait diẽ ex die, nisi lũmen ex lumine, hoc est, Deum ex Deo, quod est vnigenitus filius? SVMENS autẽ Moyses dimidiã partẽ sanguinis, infudit in crateré, & partẽ reliquam sanguinis infudit ad altare: & accipiens librũ testamẽti recitauit in aures populi. Notandum est, nũc primũ sacrificasse Moysen euidẽter scripturã dicere, ex quo ex Ægypto eductꝰ est populus. Primo enim de Iethro dictũ erat socero eius, quamuis cum aliqua ambiguitate, quòd immolauerit Deo. Et aduertendũ librum testamenti cũ sanguine hostiæ recitari, in quo libro istas iustificationes cõscriptas debeamus accipere. Nã decalogum legis in tabulis lapideis fuisse cõscriptum postea manifestum est. ET dixerunt, Omnia quæcunque locutus est Dominus, faciemus & audiemus. Nõ aliter respondent ecce iã tertio. ET adscẽdit Moyses & Aarõ & Nadab & Abiud & septuaginta seniorum Israel, & viderunt locum vbi steterat ibi Deus Israel. Cõstat inter eos qui rectè intelligunt, nullo Deum cõtineri loco, nec aliquo velut situ corporis membra ponere, sicuti est nostri corporis situs, sedere, iacere, stare, & si quid huiusmodi est. Hæc enim sunt nisi corporũ, deus autẽ spiritus est. Quod autẽ se ostẽdit specie corporali vel signis corporaliter expressis, non substantia eius apparet, qua est ipse quod est, sed assumptio formarum visibilium eius omnipotẽtiæ subiacet. ET de electis Israel nõ dissonuit nec vnus, & apparuerũt in loco Dei, & manducauerũt & biberũt. Quis dubitet illos quos nominatim expressit, & septuaginta seniores nũc appellatos electos Israel, qui proculdubiò personam gerebant eorum qui electi sunt in populo Dei? Non enim omnium est fides: Et nouit Dominus qui sunt eius. In magna autem domo sunt alia vasa in honorem, alia in contumeliam. Quoniã ergo quos antè præsciuit, & prędestinauit: quos autem prędestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit: ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit: profectò de electis Israel non dissonuit nec vnus. Significatur autem in quaternario numero in Moyse & Aaron & Nadab & Abiud, propter quatuor Euangelistas, & totius orbis, qui in quatuor partes diuiditur promissionem, & septuaginta de senioribus Israel, numero scilicet septenario decuplato, qui pertinent ad significandum Spiritum sanctum. Sapphiro autem significatur vita cælestis, maximè quia dictũ est, Sicut aspectus firmamenti. Firmamentum autem cælũ appellari quis nesciat? Et forma lateris in eodẽ sapphiro quadraturam ipsam, vel stabilitatem, vel eiusdẽ quaternarij numeri sacramentum figurat. Quod autem manducant & bibunt in loco Dei, suauitatẽmque præfigurat vel significat in illo regno æternitatis. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Vnde & Dominus dicit venturos multos, quos vtiq; nisi electos, præscitos, prædestinatos, vocatos, iustificatos, glorificatos, & recubituros cũ Abrahã & Isaac & Iacob in regno cælorũ. Nã & alio loco ipse hoc promittit fidelib. suis, q̃ faciat eos recũbere, & transeat & ministret eis. QVID sibi vult quòd Iesus Naue nõ cõmemoratus in illis quatuor subitò cũ Moyse apparet, & cũ illo ascendit in montem ad accipiendas tabulas legis & subitò rursus idẽ Iesus absclõditur, idest, tacetur: & Moyses accepit legẽ in duabus tabulis, & cũ eo iterũ apparet? An fortè significat nouum Testamentum nomine Iesu, & absconditũ esse in lege, & aliquando apparere intelligẽtibus? Quod verò Iesus iã vocatur, cũ in libro Numerorum quãdo id nomẽ acceperit scriptura testatur, quod iã propè esset vt terrã promissionis intrarent, per prolepsim, hoc est, per præoccupationẽ anticipat scriptura quod postea factũ est. Omnia quippe ista posteaquã facta sunt, scripta sunt, ac per hoc quãdo factũ est quomodo cõmemoratur, nõdum vocabatur Iesus, sed quando scriptum est iam hoc vocabatur. ET facies in ea cymatia aurea versatilia in circuitu. Cymatia dixit quæ in quadratura extant per quatuor partes, sicut mẽsæ quadræ fieri solent. Nec quod ait versatilia mobilia debemus accipere. Fixa sunt enim, sicut dixi mensas habere solitas: sed versatilia dixit, tortilia, quæ Græcè vocantur στρεπτὰ: vel canalibus sicut sunt columnæ tortiles: aut implicatis duabus virgulis in modum restis, sicut etiã torques fieri solent. Quod autẽ ait, Et fabricabis illi quatuor annulos aureos, & impones super quatuor latera, duos annulos in latere vno, & duos annulos in latere altero, ad quatuor angulos occurrũt quatuor annuli singuli in singulis, & per singulorum numerũ fit, vt quod in duobus lateribus ponitur, etiã in omnibus quatuor ponatur. Vnus enĩ angulus duobus lateribus cõmunis est: alioquin nõ occurrit, vt bini annuli, ponãtur per quatuor latera, cũ sint quatuor annuli: octo quippe esse debuerunt, si aliter intelligimus quã quod dixit fieri numero angulorum. Ad hoc enim annuli in angulis ponũtur, quòd inducãtur suportatoria vel gestatoria, quibus arca quatuor hominibus hinc atq; inde portetur. PROPITIATORIVM ad quid dicat superimponendum super arcam, quæri solet: sed cùm aureum fieri iubeat, eiusq; logitudinem & latitudinẽ tãtam exprimat, quãta & ipsius arcæ dicta est, proculdubiò velut tabulam auream tantæ formæ fieri præcepit, qua tegeretur arca: ita vt in ipso propitiatorio essent duo Cherubim, hinc atque inde alterutrum attendẽtes: ita vt vultus eorum in propitiatorium essent, & pennis suis obumbrarent propitiatorium, quod magnum est sacramentum. Aurum quippe significat sapientiam, arca significat secretum Dei. In arca iussa sunt poni lex, & manna, & virga Aaron. In lege præcepta sunt, virga potestatem significat, manna gratiã, quiã nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. Veruntamen quia lex à quouis proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper. Ad hoc enim opus est vt propitius sit Deus, & ideo desuper ponitur, quia super exaltat misericordia iudiciũ. Duo verò Cherubin pennis suis obumbrant propitiatorium, id est, honorant velando, quoniam mysteria ista ibi sunt: & inuicem se attendunt, quia consonant, duo quippe ibi testamenta figurantur. Et vultus eorum sunt in propitiatorium, quia misericordiã Domini, in qua vna spes est, valde commendant. Denique hinc se promisit locuturum Deus ad Moysen de medio Cherubin desursum propitiatorij. Porrò si creatura

Mat. 27. c. 30.
QVAEST. XCVII. Exod. 24. b. 4.
2. Cor. 6.
QVAEST. XCVIII. Exod. 24. b. 5.
Psal. 115. a. 13.
Lucæ 2. d. 30.
Psal. 95. a. 2.
QVAEST. XCIX. Exod. 24. b. 6.
Exod. 18. b. 12.
QVAEST. C. Exod. 24. b. 7.
QVAEST. CI. Exod. 24. c. 9.
Ioan. 4. d. 24.
QVAEST. CII. Exod. 24. c. 11.
2. Thess. 3. a. 2.
2. Tim. 2. c. 19.
Rom. 8. f. 30.
Mat. 5. a. 1. Luc. 6. c. 21. Mat. 8. b. 11.
Lucæ 12. c. 37.
QVAEST. CIII. Exod. 24. d. 13.
Num. 13. d. 17.
QVAEST. CIIII. Exod. 25. b. 12.
QVAEST. CV. Exod. 25. b. 17.
Iac. 2. c. 13.

creatura rationalis in multitudine scientiæ, quoniam hanc interpretationem habẽt Cherubin, duobus ipsis animalibus significatur: ideo duo sunt, vt societatem charitatis cõmendent: ideo pẽnis suis propitiatorium obũbrant, quia Deo non sibi tribuunt pennas suas, id est, Deũ honorãt virtutibus quibus præstãt: & vultus eorũ non sunt nisi in propitiatoriũ, quia cuicũq; profectui ad multitudinẽ scientiæ spes nõ erit, nisi in Dei misericordia. QVOD ait, Erunt annuli in thecis suportatoriis ad tollendã mensam: hoc intelligendũ est, quòd annuli essent velut thecæ suportatoriæ, id est, quo suportatoria tanquã in thecas inducantur. Erũt quippe in thecis, ita dictũ est, tanquã diceretur, erunt pro thecis. DECEM aulæorũ iubet fieri tabernaculũ, cùm sit decalogus legis. Aulæa verò significant latitudinẽ, propter facilitatẽ. Charitas quippe plenitudo legis est: & non nisi charitati sunt præcepta facilia, vnde ipsa dilatatio cõmendatur cùm dicitur, Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ sunt infirmata vestigia mea. Sed quoniã ista dilatatio per gratiam fit Dei: charitas enim diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos, sed per Spiritũ sanctũ, qui datꝰ est nobis: ideo hic mysticè ipse numerus etiã cõmendatur, qui pertinet etiã ad Spiritũ sanctũ, per quem lex possit impleri. Dicitur enim aulæũ longitudinẽ debere habere in cubitis vigintiocto. Iste autẽ numerus, quia per septenariũ diuidendus est, significauit, cùm dicit latitudinẽ aulææ in cubitis quatuor. Quater enim septẽ fiunt vigintiocto. Et est etiã iste numerus perfectus, quia, sicut senarius, suis partibus constat. Quod verò tã sæpe dicit, cherubin facies ea opere textoris: quid aliud quã in his omnibus multitudinẽ scientiæ cõmendat, quod interpretatur Cherubin. ET facies vela capillacia operire super tabernaculũ. Vndecim facies ea. Quę capillacia vela sunt, id est, Cilicina, vndecim dicũtur esse. In peccatis quippe transgressio est. Trãgressio verò vndenario numero significatur, quoniã transgreditur denariũ, id est, legẽ: ideo ipsa vndecim per septenariũ multiplicata, faciũt septuaginta septẽ. Vbi significauit Dominus vniuersam, remissionẽ peccatorũ dicens, Non solùm septies, verũetiã septuagies septies: quod generationes reperiuntur, cùm Lucas à baptismo Domini enumerans sursum versus ascẽdit & peruenit per Adã vsq; ad Deũ. Ad hoc enim fit significatio peccatorũ in his velis, vt per cõfessionẽ exprimãtur, & per gratiam quæ data est Ecclesiæ aboleantur, hoc est tegãtur. Vnde dicitur, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Deinde iubet ea vela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries autẽ rubricatus, cui nõ occurrat Christus passione cruentatus? Significãtur his etiã martyres sancti, quorũ orationibus propitiatur Deus peccatis populi sui. Ipsis deniq; superiaciuntur pelles hyacinthinæ, vt significetur vita ęterna viriditate tanquã vigore perpetuo. FACIES duos anconiscos columnæ vni consistentes ex aduerso, hoc est, vnũ hinc, & vnũ inde de lateribus colũnæ: anconiscos autẽ dicit, quos vulgò vocamꝰ ancones, sicut sunt in colũnis cellarũ vinariarũ, quibus incumbunt ligna quæ cupas ferunt. Ducta est autem similitudo verbi à cubitis vbi flectuntur manus, quibus incũbunt recũbentes, qui Græcè ἀγκῶνες vocantur. BASES colũnarum duas vni. Bases non eas tantùm videtur dicere scriptura, quibus columnæ ab imo fulciuntur, sed etiã superiores, quæ capitella nos dicimus. Ideo dicit duas bases columnæ vni in ambas partes eius. Nam quæ sunt ambæ partes, nisi inferior & superior? QVOD octo columnas & bases earum sedecim secundum supradictam rationem à posterioribus tabernaculi scriptura dicit, cùm superius sex dixerit, intelligitur annumeratis duabus angularibus octo fieri. ET diuidet vobis velamen inter mediũ sanctũ, & inter mediũ sanctũ sanctorũ: id est, vt inter sanctũ & sanctũ sanctorum sit hoc velamen de quo nunc loquitur, in quatuor colũnis extentũ. De hac differẽtia inter sanctũ & sanctũ sanctorũ ad Hebræos epistola loquitur, quia vbi arca testimonij, ibi sanctũ sanctorũ, hoc est, intus intra velũ: foris autẽ mensa & candelabrũ; & cætera quæ paulò antè dixit quẽadmodum fierẽt, sancta dictæ sunt, & non sancta sanctorũ. Et significatur foris vetus Testamentũ, intꝰ autẽ & nouũ, cùm sit vtrũque in lectione veteris Testamẽti, & expressum operibus, & significatione figuratũ. Ac per hoc in sanctis figura figurę, quia figura est veteris Testamenti: in sanctis autẽ sanctorũ figura est ipsiꝰ veritatis, quia figura est noui Testamẽti. Totũ quippe vetus Testamẽtũ in his rebus & celebrationibus, quæ ita obseruanda præcipiuntur, figura est. DE altari quæritur quomodo tribus cubitis altũ esse voluerit, cùm tanta ferè sit staturæ hominis altitudo. Quomodo ergo ministrabatur altari, cùm gradus habere altare alio loco prohibeat? Ne pudenda, inquit, tua reueles super illud. Sed illud dicebat de altari quod terra vel lapidibus cõstruendũ esset, vbi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris vtiq; pertinerent: nũc verò de tabulis fieri altare præcepit, quo si apponeretur ad horã administrationis aliquid vbi staret minister altaris, & peracto ministerio tolleretur, ad corpus altaris non vtiq; pertineret. Itẽ quæritur, quomodo super altare ligneũ sacrificiũ quod inferebatur posset incendi, præsertim quia concauũ fieri iubet & craticulã deponi vsq; ad mediũ eius, id est, mediũ concauitatis eius, opere factũ reticulato. An quoniam dixit, Et facies cornua in quatuor angulos, ex seipso erunt cornua, & teges illa æramento: non ad sola cornua referendũ est quod ait, teges illa æramẽto, sed ad omnia de quibus loquebatur, de altari fabricando præcipiẽs? ET tu loquere omnibus sapientibus mente quos repleui spiritu intellectꝰ: αἰσθήσεως quidẽ Græcus habet, quẽ Latinè sensum, nõ intellectũ dicere solemus. Sed scriptura de sensu interiore quẽ intellectũ vocamꝰ, sic loqui solet, sicut ad Hebræos, Perfectorũ est autẽ solidus cibus, eorũ qui per habitũ exercitatos habent sensus ad discernendũ bonũ & malũ. Ibi enim q̃ posuit sensus, Græcus habet αἴσθησις. Quem ergo istũ spiritũ, nisi Spiritũ sanctũ debemus accipere? Et stolas quas faciet, pectoralẽ, humeralẽ, & tunicã talarẽ, & tunicã cũ cornibus. Has appellatas stolas esse & cætera, cùm superiùs vnã stolã faciendã proposuisset, notandũ est. Tunicã verò cũ cornibus, honestiùs putarunt Latini interpretes dici, quàm si dicerẽt cũ cirris, qui bene dispositi ornamento esse vestibus solẽt. ASPIDISCAS in veste sacerdotali quas dicat, vtrũ scutulas, quæ à scuto Latinè appellantur, quia & Græci scutum ἀσπίδα appellant. An verò aspidiscas propter diligentem colligantiam dicit ab aspide serpente, sicut etiam murenulæ appellantur? Spithamus autem lõgitudo, & spithamus latitudo, Latini quidã interpretati sunt, mensuram extentæ palmæ à fine pollicis vsque ad finem digiti minimi. Item quod dicitur, Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorũ Israël, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum: an intelligendum, vt lapides sint de nominibus filiorum Israël secundum natiuitates eorum: id est, secundum ordinem quo nati sunt? ET facies super rationale fimbrias complectẽtes opus catenarum de auro puro: quod Latini rationale interpretati sunt, inopia linguæ fecit Græ-

QVAEST. CVI. Exod. 25. c. 26.
QVAEST. CVII. Exod. 26. a. 1.
Rom. 13. c. 10.
Psal. 17. d. 37.
Rom. 5. a. 5.
QVAEST. CVIII. Exod. 26. d. 7.
Mat. 18. c. 22.
Luc. 3. c. 23.
Psal. 31. a. 1.
QVAEST. CIX. Exod. 26. d. 19.
QVAEST. CX. Exod. 26. d. 21.
QVAEST. CXI. Exod. 26. e. 25.
QVAEST. CXII. Exod. 26. g. 33.
Heb. 9. a. 1.
QVAEST. CXIII. Exod. 27. a. 1. Exod. 20. d. 26.
QVAEST. CXIIII. Exod. 28. a. 3.
Heb. 5. d. 14.
QVAEST. CXV. Exod. 28. a. 4.
Spithamus.
Ibid. b. 9.
QVAEST. CLVI. Exod. 28. c. 22.

eus habet enim λόγιον, non λογικόν. Rationale autē illud solemus appellare, quod Græci dicūt λογικόν. Sed quoniam λόγος in Græca lingua abiguum est, vtrū verbum significet, an rationē: quia vtriusq; rei nomen est, vbi putatū est à verbo dictū λόγιον, eloquiū nostri interpretati sunt. Nā quod habem⁹, Eloquia Domini, eloquia casta: Græci habēt λόγια. Hic verò in veste sacerdotali, quod ex auro & hyacintho, & purpura, & cocco duplici torto, & bysso duplici torta fieri præceptū est, quadratū duplex quod esset in pectore sacerdotis, & λόγιον vocaretur, incertū vtrū à ratione an à verbo ductū fuerit: interpretes nostri à ratione dictū putantes rationale appellauerunt. Et impones super rationale iudicij demonstrationē & veritatē. Quid sibi hoc velit, vel in quali re vel metallo poneretur super rationale demonstratio & veritas, quoniā talia dicit fieri in veste sacerdotis quæ corporaliter fiunt, inuenire difficile est. Fabulantur tamen quidam, lapidē fuisse, cuius color, siue ad aduersa, siue ad prospera mutaretur quādo sacerdos intrabat in sancta: & hoc esse quod ait, Et afferet Aaron iudicia filiorum Israël super pectus suū: ostendens videlicet in illa demonstratione & veritate, quid de illis iudicauerit Dominus: quanquā possit intelligi demonstrationē & veritatem literis impositam super λόγιον. Et facies tunicā talarē hyacinthinā, id est, vsque ad talos dependentē: & erit peristomiū ex ea mediū: id est, qua caput eiiciatur. Hoc est enim quod Græci dicunt περιστόμιον Oram habens in circuitu peristomij, opus textoris contextā, id est, ne ipsa ora extrinsecus assuatur: hoc videtur dicere, cōmissuram cōtextā. Vnde etiā addidit, Ex ipsa, ne rūpatur: id est, vt ex ipsa sit ipsa ora contexta cū veste. Et erit Aaron cùm cœperit fungi sacerdotio, audietur vox eius intrāti in sanctuariū in cōspectu Domini & exeūti, vt nō moriatur: intrantis & exeuntis vocē de tintinnabulis dicit audiri, tantúmque ibi pōdus obseruationis posuit vt diceret, Ne moriat. Testimonia ergo quę dā significari voluit in veste sacerdotali, qua vtique significat ecclesia, per hæc tintinnabula, vt nota sit conuersatio sacerdotis: sicut Apostolus dicit, Circa omnes teipsum bonorū operū p̄bens exēplū. Aut illud, Quæ audisti à me per multos testes, hæc eadē cōmenda fidelibus, & iis qui idonei sunt & alios docere. An quid aliud, magnū tamē est, quicquid illud est. Intrāti autē & exeūti, p intrantis & exeuntis, locutio est: vox p sonitu, nā tintinnabulorum magis sonus quàm vox est.

Et facies laminam auream puram, & formabis in eadem formatione sanctitatem Domini: & impones illud super hyacinthum duplicem tortam, & erit super mitram: secundum aspectum mitræ erit, & erit supra frontem Aaron, vt auferat peccata sanctorum, quæcunq; sanctificabūt filij Israël, † omnis datus sanctorum eorum. Quomodo formetur in lamina sanctitas Domini, non video, nisi aliquibus literis, quas quidam quatuor esse dicunt Hebræas: quod vt Græci appellāt τετραγράμματον, nomē Dei ineffabile credūt fuisse, vel esse adhucusque. Sed quælibet sint, vel quomodolibet se habeant illæ literæ, vt dixi, sanctitatem Domini vel sanctificationem, si hoc magis dicendum est, quod Græcus habet ἁγίασμα, nō nisi in auro literis formari potuisse crediderim. Ibi autem dicit sacerdotem sanctorum auferre peccata. Quæcunque sanctificabunt, inquit, filij Israël † omnis datus sanctorū eorum: quod arbitror dictum in eis sacrificiis quæ offerunt pro peccatis suis: vt nō sanctorum hominum intelligamus, sed sanctorum ab eo quòd sunt sancta quæ offeruntur pro peccatis. Cùm ergo de lamina dixisset, adiunxit atque ait, Et auferet Aaron peccata eorum quæcunque sanctificabūt filij Israël omnis datus sanctorū eorū: id est, sacerdos auferet quæcunq; offerunt pro peccatis suis, quæ dicuntur & sancta, quia sanctificantur, & peccata, quia p peccatis offeruntur: sicut multis locis hoc ipsum euidenter scriptura cōmemorat. Quod autē adiungit & dicit, Et erit super frontem Aaron semp acceptum illis in cōspectu Dñi: ad laminā illā reuertitur. In quo aduertēdū, si inueniri potest qui nō habeat necessitatē pro suis offerre peccatis præter Christū, qui solus potest omnium auferre peccata: intelligitur frōtis ornamentū, fiducia bonæ vitæ, quā qui verè perfectéque, non significatione, sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata, nec habet necessitatē offerre pro suis. De Aaron & filiis Aarō, cùm præciperet loquens ad Moysen quomodo vestirentur & vngerētur, quid est quod ait, Et implēbis manus eorum vt sacerdotio fungantur mihi? An fortè muneribus quæ offerenda sunt Deo?

Et facies eis femoralia linea, tegere turpitudinē corporis eorū, à lumbis vsque ad femora erūt. Cùm vestis tanta cooperiat totū corpus, quid est q̄ ait, Femoralia facies linea tegere turpitudinē corporis eorū: quasi apparere posset tanta de super veste adhibita? Nisi quia signū esse voluit in hoc castitatis vel continentiæ: quæ ideo per indumentum significatur, vt nō ex seipso habita, sed data intelligatur. Cvm de filiis Aarō loqueretur, Et indues eos, inquit, tunicas, & cinges eos zonis, & circūdabis eis cidaras. Quā dicit cidarim vel cidaras, quoniā non est interpretatū, nec in vsu modò est, ignoratur: puto tamen non esse capitis tegmen, vt nonnulli putauerunt. Neque enim diceret, Circumdabis eis, nisi tale aliquid esset quod nō capiti, sed corpori vsui esset. Et erit illis sacerdotium mihi in sempiternum. Quomodo dicat In sempiternū, de his significatiuis rebus, superius sæpe diximus. Nā vtique mutatum est hoc sacerdotium, vt ille esset in æternum secundum ordinem Melchisedec, non secundum ordinē Aaron. Ibi enim & iuratio, & nulla Dei pœnitudo, qua significetur mutatio. Iurauit enim Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es, inquit, sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. De ordine autē Aaron dictum est quidē, In sempiternum, vel propter tēpus nō p̄ceptum quousque obseruaret, vel quo res significaret æternas: nusquā est tamē dictum de sacerdotio Aaron, Quia iurauit Dñs & nō pœnitebit eum: Et ideo dictum est in illo sacerdotio secūdum ordinē Melchisedec, Nō pœnitebit eum: vt significaret, quia de sacerdotio Aaron pœnituit eū, id est, mutauit illud.

Qvid est, Et consummabis manus Aaron, & manum filiorum eius. An per manus potestatem significauit, vt aliquid etiam ipsi consecrare possent? Potestas autem sanctificatione consummabatur, qua præcepti sunt sanctificari à Moyse. Et adduces vitulum ad ostium tabernaculi, & superimponēt Aaron & filij eius manus suas super caput vituli in conspectu Domini. Ecce vnde suprà dictum est, consummādas esse manus eorum, id est, perficiendam potestatem, vt etiam ipsi sanctificarent, quomodo fit cùm ponunt manus suas super vitulum immolandum.

Qvod odor suauitatis sæpe Domino dicitur sacrificium de victimis pecorum in scripturis sacris, non vtique Deus odore fumi delectatur, sed tantum illud quod hic significatur spiritaliter, Deum delectat cùm spiritaliter exhibetur, quoniam ipse odor Dei spiritaliter intelligitur. Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit. Sicut ergo ille olfacit, sic ista significant. Et sumes pectusculum de ariete consummationis, quod est Aaron: id est, ipsius Aaron. Hoc enim pertinere voluit ad summum sacerdotem.

Et erit Aaron & filiis eius legitimum æternum à filiis Israël: cùm diceret de pectusculo & brachio victimarum. More illo ergo, æternum dixit, quem sæpe suprà commemorauimus. Et stola sancti quæ est Aaron, erit filiis eius post eum, vngere eos in ipsis & consummare manus eorum. Septem diebus vestiet se ea sacerdos, qui successerit ei de filiis eius q̄ intrabit in tabernaculū testimonij deseruire in sanctis. Hæc verba multas quæstiones habēt. Nam primū hic notandum est, quomodo cùm stolam dixerit sancti, postea pluraliter dicit vngere eos in ipsis, tanquā in stolis. Nam & suprà multas stolas eas dixerat, quibus vna constaret, quamquā ambiguū sit, vtrū in ipsis ab eo quod sunt ipsa genere neutro, quæcunque sunt quibus illa stola cōpletur, id est, vestis sacerdotalis, quod magis putādum est, eo quod in consequētibus dicit, Septem diebus vestiet se ea sacerdos qui successerit ei: ea scilicet omnia quæ commemorauit cùm vestem sacerdotalem deseribēret repetiuit sanè quod suprà dixerat, consummare manus eorum: vnde quid mihi videretur exposui. Quod verò ait, Septem diebus vestiet se ea sacerdos: nunquid aliis diebus se nō vestiet? sed illis septem continuis intelligi voluit, quibus eius sacerdotium quodammodo dedicatur, atq; hebdomadis est in eius inchoatione festiuitas. Successorem autem Aaron eum dicit, qui intrat tabernaculum testimonij deseruire in sanctis: cum scilicet significans qui non poterat esse nisi vnus, nō quales erant filij Aaron cum viuo patre suo, sed qualis successor ipsius Aaron. Quomodo ergo proprium dicit huius vnius esse, intrare in tabernaculum testimonij, deseruire in sanctis, cùm & illa quæ sunt extra velum quo velantur sancta sanctorum, sancta appellētur, & tabernaculum testimonij etiam illud vocetur, vbi sunt sancta: id est, mensa & cādelabrum: vbi cū deseruiant etiā sequentes sacerdotes ad mensam & candelabrū & ipsum altare, quomodo vnū dicit successorē Aaron qui intret in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis? Si dixisset, Deseruire in sanctis sanctorum, nulla esset quæstio. Ad hæc enim vbi est arca testimonij solus vn⁹ intrabat summus sacerdos. Quod etiam in epistola ad Hebræos diligētissimè commendatur: nisi fortè eo ipso, quod vnum dicit intrare in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis, non vult vtique intelligi, nisi in sanctis sanctorum: quia & ipsa vtique sancta appellantur. Nec enim omnia quæ sancta sunt, etiā sancta sanctorū dici possunt: quamuis econtrariò quæ sancta sanctorū sunt, proculdubio vtique sancta sunt. Vnus autē iste qui semel in anno intrabat in sancta sanctorū, quoniam Christū Iesum significabat, apertissimè supradicta ad Hebræos epistola commendatur. Quod autem præfiguratum est in sancta sanctorum, vt super arcam quæ legē habebat, esset propitiatoriū, vbi Dei misericordia significatur, intelligēdum est quā propitius sit peccatis eorum qui legē nō implent. Hoc mihi videtur etiam in ipsa veste sacerdotis significari. Nam & ipsa quid aliud quā ecclesiæ sacramenta significat, quod in λογίῳ, id est, rationali, in pectore sacerdotis posito iudicia constituit, in lamina verò in sanctificationem & oblationē peccatorum: tanquā rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamina illa in frōte similis propitiatorio quod super arcā erat, & vtrobique seruaretur q̄ scriptū est, Superexaltat misericordia iudicio.

Qvid est quod purificatum & sanctificatum altare septem diebus dicit quod sanctum sancti erit? Altare non quidē dicit sanctum sanctorum, sicut est illud quod velo separatur, vbi est arca testimonij. Veruntamen & hoc altare extra velum positum, per sanctificationem septem dierum dicit potius, quàm per vnctionem fieri sanctum sancti. Et addidit, Omnis qui tetigerit altare, sanctificabitur: Cvm de annulis loqueretur altaris incensi, quod altare non inærari, sed inaurari iussit, Et duos annulos aureos puros facies, inquit, sub tortili corona eius, in duo latera facies in duobus lateribus: quoniā Græcus habet, ἐς τὰ δύο λίτη ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ πλευροῖς. Nam clite latera sunt, & pleuræ latera sunt. Vnde quidā Latini sic interpretati sunt, In duas partes facies in duobus lateribus. Nō autē ait Græcus μέρη, quod est partes, sed λίτη, quod latera. Nā hoc verbū est in illo Psalmo vbi scriptum est, Vxor tua sicut vinea fertilis in lateribus domus tuæ. Ac per hoc tātùm casus interest, quia prius accusatiuū, pòst verò ablatiū posuit, In duo latera facies, in duobus lateribus. Quis autē sit sensus difficile est assequi, nisi fortè vt solet scriptura amare eclipsim, vt aliquid desit, & subaudiatur, etiam hic subaudiatur, Erunt: vt iste sit sensus, In duo latera facies, in duob⁹ lateribus erunt: id est, ad duo latera facies annulos, quoniam in duobus lateribⁿ erunt. Et erunt arcus amitibus ita vt tollatur illud in eis. Quos annulos dixerat, arc⁹ dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et quid est aliud annulus vel circulus, nisi vndique arcus? Ideo quidam nolentes arcus dicere, thecas interpretati sunt, quib⁹ amites inducerentur, dicentes, Et erunt thecæ amitibus, quasi Græcus hoc non posset dicere, cùm etiam thecæ Græcum verbum sit: dixit autem φαλλίδες, quod arcus interpretatur.

Incendet super illud incensū continuationis in conspectu Domini in progenies eorū. Cōtinuationis incēsum dicit, quod cōtinuatim fieret, id est, nullo die prætermitteretur. Cùm de altari præciperet incensi, id est, in quo incensum tantum poneretur, non holocaustum, non sacrificiū, nō libatio, prædixerat idipsū incēsū quotidie poni debere: nunc autē dicit, Et depropitiabit Aarōvel exorabit super cornua eius semel in anno de sanguine purificationis delictorū. De, ppitiabit, ab eo quod est depropitiatio, quæ Græcè dicitur ἐξιλασμός. Vnde etiā intelligendū est, hoc quòd semel in anno iubet fieri ad propitiādū Deū super cornua altāris incēsi, id est, vt de sāguine purificationis delictorū, victimarū scilicet quę offeruntur pro delictis semel in anno, tangātur cornua altaris incēsi: nō pertinere ad illam appositionē incēsi, quā quotidie fieri iusserat. Illa enim fiebat aromatibus, nō sanguine, & quotidie, nō semel in anno. Nō ergo sumus intellecturi, semel in anno intrare sacerdotē solere in sācta sanctorū, sed semel in anno cū sanguine: & quotidie quidē solere intrare sine sanguine causa incēsi imponēdi. Cū sanguine autē semel in anno, maximè quia sequitur & dicit, Semel in anno purificabit illud, sanctū sanctorū est Domino. Nō ergo semel in anno ponet illic incensū, quod quotidie fieri iussū est, sed semel in anno purificabit illud, quod cū sanguine fieri debere præceptū est: & post hoc adiūgit, Sactū sanctorū est Domino: ac per hoc sanctū sanctorū nō extra, sed intra velū erat etiā illud profectò altare de quo nūc agitur, quod poni cōtra velū intrinsecus iussit. Qvid est quod ait, Si acceperis cōputationem filiorum Israël in visitationem eorum: nisi quia iubet eos aliquādo visitari & computari, id est, numerari? Quod in Dauid propterea vindicatū intelligēdū est, quia Deus non iusserat. Advertendvm est etiam & notandum quemadmodum vnguento chrismatis omnia iussit vngi, tabernaculum scilicet & ea quæ in illo erant, & deinde erunt sancta sanctorum: Omnia scilicet cùm fuerint vncta, erūt sancta sanctorum. Quid igitur distabat iam inter illa interiora quæ

Tit.1.b.7. 2.Tim.1.a.3.

Psal.11.b.7.

QVAEST. CXVII. Exod.28.e.30.

QVAEST. CXVIII. Exod.28.e.31.

QVAEST. CXIX. Exod.28.f.35.

QVAEST. CXX. Exod.28.f.36.

al. omnibus datis.

al. omnibus datis.

QVAEST. CXIX. Exod.29.e.28.

QVAEST. CXXI. Exod.28.g.41.

QVAEST. CXXII. Exod.28.g.42.

QVAEST. CXXIII. Exod.28.g.40.

lib.3.nu.81. cidarim exponit.

QVAEST. CXXIII. Exod.28.g.43.

Ps.109.b.4.

QVAEST. CXXV. Exod.29.b.10.

QVAEST. CXXVI. Exod.29.b.10.

QVAEST. CXXVII. Exod.29.c.18.

Iac.2.c.13.

QVAEST. CXXX. Exod.29.f.37.

QVAEST. CXXVIII. Exod.29.c.26.

QVAEST. CXXXI. Exod.30.a.3.

Psal.127.a.3

QVAEST. CXXXII. Exod.30.a.4.

QVAEST. CXXXIII. Exod.30.a.7.

QVAEST. CXXXIIII. Exod.30.a.12. 4.Rg.24.

QVAEST. CXXXV. Exod.30.c.23.*

velo tegũtur, & cætera, si omnia cùm vncta fuerint e-
rant sancta sanctorum, diligentiùs requirendũ: hæc tamen notanda crediderimus: vbi etiam meminerimus, quòd sicut de illo altari sacrificiorũ, quod post vnctionem appellari voluit sanctum sancti, continuò dictum est, Omnis qui tangit illud, sanctificabitur: ita de omnibus postea quæ de illo vnguento vncta, dicta sunt Sãcta sanctorũ, cadẽ sententia subsecuta est, vt diceretur, Omnis qui tãgit ea sanctificabitur. Quod duobus modis intelligi potest, siue tangendo sanctificabitur, siue sanctificabitur vt ei liceat tãgere: si tamen non licebat tangere populo tabernaculũ, quãdo offerebat hostias, vel quæcunq; ab eis oblata offerebantur Deo. Nam cõsequenter non solis sacerdotibus neq; solis Leuitis dicendũ admonet, quòd ait ad Moysen, Et filiis Israël loquere dicẽs: vtique filij Israël totus ille populus erat. Iubet autẽ illis dici, Oleum linitio vnctionis, sanctũ erit hoc vobis in progenies vestras: super carnẽ hominis nõ linietur, & secũdum cõpositionem hanc nõ facietis aliud, quia similiter sanctũ est, & sanctificatio erit vobis. Quicũq; fecerit similiter, & quicunq; dabit de eo exterę nationi, interibit de populo suo. Iubet igitur nõ solis sacerdotibus, sed vniuersõ populo Israël; vt nõ faciãt tale vnguentum in vsus humanos. Hoc est enim quod ait, Super carnẽ hominis nõ linietur. Prohibet ergo simile fieri in vsus suos, & interitũ minatur si quis quã similiter fecerit: id est, vnguentũ ad vsus suos, similiter si simile cõfecerit, vel cuiquã hinc dederit exterę nationi. Ac per hoc quod ait, Sanctificatio erit vobis: cũ hoc populo Israël vniuersõ dici iubet, nõ video qd intelligã: nisi quia licebat eis, quãdo veniebat cũ suis quisq; muneribus tãgere tabernaculũ: & tãgẽdo sanctificabatur propter illud oleũ quo cũcta perũcta sunt, & hinc dictũ, Omnis qui tangit, sanctificabitur: nõ tamẽ sic quemadmodũ sacerdotes, qui vt sacerdotio fungerentur, vngebantur ex illo. Quod præcepit quib.
aromatibus fiat thymiama, id est, incẽsum, & dicit vnguẽtario more coctũ opus vnguentarij: non ideo putare debemus vnguẽtũ fieri: id est, vndè aliquid vngatur: sed vt dictũ est thymiama, vel incensum quod imponatur illi altari incẽsi: vbi nõ licebat sacrificari, & erat intra sancta sanctorũ. Et concides de illis minutim, & pones contra testimonia in tabernaculo testimonij, vnde innotescam tibi inde: in sanctũ sanctorũ erit vobis incensum. Ecce iterũ hoc incensum, quia intus ponebatur ad altare incẽsi quod intus erat, sanctũ sanctorũ dicitur: & tabernaculũ testimonij propriè dicitur, illud ipsum interius vbi arca erat, adhibita sanè differẽtia, cũ ait, Vnde innotescã tibi inde. Sic enim dixerat primũ de propitiatorio, quod vtiq; intus est: id est, intra velũ supra arcã. Quid est quòd Beseleel cũ iuberet adhiberi operib⁹ tabernaculi faciẽdis, dixit eũ se repleuisse spiritu diuino, sapiẽtiæ & intellectus & scientiæ in omni opere excogitare & architectonari, &c. Vtrum Spiritus sancti muneri etiã ista opera tribuenda sunt, quæ pertinere ad opificiũ videtur: an & hoc sinificatiuè dictũ est, vt ea pertineãt ad diuinũ spiritũ sapientiæ & intellectus & sciẽtiæ quæ his rebus significãtur? Tamè etiã hic cũ spiritu repletus dicatur iste diuino sapiẽtiæ & scientiæ, nõdũ legitur Spiritus sanctus. Quid sibi vult, quòd cùm de sabbato obseruãdo præciperet, ait, Testamentum æternũ in me & filiis Israël: nõ ait, inter me & filios Israël. An quia sabbatũ requiẽ significat, & requies nobis nõ est nisi in illo? Nã profectò filios Israël vniuersum populũ suũ dicit: id est, semen Abrahã: & est Israël secundũ carnem & secundũ spiritũ. Nã si Israël nõ esset dicendus, nisi ex genere carnis, nõ diceret Apostolus, Videte Israël secundum carnẽ: vbi

QVÆST. CXXXVI. Exod. 30.d. 34.*

QVÆST. CXXXVII. Exod. 30.d. 36.

QVÆST. CXXXVIII. Exod. 31.a. 2.

QVÆST. CXXXIX. Exod. 31.c. 13.*

1.Cor. 10.d. 18.

profectò significat esse Israël secundũ spiritum qui in abscondito Iudæus est & circũcisus corde. Si ergo melius fortasse distinguitur, Testamentum æternũ in me: vt inde alius sit sensus, & filiis Israël signum æternum; id est, æternæ rei signum: quomodo petra erat Christus, quia petra significabat Christũ. Nõ ergo ita intelligendũ est testamentum æternum in me & in filiis Israël, tãquam in Deo & filiis Israël sit hoc testamẽtum æternum: in me, quia in illo promissa est requies æterna: & filiis Israël signum est æternũ, quia filij Israël acceperunt obseruandum signum, quo requies significatur æterna veris Israëlitis, hoc est, filiis promissionis & visuris Deũ facie ad faciẽ sicuti est. Et dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eũ, in monte Sina duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Cùm tã multa locutus sit Deus, duæ tantùm tabulæ dantur Moysi lapideæ, quæ dicũtur tabulæ testimonij futurę in arca, Nimirũ omnia cætera quæ præcepit Deus ex illis decẽ præceptis quæ duabus tabulis conscripta sunt, pendere intelligũtur, si diligenter quærantur & bene intelligantur: quomodo hæc ipsa rursus decem præcepta ex duobus illis, dilectione scilicet Dei & proximi, in quibus tota lex pẽdet & Prophetæ. Quod iubet Aaron inaures demi ab auribus vxorum atque filiarum, vnde illis faceret deos, non absurdè intelligitur difficilia prę cipere voluisse, vt hoc modo eos ab illa intẽtione reuocaret: factũ tamen illud ipsum difficilè vt esset aurũ ad faciendum idolum, propter eos notandum putaui, qui contristantur si quid tale propter vitam æternã diuinitùs fieri vel æquo animo tolerari iubeatur. Dominus indicãs Moysi quid fecerit deviculo populus, hoc est, de idolo quod ex auro suo fecerãt, dixit eos dixisse: Hi dij tui Israël qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Rom. 2.d. 29.

1.Cor. 10.c. 4.

QVÆST. CXL. Exod. 31.d. 18.

QVÆST. CXLI. Exod. 32.a. 2.

QVÆST. CXLII. Exod. 32.b. 7.

Quod eos dixisse non legitur, sed animum eorũ hunc fuisse Deus ostẽdit. Horum quippe verborũ gerebant in corde sententiã, quæ Deũ latere non poterat. Et propitiatus est Dominus de malitia quam dixit facere populo suo. Malitiã hîc pœnã intelligi voluit, sicuti est: Æstimata est malitia exitus illorũ. Secundum hãc dicitur: Bonum & malum à Deo, non secundum malitiã qua homines mali sunt. Malus enim Deus non est: sed malis ingerit mala: quia iustus est. Iratus quidẽ Moyses videtur tabulas testimonij digito Dei scriptas collisisse atque fregisse, magno tamen mysterio figurata est iteratio Testamẽti noui, quoniã vetus fuerat abolendum, & constituendũ nouum. Notandũ sanè, quã ta pro populo ad Deũ supplicatione laborauerit, qui tam seuerus in eos vindicando extitit. Quòd autem in ignem missum vitulum fusilem contriuit & in aquam sparsit, quam populo potum dedit, quid nobis videatur significare, iam alibi scripsimus in opere cõtra Fausstum Manichæum. Et dederunt mihi, & misi in ignem, & exiit vitulus hic. Cõpendio locutus est, non dicens quòd ipse formauerit vt exiret vitulus fusilis. An excusationis causa timendo mẽtitus est, tanquam ipse in ignem periturum aurũ proiecerit, atque ipso nõ id agente forma vituli exierit? Quod ideo nõ est credẽdum hoc eum animo dixisse, quia nec latere Moysen posset quid esset in viro cum quo Deus loquebatur, & fratrem de mẽdacio non redarguit. Et cùm vidisset Moyses populũ, quia dissipatus est, dissipauit enim eos Aaron, vt in gaudium venirẽt aduersãriis suis. Notandũ est quemadmodum illud totum malum quod populus fecit, ipsi Aaron tribuatur, quòd eis cõsenserit ad faciẽdũ quod malè petiuerã. Magis enim dictũ est, Dissipauit eos Aaron, quoniam cessit eis, quàm dissipauerunt se ipsi qui tantum malum flagitauerũt.

Lib. 22. ca. 93.

QVÆST. CXLV. Exod. 32.c. 24.

QVÆST. CXLVI. Exod. 32.f. 25.

QVÆST. CXLVII. Exod. 32.g. 31.

Cum Moyses dicit ad Deum: Precor, peccauit populus

populus iste peccatum magnum, & fecerunt sibi deos aureos, & nũc siquidem remittis illis peccatum illorũ, remitte; sin autem, dele me de libro tuo quem scripsisti. Securus quidem hoc dixit, vt à consequentibus ratiocinatio concludatur: id est, vt quia Deus Moysen non deleret de libro suo, populo peccatum illud remitteret. Verũtamen aduertendum est, quantum malũ in illo peccato perspexit Moyses quod tanta cæde credide rit expiandum, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba Deo funderet. Merito quæritur, cùm superiùs populum dissipasse dictus sit Aaron, cur in ipsum vindicta nulla processerit: neq; cùm Moyses interfici iussit omnem qui Leuitis cũtibus ad portam & redeũtibus occurrisset armatis: neque cùm postea factũ est quod scriptura dicit: Et percussit Dominus populum propter facturam vituli quẽ fecit Aarõ, maximè quia & hic hoc idem repetendo inculcatum est. Non enim dictũ est, Et percussit Dominus populum propter facturam vituli quem fecerunt, sed quem fecit Aarõ, & tamẽ non est percussus Aaron: quin etiã illud quod de sacerdotio eius ante peccatum eius Deus præcipiebat, impletum est: sed iussit & ipsum & filios ablui, & sic ordinati sunt in sacerdotio. Ita nouit ille cui parcat vsq; ad commutationem in melius, & cui parcat ad tẽpus, quamuis cum præscierit in melius nõ mutari: & cui nõ parcat vt mutetur in melius, & cui non parcat ita, vt vitæ mutationem eius expectet: & hoc totũ ad id redit quod Apostolus dicit exclamans: Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Vade & ascende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. Deus iratus dicere videtur, Tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti: alioquin dixisset, Tu & populus meus quem eduxi de terra Ægypti: sed illi quando idolum poposcerunt, ita locuti sunt: Moyses enim hic homo qui eduxit nos de terra Ægypti, non scimus quid factũ sit ei: liberationem suam in hominem constituendo defecerant. Hoc eis modo replicatur cùm dicitur, Tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti: quod illis est criminis, & nõ Moysi. Non enim aliud volebat Moyses, nisi vt non in illo, sed in Domino spẽ ponerent, & Domini misericordia se cum gratiarũ actione crederent ab illa seruitute liberatos: cuius tamẽ apud Deum tanquam fidelissimi famuli tantum erat meritum per illius gratiã, vt ei diceret Deus, Sine me, & iratus conteram eos. Quod vtrũ iubentis sit cùm ait, Sine me, an quasi petentis sit vtrũq; videtur absurdũ. Nã etsi iubebat Deus, inobediẽter famulus non parebat: & Deũ hoc à seruo velut pro beneficio petere nõ decebat, cùm præsertĩ posset eos etiã illo nolẽte conterere. Ille itaq; ibi sensus in prõptu est, quod his verbis significat Deus, plurimũ apud se prodesse illi populo, qã sic ab illo viro diligebãtur, quẽ sic Dominus diligebat: vt eo modo admoneremur, cùm merita nostra nos grauassent ne diligamur à Deo, reuelari nos apud eum illorum meritis posse quos Deus diligit. Nam cùm ab omnipotente dicitur homini, Sine me & conterã eos: quid aliud dicitur q̃, contererẽ eos, nisi diligerentur abs te? Ita ergo dictũ est, Sine me: ac si diceretur, Noli eos diligere, & conterã eos: quia ne id faciam dilectio tua in illos intercedit mihi. Obtemperãdum autem esset Domino dicenti, Noli eos diligere, si hoc iubendo dixisset, & nõ potius admonẽdo & exprimendo quid illũ ab eorũ supplicio reuocaret: nec tamen etiã illo intercedente sine flagello disciplinæ populũ dereliquit. Nescio quo enim modo, vt sic eos diligeret ipse Moyses, Deus illos occultiùs diligebat, qui manifesta voce terrebat. Vbi dicit Deus ad Moysen, Vade & ascende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, in terrã quã iurauí Abrahã, Isaac, & Iacob, dicens, Semini vestro dabo eã: cõtinuò tãquam ad ipsum Moysen adhuc loquatur, occulta cõuersione, quæ Græcè ἀποστροφὴ dicitur, iam ad ipsum populum loquitur dicẽs, Et simul mittam angelũ meũ ante te, & eiiciet Chananæum & Amorrhæum, & Ethæum & Pheresæum & Gergesæũ & Euæum & Hiebusæum, & introducet te in terram fluentẽ lac & mel. Non enim ascẽdam tecum, quia populus dura ceruices, vt non deleã te in via. Magna sermenti & mira profunditas, tanquã misericordiã maiorẽ posset angelus habere quàm Deus: qui populo duræ ceruicis parceret: cui Deus si cum illi esset, ipse non parceret: & tamen etiam per angelũ suum, se quodammodo ab eis absoiuere, qui nusquam esse absens potest, implere se dicit quòd patribus eorum iurauit: tãquam & hic ostendẽs, hoc se ideo facere, quia illis patribus iustis promisit, nõ quòd isti digni essent. Quid ergo significat, nisi fortè ideo se non esse cũ eis, quia dura ceruice sunt: quia nõ eũ propitium & salubrẽ, nisi humilitas & pietas capit. Esse autem Deum cum duræ ceruicis hominibus, nihil est aliud quàm vindicando adesse atque puniendo. Vnde cùm eo modo malis nõ adest parcẽdo facit, quòd pertinet illud quod dicitur, Auerte faciẽ tuam à peccatis meis: quia nisi auertit, euertit. Sicut enim fluit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores à facie Dei.

A

B

C

D

QVÆST. CXLVIII. Exod. 33.g. 3.

QVÆST. CXL. Exod. 31.d. 18.

QVÆST. CXLI. Exod. 32.a. 2.

Rom. 11.d. 33.

QVÆST. CXLIX. Exod. 33.a. 1.

QVÆST. CXLIII. Exod. 32.b. 7.

QVÆST. CXLIII. Exod. 32.d. 14.

Sap. 3.a. 2.

QVÆST. CXLIIII. Exod. 32.d. 16.

Lib. 22. ca. 93.

QVÆST. CXLV. Exod. 32.c. 24.

QVÆST. CXLVI. Exod. 32.f. 25.

QVÆST. CXLVII. Exod. 32.g. 31.

Psal. 50.b. 11. Psal. 67.a. 3.

QVÆST. CLI. Exod. 33.c. 12.

Et dixit Moyses ad Dominum, Ecce tu mihi dicis, deduc populũ hunc: tu autẽ nõ demonstrasti mihi quẽ simul mittas mecũ: Tu autem dixisti mihi, Scio te præ omnibus, & gratiã habes apud me. Si ergo inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifestè vt videã te, vt sim inueniẽs gratiã ante te, & vt sciam quia populus tuus est gens hæc. Quod habet Græcus γνωστῶς, hoc quidã Latini interpretati sunt, manifestè, cùm scriptura nõ dixerit φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius dici: Si inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum, vt scienter videã te quibus verbis satis ostẽdit Moyses, quòd non ita videbat Deũ in illa tãta familiaritate cõspect⁹, vt desiderabat videre: quoniã illæ omnes visiones Dei quæcũque mortaliũ præbebãtur aspectibus, & ex quibus fiebat sonus quo mortalis attingeretur auditus, sic exhibebãtur, assumpta sicut De⁹ volebat specie qua volebat, vt nõ in eis ipsa vllo sẽsu corporis sentiretur diuina natura, quæ inuisibilis vbiq; tota est, & nullo cõtinetur loco. Et quia in duobus præceptis, hoc est dilectionis Dei & proximi, tota lex pẽdet, ideo Moyses in vtroq; suũ desideriũ demõstrabat. In dilectione scilicet Dei, vbi ait: Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostẽde mihi temetipsum manifestè vt videã te, vt sim inueniẽs gratiã in conspectu tuo: In dilectione autẽ proximi, vbi ait, Et vt sciam quia populus tuus est gẽs hæc. Quid est quod dicit Deus ad Moysen, quoniam scio te præ omnibus. Nũquid ergo Deus nouit plus aliqua, & aliqua min⁹? An secũdũ quod dicitur quibusdã in Euangelio: Non noui vos. Secundũ hanc enim sciẽtiã qua Deus dicitur scire quæ illi placẽt, nescire quæ displicẽt, nõ quia ignorat ea, sed quia nõ approbat: sicut ars rectè dicitur nescire vitia cũ improbat vitia. Præ omnibus Deus Moysen sciebat, quia Deo præ omnib. Moyses placebat. Notandum est, q̃ prius ipse Moyses dixerat Deo, Dixisti mihi, Scio te præ omnib⁹: quod illi De⁹ posteaquã hoc ipse dixit legitur dixisse, antè autẽ nõ legitur, vt intelligamus nõ ita esse scripta quæ cũ illo Deus locutus est: sed diligẽtiùs inquirendũ est in priorib. scripturę partibus, an verò ita sit. Cum autẽ dixisset Moyses ad Dominũ, Ostende mihi gloriã tuam: respondit ei Dominus, Ego trãsibo ante te in gloria mea, & vocabo nomine Dñi in

Mat. 22.d. 40.

QVÆST. CLII. Exod. 33.d. 17.

Mat. 25.b. 12.

QVÆST. CLIII. Exod. 32.d. 17.

QVÆST. CLIIII. Exod. 33.d. 18.

QVÆST. CL. Exod. 33.a. 1.

conspectu tuo, & miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero: cũ paulo antè dixisset ipse, Antecedã te & requiẽ tibi dabo. Quod Moyses sic videtur accepisse, Antecedam te, tanquam non ei populo qui præsens in itinere futurus esset: & ideo ait, Si non tu ipse simul veneris nobiscum, ne me educas hinc: & Cętera. Deus autem neque ei hoc negauit dicens, Et hoc tibi verbũ quod dixisti faciam. Quomodo ergo cùm dixisset ei Moyses, Ostẽde mihi gloriam, rursus tanquam præcessurus & non cum eis simul futurus videtur dicere, Ego transibo ante te, nisi quia hoc aliud est? Ille quippe intelligitur loq.
Ioan. 13.a.1. & dicere, Trãsibo ante te, de quo dicit Euãgeliũ, Cùm venisset hora vt trãsiret Iesus de hoc mũdo ad patrem, qui transitus etiã Pascha interpretari perhibetur. Hæc itaque magna omnino prophetia est. Ipse enim ante omnes sanctos trãsiit ad patrẽ de hoc seculo, parare illis mansiones regni cælorum, quas dabit eis in resurrectionem mortuorũ, quoniam transiturus ante omnes primogenitus à mortuis factus est. Gratiam verò suã in eo ipso valde cõmendat cùm dicit, Et vocabo nomine Domini in cõspectu tuo: tanquam in conspectu populi Israël, cuius Moyses cùm hæc audiret typum gerebat. In cõspectu enim gẽtis ipsius vbiq; dispersæ vocatur Dñs Christus in omnibus gentibus. Vocabo autẽ dixit, nõ vocabor, actiuum verbũ pro passiuo ponẽs genere locutionis inusitato, in quo nimirũ magnus sensus latet. Sic enim fortasse significare voluit seipsũ hoc facere, id est, gratia sua fieri, vt vocetur Dominus in
Rom.9.d. 15. in omnibus gentibus. Quod verò addidit, Et miserebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo cui misericordiã præstitero. Ibi planè expressiùs ostẽdit vocationẽ, qua nos vocauit in suũ regnũ & gloriã: nõ promeritis nostris, sed pro misericordia sua. Quoniã enim se gentes introducturũ pollicebatur, dicens, Vocabo
Rom.15.b. 8. nomine Domini in cõspectu tuo: cõmẽdauit se hoc misericorditer facere, sicut Apostolus dicit, Dico enĩ Christũ ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veritatẽ Dei, ad cõfirmandas promissiones patrũ: gentes autẽ super misericordia glorificare Deũ. Hoc ergo prædictũ est, Miserebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo cui misericordiã præstitero. Quibus verbis prohibuit hominẽ velut de propriarum virtutũ meritis gloriari, vt
2.Cor.10.d. 17. qui gloriatur in Domino glorietur. Non enim ait, Miserebor talibus vel talibus, sed cui misericors fuero: vt neminẽ præcedẽtibus bonis operib⁹ suis misericordiã tãtæ vocationis meruisse demõstraret. Etenim Christ⁹
Rom. 5.a.6. pro impiis mortuus est. Sed vtrũ hoc idẽ repetere voluerit, cũ addidit, Misericordiã præstabo cui misericor diã præstitero; vel sicut alij interpretati sunt, Cui misericors fuero: an aliquid intersit, nescio. Quod enĩ Græca lingua duobus verbis dictũ est ἐλεήσω, & οἰκτειρήσω, quod vnum atq; idem videtur significare, nõ potuit Latinus diuersis verbis dicere, sed diuersis modis eandẽ misericordiã repetiuit. Si autẽ diceret, Miserebor cui misereor, aut miserebor cui misertus ero, non satis cõmodè dici videretur: & tamẽ fortius ille ipse ibi sensus est, quòd aut ipsius misericordiæ suæ firmitatẽ De⁹ ista repetitione mõstrauit: sicut amẽ amẽ: sicut fiat fiat: sicut repetitio somnij Pharaonis, pluráq; similia: aut vtrisq; populis, id est, gẽtib⁹ & Hebræis hoc modo De⁹ prænũciauit misericordiã se esse facturũ. Quod Apostolus ita dicit, Sicut enĩ vos aliquãdo nõ credidistis Deo,
Rom 11.d. 30. nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: sic & ipsi nunc crediderũt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiã consequantur. Conclusit enim Deus omnes in incredulitate, vt omnium misereatur. Deinde post hanc suæ misericordiæ com-

A mendationem respondet ad illud quod ei dictũ fuerat, Ostende mihi gloriã tuam, vel quòd suprà petiuerat Moyses, dicens, Ostende mihi temetipsum manifestè, vt videam te. Non poteris, inquit, videre faciem meã. Non enim videbit homo faciẽ meã, & viuet: ostendẽs huic vitæ quæ agitur in sensibus mortalibus corruptibilis carnis, Deũ sicuti est apparere non posse; id est, sicuti est videri in illa vita potest, vbi vt viuatur, huic vitæ moriendũ est. Itẽ interposito articulo dicente scriptura, & ait Dñs, sequitur & loquitur, Ecce locus penes me: quis enim locus non penes Deũ est, qui nusquã est absens? Sed ecclesiã significat dicendo, Ecce locus penes me, tanquam templũ suum cõmendans. Et stabis, inquit, supra petram: quia super hanc petrã, ait
Mat.16.c. 18. Dominus, ędificabo ecclesiã meã statim vt transiet gloria mea: id est, statim vt transiet gloria mea, stabis supra petrã: quia post transitũ Christi, id est, post passionẽ & resurrectionẽ Christi stetit populus fidelis supra
B petrã. Et ponã te, inquit, in cauerna petræ, muniminẽ firmissimũ significat. Alij autẽ interpretati sũt, In spelũca petræ: sed Grę⁹ habet ὀπὴ hoc enĩ foramẽ vel cauernã rectius interpretamur. Et tegã manu mea super te donec trãseã, & auferã manũ meã, & tũc videbis posteriora mea, facies autẽ mea non videbitur tibi. Cũ iam dixisset, Stabis super petrã, statim vt trãsiet gloria mea: vbi intelligitur post transitum suũ promisisse super petrã stabilitatẽ: quomodo accipendũ est quod ait, Ponã te in cauernã petræ, & tegam manũ meam super te, donec, &c. quasi iã illo in petra cõstituto, tegat manũ suam super eum, & deinde trãseat, cùm esse in petra nõ possit, nisi post eius trãsitũ. Sed recapitulatio intelligẽda est rei prætermissæ, quali solet vti scriptura in multis locis. Postea quippe dixit quod ordine tẽporis pri⁹ est. Qui ordo ita se habet: Tegã manũ meã super te, do
C nec trãseã, & tũc videbis posteriora mea: nã facies mea nõ videbitur tibi: & stabis super petrã statim vt trãsiet gloria mea, & ponã te in cauerna petræ. Hoc enim factũ est in eis, quos tũc significabat persona Moysi, id est, Israëlitis, qui in Dominũ Iesum, sicut Actus apostolorum indicant, postea crediderũt, id est, statim vt trãsiet eius gloria. Nam posteaquã resurrexit à mortuis, &
Act.2.a.2* ascẽdit in cælũ emisso de cælo Spiritu sancto, cùm lin-
1.Cor.2.b. 8. guis omniũ gentiũ loquerẽtur Apostoli, cõpuncti sunt
Rom.11.c. 25. corde multi ex eis qui crucifixerant Christum: quẽ si
Ps.31.a.4.* cognouissent, nũquã dominũ gloriæ crucifixissent: cę citas ex parte Israël facta est, sicut dictũ fuerat, Tegã manũ meã super te donec trãseã. Vnde Psalm⁹ dicit, Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua: diẽ appellãs, quãdo Christ⁹ diuina miracula faciebat: noctẽ, quãdo sicut homo moriebatur, quãdo & illi titubauerũt qui in die crediderãt. Hoc est ergo, Cũ transiero tũc videbis posteriora mea: Cũ trãsiero de hoc mũ
D do ad patrẽ, posterius in me credituri sunt quorũ typũ
Act.2.c.37. geris. Tũc enim cõpuncti corde dixerunt, Quid faciem⁹? Et iussi sunt ab Apostolis agere pœnitentiam, & baptizari in nomine Iesu Christi, vt dimitterentur illis peccata eorum. Quod in Psalmo illo sequitur, cùm dictũ esset, Die ac nocte grauata est super me manus tua id est, vt cognoscerem. Si enim cognouissent, nunquã
1.Cor.2.b. 8. Dominum gloriæ cifixissent. Sequitur & iungit, Conuersus sum in ærũna mea, dum configitur spina: id est, cùm essem corde cõpunctus. Deinde addidit, Peccatũ meum cognoui, & facinus meum non operui: postquã viderunt quanto scelere Christũ crucifixerũt. Et quia receperunt consiliũ vt agerent pœnitentiam, & in baptismo remissionẽ acciperent peccatorũ: pixi, inquit, pronũciabo aduersum me delictũ meũ Dño, & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Hanc autẽ propheriã potius fuisse,

fuisse, quã locutus est Dominus ad Moysen satis res ipsa indicat, quandoquidẽ de petra vel cauerna eius, & de manus eius superpositione, de visione posteriorũ eius, nihil postea visibili opere subsecutũ legitur. Mox enim adiungit interposito articulo scriptura, Et dixit Dominus ad Moysen: cùm ipse Dominus vtique etiã illa quę suprà sunt loqueretur, atque inde cõtexit quid deinceps Dominus dicat, Excide tibi duas tabulas la-
QVÆST. CLV. pideas, sicut & primas, &c. Quid est quod dictũ est de Domino, Et reũ nõ purificabit: nisi, Nõ eũ dicet innocentẽ?
QVÆST. CLVI. Exod.34.a. 1. Dev s in monte duas rursus lapideas tabulas cõscripturo dicit Moysi inter cætera, Coramẽ omni populo tuo faciã gloriosa. Nondũ dignatur dicere, Coram omni populo meo. An ita dixit, Populo tuo, quomodo cuilibet hominis eiusdem populi diceretur, Ex quo populo es? Quomodo ciuitati tuæ dicimus nõ cui dominaris, vel quam constituisti, sed inde ciuis es. Sic enim & paulo pòst dicit, Omnis popul⁹ in quib⁹ es. Alio modo quid dictũ est, nisi populus tu⁹? Quod au-
B tem non dixit, In quo es, consuetudo locutionis est.
QVÆST. CLVII. Exod.34.b. 12. Quid est q; dicitur ad Moysẽ, Atende tibi, nequando ponas testamentũ his qui sedẽt super terrã. Non enĩ habet Græcus, Nequãdo ponas, sed nequãdo ponat. An fortè de populo ei dicere voluit, cuius ipse ductor fuit? Sed non ipse intro duxit populũ in eã terram, vbi prohibet poni testamentũ cũ eis qui in illa habitabãt. Mirũ itaque locutionis genus est, & adhuc inexpertũ vel nõ animaduersum, si tamẽ locutio est, ac nõ
QVÆST. CLVIII. Exod.34.b. 13.* sensus aliquis. Cvm præciperet Deus loquens ad Moysẽ, vt data terra in potestate, omnis idololatria euerteretur, nec adorarentur dij alieni, ait, Dominus enim Deus zelans, nomẽ Deus zelator est: id est, ipsũ nomen quod Dominus Deus dicitur, zelans est, quia Deus zelator est. Quod nõ humanę perturbationis vitio facit Deus, semper atq; omnimodo incõmutabilis
C atq; tranquillus: sed hoc verbo indicat, nõ impune plebẽ suã per alienos deos fornicaturã. Ductum est enim verbum à tropo metaphora, à zelo maritali, quòd castitatẽ custodit vxoris, quod nobis prodest, non Deo. Quis enim tali genere fornicationis Deo nocuerit, sed
Ps.72.d.28. sibi plurimũ vt pereat? Quod Deus prohibet, terrore grauissimo zelantẽ se appellãs. Cui dicitur in Psalmo, Perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te, mihi autẽ adhę-
QVÆST. CLIX. Exod.34.c. 20. rere Deo bonũ est. Denique sequitur, Ne fortè ponas testamentũ his qui sedent super terrã, & fornicentur post Deos eorũ. Quod ait, Nõ videberis in conspectu meo inanis: sicut indicant circunstantia de quibus loquitur, in conspectu suo, dicit Dominus in tabernaculo suo: hoc est autẽ, Nõ ibi videberis inanis, nũquã intrabis sine aliquo munere. Quod spiritaliter intellectum, magnum sacramentũ est. Verũ hæc dicebantur
QVÆST. CLX. Exod.34.c. 22. in vmbris significationum. Cvm de sabbato præce-
D pisset, quid est q; addidit, De satione & messe requiescẽs. Videtur enim dicere, tempore sationis & messis. An fortè ita obseruandã requiem sabbati præcepit, vt nec illa tempora habeant excusationem, quæ agricolis valde sunt necessaria propter victum atque vitam? Iussum est ergo vt etiam tempore sationis & messis, quando multum vrget operatio, requiescatur in sabbato: ac sic per hæc tempora, quæ opus plurimum flagitant significatum est omni tempore, sabbato debe-
QVÆST. CLXI. Exod.34.c. 24. re cessari. Quod dixit, Non concupiscet quisquam de terra tua, cùm ascendes videri in cõspectu Dei tui per tria tẽpora anni: hoc vult intelligi, vt securus quisque ascenderet, nec de terra sua solicitus esset, Deo promittente custodiam, quòd nemo inde aliquid cõcupisceret, propter illum qui ascendit, nec suam inde timeret abscentiam. Et hic satis ostẽdit quid suprà di-

A xerit, Non apparebis in cõspectu Domini Dei tui inanis, quia in illo loco dixit, vbi tabernaculũ vel templũ
QVÆST. CLXII. Exod.34.e. 25. Deus fuerat habiturus. Quid est quod ait, Non occides super fermentũ sanguinẽ immolatorum meorũ? An illa hoc loco dicit immolata sua, quæ per Pascha occidũtur, & præcepit ne tunc sit in domo fermentũ, quoniã dies sunt azymorũ.
QVÆST. CLXIII. Exod.34.e. 25. Quid est quod ait, Et nõ dormiet in manẽ immolatio solẽnitatis Paschę: nisi quod superiùs apertè præcepit ne aliquid ex pecore quod immolatũr carnium relinquatur in manẽ. Sed locutio fecit obscuritatẽ: dormiet enim dixit pro Manebit. Nõ coques agnũ in lacte matris suæ. Ecce dixit
QVÆST. CLXIIII. Exod.34.e. 26. iterũ, quod quẽadmodũ intelligi possit ignoro. Magna tamen est de Christo prophetia, & si fieri ad literã possit, quanto magis si nõ potest. In sermonibus enim Dei nõ sunt ad proprietatem operum oĩa reuocanda, sicut nec illud de petra & cauerna eius, & manus superpositione. Sed planè de fide narrationis hoc exigẽdum est,
B vt quæ dicit facta esse, verè facta sint, & quæ dicit dicta esse, verè dicta sint. Quod exigitur etiã à narratoribus Euangelij: cũ enim Christũ narrent quædam dixisse, quæ in parabolis dixit, tamẽ hæc cũ dixisse nõ parabolica, sed historica narratio est. Et erat ibi Moyses in
QVÆST. CLXV. Exod.34.d. 28. cõspectu Domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panẽ non manducauit, & aquã non bibit. Quod & antè dixerat, quando tabulas accepit quas frẽgit, hoc etiam modò repetit: nõ recapitulãdo quod factũ est, sed iterum factũ esse cõmendans. Repetitio quippe legis iam quid significet diximus. Quod autẽ ait, Panẽ non manducauit, & aquã nõ bibit: intelligitur iciunauit, à parte totũ: id est, nomĩe panis omnẽ cibũ, & nomine aquæ omnem potum significante scriptura. Et scripsit in tabulis testamenti decem verba.
QVÆST. CLXVI. Exod.34.d. 28. De Moyse dictum est quòd ipse scripserit, cui etiã De⁹ paulò antè dixerat, Scribe tibi verba hæc. Cũ verò pri
C mũ legẽ accepit, cuius tabulas abiecit & fregit, nec ipse excidisse dictus est tabulas lapideas, & modò dictũ est, Excide tibi duas tabulas lapideas: nec ei dictũ est vt scriberet, sicut ei modò dicitur: nec eas ipse scripsisse narratur, sicut modò narrat scriptura, & dicit, Scripsit in tabulis testamenti decẽ verba: sed tunc dictum est, Et dedit Moysi, statim vt cessauit loqui ad eum in
Exod.31.d. 18. monte Sina, duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei. Deĩde paulò pòst, Cõuers⁹ inquit, Moyses descendit de mõte, & duæ tabulæ testimonij
Exod.32.c. 15. in manu eius, tabulæ lapideæ scriptæ ex vtraque parte earũ, hinc atq; hinc erãt scriptæ, & tabulæ opus Dei erant, & scriptura scriptura Dei & sculpta in tabulis. Proinde magna oritur quæstio, quomodo illæ tabulæ quas erat Moyses Deo vtique præsciente fracturus, nõ hominis opus esse dicãtur, sed Dei: nec ab homine scri-
D ptæ, sed scriptæ digito Dei. Posteriores verò tabulæ tamdiu mansuræ, ac in tabernaculo ac templo Dei futuræ, iubente quidem Deo, tam ab homine excisæ sint, quàm ab homine scriptæ. An fortè in illis prioribus gratia Dei significabatur, non hominis opus, qua gratia indigni facti sunt reuertentes corde in Ægyptum, & facientes idolum: vnde illo beneficio priuati sunt, & propterea Moyses tabulas fregit: istis verò tabulis posterioribus significati sunt qui de suis
Rom.10.a. 3. operibus gloriantur. Vnde dicit Apostolus, Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: & ideo tabulæ humano opere exsculptæ, & humano opere conscriptæ datæ sunt, quæ cum ipsis manerent, ad eos significandos de suis operibus gloriaturos, non de digito Dei, hoc est de spiritu Dei. Certè ergo repetitio legis nouum Testamentum significat: illud autẽ vetus

significabat, vnde confractũ & abolitum est: maximè quoniam cũ secũdo lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tãto strepitu ignium, nubiũ & tubarum, vnde tremefactus populus dixit, Non loquatur Deus ad nos, ne moriamur: vnde significatur timor esse in veteri Testamẽto, in nouo dilectio. Quomodo igitur hic soluitur quæstio, quare illæ opus Dei, istæ opus hominis? & illæ conscriptæ digito Dei, istæ scriptæ ab homine? An fortè ideo magis in illis prioribꝰ vetus significatum est Testamentũ, quia Deus ibi præcepit, sed homo nõ fecit? Lex enim posita est in veteri testamẽto, quæ cõuinceret transgressores, quæ subintrauit vt abũdaret delictũ. Non enim implebatur timore, quæ non impletur nisi charitate. Et ideo dicitur opus Dei, quia Deus legẽ cõstituit, Deus conscripsit, nullũ opus hominis, quia homo Deo non obtẽperauit, & eum potius reũ lex fecit. In secũdis autẽ tabulis homo per adiutoriũ Dei tabulas fecit atque conscripsit: quia noui Testamenti charitas legẽ fecit. Vnde dicit Dominus, Nõ veni legẽ soluere sed adimplere. Dicit autẽ Apostolus, Plenitudo legis charitas. Et fides quæ per dilectionẽ operatur. Factũ est itaque homini facile in nouo Testamento; quod in vetere difficile fuit, habenti fidẽ quæ per dilectionẽ operatur: atq; illo digito Dei, hoc est, spiritu Dei intus eã in corde scribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apostolus, Nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniã charitas Dei, qua veraciter impletur præceptũ, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datꝰ est nobis. Hoc est ergo, prima data est lex, vbi significatur vetus testamentũ, quod est opus tantũmodo Dei, & conscriptio digito Dei. Quod Apostolus dicit, Itaque lex quidem sancta, & mandatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Lex ergo sancta & bona, Dei opus est: vbi homo nihil agit, quia nõ obtẽperat: sed reatu potius premitur, lege minante atque damnãte. Peccatũ enim, inquit, vt appareat peccatũ, per bonũ operatũ est mihi mortẽ. Beatus autẽ homo est, cũ hoc mandatũ sanctũ & iustũ & bonum facit: hoc etiã opus eius, sed per gratiam Dei. Moyses ad filios Israel, posteaquam de monte descẽdit, habẽs alias tabulas legis, circumposito sibi velamine propter gloriam vultus eius, quã filij Israël non poterãt intueri, Hæc inquit, verba, quæ dixit Dominus facere ea: ambiguè positum est, vtrũ ea facere ipse Dominus, an illi: sed vtiq; manifestũ est q̃ illi: iussit quippe ille quæ fierẽt. Sed fortè ideo sic positũ est, vt ex vtroque accipiatur: quia & Dominus facit, cũ facientes adiuuat, secundũ illud Apostoli, In timore & tremore vestrã ipsorũ salutẽ operamini: Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Omnis offerens demptionẽ, argentũ & q̃s attulerunt demptionem Domino: tanquã diceret, Omnis qui attulit, illud atque illud, inter cætera quæ dicebat, & argentũ & æs commemorans. Demptionem sanè interpretati sunt Latini, quod Græcꝰ habet ἀφαίρεμα. Appellata est autem demptio, eò quòd sibi demeret qui Domino offerret. Narrante Moyse commemoratum est quòd ei dixit Deus de Beseleel eisdem verbis ac totidem, quòd cum impleuit spiritu diuino sapientiæ & intellectus & scientiæ ad tabernaculi opera facienda, quæ pertinent ad artes opificum. Vnde quid nobis videretur iam diximus. Sed ideo nunc hoc idem cõmemorandum putaui, quia non frustra eisdem omnino verbis repetitum est, quibus antea Moysi à Domino fuerat intimatũ. Sanè nouo more hic ars architectonica perhibetur, opificum ex auro & argento & quocũque metallo, cùm illa diei soleat architectonica, quæ pertinet ad fabricas ædificiorum.

Exod. 20.c. 19.
Rom.5.d. 20.
Mat. 5.c. 17.
Rom.13.c. 10.
Gal.5.a.6.
2.Cor.3.a.3.
Rom. 3.a.8.
Rom.7.c.12.
QVAEST. CLXVII. Exod. 34.d. 30.
Phil. 2.b.13.
QVAEST. CLXVIII. Exod.35.a. 5.*
QVAEST. CLXIX. Exod. 35. d. 29.

Et omnes qui sponte vellent ire ad opera, vt cõsummarent ea, & acceperunt à Moyse omnes demptũ es. In noticiã tantũ Moyses pertulit quæ Dominus opera fieri præcipit, tabernaculũ scilicet cũ omnibꝰ quę in eo essent, & vestes sacerdotales. Cõmemorauit autem quosdã quibus dixit spiritũ diuinitus datum, quòd illa efficere possent: & tamẽ multi intelliguntur sponte ad eadẽ opera venisse quibus nec imperatũ est, nec eorũ nomina commemorata sunt à Domino dicta Moysi. Non ergo illi soli hoc munus diuinitùs habuerũt, qui nominatim cõmemorãtur, sed fortassẽ præcipuè atq; excellentius. Laudãdus est autẽ in his omnibus nõ attractus ad opus seruiliter animus, sed liberaliter & spõte deuotus. Notandvm quòd illi qui sapientes appellantur, effectores operũ sancti etiã moribus tales erant, vt cũ ipsi susciperẽt oĩa quæ populus offerebat, existimãs necessaria ex quibus illa omnia cõplerentur, viderũt plus offerri quã erat necesse, & dixerũt Moysi: atq; ille per præconẽ vltra populũ offerre prohibuit. Poterãt autẽ, si vellẽt, multa auferre, sed modestia prohibuit vel religio terruit. Posteaqvam descẽdit Moyses de monte, opera cõmendãtur tabernaculi cõstruẽdi, & vestis sacerdotalis, de quibus faciendis antequã aliud præciperet, locutꝰ est ad populũ de sabbati obseruatione. Vbi non immeritò mouet, cùm decem verba legis accepit in tabulis lapideis iterũ, quas ipse excidit, ipse cõscripsit: quare de sabbato solo, posteaquã descẽdit, populum admonuit? Si enim propterea decẽ præcepta legis superfluũ fuit populus iterum audierit: cur & hoc nõ fuit superfluũ, vt de sabbato audiret, cùm & hoc in eisdẽ decẽ præceptis legatur? An & hoc simile est velamẽto, quo faciẽ obtexit: quia splendorẽ vultus eius filij Israel nõ poterãt intueri? Nã ex decẽ præceptis hoc solũ populo præcepit, quod figuratè ibi dictũ est: alia quippe nouẽ sicut præcepta sunt, etiã in nouo Testamẽto obseruanda minimè dubitamꝰ. Illud autẽ vnũ de sabbato vsque adeò figurata diei septimi obseruatione apud Israëlitas velatũ fuit, & in mysterio præceptũ fuit, & quodã sacramento figurabatur, vt hodie à nobis nõ obseruetur, sed solum quod significabat intueamur. In illa autẽ requie vbi opera seruilia iubẽtur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei. Tũc enim fiũt cum requie opera bona, cũ fides per dilectionẽ operatur: timor autẽ tormentũ habet, & in tormento quæ requies? Vnde timor nõ est in charitate, charitas autẽ diffusa est in cordib. nostris per Spiritũ sanctũ qui datꝰ est nobis: ideo sabbatũ requies sancta Dño dicitur, Dei scilicet gratiæ tribuenda, nõ nobis velut ex nobis. Alioqui nostra opera sic erũt, vt sint humana, aut cũ peccato, aut cũ timore, nõ cũ dilectione: & ideo seruilia sine requie. Plenitudo autem sabbati erit in requie sempiterna. Non enim frustra institutũ est & sabbatũ sabbatorũ. Superiùs quãdo prius locutus est Deus de tabernaculo vngendo, dixit eadẽ vnctione sanctificari illa oĩa, & fieri sancta sanctorum. Altare autẽ holocaustomatũ eadẽ vnctione sãctificatũ, dixit sãctũ sanctũ: & hoc interesse videbat, q̃ nihil eorũ dixisset factũ sanctorũ, nisi quòd tantùm velo separabatur à sancto, id est, vbi erat arca testamenti & altare incensi. Nunc autem cùm eadẽ repeteret, dixit de tabernaculo vncto & his quę in illo essent, quòd eadẽ vnctione sanctificarentur, & fierent sancta: illud autẽ altare holocaustomatũ, de quo prius dixerat quòd fieret sanctũ sancti, eadẽ vnctione nunc dixit fieri sanctum sanctorum. Vnde datur intelligi tãtundẽ valere, quod dictum fuerat sanctum sancti, quãtum valet quòd dictum est sanctum sanctorum: ac per hoc & illa oĩa: vncta: id est totũ tabernaculum, & quæcunq; in eo essent, quæ prius appel

QVAEST. CLXX. Exod.36.a. 2.
QVAEST. CLXXI. Exod.36.a. 4.
QVAEST. CLXXII. Exod.36.*
Exod.34.d. 30.
Gal.5.a.8.
Rom.5.a.8.
Levit.25.a. 2.
Exod. 30.d. 32.

appellauerat sancta sanctorũ, tãtũdẽ valere quod nũc ait sancta: nec vnũquodque eorũ dici tantũmodo post istã vnctionẽ sanctũ sancti, verumetiã sanctũ sanctorũ: sicut altare holocaustomatum, vt iã nihil intersit, quantũ ad hanc appellationẽ attinet, inter illa quę interius intra velũ fuerãt, id est, vbi erat arca testimonij, & cætera foris: nisi quòd illa interius ita dicebantur sancta sanctorũ vel sanctũ sancti, vt etiã ante vnctionẽ sic appellarẽtur: cætera verò vnctiõe sanctificata sunt, vt hoc nomen acciperent. Quod otio discutiendũ est quid ista significent. Cvm scriptura narraret quomodo Moyses constituerit tabernaculũ, Extendit, inquit, aulæa super tabernaculum, non vtiq; desuper tectũ, sed cingẽs colũnas: quia de colũnis dixerat, quod statuerit tabernaculũ. Itẽ cùm dicit, Et super atriũ in circuitu tabernaculi & altaris, manifestat altare holocaustomatũ ad ostiũ tabernaculi forinsecus fuisse, vt atrio totũ ambiret, & altare esset infra atriũ inter portã atrij & ostiũ tabernaculi. Notanda est quoque res multũ mirabilis, quòd nube descendente & implente tabernaculũ, quæ tamen gloria Domini dicitur, non poterat Moyses intrare tabernaculũ, q̃ in mõte Sina, quãdo legẽ primitus accepit, intrauit in nubẽ vbi erat Deus. Proculdubiò ergo aliã personã tũc figurabat, aliã nunc. Et tunc eorũ qui participes fiunt intimæ veritatis Dei: nunc autẽ Iudæorũ, quibus gloria Domini, quæ in tabernaculo est, quod est gratia Christi, tãquã nubes opponitur, non eã intelligentibus: & ideo non intrauit in tabernaculũ testimonij. Et hoc credẽdũ est semel factũ mox vt constitutũ est tabernaculũ significationis huius causa vel alicuius alterius. Neq; enim semper sic erat nubes super tabernaculũ, vt illuc Moyses intrare non posset, quãdoquidẽ non remouebatur, nisi cùm eis hoc signũ dabatur disiungẽdi, hoc est castra mouẽdi ex eo loco vbi erãt: & accedẽdi quò nubes ducebat per diẽ, & flãma per noctẽ. Quæ duo vicissim etiã super tabernaculum manebãt, vbi castra posuissent, nubes per diẽ, flãma per noctẽ. Qvoniam liber qui Exodus dicitur, in cõstitutione tabernaculi sumit terminũ, de quo tabernaculo etiã per superiora eiusdẽ libri multa dicta fuerãt, quæ faciebant difficultatẽ intelligẽdi: sicut solet omnis τοπογραφία, id est, loci alicuius descriptio in omni historia facere: visum est mihi de toto ipso tabernaculo separatim dicere, quo intelligatur, si fieri potest, quale illud & quid fuerit, interim proprietate narrationis inspecta, & in aliud tẽpus dilata figurata significatione (neque enim ibi aliquid fuisse putandũ est, quod iubente Deo cõstitueretur sine alicuius magnæ rei sacramento, cuius cognitio fidem formámque pietatis ædificet.) Iubet ergo Deus Moysi facere tabernaculum decem aulæorum de hyacintho & purpura & cocco torto & bysso torta cherubin opere textoris. αὐλαίας quas Græci appellant, Latini aulæa perhibent, quas cortinas vulgo vocant. Non ergo decem atria fieri iussit, sicut quidã negligentes interpretati sunt: non enim aulas, sed aulæas dixit. Opere ergo textili cherubin iussit in aulæis fieri, quorum aulæorum longitudinem esse præcepit cubitorum vigintiocto, & latitudinem cubitorũ quatuor. Cohærere autem inuicem aulæa, & coniungi inter se quinque hinc, & quinque inde, vt spatium quod eis cingeretur, hoc esset tabernaculi spatium. Quomodo autem inter se connecterent eadem quina aulæa, ita præcepit: Facies illis, inquit, ansas hyacinthinas, ora summa aulæi vnius ex vna parte in cõmissuram: & sic facies summã ad commissurã secundã: id est, vbi committitur aulæum aulæo, tertium scilicet secundo, quod secundum iã cum primo commissum est, id est coniunctum atq; cõnexum, faciem cõtra faciẽ cõsistentia ex aduerso singula: quoniã inter se iussit ea cõiungi, vt ex aduerso cõstituerentur. Vtrũ autem quadrũ spatiũ his cõcluderetur, an rotundũ, nondum apparet: sed apparebit cùm de colũnis cœperit dicere, quibus protenduntur aulæa. Non ergo amplius quàm de trium connexione dicere voluit, quæ fit in duabus cõmissuris, secundi ad primũ, & tertij ad secundũ, vt ex hac veluti regula cætera iungerentur. Ansas ergo præcepit fieri primo aulæo quinquaginta ex vna parte qua illi fuerat cõmittẽdũ secũdũ: & ansas quinquaginta tertio aulæo ex ea parte, qua secũdo cõiungebatur: ipsum autẽ secundum, id est, inter vtrasque ansas quinquagenas mediũ, circulos habere voluit quinquaginta aureos, vtiq; ex vna parte, per quos cõiũgeretur quinquaginta ansis aulæi primi: ac per hoc consequẽs erat, vt ex alia quoq; parte circulos totidem haberet, per quos cõiungeretur ansis aulæi tertij. Quod breuiter scriptura ita dixit, Et facies circulos quinquaginta aureos, & cõiunges aulæũ ad aulæũ circulis, & erit tabernaculũ vnũ. Circuli ergo quinquaginta aurei secũdi aulæi, inserebantur quinquaginta ansis tertij aulæi: & deinceps ita cętera cõnectebãtur, vt quinque complecterentur, atq; ex aduersa parte alia similiter quinque. Deinde dicit, Et facies vela capillacia operire super tabernaculũ, id est, quæ venirent super, nõ à parte tecti, sed supercingendo. Dicimus enim & sic aliquid superponi, non quemadmodũ tectũ domus, sed quẽadmodũ tectoriũ parietis, tãquã super lineã fasciam. Vndecim, inquit, vela facies ea. Longitudo vnius veli erit triginta cubitorũ, & quatuor cubitorum latitudo veli vnius. Mensura eadẽ erit vndecim velorũ, & coniunges quinque vela in se, & sex vela in se. Quomodo ergo aulæa voluit quina cõiungi, sic ista vela quinque & sex, quæ vndecim erant, & non decẽ. Et duplicabis, inquit, velũ sextũ secundũ faciẽ tabernaculi, ne moueretur, q̃a impariliter alterutrũ incurrebãt sex & quinque. Deinde dicit etiã ista vela capillacia, quẽadmodũ sibimet iungerentur. Et idẽ dicit, & fortasse planiꝰ: Et facies, inquit, ansas quinquaginta in ora veli vnius, quod cõtra mediũ est, id est, cõtra secũdũ, quia ipsum erit mediũ inter primũ & tertiũ, secũdũ cõmissurã, id est, iũcturã: & L. ansas facies super orã veli, q̃ cõiũctũ est ad secundũ velum, id est, super oram tertij veli, qua coniũgitur secundo. Et facies circulos æreos L. & cõiunges circulos ansis, & cõiũges vela, & erit vnũ. Circulos ergo medio velo voluit apponi, id est, secundo, quibus quinquagenis ansis iũgeretur primo & tertio. Nihil ibi aliud est, nisi quòd circulos non aureos, sed æreos fieri nũc præcepit. Ansas autẽ in aulæis hyacinthinas dixerat, in velis autẽ capillaciis quoniam tacuit cuiusmodi essent ansæ, quid nisi capillacias eas credibilius accipimus? Quod deinde sequitur ita est ad intelligendũ difficile, vt verear ne exponẽdo fiat obscurius. Dicit enim, Et suppones in velis tabernaculi dimidium veli quod superauerit, subteges q̃ abundat de velis tabernaculi, subteges post tabernaculũ cubitũ ex hoc, & cubitũ ex hoc: ex eo quod superat velis de longitudine velorũ tabernaculi, erit cõtegẽs super latera tabernaculi, hinc atq; hinc vt operiat. Cùm sextũ velũ iusserit duplicari secũdũ faciẽ tabernaculi, quid dicat superare in velis dimidiũ veli: & quid dicat cubitũ ex hoc, & cubitũ ex hoc, cùm dimidiũ veli xv. cubita sint quoniã xxx. cubitorũ iussit esse vnum velũ, quis facile intelligat? Aut si propterea superat de longitudine velorum, quia prima aulæa de byssо & cocco & purpura & hyacintho vigintiocto cubitis longa esse præcepit, ista verò capillacia xxx. cubitorum esse voluit,

Exod.13.d. 21.
QVAEST. CLXXIIII. De tabernaculo.
QVAEST. CLXXIII. Exod.40.b. 17.
Exod. 40.d. 34.
Exod. 19.d. 20.

duobus cubitis ſuperantur ſingula aulæa à ſingulis velis capillaciis: quæ in ſumma inducta, excepto vndecimo quod duplicari iuſſit, viginti cubita excreſcũt, quibus ſuperatur ambitus aulæorũ ambitu capillaciorũ. Decẽ quippe velorũ cubita bina quibus lõgiora erãt, viginti faciunt: quorũ ex vtroque latere decẽ hinc, & decẽ inde poterant ſuperare, nõ cubitũ ex hoc & cubitũ ex hoc, ſicut ſcriptura loquitur. Quapropter differenda mihi videtur huius loci expoſitio, donec tabernaculum colũnis omnibus cũ atrio, quod circũponitur omni ex parte cõſiſtat. Fortaſſis enim per anticipationẽ aliquid dicit de his velis capillaciis, quod ad illa proficiat de quibus nõdũ locutus eſt. Quod enim dicit, Et facies vela capillacia operire ſuper tabernaculũ; vtrũ vniuerſum tabernaculũ his velis cooperiri velit, cũ atrio ſcilicet, de quo circũponẽdo poſtea loquitur: an hoc interius tabernaculũ, quod decem aulæis fieri iuſſit, incertũ eſt. Sequitur ergo & dicit, Et facies operimẽtũ tabernaculo, pelles arietũ rubricatas. Etiã hoc operimentũ vtrũ vniuerſo tabernaculo fieri iuſſerit in circuitu, an interiori tãtùm, ſimiliter habetur incertũ. Quod verò adiungit, Et operimẽta pelles hyacinthinas deſuper: hoc nõ in circuitu, ſed à tecto velut camera accipiẽdũ eſt. Et facies, inquit, colũnas tabernaculo de lignis imputribilibus decẽ cubitorũ colũnã vnã, & cubiti vnius & dimidij latitudinẽ columnæ vnius, duos anconiſcos colũnæ vni conſiſtentes ex aduerſo. Sic facias omnes columnas tabernaculi. Quare iuſſerit fieri hos anconiſcos, de quib⁹ antea dixi, quid eſſent, nõ ſatis mihi apparet. Si enim ad colũnas portãdas, fierent quatuor, vt in vnũ fierent: ſi autẽ vbi ſeræ incũberent, etiã plures fierent, nã quinas ſeras ſingulis colũnis diſtribuit. Niſi fortè in his anconiſcis non aliquis vſus, ſed ſola ſignificatio ſit, ſicut in velo vndecimo capillacio. Nã colũna duos anconiſcos velut brachia hinc atq; hinc extendens, figuram crucis reddit. Nunc iã videam⁹ numerũ colũnarũ, in quibus & forma tabernaculi poſſit aduerti: vtrũ quadra, an rotũda ſit: an oblongã habeat quadraturã, lateribus longioribus breuioribus frontib. ſicut pleræque baſilicæ conſtruuntur: hoc enim potius hîc euidenter exprimitur. Nam ita dicit: Et facies colũnas tabernaculorũ viginti colũnas ab latere iſto quod reſpicit ad Aquilonẽ: xl. baſes argenteas facies xx. columnis, duas baſes columnæ vni in ambas partes eius. Et latus ſecundũ contra Auſtrũ xx. colũnas, & xl. earũ baſes argenteas, & duas baſes columnæ vni in ambas partes eius, & duas baſes columnæ vni in ambas partes eius. Repetitio non moueat, quia genus locutionis eſt, vt omnes ita intelligãtur de quibus nõ dicit. De baſibus autem iã antea diximus, cur vna columna duas habeat, quia & capita hoc loco baſes vocat. Videmus igitur vicenis colũnis porrecta duo latera tabernaculi Aquilonis & Auſtri: duo ſunt reliqua, Orientale & Occidentale, quæ ſi totidẽ columnas habuiſſent, proculdubio quadratum eſſet. Quod autem habent, de Occidentali non tacetur, de Orientali tacetur. Vtrum quia non habuit, & ſola illic ſine columnis extendebantur aulæa, ab extrema columna vnius lateris vſq; ad alterius alteram extremam: an & aliqua cauſa taceatur, vt etiam tacitè intelligantur, neſcio. Poſtea quippe ex ipſa parte Orientis decem columnæ commemorãtur, ſed atrij de quo poſtea loquitur, quod huic tabernaculo circumponi iubet. Commemoratis ergo lateribus tabernaculi Aquilonio & Auſtrali & vicenis colũnis, deinde ſequitur & adiũgit dicens: Et retro tabernaculum per partem quæ eſt contra mare, facies ſex columnas: & duas columnas facies in angulis tabernaculi à poſteriorib. & æquales deorſum verſus, & in ſe conueniẽtes erũt, ac æquales de capitibus in cõmiſſurã vnam. Sic facies angulos duobus angulis æquales ſint, & erũt octo colũnæ, & baſes earũ argẽteæ ſedecim, & duæ baſes colũnæ vni, & duæ baſes colũnæ vni in ambas partes ei⁹. De baſibus ſimilis ratio & ſimilis locutio eſt. Latus itaque Occidẽtis, nã hoc eſt ad mare, colũnis octo extẽditur, ſex mediis, & duabus angularibus quas æquales ad vnã cõmiſſurã dicit eſſe debere. Credo quòd angulus duo in ſe latera cõmittat, & ſic columna angularis lateri vtriq; cõmunis: iſta Occidentali & Aquilonari, & iſta Occidentali & Auſtrali. Quod autẽ dicit etiam æquales deorſum verſus, hoc vtiq; dicit, vt ad perpendiculũ libraretur, ne robuſtiores eſſent infrà, quàm ſuprà, ſicut pleræq; colũnæ ſunt. Deinde dicit, Et facies ſeras de lignis imputribilibus, quinque vni columnæ ex vna parte tabernaculi, & quinque ſeras colũnæ lateri tabernaculi ſecundo, & quinque ſeras colũnæ poſteriori lateri tabernaculi, quod eſt ad mare. Mirum ſi dubitari poteſt, latus Orientale colũnas non habuiſſe in hoc interiore tabernaculo, cui poſtea circũponitur atrium. Singulas quaſque igitur columnas omnium trium laterum habere ſeras quinas iubet. Et ſera inquit, media inter medias colũnas pertranſeat ab vno latere in aliud latus. Hoc videtur dicere, vt de colũna in columnã ſera peruenire, & per interuallũ colũnarum porrigeretur à latere vnius vſq; in latus alterius: ac per hoc vna ex his omnibus colũna non erat habitura proprias quinque ſeras, ad quã extremã quinque perueniebant à colũna ſibi proxima venientes. Et colũnas, inquit, inaurabis auro, & annulos facies ęreos, in quos induces ſeras, & inaurabis auro ſeras. Ne columnæ foraminibus cauernarentur, quo intrarẽt ſeræ, annulos fieri iuſſit, quibus ex vtraque parte continerentur fines ſerarum. Proinde intelligũtur hi annuli fixis in ligno anſulis pependiſſe, vt extremas partes ſerarũ poſſent capere & cõtinere. Et eriges, inquit, tabernaculũ ſecundũ ſpeciẽ quæ monſtrata eſt tibi in monte. Et facies velamen de hyacintho & purpura & cocco torto & byſſo neta, opus textile facies illud ſuper Cherubim: & ſuperimpones illud ſuper quatuor colũnas imputribiles inauratas auro & capita earũ aurea, & baſes earũ quatuor argenteæ: & pones velamen ſuper colũnas, & induces illud interius vbi velamen eſt, arcam teſtimonij: & diuidet vobis velamen inter mediũ ſancti & mediũ ſanctũ ſanctorũ: & cooperies de velamine arcã teſtimonij in ſanctis ſanctorũ. Hæc omnia manifeſta ſunt, interius intra velamẽ hoc iiij. colũnis impoſitã fuiſſe arcã teſtimonij, quã non ſic operiri iuſſit velamine, vt ſuper arcæ cooperculũ iaceret velamen, ſed vt cõtra menſam ſtatueretur. Deinde dicit, Et pones menſam foris extra velamen, & candelabrũ cõtra menſam in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad Auſtrũ: & menſam pones in parte tabernaculi quæ reſpicit ad Aquilonẽ. Etiã hoc planũ eſt. Quod autẽ ſequitur, Et facies adductoriũ de hyacintho & purpura & cocco torto & byſſo torta, opus variatoris: & facies velamini quinq; colũnas, & inaurabis illas auro, & capita earũ aurea, & conflabis eis quinque baſes æreas. Cui vſui velamen hoc fiat quinque colũnis extentum, pòſt apparebit, nam hîc non apparet. Vult enim illud eſſe velamen oſtij tabernaculi huius, videlicet interioris, cui circũponitur atrium. Deinde iubet altare fieri ſacrificiorum & holocauſtomatum: & dicit quemadmodũ fiat, nondũ autẽ dicit vbi ponatur: ſed hoc quoq; pòſt apparebit. Hic iã de atrio loquitur vſq; ad finẽ, quod circumponendum eſt tabernaculo illi, de quo prius conſtituendo locutus eſt. Et facies, inquit, atriũ, quod dicitur

dicitur Græcè αὐλὴ non αὐλαία: quod quidã interpretes noſtri non diſcernentes, & hoc & illa aulæa, quas aulæas non aulas Græci dicũt, atria interpretati ſunt dicentes, Et facies tabernaculum decem atriorũ, vbi decem aulæorũ dicere debuerunt. Nonnulli autem multo imperitiores, ianuas interpretati ſunt, & aulas & aulæas. Sicut autẽ in lingua Latina inuenimus aulæa, quas Græci aulæas vocant: ita quã illi appellant αὐλὴ, noſtri aulam vocauerunt. Sed iam nõ atrium iſto nomine, ſed domus regia ſignificatur in Latina lingua: apud Græcos autem atrium. Ergo & facies, inquit, atriũ tabernaculo in latere quod reſpicit ad Auſtrum, & tẽtoria atrij ex byſſo torta longitudo ſit centum cubitorum vni lateri, columnæ earum viginti, & baſes earum æreæ viginti, & circuli earum, & arcus earum argẽtei. Sic & lateri quod ad Aquilonem, tentoria centum cubitorum longitudinis & columnæ earum viginti, & baſes earum æreæ viginti, & circuli earum, & arcus columnarum, & baſes inargentatæ argento. Latitudo autem atrij quæ eſt ad mare, tentoria eius quinquaginta cubitorum: columnæ earum decem, & baſes earũ decem, & latitudo atrij quod eſt ad Oriẽtem, quinquaginta cubitorum, columnæ eius decem, & baſes earũ decem. Hîc iam videmus commemorari columnas ab Oriente cũ loquitur de atrio, & eas decẽ dicens cũ baſibus æreis, ſicut dixit etiam de Occidentalibus, vbi difficillima oritur quęſtio. Nam facile eſt quidem, vt accipiamus ab Oriẽte vnũ ordinem columnarũ ad atriũ pertinentium, quo tabernaculum interius per omnes quatuor partes cingitur, quia non habebat ex ea parte columnas tabernaculum interius. Ab occidente autẽ vbi iã erãt interioris tabernaculi colũnæ octo, quomodo etiam iſtas decem quas exterioris atrij cõmemorat accepturi ſumus, tanquam ab Occidente duo ſint ordines columnarũ, interiorum octo, & exteriorum decem? Quod ſi ita eſt, longiora erant etiã latera atrij exterioris, quàm tabernaculi interioris, vt ſit vnde ab extremo in extremũ alius colũnarũ ordo dirigatur, & nõ incurrat in ordinẽ priorẽ ad interius tabernaculũ pertinentem. Et ſi hoc eſt, cõſequẽs erit, vt vicenæ illæ columnæ duorum laterum tabernaculi interioris, Auſtri & Aquilonis, interuallis breuioribus dirimantur, quã illæ vicenæ quas habet atrium exterius ex eiſdem lateribus. Et quia illi exteriores ordines vicenarum colũnarũ, ſicut ſcriptura loquitur, centena cubita tenẽt: iſti interiores totidem columnarũ quamlibet minus cubita teneãt, ſed quoniam hoc ſcriptura non expreſſit, cõſequens erit, vt octo colũnæ illæ tabernaculi interioris in latere Occidẽtali rariores ſint q̃ vicenæ illæ eiuſdem tabernaculi Auſtrales & Aquiloniæ, vt poſſit cõprehẽdi ſpatiũ quantũ ſufficit decẽ illis aulæis circũtendendis, quib⁹ primitus dixit hoc tabernaculũ fieri: habent enim cubita vicena & octona, quæ fiunt ſimul ducenta octoginta. Quorũ ſi centena eſſent in lateribus duob⁹. Auſtri & Aquilonis, vbi vicenarũ columnarũ ordines ſunt, quadragena vtiq; cubita tenderentur per alia duo latera orientis & Occidentis, & proportione occurrerẽt in octo colũnis cubita xl. ſicut in viginti colũnis cubita centũ, ſed nõ eſſent longiora latera exterioris atrij, quoniã cẽtenis cubitis ſunt, & ideo non eſſet quemadmodum ille ordo decem columnarum ab angulo Auſtrali, in angulum Aquilonium includeret ordinẽ interiorũ octo columnarũ. Proinde vt atrio vndique circũdaretur interius tabernaculũ, oportet illud eſſe etiam longitudinis breuioris: atque ita neceſſe ſit, vicenas eius colũnas in duobus lateribus quibus in lõgũ porrigitur denſius cõſtitui, q̃ ſunt atrij exterioris etiã ipſæ vicenę: & rarius octo colũnas tabernaculi interioris à parte Occidentis, quàm decẽ ex eadem parte atrij exterioris: quoniam quicquid minus cubitorũ ex illis aulæis extenditur in columnis vicenis duorũ laterum ad Auſtrum & ad Aquilonem, cõpenſandũ eſt latitudini Orientalis & Occidentalis lateris, vt ducenta octoginta cubita conſumentur aulęorum. Non enim ſicut de velis capillaciis, vbi vnum plus eſt, ita & de his aulæis iuſſit aliquid duplicari. Quapropter ſi tãtũ breuiatur lõgitudo tabernaculi interioris, quod ab atrio exteriore poſſet includi, vt in vicenis eius columnis nõ centena cubita tendãtur aulæorum, ſed verbi gratia, vt minimũ nonagena & ſena, vt quaternis cubitis breuiora ſint: hæc ipſa quaterna cubita: id eſt, octo cubita in duobus aliis lateribus vtique tẽdenda ſunt Oriẽtali & Occidentali: ac ſic in illis octo columnis Occidentalibus tabernaculi interioris non extenduntur cubita xl. ſed xliiij. & alia quadragintaquatuor ab Oriente. Cùm ergo in decem columnis exterioris atrij tenduntur cubita quinquaginta, in octo autem interioris tabernaculi tenduntur cubita xliiij. rariora inueniuntur interualla interiorum octo columnarũ quàm exteriorum decem: quia ſi paria eſſent, ita in columnis octo quadraginta cubita tenderentur ſicut quinquaginta tendebãtur in decem: quoniã quod ſunt proportione ẽcto ad decẽ, hoc ſunt quadraginta ad quinquaginta: Quinariũ quippe numerum quadraginta octies habẽt, quinquaginta decies. Nec nos mouerent columnarum interualla diſpatia, Quòd denſiores in laterib⁹ lõgitudinis ponerentur, vbi vicenæ ſunt: rariores autem in latere latitudinis, vbi octo ſunt, niſi aliud exiſteret quod vrgeret mutare ſententiam. Cùm enim cõmemoraſſet lõgitudinẽ atrij ad mare habere tentoria quinquaginta cubitorũ, & colũnas decẽ, & baſes earũ decẽ; & latitudinẽ atrij ad Oriẽtẽ, itẽ quinquaginta cubitorũ, & colũnas decẽ & baſes decẽ; atq; his dictis perfecta videretur forma tabernaculi cũ atrio ſuo vndique ambiente iniecit aliud, quod vbi & quomodo intelligendũ ſit, difficilè reperitur. Et quindecim, inquit, cubitorũ tẽtoriorũ altitudo lateri vni, columnæ eorũ tres: & baſes earum tres: & lateri ſecundo quindecim cubitorũ tẽtoriorũ altitudo columnæ eorum tres & baſes earum tres: & portæ atrij tegimẽ viginti cubitorum altitudo ex hyacintho & purpura & cocco neto & byſſo torta, varietate acu picta colũnæ eorũ quatuor, & baſes eorũ quatuor. Hæc vbi conſtituantur, perfecta illa forma tabernaculi non video: ſed plane video eundẽ eſſe numerũ columnarũ decẽ, in tribus & tribus & quatuor, ternis ſcilicet à lateribus & quatuor in medio. Ac per hoc tentoria illa quinquaginta cubitorũ non cõtexta erunt: ne adit⁹ in atrio nullus ſit, ſed quindenis cubitis media viginti cubita ſeparabuntur, vt faciãt portæ tabernaculi tegimẽ: hoc eſt velum quod ornamẽto velamentoque dependeat, vt teneat ſpatium quatuor colũnarum quod portæ atrij deputatũ atque ſeparatũ eſt. Ideo velamẽ ipſũ à lateribus quindenorũ cubitorum diuiſũ atque ſeparatum: etiã ſpecie diſtingui voluit, vt opere acu picto quatuor illis coloribus variaretur. Sed latera illa quindenorũ cubitorũ hinc atq; hinc ternas columnas habentium, ſi ad eandẽ lineæ rectitudinem portæ atrij coniungantur, non erit ſpatium inter decem colũnas exterioris atrij, & octo interioris tabernaculi, vbi ſit altare quinque cubitorum, quadrũ occupans ſpatium: & ante ipſum altare, vbi ſeruiatur altari & inter ipſum & oſtium tabernaculi interioris, vbi ſit labrum æneum. Sic enim poni iuſſum eſt, vnde manus & pedes ſacerdotes lauent quando intrant tabernaculũ, vel quando accedunt vt altari deſeruiant. Quod niſi foris à tabernaculo in atrio intellexerimus,

quomodo possunt prius lauare manus & pedes, & sic tabernaculum introire? Foris autē ab atrio non possumus altare statuere, quia & tabernaculū & altare circumdari atrio præcepit. Restat igitur vt illa latera quindenorū cubitorum hinc atq; hinc & columnarū ternarum, sic accipiamus à lateribus, vt ipsa faciant interuallum aliquot cubitorum inter portā atrij & ostium tabernaculi interioris: portam quidem patentem xx. cubitis in quatuor columnis, & habentem velum acupicto opere variatum viginti cubitorum: ostium verò tabernaculi interius, vbi ponatur velamē illud in quinque columnis extentum. Quod vtique nō intra illum ordinem octo columnarum, sed extrà foris ad atrium positū intelligere debemus. Nūc enim erit velum ostij tabernaculi, quod ostium tanquā valuis aperiebatur, vbi aulæa inter se circulis & ansis non cōiungebantur. Aut si fortè intra illum ordinem octo columnarum tabernaculi interioris, opponebatur hoc velamē in quinque columnis ostio tabernaculi, vt quando aperiebatur, interiora nō nudarentur, ne à prospiciētibus viderentur: quod tamen velamen siue interius ab illo ordine columnarū, siue exterius poneretur, quòd non satis eluceret, proculdubio distabat moderato interuallo ab eodem ordine columnarum, ne quinque columnæ ad quatuor colūnas densius constipatæ, intercluderēt potius aditum, quàm velarent. Secūdum istum itaque modū, & secūdum hanc formam tabernaculi nihil iā opus est vt cenas illas colūnas laterū interioris tabernaculi ad Austrū & Aquilonē constituere densiores, & rariores illas octo facere quæ ab Occidēte fuerāt. Decem quippe illæ atrij exterioris ab eadē parte Occidentis non longum ordinem faciūt columnarū, quo includantur octo interiores, sed ternis ab vtroq; latere cōstitutis, & quatuor impar spatiū cōcludūt, vbi & altare sit holocaustomatū intra portam atrij ante ostiū tabernaculi: & labrū inter ostiū tabernaculi & altare, & interuallū necessariū ministerio inter altare & portā atrij, & sic illud totū spatium atrij cōcluditur columnis dedecem, tribus ab Aquilone, & tribus ab Austro, & quatuor ab Occidēte, tanquam si Π Græcam literā facias. Et sic adiungebatur idem spatium longiori ordini columnarum tabernaculi interioris, tanquam si literam memoratam ex ea parte qua non habet adiungas literæ productionē quæ iota dicitur: vt eius parte quæ in medio est, ab eo latere cōcludatur, & restent hinc atq; inde ex ipso iota reliquæ partes. Poterāt ergo numerari decē columnæ in illo longo ordine partis Occidentalis tabernaculi interioris, si cū illis octo adderētur duæ quæ fuerant vltimæ in ordinibus laterum atrij Aquilonis & Austri. Nam & illæ decem quæ propriè ad atriū pertinerent à parte Occidentis, vnde & intrabatur ad tabernaculum, ternas habebāt in lateribꝰ, & quatuor in fronte, vbi porta erat, atque ita spatiū vsui sacrificiorum necessarium intra atrium ante tabernaculum amplectebantur. In ternis autē columnis quæ fuerant à lateribus, tentoria erāt de bysso quindenorū cubitorum: in quatuor autem vbi porta erat, velum erat xx. cubitorum acu picto opere variatum. Nec moueat quod dicit scriptura, quindecim cubitorū tentoriorū altitudo, columnæ eorum tres, & bases earū tres: & latus secundum quindecim cubitorū tentoriorum altitudo, colūnæ eorum tres, & bases earū tres: & portæ atrij tegimē viginti cubitorum altitudo. Altitudinem quippe eandem dicit, quæ fuerat longitudo tentoriorum. Eadem quippe altitudo est cùm texuntur, quæ longitudo est cùm tenduntur. Quod ne suspicari videamur, alio loco idipsum scriptura commemorans ait, Et fecerunt atriū quod est ad Austrū, tētoria atrij de bysso torta, cētum per centum: id est, centū cubita tentoriorū per cētum cubita spatium quod tenebāt viginti colūnæ. Deinde sequitur, Et colūnæ eorum viginti, & bases earū xx. æreæ: & latus quod ad Aquilonem cētum per centum, & columnæ eorū xv. æreæ, & bases earum xx. æreæ: & latus quod est ad mare, aulęa quinquaginta cubitorum, & columnæ eorum decē, & bases earum decem. Eadem dicit aulęa quæ tentoria, & latus quod est ad Orientem quinquaginta cubitorum tentoria. Post hæc redit ad posteriora tabernaculi, vt ostēdat quemadmodum illæ decem columnæ spatium de quo loquebatur, atrij complectebantur. Quindecim cubitorū, inquit, quod est à dorso. Dorsum appellat, quia posteriora tabernaculi erant: id est, à parte Occidētis. Et colūnæ, inquit, eorū tres, & bases earū tres: & à dorso secundo hinc & hinc secundū partem atrij aulæa quindecim cubitorum, & columnæ eorum tres, & bases earū tres. Manifestū est certè, eadem duo dorsa dici hoc loco cùm cōmemorantur omnia quemadmodum facta sunt, quæ latera dicebantur quando præcipiebatur vt fierent. Latera scilicet, quia hinc atque inde coniunctæ portæ Occidentalis atrij spatium † occludebant. Dorsum verò quod à tergo tabernaculi erat hæc pars atrij à parte Occidentali. Sequitur autē & dicit, Omnia aulæa atrij de bysso torta, & bases columnarum æreæ, & ansæ earum argenteæ, & capita inargētata argēto, omnes columnæ atrij. Deinde adiungit, quod nondū istic commemorauerat, Et vela memorati atrij opꝰ variatoris; de hyacintho & purpura & cocco nero & bysso torta, viginti cubitorum longitudinem & latitudinē. Ecce vbi apparet eandem dictā superiùs altitudinem, quæ aulæorum extentorum fuerat longitudo. Et deinde addidit, Et latitudinem quinq; cubitorū. Tot enim cubitis latitudinis erigebantur tentoria exterioris atrij. sicut interioris cubitis quatuor. Sic autē & superiùs dixerat, Lōgitudo autē atrij cētū per centū, & latitudo quinquaginta per quinquaginta, & altitudo quinq; cubitorū ex bysso torta. Hanc latitudinem dicens quā postea altitudinē dixit, quoniam quæ iacentiū latitudo est, eadē erectorū altitudo. Sicut quod paulò antè cōmemoraui, quæ cùm texuntur altitudo est, eadem cùm tenduntur longitudo est. Nunc iam quod distulerā, videamus, quomodo ex hac forma vniuersi tabernaculi, quā sicut potui ante oculos collocaui, difficultas illa soluatur de capillaciis velis. Quæ fortasse ideo erat obstrusior, quia per anticipationē ibi aliquid dictum est, quod profecerit operi, de quo postea fuerat locuturus, cùm atrium tabernaculo circumponendū describeret. Nunc itaque verba ipsa videamus. Et suppones, inquit, quod superabit in velis tabernaculi, dimidiū veli quod superabit subteges quod abundat, in velis tabernaculi subtegas post tabernaculū. Hoc totū quod dictū est vnū sensū habet, quia dimidiū veli quod superauerit, hoc est, id quod superabundauit de velis tabernaculi, subtegendum est post tabernaculū. Quomodo ergo superest, id est, abundet & restet dimidiū veli, ex illa serie cōnexorum velorū oportet inquirere: quoniam quinque in se, & sex in se connecti voluit, sicut superiùs loquens dixerat, sextum velum à facie tabernaculi duplicandū, id est, ab Oriēte. Toriens enim posteriora tabernaculi à parte Occidentis esse significauit, id est, ad mare. Quid igitur facies tabernaculi, nisi pars illa intelligenda est, quæ ad Oriēte? Pars ergo illa, qua vela quinque connexa sunt, habet cubitorum centū quinquaginta, hoc est, quinquies tricena. Tricenorū enim cubitorum erant singula, sicut ea Deus fieri iusserat. Illa verò pars, in qua non erant quinque, sed sex vela, sibimet similiter cōnexa cubita habebat centum octo

al. concludebam.

tum octoginta, id est, sexies tricena; ac per hoc duplicato ex eis vno velo, sicut iussum est, secūdum faciem tabernaculi minuebantur in ea duplicatione cubita quindecim. Quibus detractis, centum sexaginta quinque remanebāt: & ideo post centū quinquaginta cubita, quibus illi parti quinque velorū etiā ista pars sex velorum æquabatur, superabant atque abundabant cubita quindecim. Illinc enim erāt à parte quinque velorū, cubita centum quinquaginta: hinc autē à parte sex velorū duplicato vno velo secundū faciē tabernaculi, erāt cubita centū sexaginta quinque. Plus ergo habebat pars ista cubita quindecim. Hoc dicit dimidiū veli, quod iubet subtegi post tabernaculū, vt quia illud à facie duplicatū est, hoc dimidiū redūdans à posteriore parte tabernaculi non duplicaretur, sed subtegeretur: id est, omnia ipsa quindecim cubita subtermissa tegerentur: ac si & ipsa illi longitudini detraherentur, sicut illa itidē quindecim à facie tabernaculi vnius veli duplicatione detracta sunt. Eoq̃ue modo centum quinquaginta cubitis quinque velorū, occurrerant ex alia parte centū quinquaginta cubita sex velorum: triginta scilicet cubitis à centū octōginta detractis à facie tabernaculi velo duplicato, & à posterioribus tabernaculi dimidio velo subtecto. Iam illud quod sequitur aliud est, & aliam quæstionem infert, propter quā maximè huius loci expositionē differendā putaui, vt prius & formā cōstituendi tabernaculi, & de atrio circūponēdo quod scriptū est videremus. Sequitur ergo, Cubitū ex hoc & ex hoc, ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi, erit cōtegens: & super latera tabernaculi hinc atque hinc vt operiat. Aliud est quod superauit vna pars sex velorū aliā partē quinque velorū, ꝓpter ampliorē velorū numerū, vnde iā diximꝰ: aliud q̃ superauit de lōgitudine velorū, vnde nūc dictum est. Ita enim non pars parti comparatur, & altera alteram superare inuenitur: illa scilicet, quæ vela sex habet illam quæ vela quinque habet. Quæ ambæ vt sibimet æquarentur, à facie tabernaculi facta est vnius veli duplicatio; à tergo dimidij subtectio. Sed ipsa vela capillacia cōparata aulæis, ex quibus decem iussit fieri interius tabernaculum quatuor coloribus textis, longiora reperiūtur cubitis binis. Ea enim erāt aulæa singula cubitorum xxviij. ista xxx. ideo hic nūc ait, Ex eo quod superat velis de longitudine velorum. Quid est ergo, Cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc erit, contegēs super latera tabernaculi: nisi quia illa lōgitudo, in qua binis cubitis vela capillacia lōgiora fiūt aulęis, his singulis singula, nō tota in vnā partē cogēda est: id est, vt quicquid supat, ad posteriora tabernaculi colligatur: sed distribuatur ex æquo tantumq̃ eius ad priora tabernaculi, quantum ad posteriora tribuatur: id est, quoniā duo cubita in singulis velis eandē quæ superat longitudinē faciunt, vt cubitum inde auferat pars ista, & cubitum illa: ita de singulis cubitis suis habeat pars ista cubita decem, & illa de singulis decem, quoniā decē vela binis cubitis lōgiora, viginti cubitorū longitudinē faciunt quia videtur superare serie sua seriē aulęorū. Deinceps videndum est hęc viginti cubita, quæ superant à longitudine velorum, cui spatio cingendo proficiant. Si enim velis capillaciis interius tabernaculū circumtegitur, ita superant, vt quid ex eis cooperiatur non sit omnino. Vnde restat etiā ipsa subtegi, & subtegendo detrahi, quod scriptura non dicit. Aulæa quippe decem, quæ habēt cubita vigena & octona, quibus interius tenditur tabernaculum, circūplectuntur spatium quantum possunt circūplecti cubita ducenta octoginta. Vnde latera illa lōgiora Australe & aquilonium, habētia vigenas columnas, auferunt ex his cubitis ducenta cubita: restāt octoginta quę duobus reliquis lateribus breuioribus; Orientali quod non habet ordinem columnarum, & Occidētali vbi erant columnæ octo, quadragena distribuantur. Proinde in capillaciis velis quoniam detractis triginta cubitis trecenta restabant, si trecentis cubitis capillaciorum velorum, ducenta octoginta cooperiebantur aulæorum, ita supererunt viginti, vt nō sit quod ex eis tegatur. Proinde duo illa cubita quę singula capillacia plus habent, ex quibus summa viginti cubitorū collecta est, sic distribuenda sunt, cubitum ex hoc, & cubitū ex hoc, id est, ne oīa in vnam partē cogātur; vt proficiant operiendis lateribus tabernaculi, sed exterioris atrij, id est, omnia illa trecenta cubita velorū capillaciorum extrinsecus tabernaculum cingant. Adiunctis quippe lateribus atrij exterioris centū cubitorū, id est, Austri & Aquilonis, quinquaginta cubita supersunt Orientis & Occidentis, quæ omnia fiunt trecenta, quibus cooperiendis capillaciorum trecenta sufficiūt. Hoc est quod ait, cubitū ex hoc, & cubitum ex hoc: id est, distributio duorū cubitorū, quibus vnūquodq; velum capillacium longius est: hoc est ex eo quod superat velis de longitudine velorū, erit cōtegens super latera tabernaculi: illa scilicet exteriora quęad atriū pertinēt hinc atq; hīc vt operiat: nec illa ipsis atrij quæ cētenis cubitis & vigenis colūnis tenduntur. Ipsa enim nō sunt facta longiora, quā illa interioris tabernaculi quæ decē aulaeis tēduntur, & vigenas etiā ipsa colūnas habent. Nā sicut interioris tabernaculi duo latera ab Aquilone & Austro centenis cubitis porriguntur, ita & exterioris atrij. Nō ergo ad ipsa exteriora totidē columnarū latera tegēda capillaciorū velorū profuit lōgitudo, quia longitudinem superant aulæorū. Tantū enim dāt exterioribus lateribus quantū & interioribꝰ darēt, id est cubita cētena, quæ fiunt ducēta: sed quia lateribus Orientis & Occidentis sufficerēt latera quadragena, si tantūmodo interius tabernaculū velis capillaciis cingeretur: additis autē lateribus atrij crevit tabernaculi latitudo, vt tegendis lateribus Orientali & Occidētali iā nō quadragena sed quinquagena cubita sint necessaria: ad ea tegēda proficere potuit capillaciorū velorū lōgitudo amplior quàm aulęorū: vt non ambo cubita, quibus binis longiora sunt quinq; ex vna parte impēderētur, sed cubitū ex hoc & cubitū ex hoc: ac si haberet ex ipsa superabūdātia latus Oriētale cubita decē, & Occidentale alia decē. Viginti enī fiunt bina decem, quia velis vndecim, cubita triginta duplicatione & subtectione ab hoc ambitu detrahuntur. Sed quoniam id quod Latinè interpretatū est, Cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi, erit contegens super latera tabernaculi, Græcus habet πλάγια quæ Latini nonnuli nō latera, sed obliqua interpretati sunt: meritò mouet, quia etsi nihil hīc videatur obliquum, vbi omnes anguli quatuor laterum recti sunt, πλάγια tamen dici latera illa non possunt, quorum vnū est in facie, alterū retro, id est, Orientale & Occidētale, sed πλάγια dici possunt à dextero & à sinistro, id est, Aquilonio & Australi. Cū ergo non sint ea πλάγια quæ habent cubita quinquaginta, quibus lateribꝰ tegendis potuisse diximus superare longitudinem capillaciorū velorum, quomodo erit verum, Cubitum ex hoc & cubitum ex hoc ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi, erit contegens super latera tabernaculi? Sed nimirum de illis lateribus tegendis loquitur, quæ etiam dorsa appellat quindenorum cubitorum columnarūmque ternarum, quæ cum porta atrij habente cubita viginti, & columnas

quatuor, quinquaginta complent cubita & colũnas decem. Hæc latera ex istis suis finibus in mediũ posuerunt atrij portam, ex illis autẽ ostium tabernaculi: inter portam atrij & ostiũ tabernaculi spatiũ iacet, quantũ cubita illa concludũt viginti à porta, & dextera læuáque quindena. In eo spatio est altare tabernaculi, & inter altare tabernaculi labrũ æreũ, vbi sacerdotes manus & pedes lauabant. Diligẽter autẽ mẽsuris examinatis, fortasse in istis lateribus ternarum columnarũ, quæ πλάγια Græcè dicta sunt, nonnulla etiã obliquitas inuenitur, vt non frustra quidẽ interpretes nostri obliqua interpretarẽtur, quæ in Græco πλάγια repererunt. Nõ enim vela capillacia quindenis cubitis suis possunt tegere quindena cubita tẽtoriorum in illis lateribus, nisi posterioribus partibus tabernaculi antequã ad illa latera deflectantur, non amplius quã dena cubita dependerint ex linea recta posterioris tabernaculi, id est, à parte Occidentis: quæ linea cũ habuisset octo columnas pertinẽtes ad interius tabernaculum, decẽ habere cœpit additis lateribus atrij exterioris: & cũ habuisset cubita xl. ad octo columnas pertinentia, quinquaginta habere cœpit in columnis decẽ. Ex hac ergo linea cũ tecta fuerint velis capillaciis dena cubita ab vtroq; angulo venientia, restabũt in medio xxx. nõ recta velis capillaciis, sed illis tantummodo aulæis: in quorum xxx. cubitorum medio per quod libet cubita tenderentur, erat ostiũ tabernaculi. Proinde illa latera trinarum columnarũ & quindenorũ cubitorum, si ex illis finibus suis quibus sibi iungebantur portæ atrij, patebant inter se cubitis viginti: quia tantum habebat porta quæ illa latera dirimebat: ex aliis autem finibus quibus hærebant posteriori illi lineæ tabernaculi, de qua locuti sum⁹ habebant inter se cubita xxx. proculdubio erant obliqua: quoniam plus inter se patebãt ex hac parte vbi habebant media cubita triginta, quã ex illa parte vbi habebant media cubita viginti. Ita illa decẽ cubita capillaciorum velorũ, quod erat dimidiũ abũdantis lõgitudinis quæ proficiebãt posteriori parti tabernaculi, hoc est Occidẽtali, sicut alia decẽ proficiebant priori parti, id est, Oriẽtali, quinis cubitis cõplebãt tecturam laterũ illorũ, quæ πλάγια dicta sunt, inde quinq; & hinc quinque. Quæ si defuissent, dena cubita tegerentur in eisdem lateribus, & quina nuda essent. Itaque quantum mihi videtur, melius intelligitur hinc esse dictũ, cubitũ ex hoc & cubitũ ex hoc, ex eo quod superat velis de longitudine velorũ tabernaculi: nõ quia erãt cũ hinc & inde quina essent, sed quia ex illa longitudine redundabant, in qua binis cubitis erant aulæis capillacia lõgiora, ex quibus duobus cubitis vniuscuiusq; veli cubitũ profecerat parti Orientali: restabat vtiq; alterum cubitũ parti occidentali, vt cubitũ ex hoc esset contegens super πλάγια tabernaculi. Vnde dictum est, hinc atque hinc vt operiat, quia non operiebat totũ, si eadem quina cubita defuissent. Nunc iã quoniam satis disputatum est, quomodo illa oña intelligenda sint quæ in tabernaculi constitutione videbantur obscura: breuiter si possimus enitamur ostendere, quid sit eadem disputatione confectum. Ab Occidente igitur trahebatur, & prima erat ingrediendi porta atrij quæ patebat xx. cubitis, & habebat quatuor columnas quibus dependebat velum viginti cubitis extentum, erectum autem cubitis quinque, quatuor illis sæpe cõmemoratis coloribus acu picto opere variato. Hac porta ingrediens excipiebatur atrio, cuius latera dextera læuáq; quindenis cubitis & ternis columnis porrigebantur introrsus: vt in medio ponerẽt ostium tabernaculi interioris in ea parte qua peruenieba nt, sicut in medio ponebant portam atrij ab ea parte vnde incipiebãt. Hoc itaq; atrium latius erat quàm longius. Nã longitudo eius erat à porta ipsi⁹ vsque ad ostium tabernaculi interioris in cubitis fermè quindecim: latitudo autẽ circa portã in cubitis viginti, circa ostium verò in cubitis triginta. Vnde obliqua illa latera fuisse intelliguntur quæ dextera læuáq; in columnis ternis & quindenis cubitis erant. In hoc atrio erat altare sacrificiorum quadratum, quinq; scilicet cubitis longum, & totidem latum. Inter portam & altare spatium erat, vbi versabãtur qui sacrificia imponebant altari: introrsus verò inter altare & ostium tabernaculi, locus erat cineris ante altare, & deinde labrũ æreũ vbi manus & pedes sacerdotes lauabant, vel altari in atrio seruituri, vel tabernaculũ interius ingressuri. Tentoria porrò huius atrij in lateribus ternarũ columnarum byssina erãt, extenta cubitis quindenis, erecta cubitis quinis. Ab hoc ergo atrio intrabatur ostium tabernaculi cũ transisset altare, & labrũ æneum. Intrabatur autem apertis auleis, quibus decem, quinque hinc & quinque inde ex aduerso sibimet cõstitutis, totũ ipsum interius tabernaculũ cingebatur. Quo ostio ingresso occurrebat velũ quod ad ostiũ fuerat oppositũ in quinque columnis extentũ, variatũ illis quatuor coloribus: quod velũ cũ faciendũ præciperet, adductoriũ vocauit, credo q; curreret, ducendo & reducendo, cũ operiret atq; aperiret ingressum. Transito isto velo, excipiebat pars tabernaculi media inter hoc velum & illud alterum interius, quod columnis quatuor fuerat impositũ, ex illis quatuor coloribus factũ, & separabat inter sancta quæ forisecus erant, & sancta sanctorũ interius posita. In hoc itaq; medio spatio inter ista duo vela, mensa erat aurea, quæ habebat panes propositionis in parte Aquilonis: & cõtra eã candelabrũ aureũ septem lucernarum in parte Austri. Huc usque secundis sacerdotibus licebat intrare. Interius autẽ, id est, in sanctũ sanctorũ intra velũ quatuor colũnarum, arca erat testimonij deaurata, in qua erant tabulę lapideæ legis, & virga Aaron, & vrna aurea cũ manna: & propitiatoriũ desuper aureũ, vbi stabãt duo cherubin alis obumbrantes propitiatoriũ & intuentes inuicẽ ad ipsum. Ante arcã verò, id est, inter arcam & velũ positũ erat altare incensi, quod aliquando aureum dicit scriptura, aliquando deauratũ, aureũ vtiq; appellãs q; erat inauratũ. Ad hęc sancta sanctorũ nisi summo sacerdoti non licebat intrare quotidie propter inferẽdum incensum: semel autem in anno cum sanguine ad purificandũ altare: & si quando fortè exigebat necessitas pro peccato sacerdotis, aut vniuersæ synagogę sicut in Leuitico scriptũ est. Sic intrabatur in tabernaculũ ab Occidẽte, id est, à porta Austri vsque ad latus Oriẽtale introrsus vbi erat arca testimonij. Hoc autẽ interius tabernaculum, quod incipiebat non à porta atrij, sed ab ostio quod appellabatur ostiũ tabernaculi, & finiebatur in longum latere Orientis vbi erat arca testimonij, decem auleis concludebatur, quorum erant sigula vigintiocto cubitorum, quinque hinc & quinque inde, sibimet connexa ansulis & circulis ex aduerso sibimet constituta: & columnis vicenis in lateribus longioribus Aquilonis atque Austri, & colũnis octo à latere Occidentis, à latere autem Orientis nullis columnis, sed solis aulæis. Quæ aulæa decem erigebãtur in cubitis quatuor, & per totum circuitum tendebantur in cubitis ducentis octoginta: quorum centena in lateribus erãt longioribus Austri & Aquilonis per vicenas columnas: quadragena verò cubita in reliquis duobus lateribus breuioribus: vno Occidentis per columnas octo: altero Orientis vbi columnæ non erãt, sed sola tendebãtur aulæa, de solis duabus angularibus columnis, mediis autem nullis: & erant hæc aulæa decẽ de quatuor coloribus texta. Hoc est interius tabernaculũ circundabatur atrio ab Austro viginti colũnis, & ab Aquilone viginti. Quæ duo atrij latera æqualem habebant longitudinẽ cum lateribus interioris tabernaculi, quia & ipsa vicenis colũmnis porrigebantur in cubitis totidẽ, id est, centenis: à latere autẽ Oriẽtis atrium concludebatur colũnis decẽ cubitis quinquaginta. Qui ordo colũnarũ rectus erat & incurrebat in illas duas angulares interioris tabernaculi, quas solas Orientis pars habebat. Proinde cũ ipsis cõplebantur. A latere autẽ Occidẽtis habebat quidem atrium decem colũnas, nõ tamẽ recto ordine, sed sicut iã ostendimus tanquã triportiũ, quatuor à porta, & ternis à lateribus. Vniuersum autẽ atriũ in circuitu tabernaculi tentoris byssinis cĩgebatur, quę erigebantur cubitis quinq; his superueniebãt vela capillacia vndecim, ex vna parte sibimet quinq; connexa, ex alia sex. In connexione ergo quinque velorũ, cubita erant centũ quinquaginta: ex alia verò parte in connexione sex velorũ, cubita erant cẽtũ octoginta: quoniã vela singula tricenorũ fuerãt cubitorum. Sed vt alia pars alteri coæquaretur, duplicatũ est vnũ velũ à facie tabernaculi: id est, ab Oriẽte, & subtractũ est dimidiũ velũ à parte posteriore: id est, ab Occidente: atque ita subtracta sunt cubita triginta, quanta erat veli vnius longitudo, & remanserunt cẽtum quinquaginta, quanta etiam ex parte altera fuerunt. Circuitus itaque velorum capillaciorũ quo cingebatur atriũ tabernaculi, trecentis cubitis tendebatur, sicut circuitus decẽ aulæorum interioris tabernaculi cubitis ducẽtis octoginta. Aulæa quippe singula habebant cubita vicena & octona in longitudine, capillacia verò vela tricenis cubitis lõga erant. Quapropter ex ambitu aulęorum interioris tabernaculi, qui erat in cubitis ducentis octoginta, centena cubita in lateribus longioribus erant Austri & Aquilonis, & quadragena in duobus breuioribus Oriẽtis & Occidẽtis. Ex ambitu autẽ capillaciorũ velorũ quo atrium exterius tegebatur, quia ambitus erat in cubitis tricenis, centena erant in lateribus lõgioribus Austri & Aquilonis, quoniã æqualia erãt lateribus tabernaculi interioris, quinquagena autẽ in reliquis duabus partibus oriẽtis & occidentis. Ac per hoc duo illa cubita, quibus lõgius erat aulæo velũ capillaciũ, nõ lateribus Austri & Aquilonis, quæ paria erãt atrij exterioris & tabernaculi interioris, sed laterib⁹ Oriẽtis & Occidentis proficiebant. In eis enim lateribus creuerat tabernaculi latitudo, circũposito extrinsecus atrio: sed quinquagena cubita velorum capillaciorũ à parte Orientis per decem colũnas recto ordine tendebantur, eisq; preficiebat vnũ cubitum ex duobus illis quibus eorũ dẽ velorũ maior fuerat lõgitudo: alia verò cubita quĩquaginta, quę Occidẽtali latere debebãtur, quibus alterũ ex duobus illis cubitũ proficiebat, nõ tẽdebãtur per columnarũ ordinẽ rectũ. Ibi enim erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat spatiũ atrij, vbi esset altare sacrificiorũ, quatuor colũnis à porta, & lateribus ternis: ac per hoc non poterant etiã cingere illa cubita quinquaginta, sed vsq; ad cooperienda obliqua illa latera tendebantur, quę in colũmnis ternis & quindenis cubitis erant erigebantur autem capillacia vela cubitis quatuor, eisq; tegebantur atrij tentoria byssina, quorum erat erectio in cubitis quinque: pelles verò rubricatę super capillacia vela veniebant. Desuper autem, id est, à parte tecti, vice cameræ tabernaculum pellibus hyacinthinis tegebatur: verum cum atrio & spatium illud interius non apparet: sed credibilius est, atrij spatia quæ inter exteriores & interiores colũmnas erant, velum apertum habuisse, maximè illud Occidentis, vbi erat altare sacrificiorum.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆTIONVM SVPER LEVITICVM, LIBER III.

QVÆST. I. Leuit. 5. a. 1.

SI autẽ anima peccauerit, aut audierit vocẽ iurationis, & ipse testis fuerit aut viderit, aut conscius fuerit, si nõ vtique nũciauerit, & accipiet peccatum. Quid hoc est, Si nõ nunciauerit, accipiet peccatũ? Quod enim additum est, &, locutionis est vsitatæ in scripturis. Verũ iste sensus quia obscurus est, exponẽdus videtur. Hoc enim videtur dicere, peccare hominẽ, quo audiẽte iurat aliquis falsum, & scit cũ falsũ iurare, & tacet. Tũc autẽ scit, si ei rei, de qua iuratur testis fuerit, aut vidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis suis cõspexit, aut ipse qui iurat illi indicauit. Ita enim potuit esse conscius, sed inter timorẽ huius peccati, & timorẽ proditionis hominum, non parua extitit plerunq; tentatio. Possũmus enim paratũ ad periuriũ admonendo vel prohibendo à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & coram nobis de re quã nouimus falsum iurauerit, vtrum prodẽdus sit, si proditus etiam in periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia non expressit cui hoc indicandũ sit, vtrũ illi cui iuratur, an sacerdoti, vel cuipiã qui non solũ eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest, videtur mihi quòd se homo soluat etiam à peccati vinculo, si indicet talibus qui magis possunt prodesse quàm obesse periuro, siue ad corrigendum eum, siue ad Deum pro illo placandum: si & ipse confessionis adhibeat medicinam. Post hoc autem peccati genus, quod de periurio alicuius non indicato cõmemorauit, nullũ oro eo sacrificium iussit offerri: sed deinde subiunxit, Leuit. 5. a. 2. Anima quæcunque tetigerit omnem rem immundã, aut morticinum iumentorum, aut à fera capti immũdi, aut eorum quę sunt morticina abominationũ immundarum, morticinum iumentorum immũdorũ, aut tetigerit immunditiam hominis, ab omni immunditia cuiusquam si tetigerit, inquinabitur: & si latuerit eum, post hoc autem cognouerit, etiam deliquerit, &c. Neque hoc sacrificium pro isto genere peccati quòd offeratur cõmemorauit, sed adhuc adiecit, & ait: Anima quæcunque iurauerit distinguẽs labiis malefacere, aut benefacere, secũdum omnia quæcunque distinxerit homo iureiurando, & latuerit eũ, & id cognouerit, & peccauerit vnum ex his, & cõfessus fuerit peccatum pro quo peccauit aduer⁹ ipsum. Ibid. a. 4. His omnibus sine aliqua interpositione sacrificij cõnexis & explicatis, adiungit & dicit: Et offeret pro iis quæ deliquit Domino pro peccato quo peccauit, feminam ab ouibus agnam, aut caprã de capris pro peccato, & exorabit p eo sacerdos pro peccato, & remittetur illi peccatum. Ibid. b. 6. Quid est ergo quòd pro tacito cuiusquam periurio, & pro eo quod tangitur morticinum vel aliquid immundum, nullum sacrificium commemorauit: pro eo verò peccato vbi quid falsum quisquam nesciẽs iurauit, dixit offerri agnam vel capram? An pro omnibus suprà dictis hoc sacrificiũ oportet intelligi? Voluit enim prius omnia enumerare, & sic inferre quo sacrificio possint expiari. Sed in eis omnibus suprà dictis generibus peccatorũ, sunt quædam propter locutionum modos sub obscurè posita, sicuti est quod ait, morticinum iumẽtorum. Ita enim

quæ Græcè κτήνη appellãtur, pleriq; nostrorũ iumẽta interpretati sunt, quod nomẽ in Latina consuetudine eorũ animaliũ est, quorũ laboribus adiuuamur, maximè in portãdis onetibus, sicuti sunt equi, asini, muli, cameli, & si quid huiusmodi. Quæ verò Græci κτήνη vocãt, tã latè intelligũtur vt omnia aut propè omnia pecora isto nomine concludãtur. Et ideo nõ genere locutionis velut πολυοναμῶν additũ est in Græco, immũdorũ, cũ diceretur, iumentorũ: quoniã sunt etiam munda pecora quæ κτήνη appellantur. Quę autẽ iumẽta vsus Latinus appellat, secundũ legis dictionẽ non nisi immunda sunt. ITEM quod ait, Anima

QVAEST. III. Leuit.5.a.4. quęcũq; iurauerit, distinguens labiis malefacere aut benefacere: quęritur quid dixerit distinguẽs. Assiduè

Psal.65.c.14. quippe hoc verbũ ponit scriptura. Vnde est & illud: Reddã vota mea quę distinxerũt labia mea. Itẽ dicitur

Ezech.3.d.18. ad EZECHIELẽ, Cũ dicã iniquo, morte morieris, & tu nõ

Num.30.a.4. distinxisti neq; locutus es. Itẽ scriptũ est, Si qua in domo patris sui constituta vouerit votũ, distinguens labiis suis aduersus animã suã. Videtur ergo ista distinctio quasi definitio esse, qua secernitur aliquid à cæteris, quę solo dicto non tenẽtur. Sic ergo accipiatur tãquã dictum sit, Anima quę iurauerit, definiens labiis malefacere aut benefacere, secundũ omnia quæ definierit homo cũ iureiurando, & latuerit eũ: id est, nesciens faciendũ esse vel non faciendũ, iurauit facere: & id cognouerit, & peccauerit vnũ ex his: siue quia iurauit antequã cognosceret, siue quia fecit, iurauit & cognouit postea, quia non fuit faciendũ neque iurãdũ: & cõfessus fuerit peccatum quod peccauit, id est, peccatũ, quod peccauit: locutio est enim. Quod autẽ addidit, Aduersus ipsum, quid intelligitur, nisi aduersus ipsum peccatũ confessus fuerit, id est, confitendo

Leuit.5.b.6. peccatum accusauerit? Et offeret pro iis quæ deliquit Domino, pro peccato quo peccauit, feminã ab ouib⁹ agnã. Vsitata locutione agnã feminam dicit, quasi possit esse aut agna nisi de ouib⁹, aut capra nisi de capris. Nonnulla autẽ quæstio est, imò non parua, quid sit quòd assiduè dicit, Post hoc autẽ cognouerit & deliquerit: quasi tũc fiat delictũ cũ fuerit cognitũ. An po-

Ibid.b.5. tius quia nisi pro cognito satis fieri non potest: sed nõ ait, Post hoc autẽ cognouerit & pœnituerit eũ. Quid ergo est, Post hoc cognouerit & deliquerit: nisi post cognitionẽ deliquerit: vt si sciens fecerit quod faciendũ nõ esset, tunc delicto purgatio debeatur? Sed nõ ita prælocutus est. Ea quippe videtur exequi peccata ab ignorantibus, & per hoc à nolentibus, cõmittũtur. Fortassis ergo aliquo genere locutionis deliquerit, dictũ est, delictũ esse didicerit. An potius cõuerso ordine dictũ est, quia alia genera locutionis habet scriptura, quæ per alia loca similia recto ordine dicebantur? Nã cũ alibi totiens scriptum sit, Et deliquerit & cognitũ fuerit ei, hic tantũ cõmutato, vt dixi, ordine, prius dictũ est, cognouerit, deinde deliquerit. Ordine autem

al.posset tantum. suo, ita dici † potest, Anima quæcũque tetigerit omnẽ rẽ immundã aut morticinũ, aut à fera capti immũdi, aut eorũ, quæ sunt morticina abominationum immũdarũ, morticinũ iumentorũ immũdorũ, aut tetigerit immunditiã hominis, ab omni immunditia eiⁿ si tetigerit inquinetur, & si latuerit cũ deliquerit, post

QVAEST. IIII. Leuit.5.b.7. hoc autẽ cognouerit. SI autẽ non valet manus eius quod satis est in ouem, offerret pro peccato suo quòd peccauit, duos turtures aut duos pullos columbinos Dño, vnũ pro peccato, & vnũ pro holocaustomate. Certè hic apperit quæstionem de qua superius cũ loqueretur ambigebamus. Ideo quippe videtur dicere vnum pro peccato, alterũ pro holocaustomate, quoniam non offerebatur sacrificium pro peccato nisi cũ holocausto. Denique cũ prius seorsum de holocaustis loqueretur, cõmemorauit turturem, & non dixit duos: nũc verò ideo duos dicit, quia sacrificiũ pro peccato sine holocaustomate nõ offerebatur. Quod ergo superiⁿ dicebat, Et impones super holocaustoma: non est dubiũ quòd prius holocaustoma, deinde illud super imponebatur: nũc verò de auib⁹ aliter dicit, vt prius offeratur pro peccato vna auis, deinde altera † al.in. pro holocaustomate. QVOD autẽ ait, Anima si latuerit eũ, cũ obliuio est ei, id est, si obliuione factũ fuerit QVAEST. V. Leuit.5.a. vt lateat eũ, vel eã si ad animã refers, quoniã eũ dicendo, ad hominẽ retulit. Animã quippe hic hominẽ dicit. ET si peccauerit nolens à sanctis Dominum, &c. QVAEST. VI. Leuit.5.c. Videtur obscurè positũ hoc peccati genus, sed in cõsequẽtib⁹ apperitur, vbi dicit, quòd post oblatũ de ariete sacrificiũ restituet illud, & quintas adiiciet. Ibi Ibid.d.16. enĩ intelligitur hoc esse à sanctis obliuione peccare, aliquid per obliuionẽ vsurpare quod debetur sanctis, siue sacerdotibus, siue oblationib⁹ vel primitiarũ, vel quicquid huiusmodi. ET anima quæcunq; peccauerit, & fecerit vnũ ab omnib⁹ præceptis Domini quæ QVAEST. VII. Leuit.5.d. 17. nõ oportet fieri, & nõ cognouerit & deliquerit, & nõ cognouerit peccatũ suũ, offeret arietẽ sine macula de ouibus pretio argenti in delictũ ad sacerdotẽ: & exorabit pro eo sacerdos propter ignorantiã eius quã ignorauit, & ipse nõ sciuit, & remittetur illi. Deliquit enim delictum ante Dominum, excepta locutionum inuisitata dẽsitate, quę iã propter assiduã repetitionẽ debẽt esse notissimæ, totus iste sensus obscurus est, quoniã quæritur quomodo discernatur hoc genus delicti ab eis quæ superiùs quadã generalitate cõplexⁿ est. Videtur enim hoc ratio poscere, vt certis generibus peccatorũ certa genera quibus expientur sacrificiorũ adhibẽda sint. Hoc autẽ quod modò cõmemorauit, nõ specialiter exprimit peccatũ, sed in ea videtur generalitate versari, de qua ante cũ diceret, cõstituit sacrificiũ sacerdoti vitulũ, & vniuersæ synagogæ similiter vitulũ, principi caprum, & cuicũque animæ, hoc est, cuicunque homini, caprã, vel si voluerit ouẽ, tamẽ femineum pecus. Deinde cœpit excepta facere quædam genera peccatorũ, & nominatim exprimere pro quibus quid offerẽdũ sit: velut de audito & tacito cuiusquã periurio, & de tactu morticino, & immundo, & iuratione falsa per ignorantiam: & de ouibus agnã aut caprã de capris, aut par turturũ, aut duos pullos colũbinos: aut decimã partem ephi similaginis, ꝓ eo autẽ peccante qui per obliuionẽ aliquid sanctorũ vsurpauit, arietẽ & eiusdẽ rei restitutionẽ quintis adiectis. Nũc verò nõ expressa specie peccati, generaliter addit, Anima quæcũque deliquerit & fecerit vnũ ab omnibus præceptis Domini quæ nõ oportet fieri: sic in illa generalitate vbi dicebat, Vnũ ex præceptis Dñi ꝓ nõ fiet, & nõ cognouerit & deliquerit, id est, per ignorantiã nolẽs peccauerit, arietẽ iubet offerri, non caprã aut feminã ex ouibus, sicut superiùs in tali peccatorũ generalitate constituerat. Quid sibi ergo vult ista permixtio: nisi forte quòd hic dicit, Deliquit enim delicto delictũ ante Dominũ? Hoc ꝓ ait, Ante Dominum: in his voluit delictũ intelligi quæ fiunt ante Dominum, id est, à quibus Domino in tabernaculo deseruitur: vnde aliquid paulo antedixerat cùm ait, Peccauit à sanctis, & intelleximus, vsurpauit aliquid sanctorũ, quod etiã restitui præceperat. Ac per hoc nõ sic tantũ peccari potest in his rebus si aliquid inde per obliuionem vsurpetur, sed etiam multis aliis modis potest quisque per ignorantiam delinquere in iis quæ seruituti Domini exhibentur: hoc voluit postea genus delictorũ generaliter cõmemorare, & ideo & illic

Gen.5.b.9. Exod.4.a.3. Ibid.c.13. Ibid.c.22. Ibid.c.27. Exod.5.a.2. Leuit.5.d. Ibid.d.19. Ibid.c.15.

& illic & hic arietem iussit offerri. Plenæ sunt autem scripturæ cũm dicitur, Ante Dominum, & non intelligitur, nisi illud quod Domino exhibetur, sicut sacrificium, vel primitiæ, vel aliqua in sacris seruitus.

QVAEST. VIII. Leuit.5.b.7. QVAERITVR etiam, vtrũ vbique sit accipiendum quod dictum est, Si nõ valet manus eius quod satis est ad ouẽ, offerre eum debere par turturum, aut duos pullos columbinos: & si hoc quoque non valet, certã simi laginis quãtitatem: quoniam si vbique ita licere intelligitur, non potest quidem dici, sacerdotẽ non habere vitulũ aut vniuersam synagogã, aut principem nõ habere capram vel ouem. Et si ita est, quid opus erat postea dicere, tacitũ cuiusquam periurium, aut tactũ immundum, & periurium per ignorãtiam factum purgari sacrificio agnæ & capræ, cùm eadem sacrificia præcepta sint etiã in ista generalitate peccati, ad quam generalitatem etiã ista potuerant pertinere? Si autem hinc ista discernũtur, quo licebat pro eo turtures & columbas, vel etiam si hoc non esset, similaginẽ offerri, ibi autẽ vbi non dictũ est non licebat, non videtur subuentũ esse pauperibus; quoniam multa possunt esse delicta non specialiter expressa quæ ad illã generalitatem referuntur, vbi grauarẽtur inopes, si tantummodo caprã feminam & agnam ex ouibus & illas auiculas, & similaginẽ licebat offerri. Nisi fortè quis dicat, hoc discerni ista excepta & nominatim expressa peccata ab illis quæ generaliter commemorata sunt, quia hic agnam dixit, ibi ouem: vt ętas pecorũ aliquam differẽtiam faciat: dũ tamen intelligatur pauperibus peræquè subuẽtũ, vt si nõ haberẽt vlla animalia quadrupedia, aut memoratas aues aut, similaginẽ offerrẽt ꝓ peccatis ignorantiæ suæ. Si autẽ mouet, quare cũ generaliter omnia ignorantiæ peccata cõcluserit & sacrificia, nõ pro distãtia peccatorũ quã nõ fecerat, sed pro distãtia personarũ distinxerit: postea voluerit etiã peccata distinguere, & pro eorũ diuersitate sacrificia diuersa præcipere, quasi non ad illã generalitatẽ omnia pertinerent: Sic factam posterius exceptionẽ oportet intelligi, vt quęcunque remanserint his exceptis quæ nominatim & speciatĩ cõmemorauit, dicta in illa generalitate intelligamus. Quem modum locutionis alibi reperiri certũ est, & esse in scripturis sanctis. Tale est illud vbi Apostolus ait, Omne peccatum quodcũque fecerit homo,

1.Cor.6.d.18. extra corpus est: hinc enim nihil videtur intermisisse

Ibid. peccati, quandoquidem ait, Omne peccatum quodcũ quodcũ fecerit homo: postea tamẽ excepit fornicationẽ cũ intulit: Qui autẽ fornicatur, in corpus propriũ peccat. Quod secundũ cõsuetudinem nostræ locutionis ita diceretur: Omne peccatum quodcũque fecerit homo excepta fornicatione, extra corpus est: qui autẽ fornicatur, in corpus proprium peccat. Ita & hic, cùm prius generaliter omnia ignorantiæ peccata diceret illis quę cõmemorauit sacrificiis expianda, postea tamen excepit illa quibus expresè & distinctè positis certã sacrificiorũ purgationẽ adhiberet, vt his exceptis quæcunq; reliqua essent, ad illã generalitatem pertinerent.

QVAEST. Leuit.6.a.6. OFFERET arietẽ ab ouibus sine macula pretio, in quod deliquit. Non ita distinguendũ est, quasi pretio in quod pretium deliquit, sed si offerret arietẽ, pretio offerat, id est, emptum. Etiam hoc videtur ad sacramẽtum alicuius significationis pertinere voluisse, quoniã pretiũ ipsum nõ definiuit. Nam si definisset, posset videri hoc pręcepisse, ne vile pecus offerretur, vt etiamsi nõ emeret qui offerret, tale tamen offerret quod tãti valeret. Addito autẽ, vt non solùm pretio emptus aries offerretur, verumetiam siclorum sanctorũ, ita enim dicit, Pretio argenti siclorum sanctorum, aliquot siclis

Leuit.5.d.16. vt ematur aries, nõ vno siclo voluit. Quid sibi autęm velit, siclum sanctum, iam vbi visum est disseruimus. Quòd verò cùm dixisset, Et delicti sui offeret Domino arietem ab ouibus sine macula pretio: deinde addidit, In quod deliquit: intelligendum est in id offeret in quod deliquit: id est, in eam rem, propter eam rẽ, Et auferet holocarpoma quod consumpserit ignis, illam ho- Leuit.6.b.10. locaustosim ab altari. Quid auferet, si cõsumptũ est: Iussit enim sacerdotem auferre post totius noctis ignẽ holocarpoma, id est, holocaustum quòd ignis consumpserit. Vel quid sibi vult etiã illud quod addidit. Illã holocaustosim: cũ hoc intelligat holocarpoma quod holocaustosis: nisi fortè illud est verũ ꝓ in quodã Græco inuenimⁿ. Nõ enĩ ait, auferet holocarposim, sed auferet catacarposim, hoc est, reliquias holocausti quod ignis consumpsit. Has autem reliquias, veluti est cinis & carbo, appellauit illam holocaustosim, eius rei nomine quæ cõsumpta est, reliquias ipsius consumptionis appellãs. QVOD autem suprà dixit, Ista lex QVAEST. X. Leuit.6.b.9. holocausti: & deinde exponens quæ sit eadẽ lex dixit, Ista holocaustosis, super incensionem eius super altare totam noctem vsq; in mane, & ignis altaris ardebit super illud, non extinguetur: planius esset secundum nostræ consuetudinis locutionẽ, si non haberet, &: nam ista coniunctione detracta ita sensus contexitur. Ista holocaustosis, super incẽsionẽ eius super altare totam noctem vsq; in mane ignis altaris ardebit super illud: id est, super altare. Deinde ad cumulum exprimendæ sententiæ intulit, non extinguetur. Nam hoc iã erat dictũ, Tota nocte. ET induet stolam aliam, & abiiciet QVAEST. XI. Leuit.6.b.10. holocarpoma extra castra in locũ mundũ: hoc appellat holocarpoma quod iam cõcrematum est: hoc autẽ in illo Græco catacarposis legitur. Quidam verò Latini addiderunt, Quod consecratum est, & ita interpretati sunt: Et abiiciet holocarpoma quod consecratum est extra castra in locũ mũdũ. ET ignis † altaris sem- QVAEST. XII Leuit.6.b.12. per ardebit ab eo, & nõ extinguetur: id est, ab illo igne al.super aliare. in quo arsit holocaustũ vsq; in mane. Non vult enim ignem prorsus extingui, sed cùm vsque in mane arserit holocaustum, ablatis inde reliquiis cõsumptionis nec sic extingui ignem, sed inde iterũ renouari quo ardeãt alia quæ imponuntur. QVOD autem sequitur & dicit, Et exuret super illud sacerdos ligna mane, & stipa- QVAEST. XIII. Leuit.6.b.12. bit super illud holocaustũ, & superponet super illud adipem salutaris, & ignis semper ardebit super illud, & non extinguetur: videndũ est verũ mane quotidie voluerit intelligi, vt nullus dies prætermitteretur quo nõ inueniretur holocaustum, & adeps salutaris: an mane ideo, vt quocunque die imponeretur nõ nisi mane imponeretur. Si enim quotidie intellexerimⁿ, quid si nullus offerret? Si autem tãquam de publico vel de suo sacerdotes quotidiana holocausta procurabãt, super ipsa imponebantur ea quæ iussit à populo oblata pro peccatis super holocausta imponi: & non erat necesse offerenti sacrificia pro peccato, etiã holocaustũ offerre super quod illud imponeretur, nisi quãdo par turturũ offerebatur, aut duo pulli colũbini. Nã ibi omnino definitũ est, vnũ pro peccato, alterũ in holocaustũ offerri oportere: & prius pro peccato, deinde holocaustum. Deinde quæri potest, vtrum holocaustũ quod mane iussit imponi, ipsum etiã per totam noctem arderet vsque ad alterum mane, an illud quod ait, tota nocte ardere debere, holocaustũ fuerit vespertinum, & deinde cœperit de lege holocausti dicere, vt à vespertino holocausto inciperet: quod mirum est si taceret, nec admoneret talia vespere offerre oportere. ET locutus QVAEST. XIIII. Leuit.6.c.20. est Dominus ad Moysen dicens: Istud donum Aaron & filiorum eius quod offerunt Domino in die quacũque vnxeris eum. Alia sunt sacrificia quæ commemorauit

Leuit.5.b.10. In nostris nõ ὁλοκάρπωμα, sed κατακάρπωσις legitur.

Exod. 29.a. 2.*

morauit in Exodo, quib⁹ per septem dies sanctificãtur sacerdotes vt sacerdotio suo fungi incipiant: & aliud est quod modò cõmemorat, quid offerat summus sacerdos quando constituitur, id est, quando vngitur. Hoc enim sequitur & dixit, In die quacunque vnxeris eum. Non dixit, vnxeris eos: cùm etiam secũdos sacerdotes vngi præcipiat. Deinde dicit ipsum sacrificium, decimam partem ephi similaginis, in sacrificium sempiternum. Quæritur quomodo sempiternum, si illud eo die offertur quo vngitur summus sacerdos ab illo q vnctus est, nisi vt sẽper hoc offeratur in die quo vngitur summus sacerdos, hoc est, per successiones sacerdotũ, quamuis & illo modo sempiternũ possit intelligi, non hoc, sed quod significat. DIMIDIVM eius, inquit, mane, & dimidium eius post meridiem: quod Græcus habet ἡμιτό, & pluraliter hoc posuit genere neutro. Non enim ait fresam, tanquam eãdem similaginem, quam dixerat conspersam. Hæc autem fresa sacrificium de fragmentis esse dicitur. Vtrum ergo fresa dicat ipsa frumenta, id est, comminuta, an ipsa minutissima similaginis fresa dixerit, non est euidens.

QVAEST. XV. Leuit. 6. c. 20.

SEQVITVR autem & dicit: Sacrificium in odorẽ suauitatis Domino, sacerdos vnctus q pro illo est ex filiis eius, faciet illud. Propter hoc fortassis dixerat Sẽpiternũ, vt hoc faciat omnis summus sacerdos quãdo succedit mortuo, eo die quo vnctus fuerit. Adiunxit enim & ait, lex æterna: cùm posset æternum secundum id intelligi quod significat. SEQVITVR autem, Omne consummabitur. Quod habet Græcus ἐπιτελεσθήσεται, & aliqui interpretes dixerunt, Omne imponetur: vbi vult intelligi esse holocaustũ, quia nihil exinde remanet. Denique adiũgit, Et omne sacrificium sacerdoti, holocaustũ erit, & non edetur. Hoc ergo dixerat, Omne consummabitur. DE sacrificio pro peccato cũ diceret, Sacerdos qui imponet illud, manducabit illud. Non hoc quod imponit manducabit, nã illud igni consumetur, sed quod inde remanserit, Non enim holocaustum est, vt totum ardeat in altari. Dicit autẽ postea: Omnia quę pro peccato sunt, ex quibus illatum fuerit à sanguine eorum in tabernaculum testimonij exorari in sancto, non edetur, sed igni cremabitur. Quomodo ergo ad sacerdotes pertinent manducanda quæ remanent de sacrificiis pro peccatis? Quod intelligendum est, hæc excepta esse, de quorũ sanguine tangitur illud altare incensi in tabernaculo testimonij. Hoc enim iussit fieri superiùs de vitulo quem pro peccato suo sacerdos offerret, & de vitulo quẽ p peccato vniuersæ synagogæ, vt carnes quæ remanserint, foris extra castra comburantur: hoc est, quod modò breuiter commemorauit. ET ista lex est arietis qui pro delicto est, sancta sanctorum sunt, id est, ad sacerdotes pertinent manducãda. QVID est quod de ariete pro delicto cùm dixisset, legemq; sacrificij exposuisset, ait: Quomodo quod est pro peccato, ita & id quod pro delicto, lex vnà est eorum? Queritur inter peccatum & delictum quæ sit differentia: quoniam si nulla esset, nullo modo diceretur, Quomodo quod est pro peccato, ita & quod pro delicto. Quamuis enim lex eiusque sacrificium nihil distet, quia lex vna est eorum: tamen ipsa duo, quorum vnum est sacrificium, id est, peccatũ & delictum, si inter se nihil differrent, etsi vnius rei duo nomina essent, non curaret scriptura tam diligẽter commendare vnum esse vtriusque sacrificium.

QVAEST. XVII. Leuit. 6. c. 23.

QVAEST. XVIII. Leuit. 6. d. 26.

Ibid. d. 30.

Leuit. 4. c. 12. & d. 21.

QVAEST. XIX. Leuit. 6. d. 25.

QVAEST. XX. Leuit. 7. a. 7.

Peccatum. Delictum.

Fortassis ergo peccatum est perpetratio mali, delictũ autem desertio boni: vt quemadmodum in laudabili vita, aliud est declinare à malo, aliud facere bonum, quod admonemur dicente scriptura, Declina à malo, & fac bonũ: ita in damnabili, aliud sit declinare à bono, aliud facere mala: & illud delictum, hoc peccatũ sit. Nã & ipsum vocabulũ si discutiatur, quid aliud sonat delictum, nisi derelictum, & qui delinquit quid derelinquit nisi bonũ? Græci autem duo nomina vsitata huic pesti imposuerunt. Nam delictum apud eos παράπτωμα dicitur & παραμέλεια. Isto ipso quippe loco Leuitici παραμέλεια est. Apostolus autẽ vbi dicit, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, παράπτωμα Græcus habet: quorũ nominũ si origo discutiatur in παράπτωμα tanquam decidere intelligitur qui deliquit. Vnde cadauer quod Latini à cadendo dixerunt, Græcè πτῶμα ἢ πτῶμός dicitur, ἀπὸ τοῦ πίπτειν, id est, ab eo quod est cadere. Qui ergo peccãdo malũ facit, pri⁹ delinquẽdo à bono cadit. Et παραμέλεια simile nomẽ est negligẽtiæ: nã Græcè negligẽtia ἀμέλεια dicitur, quia curæ non est quod negligitur. Sic enim Græcus dicit, nõ curo, οὐ μέλει μοι. Particula ergo quæ additur παρά, vt dicatur παραμέλεια, præter significat: vt παραμέλεια quod vocatur negligentia, videatur sonare sine cura: παρὰ μέλειαν præter curã, quod penè tãtundẽ est. Hinc & quidã nostri παραμέλειαν nõ delictũ, sed negligẽtiã interpretari maluerunt. In Latina autẽ lingua quid aliud negligitur, nisi quod non legitur, id est, non eligitur? Vnde etiam legẽ à legendo, id est, ab eligendo Latini authores appellatã esse dixerunt. His quodãmodo vestigiis colligitur, quòd ille delinquit qui bonũ derelinquit, & relinquendo à bono cadit, quia negligit, id est, non legit. Peccatũ verò vnde sit dictũ quod Græcè ἁμαρτία dicitur, in neutra ligua mihi interim occurrit. Potest etiã videri illud esse delictũ quod imprudenter, id est, ignoranter: illud peccatũ, quod ab sciente cõmittitur. Huic differentiæ videntur ista testimonia consonare diuina: Delicta quis intelligit? Et illud, Quoniam tu scisti imprudentiã meã. Continuò quippe secutus adiunxit, Et delicta mea à te nõ sunt abscondita: velut alio modo repetens eandẽ sententiã. Nec ab eadẽ ratione distordat quod paulò antè commemoraui Apostoli dictũ, Si præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: hinc enim quod præoccupatũ dicit, imprudenter lapsum esse significat: peccatum verò ad scientẽ pertinere apostolus Iacobus tanquam definiẽs ait, Scienti igitur bonũ facere, & non facienti, peccatũ est illi. Sed siue illa, siue ista, siue alia aliqua differentia sit peccati & delicti, nisi aliqua esset, non scriptura ita loqueretur vt diceret, Quomodo quod pro peccato, ita & quod pro delicto lex vna est eorum. Indifferẽter autem plerũque dicũtur, vt & peccatũ nomine delicti, & delictũ nomine peccati appelletur. Neque enim cùm dicitur in baptismo fieri remissio peccatorũ, mẽtio fit etiã delictorũ: & tamen vtrumq; intelligitur. Sic & Dominus ait: Pro multis effundi sanguinem in remissionem peccatorũ. Nũquid quoniam non ait, & delictorum, ideo quisquã dicere audebit in sanguine ipsi⁹ delictorũ non fieri remissionem? Item quod scriptũ est apud Apostolum, Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratiam verò ex multis delictis in iustificationem: quid aliud quàm nomine delictorum etiam peccata comprehẽsa sunt? In hac quoque ipsa scriptura Leuitici, qua cogimur aliquam inter delictum peccatumq; distãtiam vel inuenire vel credere, ita legitur, cùm de his ipsis quæ pro peccatis offerenda iubebãtur sacrificiis Deus loqueretur: Si autẽ omnis, inquit, synagoga filiorum Israël ignorauerit & latuerit verbum ab oculis synagogæ, & fecerit vnum ab omnibus mandatis Domini † quod non fiet, & deliquerit, & cognitum illis

Ps. 36. c. 27.

Gal. 6. a. 1.

Leuit. 5. a. 4.

Luc. 3. a. 3.

Mat. 26. c. 28.

Rom. 5. c. 16.

Leuit. 4. c. 13.

al. quod sic fiet deliquerint.

illis fuerit peccatum quod peccauerunt in eo. Ecce vbi dixit, Et † deliquerit, ibi continuò peccatũ quod peccauerũt addidit, hoc ipsum vtiq; quod deliquerũt. Et paulo pòst: Si autẽ princeps, inquit, peccauerit, & fecerit vnũ ab omnibus præceptis Domini Dei sui, quod non † fecit volẽs, & diquerit. Item in consequẽtibus: Si autẽ anima, inquit, vna peccauerit nolens, de populo terræ, in eo quod facit ab omnibus præceptis Domini † quod non fiet, & deliquerit & cognitũ fuerit ei peccatũ quod peccauit in ipso. Itẽ alibi: Anima quęcũque iurauerit distinguens labiis malefacere aut benefacere, secundum omnia quæcũque distinxerit homo cum iureiurando, & latuerit eum & hic cognouerit, & peccauerit vnum ex his & confessus fuerit peccatum pro quo peccauit aduersus ipsum, offeret pro eis quæ deliquit Domino pro eo peccato quod peccauit. Et paulò pòst: Et locutus est Dominus ad Moysen dicẽs, Anima si latuerit eum obliuione, & peccauerit nolẽs à sanctis Domini, offerat delicti Dño arietẽ sine macula de ouibus pretio argenti siclorũ sanctorum pro quo deliquit: & pro quo peccauit à sanctis restituet, & quintas adiiciet super illud, & dabit illud sacerdoti: & sacerdos exorabit pro eo in ariete delicti, & remittetur illi. Sequitur adhuc & dicit: Anima quæcunq; peccauerit, & fecerit vnũ ab omnibus præceptis Domini quæ non oportet fieri, & cognouerit & deliquerit, & acceperit peccatũ suum, offeret arietem de ouibus pretio argenti in delictũ ad sacerdotem: exorabitq; pro eo sacerdos pro ignorantia eius qua ignorauit, & ipse nõ sciuit, & remittetur illi. Deliquit enim delicto delictũ ante Dominũ. Et adhuc ita dicit: Et locutus est Dominus ad Moysen dicens, Anima quæcunq; peccauerit despiciens despexerit præcepta Domini, & mentitus fuerit quæ sunt ad proximũ de cõmendatione aut de societate, aut de rapina, aut iniuriam fecerit aliquam proximo, aut inuenerit perditionẽ & mentitus fuerit de eo, & iurauerit iniustè de vno ab omnibus quęcũq; fecerit homo, ita vt peccet in his: & erit cum peccauerit & deliquerit, reddet rapinam quã rapuit, aut iniuriã quã nocuit, aut commendatũ quod depositum est apud eum, aut perditionẽ quã inuenit, ab omni re illa quã iurauit pro ea iniustè: & restituet ipsam, & quintas eius adiiciet ad illud, cui⁹ est ipsi reddet: & qua die cõuictus fuerit delicti sui, offeret Domino arietem ab ouib⁹ sine macula, pretio in quo deliquit: & exorabit pro eo sacerdos ante Dominum, & remittetur illi de vno ab omnib⁹ quę fecit & deliquit in eo. Penè ergo in omnib⁹ factis quæ dicit esse peccata, eadẽ etiã delicta dicit. Quapropter & indifferenter ea dici manifestum est multis scripturarum locis: & habere aliquid differẽtiæ scriptura testatur, quę dicit, Sicut quod pro peccato, ita & q̃ pro delicto. OMNEM adipem boũ & ouiũ & caprarum non edetis, & adeps morticinorũ & à fera captorum fiet in omne opus, & cibo non edetur. Omnis qui ederit adipem de pecoribus quæ offeretis ab eis hostiam Domino, peribit anima illa de populo suo. Dixerat superiùs de adipe, Omnis adeps Domino: & quæsieramus vtrũ omnis omnino peccoris mũdi dumtaxat: nam de immundis nulla quæstio est: & quid de adipe fieret quem vetuit in escam venire: nũc autẽ dixit quid fieret de adipe morticini à fera capti, vt sit in omne opus. Omne opus, vtique illud opus cui tale aliquid necessarium est. Vnde remansit quæstio, quid fieret de adipe cæterorum animalium quæ immunda sunt ad vescendum. Sed cùm dicit omnem animam perire de populo suo qui ederit adipem corũ pecorum ex quibus Domino offeretur, videtur definisse illum tantùm adipem de pecoribus mundis prohibitum manducari, ex quibus fit sacrificium: quamuis Iudæos audierimus nullum omnino adipẽ in escã sumere. Sed quid scriptura voluerit, non quid illi opinati fuerint, requirendum. Denique non inueniunt, quid rectè de adipe faciant, vnde se abstinent, & quomodo cũ proiiciant cũ dictum sit, Omnis adeps Dño: si non adipem sacrificiorum tantũ, sed etiam eorum animalium de quibus non sacrificatur, quamuis immũdorum hîc voluit intelligi. QVID sibi vult quod de sacrificiis salutaris iterũ admonet & dicit, eum qui offert donum sacrificij salutaris sui, pectũsculum & brachium sacerdotibus dare debere: ita tamẽ, vt adeps pectusculi offeratur Domino cum penna iecoris: cũ superiùs loquens de sacrificiis salutaris pennã iecoris cũ adipe ventris & renum & lumborũ offerri Domino præceperit, tacuerit autẽ de adipe pectusculi? An quod ibi prætermisit, hîc commemorat? Quare ergo de pẽna iecoris & ibi & hîc? An fortè aliquid interest quod superiùs de sacrificio salutaris præcepit, hîc autẽ addidit Sui, tanquã aliud sit salutaris, aliud salutaris sui?

al. deliquerint. Ibid. c. 22.

al. faciet nolens. Ibid. c. 27.

Leuit. 5. a. 4.

Ibid. c. 15.

Ibid. d. 27.

Leuit. 6. a. 1.

QVAEST. XXI. Leuit. 7. d. 30.

Leuit. 4. b. 9.

QVAEST. XXII. Leuit. 7. a. 23.

Leuit. 3. d. 16.

CVM sacrificia pro peccatis prius commemoret, vitulũ dixit offerẽdum pro peccato sacerdotis qui fecisset populũ peccare: postea etiã narrauit scriptura quẽadmodum ea quæ præcepit Dominus gesta sunt: ergo pro Aaron & filiis eius dicitur oblatus vitulus pro peccato: sed superiùs de sanguine vituli cornua tangi præcepit altaris incẽsi, ad spargendum etiam ex ipso sanguine contra velum sanctũ, reliquum verò sanguinẽ fundendum ad basim altaris holocaustomatũ: postea verò quãdo sanctificatur Aaron, de aspersione sanguinis contra velum, nihil dictum est: de cornibus autem altaris dictũ est, sed non additum est incensi: additum est autem, effundendum sanguinem ad basim altaris: nõ dixit ad bases ei⁹, tanquã necesse fuisset illud accipere, cuius cornua sanguine tetigisset. Proinde quamuis ambiguè sit positum, liberum est tamen ita intelligere factum vt factum fuerat ante præceptum de vitulo pro peccato: vt non eius altaris cornua tacta intelligamus, ad cuius basim fusus est sanguis: sed tacta cornua altaris incensi, fusum autẽ sanguinem ad basim altaris sacrificiorũ superius: quia generaliter præcipiebat, si sacerdos peccasset, ipsum sacerdotem vnctũ & cõsummatum, quem vult intelligi summũ sacerdotẽ, sacrificia ista offerre: nunc verò cũ sanctificatur Aarõ, Moyses offert & ipse accipit pectusculũ impositionis, quod antea prælocutus est sacerdoti esse dandum. Inde autem puto pectusculũ impositiónis dictum, quia imponebatur inde adeps, sicut commemorauit superiùs de sacrificio salutaris. Cùm ergo videatur ab Aaron cœpisse summũ sacerdotium, quid putamus fuisse Moysen? si ergo sacerdos non fuit, quomodo per illũ omnia illa gerebantur? si autẽ fuit, quomodo summũ sacerdotium ab eius fratre cœpisse definimus? quanquã etiam Psalmus ille vbi dictũ est, Moyses & Aarõ in sacerdotibus eius: auferat dubitationẽ, quod sacerdos fuerit & Moyses: vestẽm tamen illam sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentum, Aaron iubetur accipere & successores eius summi sacerdotis in Exodo, antequam omnino aliquid de sanctificandis & quodammodo ordinandis sacerdotibus præcipiatur: quando Moyse ascendente in montem, iubentur non ascendere sacerdotes: quos intelligere alios non possumus nisi filios Aaron, non quia iam erant, sed quia futuri erant, hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationem, sicut sunt pleraque talium locutionum. Nam & filius Naue', Iesus appellatus est, cùm longè postea hoc nomen ei scriptura narret impositum. Ambo ergo tunc summi sacer-

Ibid. 8. a. 4.*

Ibid. 4. b. 7.

Ibid. 8. c. 15.

Psal. 98. b. 6

Exod. 28. a. 1.*

Num. 13. c. 17.

dotes erant, Moyses & Aaron. An potius Moyses, Aaron vero sub illo: an & ipse summus propter vestē pōtificalē, ille vero propter excellētius ministerium? Nā à principio ei dicitur, ipse tibi quæ ad populum, tu illi quę ad Deum. Quæri etiā potest, post mortem Moysi quis vngebat successorē summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto non vtiq; poterat? An qui iā vnctus erat inter secundos sacerdotes (idem quippe fuit oleū & quo summus, & quo secundi vngebantur:) vestē tātū sumebat ille pontifex qua eius summitas appareret. Et si ita est: vtrum ipse sumebat, an eum ali⁹ induebat, sicut & post eius mortem Moyses filium fratris sui? Si ergo ab alio vestiebatur, numquid nā poterat à secundo summus? præsertim quia talis erat vestis vt eū ab alio indui necesse fuerit, An sic induebatur pri⁹, vt etiā postea? Non enim semel indutus nō eam ponebat, aut cū posuisset, non eā re sumebat. Fieri ergo fortasse poterat, vt secundi vestirent primū, obsequendo, non excellendo. Vnde autē † apparet quisnā filiorū summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitū, aut maiorē scriptura definiuit, nisi intelligam⁹ aliquo diuino indicio fieri solere, siue p Prophetā, siue quolibet alio modo quo consuli Deus solet: quāquā ex cōtentione res peruenisse videatur, vt postea propterea fuerint plures summi sacerdotes, quia contendentib⁹ excellentioribus litis finiendæ causa pluribus honor ipse tribuebatur. QVID est quod dicit Moyses ad Aaron & filios eius cū sanctificantur ad ineundū sacerdotiū, Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septē dies die & nocte, ne moriamini? Nūquid nam credibile est, situ corporis vno loco sedere præceptos per dies septem die & nocte, vnde se omnino non cōmouerent? Nec tamē hinc tanquam allegoricè aliquid significatū, quod non fieret, cogēdi sumus accipere, sed potius agnoscere locutionem scripturarum, vbi sessionē pro habitatione & commoratione posuit. Non enim quia dictum est de Semei quòd sederit in Hierusalem annos tres ideo putandum est per totum illud tempus in sella sedisse, & non surrexisse. Hinc & sedes dicuntur, vbi habent commemorationem quorum sedes sunt: habitatio quippe hoc nomen accepit.

Exod.4.d.16.

al. apparebat.

QVÆST. XXIIII. Leuit.8.g.33.

3.Reg.2.f.38.

QVÆST. XXV. Leuit.9.a.1.

ET factum est die octauo, vocauit Moyses Aaron & filios eius, & senatum Israel. Quem quidam nostri senatum interpretati sunt, γερουσίαν Græcus habet: hoc est ergo secutus interpres, quia & senatus à senio videtur dictus. Non autem aptè in Latino diceretur, Vocauit senectutē Israel, pro senibus vel senioribus, quāuis eadem locutio esset si diceretur, Vocauit iuuentutem Israel, pro iuuenibus. Sed hoc vsitatum est in Latina lingua, illud autem non est. Nam hoc propriè diceretur, si diceretur, Vocauit senecturem Israel. Vnde quidem insolenter putantes etiam senatum dici, interpretati sunt ordinem seniorum. Compendio tamen forsitam melius diceretur, Vocauit seniores Israël.

QVÆST. XXVI. Leuit.9.a.3.

MOYSES dicit ad Aaron: Senatui Israel loquere dicens, Accipite hircum ex capris, vnum pro peccato, & arietem & vitulum & agnum anniculum in holocarposim sine macula, & vitulum à bobus, & arietem in sacrificium salutaris ante Dominum, & similam conspersam in oleo, quoniam hodie videbitur Dominus in vobis. Quatuor genera sacrificiorum de animalibus superius commendauit: holocausti, pro peccatis, salutaris, & consummationis: sed consummationis ad sacerdotis sanctificationem pertinet. Tria ergo genera reliqua hic precipiuntur offerri, & dicitur hoc senioribus Israel, vt pertineat ad vniuersum populum. Sed hoc loco sacrificium pro peccato habet tria pecora, hircum & arietem, & vitulum: ad holocaustum verò agnus pertinet: & ad sacrificium salutaris, vitulus & aries. Qua propter nō est sic distinguēdū, vt pro peccato non intelligatur nisi hircus, tria verò reliqua in holocaustum, id est, aries & vitulus & agnus: sed potius prima tria pro peccato, id est, quod dictum est, Accipite hircū ex capris vnū pro peccato, & arietem & vitulum, subaudiatur pro peccato, & reliquus, id est, agnus in holocarposim, id est, in holocaustum. Quod ideo commonendū à nobis fuit, quoniam posset etiam ita distingui, vt cū dictum esset, Accipite hircum ex capris vnum pro peccato, reliqua iā ad holocarposim pertinere dicerentur. Quod verò adiungit, Sine macula, ad omnia referri potest. Cùm ergo ambiguū sit, quomodo aptius distinguatur, illa res adducit vt tria superiora pro peccato intelligātur, quoniā superiùs pro peccato principis hircū iussit offerri: & pro peccato cuiusque proprio, cū peccat antè Dominum faciendo vnū ex his quæ non oportet, præcepit arietem: pro peccato verò vniuersæ synagogæ vitulum. Oportebat ergo vt senatui loqueretur, quid vniuersus populus offerre debeat, vt hircus iubeatur propter principes, & aries propter proprium vniuscuiusq; peccatum, & vitulus propter peccatum vniuersæ synagogæ. Aliud est enim quod in populo habet quisq; peccatū suū propriū, & possunt habere omnes propria: aliud quando commune peccatum est, quod vno animo fit & vna voluntate aliquid multitudine cōparata committitur. Quòd verò sacrificia salutaris, vitulū & arietem iubet, hæc iubet quæ præcipua sunt: vniuersi enim populi causa est. Præcipiens autē antea de sacrificiis salutarib⁹, vnde libet iussit offerri, siue masculū, siue feminam: dum tamen non, nisi de bobus & de ouibus & capris offerātur. Si autem quęritur, quare duo præcepit, vitulū & arietem, difficile est inuenire: nisi fortè vitulum voluit sacrificium salutaris vniuersi populi: arietem autem pro vnoquoq; tanquam pro singulis quibusque: quia videtur etiam superiùs quasi duo genera salutaris sacrificij præcepisse: vnū quod velut vniuersorum esset, appellauit sacrificium salutaris: alterum autem vbi dixit, Si quisque obtulerit sacrificiū salutaris sui. Vbi etiam differentiam reperiebamus, quia in illo quod appellauit salutaris, non commemorauit adipem pectusculi offerendum Domino, atque ipsum pectusculum & brachium dextrum danda sacerdoti: sed in illo hoc fieri iussit quod postea dicit sacrificium salutaris sui. Quod fortè intelligitur singulorum quorumque priuatum, non publicum vniuersorum. Nam & Moyses obtulit sacrificia salutaris, nec dictum est ibi, Salutaris sui: credò pro populo vniuerso obtulit. Vbi autem vniuersi, ibi & singuli: non autem vbi singuli, continuò ibi vniuersi. Singula enim possunt esse sine vniuerso: vniuersi autem non possunt nisi ex singulis quibuscunque constare. Nam singuli quique congregati vel in summam reputati, faciunt vniuersos. Notandum est sanè, cùm pro populo offeruntur sacrificia, & pro peccato sacrificia iussa esse offerri, & holocaustum, & sacrificia salutaris: pro sacerdote autem oblatum fuisse pro peccato & holocaustum & cōsummationis. Non autem salutaris, sed consummationis tunc oblatum est, quando sacerdotes sanctificati sunt vt sacerdotio fungerentur, & hæc obtulit Moyses pro Aaron & filiis eius: postea verò Aaron ipse iam sanctificatus & sacerdotio fungens, offerre pro se iussus est vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum. Non autem iussus est pro se offerre consummationis, quod tunc ideo oblatum est, vt consummaretur sanctificatione, & sacerdotio fungi

Leuit.4.⁹

Ibid.9.b.17.

fungi posset, quo iam quoniam fungebatur, non opus erat eum iterum consummari. ET ait Moyses ad Aaron, Accede ad altare, & fac quod pro peccato tuo, & holocaustum tuum: & exora pro te & domo tua. Mirum est quomodo prius dicat faciēdum quod pro peccato, deinde holocaustum, cum sacrificia pro peccatis super holocausta superius iubeat imponi, excepto quod de auibus præcepit. An fortè hic quod prius fiebat, id est, holocaustū, posterius cōmemorauit? Non enim quēadmodū de auibus dixit, fac prius illud & postea illud: sed fac illud atque illud. Quid autē prius faciendū sit, indicat superius exposita instructione, vbi dicit super holocaustū imponi sacrificiū pro peccatis: quāquā valde mouear quòd etiā ita narrat scriptura fecisse Aarō quod audiuit, & prius cōmemorat eū facere p peccato, deinde holocaustū. Quod vtrū & ipse prius fecerit, an prius hoc scriptura narrauerit quod postea factū est, sicut in multis facere solet, habetur incertū, nisi quòd dixi superius legeret cū ageret de sacrificio p peccato. Ita enim legitur, Et superponet illud sacerdos super altare super holocaustū Domini, & exorabit pro eo sacerdos pro peccato q peccauit, & dimittetur illi. Quomodo ergo posset hoc super holocaustomata imponi, nisi holocaustoma prius imponeretur? Præcepit autē hoc & de sacrificio salutaris, vt sup holocaustoma imponeretur: sed quia non hoc vbique dicit, non per omnia sacrificia salutaris, nec per omnia sacrificia pro peccato, potest forsitā dici, non hoc regulariter fuisse præceptū: sed illic tantūmodo vt fieret dictū, id est, in sacrificio salutaris, cū sit de bobus, ibi enim præcepit: & in sacrificio pro peccato, cum sit de femina ex ouibus: cætera verò siue sint salutaris, siue p peccato, non esse necesse vt super holocausta imponātur. Mouet etiam quòd cum faceret Aaron dona populi quæ suprà cōmemorauit, nō omnia cōmemorata sunt immolata quæ fuerant prædicta: sed tantū hircus pro peccato & holocaustū, vbi tamen illū agnū non expressit: duo verò alia quæ ad sacrificia pro peccato potius quàm ad holocaustū pertinere diximus, tacuit, id est, arietē & vitulum: nisi fortè à parte totū intelligi voluit, vt solo capro cōmemorato etiā illa subsecuta acciperem⁹. Cum de sacrificiis salutaris populi narraret, quēadmodū ea fecerat Aaron de vitulo & ariete ait, Et occidit vitulum & arietem sacrificij salutaris populi, & obtulerunt filij Aaron sanguinem ad eum, & effudit ad altare in circuitu, & adipem & cætera, quomodo præcepit Dominus Moysi. Nunc singulariter, nunc pluraliter loquitur, cum de duobus animalibus loquatur, vitulo & ariete. Quod ergo dicit duos renes, ab vtroque animante intelligendum est, atque ita quatuor fiunt, ita & cætera. Quod verò ait, Et posuit adipes super pectuscula, cum ipsa pectuscula non imposuerit altari, sacerdoti enim debebantur cum brachiis dextris, quid sibi vult? An intelligendum est, Et imposuit adipes qui sunt super pectuscula? ipsos enim posuit, quos imponeret altari à pectusculis demptos. Nam ita & superius præceperat. Denique sequitur, Et imposuit adipes altari, & pectusculum & brachium dextrum abstulit Aaron oblationem ante Dominum: modò singulariter inferens, & pectusculum dicens, vtique vtrumque ex vtroque animante, quæ pectuscula dixerat.

QVÆST. XXVII. Leuit.9.b.7.

Ibid.c.13.

Ibid.d.20.

Ibid.d.21.

QVÆST. XXVIII. Leuit.9.d.21.

QVID est quod ait, Cum extulisset Aaron manus super populum, benedixit eos & descendit cum fecisset pro peccato & holocaustomata & quæ salutaris? Vbi autem ista fecit, nisi super altare, id est, ad altare stans eique deseruiens? Inde ergo descendit vbi stabat. Nimirū illius solutio quæstionis adiuuari hoc testimonio videtur, vbi quæsieramus in Exodo quomodo seruiri potuerit ad altare quod erat altū cubitis tribus? Gradū quippe illic intelligere prohibebamur, quia id Deus vetuerat, ne super altare pudenda vitilia ministrantis reuelarentur, quod vtiq; fieret, si pars altaris gradus esset, id est, si cōpactus adhæreret. Denique ibi hoc vetuit, vbi de altari structili loquebatur, vnum enim esset altare cum gradu cuius pars esset gradus, & ideo vetitū est: hic verò vbi altaris tanta fuerit altitudo, vt nisi sacerdos super aliquid staret, aptè ministrare non posset: intelligēdū est, quicquid illud erat quod ad horā ministrationis ponebatur & auferebatur, non fuisse altaris partē, & ideo non fuisse contra præceptū, quod gradum habere prohibitum est: hoc autē qualecunque fuerit, tacuit scriptura, & ideo quæstio facta est. Sed nunc cùm dicit scriptura, sacerdotem cùm fecisset sacrificia descendisse, hoc est cùm immolata imposuit altari, vtiq; manifestat alicubi eum stetisse vnde descenderet: & quia ibi steterat, ideo trium cubitorum altari ministrando deseruire potuisse.

Quæst.113. Exod.27.d.13. Ibid.d.26.

ET vidit omnis populus, & amens factus est. Quod alij interpretes dixerunt, Expauit, conantes transferre de Græco, quod dictū est ἔξεστη, vnde ἔκστασις dicitur, qui sæpe in scripturis Latinis legitur mentis excessus.

QVÆST. XXIX. Leuit.9.d.24.

ET exiit ignis à Dño, & deuorauit quæ erant super altare, holocaustomata & adipes. Quid dixerit à Dño quæri potest, vtrū quia nutu & voluntate Dñi factum est, an ab eo loco ignis exiit vbi erat arca testimonij. Nō enim in loco aliquo ita est Dñs, quasi alibi non sit.

QVÆST. XXX. Leuit.9.d.24.

POST QVAM exeunte igne à Domino, incensi & mortui sunt filij Aaron, qui ausi sunt in batillis suis adhibito igne alieno incensum imponere Domino: quod ideo non licebat, quia ex illo igne qui diuinitùs ad altare venerat deinceps custodito, omnia erant accendenda quæ in tabernaculo accendi oportebat. Mortuis ergo illis ait Moyses: Hoc est quod dixit Dominus dicens, In eis qui mihi appropinquant sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor: eos appropinquare Domino volens intelligi, qui in tabernaculo sacerdotio fungebantur: sanctificari autem in eis etiam vindicando, sicut factum est. Vtrum vt hinc sciretur, quàm minus aliis parcat, si illis non parcit; quo sensu dictum est, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebūt? An potius secundum illud: Cui plus datur, plus exigitur ab eo? Et illud: Seruus qui non cognouit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: seruus autem qui cognouit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis? Et illud: Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potentiora tormenta patientur. Sed vbi hoc dixerit. Dominus quod eum dixisse Moyses commemorauit, in scriptura quæ retro est nō inuenitur. Tale ergo est hoc, quale in Exodo, vbi dicit Domino: Tu dixisti, scio te præ omnibus. Quod inuenitur quidem Dominus ei dixisse, sed postea. Sed quoniam mendaciter nunquam hoc Moyses diceret, intelligitur idem etiam antè dixisse, quamuis scriptū non fuerit, ita & hoc. Vnde apparet non omnia scripta esse quæ Deus locutus est eis, per quos nobis sancta scriptura eius ministrata est.

QVÆST. XXXI. Leuit.10.d.1.*

1.Petr.4.d.18. Lucæ 12.g.48. Ibid.c.47.

Sap.6.a.7.

Exodi 33.c.12.

QVID est quod Aaron & reliquos filios eius mortem illorum duorum lugere prohibens dicit: Caput vestrum cidara non denudabitis: vbi certè ostendit cidaras tegmina capitū fuisse, nisi quia illa faciebant lugentes, quæ consuetudini ornatus essent contraria? Sicut enim in nostra cōsuetudine, qui caput apertum magis habemus, operitur in luctu: sic quia illi operimento capitis ornabantur, nudandū erat lugentibus.

QVÆST. XXXII. Leuit.10.d.6.

Quod ideo prohibet, ne lugerent eos in quorũ pœna sanctificatus est Dominus: id est, commendatus est timor eius. Nec ideo quia lugendi nõ erant, non permittit alios lugere illos: sed quia illi lugere tunc non debebant cùm dies sanctificationis eorum agerẽtur, nõdũ eõpletis septẽ, quibus eos præcepit de tabernaculo nõ abscedere: quãquam possit videri, qui illo oleo fuerant sanctificati, hoc dictũ esse quòd nuriquã quemquã lugere deberẽt. Ita enim dicit: Fratres autẽ vestri omnis domus Israël plorabunt incendiũ quo incensi sunt à Domino, & ab ostio tabernaculi testimonij non exibitis, ne moriamini: oleũ enim vnctionis quod est à Domino, super vos est. ET locutus est Dominus ad Aaron dicens: Vinũ & sicerã non bibetis tu & filij tui tecũ, cùm intrabitis in tabernaculum testimonij, aut cũ accedetis ad altare, & non moriemini. Quando ergo eis bibere licebat, quando quidẽ in tabernaculũ eis quotidie necesse erat introire & accedere ad altare, propter continuã seruitutẽ? Quòd si quisquã dicit, non omni die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu in tabernaculũ, qui quotidianus erat propter candelabrũ & panes propositionis super mẽsam ponendos? Si autẽ respondetur, tabernaculũ testimonij nunc quod ait, illud esse intelligendũ vbi erat arca testimonij, etiã illud necesse erat intrare summũ sacerdotẽ propter incensum cõtinuationis. Non enim semel in anno intrabat, sed cũ sanguine purificationis semel in anno, propter incensum autẽ quotidie. An intelligendũ est Deũ præcepisse, vt vinũ omnino non biberent? Cur ergo non ita præcepit potius vt breuiter diceret, Vinũ non bibetis: sed addidit, Cùm intrabitis in tabernaculũ, aut cùm accedetis ad altare? An quia causa nõ bibendi tacenda nõ erat, maximè quia Deus præscius erat futuros postea tam multos etiã summos sacerdotes vno tempore, id est, non per successionem, qui tabernaculo & sacrificiis & incenso & vniuerso illi ministerio vicibus deseruirent: quando vtiq; illi nõ bibebant quorũ locus erat deseruiendi, alij autẽ bibebant? An quid aliud hoc loco intelligẽdũ est, quoniã cùm vinũ & sicerã sacerdotes bibere prohiberet, secutus ait, Legitimũ æternũ in progenies vestras. Ambiguum est vtrum superiori sensui connectatur, id est, ad vinum non bibendum pertineat: an inferiori vbi sequitur, Distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum, & inter medium mundorum & immundorum: & instruere filios Israël omnia legitima quæ locutus est Dominus ad eos per manũ Moysi: vt hoc sit officium sacerdotum legitimum in progenies eorum. Quomodo autem dicat æternum, iam sæpe diximus. Hoc quoq; ambiguè positum est quod ait, distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum, & inter medium mundorum & immundorum: vtrum ab eo quòd sunt sancta & munda, vel inquinata & immunda: an ab eo quòd sunt sancti & mundi, vel inquinati & immundi: id est, vtrum inter illa sacra quæ ritè vel non ritè fierent distinguere voluit sacerdotes: an ipsos homines probandos vel improbandos: an potius ad vtrumque referendum est, siue homines, siue sacra. PECTVSCVLVM segregationis, & brachium oblationis manducabitis in loco sancto. Quamuis singula singulis data sint, nimirum tamen vtrumque posset dici segregationis, quia vtrumque sacerdoti separatur: & vtrumque oblationis siue demptionis, quæ Græcè dicitur ἀφαίρεμα, quia vtrumque demitur & auffertur eis pro quibus offertur vt detur sacerdoti. Pectusculum sanè impositionis superiùs legimus, & brachium oblationis: quia de brachio nihil imponebatur altari, adeps autem de pectusculo imponebatur. QVID est quod dicit, De sacrificiis salutarium: cùm ea dicat quæ alibi dixit sacrificia salutaris singulari numero, id dixerit sacrificiũ salutaris, cùm de eadem re diceretur? An fortè hoc loco vbi ait, à sacrificiis salutariũ, sanitatũ dici debuit? Nã in illo Psalmo vbi dictũ est, Exaudi nos Deus sanitatũ nostrarũ: hoc verbũ habet Græcus quod etiã hoc loco, id est, σωτήριον: qui genitiu⁹ pluralis in Græca lingua ambigu⁹ est: vtrũ à salute, an à salutari nomẽ declinatũ sit: quoniã σωτηρία dicit᾽ salus vel sanitas, vnde fit genitiu⁹ pluralis τῶν σωτηριῶν. Salutare autẽ σωτήριον dicit᾽, & inde genitiuus pluralis idẽ ipse est. Si ergo rectè potest intelligi etiã sacrificiũ salutis quod est sacrificiũ salutaris, quoniã salutaris salus dat᾽, & illud est salutare vnde salus accipitur, non est necesse vt tãquam multorũ salutariũ sacrificia hîc intelligamus, vbi dictũ est de sacrificiis salutariũ, sed multarũ forsitan sanitatũ, quæ tamen ab vno salutari accipiuntur. Quòd si autẽ salutare Dei, de quo dictũ est, Calicẽ salutaris accipiã; & de quo Simeon dicit in Euãgelio, Quoniã viderunt oculi mei salutare tuũ: fides Christiana nouit, possunt sanè non absurdè intelligi vel dici etiã sacrificia salutaria, quæ sunt salutaris. ET erit tibi & filiis tuis & filiabus tuis legitimũ sempiternum. Nõ frustra est additũ, Filiab⁹: quoniã quædã ad escas pertinentia sacerdotũ prohibet à feminis accipi, sed à masculis iubet. Cùm quæsisset Moyses caprũ oblatũ pro populi peccatis, & non inuenisset, quoniã fuerat incensus, & iratus est quòd ea quæ pro peccato à populo offerrentur, constituit Dominus sacerdotibus edẽda, ablatis inde adipibus & renibus. Iratus autẽ est nõ fratri suo, sed filiis eius, credo quòd ad eos suggerendi ministeriũ pertineret: respõdit illi Aaron & ait, Si hodie obtulerint ea quæ pro peccato illorũ sunt, & holocausta sua ante Dominũ, & contigerint mihi talia, vt comedã quod est pro peccato hodie, nũquid placitũ erit Domino? Et audiuit Moyses, & placuit illi. Hoc videtur dixisse Aaron, quòd ipso die q̃ primũ obtulerant filij Israël pro peccato suo, non debuit à sacerdotibus manducari, sed totũ incendi, non inde regulam faciens: & cætera. Nã deinceps sacrificia pro peccatis ipsi edebant. Sed quia hoc primũ fuit ipso primo die primitùs oblatum, credendũ est Aaron sacerdotẽ hoc diuina inspiratione dixisse, vt & illud circa sacerdotes deinceps seruaretur quod præceperat Dominus Moysi, & hoc quod Aaron dixit tãquam diuinitus dictum Moyses approbaret. Quid ergo de cæteris eiusdem diei sacrificiis, id est, de ariete & vitulo, quæ diximus etiam ipsa pro peccato oblata debere intelligi: an de vitulo nulla quæstio est, quoniam oportebat sic fieri, vt de eius sanguine quemadmodum præceptum fuerat intromitteretur, vnde & tangerentur cornua altaris incensi, & consequens erat vt totus arderet? Quid ergo de ariete? An quoniam primum caprum quæsiuit Moyses, quod de capro illi respõsum est, hoc & de ariete intelligẽdum est, quem ex ordine fuerat quæsiturus, nisi illud responsum sacerdotis ei placuisset? De vitulo autẽ quid quæreret, cùm ea lege fieri potuerit quam de vitulo pro peccato vniuersæ synagogæ præceperat Deus, sicut de vitulo pro peccato sacerdotis: id est, vt totus arderet extra castra? Hæc enim sunt verba irascentis Moysi ad filios fratris sui, cum hircũ pro peccato quæsitum nõ inuenisset, quia fuerat totus incensus. Quare nõ comedistis illud quod fuit pro peccato in loco sancto? Quoniã enim sancta sanctorum sunt, hoc vobis dedit edere vt auferatis peccatũ synagogæ, & exoretis pro eo ad Dominum. Non enim illatum est à sanguine eius in sanctum ante faciẽ intus,

Ibidem.

QVÆST. XXXIII. Leuit. 10. b. 9.

QVÆST. XXXIV. Leuit. 10.

Ibidem.

Ibid. b. 10.

QVÆST. XXXIIII. Leuit. 10. c. 14.

QVÆST. XXXV. Leuit. 10.

Psal. 64. b. 6.

Psal. 115. b. 13.

Luc. 2. d. 30

QVÆST. XXXVI. Leuit. 10. c. 15.

Ibid. 16.

Ibid. 19. a. 2.

Leuit. 4. c. 13.*

Ibid. 10. c. 17. 18.

Edetis illud in loco sancto, quomodo mihi constituit Dominus. Vtique cùm dicit, Non enim illatum est à sanguine eius in sanctũ ante faciem intus: proculdubiò discernit illud quod ita fit pro peccato sacerdotis, siue pro peccato vniuersæ synagogæ, non de hirco, de quo sanguis, quoniam non erat iussus inferri ad tangenda cornua intus altaris incensi, non debuit totus incendi, sed à sacerdotibus manducari. Hoc autem quare sit factũ, id est, vt etiam ipse totus incenderetur, respondit Aarõ, & placuit Moysi. Sanè quoniam sex pecora præcepta fuerunt senioribus populi vt offerrentur pro populo, quorum prius quatuor commemorauit, hircũ & arietem, & vitulum, & agnum anniculum: quorũ manifestum est hircum pro peccato, manifestum est etiã agnum anniculum in holocaustum: duo verò media, arietem & vitulum, ambiguè posita: videamus vtrum ad sacrificium pro peccato pertinerent, vt hirco adiũgerentur, an potius agno vt in holocaustum offerrentur: vnde quid nobis videretur, suo loco exposuimus. Postea verò vt sex animalia complerentur, vitulum & & arietem commemorauit in sacrificium salutaris: nec tamen in consequentibus cùm immolata sunt, & idẽtidem cõmemorata, fit mentio pecorum ipsorũ arietis & vituli, quæ inter caprum & agnum posuerat: sed tãtum ille vitulus, & ille aries cõmemorãtur, quos in sacrificiũ salutaris offerri iusserat, vt iam non sex pecora, sed potius quatuor fuisse credãtur. Potest fortassis intelligi, quòd duo illa, quæ prius inter hircũ & agnũ posuerat, iterum nominauit: & non est alius vitulus & aliⁿ aries in sacrificiũ salutaris: vt cùm dixisset hircũ pro peccato, & arietem & vitulum, nõ dicẽs in quid, id est, in quã rem: agnum verò anniculum in holocaustum: postea dicere voluerit, quid de vitulo & ariete faciendum esset, id est, quia neque pro peccato sicut hircus, neque in holocaustum sicut agnus, sed in sacrificiũ salutaris iubebãtur inferri. Sed si hoc intellexerim⁹, manebit quæstio, quare pro peccato synagogæ hirc⁹ oblatus sit, cùm de sacrificiis quæ pro peccatis offerenda essent ab initio Dominus loquens, vitulum offerri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro peccato sacerdotis, non caprum, sed vitulum: de quo vitulo etiam sanguinẽ similiter vt pro peccato sacerdotis ad tangenda cornua altaris incensi præcepit inferri. Et quæ causa fuerit vt pro peccato Aaron Moyses vitulũ offerret, & ipse Aarõ alterũ vitulũ, sicut pro peccato sacerdotis secundum Dei præceptũ offerri oportebat: pro peccato autẽ populi nõ vitulus, sicut præceptũ fuerat, sed hirc⁹ potius offerretur? Quod cõmonere visum est nobis, vt suprà diximus, quòd nõ solus hircus pro peccato populi, sed & aries & vitulus offerri iussus est, vt ad ista tria subaudiatur Pro peccato: quia & principes erãt in populo, pro quib⁹ hircus fuerat offerẽdus: & singuli quiq; habere propria peccata potuerũt, pro quib⁹ aries: & vnũ aliquod peccatũ omnes, pro quo vitulus sicut ab initio præceptũ fuerat, pro peccato vniuersæ synagogæ vitulũ offerri oportebat. Ideo autẽ cũ immolata sunt, hircus tantummodo nominatur, vt alia etiã tacita intelligerentur, locutione à parte totũ, quia omnia fuerant pro peccatis. CVM ageret de morticinis immundorum animalium: Et omne vas fictile, inquit, in quo ceciderit ex eis quæcũque sunt intus, immunda erunt: & illud cõteretur, † id est, ipsum vas. Et omnis cibus qui manducatur, in quẽcunque venerit super illũ aqua, immundus erit vobis. Non quæcunque aqua intelligenda est quæ superuenerit cibo, facit eum immũdum: sed ex illo vase quod factum est immundum de morticinis immundis, si fortè ipsum vas habuit aquã. INSTRVE filios Israël inter viuificãtia quæ manducantur, & inter viuificantia quæ non manducãtur, quę Græcus habet ζωογονοῦντα, nostri quidam viuificãtia interpretari maluerunt, quia vtcunque hoc verbũ noster vsus recepit, quàm facere nouum insolitum, si dici posset viuigignentia. Non enim quæ viuificant, id est, viuere faciunt, sed quæ viuos fœtus gignunt, id est, non oua, sed pullos, dicuntur ζωογονοῦντα. QVID est quod ait de muliere quæ peperit, Omne sanctũ nõ tãget, & sãctuariũ nõ introibit? Quod sanctuariũ vult intelligi, cùm legatur in tabernaculum nõ nisi sacerdotes solere ingredi, & vsque ad velum interius secundũ: vltra velum autem ipsum vbi erat arca, non nisi vnum summum sacerdotem. An & ante tabernaculum, vbi erat altare sacrificiorum, sanctuariũ dici potuit? Nam sæpe appellatur locus sanctus etiam ipsum atrium, cũ dicitur, In loco sancto edent ea. Illuc fortassis solebant intrare mulieres, quãdo offerebant dona sua quæ imponerentur altari. QVID est quod dicit, Si masculum peperit mulier, immunda erit septẽ dies, secundum dies secessionis purgationis eius immunda erit, & in die octauo circũcidet carnẽ præputij eius, & triginta tres dies sedebit in sanguine suo mũdo. Omne quod sanctum est non continget, & sanctuarium non intrabit. Quæ differentia est inter septem dies illos quibus dicit eam immundam, & trigintatres dies quibus in sanguine suo mundo sedebit. Si enim iam immũda nõ est per triginta tres dies, quare non tangit quod sanctũ est? An hoc ad hoc interest, quia in sanguine est, licet mundo: vt hoc distet, quia cùm immunda est, vbicunque etiam sederit immundum facit: cùm verò iam in sanguine mundo sedet, tantum quod sanctum est non ei licet tangere, & in sanctuarium intrare. Hoc est enim quod ait, Secundum dies secessionis purgationis suæ, quod dicit alio loco, immunditiam feminæ quæ menstruis purgatur septem dierum esse, quando omne super quod sederit immundum erit. Secessionis autem dicit, quoniam secedebat aliquantum, ne omnia coinquinaret cùm peragere illos dies. Hos dies immunditiæ eius si feminam pareret, lex duplicabat, & qũatuor decim † fiebant: reliquos autem quibus sedebat in sanguine mundo suo, etiam ipsos duplices iussit seruari, id est, sexaginta sex, vt omnes essent in partu masculi quadraginta, & feminæ octoginta. Aliqui autem codices Græci non habet, In sanguine mundo suo, sed in sanguine immundo suo. Et cùm impleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia, offeret agnũ anniculum sine macula in holocaustũ, & pullum colũbinum & turturem pro peccato ad ostiũ tabernaculi testimonij ad sacerdotem, & offeret eum ante Dominũ & exorabit pro eo sacerdos, & purgabit eam à fonte sanguinis eius. Ista lex eius quæ peperit masculum, aut feminam. Si autem non inuenerit manus eius quod satis est in agnum, accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos, vnum in holocaustum, & vnum pro peccato, & exorabit p ea sacerdos, & purgabitur. Rectè ergo superiùs non legendum est, Offeret agnũ anniculũ sine macula in holocaustum, aut pullũ columbinum, aut turturẽ pro peccato, sicut nonnulli codices habent: sed, sicut dictũ est, Et pullũ columbinũ & turturẽ pro peccato: quandoquidem postea dicit, Si non inuenerit man⁹ eius quod satis est ad agnũ, & accipiet duos turtures, vbi, &, plus videtur habere. Nã ea coniũctione detracta, integrè sequitur, Accipiet duos turtures aut duos pullos colũbinos, vnũ scilicet in holocaustũ, alterũ p peccato. Sed quo peccato, nũquid peperisse peccatũ est? An hîc ostenditur illa propago ex Adam, vnde Apostolus dicit, Ex vno in cõdemnationem: & quia per vnum hominem peccatũ intrauit in

Leuit. 10. d. 16.

Ibid. 4. c. 13.

Ibid. a. 3.

Ibid. c. 23.

QVÆST. XXXVII. Leuit. 11. c. 33. 34.

al. idem.

QVÆST. XXXVIII. Vinipara. Leuit. 11.*

QVÆST. XXXIX. Leuit. 12. b 4.

Leuit. 6. d. 26. & 7. a. 6. & 13. d. 17.

QVÆST. XL. Leuit. 12. a. 2.*

Ibid. 15. c. 19.

al. faciebat.

Leuit. 12. c. 6. 7. 8.

Rom. 5. b. 12.

mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrãsiit? Et hîc satis apparet quemadmodũ dictum sit, Ego in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis mater meà in vtero me aluit. Cur ergo non illud quod natum est purgari dicit scriptura per hoc sacrificium, sed ipsam quæ peperit? An ad ipsam quidẽ vnde illa origo trahebatur relata purgatio est propter sanguinis fontem? Non poterat tamẽ sine ipsius fœtus purgatione fieri, qui ex ipso sanguine exortus est. Nã quò pertinet quod superiùs ait, Super filio, aut super filia offeret agnũ anniculum sine macula in holocaustum, & pullũ colũbinum aut turturẽ pro peccato, si nihil per hoc sacrificiũ fiebat pro eis qui nascebantur? Quod si quisquam ita distinguere cõnabitur, vt dicat non esse iungendum, Super filio aut super filia offerre agnũ anniculũ sine macula in holocaustum, & pullum columbinum pro peccato: sed ita potius legẽdum, Cùm adimpleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia: id est, dies purgationis impleti fuerint super illo aut super illa, filio scilicet vel filia: vt deinde ab alio sensu sequatur, Offeret agnum anniculum sine maculam in holocaustũ, & pullum columbinũ pro peccato, id est, pro peccato suo, cùm cõpleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia. Quisquis ergo ita distinguendũ putauerit, ex Euangelio cõuincetur, vbi cùm tale aliquid nato ex virgine Domino facerẽt, magis propter consuetudinem legis, quàm propter necessitatẽ alicuius in eo expiandi purgandiq; peccati, sic legitur: Et cùm inducerent puerum Iesum parẽtes eius, vt facerent secundũ consuetudinẽ legis pro eo: non dictum est, pro matre eius, sed pro eo: quamuis ea fierent quæ hoc loco præcepta sunt de duob⁹ turturib. aut de duobus pullis columbinis. Sic enim baptizari ipse etiã dignatus est baptismo Ioannis, qui erat baptismus pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ, quãuis nullũ haberet ille peccatum. Meritò ergo quidã nostri ita interpretati sunt etiã istũ in Leuitico locum, vt non dicerent super filio aut super filia: sed pro filio aut pro filia. Hãc enim vim huius præpositionis esse intellexerũt hoc loco, vbi Græcus ait, ἐφ' ὑφῆ ὅτι ἠυγαπηι. Sanè aduertẽdũ est, quàm pauper Dominus nasci voluerit, vt nõ pro illo offerretur agnus & pullus columbinus aut turtur, sed par turturũ aut duo pulli colũbini, sicut in Euãgelio legitur: quod scriptura Leuitici tũc iussit offerri, si non habuerit manus offerentis quod satis est magnũ.

Ps. 50. b. 7.

Lug. 2. d. 27.

Mat. 3. c. 13.

Q^vAEST. XLI. Leuit. 13. a. 2.

HOMINI si cui facta fuerit in cute corporis cicatrix signi lucida, & fuerit in cute coloris eius tactus lepræ: & cætera. Velut exponẽdo dixerit posteriùs, vnde quod primũ dixerat intelligeretur, quoniam dixerat, Homini si cui facta fuerit in cute corporis ei⁹ cicatrix signi lucida: ne cicatricẽ sic intelligeremus quomodo solet esse vestigiũ sanati vulneris, aperuit hoc se de colore dicere, cùm adiunxit, Et fuerit in cute coloris eius tact⁹ lepræ. Quicquid ergo illud, coloris vitiũ est, quod nomine cicatricis appellat. Quod verò ait, Tactus lepræ, non quòd tactu color sentiatur, sed ita dicit tactũ lepræ, tanquã ipse homo vel corpus eius lepra fit tactũ, hoc est maculatum atq; vitiatum: sicut dici solet, tetigit eum vel non tetigit eũ febris. Deniq; ipsam maculam, tactum vocat, & eã semper isto nomine appellat. Vnde nonnulli nostri nõ tactũ, sed maculam interpretati sunt quo nomine quidem planius videretur sonare quod legitur: sed potuit & Græcus non dicere ἁφιὰ, id est, tactum, sed μῶμον, id est, maculam: vnde ἄμωμον dicit immaculatũ: quanquam non ab illo solo quod in colore cõtingit, sed ab omni vitio purum solet scriptura ἄμωμον dicere. Vnde non maculam coloris, sed omnis vitij notam vult intelligi, quod μῶμον appellat. Posset ergo quod ad solum colorem attinet σπίλον dicere: quo verbo vsus est Apostolus vbi ait de ecclesia nõ habente maculam aut rugam: nec μῶμον σπίλον dixit, sed ἁφιὰ, id est, tactũ: quod in Græca lingua inusitatè dicitur in coloribus, & tamen hoc septuaginta interpretes non piguit Græcè dicere, cur ergo Latinos piguerit? Quod autem dicitur Cicatrix signi: vel ideo dicitur, quòd significet aliquid: vel ideo potì⁹, quòd ipsum hominem signo quodam discernit à cæteris: hoc est, notabilẽ reddit. QVID est quod ait, Et videbit sacerdos & inquinabit eum ad quem veniet vt mũdetur? Sed inquinabit dictũ est, id est, inquinatum pronunciabit, si hæc in eo viderit quæ scriptura dicit de macula lepræ: SI autem lucid⁹ albus erit in cute color eius, & humilis non fuerit aspectus eius à cute. Lucidus albus subauditur tactus: id est, illa macula coloris, non pilus. Quod postea dicit, Si autẽ conuersa mutata fuerit significatio in cute: hanc dicit significationem, quod superiùs signũ in Latino legitur. Nã Græcus & suprà & hîc vno codẽq; verbo vsus est, σημασίαν dicẽs.

Ephes. 5. f. 27.

Q^vAEST. XLII. Leuit. 13. a. 3.

Q^vAEST. XLIII. Leuit. 13. a. 4.

Ibidem.

Q^vAEST. XLIII. Leuit. 13. a. 4.

ET segregabit illum sacerdos septem dieb⁹ secũdò, & videbit illum sacerdos die septimo secundò: & ecce obscurus tactus non est conuersus in cute: & purgabit eum sacerdos, signum enim est: hoc est, purgatum eũ pronunciabit, Non enim est lepra, sed signum. SI autem conuersa mutata fuerit significatio in cute posteaquam vidit illum sacerdos vt purget: & visus fuerit denuo sacerdoti & viderit eum sacerdos, & ecce commutata fuerit significatio in cute eo inquinabit eũ sacerdos, lepra enim est. Etiàm hîc inquinabit dixit, inquinatum pronunciabit: † vt ampliùs habet ex more locutionis scripturæ. Hoc itaq; videtur admonuisse, vt cùm visus fuerit solus color albus & lucidus, discolor sano colori, adhuc probetur à sacerdote: vt si viderit etiam pilum mutatum in albũ colorem, & humiliorẽ factum cutis locũ in quo est albus color, tunc pronunciet lepram: id est, inquinet hominem pronunciando leprosum. Si autem, inquit, lucidus albus fuerit in cute color eius, id est, lucidus albus fuerit ille tactus, quo nomine eãdem maculam appellat: & humilis non fuerit aspectus eius à cute, & pilus nõ fuerit conuersus in albũ: ipse autem est obscurus, id est, ipse pilus, quia non est albus: segregabit sacerdos tactum septem dies, & videbit sacerdos tactum die septimo, id est, illam maculam: & ecce tactus manet ante eum. Non commutatus est tactus in cute: id est, non est discolor & dissimilis inuẽtus à cute. Ergo sanatum est quod vitiosum erat. Sed adhuc iubet probari eandem sanitatem per alios septem dies, atque ideo sequitur & dicit, Et segregabit illum sacerdos septem dies secundo: id est, septẽ alios dies: & videbit illum sacerdos die septimo secundo, & ecce obscurus tactus: id est, quia non albus & lucidus, ac per hoc concolor sano colori, non est mutatus tactus in cute, sicut & paulo antè dixit: hoc est, non est dissimis à cætera cute: & purgabit eum sacerdos: id est, purgatum pronunciabit à suspicione lepræ: nõ quoniam habuerit lepram quam iam non habet, sed quoniam lepra non fuit, quod in illo lucido & albo colore tactus, id est, maculæ illius quæ apparuerat: cùm expectaretur vtrum humilior fieret locus, & pilus illic in album conuerteretur non contigit, sed potius ille tactus qui fuit antè lucidus & albus, obscurus inuentus est: id est, similis cætero colori, non lucidus. Non erat ergo lepra, signum est enim non lepra quod sic apparuerit. Tamen etiam propter hoc purgatus à suspicione lepræ, lauabit vestimenta sua, quia & in illo signo aliquid fuit propter quod lauanda fuerant vestimenta, & mundus erit.

Q^vAEST. XLIV. Leuit. 13. b. 5.

Q^vAEST. XLV. Leuit. 13. b. 7.

al. ἀστ.

DEINDE

DEINDE sequitur: Si autem cõuersa mutata fuerit significatio in cute, postea quã vidit illum sacerdos vt purgaret illum: id est, postea quam vidit eum sacerdos septimo die prius sanum vt purgaret illum, mutata est illa significatio, id est, illud signũ in cute: & visus fuerit secundò sacerdoti, id est, post alios septẽ dies: & viderit eum sacerdos, & ecce cõmutata est significatio in cute, id est, non stetit in illa sanitate in qua eum viderat post primos septem dies: & inquinabit illum sacerdos, lepra est enim. Iã hic quoniã illud quod visum fũerat post primos septem dies sanũ nõ stetit in suo, sed mutatũ est in pristinũ vitiũ, lepra pronunciatur: ita vt non hic expectetur vel locus humilior, vel pilus in albũ cõuersus. Cùm enim lepra nõ sit notabilis atque vitiosa, nisi varietas: hoc ipsum de vitioso colore redire ad sanũ, & de sano redire ad vitiosum, ita notabile est, vt nõ ibi fuerit expectandũ, quod primò expectari præceperat, de humiliori loco & pili candore: sed iam etiã ista varietate sine dubitatione sit lepra. DEINDE sequitur, Et tactus lepræ si fuerit in homine veniet ad sacerdotẽ & videbit sacerdos, & ecce cicatrix alba in cute: & hæc mutauit capillũ albũ, & à sano carnis viuę in cicatrice. Hinc si subtraham⁹, &, more enim locutionis scripturarũ positũ est, iste erit sensus, Et videbit sacerdos, & ecce cicatrix alba in cute, & hęc mutauit capillũ albũ à sano carnis viuę in cicatrice. Ordo est, Mutauit capillũ albũ in cicatrice à sano carnis viuę: id est, cùm caro viua & sana habebat capillũ obscurũ, vel nigrũ, hæc cicatrix album habet: Lepra veterascẽs est in cute coloris eius: & inquinabit eum sacerdos, id est, inquinatũ pronũciabit. Nõ segregabit eũ, quia immũd⁹ est: hoc videtur dicere, quia vbi inuẽtus fuerit pilus in albũ mutatus cõcolor albo vitio cutis, iã nõ segregatur, vt probetur; nec expectatur vtrum etiã humilior fiat locus: sed ex hoc tantũ quòd alba est cutis discolor à cætera, & albũ habet pilũ discolorẽ cæteris qui sunt in carne viua & sana, lepra veterascens pronunciatur: ideo veterascẽs, quia iã nõ est probãda illis bis septem diebus. Si aũt restitutus fuerit color sanus & cõuersus fuerit albus, quoniã dixerat totũ albũ factũ per totam cutẽ, eo ipso iã mũdũ esse, quia varietas ibi iam non esset. Deinde ait, Et quacũque die visus fuerit in eo color, visus inquinabitur: vbi satis ostendit varietatẽ improbari. Ac per hoc quod modò dixit, Si autẽ restitutus fuerit color sanus & conuersus fuerit albus, veniet ad sacerdotẽ: & videbit sacerdos, & ecce cõuersus tactus in album, & purgabit sacerdos tactum, mundus est. Restitutum colorem sanum, non debemus accipere vt color sanus esset, etenim ipse erat per quem tamen fiebat immundus propter varietatem. Restitutum ergo dixit colorem sanum, vt illud esset quod fuerat, id est, albus sano pereunte. Tunc enim rursus mundus erit, cùm totus albus fuerit, quia nulla ibi varietas erit. Sed restitutum pro pereunte accipere nimis inusitata locutio est. Magis enim videtur dicere debuisse, si autem restitutus fuerit color albus: nunc verò ait, restitutus sanus & conuersus fuerit albus: tanquam diceret, sanus color, si restitutus fuerit in album.

Q^vAEST. XLVI. Leuit. 13. b. 9.*

Q^vAEST. XLVII. Leuit. 13. c. 29.

QVID est quòd cùm de lepra capitis loqueretur, eam etiam quassationem appellauit, cùm in solo colore fiat, vel cutis vel capillorum, & quòd humilior aspectus eius à cætera cute appareat, sine dolore tamen & sine vlla vexatione? An hoc quod immundum est per quassationem voluit appellare plagam, velut hac immunditia homo percussus sit? QVID sibi vult, quod cum diceret de lepra vestimentorum aliarũmque rerum ad vsus hominum pertinentium, ait, Aut in vestimento laneo, aut vestimento stuppeo, aut stamine, aut in lana, aut in lineis, aut in laneis: cùm iam suprà dixisset, in vestimẽto laneo, aut vestimẽto stuppeo? Nam stuppeũ est vtrique lineũ. An illic vestimẽta intelligi voluit: hîc aũt quodlibet laneũ, & quodlibet lineũ. Non enim vestimẽta sunt stramina iumentorũ, cum sint lanea; aut vestimenta sunt retia, cum sint linea. Prius ergo specialiter de vestimẽtis, deinde generaliter de omnibus rebus laneis & lineis dicere voluit.

Q^vAEST. XLVIII. Leuit. 13. c. 29.

Q^vAEST. XLIX. Leuit. 13. f. 47.

Q^vAEST. L. Leuit. 13. f. 48.

QVÆRITVR quid dixerit, In omni operaria pelle: q; nõnulli interpretati sunt, in omni cõfecta pelle. Sed nõ ait Græc⁹ ἐργασιμῳ δερματι: ait aũt ἐργασιμῳ. Quod verbum etiã in Regnorũ libro positũ est, vbi Ionatha loquitur ad Dauid, Esto in agro in die operaria: id est, in die qua fit opus. Ac per hoc etiã hã pellẽ operariam, in qua fit opus debem⁹ accipere: id est, alicui operi accõmodatã. Sunt enim pelles quæ tãtũmodo ad ornamẽtũ habẽtur, nõ ad opus.

1. Reg. 20. d. 19.

Q^vAEST. LI. Leuit. 13. f. 49.

QVID est quod ait, In omni vase operario pellis: nisi quod est ex pelle factum, hoc est in omni vase pelliceo? Hoc aũt isto loco vas dicit, quod Græci appellãt σκεῦος, hoc enim nomen generale est omniũ vtensiliũ. Aliud est autẽ quod appellatur ἀγγεῖον, nã & hoc Latina lingua vas dicitur: sed ἀγγεῖον, illud magis intelligitẽ vas quod liquorẽ capit.

Q^vAEST. LII. Leuit. 15. a. 5.

QVID est quod ait, Et quicunque tetigerit qui fluorem seminis patitur, & manus suas nõ lauit aqua, lauabit vestimenta & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque in vesperam? Ambiguè quippe positum est quod ait, manus suas non lauit aqua, velut posteaquam tetigerit. Sed intelligendum est, quicunque non lotis manibus tetigerit, ipse quem tetigerit, lauabit vestimenta: & cætera.

Q^vAEST. LIII. Leuit. 15. d. 17.*

QVID est quod cum præciperet quomodo intrare deberet sacerdos summus in sanctũ, quod est intra velũ, ait inter cætera, Et exorabit pro sanctis ab immunditiis filiorũ Israël, & ab iniustitiis eorũ, & de omnib⁹ peccatis eorũ? Quomodo ergo pro sanctis ab immunditiis filiorũ Israël & ab iniustitiis eorũ de omnibus peccatis eorũ? An quia nõ ait, pro immunditiis filiorũ Israël, sed ab immunditiis, hoc intelligendũ est, Exorabit pro sanctis ab immũditiis filiorũ Israël: id est, pro eis qui sancti sunt ab immunditiis filiorũ Israël, nõ cõsentientes immunditiis eorum: non quia pro ipsis tantùm exorandum erat: sed quia etiam pro ipsis ne, quisquam putaret ita fuisse sanctos vt nihil esset vnde pro eis exoraretur, quamuis essent ab immunditiis filiorum Israël & ab iniustitiis eorum alieni? De omnibus peccatis eorum, id est, quæ iniustitiæ veniebant de omnibus peccatis eorum. Potest & iste esse sensus: Exorabit pro sanctis ab immunditiis filiorum Israël: id est, vt hoc pro illis exorari intelligatur, vt ab immunditiis filiorum Israël turi essent. Sed exorabit, non potest accipi, nisi quod alio verbo dicitur, propitiabit. Vnde & propitiatorium vocatur, quod alij exoratorium interpretati sunt: Græcè autem dicitur ἱλαστήριον. Et quod hoc loco Latinus ait, exorabit pro sanctis, Græcus habet ἐξιλάσεται quod non intelligitur nisi pro peccatis. Vnde scriptum est in Psalmo, Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Hic ergo aptior sensus est, vt intelligatur sacerdos etiam pro his propitiare Dominum qui sancti sunt ab immunditiis filiorum Israël, & quia licet ita sancti sint vt immunditiis filiorum Israël & iniustitiis non consentiant, habent aliquid propter quod eis necessaria sit propitiatio Dei. Sanè in quodam Græco inuenimus Et exorabit sanctum: non, Pro sanctis: & illud quidem sanctum, genere neutro, id est, τὸ ἅγιον. Nam posset intelligi, exorabit sanctũ Deum, & nulla esset quæstio, Quomodo autẽ posset intelligi, exorabit hoc sanctũ,

Ps. 102. a. 3.

difficile est dicere: nisi fortè illud sanctũ quicquid est quod Deus est, quia & Spiritus sanctus qui vtiq; Deꝰ est, neutro genere Græcè dicitur τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et fortè hoc est, si tamen ille codex verior est, qui emendatior videbatur, ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον, hoc est, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, quod Latinè genere neutro dici non potest: quãuis & in tribus aliis codicibus vno Græco & duobus Latinis nõ inuenimus, nisi quod suprà diximus, Exorabit pro sanctis. Quod potest & sic accipi, vt non pro sanctis hominibus, sed pro iis quæ sancta sunt intelligatur, id est, tabernaculo ipso, & quæcũq; in eis essent sanctificata Domino: vt hoc sit, Exorabit pro sanctis ab immunditiis filiorũ Israel, propitiabit Deũ pro iis q̃ sanctificata sunt Dño ab immunditiis filiorũ Israël, quia in medio eorũ erat tabernaculũ. Sic enim sequit: Ibid.d.16. Nã cùm dixisset, Exorabit pro sanctis & ab immũditiis filiorũ Israël & ab iniustitiis eorũ, de omnibus peccatis eorũ: cõtinuò subiecit, Et ita faciet tabernaculo testimonij quod creatũ est in eis in medio immũditiæ eorũ: vt adhuc necessaria videatur illa propitiatio pro sanctis, id est, pro tabernaculo & omnibus quæ in eo sancta dicuntur. Nã & paulò post hoc dicit de altari, quod aspersione sanguinis mundaret illud sacerdos, & sanctificaret ab immunditiis filiorum Israël.

Q. AEST. LIIII. Leuit.16.d.19. Et perficiet exorãs sanctũ, Vtrũ, perficiet sanctũ; an exorans sanctũ: secundũ id quod suprà diximus. Nam & hic neutro genere Græcè dictũ est τὸ ἅγιον. Vtrũ ergo exorãs Dominũ perficiet sanctũ, id est, perfectè sanctificat quod sanctificat: an perficiet quod ait exorãs sanctũ, id est, illud sanctũ q̃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον dictum est.

Q. AEST. LV. Leuit.16.d.20.* De duobus hircis, vno immolando, & alio in deserto dimittendo, quẽ ἀποπομπαῖον vocant, solet esse disceptatio: & à quibusdã ille immolãdus in bono accipitur, ille autẽ dimittendus in malo. Non tamen iste sensus ideo confirmandus est, quia homo in cuius manu in eremũ hircus dimittit, cùm rediret lauare iussus est vestimenta sua & corpus suum aqua, & sic ingredi in castra: tãquã & hoc sit indicium cur in malo sit ille hircus accipiendus, à cuius cõtagione homo abluẽdus est. Sic enim dicit abluẽdũ, & eũ qui alterius hirci quo in loco acceperit carnes extra castra cõbusserit, quia ita de illo & de vitulo fieri iubet, de quorũ immolatorũ sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis, ac per hoc non negligẽter istorũ duorũ hircorũ distinctio in allegorica significatione tractanda est. Itẽ cùm cõstituisset diẽ decimũ septimũ mensis sabbato sabbatorũ, quo fieret supradicta purgatio à sacerdote illo vno qui patri succedit, loquens de eodem sacerdote ait, Exorabit sanctũ sancti. Quod iam nescio vtrum aliter accipiendum sit, quàm exorabit in sancto sancti; quodam genere locutionis, in illo scilicet sancto quò solus ipse summus sacerdos intrabat, quod est intra velum vbi arca erat testimonij & altare incensi. Non enim eundem locum tanquam Deũ exorabit, sed quia ibi exorabit Deum, ita positũ est, Exorabit sanctum sancti. Nã & hoc genere neutro in Græco positum est τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων. An fortè Spiritum sanctũ sancti Dei, hoc est, τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ ἁγίου θεοῦ? An potius exorabit dictũ est exorando purgabit? Nam sic verba contexit, Et exorabit sanctum sancti & tabernaculum testimoniorũ, & altare exorabit, & pro sacerdotibus & pro omni synagoga exorabit. Quomodo ergo exorabit tabernaculum & altare, nisi vt dictum est intelligamus exorando purgabit?

Q. AEST. LVI. Leuit.17.a.3. Illvd quod dicit, Quicunque occiderit vitulum, aut ouem, aut capram in castris: & quicunque occiderit extra castra & ad ostiũ tabernaculi testimonij non attulerit: & in hoc constituit peccatum, & comminatur facientibus: nõ de iis dicit quæ occiduntur ad vsum vescendi, vel si quid aliud, sed de sacrificiis. Prohibuit enim priuata sacrificia, ne sibi quisq; quodãmodo sacerdos esse audeat, sed illuc afferat vbi per sacerdotẽ offerantur Deo. Ita enim nec vanis sacrificabant. Nã & hoc in ea consuetudine cauendũ præmonuit. Cùm ergo non liceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo, cui tẽplũ postea successit: vnde & rex Israël Hieroboã vaccas facere ausus est quibus populus sacrificaret, ne huius legis necessitate seducerentur ab eo qui sub regno eius erant, dũ pergerent Hierusalẽ vt in tẽplo Dei offerrent sacrificia sua, in quo facto à Domino condẽnatus est: meritò quæritur, quomodo licitè sacrificauerit Helias extra tẽplũ Dei, quando & ignẽ de cælo impetrauit, & prophetas dæmoniorũ conuicit. Quod mihi non videtur alia ratione defendi, quàm illa qua defenditur & Abrahæ factũ, q̃ filium Deo iussus voluit immolare. Cùm enim iubet ille, qui legẽ constituit, aliquid fieri quod in lege prohibuit, iussio illa pro lege habetur, quoniã author est legis. Non enim deesse possent miracula alia præter sacrificiũ quibus superarentur & conuincerentur prophetæ lucorũ: sed spiritꝰ Dei qui fuerat in Helia, quicquid de hac re fecit contra legẽ esse nõ potest, quia dator est legis.

Q. AEST. LVII. Leuit.17.c.11.* Qvid est quod prohibens edendum sanguinẽ dicit, Anima omnis carnis, sanguis eius est? Quẽ totũ locũ sic explicat: Homo filiorũ Israël aut de proselytis qui appositi sunt in vobis, quicunque ederit omnẽ sanguinẽ, & statuã faciẽ meã super animã quæ manducat sanguinẽ, & perdã illã de populo suo. Anima enim omnis carnis, sanguis eius est. Et ego dedi illud vobis exorari pro animab. vestris: sanguis enim eiꝰ pro anima exorabit. Propterea dixi filiis Israël, Omnis anima ex vobis non edet sanguinem, & proselytus qui appositus est in vobis, non edet sanguinẽ. Nũquid nã si animã pecoris sanguinẽ dicimus, etiã anima hominis sanguis putanda est? Absit. Quomodo ergo ait, nõ anima omnis carnis pecoris sanguis eius est, sed anima inquit, omnis carnis sanguis eiꝰ est? In omni vtiq; carne, etiã hominis caro deputatꝰ. An quia & tale aliquid est in sanguine, quia per ipsum maximè in hac carne viuitur, qui in omnibus venis & corporis iũctura diffunditur, ipsam vitã corporis vocauit animã, non vitam quæ migrat ex corpore, sed quæ morte finitur? Qua locutione dicimus istam vitam temporalem esse non æternam, mortalem non immortalem: cùm sit immortalis animæ natura, quæ allata est ab angelis in sinu Abrahæ, & cui dicitur, Hodie mecum eris in paradiso, & quæ in tormentis ardebat inferni. Secundum istam ergo significationem, qua perhibetur anima, etiam hæc temporalis vita, dixit apostolus Paulus, Non enim facio animam meam pretiosiorem quàm me: vbi se ostendere voluit & mori paratũ pro Euangelio. Nam secundum significationem qua anima dicitur illa quæ migrat ex corpore, magis eam pretiosam faciebat cui tantum meritum conquirebat. Sunt & aliæ huiusmodi locutiones. Vita itaque ista temporalis maximè sanguine continetur in corpore. Sed quid est quod ait, Dedi vobis eum ad altare Dei, vt exoret pro anima vestra: tanquam anima pro animo exoret. Numquid sanguis pro sanguine, quasi de nostro sanguine soliciti simus, cùm pro anima nostra volumus exorari? Absurdum est hoc. Sed multo est absurdius vt sanguis pecoris exoret pro anima hominis quæ mori non potest: cùm manifestè scriptura testetur in epistola ad Hebræos, illũ sanguinem victimarum nihil profuisse ad exorandum Deum pro peccatis hominum: sed significasse aliquid quod prodesset. Impossibile est enim, inquit, sanguinẽ hircorum

hircorũ & taurorũ auferre peccata. Restat itaq; vt quoniã pro anima nostra exorat mediator ille qui omnibus illis sacrificiis quæ pro peccatis offerebantur præfigurabatur, illud appellet anima quod significat animã. Solet autẽ res quæ significat, eius rei nomine quã significat nũcupari, sicut scriptũ est, Septẽ spicæ, septẽ anni sunt. Non enim dixit, septẽ annos significant. Et septẽ boues septẽ anni sunt: & multa huiusmodi. Hic est quod dictũ est: Petra erat Christus. Nõ enim dixit, petra significat Christũ, sed tãquã hoc esset, quod vtiq; per substantiã non hoc erat, sed per significationẽ. Sic & sanguis quoniã propter vitalẽ quandã corpulentiã animã significat, in sacramentis anima dictus est. Verùm si quisquã putat animã pecoris esse sanguinẽ, non est in ista quæstione laborandũ. Tantũ ne anima hominis quę carnẽ humanã viuificat & est rationalis, sanguis putetur, valde cauẽdũ est, & hic error modis omnibus refutãdus. Quærẽdę etiã locutiones per id quod cõtinet id quod cõtinetur, vt quoniam anima sanguine tenetur in corpore, nã si fuerit effusus abscedit, per ipsum aptiꝰ significata sit anima, & eius nomẽ sanguis acceperit. Sicut ecclesia dicitur locus quo ecclesia cõgregatur. Nã Ecclesia homines sunt, de quibꝰ dicitur, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã. Hãc tamẽ vocari etiã ipsam domũ orationũ, idẽ Apostolus testis est, vbi ait, Nũquid domos nõ habetis ad manducandũ & bibendum, an Ecclesiam Dei contemnitis? Et hoc quotidianus loquendi vsus obtinuit, vt ad Ecclesiam prodire, aut ad Ecclesiam confugere non dicatur, nisi quòd ad locum ipsum parietẽsque prodierit vel confugerit, quibus Ecclesię congregatio continetur. Scriptum est etiã, Et effundit sanguinem qui fraudat mercedẽ mercenarij. Mercedẽ sanguinẽ dixit, quoniã in ea sustentatur vita, quæ nomine sanguinis appellatur. Sed cùm Dominus dicat, Nisi mãducaueritis carnem meã & biberitis meũ sanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis: quid sibi vult quòd à sanguine sacrificiorũ, quæ pro peccatis offerebantur, tãtopere populus prohibetur, si illis sacrificiis vnũ hoc sacrificiũ significabatur, in quo vera fit remissio peccatorũ: à cuius tamẽ sacrificij sanguine in alimentũ sumendo, non solùm nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt habere vitam? Quærendum igitur quid significet quòd homo prohibetur in lege sanguinem manducare, eumq; Deo fundere iubetur. Nam de animæ natura, cur per sanguinem significata sit, quantum in præsentia satis visum est, diximus.

Gen. 41.d.26. 1.Cor.10.a.4. 2.Reg.13.f.28. 3.Reg.18.c.30.* Gen. 22.a.3. Eph.5.f.27. 1.Cor.11.d.22. Eccl.34.d.27. Ioan.6.f.53.

Q. AEST. LVIII. Leuit.18.a.7. Tvrpitvdinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis, turpitudo enim eorum est. Prohibet cum matre concũbere, ibi est enim turpitudo patris & matris. Nam postea prohibet & nouercæ, vbi dicit, Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, turpitudo enim patris tui est: vbi exposuit quomodo in matre vtriusque sit turpitudo, id est, patris & matris, in nouerca autem tantum patris.

Q. AEST. LIX. Leuit.18.b.9. Tvrpitvdinem sororis tuæ ex patre tuo, aut ex matre tua quæ domi est nata, vel quę foris nata est, non reuelabis, turpitudo enim earum est. Quæ domi nata est, intelligitur ex patre: quæ foris nata est, intelligitur ex matre, si fortè de priore viro eam mater susceperat, & cum illa in domum venerat quando patri eius nupsit. Quoniam monet scriptura, ne reuelet turpitudinem sororis suæ, hic videtur non prohibuisse, & quasi prætermisisse concubitum cum sorore de vtroque parente nata. Non enim dixit. Turpitudinem nõ reuelabis sororis tuæ ex patre & matre, sed ex patre, aut ex matre, Verùm quis non videat etiam illud esse prohibitum multo maximè? Si enim non licet sororis turpitudinẽ reuelare ex quolibet parẽte natæ, quanto magis ex vtroque? Quid est autem quod interposita prohibitione concubitus, etiã cum suis neptibus, siue de filio, siue de filia, sequitur & dicit, Turpitudinem filiæ vxoris patris tui non reuelabis? Si enim hucusque dixisset, intelligeremus etiam cum filia nouercæ prohibitum fuisse concubitum, quam ex priore viro nouerca peperisset: nec huius qui prohibetur soror esset, vel ex patre, vel ex matre. Cùm verò addidit, quæ ex eodẽ patre soror tua est, nõ reuelabis turpitudinẽ eius, manifestat de sorore factã esse istã prohibitionẽ, cùm fuerit ex patre & ex nouerca, de qua iam superius dixerat. An ideo iterũ hoc apertiùs voluit prohibere, quia superius obscurũ fuit? Sæpe enim hoc facit scriptura. Ibid.b.11.

Q. AEST. LX. Leuit.18.b.14. Tvrpitvdinem fratris patris tui nõ reuelabis, & ad vxorem eius non introibis. Exposuit quid dixerit turpitudinem fratris patris, id est, patrui tui non reuelabis: hoc est enim, ad vxorem eius non introibis. In vxore quippe patrui, voluit intelligi turpitudinem patrui, sicut in vxore patris, turpitudinem patris.

Q. AEST. LXI. Leuit.18.b.16. Exod.20.b.15. Tvrpitvdinem vxoris fratris tui non reuelabis, turpitudo enim fratris patris tui est. Quęritur vtrũ hoc viuo fratre, an mortuo sit prohibitũ: & non parua quæstio. Si enim dixerimus de viui fratris vxore loquutam scripturã, vno generali præcepto, quo prohibetur homo ad vxorẽ accedere alienã, etiã hoc vtique cõtinetur. Quid est ergo quòd tam diligẽter has personas, quas appellat domesticas, propriis prohibitionibus distinguit à cæteris? Num enim & quod prohibet de vxore patris, hoc est, de nouerca, viuo patre accipiendũ esset, & non potius mortuo? Nam viuo patre quis non videat multo maximè prohibitũ, si cui iuslibet hominis vxor aliena prohibita est maculari adulterio? De his personis ergo videtur loqui quę possent non habẽtes viros in matrimoniũ cõuenire, nisi lege prohiberẽtur, sicut fertur esse consuetudo Persarũ. Sed rursus, si fratre mortuo intellexerimus prohibitum esse ducere fratris vxorẽ, occurrit illud q̃ excitãdi seminis causa, si ille sine filiis defunctꝰ esset, iubet scriptura esse faciẽdũ: ac per hoc collata ista prohibitione cũ illa iussione, ne inuicẽ aduersentur, intelligẽda est exceptio, id est, non licere cuiquã defuncti fratris ducere vxorẽ, si defunctus posteros dereliquit: aut etiã illud esse prohibitũ, ne liceret ducere fratris vxorẽ, etiamsi à fratre viuo per repudiũ recessisset. Tunc enim sicut Dominus dicit, Ad duritiã Iudæorũ Moyses permiserat dari libellũ repudij, & per hanc dimissionẽ potuit putari quòd licitè quisquã sibi vxorẽ copularet fratris, vbi adulteriũ non timeret, quoniam repudio discessisset. Mat.19.a.8.

Q. AEST. LXII. Leuit.18.c.17. Tvrpitvdinem mulieris & filiæ eius non reuelabis: id est, ne putet quisquam licere sibi ducere filiã vxoris suæ. Simul enim mulieris & filiæ eius non licet reuelare turpitudinẽ, id est, ambabꝰ misceri, & matri & filiæ.

Q. AEST. LXIII. Leuit.18.c.17. Filiam filij eius, & filiã filiæ eius non accipies. Etiam neptẽ vxoris de filio vel de filia duci prohibuit. Super vxorem fororem eius non accipies in zelum. Hic non prohibuit superducere, quod licebat antiquis propter abundantiam propagationis: sed sororem sorori noluit superduci, quod videtur fecisse Iacob: siue quia nondum fuerat lege prohibitum: siue quia supposita alterius fraude deceptus est, & illa magis de placito veniebat, quam posterius accepit, sed iniustum erat priorem dimitti, ne faceret eam mœchari. Hoc autem quod ait in zelum, vtrum ideo positum est, ne sit zelus inter sorores, qui inter illas quæ sorores nõ essent contemnendus fuit: an ideo potius, ne propter hoc fiat, id est, ne hoc animo fiat vt in zelum sororis soror superducatur. Gen 30.c.29.

QVÆST. LXIIII. Leuit. 18. c. 19. Ibid. 15. c. 19.*

ET ad mulierẽ in segregatione immunditiæ eius nõ accedes reuelare turpitudinẽ eius: id est, ad menstruatã mulierẽ nõ accedes: Segregabatur enim secundum legẽ, propter immunditiã. Hoc cùm superius satis sufficienter prohibuisset, quid sibi vult quod etiã hic hoc eisdẽ præceptis voluit adiungere? An fortè ne in superioribus quod dictũ est, figuratè accipiendum putaretur, etiã hîc positum est, vbi talia prohibita sunt, quæ etiã tẽpore noui Testamenti remota vmbrarum veterum obseruatione, sine dubio custodiẽda sunt? Quod

Ezech. 18. b. 6. & 22. b. 10.

videtur etiã per prophetã Ezechielem significasse, qui inter illa peccata quæ non figuratè, sed manifestè iniquitatis sunt, etiã hoc cõmemorat, ad mulierem mẽstruatã si quis accedat, & inter iustitiæ merita si non accedat. Qua in re non natura dãnatur, sed cõcipiendæ prolis noxiũ prohibetur. Et ad vxorẽ proximi tui

QVÆST. LXV. Leuit. 18. c. 20.

non dabis concubitum seminis tui inquinari ad eam. Ecce vbi rursus prohibet adulterium, quod cum aliena vxore cõmittitur, quod etiã in decalogo prohibe-

Exod. 20. b. 15.

tur. Vnde apparet illa ita prohibita, vt etiam mortuis viris suis non ducãt vxores quarum prohibet turpitudinẽ reuelare. Et à semine tuo non dabis seruire

QVÆST. LXVI. Leuit. 18. c. 21.

principi. Hîc nõ video quid intelligatur, nisi principi qui pro Deo colitur. Nõ enim ait δουλεύειν, sed λατρεύειν in Græco, quod Latinis nõ solet interpretari, nisi vt dicat seruire. Plurimũ autẽ distat. Nã seruire hominibus quo serui seruiũt, quod non est λατρεύειν, sed δουλεύειν, scriptura non prohibet: seruire autẽ secundũ id quod

Deut. 6. c. 13.

est λατρεύειν, non iubet hominibus, nisi vni vero Deo, sicut scriptũ est: Dñm Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Nõ solùm autẽ hoc verbo quod ait λατρεύειν satis significat quẽ principem dicat, id est, cui cultus tãquã Deo exhibeatur, verũ etiã eo quod adiũgit, Et nõ profa-

Leuit. 18. c. 21.

nabis nomen sanctũ: siue Dei, cui populo datur illo modo seruire principi: siue nomen sanctũ ipsius populi Israël, propter quod dicitur, Sancti estote, quoniam

Ibid. 11. g. 44. & 19. a. 2. & 1. Pet. 1. c. 16.

ego sanctus sum. Opportunissimè etiam hîc adiungit, Ego Dominus: hoc vtique admonẽs, quia illi soli debetur λατρεία, id est, seruit⁹, qua seruitur Deo. Quod

QVÆST. LXVII. Leuit. 18. d. 24.

dicit, Et exhorrebit terra eos qui insidẽt super eã, propter mala facta eorũ, quę superius cõmemorauit: non ideo dictũ putãdũ est, quòd habeat terra sensum quo ista sentiat & exhorreat, sed nomine terræ homines significat, qui sunt super terrã. Proinde cũ hæc mala faciunt homines, inquinant terrã, quia inquinantur homines qui hæc imitãtur: & exhorret terra, quia exhorrent homines, qui nec faciunt nec imitantur.

QVÆST. LXVIII. Leuit. 19. c. 11. Exod. 20. b. 16.

NON furtum facietis, neque mẽtiemini, neq; calumniã faciet vnusquisq; proximo suo. Illud de furto positũ est in Decalogo. Quod autẽ dicit, Neq; mẽtiemini, neque calũniã faciet vnusquisque ꝓximo: mirum si nõ eo præcepto continetur quod ibi positũ est, Neq;

falsum testimonium dices aduersum proximum tuũ: quoniam neque calumnia sine mendacio fieri potest, quod falsi testimonij generalitate cocluditur. Sed vtrum hæc aliqua compensatione admittẽda sint, magna quæstio est: sicut de mendacio penè omnibus videtur, quòd vbi nemo læditur, pro salute mẽtiendum est. Vtrum ergo ita & de furto: an furtum fieri potest, vbi nullus læditur? Quinimò fieri potest etiam quando ei cui fit consulitur, tanquam si quisquam homini volenti se occidere, gladium furetur. Nam calumnia nescio vtrum cuiquam ad eius vtilitatem fieri possit: nisi fortè quod ad maius gaudium fiebat, quo postea

Gen. 44. a. 2.

fruerentur, quod Ioseph de cypho calumniabatur fratribus suis, quibus etiam explorationis falsum crimen intenderat. Quanquam si definitionibus ità determinare tentemus, fortasse furtum non est, nisi quando alieno occultè ablato proximus læditur: & calumnia non est, nisi quãdo falsi criminis obiectione proximus læditur: mendacium autem non possumus dicere tũc tantũmodo esse, quãdo proximus læditur: cum enim falsum ab sciẽte dicitur, proculdubio mẽdaciũ est: siue illo quisquam, siue nemo lædatur. Proinde magna quæstio de mẽdacio, vtrũ possit aliquãdo iustum esse mẽdaciũ, facilè solueretur fortasse, si sola præcepta intueremur, nõ exẽpla. Nã quid isto præcepto absoluti⁹, Nõ mẽtiemini? Sic enim dictũ est, quomodo, Nõ facies tibi idolũ: quod factũ nõ potest aliquãdo iustũ esse, & qũo dictũ est, Nõ mœchaberis. Quis autẽ dicat aliquãdo mœchiã iustã esse posse? Et, Nõ furaberis: secundũ definitionẽ illã furti, iustũ esse furtũ nunquam potest. Et, Nõ occides: quoniam cum homo iustè occiditur, lex eum occidit, non tu: nũquid ita dici potest cum homo iustè mentitur, lex mentitur? Sed exempla

Exod. 20. c.

faciunt difficillimã quæstionẽ. Mẽtitæ sunt obstetri-

B

ces Ægyptiæ, & bona illis Deus retribuit. Mentita est

Ibid. 1. d. 19. Ios. 2. a. 4.

Raab pro exploratoribus terrę, & ideo liberata est. An ex quo dictũ est in lege, Nõ mẽtiemini, ex illo intelligendum est, nec in tali causa licere mendaciũ, in quali causa legitur Raab esse mentita? Sed magis credibile est, quia iniustũ erat mendaciũ, ideo prohibitum: non quia prohibitũ, ideo factũ iniustũ. Fortassis ergo, sicut de obstetricibus diximus, non hoc in eis remuneratũ quòd mẽtitæ sunt, sed quod infantes Hebręos liberauerunt, vt propter hanc misericordiã illud peccatum veniale sit factum, non tamen existimetur non fuisse peccatum. Sic etiam de Raab intelligendum est, remuneratam in illa liberatione exploratorum, vt propter eandem † liberationem venia sit data mendacio.

al. explicatione.

Vbi autem venia datur, manifestum est esse peccatum. Sed illud cauendũ est, ne ita quisque existimet etiã de

C

cæteris peccatis, si propter liberationes hominũ fiant, ita veniã posse concedi. Multa enim mala intolerabilia & nimium detestanda istum sequuntur errorem.

NON nocebis proximo. Si quid sit nocere & nõ nocere, pateret hominibus, hoc generale præceptum ad innocentiã retinẽdam fortasse sufficeret. Omnia enim

QVÆST. LXIX. Leuit. 19. c. 11.*

quæ prohibentur cõmitti in proximũ, ad hoc vnũ referẽda sunt, quod dictũ est, Nõ nocebis proximo. Nã quod sequitur, Non rapies: nisi ad hoc referatur, ne rapiendo noceatur, aliquãdo euenit vt nõ rapiẽdo quisque noceat. Nam gladius insanienti rapiẽdus est, & si non fecerit quis vt oportuerit, magis nocuerit.

QVID est quòd cum supra dixisset, Nõ odio habebis fratrem tuum in animo tuo, arguẽdo argues proximum tuũ, & nõ accipies propter ipsum peccatũ: consequenter adiungit, Et nõ vindicatur manus tua, vtrũ pro eo quod est, nõ punitur. Animo enim bono facies,

QVÆST. LXX. Leuit. 19. c. 17.

D

cum disciplinã peccati proximo imponis, ne accipias peccatum eius negligendo. Ad hoc enim pertinet quod ante posuit, Non odio habebis proximum tuũ in animo tuo. Videri enim potest ei qui arguitur quòd oderis eum, cum non sit in animo tuo. An, non vindicatur manus tua: hoc potius admonet, ne quæras vindicari manum tuam, nec vlciscendi libidine rapiaris? Nam quid est aliud, vindicari velle, nisi lætari & consolari de alieno malo? Et ideo dictum est, Non irasceris filiis populi tui. Sic enim rectè ira definita est, quòd sit vlciscendi libido. Quidam verò codices habent, Nec vindicabitur manus tua: id est, ne arguendo vindicare te velis, sed potius consulere illi quem arguis.

QVÆST. LXXI. Leuit. 19. f. 28.

ET incisiones super animam non facietis in corpore vestro. Super animam dixit, super funus mortui: de anima quippe dolor est quæ recessit. Ad hunc autem dolorem pertinet luctus,

luctus in quo luctu nonnullæ gentes habent cõsuetudinẽ secare seu incidere corpora sua. Hoc autẽ fieri à

A

QVÆST. LXXII. Leuit. 19.

Iudæis Deus prohibet. ITA vt fornicentur principes de populo suo. Non de populo suo principes, sed de populo suo fornicentur. Eos quippe principes vult hic intelligi, qui pro diis colebantur: sicut Apostolus

Ephes. 2. a. 2. Ioan. 12. c. 31. Ioan. 14. d. 30.

dicit, Secundùm principẽ potestatis aëris, Et in Euangelio Dominus, Nunc princeps huius mundi missus est foras: Et, Ecce venit princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet. HOMO quicũq; adulterauerit

QVÆST. LXXIII. Leuit. 20. b. 10.

vxorẽ viri, autqcũq; adulterauerit vxorẽ proximi sui, morte moriantur: pluraliter dixit, morte moriantur: hoc est, qui adulterauerit & quæ adulterata est. Hic aliquid distare voluit inter quẽlibet virũ & ꝓximũ, quamuis multis locis proximũ pro omni homine ponat. Sed q̃ est ista locutio, vt cùm iã dixisset de viro, hoc idem repetierit de proximo, cùm sit consequẽs, vt multo magis ab vxore proximi abstinendũ sit, si ab vxore cuiuslibet viri abstinendũ est? Nã si prius de proximo dixis-

al. putaretur.

set, ne † putaret vxorẽ licere adulterare: non proximi, addendũ fuisset de quolibet viro. Nunc verò si quod minus est, non licet: quanto minus licet q̃ maius malũ est? Nã si non licet adulterare vxorẽ cuiuslibet viri, quantò magis proximi? An fortè ista repetitio tanquã exponit quid prius dictũ sit: vt ideo intelligat homo quãtũ malũ sit adulterare vxorẽ viri: quia si hoc fecerit, vxorẽ proximi adulterat? Proximⁿ est enim omnis

QVÆST. LXXIIII. Leuit. 19. c. 16.

homo homini. ET mulier quæ accesserit ad omne pecus, ascendi ab eo, interficietis mulierẽ & pecus: morte moriantur, rei sunt. Quæritur quomodo sit reũ pecus, cùm sit irrationale, nec vllo modo legis capax. An quẽadmodũ transferuntur verba modo locutio-

al. inanimal.

nis quæ Græcè appellatur metaphora, ab animali ad † animal: sicut dicitur improbus æstus, vel iratũ mare, ita & hîc translatũ est à rationali ad irrationale? Nam

C

pecora inde credendũ est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignã refricant facti memoriam.

QVICVNQVE acceperit sororẽ suã ex patre suo, aut

QVÆST. LXXV. Leuit. 19. c. 17.

matre sua, & viderit turpitudinẽ eius, improperiũ est: exterminabuntur in cõspectu generis sui. Turpitudinẽ sororis suæ reuelauit, peccatũ suũ accipient. Quid ait in hoc loco, Viderit, niũ concũbendo cognouerit:

Gen. 4. a. 1. 6. 17. d. 25.

sicut in lege dicitur, Cognouit vxorẽ suã: pro eo quod est, mixtus est ei. Et quid ait, peccatum suum accipient, cùm de pœna eorum loqueretur, nisi quia & ipsam pœnam peccati, peccatum voluit appellare?

QVÆST. LXXVI. Leuit. 19. d. 20.

QVICVNQVE dormierit cum cognata sua, turpitudinem cognationis suæ reuelauit: sine filiis morientur. Quæritur quousque sit intelligenda ista cognatio, cùm ex longo gradu liceat vtique accipere vxorem, semperque licuerit. Sed intelligendum est ex

D

his gradibus quos prohibuit non licere, & secundum ipsos dictum, Quicũque dormierit cum cognata sua, vbi & aliqua non commemorata intelligenda dimisit: sicut sororem de vtroque parente, sicut vxorem fratris matris, id est auunculi. Nam de vxore patrui primùm prohibuit, quamuis hæc non cognatio, sed affinitas perhibetur. Sed quid est, Sine filiis morientur: cum filij ex huiusmodi coniunctionibus & antè nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicunq; ex eis nati fuerint, non deputentur filij: id est, nullo parentibus iure

Ibid. 9. 25.

succedant? Et non execrabiles facietis animas in pecoribus & in volucribus & in omnibus serpentibus terræ, quæ ego segregaui vobis in immũditiam. Videtur hic significare non hæc natura immunda esse, sed aliquo sacramenti signo, quando qui dem dicit, Quæ ego segregaui vobis in immunditiam: tamquam im-

mundã eis non essent, si eis segregata non essent.

ET vir aut mulier, si fortè fuerit illi ventriloquus, aut incantator, morte moriantur ambo: lapidibus la-

QVÆST. LXXVII. Leuit. 19. c. 27.

pidabitis eos, rei sunt. Vtrum vir & mulier, an vir & ventriloquus, aut mulier & ventriloquus siue incãtator. Sed hoc magis, & qui habet, & quem habẽt.

MVLIEREM fornicariã & profanã non accipiẽt, & mulierẽ eiectã à viro suo, quoniã sanctus est Domino Deo suo. Superius Non accipient, dixerat: nũc autẽ, quoniã sanctus est, non Quoniã sancti sunt: de plu-

QVÆST. LXXVIII. Leuit. 21. a. 7.

ribus qui vno sunt tẽpore sacerdotib⁹ loquebatur, sed de vnoquoque eorũ dixit, quoniã sanctus est: locutione qua solet vti Scriptura. Nã vnũ illũ summũ postea cõmemorat, qui intrabat sancta sanctorũ. Nã & pluraliter conclulit, dicens: Et sanctificabis eũ, dona Domini Dei vestri iste offerat, sanctus est: quoniã sanctus & ego Dominus qui sanctifico eos. Quantũ autẽ pertinet ad dona, quoniã dixit, Dona Domini Dei vestri

B

ipse offerat: non solũ summus ille offerebat, sed etiã secundi sacerdotes. Ac per hoc quod ait, Mulierẽ fornicariã & profanã & eiectã à viro suo non accipiet: hoc & secundi sacerdotes prohibiti sunt: nã & de summo postea dicit, qui etiam non nisi virginem accipere iussus est. ET sacerdos magnus corã fratribus suis:

QVÆST. LXXIX. Leuit. 21. b. 10.

id est, qui inter fratres suos magnus est, ille scilicet vti⁹ magnus sacerdos, cui fusum est super caput ex oleo Christo. Ipsum oleum appellat Scriptura Christum.

QVÆST. LXXX. Leuit. 21. b. 10.

ET consummatus manus induere vestimenta: illa vtique quę in veste sacerdotali operosissimè describũtur. CAPVT non rereget cidari, & vestimenta sua

QVÆST. LXXXI. Leuit. 21. b. 10.*

nõ scindet, & super omnẽ animã mortuã non introibit. Intelligitur ea quæ suprà dixit in luctu facere eum prohibitum, id est, caput nudare cidari, & vestimenta scindere. Vestimenta enim scindere lugentiũ erat an-

Iob 1. d. 20

C

tiquorũ: sicut de Iob scriptum est, cũ ei filij eius ruina nunciarentur oppressi. Nudare autẽ caput cidari propterea lugẽtis esse potuit, quia detractio est ornamẽti. Quod verò ait, Super omnẽ animã mortuã nõ introibit: quomodo dicat animã mortuã corpus mortuum, difficile est intelligere, & tamen scripturarũ est vsitata locutio, quæ nobis inusitatissima est. Nomen ergo rectricis suæ etiã corpus accepit anima destitutũ, quoniã reddendũ illi est in resurrectione, sicut ædificium quod appellatur Ecclesia, etiã cum inde Ecclesia exierit, qui homines sunt, nihilominⁿ Ecclesia dicitur. Sed cum corpus non accipiat animæ nomẽ in homine viuente, quomodo tũc vocetur anima, cũ caruerit anima, mirum est. Portò si animam mortuam intellexerimus à corpore separatam: vt ipsam separationem mortem dixisse videatur, id est, vt anima mortua sit dirempta à corpore, non natura sua perdita. Non e-

Rom. 6. a. 2.

nim & cum dicimur, mortui peccato, natura dicimur interisse, sed quod iam peccato non vtimur: vt sic intelligatur anima mortua, id est, corpori mortua, quod vti cò desierit, cum in sua natura viuat: quomodo potest quisquam intrare super animam mortuam, quod sacerdos iste prohibetur, cum quisquis intrat, super mortuum corpus intret, non super animam quæ discessit à corpore. An ipsam vitam temporalem animæ vocabulo appellauit, quæ vtique mortua est in defuncto corpore, anima illa emigrante, quæ mori non potest? Non quòd ipsa vita anima fuerit, sed quòd per animæ præsentiam, qua subsistebat, nomen eius acceperit: sicut distiniximus, cum de sanguine loquerẽmur, quid dictum sit, Anima omnis carnis, sanguis

Leuit. 17. c. 11.

eius est. Est enim & ipse sanguis mortuus in corpore mortui: non enim cum abscedente anima abscessit. Vetuit ergo Scriptura summum sacerdotem etiam

super patris vel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit. Sequitur enim, Super patrem suum & super matrem suam nõ inquinabitur. Ordo est autẽ verborum, Super patrem suum non inquinabitur, nec super matrẽ suã. ET de sanctis non exibit: Eo proculdubiò tempore, quo suorũ funera celebrãtur: sicut eis septẽ diebus, quibus sanctificabatur, de sanctis est exire prohibitus, nõ autẽ semper. Sanè si vxores ducere, vel filios gignere non vetabantur summi tũc sacerdotes; magna oritur quæstio: cũ lex etiã coniugali cõcubitu immũdũ hominẽ dicat vsq; ad vesperã, etiã cũ abluerit corpus suũ aqua: & iubeatur summus sacerdos propter incensum cõtinuationis bis in die quotidie intrare intra velũ, vbi erat altare incensi: nec quenquã immundũ ad sancta fas esset accedere, quomodo id quotidie summ' sacerdos implebat, si filios procreabat? Nã si ægritudo illi accidisset, quis loco eius fungeretur, si quis inquirat; responderi potest, quòd gratia Dei non ægrotabat. Nunquid sic etiam de filiorũ procreatione responderi potest? vnde fit cõsequẽs, vt aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: aut si illud intermitti non posset, quod non nisi per summũ sacerdotẽ necesse esset imponi, nõ fieret immundus coitu coniugali, meritò præcipuæ sanctificationis suę. Aut si etiã ad ipsum pertinet, quod de omnibus filiis Aaron in consequentibus dicit, vt nullus eorum accedat ad sancta, si cui aliquid acciderit immunditiæ pro peccato, illud restat accipere, quod nonnullis diebus non imponebatur incensum.

Q'AEST. LXXXIII. Leuit. 21. b. 11. 2. Retract. cap. 15.

QVOD autem super funus patris sui summus sacerdos prohibetur intrare, quæri potest, quomodo iam esse poterat summus sacerdos, nondum mortuo patre suo, cum eos patribus succedere iubeat. Ideo necesse erat nondũ sepulto summo sacerdote, continuò substitui sacerdotem propter continuationis incensum, quod per summũ sacerdotẽ quotidie oportebat imponi: quã quã & illa quæstio de ægritudine summi sacerdotis manet, si moriturũ necesse erat diebus aliquibus ægrotare: nisi fortè & hoc ita soluatur, vt dicatur non solere summos sacerdotes, nisi subitò mori nõ præcedẽti ægritudine: sicut de ipso Aarõ Scriptura testatur.

Q'AEST. LXXXIIII. Leuit. 21. c. 11. Exod. 29. d. 24.

ADVERTENDVM est quotiens dicit, Ego Dominus qui sanctifico eum, loqui de sacerdote, cùm hoc etiam Moysi dixerit, Et sanctificabis eum. Quomodo ergo & Moyses sanctificat & Dominus? Nõ enim Moyses pro Domino, sed Moyses visibilibus sacramentis per ministerium suũ: Dominus autẽ inuisibili gratia per Spiritũ sanctũ, vbi est totus fructus etiam visibiliũ sacramentorũ. Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ, visibilia sacramenta quid prosunt? Meritò autem quæritur, vtrum etiam ista inuisibilis sanctificatio sine visibilibus sacramentis, quibus visibiliter homo sanctificatur, pariter nihil prosit: quod vtique absurdum est. Tolerabilius enim quisque dixerit, sine illis istam non esse, quàm si fuerit non prodesse, cùm in ista sit omnis vtilitas illorum: sed etiam hoc, quod sine illis ista esse non possit, quomodo rectè dicatur, intuendum est. Nihil quippe profuit Simoni mago visibilis baptismus, cui sanctificatio inuisibilis defuit: sed quibus ista inuisibilis, quoniam affuit profuit, etiam visibilia sacramenta perceperant similiter baptizati. Nec tamen Moyses, qui visibiliter sacerdotes sanctificabat, vbi fuerit ipse ipsis sacrificiis vel oleo sanctificatus ostendit: inuisibiliter verò sanctificatum negare quis audeat, cuius tãta gratia præeminebat. Hoc & de Ioanne Baptista dici potest: prius enim baptizator, quàm baptizatus apparuit. Vnde cum sanctificatũ nequaquã negare possumus: id tamen in eo factum

Act. 8. b. 13.

Matth. 3. d. 14.

A visibiliter nõ inuenimus antequã ad ministeriũ baptizãdi veniret. Hoc & de latrone illo, cui secũ crucifixo Dñs ait, Hodie mecũ eris in paradiso. Neq; enim sine sanctificatione inuisibili tanta felicitate donatus est. Proinde colligit' inuisibilẽ sanctificationẽ q̃busdã affuisse, atq; profuisse sine visibilibus sacramentis, quæ ꝑ tẽporũ diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modò sint: visibilẽ verò sanctificationẽ, quę fieret ꝑ visibilia sacramẽta, sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen ideo sacramẽtũ visibile contẽnendũ est: nã contẽptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc est quòd Cornelius & qui cũ eo erant, cùm iam inuisibiliter infuso sancto Spiritu sanctificati apparerẽt, baptizati sunt tamẽ: nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quã inuisibilis iam præcesserat.

Luc. 23. f. 43. 2. Retract. cap. 15.

Act. 10. a. 1.

Q'AEST. LXXXV. Leuit. 22. a. 1.*

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Dic B Aaron & filiis eius, vt attendant à sanctis filiorum Israël, & non profanabunt nomen sanctum meũ, quã do ipsi sanctificãt mihi: Ego Dñs. Et dices illis, In progenies vestras omnis homo quicũq; accesserit ab omni semine vestro ad sancta, quæcunq; sanctificauerint filij Israël Dño, & erit immunditia eius in illo, exterminabit' anima illa à me: Ego Dñs Deus vester. Ablata est omnis dubitatio, neminẽ sacerdotũ vel summorũ vel secundorũ debuisse accedere ad sancta, si immũditia eius in ipso esset. Erat ergo consequens cõtinẽtia sacerdotis, ne ꝑpter filiorũ ꝑcreationẽ aliquibus diebus non imponeret' cõtinuationis incensum, q̃ à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi, manè & vespere: quãdoquidẽ post coitũ cõiugalẽ etiã lotus corpore immundus erat vsq; ad vesperã, à quo id necesse erat imponi. Quod autẽ ait, Quæ sanctificãt filij Israël, intelligẽdũ est, offerendo sacerdotibus offerendũ per eos Dño. Et notandũ sanctificationis genus, q̃ fit voto & deuotione offerẽtis. Sed vtrũ sicut isto modo sanctificant' ea quæ offeruntur ab hominibus, ita & ipsi homines eodẽ modo seipsos sanctificare dicãtur, cùm in aliqua re seipsos vouent, obseruãdũ est in Scripturis. ET quicunq; tetigerit omnẽ immunditiã animæ: id est, aliquid morticinũ, cuius secundũ legem tactus inquinauit. HOMO si maledixerit Deũ suũ, peccatũ accipiet: nominans autẽ nomẽ Domini, morte moriatur. Quasi aliud sit maledicere Deũ suũ, aliud nominate nomen Domini: atq; illud illi sit peccatum, hoc autẽ peccatũ nefas, vt etiã morte sit dignũ. Quãuis hoc loco ita intelligendum sit, quod dictũ est, Nomen Domini, vt cum maledicto fiat, id est, maledicendo nominet. Quid ergo distat inter illud peccatum & hoc tanti sceleris crimen? An fortè hoc ipsum repetendo monstrauit, non leue illud esse peccatum, D sed tantum scelus quod morte puniendum sit? Sed quia per distinctionem hoc intulit, non dicens, Nominans enim; sed, nominans autem; subobscurum factum est. Et ideo si hoc rectè intelligitur, notandum est etiam locutionis genus. ET homo qui percusserit omnem animam hominis, & mortuus fuerit, morte moriatur. Non ait, Quicunque percusserit hominem, & mortuus fuerit, sed animam hominis; cum potius corpus hominis à percussore feriatur; sicut & Dominus dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Eo more ergo quo solet Scriptura, appellat animam vitam ipsam corporis, quæ fit per animam, & hinc voluit ostendere homicidam, quòd hominis animam percutiat, id est, percutiendo vita hominem priuet. Cur ergo addidit, Et mortuus fuerit, si iam hoc ipso ostẽdit homicidium, quòd animam hominis percusserit, id est, vita homo à percutiente priuatus sit?

Q'AEST. LXXXVI. Leuit. 22. a. 4.

Q'AEST. LXXXVII. Leuit. 24. b. 15.

Q'AEST. LXXXVIII. Leuit. 24. c. 17.

Ibid. 15. b. 16.

Matth. 10. a. 28.

An

An exponere voluit quomodo accipiendum sit, quod dixerat, hominis animam percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tãquam diceret, id est, mortuus fuerit? Hoc est enim, animã hominis fuisse percussam. CVM introieritis in terram quam ego do vobis, & requieuerit terra quam ego do vobis, sabbata Domini sex annis seminabis agrũ tuũ, & sex annis putabis vineam tuam, & congregabis fructũ eius: anno autẽ septimo sabbata, requies erit terræ sabbata Domino. Quomodo intelligendũ est? Cùm introieritis in terram quam do vobis & requieuerit terra, sex annis seminabis agrum tuum, &c. Quasi tunc fieri præceptum sit, quando terra requieuerit, cùm propterea terra requiescat, quoniam hoc fit. Requiem enim terræ septimo vtique anno vult intelligi, quo iussit nihil in ea quẽquam operari per agriculturam. Sed nimirum longum hyperbaton facit obscuritatem huic sensui. Videtur ergo hic esse ordo verborum: Cùm introieritis in terrã quam ego do vobis, & requieuerit terra quã ego do vobis: sabbata Domini quæ ab se surgunt, agrum tuum non metes, & vineam sanctificationis tuæ non vindemiabis: annus requiescendi erit terræ. Et erũt sabbata terræ † sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuę, & mercenario tuo, & inquilino qui applicatus est ad te, & pecoribus tuis, & bestiis quæ sunt in terra tua, omne quod nascetur ex eo in escam. Interposuit autem exponẽdo quomodo terra requiescat, & ait: Sex annis seminabis agrũ tuũ, & sex annis putabis vineã tuã, & congregabis fructũ eius: anno autẽ septimo sabbata requies erit terræ sabbata Domino. Agrũ tuum non seminabis, & vineam tuã non putabis. Et per hoc quod ait, Non putabis, omnem culturam eo anno prohibitã debemus accipere. Neque enim si putãda non est, arãda est, aut adminiculis suspẽdenda: vel quodlibet aliud, quod ad culturã eius pertineat, adhibẽdũ. Sed quomodo solet à parte totum intelligi, ita per putationem omnis cultura significata est. Et per agrũ atque vineã, cùm & illũ seminari, & hanc putari prohibuit, omne agri genus intelligendũ est. Neque enim in oliueto, vel quolibet alterius generis agro aliquid operandũ est, de quibus tacuit. Quòd verò ait, Et erunt sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellę tuę, &c. satis aperuit nec Dominũ agri prohibitum vesci eis, quæ non adhibita cultura illo anno sponte nascãtur, sed fructus redigere prohibitum. Sic ergo permissus est aliquid inde in escã sumere, quomodo trãsiẽs: vt hoc solũ caperet quod statim vescendo consumeret: non quod in vsus repone ret. ET terra non venundabitur in profanationẽ: alij codices habent, In cõfirmationẽ: quã mendositatẽ in alterutris pri⁹ à Græco accidisse arbitror propter verbi similẽ sonũ: βεβήλωσις enim profanatio dicitur: βεβαίωσις autem cõfirmatio. Sed ille sensus apertus est, D Et terra non venundabitur in profanationem: id est, ne quis auderet terram quam accepit à Deo, vendere profanis, qui ea vtũtur ad impietatem, cultumq; deorum alienorũ atque falsorum. Illud autẽ subobscurum est, Non venundabitur terra in confirmationẽ. Quod puto non intelligendum, nisi ne ita venditio confirmetur, vt eam nõ recipiat venditor tempore remissionis, sicut præceptum est. Quod verò sequitur, vtriq; sensui potest congruerẽ, siue legatur, Et terra non venundabitur in profanationem; siue, in confirmationem. Secutus quippe adiũxit: Mea enĩ est terra, propter quod proselyti & incolæ vos estis ante me. ET per omnẽ terram possessionis vestræ mercedẽ dabitis terræ, Alij autem codices habẽt: Redemptionem dabitis terræ. Sensus ergo hic est: Non venundabitur terra in profa-

Q'AEST. LXXXIX. Leuit. 25. a. 2.*

al. esto.

Q'AEST. XC. Leuit. 25. c. 23.

Q'AEST. XCI. Leuit. 25. c. 24.*

nationem, id est, illis qui ea vtãtur in iniuriam creatoris; aut in cõfirmationem, id est, vt eam emptor perpetuò possideat, nec certo secundùm Dei præceptũ in interuallo annorum restituat vẽditori. Mea est enim, inquit, terra, vnde secundùm meum præceptum ea vti debebitis. Atque vt ostenderet suam esse, non ipsorum, quid ipsi in ea essent, consequenter adiunxit, dicens: Propter quod proselyti & incolæ vos estis ante me; hoc est, quãuis proselyti, id est, aduenæ sint vobis, qui ex alienigenis adiunguntur genti vestræ; vt incolę, nõ in terra propria manentes, tamen etiam vos omnes ante me aduenæ estis & incolæ; hoc Deus dicit, siue Israëlitis, quòd aliarum gentium terrã quas expulit eis dederit: siue omni homini, qui ante eũ semper manet: & sicut scriptũ est, Cęlum & terrã implet, vtique præsentia sua. Omnis homo aduena est nascẽdo, & incola viuendo: quoniam compellitur migrare moriendo.

Hier. 23. c. 24.

Q'AEST. XCII. Leuit. 25. c. 24.*

DEINDE adiungit & dicit, Per omnem terram possessionis vestræ mercedem dabitis terræ tanquam inquilini, vel redemptionem. Illud, nisi fallor, vult intelligi, quod indereddebãt quodammodo per cessationes septimorũ quorumcũque annorũ, & quinquagesimi anni, quem vocat remissionis: vt ipsa vacatio terręę velut merces habitationis aut redẽptio esset ab illo cuius est; hoc est ab eius creatore Deo. ET ponã tabernaculũ meum in vobis, & non abominabitur anima mea vos. Animã suam Deus voluntatem suam dicit. Non enim est animal habens corpus & animã: neque substãtia eiusmodi est cuiusmodi creatura ei⁹ quæ anima dicitur, quã fecit. Fecit enĩ sicut per se iã ipse testatur, dicens: Et omnẽ flatũ ego feci. Quod eũ de anima hominis dicere consequẽtia manifestant. Sicut ergo cùm dicit oculos suos, & labia sua, & cætera vocabulo membrorum corporalium, non vtique accipimus cum forma corporis esse definitum: sed illa omnia mẽbrorum nomina non intelligimus, nisi effectus operationũ atque virtutum: ita & cùm dicit, Anima mea, volũtatẽ eius debemus accipere. Perfectè quippe simplex illa natura, quæ Deus dicitur, nõ eõstat ex corpore & spiritu: nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima: sed spiritus est Deus, & semper & idẽ ipse, apud quẽ nõ est commutatio. Hinc autem acceperunt Apollinaristæ occasionem, qui dicunt animam nõ habuisse mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, sed tãtum verbum & carnem fuisse cùm diceret, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed ipso eius actu, qui nobis per Euangelicam declaratur historiam, sic apparent humanæ animæ officia, vt hinc dubitare dementis sit. QVID est quod cùm inobedientiæ pœnas comminaretur Deus, dixit inter cætera, Et consumet vos perambulãs gladius? Deinde ait: Et erit terra vestra deserta, & ciuitates vestræ erunt desertę: tunc bene sentiet terra sabbata sua, omnes dies desolationis suæ, & vos eritis in terra inimicorum vestrorum. Quomodo ergo consumet eos gladius, si erunt in terra inimicorum suorum? An in ipsa terra consumet, quoniã strage mortuorum facta non erunt ibi? An consumet vos, sic ait, ac si diceret, interficiet vos, vt ad istam consumptionem illi pertineant, qui gladio cadant nõ omnes: quandoquidem paulò pòst dicit, Et eis qui residui sunt ex vobis, superducam formidinem in cor eorum? An secũdùm hyperbolen dictum est, Consumet vos: secundùm quem loquendi modum de abundantia eorum dictum est, Et sicut arena maris? Secundùm istum modum etiam dicitur, quod deinde sequitur: Et persequetur eos sonus folij volãtis, id est, quia nimi⁹ in eis timor erit, vt & leuissima quæque formident.

Q'AEST. XCIII. Leuit. 26. b. 11.

Q'AEST. XCIIII. Leuit. 26. c. 33.

Ibid. f. 36.

Esa. 57. d. 16.

1. Tim. 2. b. 5. Matth. 26. d. 38.

1. Reg. 13. a. 5.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM SVPER NVMEROS LIBER IIII.

QVAEST. I. Num.1.*

QVID est quòd singulos de singulis tribubus eligi iubet principes, cosq; appellat χιλιάρχους, quos quidam Latini interpretes tribunos appellauerũt, χιλίαρχοι autẽ videtur à mille cognominati. Sed cũ cõsiliũ Iethro socer Moysi genero suo daret, quod etiãm eus approbauit, de ordinando populo sub principibus, vt non omnes omniũ causæ Moysen vltra vires onerarẽt, χιλιάρχους appellauit cõstituendo super millenos homines, & ἑκατοντάρχους, super centenos, ab ipsis numeris quibus præessent, & πεντηκοσιάρχους, super quinquagenos, & δεκασιάρχους ἢ δεκάρχους super denos, ab ipsis numeris quibus prǫessent cognominatos. Nũquid nã & hic sic accipiẽdi sunt χιλίαρχοι, quòd singuli B essent super millenos? Nõ vtiq;. Neq; enim vniuersus omniũ populus Israël duodecim hominũ milia tunc fuerunt. Singulos enim elegit de singulis tribubus, quę xij. tribus proculdubiò nõ millenos homines, sed multa milia continebant: nomẽ ergo cõmune est cũ illis qui in Exodo appellãtur χιλίαρχοι, quòd vnusquisque illorũ esset mille hominũ princeps: istorũ autẽ vnusquisq; miliũ princeps, quoniã siue à mille, siue à millibus, cadẽ compositio nominis resonat vt appellentur χιλίαρχοι. MERITO quæritur, quid sibi velit quòd per omnes tribus, vbi computantur per singulas quasque filij Israël in ætate militari, dicitur secundũ propinquitates eorũ, secundũ populũ eorum, secundùm domos familiarum eorum, secundùm numerũ nominum eorum, secundùm caput eorum: & hæc quinque similiter omnino repetũtur, donec tribus omnes compleantur, quasi aliud sit, secundũ propinquitates, aliud C secundùm populos aliud secundùm domos familiarũ, aliud secundùm numerũ nominum, aliud secundùm caput eorũ: cùm potius videãtur aliis verbis eadem significare ista nomina. Intentionẽ autem mouet, quia tam diligenter per omnes tribus eadem repetuntur vt non frustra fieri quiuis iudicet, etiã si non intelligat.

Exod. 18. d. 28.

QVAEST. II. Num.1.a.1.

Ibid.a.2.3.

Nimirũ ergo numerus ipse aliquid insinuat sacramẽti, vt hoc idem quinquies variè repetatur. Nam iste numerus sicut in ipsis quinque libris Moysi, id est, quinarius, in veteri Testamento maximè cõmendatur. Illa verò quæ deinceps quatuor connectuntur, id est, masculina, à viginti annis & supra, omnis qui procedit in virtute: & recognitio eorũ, quãuis & ipsa per omnes tribus eodẽ prorsus modo repetãtur, habẽt necessariã differentiã. Cũ enim ageretur de numero vniuersæ multitudinis ad vnã tribũ pertinentis, discernẽdus erat sexus, ideo positũ est, Omnia masculina. Et ne paruuli etiam cõputarentur, adiunctũ est à viginti annis & supra. Rursus ne imbellis ętas senectutis annumeraretur, additum est, Omnis qui procedit in virtute. Et omnia cõcludũtur verbo eius operis quod fiebat, vt dicatur, recognitio eorum. Recognitio enim hæc fiebat, vt hominum milia cõputarentur. Quinque igitur illa, propinquitas, populus, domus familiarum, numerus nominum, & caput, & ista deinde quatuor, sexus, ætas, virtus, recognitio, fortasse in ipso numero aliquid insinuãt. Si enim horũ duorũ numerorũ, id est, quinarij & quaternari alter multiplicetur ex altero, id est, vt quĩquies quaterni, aut quater quini ducãtur, viginti fiunt. Quo numero etiam adolescentiũ ætas illa significatur. Qui numerus commemoratur, & quando intratur ad terrã promissionis: & dicitur illa ętas viginti annorũ, quę non declinauerit in dextram aut sinistram. Vbi mihi A videntur significari sancti fideles ex vtroque testamẽto fidẽ veram tenentes. Nam vetus Testamentũ quinq; libris Moysi maximè excellit, & nouum quatuor Euangeliis. QVOD ait de tabernaculo distinguendo, leuando, erigendo: Et alienigena qui accesserit morietur. Hic alienigena intelligendus est etiam ex illis filiis Israël, qui non de illa tribu fuerant, quam tabernaculo seruire præcepit; id est, qui nõ fuerit de tribu Leui. Mirum est autem, quomodo abusiuè alienigena dicitur, quod magis alterius generis hominẽ significat, id est, ἀλλογενὴς & non magis ἀλλόφυλος, quod significat alterius tribus hominem: Quo nomine magis vtitur Scriptura in aliarum gentium nominibus, vt allophyli appellẽtur, quasi aliarũ tribuum homines. ET locutus est Dominus ad Moysen dicens: Accipe tribum Leui: & constitues eos in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrabunt ei: & custodient custodias eiꝰ, & custodias B filiorũ Israël ante tabernaculũ testimonij. Quas φυλακὰς Græcus, dixit has nostri interpretes alij custodias alij excubias interpretati sunt. Sed mirũ nisi vigiliæ meliꝰ dicãtur, quę solẽt in castris ternarũ horarũ obseruationẽ habere. Vnde scriptũ est, Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, hoc est post nonam horam noctis, post tres videlicet vigilias. Et multis locis scripturarum nostri vigilias interpretati sunt, quas Græci φυλακὰς vocant. Vbi nulla dubitatio est, spatia nocturni temporis significari. Quod puto & hîc accipiendum. Quomodo enim Leuitæ iubentur obseruare custodias Aaron, & custodias filiorum Israël, id est φυλακὰς, nisi fortasse dictũ est ne putarent ab obseruandis vigiliis, quę propriè in castris obseruari solẽt, propter honorem quo seruiebãt tabernaculo, immunes esse debere, cũ & ipsos oporteret, ꝓpter opera tabernaculi nõ minꝰ vicissim obseruare vigilias, quæ obseruarentur in aliis circumquaque castris filiorum Israël.

QVAEST. III. Num. 1.b. 17.& 3.b.10.

QVAEST. IIII. Num.3.a.6.

Matth.14.c. 23.

ALIENIGENA qui tetigerit morietur. Quærendũ quomodo dixerit in Leuitico, Qui tetigerit tabernaculum, sanctificabitur: cùm hîc dicat, Alienigena qui tetigerit, morietur: volens intelligi eos qui non essent de tribu Leui. An fortè hîc, tetigerit, morietur, ad obsequium dixerit seruitutis, quod à solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit? † Hoc enim loquebatur.

QVAEST. V. Num.3.b. 10. Leuit.6.c. 18.

QVID est quòd Leuitas pro primogenitis filiorum Israël sibi Deus deputat, vt ita numeratis primogenitis populis, qui plures inuenti sunt quàm erat numerus Leuitarum, argento redimerentur quinque siclis pro vno datis. Quod pro pecoribus non est factum, cùm & pecora Leuitarũ pro primogenitis pecorũ simul sibi esse voluerit. Quomodo deinceps primogenita eorũ vel pecorum eorũ pertinebant ad Deum, vbi iussit immũda primogenita vel humana mutari ouibus? Quomodo non etiam pro eis deinceps primogenitis cõputabantur filij Leuitarũ? Manebat enim in posteris eadẽ tribus, quæ posset pro primogenitis posterioribus cõputari: nisi quia illud iustum fuerit, vt qui nascerentur de illis qui iã ad portionem Domini pertinebant, datã pro primogenitis, qui de Ægypto exierũt, iã Deus proprios haberet, tanquam suos de suis, nec possent pro illis iustè computari, qui deinceps primogeniti Deo debebantur. De vniuersò quippe populo, & de vniuersis pecoribus populi data est portio Deo pro primogenitis: & hæc portio erat Leuitæ & pecora eorum. Iam si quid genuisset, Dei erat. Non poterat hoc tanquã à populo dati, quod iã alienũ erat: ac per hoc debita deinceps primogenita Deo reddi oportebat: nec pro his cõputari posteros Leuitarum vel pecorum eorum.

QVAEST. VI. Num.3.b. 11.

QVAEST. VII. Num.4.a. 11.

CVM præciperet de tollenda mensa, iussit cum illa

& panes tolli, sic dicens: Et panes qui semper super eã A erunt. Non vtiq; isti semper super eã erunt, sed similes eorũ: quia illi auferebantur, & recẽtes quotidie ponebantur, dũ tamen sine panibus mensa non relinqueretur. Ideo dixit, Qui semper super eã erũt: hoc est, quia semper panes, non quia illi semper. Et super altare aureũ adoperient vestimentũ hyacinthinũ, & adoperiẽt illud operimento pelliceo hyacinthino. Posset ista locutio videri, quã velut absurdã & non integram Latini interpretes transferre noluerũt; id est, super altare aureũ adoperient vestimentũ hyacinthinũ: tanquã debuerit dici, Et altare aureũ adoperiẽt vestimẽto hyacinthino. Nã & operient vestimẽtũ hyacinthinũ, hoc videtur significare, quod ipsum vestimentum aliunde adoperiretur super altare. Sed mihi videtur non tã genus locutionis esse, quàm subobscurus sensus. Hoc quippe intelligi potest, Et super altare aureũ adoperient vestimentũ hyacinthinum, vt ipsum vestimentũ hyacinthinũ alia re operiendum præciperet, q; B vestimentũ iã super altare esset: ac si breuiter vtrumq; cõplecteretur, vt vestimento hyacinthino altare operiendũ, & vestimentũ hyacinthinũ alio tegmine operiendũ subiunxerit. Deniq; vnde cooperiri vellet vestimentum hyacinthinum, ostendit cùm adiecit, Et adoperient illud operimento pelliceo hyacinthino.

QVAEST. VIII. Num.4.a. 11.

VIR aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciẽs despexerit & deliquerit, anima illa annũciabit peccatũ quod peccauit, & restituet delictũ: & quintas eius adiiciet super illud, & reddet cui deliquit ei. Si autẽ non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictũ: ipsum delictũ quod redditur Domino, sacerdotis erit, excepto ariete propitiationis per quẽ exorabit in illo pro eo. Hîc ea peccata intelligẽda sunt, quorũ in his rebus perpetratio est quæ pecunia restitui possunt. Nõ enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi dãna pecuniaria fuissent. Iubet enim restitui caput & quĩtas, id est, totũ illud quicquid est, & quintã eius partẽ, excepto ariete qui fuerat offerendus in sacrificiũ ad expiandũ delictũ. Iubet autẽ illud quod restituitur sacerdotis esse, id est, ipsum caput & quintã, si non est proximus ei in quẽ commissum est. Vbi vtiq; intelligitur tunc Domino reddẽdũ quod sit sacerdotis, si homo iste non superstit qui damnum passus est: nec proximus eius, quem puto hæredem intelligi voluisse. Sed de ipso homine nihil dixit Scriptura. Verumtamen cùm dicit, Si non ei fuerit proximus: sub hac breuitate insinuat, tunc quæri proximum eius si ipse non fuerit. Si autem nec proximus erit, Domino restituetur, ne impunitum remaneat quod admissum est. Quod tamen non cedat in sacrificium, sed sit sacerdotis. Sic sanè verba Scripturæ distinguenda sunt. Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum. Locutionis est enim quod addidit, ad ipsum: aut fortè ad ipsum dixit, quod ad ipsum pertineat: id est, ipse possideat. Deinde sequitur: Delictum quod redditur Domino, sacerdotis erit. Delictum autem dicit cùm redditur ea res quæ per delictum ablata est. QVÆRI autem potest quomodo in Exodo dicitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouem, restituere debere quinque vitulos vel quatuor oues, si occiderit aut vendiderit: si autem quod abstulerit saluum apud eum reperitur, duplum esse restituendum: cùm hîc restitui iubeat caput & quintam, quod longè est etiam à duplo, quanto magis à quadruplo vel quinquies tanto. Nisi fortè quia hîc ait: Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, peccata ignorantiæ: voluit intelligi humana peccata. Fieri enim potest, vt parum attendendo per negligẽtiam traiiciat homo rem alienã in rẽ suã. Quod ideo peccatũ est, quia si diligenter attenderetur, non admitteretur. Et hæc voluit capite & quinta restitui, non sicut furta mulctari. Nã si furta & fraudes hîc intellexerimus, quæ non per ignorãtiã negligentiæ, sed furandi vel fraudandi animo cõmittuntur, & ideo dicta humana, quia in homines fiunt, ille, nisi fallor, erit exitus quæstionis huius, vt ideo qui fecit non reddat vel duplũ, quia non reprehẽditur vel conuincitur, sed ignorantibus à quo factũ sit, vel vtrũ factũ sit, ipse annunciat delictũ suũ. Cùm enim diximus Scriptura, Vir aut mulier quicũque fecerit ab omnibꝰ peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, id est, contẽnendo ista commiserit, adiunxit, & ait, Anima illa annunciabit peccatũ q; peccauit, & restituet delictũ caput & quintas eius: fortè ergo propterea tantũ quia ipse annunciabit, & ideo non eo dãno plectendus fuit, quo furem cõprehensum vel conuictum plecti oporteret. VERBA quę Scriptura dicit mulieri à sacerdote dicenda, quando ad suspicionẽ adulterij eã maritus adducit, det eã Dominꝰ in maledictũ & in execramentũ: Græcus habet ἐνόρκιον. Quo verbo videtur significari iuramentũ per execrationẽ: velut si quisquã dicat, Sic nõ mihi illud & illud contingat: vel certè ita iuret, Illud & illud mihi contingat si fecero vel non fecero. Ita hoc dictum est, det te Dominus in maledictũ, & in execramentũ: tanquã diceretur, vt de te iurent qui ꝑ execrationẽ iurabunt: sic nõ eis contingat, aut hoc eis contingat nisi hoc aut illud fecerint.

QVAEST. IX. Num.5.a. 6.*

QVAEST. X. Exod. 22.a. 1.

Num.5.a.7.

QVAEST. XI. Num.5.c. 21.

ET offeret munus suũ Domino, agnũ anniculũ sine vitio in holocaustoma, & agnã anniculã sine vitio vnã in peccatũ. Hoc quidã nostri interpretes trãsferre noluerũt, veluti locutionẽ inusitatã vitantes, & dixerunt pro peccato, nõ in peccatũ, cùm sit sensus in ea locutio ne qui non fuerat perturbãdus. In peccatũ quippe dictũ est, quia hoc ipsum quod pro peccato offerebatur, peccatũ vocabatur. Vnde illud est apud Apostolũ de Domino Christo: Eum qui non nouerat peccatũ peccatũ pro nobis fecit: Deus pater scilicet, Deum filium pro nobis fecit peccatum; id est, sacrificium pro, peccato. Sicut ergo agnus in holocaustoma, vt ipsum pecus esset holocaustoma: sic & agna in peccatum, vt ipsum pecus esset peccatum, id est, sacrificium fieret pro peccato, sicut de ariete quod sequitur in salutare dicit, tanquam ipsum sit salutare, cùm sit sacrificium salutaris. Quod postea repetendo manifestat. Nam & illud pro peccato dicit quod prius dixerat in peccatum: & hoc sacrificium salutaris, quod prius dixerat in salutare. LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens: Hoc est de Leuitis. Hoc alij interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Leuitis. Sed quod scriptum est: Hoc est de Leuitis: intelligitur dictum, Hæc D constitutio de Leuitis. DEINDE sequitur: A quinto & vicesimo anno & suprà, introibunt ministrare in ministerium in operibus in tabernaculo testimonij, & à quinquagenario recedat ab hac ministratione, & non operabitur vltrà, & ministrabit frater eius in tabernaculo testimonij: custodire custodias, opera autem non operabitur. Hunc sensum obscurũ facit ὑστέρβατον quod ita confusum est, tanquam de ipso fratre sit dictum, custodire custodias: cùm dictum sit de illo qui recedit ab operibus, Et remanebit ille in tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autem non operabitur, sed operabitur frater eius: id est, qui nondum peruenit ad ætatem quinquagenariam, à vigintiquinque annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum est: Et à quinquagenario recedet ab hac ministratione, & non operabitur vltrà,

2. Cor.5.d. 21.

QVAEST. XII. Num.6.c. 14.

QVAEST. XIIII. Num.8.d. 24.

QVAEST. XIIII. Num.8.d. 24.

Ibid.26.

& ministrabit frater eius. Deinde redit ad illum quinquagenarium, de quo loquebatur, & de illo explicat cætera, dicēs: In tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autē non operabitur. Quod autē ait custodire: subauditur, incipiat, tanquam id verbo actiuo diceret custodiet custodias. Solet enim vsitatè etiam in Latinis locutionibus infinitum verbū poni pro finito. Cvm Paschæ tempore quidā qui immundi facti erant super animā hominis, id est, super mortuū, quærerent quomodo Pascha facerent: quoniā oportebat eos ab immunditiis septē diebus purificari secūdū legem, consuluit Dñm Moyses, & responsum accepit cuicunq; tale aliquid accidisset, vel in tā lōginquo itinere constitutus esset, vt non posset occurrere, alio mēse eū facere debere Pascha, propter diē mēsis quartūdecimū, vbi lunæ numer⁹ obseruabatur. Sed si quæratur quid facerent, si fortè talis immūditia etiā ad secundū mensem occurreret? Arbitror id quod dictū est de secūdo mense, tanquā regulariter fuisse retinendū, vt tertio mense obseruarent, aut certè Pascha nō egisse tali necessitate, ad culpā non pertineret. Et die qua statutū est tabernaculū, texit nubes tabernaculū domū testimonij: & vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsque mane, ita fiebat semper. Nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cùm ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israël: & in loco vbicūque steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israël: per præceptum Domini castra collocabant filij Israël, & per præceptū Domini promouebāt. Omnes dies in quibus obūbrat nubes super tabernaculū, in castris erunt filij Israël. Et quando protexerit nubes super tabernaculū dies plures, & custodiēt filij Israël custodiā Domini, & non promouebunt. Et erit cùm texerit nubes dies numero super tabernaculū: per vocē Domini in castris erunt, & per præceptū Domini promouebunt. Et erit cùm fuerit nubes à vespera vsq; ad mane, & ascenderit nubes manè, & promouebunt die vel nocte, & cùm sic ascēderit nubes, promouebunt die vel mense diei abundāte, nube obūbrante super illud: in castris erunt filij Israël, & non promouebunt: quoniā per præceptum Domini promouebunt. Custodiam Domini custodierunt per præceptum Domini in manu Moysi. Totus hic locus difficilis diligenter exponēdus est, quoniam inusitatis generibus locutionum obscuratus est. Et die, inquit, qua statutum est tabernaculū, texit nubes tabernaculum domum testimonij. Idem tabernaculū appellauit domum testimonij. Et vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsque manè, ita fiebat semper. Deinde diligenter exprimit, quid fiebat semper. Nubes, inquit, tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cùm ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israël. Ista sententia obscura non est, nisi propter illam locutionem vbi additur, &c. Ordo enim verborum integer sequitur, etiamsi desit ipsa coniunctio: vt sic dicatur, Et cùm ascendisset nubes à tabernaculo, postea promouebant filij Israël: quamuis & ipsum quod dictum est, postea, si deesset, plena posset esse sententia. Deinde sequitur, dicens: Et in loco vbicunque steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israël. Hoc autem totum quod faciebant, ad præceptum Domini referens ita complectitur: Per præceptum, inquit, Domini castra collocabunt filij Israël, & per præceptum Domini promouebunt. Præceptum Domini appellat signum ipsum quod fiebat in nube: siue cùm staret obumbrans tabernaculum, vt castra cōsisterent: siue cùm ascendisset, atque vltrà moueretur, vt eam eleuatis castris se-

QVÆST. XV. Num.9.a.5.*

QVÆST. XVI. Num.9.c.15.* Exod.40.d.34.

A querentur. Mutauit sanè in hac sententia narrātis modū, & tanquā prædicens atq; prænuncians verba futuri tēporis habere cœpit. Neq; enim ait, Per præceptū Domini castra collocabant filij Israël, sed collocabūt: nec ait, per præceptū Domini promouebant, sed promouebunt. Et hunc modū etiā in consequentibus seruat, qui modus in Scripturis est inusitatissimus. Nā per verba præteriti tēporis sæpe futura prædicta esse nouimus: sicut est, Foderunt manus meas, & pedes meos. Et: Sicut ouis, ad immolandū ductus est: ac innumerabilia talia. Vt autē narrator rerū gestarū verbis vtatur tēporis futuri, sicut hoc loco, difficillimè in Scripturis inueniri potest. Ergo posteaquàm dixit de die & nocte, quo signo pmoueret populus vel maneret, ne putarētur per noctē ambulare & per diē solere cōsidere, atq; hoc diebus omnibus facere, secutus adiunxit, & ait: Omnes dies in quibus obūbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filij Israël, & quando protexerit nubes super tabernaculū dies plures. Deinde admonens non hoc ex illorū necessitate fieri, sed Dei voluntate. Et custodient, inquit, filij Israël custodiā Domini; id est, custodiā quā præcepit Dominus, & non promouebunt. Et tanquā diceretur, quando ergo promouebunt? Et erit, inquit, cum texerit nubes dies numero sup tabernaculū; id est, certo numero, qui numerus vtiq; Deo placet, per vocē Dñi in castris erunt, & per præceptū Domini promouebunt. Hanc videtur dicere vocē Domini, signū q; dat de statione, & motu nubis, quia & vox loquentis, proculdubiò signū est voluntatis. Quod ergo ait, Et per præceptū, hoc idem signum puto intelligendū: quanquā possit vox & præceptū Domini illud etiam accipi q; locutus est vt solet ad Moysen, & præcepit hoc fieri. Neq; enim scirent illi promouendū esse nube promouētē, & standum esse nube stante, nisi hoc eis antè præciperetur. In his autē quæ dicta sunt nondū apparuit, vtrū per diē tantū ambularent: an etiā per noctē: secūdū signū q; nubes motu suo dabat. Fortassis enim quāuis plures dies in castris manerent nube non promouente, potuit tamen putari nubē non solere ascendere de castris, & signum itineris dare nisi per diem. Sequitur ergo & dicit, Et erit cum fuerit nubes à vespera vsque manè, & ascenderit nubes manè, & promouebunt die. Hic illa copulatiua coniunctio more Scripturæ posita est. Nam ea detracta plenus est sensus hoc modo: Et erit cum fuerit nubes à vespera vsque manè, & ascenderit nubes manè, promouebunt die. Deinde quia & nocte si nubes ascenderet promouebant, atq; iter nocturnum si illud signū acciperent agebant, adiunxit & ait, Vel nocte & si ascenderit nubes promouebunt. Sed locutio est inusitatior. Non enim tantum positum est, Et, sed eo more positum est quo non solet. Vnde mihi videtur præposteratus ordo verborum, sicut sæpe in Latinis locutionibus fieri solet: quod genus antistrophe dicitur. Proinde si ita dicatur, vel & nocte si ascenderit nubes, promouebunt: aut certè ita, si & nocte ascēderit nubes, promouebunt, planissimus sensus est. Adhuc autem occurrebat cogitanti, vt scire vellet, vtrum quomodo cognitum est solere illos ad nubis signum diebus & noctibus ambulare, vel diebus & noctibus in castris esse, ita etiam solerent per dies tantum manere etiam quorum noctibus ambularent: quod arbitror Scripturam in consequentibus intimasse cum dicit, Die vel mense diei, abundante nube obumbrante super illud in castris erunt filij Israël, & non promouebunt. Quia enim dixerat, Vel nocte & si ascenderit nubes promouebunt: tanquam restabat vt diceret, die autem si non ascenderit non promouebunt, quan-

Psal.21.c.17 Esa.53.b.7.

Num.9.c.18. 1.Cor.10.c.1.

Num.9.d.21.*

do

do quasi promouere debere videbātur. Sed quia hoc etiā diebus plurimis fieri poterat, vt noctibus ambularēt, promouētē nube, & ea manēte diebus nō ambularēt, ideo posuit die vel mēse diei. Nō dixit mēse, ne ibi & noctes eiusdē mēsis acciperētur: sed mense diei, id est, mēse ex ea parte qua dies illi fuit, nō ex ea qua nox. Die ergo vel mēse diei, abundāte nube obūbrante, id est, abūdante in obumbrando, vel abundantius obūbrante super illud, illud scilicet tabernaculū: in castris erūt filij Israël, & nō promouebūt. Postremò repetiit, diuina authoritate factū, cui resisti vtiq; nō debebat, adiūgēs, Quoniā per pręceptū Dñi promouebūt. Custodiā Domini custodierūt per præceptū Domini in manu Moysi. Rediit ad verbū præteriti tēporis, vt diceret, custodierūt. Quod verò in fine posuit, In manu Moysi, vsitatissima in Scripturis locutio est: quia per Moysen hæc Deus præcipiebat. Et cum congregaueritis synagogā, tuba canetis, & non in signo. Non ergo ad hoc canēdū præcipit vt cōgregetur synagoga, nā si hoc fit, signū est: sed iā cōgregata synagoga, præcepit tuba canere, tāquā ad cantū iā pertineat, non ad dandum signum, quo dato fieri aliquid admoneat. Proinde cum hoc quod iam cōgregata synagoga tubis canebant, quisquam homo noui Testamenti ad aliquid spiritale interpretatur, illi signum est, qui intelligit quare fiat: non illis qui nō intelligebant, nisi quādo ad hoc fiebat, vt aliquod opus indiceretur.

Et auferam de spiritu qui est in te, & superponam super eos, & sustinebunt tecū impetum populi, & non portabis illos tu solus. Plerique Latini interpretes non vt in Græco est transtulerunt, sed dixerunt, Auferā de spiritu tuo qui est in te, & ponā super eos, aut ponā in eis: & fecerunt sensum laboriosum ad intelligēdū. Putari enim potest de spiritu ipsius hominis dictum, quo humana natura cōpletur corpore adiuncto, quæ constat ex corpore & spiritu, quē etiam animā dicunt. De quo & Apostolus dicit, Quis enim hominū scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic enim & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Et quod adiungit ac dicit, Nos autē nō spiritū huius mūdi accepimus, sed spiritū qui ex Deo est. Ostendit vtique aliū esse spiritū Dei, cuius particeps fit spiritus hominis per gratiā Dei: quāuis posset etiā sicut alij interpretati sunt, intelligi spiritus Dei in eo, quod dicit De spiritu tuo qui est in te: vt dictum sit, tuo, quia fit etiā noster, qui Dei est, cùm accipimus eum: sicut de Ioāne dictum est: In spiritu & virtute Heliæ. Non enim anima Heliæ in eum fuerat reuoluta. Quod si quidā hæretica peruersitate opinantur, quid dicturi sunt in eo quod scriptum est, Spiritus Heliæ requieuit super Helisæum, cùm iam ille vtique haberet animā suam: nisi quia dictum est de spiritu Dei, vt etiam per illum operaretur, qualia per Heliam operabatur: non ab illo recedens, vt istum posset implere: aut dispertitus minus esset in illo, vt posset ex aliqua parte & in isto esse? Deus est enim qui posset esse in omnibus tantus: in quibus per illam gratiam esse voluerit. Nunc autē cùm ita scriptum sit, Et auferam de spiritu qui est super te: nec dictum sit, de spiritu tuo, facilior est absolutio quæstionis: quia intelligimus nihil aliud Deum significare voluisse, nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoque habituros adiutorium, ex quo habebat Moyses: vt & isti haberent quantum Deus vellet, non vt ideo Moyses minus haberet. Et dixit Moyses, Sexcenta milia sunt peditum, in quibus sum in ipsis, & tu dixisti, Carnes dabo eis, & edent mense dierum. Nunquid oues & boues occidentur illis, & sufficient illis: aut omnis piscis congregabitur eis, & sufficiet eis? Quæri solet vtrum hæc Moyses diffidēdo dixerit, an quærendo. Sed si putauerimus eū diffidēdo dixisse, nascetur quæstio cur hoc ei non exprobrauerit Dominus, sicut exprobrauit quòd ad petrā, vnde aqua profluxit, videtur de potestate Domini dubitasse. Si autem dixerimus hoc eū dixisse quærēdo modū quo fieret, ipsa Domini respōsio, vbi ad eum dixit, Nunquid manus Domini non sufficiet, quasi redārguentis videtur, quòd iste illa nō credidisset. Sed melius arbitror intelligi, Dominū ita respondisse, tanquā modū futuri facti, quē ille requirebat, dicere noluerit, sed potiⁿ opere ipso suā potentiā demōstrare. Poterat enim & Mariæ dicenti, Quomodo fiet istud, quoniā virū non cognosco: à calūniantibus obiici, quòd minⁿ crediderit, cùm illa modū quæsuerit, non de virtute Dei dubitauerit. Quòd autem responsum est illi, Spiritus sanctⁿ superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te: poterat & sic responderi quomodo hic, Nūquid Spiritui sancto impossibile est, qui superueniet in te: ac si idē ipse sensus conseruaretur. Porrò autē talia quædā dicēs Zacharias, incredulitatis arguitur, & vocis oppressæ pœna plectitur. Quare? nisi quia Deus nō de verbis, sed de cordibus iudicat. Alioquin & ad illā petram, vnde aqua profluxit, poterant excusari verba Moysi, nisi in eū clara esset diuina sententia, q; diffidēdo talia dixerit. Nam ita se ea verba habēt, Audite me increduli, Nūquid de petra ista educimus vobis aquā? Deinde sequitur, Et eleuata Moyses manu sua percussit petrā virga bis, & exiit aqua multa, & bibit synagoga & pecora eorū. Vtiq; ad hoc cōgregauit populum, & ad hoc illā virgā in qua tanta miracula fecerat sumpsit, eaque petrā percussit, atq; inde solitæ virtutis est consecutus effectus. Verba ergo illa, quibus ait, Nunquid ex hac petra educimⁿ vobis aquā? possent sic accipi, tanquā diceretur, Nēpe ex hac petra secundùm vestrā incredulitatē aqua educi nō potest. Vt deniq; percutiendo ostēderetur, fieri diuinitùs potuisse quod illi infidelitate nō crediderunt, maximè quia dixerat, Audite me increduli: ita quidē intelligi possent hæc verba, nisi Deus qui cordis inspector est, quo animo dicta fuerint indicaret. Sequitur enim Scriptura & dicit, Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron, Quoniā non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israël, propter hoc non inducetis vos synagogā hanc in terrā quā dedi eis. Ac per hoc intelligitur illa verba ita dixisse Moysen, tāquā ad incertum percusserit, vt si nō sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur, cùm ait: Nunquid ex hac petra educimus vobis aquā: quod in animo eius lateret omnino, nisi Dei sententia proderetur. Ecōtrariò itaque isto loco debemus intelligere verba Moysi de promissis carnibus, quærentis potius quomodo fieret quàm diffidentis fuisse, quando sententia Domini non secuta est quæ vindicaret, sed potius quæ doceret. De vxore Moysi Æthiopissa quæri solet, vtrum ipsa erat filia Iethro, an alteram duxerit vel superduxerit. Sed ipsam fuisse credibile est. De Madianitis quippe erat, qui reperiuntur in Paralipomenon Æthiopes dici, quando contra eos pugnauit Iosaphat. Nam in his locis dicitur eos persecutus populus Israël, vbi Madianitæ habitant, qui nunc Sarraceni appellantur. Sed nunc eos Æthiopes nemo ferè appellat, sicut solent locorum & gentium nomina plerunque vetustate mutari. Et dixit ad eos, Ascendite ista eremo, & ascendetis in montem, & videbitis terram quæ sit, & populum qui insidet super eam, si fortis est an infirmus, si pauci sunt, an multi. Exposuisse intelligitur, secundùm quid dixerit, Si potens est an infirmus; hoc est, si pauci sunt

QVÆST. XVII. Num.10.a.7.

QVÆST. XVIII. Num.11.d.17.

QVÆST. XIX. Num.11.c.21.

1.Cor.c.2.11.

Ibid.12.

Luc.1.b.17.

4.Reg.2.c.15.

Num.20.c.10.

Ibid.d.15.

Luc.3.d.14.

Ibid.b.12.

Num.20.b.10.

QVÆST. XX. Num.12.2.1.

2.Paral.14.c.9.*

QVÆST. XXI. Num.13.c.28.

an multi. Nã quomodo possent de monte prospicientes sentire humanarũ viriũ fortitudinẽ? Potest & alius sensus esse multo cõgruentior veritati, quod ait, Ascẽdetis in montẽ, in ipsam terrã, dixit quã explorare volebant. Nõ enim possent facilè exploratores intelligi, vbi tanquã peregrinãtes omnia perquirebant. Nam si de mõtis vertice eos putauerimus cõspexisse terram & explorasse: quomodo possent exquirere omnia quæ Moyses exquirẽda præcepit? Quomodo intrare ciuitates quas eos Scriptura dicit intrasse? Quomodo de illa valle botrũ tollere, propter quẽ & loco nomen est inditũ, vt vallis botri diceretur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipse erat à quo exploraretur: & ibi erat quidã depressior locus, de qua valle botr⁹ ablatus est. Et protulerunt pauorẽ terræ quam exploraverunt. Pauorẽ terræ dixit, non quòd pauca eadem terra, sed quem ex ea terra conceperant.

Ibid. d. 23. & 24.

Q. VAEST. XXII. Num. 13. g. h.

Caleph & Iesus Naue loquẽtes ad populũ Israël ne timerent ingredi terrã promissionis, dixerunt inter cætera, Vos autem ne timueritis populũ terræ, quoniã cibus nobis sunt. Abscessit enim temp⁹ ab eis, Dominus autẽ in nobis, ne timueritis eos. Quod dictũ est, Cibus nobis sunt: intelligi voluerũt, cõsumemus eos. Quod verò adiunxerunt, Abscessit enim tẽpus ab eis, Dominus autẽ in nobis: satis diligẽter non dixerunt, abscessit Dominus ab eis, impij quippe antiquit⁹ fuerunt: sed quoniã & impiis occulta dispensatione diuinæ prouidentiæ datur tẽpus florendi atq; regnãdi, abscessit, inquiunt, tẽpus ab eis, Dominus autẽ in nobis: non dixerunt, abscessit tempus ab eis, & nostrũ successit: Dominus autẽ in nobis, nõ tẽpus, Illi enim tempus habuerũt, isti Dominum Deum tẽporum creatorem & ordinatorem, & quorumcunque vt ei placet distributorem. Quod præcipitur quomodo expientur peccata quę non sponte cõmittuntur, meritò quęritur quæ sint ipsa peccata nolẽtium: vtrum quæ à nesciẽtibus cõmittuntur: an ętiã possit rectè dici peccatũ esse nolẽtis, quod facere cõpellitur: nã & hoc cõtra voluntatẽ facere dici solet. Sed vtique vult propter quod facit cũ vult viuere: si scilicet quisquã nisi fecerit mortẽ minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo nõ per seipsum appetendo vt falsum iuret: sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrũ possint dici ista peccata nolẽtiũ, qualia hic dicũtur expianda. Nã si diligenter consideratur, fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit q̃ vult qui peccat. Omnes quippe homines qui scientes faciũt quod nõ licet, vellent licere. Vsque adeò ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo cõsequitur. Hæc si ita se habent, nõ sunt peccata nolẽtiũ, nisi nescientiũ: quæ discernuntur à peccatis volentiũ.

Q. VAEST. XXIIII. Num. 15. b. 22.*

Et anima quæcunque peccauerit in manu superbiæ ex indigenis, aut ex proselytis, Deum hic exacerbat, & exterminabitur anima illa de populo suo, quoniam verbum Domini contempsit, & mandata eius disperdidit. Contritione conteretur anima illa, peccatum eius in illa. Quæ sint peccata quæ fiunt in manu superbiæ, id est, superbia committuntur, Scriptura ipsa in consequentibus satis exposuit, vbi ait, Quoniam verbum Domini cõtempsit. Aliud est ergo præcepta contemnere, aliud magni pendere quidem, sed aut ignarum contra facere, aut victum. Quæ duo fortasse pertinent ad illa peccata quæ à nolentibus fiunt: de quibus superiùs quemadmodum Deo propitiato expiarentur admonuit: ac deinde subiecit peccata superbiæ, cùm quisque superbiendo, id est, præceptum contemnendo perperam facit. Quod genus peccati non dixit vllo genere sacrificij purgari oportere, tanquã insanabile iudicans, illa dumtaxat curatione quę per sacrificia gerebatur, qualia facienda in hac Scriptura præcipiuntur. Quæ si per ipsa attendãtur, nullo pacto possunt mederi. Si autẽ res ipsæ quarũ hæc sacramenta sunt inquirãtur, in eis inueniri poterit purgatio peccatorũ. Quod ergo scriptũ est, Peccator cùm venerit in profundũ malorũ, contẽnit; iste significatus est, quẽ Scriptura hoc loco dicit, in manu superbiæ delinquere. Hoc igitur sine pœna ei⁹ qui cõmittit nõ potest aboleri, atq; ideo nõ potest nõ punitũ esse: & cùm pœnitẽdo sanat, ipsa enim afflictio pœnitẽtis pœna peccati est, quãuis medicinalis & salubris. Meritò quippe magnũ iudicatur peccatũ cùm superbia præceptũ cõtẽnit: sed ecõtrariò vt sanari possit, cor contritũ & humiliatũ Deus nõ spernit. Veruntamen quia sine pœna nõ fit, ideo talia hic dicta sunt: Deum, inquit, hic exacerbat: quia Deus superbis resistit. Et exterminabitur anima illa de populo suo, quoniã talis omnino in numero eorũ qui ad Deũ pertinent nõ est: quoniã verbũ Domini cõtẽpsit, & mandata eius disperdidit, cõtritione conteretur anima illa. Quare autem contritione conteretur, consequẽter adiũgit, dicẽs: Peccatum eius in illo: ac per hoc si tali peccato debitã cõtritionẽ ipse sibi adhibeat pœnitendo, cor cõtritũ, vt dictũ est, Deus non spernet: quãuis in Græco non dictũ sit hoc loco, cõtritione conteretur: sed ex cõtritione exteretur anima illa. Quod ita accipi potest, quasi omnimodo terendo extinguatur ac nõ sit. Sed prius natura immortalitatis animæ hunc intellectũ recusat: Deinde si quod exteritur, omni modo efficeretur vt nõ sit, nõ diceret de sapiente, Et gradus ostiorum eius exterat pes tuus. Verùm illa discretio magis magisq̃ considerãda est: vtrũ nemo peccet nisi aut ignarus, aut victꝰ, aut cõtẽnẽs, vnde nũc lõgũ esset disputare. Quid est quòd Dathã & Abirõ cũ in seditionẽ cõsurrexissent, vocati à Moyse ac superbè & iniuriosè respondentes, Nunquid pusillũ hoc, quoniam eduxisti nos in terram fluentem lac & mel, interficere nos in eremo: quoniã præest nobis princeps: & tu in terram fluentem lac & mel induxisti nos, & dedisti nobis sortem agri & vineas: post hæc addiderũt, Oculos hominum illorum abscidisses: non ascendimus, quorum hominum oculos dixerunt? Vtrum populi Israël, tanquam dicentes, Si ista præstitisses, oculos hominum illorum abscidisses; id est, ita te diligerent vt oculos suos eruerent & darent tibi. Quod indicium magnum dilectionis, & Apostolus dicit, Quoniã si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Et deinde plenam contumaciam addiderunt, Non ascendimus; id est, non veniemus, quia vocauerat eos. An potius oculos hominum, illorum dicit hostium qui nimis acres & terribiles fuerant nunciati: tanquam dicerent, & si hoc fecisses, non tibi obtemperaremus: nisi quòd modus verbi alius pro alio positus est, vt non dicerent, non ascendemus, sed non ascendimus, quodam genere locutionis? Et locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Abscedite vos de medio synagogæ istius. Notandum est tunc iubere Dominum separationem fieri corporalem, cùm iam vindicta imminet malis. Sic Noë cum domo sua separatur à cæteris diluuio perituris. Sic Lot cum suis separatur à Sodomis igne cælitùs consumendis. Sic ipse populus ab Ægyptiis marinis fluctibus obruendis. Sic isti nunc à synagoga, Chore, Abiron & Dathan, qui se primitùs per seditionem abrumpere voluerunt: cum quibus tamen sancti antea viuentes & conuersantes, & cum cæteris quos reprobat Deus secundùm verba quæ in eos increpãs dicit, contaminari tamen ab eis minimè

Q. VAEST. XXIII. Num. 14. b. 9.

Proverb. 18. a. 3.

Psal. 30. d. 19.

Iacob. 4. b. 6.

al. d. sperfit.

Q. VAEST. XXVI. Num. 16. b. 13.

Gal. 4. b. 15.

Q. VAEST. XXV. Num. 15. c. 30.*

Q. VAEST. XXVII. Num. 16. d. 20.

Gen. 7. a. 1. Gen. 19. c. 12. Exod. 14. f. 27.

potuerũt: nec separari iussi sunt quando vindictã Dominus siue differebat, siue talem adhibebat, qua innocentes periclitari lædiue nõ possent, sicut serpentum morsibus, sicut strage mortiũ, qua Deus quẽ volebat sicut volebat alio percutiebat intacto, non sicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quæ permixtos poterat pariter absumere: non quia & ibi Deus suos conseruare non posset, sed quia opus erat tentatione miraculi vbi separatio fieri poterat, vt vel aqua, vel ignis, vel hiatus terrę quos inuenisset auferret. Sic & in fine à zizaniis separabũtur frumenta, vt malos cremantibus flammis, iusti fulgeant sicut sol in regno patris eorum. Quod ait Moyses de Chore & Abiron & Dathan, in visione ostendet Deus, & aperiens terra os suum absorbebit vos: quidam interpretati sunt, in hiatu ostendet Dominus: credo putantes dictũ χάσματι, quod Græcè positum est φάσματι, q̃ pro eo dictum est, ac si diceretur in manifestatione, q̃ apertis oculis apparebit. Non enim sic dictũ est, in visione, quemadmodũ solent dici visiones, siue somniorũ, siue quarũcũq; in ecstasi figurarũ: sed vt dixi in manifestatione. Nonnulli autẽ aliud opinantes, in phantasmate inter pretari voluerũt. Quod omnino sic abhorret à consuetudine locutionis nostræ, vt nusquam ferè dicatur phantasma, nisi vbi falsitate visorũ intellectus noster illuditur, quamuis & hoc à videndo sit dictũ. Sed, vt dixi, aliud loquendi consuetudo præiudicauit. Et descenderũt ipsi & omnia quæcunque sunt eis viuentes ad inferos. Notandum secundũ locũ terrenũ dictos esse inferos, hoc est inferioribus terræ partibus. Variè quippe in Scripturis & sub intellectu multiplici, sicut rerũ de quibus agitur sensus exigit, nomẽ ponitur inferorũ, & maximè in mortuis hoc accipi solet. Sed quoniã istos viuentes dictũ est ad inferos descendisse, & ipsa narratione quid factũ fuerit satis apparet: manifestũ est, vt dixi, inferiores partes terræ inferorũ vocabulo nuncupatas, in comparatione huius superioris terræ in cuius facie viuitur: sicut in cõparatione cæli superioris vbi sanctorũ demoratio est angelorũ, peccantes angelos in huius aëris detrusos caliginẽ, Scriptura dicit tãquã carceribus inferi puniendos reseruari. Si enim Deus, inquit, angelis peccãtibus nõ pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniẽdos reseruari: cũ apostolus Paulus principẽ potestatis diabolũ dicat, qui operatur in filiis diffidentiæ. Et dixit Dominus ad Moysen & ad Eleazarũ filiũ Aarõ sacerdotẽ, Tollite thuribula ærea è medio exustorum: & ignẽ alienum hunc semina ibi: quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in manibus suis: & fac ea laminas ductiles circumpositionem altari: quoniam oblata sunt ante Dominum & sanctificata sunt: & factę sunt in signum filiis Israel. Hoc loco cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus Dominus locutus sit, sed ad Moysen & Eleazarũ filium Aaron hæc mihi causa interim occurrit. Quoniam quæstio erat de progenie sacerdotum, id est, de quo genere esse deberent: vnde illi ex alio genere, quia sibi vsurpare sacerdotium ausi sunt, tam horrendo & mirabili supplicio perierunt: non ad Aron, quia iam summus sacerdos erat, sed ad Eleazarum voluit loqui Deus, qui ei succedere debebat, & secundò iam sacerdotio fungebatur, vt eo modo seriem generis commendaret, quæ in successionibus sacerdotum esse deberet. Vnde etiam in consequentibus dicit, Et accepit Eleazar filiꝰ Aaron sacerdotis thuribula ærea, quæ antea obtulerũt qui exusti sunt, & addidit ea circumpositionem altaris memoriale filiis Israel, vt non accedat quisquam alienigena qui non est de semine

Q. VAEST. XXIX. Num. 16. c. 33.

Ecclesi. 6. d. 36.

Q. VAEST. XXVI. Num. 16. b. 13.

Ibid. f. 39.*

Aarõ imponere insensũ ante Dominũ: & nõ erit sicut Chore & sicut conspiratio eius, sicut locutus est Dñs in Manu Moysi. Hoc ergo modo voluit per Eleazarũ Deus no sacerdotiũ quod iã erat in Aaron, sed successionis sacerdotalis progeniẽ commendare. Quod verò ait, Et ignẽ alienũ hũc semina: ibi sparge, intelligẽdũ est. Et quod addidit, Quia sanctificauerunt thuribula peccatorũ horũ in manibus suis: locutione quidem inusitata expressa sententia est. Sed notandũ nouo modo dicta sanctificata pœna eorum, à quibus hoc peccatũ fuerat perpetratũ: quia per eos exemplũ datũ est cæteris, quo timerẽt. Circũpositionẽ autem altari cur ex eis gerivoluit, addidit, dicẽs: Quoniã oblata sũt ante Dñm, & sanctificata facta sunt in signũ filiis Israel: nõ ergo in eis reprobari voluit, quòd à talibus oblata sunt, sed hoc potiꝰ cogitari & attendi ante quem oblata sint: id est, quia ante Dominũ, vt plꝰ in eis valeret nomen Domini, ante quẽ oblata sunt, quam pessimũ meritũ eorũ, à quibus oblata sunt. Hoc autẽ iam & in Exodo commemorauerat Scriptura, quãdo altare fabricatũ dicit. Vnde intelligitur genera rerũ gestarũ distributa esse per libros, nõ temporũ ordo cõtextus. Nã & de virga Aarõ quomodo res gesta sit, vt & florens & germinans electionem sacerdotij eius, diuinitùs indicaret, in hoc libro Scriptura narrauit, & tamẽ de ipsa virga in Exodo dicitur, vt in sanctis sanctorũ, cũ manna in arca poneretur, quãdo præcipitur de tabernaculo fabricãdo: quod vtiq; longè antè præceptũ est, quã ipsum tabernaculũ fabricatũ perfectũq; consisteret. Stetit autẽ primo mense secũdi anni, ex quo de Ægypto egressi sunt: & liber iste incipit à secũdo mẽse eiusdẽ anni secũdi, primo die mensis: vnde clarũ est ista, si librorũ ordinem cõsideremus, per recapitulationem, id est, præteritorũ recordationẽ commemorari, quæ putant, qui minus diligenter intendũt, eodẽ facta ordine, quo narrantur. Et ait Dominus ad Aarõ, dicẽs: Tu & filij tui, & domus patris tui tecũ accipietis peccata sanctorũ: & tu & filij tui accipietis peccata sacerdotij vestri. Hęc sunt peccata quę appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde peccata sanctorũ dictũ est, non quæ sancti cõmittũt, sed ab eo quòd sunt sancta dictũ est sanctorũ, quia in sanctis offerũtur. Et peccata dicũtur sacrificia pro peccatis: ideo appellata sũt peccata sãctorũ. Et peccata sacerdotij vestri: id est, eãdẽ ipsa quæ offerũtur pro peccatis: sicut etiã in Leuitico declarat, & pertinere debere dicit ad sacerdotẽ. Primogenita omnia quæcunq; fuerint in terra eorũ, quantacũq; attulerint Domino, tibi erũt. Hic primogenita, non fœtꝰ primitiuos pecorũ dicit: nã ipsa Græcè πρωτότοκα nominantur, hæc autẽ πρωτογενήματα. Sed Latinè duabus his rebꝰ, duo nomina reperta nõ sunt. Et ideo ista πρωτογενήματα quidã primitias interpretati sunt. Sed primitiæ ἀπαρχαὶ dicũtur, & aliud sunt, Hæc igitur tria ita discernũtur, quia πρωτότοκα sunt primitiui animaliũ fœtus, etiam hominũ: πρωτογενήματα verò, primi fructꝰ de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autẽ de fructibus quidẽ, sed etiam redactis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebantur. De iuuenca rufa, cuius cinerem ad aquam aspersionis, eorũque mũdationem qui mortuum tetigerint, proficere lex mãdauit, nec tangere permittimur. Euidentissimum enim signũ in ea noui testamenti præfigurabatur, nec satis dignè festinantes dicere de tanto sacramẽto valemus. Primò enim quòd ita cœpit de hac re loqui Scriptura, quem non moueat, & intentissimam mentem faciat in altitudine sacramenti? Et locutus est, inquit, Dominus ad Moysen & Aarõ, dicens: Ista distinctio

al. dnimabitur

Exod. 27. d. 21. & 28. c. 29.*

Num. 17. b. 5.

Exod. 28.

Exod. 40.

Q. VAEST. XXXI. Num. 18. a. 1.

Q. VAEST. XXXII. Num. 18. b. 11.

Q. VAEST. XXXIII. Num. 19. a. 2.*

Ibid. a. 1.

2. Pet. 2. a. 4.

Ephes. 2. a. 2. & 6. b. 12.

Q. VAEST. XXX. Num. 16. f. 37.

legis quęcunq; constituit Dominus. Proculdubio nõ est distinctio nisi inter aliqua duo vel plura: nam distin A ctionẽ singularitas nõ requirit. Nec distinctionem cu iuslibet rei cõmemorauit, sed addidit Legis, nec cuiusc ũq; legis: assiduè quippe in Scriptura dicitur de vnaquaq; re, de qua legitimè præcipitur, Hæc est lex illi⁹ vel illius rei: non vniuersalis lex, quæ continet omnia quæ legitimè præcipiuntur. Hic verò cũ dixisset, Hæc est distinctio legis: secutus adiũxit, Quæcunq; constituit Dominus præcipiendo vtiq;, nõ creando. Nã etiã nonnulli interpretes, Quæcunq; pręcepit Dominus, transtulerũt. Si ergo hæc est distinctio legis, quæcũq; præcepit Dominus: proculdubiò magna est ista distinctio. Et rectè intelligitur duo testamẽta distinguere. Eadẽ quippe sunt in veteri & nouo: ibi obũbrata, hic reuelata: ibi præfigurata, hîc manifestata. Nã non solũ sacramenta diuersa sunt, verũ etiã promissa ibi videtur tẽporalia proponi, quibus spiritale præmiũ occultè significetur: hîc autem manifestissimè spiritalia B promittũtur & æterna. Tẽporaliũ autem bonorũ atq; carnaliũ, & spiritaliũ atq; æternorũ, quæ clarior certioráq; distinctio est, quam Passio Domini nostri Iesu Christi? in cuius morte satis constitit, non istã terrenã transitoriãq; felicitatem à Domino Deo pro magno munere sperandam & optandã: quandoquidem in vnigenito filio suo, quẽ tanta illa perpeti voluit, longè aliud à se peti expectariq; oportere appertissima distinctione declarauit. Hanc ergo passionẽ Domini nostri Iesu Christi velut distinctione duorũ testamentorũ, hoc quod de iuuencæ rufæ mactatione narratur, satis congruè præfigurat. Locutus est enim Dominus, ad Moysen & Aaron, dicens: Ista distinctio legis quæcũque cõstituit Dominus: ac deinde mãdare incipit hęc adiungens & dicens, Loquere filiis Israel. Potest etiã ita distingui, Et locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Ista distinctio legis quæcunq; consti- C tuit Dominus, dicens: Non quæcunque cõstituit Dũs creans, sicut cælũ & terram & omnia quæ in eis sunt: sed quæcunque constituit Dominus, dicens: in duobus videlicet testamentis: vt deinde sequatur, Loquere filiis Israel, & accipiant à te iuuencam rufam sine vitio. Iuuenca rufa carnem Christi significat. Sexus femineus est, propter infirmitatem carnis, rufa est, propter ipsam cruentam passionem. Quod autem ait, Accipiant à te: in ipso Moyse figuram legis ostendit: quoniam secundùm legem sibi visi sunt occidere Christum, quia soluebat secundùm ipsos sabbatum, & sicut putabant obseruationes legitimas profanabat. Quod ergo sine vitio dicitur hæc iuuenca, mirum non est. Hãc enim carnem etiam cæteræ hostiæ figurabant, vbi similiter sine vitio pecora immolari iubentur. Erat quippe illa caro in similitudine carnis Rom.8.a.3. peccati, sed non caro peccati. Veruntamen hîc vbi e- D uidentius legis distinctionem Deus voluit commendare, parum fuit dicere sine vitio, nisi diceretur, quæ non in se habet vitium. Quod si repetendi causa dictum est, fortassè non frustra est, quod eam rem ipsa repetitio firmius commendauit. Quanquam & illud non abhorret à vero, vt ideo additum intelligatur, Quæ non habet in se vitium: cùm iam dictum esset, iuuencam sine vitio, quia in se non habuit vitium caro Christi, in aliis autem habuit qui mẽbra sunt eius. Quæ enim caro in hac vita sine peccato, nisi illa sola quæ non habet in se vitium? Et non est superpositum super eam iugum. Non enim subiugata est iniquita- Psal.115.a. 16. ti, cui subiugatos inueniens liberauit, & eorum, vincula dirupit, vt ei dicatur, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Super illius quippe car- nem non est positum iugum, qui potestatem habuit Ioã.10.d.18. ponendi animã suam & iterũ sumendi eam. Et dabis eam inquit, ad Eleazarũ sacerdotẽ. Cur non ad Aarõ, nisi fortè ita præfiguratũ est, non ad tempus quod tũc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passionem Domini peruenturam? Et eiicient eã extra castra. Sic & eiectus est Dominus passurus extra ciuitatem. Quod autem ait, in locũ mundũ: ita significatũ est quia non habuit causam malã. Et occident eam in conspectu ei⁹, sicut occisa est caro Christi in conspectu eorũ qui iam futuri erant in nouo testamento Domini sacerdotes. Et accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem tabernaculi testimonij in sanguine eius septies. Hæc testificatio est Christũ secundũ Scripturas Rom.3.d. 25. fudisse sanguinem in remissionem peccatorum. Ideo Ephes.1.b. 7. contra faciem tabernaculi testimonij, quia non aliter declaratũ est quàm fuerat diuino testimonio prænunciatum. Et ideo septies, quia ipsè numerus ad munda- B tionem pertinet spiritalẽ. Et cremabũt eam in cõspectu eius. Puto quia concrematio ad signũ pertinet resurrectionis. Natura est quippe ignis vt in superna moueatur, & in eum cõuertitur quod crematur. Nam & ipsum cremare de Græco in Latinũ ductũ verbũ est à suspentione. Quod verò additũ est, In conspectu eius, id est, in conspectu sacerdotis: hoc mihi insinuatũ videtur, quia illis apparuit resurrectio Christi qui futuri 1.Pet.2.b.9. erant regale sacerdotiũ. Iã quod sequitur, Et pellis ei⁹ Exod.19.a. 6. & carnes & sanguis eius cũ stercore eius comburetur, id ipsum expositũ est quomodo concremabitur: & significatũ est quòd nõ solũ substantia mortalis corporis Christi, quæ cõmemoratione pellis & carnium & sanguinis intimata est: verumetiam cõtumelia & abiectio plebis, quã nomine stercoris significatam puto, conuerteretur in gloriã, quam combustionis flamma significat. Et accipiet sacerdos lignũ cedrinũ & hysopũ & coccinũ, & immittet in mediũ cõbustionis iuuẽcæ, Lignũ cedrinũ spes est, quę debet in supernis firmiter habitare. Hysopus fides, quæ cũ sit herba humilis, radicibus hæret in petra. Coccinũ charitas, quod feruorẽ spiritu, igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanquam in medium combustionis illius, vt cum illo sit absconditа vita nostra, sicut dicit Apostolus, Et vita nostra abscondita est cũ Christo in Deo. Et lauabit ve- Colos.3.a. 3. stimẽta sua sacerdos, & lauabit corpus suũ aqua, & postea introibit in castra, & immundus erit sacerdos vsq; ad vesperã. Lauatio vestimentorum & corporis quid est, nisi mundatio exteriorum & interiorũ? Et hęc sacerdos. Deinde sequitur, Et qui comburet eam, lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suũ aqua, & immundus erit vsq; ad vesperam. In eo qui cõburit, eos figuratos arbitror, qui Christi carnem sepelierunt, re- D surrectioni eam veluti conflagrationi mandantes. Et congregabit homo mundus cinerem iuuencę, & ponet extra castra in locũ mundũ. Quid dicimus cinerẽ iuuencæ, reliquias videlicet illius interfectionis & cõbustionis, nisi famã quæ consecuta est passionẽ resur- Psal.36.d. 37. rectionémque Christi? Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Nam & cinis erat, quia velut mortuus ab infidelibus con demnabatur: & tamen mundabat, quia & resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hęc fama apud eos maximè claruit qui in ceteris gentibus erant, & non erant de consortio Iudeorum: ideo dictum esse existimo, Et congregabit homo mundus cinerem iuuencę: mundus vtique ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecerat reos. Et reponet in locum mundum, id est, honorabiliter tractabit, Tamen extra castra: quia extra celebrationem Iudai- cæ con-

cæ consuetudinis honor Euãgelicus claruit. Et erit synagogę filiorum Israel in cõseruationem. A qua aspersionis, purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex isto cinere fiebat aqua aspersionis, vnde mundabantur à contactu mortuorũ, quod vtique significatur ab iniquitate hui⁹ moribũdę vel morticinę vitæ. Sed mirũ est quod sequitur. Et qui cõgregat, inquit cinerẽ iuuẽcæ lauabit vestimẽta sua: & immũdus erit vsque ad vesperã. Quomodo erit ex hoc immundus qui mundus accesserat: nisi quia & ij qui sibi videntur mũdi, in fide Christiana se agnoscunt, quia omnes Rom.3.c. 14. peccauerunt & egent gloria Dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius? Hunc tamen vestimenta sua lauare dixit, non etiã corpus suũ. Credo quòd illius cineris congregatione & repositione in loco mũdo, si hæc spiritaliter intelligantur, iã intrin secus vult inteliigi fuisse Act.10.g. 44. mundatũ: sicut Cornelius audiẽs & credẽs quod prædicauerat Petr⁹, ita mũdatus est, vt ante visibilẽ baptis- B mũ cũ suis qui aderant acciperet donũ Spiritus sancti. Verũtamen nec visibile sacramentum contẽni potuit, vt ablutus etiam extrinsecùs lauaret quodãmodo vestimẽta sua. Et erit, inquit, filiis Israel, & proselytis qui apponuntur, legitimũ æternum. Quid aliud ostenditur, nisi baptismũ Christi quem significat aqua aspersionis, & Iudæis & gentibus profuturũ: id est, filiis Israel & proselitis tanquã naturalibus ramis, & inserto pinguedini radicis oleastro? Quam autẽ nõ faciat intentũ quòd post ablutionẽ de singulis quibusque dicitur, Et immũdus erit vsque ad vesperam? Neque hic tantũ, sed in omnibus, aut penè in omnibus talib⁹ mũdationibus hoc dicitur. Vbi nescio vtrũ aliquid aliud possit intelligi: nisi quòd omnis homo post remissionem plenissimam peccatorũ permanendo in hac vita contrahit aliquid, vnde sit immũdus vsque ad eiusdẽ vitæ finem, vbi ei dies iste quodammodo clauditur, q; C significat vespera. Deinde incipit Scriptura dicere, & exequitur quemadmodũ immũdi facti homines aqua illa aspersionis purificentur. Qui tetigerit, inquit, mortuũ, omnis anima hominis immũda erit septẽ diebus: hic purificabitur die tertio & die septimo, & mũdus erit. Et hîc nihil aliud intelligendũ video, nisi contactũ mortui, esse hominis iniquitatem. Septem verò dierũ immunditiam propter animam & corpus dictam puto, animam in ternario, corpus in quaternario. Quod quare ita sit, longum est disputare. Secundùm hoc arbitror dictum per Prophetam: In tribus & quatuor Amos.1.a 3. impietatibus non † aduersabor. Adiungit autem, dicens: Si autem non purificatus fuerit die tertio & die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni anima hominis, & mortuus fuerit & non fuerit purificatus, id est, ante mortuus fuerit tacto mortuo quàm fuerit purificatus, tabernaculum D Domini poluit: exterminabitur anima illa ex Israel. Notandum est quòd difficillimè reperitur in his libris aliquid euidentius, de vita animæ post mortem, fuisse conscriptum. Die tertio & in die septimo: & purificabitur die septimo & lauabit vestimenta sua, & lauabit aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. Alia est aqua aspersionis, & alia vtique illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua: quam puto spiritalem intelligendam per significationem, non per proprietatem. Nam sine dubio visibilis erat: sicut illæ omnes vmbrę futurorum. Proinde qui sacramento baptismi rectè abluitur, quod illa aspersionis aqua figurabatur mundatur spiritaliter, id est, inuisibiliter in carne & in anima, vt sit mũdus & corpore & spiritu. Quod verò hyssopũ dixit aqua aspersionis aspergi, qua herba suprà diximus fidem significari: quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est, Fide mundans corda eorũ? Act.15.b.9 Non enim prodest baptismus, si desit fides. A viro autem mundo dixit hoc fieri, vbi significantur ministri portantes personas Domini sui, qui verè mundus est. Nam & de his ministris in cõsequentibus dicit, & qui circũ asperget aquã aspersionis, lauabit vestimẽta sua, id est, obseruabit & corp⁹. Et qui tetigerit aquã aspersionis, immũdus erit vsque ad vesperã. Et omne quod cũq; tetigerit, illud immundũ erit. Et anima quę tetigerit, immũda erit vsque ad vesperã. Iam dixi superiùs quid mihi significare videatur, vsque ad vesperam.

Omnis qui tetigerit super faciem campi vulneratũ, Q VAEST. XXXIIII. aut mortuũ, aut os hominis, aut monumentũ. Quæri Num.19.c. potest quid dictũ sit vulneratũ, aut mortuum. Si enim 16. aliud voluit intelligi vulneratũ, aliud mortuum: cauẽdũ est, ne putetur immũdus esse etiã qui tetigerit vulnẽratũ viuũ, quod vtiq; absurdũ est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, ipsos mortuos intelligitur discreuisse: vt & vulneratum mortuũ intelligamus, id est, vulnere peremptũ aut mortuũ sine vulnere. Q VOD Q VAEST. XXXV. de petra aqua educta est, apostolus Paulus quid esset Num.20.b. exposuit, vbi ait, Et omnes eundẽ potum spiritalẽ bi- 11. berũt. Bibebant autem de spiritali sequenti eos petra. 1 Cor.10.a. 4. Petra autẽ erat Christus. Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior sitis irrigaretur. Sed quò virga petra percutitur, crux Christi figuratur. Ligno enim accedẽte ad petrã, gratia manauit, & quòd bis percutitur, euidentius significat crucem. Duo quippe ligna sunt crux. Q VOD de aqua illa Q VAEST. XXXVI quæ de petra profluit dictũ est, Hæc aqua contradi- Num.20.b. ctionis, quia maledixerant filij Israel ante Dominum, 13. & sanctificatus est in ipsis: prius maledixerunt quãdo locuti sunt cõtra beneficium Domini quòd eduxerant de Ægypto: & postea sanctificatus est in ipsis, cũ illo miraculo profluẽtis aquæ eius sanctitas declarata C est. An fortè duo genera hominũ demonstrauit, & cõtradicentiũ gratię Christi, & percipientiũ gratiã Christi: vt illis sit aqua cõtradictionis, istis sanctificationis? Nam & de ipso Domino in Euãgelio legitur, Et in signum cui contradicetur. Q VOD inter mandata Luc.2.c.34. Q VAEST. Moyses ad regẽ Edom dicit inter cætera, Neque bibe XXXVII. mus aquã de lacu tuo: intelligendũ est gratis, id est, Num.20.c. quia non gratis bibemus. Quod postea manifestat, 17. dicens: Si autem de aqua tua bibemus ego & pecora Ibidem. mea, dabo prætium tibi. Non declinabimus Q VAEST. XXXVIII. in dextera neque in sinistra. Pluraliter dictum est, in Num.20.d. ea quæ dextera sunt, vel quæ sinistra sunt. Non 19. introibitis in terram quam dedi filiis Israel in posses- Q VAEST. XXXIX. sionem: quoniam exacerbastis me super aquam male- Num.20.d. dictionis. Quam dixit superiùs aquã contradictionis, 24. ipsam dicit hîc maledictionis. Nõ enim ait ἀντιλογίας, sed λοιδορίας. Et vouit Israel votum Do- Q VAEST. XL. mino, & dixit: Si mihi tradideris populum istum sub- Num.21.a. iectum, id est, si mihi eum tradendo subieceris, anathemabo illum & ciuitates eius. Hic videndum est, quomodo dicatur anathemabo, quod vouetur, & tamen pro maledicto ponitur, sicut & de isto populo dicitur. Vnde illud est, Si quis vobis euangelizauerit Gal.1.b.8. pręter quàm quod accepistis, anathema sit. Hinc vulgo dictum est, vt deuotatio dicatur: Nam deuotare sequenquam nemo ferè dicit, nisi maledicens.

Et anathemauit eum & ciuitatem eius, & voca- Q VAEST. XLI. tum est nomen loci istius anathema. Hinc dictum est Num.21.a. anathema, quod detestabile aliquid & abominabile 3. videatur. Vt enim nihil inde victor in vsus suos auferret, sed totũ in pœnam luendã voueret, hoc erat anathemare, quod vulgo dicitur deuotare. Origo autẽ est huius verbi in Græca lingua ab his rebus quæ votæ &

persolutæ: hoc est, promissæ & reditę, sursum ponebã-
tur in tẽplis ἐπὶ τὸ ἄνω τιθέμενοι, hoc est sursum pone-
Q. AEST. XLII. re, vel figendo, vel suspendendo. IN itinere filiorũ Is-
rael quo castra promouebant atque ponebant, inter
Num.21.c. 13. cætera scriptũ est, Et inde castra collocauerunt trans
Arnon in Hernõ, quod exrat à limitibus Amorrhæo-
rũ. Est enim Arnon limes inter Moab & inter Amor-
rhæũ. Propterea dicitur in libro, Bellũ Domini Moab
inflãmauit & torrentes Arnon, & tollentes constituit
inhabitare. Et in quo libro hoc scriptũ sit, non cõme-
morauit, neque vllus est in his quos diuinæ Scripturæ
canonicos appellam⁹. De talibus occasiones reperiũt
qui libros apocryphos incautorũ auribus & curiosorũ
conantur inserere, ad persuadẽdas fabulosas impieta-
al. sancti. tes. Sed hic dictum est scriptum in libro, non dictum
est in cuius Prophetæ: vel Patriarchæ † sancto libro.
Neq; negãdum est, fuisse iam libros siue Chaldæorũ,
vnde egressus est Abrahã: siue Ægyptiorũ, vbi didice-
B rat Moyses omnem illorum sapientiam: siue cuiusque
gentis alterius, in quorum librorum aliquo potuit hoc
esse scriptum: qui tamẽ non ideo sit assumẽdus in eas
scripturas, quibus diuina commendatur authoritas: si-
cut nec Propheta ille Cretensis, cuius mẽtionem facit
Tit.1.c.12. Apostolus: nec Græcorũ scriptores vel Philosophi vel
Poëtæ, quos idem ipse Apostolus magnũ sanè aliquid
& veraciter prõptũ apud Anthenienses loquens dixis-
Act.17.f.28. se confirmat. In illo enim viuimus & mouemur & su-
mus. Licet enim diuinæ authoritati vnde voluerit q;
verum inuenerit testimoniũ sumere, sednon ideo om-
nia quæ ibi scripta sunt accipiẽda confirmat. Cur autẽ
hoc isto cõmemoratũ sit loco, non euidenter apparet,
nisi fortè vt fines illic inter duas gentes constituerentur,
bello actum est, quod bellum eiusdem loci homi-
nes propter magnitudinem, bellum Domini esse di-
xerunt, vt scriberetur in aliquo eorum libro, Bellum
Domini Moab inflãmauit: quòd vel arserit codẽ bel-
C lo ista ciuitas, aut ad pugnãdum inflãmata sit, hoc est,
excitata, vel si quid aliud in obscuritate loci huius la-
tet. HIC est puteus quem dixit Dominus ad Moy-
Q. AEST. XLIII. sen, Congrega populũ & dabo eis aquam bibere. Ita
Num.21.d. 16. hoc commemoratũ est, quasi alicubi superiùs hoc ad
Moysen dixisse Dominus legatur. Sed quia nusquam
reperitur, hic intelligendũ est, & illic bibisse populum
qui de siccitate conquerebatur. ET percussit eum Is-
Q. AEST. XLIIII. raël nece gladij: Et dominati sunt terræ eius ab Arnon
Num.21.c. 24.* vsque Oboth, & vsque ad filios Ammũ: quoniã Iazer
termini filiorũ Ammon sunt. Et accepit Israel omnes
ciuitates istas: Et habitauit Israel in omnibus ciuitati-
bus Amorrhæorũ in Esebon. Hic certè Israel possedit
ciuitates Amorrheorũ quas bello superauit, quia non
eas anathematuit. Nam si eas anathemasset, possidere
illi nõ liceret, nec inde ad vsus suos aliquid prędæ vsur
paret. Notandum est sanè quẽadmodũ iusta bella ge-
D rebantur. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure
humanæ societatis æquissimo patere debebat. Sed iã
vt Deᵒ sua promissa compleret, adiuuit hic Israëlitas,
quibus Amorrhæorum terram dari oportebat. Nã E-
Ibid.20.d. 21. dõ cũ similiter eis transitum denegaret, non pugnauer-
unt cũ ipsa gente Israelitæ, id est filij Iacob cum filiis
Esau, duorum germanorum atque geminorum quia
terram illam Israelitis non promiserat, sed declinauer-
unt ab eis. PROPTEREA dicent ænigmatistæ,
Q. AEST. XLV. Venite in Esebon: & cætera. Qui sint ænigmatistæ id-
Num.21.f. 27. eo non apparet, quia non sunt in consuetudine litera-
turæ nostræ, neque in ipsis diuinis Scripturis ferè alio
loco reperitur hoc nomen: sed quia videntur quasi
canticum dicere quo cecinerunt bellum inter Amor-
rhæos & Moabitas gestũ, in quo Seõ rex Amorrhæo-
rum Moabitas superauit, non incredibiliter putantur
A isti ænigmatistæ fictũc appellati, quos Poëtas nos ap-
pellamus, eò quòd poëtarũ sit consuetudo atq; licẽtia
miscere carminibus suis ænigmata fabularum, quibus
aliquid significare intelligantur. Non enim aliter es-
sent ænigmata, nisi illic esset tropica locutio, qua dis-
cussa peruenireturad intellectum qui in ęnigmate la-
titarat. QVOD dicit Scriptura, Postea quã Israël vicit Q. AEST. XLVI.
Amorrhæos, & possedit omnes ciuitates eorũ, misisse Num. 22.a. 5.
legatos Balac regem Moabitarũ ad conducendũ Ba-
laam, à quo maledicereturIsrael: satis ostenditur non
omnes Moabitas venisse in conditionem Seon regis
Amorrheorũ quando eos bello superauit. Si quidẽ re-
mansit gens Moabitarum vsque ad illud tempus vbi
regnaret Balac rex Moab. Quod verò Moab dixit se-
nioribus Madian, id est Moabitæ senioribus Madia-
nitarũ, Nunc adiunget synagoguæ, hæ omnes qui in
circuitu nostro sunt, nõ vna gẽs erat, sed vicini ad vici
B nos dixerunt quod pariter cauendũ esset. Nam Moab
filius fuit Lot ex vna filiarum, Madiam verò filius A- Gen.19.g. 37.
brahæ de Cethura. Non itaq; vna gens erat, sed duæ Gen.25.a.1.
vicinæ atq; conterminæ. QVID est quod scriptũ est, Q. AEST. XLVII.
Et diuinationes in manibus eorum, cum de iis di- Num.22.b. 7.*
ceretur quos miserat Balac ad cõducendũ Balaam vt
malediceret Israel? Nunquidnam ipsi diuinabant, an
aliqua ferebãt vnde faceret Balaãquo possit diuinare,
tanquã aliqua quæ in sacrificiis incẽderẽtur, aut quo-
quo modo impenderentur, & ideo dictæ sunt diuina-
tiones, quia per hæc ille poterat diuinare? an quid a-
liud. Obscurè enim dictũ est, Notandũ sanè, quod ve
nit Deᵒ ad Balaã & dixit ei, Quid homines qui pene
te, & cętera. Nec dictum est, vtrũ in somnis hoc factũ
sit, quamuis per noctẽ factũ satis eluceat, cũ post hæc
dicit Scriptura, Et exurgens Balaam mane. Potest e-
nim mouere quomodo cũ homine pessimo Deᵒ locu-
C tus sit, quod etiãsi in somnis factum esse constaret, nõ
ideo nulla quęstio remaneret propter ipsam indignita-
tẽ. Sic & Dominᵒ Iesus Christus ait de diuite illo, qui
destruere veteres apothecas & amplioresnouas dispo- Luc.12.c.
nebat implere: Dixit ad illũ Dominus: Stulte, hac no- 20.
cte anima tua auferetur à te, quæ parasti cuius erunt?
Ne quisquã glorietur quòd ei loquitur Deus eo modo
quo talibus loquendum esse nouit: quãdo potest hoc
& reprobis fieri, quia & cũ per angelum loquitur, ipse
loquitur. QVOD ait Balaã iterum ad se missis hono- Q. AEST. XLVIII.
rati oribus nunciis, Si dederit mihi Balac plenam do- Num.22.d. 18.
mum suam argento & auro, non potero præuaricari
verbũ Domini, nec facere illud pusillum vel magnũ
in mente mea: nullũ habet omnino peccatũ, sed quod
sequitur non est sine graui peccato. Iã enim cõstans es-
se debuit semel audito quod ei dixerat Dominᵒ, Nõ
ibis cum eis, neque maledices populũ, est enim bene-
D dictus: nec eis vllã spẽ dare, quòd posset Dominus tan-
quam ipse Balaam munetibus & honoribus flexus ad-
uersus populum suum, quem benedictum esse dixe-
rat, suam mutare sententiam. Sed ibi se victum cupi-
ditate monstrauit, vbi loqui sibi Dominum de hac
re iterum voluit, de qua eius iam cognouerat voluntatem.
Quid enim opus erat que sequuntur adiunge-
re, Et nunc sustinete ibi & vos nocte hac, & sciam
quid adiiciet Dominus loqui ad me. Proinde Do-
minus videns eius cupiditatem capram deuictámque
muneribus, permisit eum ire, vt per iumentum quo Ibid.22.
vehebatur eius auaritiam coërceret: hoc ipso con-
fundens illam dementiam, quòd prohibitionẽ Do-
mini per angelum factam transgredi asina non au-
deret, quam ille cupiditate transgredi conaretur,
quamu is eandemcupiditatem timore supprimeret.

Venit

Venit enim Deus ad Balaam nocte, & ait illi, Si vocare
te venerunt homines, exurgens sequere eos, sed verbũ A
quodcunque locutus fuero ad te, hoc facies. Et exur-
gens Balaam mane strauit asinam suam, & abiit cum
principibus Moab. Cur post istam permissionẽ Domi
ni iterum non consuluit, & post illam prohibitionem
iterum consulendum putauit, nisi quia eius maligna
cupiditas apparebat, quamuis timore Domini preme-
retur? Denique Scriptura sequitur, Et iratus est anima
tione Deus, quia ibat ipse: & insurrexit angelus Dei, vt
nõ permitteret eum in via, & cætera quæ sequuntur
donec asina loqueretur. Nihil hic sanè mirabilius vide
tur, quàm quod loquente asina territus non est, sed in-
al. ita perseuerante. super ei, velut talibus monstris assuetus, † ita perseue-
ranter respondit. Postea illi & angelus loquebatur, ar-
guens & improbans eius viã. Quo viso tamen exterri-
tus adorauit. Deinde ire permissus est, vt iã per ipsum
prophetia clarissima proferretur. Nã omnino permisᵒ B
non est dicere quod volebat, sed quod virtute spiritus
cogebatur. Et ipse quidem reprobus mansit. Nã poste-
rior de illo sancta Scriptura ita locuta est, vt quidam re
prehensibiles & reprobi viam eius secuti dicerentur.
2.Pet.2.c. 19. Secuti, inquit, viam Balaam filij Beor qui mercedem
iniquitatis dilexit. DE angelo qui locutus est Balaã
Q. AEST. XLIX Num.22.d. 22. in via, quo viso asina eius progredi nõ ausa est, Scriptu-
ra ita loquitur: Et iratus est animatione Deus, quia ibat
ipse, & insurrexit angelus Dei differre eum in via. Vbi
primò notandũ est quẽadmodũ dixerit, iratus est Deᵒ,
& insurrexit angelus Dei: nec interposuit iratum Deũ
misisse angelum, sed tãquam per angelum iratum Deũ
significauit, quoniam veritas & iustitia Dei irasci an-
gelum fecit. Nam insurrexit quod dictum est, vtique
cõmotione intelligendum est. Deinde quod ait, Differ-
re eum in via: quod Græcè positũ est ἀμβάλλειν,
hoc est quod in consequentibus dicit ipse angelus, Et C
ecce ego exij in dilationẽ tuã, vbi Græcus habet ἀμβο-
λιόν. Vbi fortassis accusatio congruentiùs intelligitur,
vt hoc quod dictũ est differre cũ in via, accipiatur. Vn-
de creditur etiam diabolus appellatus, tanquàm accu-
Diabolus. sator Latinè dicendus sit: non quia nemo possit etiam
bene rectẽq; accusare, sed quoniam diabolus amat ac-
cusare, vtique inuidentiæ stimulis agitatus, quale illi
Apoc.12.c. 20. in Apocalypsi testimonium perhibetur. Positum est
autem hoc verbum & in Comœdia, vnde Latinũ esse
nõ dubiũ est, sub eadẽ significatione, vel certè vicina,
Terẽtius in Andria. vbi de patre irato dicitur filio, Rationem sperat inue-
nisse se qua differat te. Solet autẽ hic intelligi, differat,
velut hac atque illac ferat tempestate verborũ, quasi
discerpat, & dissipet, quod vtiq; ille accusando videba-
tur esse facturus. Sed & si differre eum in via intellexe-
rimus, quia distulit angelus eius festinationẽ remoran
do, vt ei quod opus erat & demonstraret & diceret, nõ D
Q. AEST. L. absurda est huius verbi etiã sub ista significatione posi-
tio. ET cùm vidisset asina angelum Dei resistentem
in via, & euaginatum gladium in manu eius, & decli-
nauit asina de via, & ibat in cãpũ. Cãpus iste adhuc ex-
tra macerias vinearũ fuit. Et percussit asinãm virga, vt
corrigeret eã in via. Et stetit angelus Dei in sulcis vinea
rum, maceria hinc & maceria hinc. Merito quæritur si
hinc atque inde maceriæ in medio ponebant viam sic-
ut fieri solet: quomodo ibi stans angelus, dicitur ste-
tisse in sulcis vinearum? Neq; in via inter macerias po-
tuerunt sulci esse vinearum. Sed ordo verborum est, vt
corrigeret eam in via, maceria hinc, & maceria hinc.
In hac ergo via corrigere voluit asinam Balaam, vt in-
ter macerias ambularet. Interpositum est autẽ, Et ste-
tit angelus Dei in sulcis vinearũ, in vna scilicet vinea-
rum quæ in medio ponebant viam. Et cùm vidisset a-
sina angelum Dei, compressit se ad parietem, id est ad A
maceriam illius vtiq; vineæ in qua non erat angelus,
quoniam ab alia parte erat in sulcis vinearum. Et com-
pressit pedem Balaam ad parietẽ, & adiecit adhuc cæ-
dere eam: & apposuit angelus Dei, & adiiciens substi-
tit in loco angusto, iam non in sulcis vinearum, sed in-
ter ipsas macerias, id est, in via in qua non fuit declina-
re in dexteram neque sinistrã. Et cùm vidisset asina an-
gelum Dei, concidit sub Balaam. Cæsa enim in retro
non ibat & in parietem non se premebat, quoniam
non ab altera parte terrebatur, sed in media via in an-
gusto angelus erat. Restabat ergo vt subsisteret. Et i-
ratus est Balaã, & percutiebat asinam virga. Et aperuit
Deus os asinæ, & ait ad Balaã, Quid feci tibi, quia per-
cussisti me tertio hoc? Et ait Balaam asinæ, Quia illusi-
sti mihi, & si habuissem gladiũ in manu mea, iam trãs-
fixissem te. Nimirum iste tãta cupiditate ferebatur, vt
nec tanti monstri miraculo terreretur, & responderet
quasi ad hominem loquens, cùm Deus vtique non a-
sinæ animam in naturam rationalem vertisset, sed
quod illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illius vesa-
niam cohibendã. Illud fortassé præfigurans, quia stul-
1.Cor.1.d. 27. ta mundi electurus erat Deus, vt confunderet sapien-
tes, pro illo spiritali & vero Israël, hoc est, promissionis
filiis. ET factus est spiritus Domini super illũ, id est, Q. AEST. L.I.
super Balaam. Non factus est spiritus Dei, tãquam fa- Num.22.
ctura sit spiritus Dei, sed factus est super illum, id est fa-
ctum est, vt super illum esset, quomodo, Qui post me
Ioan.1.b.15. & d.2 uenit, ante me factus est, id est, factum est, vt ante me
esset, vt pręponeretur mihi, quia prior me, inquit, erat,
sicut, Dominus factus est adiutor meus. Non enim Do
Psal.117.a. 6.7. minus factura est, sed factũ est vt me adiuuaret. Et, Fa-
Plal.9.b.10. ctus est Dominus refugium pauperum, id est, factum
Ezech.1.a.3. & 3.f.22. est vt ad eum refugerent pauperes. Et, Facta est super
me manus Domini, id est, factũ est, vt super me esset: &
multa talia in Scripturis reperiũtur. Et dixit Do- Q. AEST. LII.
minus ad Moysen, Accipe duces populi, & ostenta eos Num. 2. a. 4.*
Domino contra solẽ, & auferetur ira animationis Do-
mini ab Israël. Iratus est Deus de fornicationibᵒ Israël,
& carnalibus & spiritalibus, nã & filiabus Moab se im-
pudicé miscuerãt, & idolis fuerant consecrati: hoc ad
Moysen dixit, vt ostentaret Domino duces populi cõ-
tra solẽ. In quo verbo intelligitur eos iussos esse cruci-
figi, vt hoc sit, Ostenta eos Domino contra solẽ, id est
palã in conspectu lucis huius. Nã Græcus ait τὸν δεῖγμάτισον, quod dici possit exẽpla, quia τὸν δεῖγμα exẽ
plũ dicitur. Nã præter septuaginta interpretes, Aquila
perhibetur dixisse, confige, vel potius sursum confige,
quod est ἀνάπηξον, Symmachus autẽ verbo euidẽtiore
suspẽde. Mirũ est sanè, quod Scriptura narrare destite-
rit, vtrũ hoc fuerit ex præcepto Domini impletũ: quod
D contemni potuisse nõ video, aut si contemptũ est: im-
pune contemni, Si autem factũ est & tacitum, cur ex Ibid.b.7.
eo quòd Phinees filius Eleazar trãsfixit adulteros, pla-
catum fuisse Dominum, Scriptura testatur, plagamq;
cessasse: quasi crucifixis ducibus, sicut præceperat Do-
minus, adhuc indignatio perseuerãs alio modo placã-
da videretur: cùm proculdubiò falsum esse non posset
quod prænunciauerat & promiserat Dñs. dicẽs: Accipe
duces populi, & ostẽta eos Domino cõtra solẽ, & au-
ertetur ira animationis Domini ab Israël? Si ergo
factũ erat, quis dubitet irã Domini auersam fuisse ab
Israël? Quid itaque opus erat, vt adhuc Phinees ad pla-
candũ Deum sic in adulteros vindicaret, eique testi-
monium Scriptura perhiberet quòd eo modo placa-
uerit Dominũ? Nisi fortè intelligamus, cùm illud de
ducibus populi Moyses quod præceperat Dominus
implere disponeret, eum voluisse etiam secundù in le-

gem talia punire flagitia, & sacrilegam audaciam, vt iuberet vnumquemque interficere proximum suum diis alienis nefariè consecratum, atque † inter cætera etiã illud Phinees faceret, ac si ira Domini iã placata, non opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sanè seueritas illi tempori congrua, quãtum malum sit fornicationis & idololatriæ, prudentium fidei satis euidenter ostendit. EAM causam mortis Moysi dicit Dominus quam etiam fratris eius. Ambobus enim etiã hoc antè prædixerat, quòd ideo non intrarent cum populo Dei in terram promissionis, quia non eum sanctificauerunt coram populo ad aquam contradictionis; id est, quia dubitauerũt de dono eius quòd posset aqua de petra profluere, sicut exposuimus in eo Scripturæ loco. Huius autem rei misterium datur intelligi, quia nec sacerdotium quod prius institutum est, cuius personam gerebat Aaron, nec ipsa lex cuius personam gerebat Moyses, introducunt populum Dei in terrã hæreditatis æternæ, sed Iesus in quo typus erat Domini Iesu Christi, id est gratia per fidem. Et Aaron quidem antè defunctus est, quàm Israël in aliquam partem terræ promissionis intraret: Moyse autem adhuc viuente capta est terra Amorrhæorum atq; possessa, sed Iordanem cum eis non est trãsire permissus. Ex aliqua enim parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enĩ sunt etiã præcepta quę hodieq; obseruare iubemur Christiani, Sacerdotiũ verò illud & sacrificia nullã partẽ tenent hodie fidei Christianæ, nisi quod in vmbris futurorũ acta atque tran sancta sunt. Cùm verò ambobus fratribus, id est Aaron & Moysi dicitur, vt apponãtur ad populũ suum: manifestũ est, non esse illos in ira Dei, quæ separat à pace sanctæ societatis æternæ. Vnde manifestatur, non solùm officia, sed etiã mortes eorum signa fuisse futurorũ, non supplicia indignationis Dei. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicẽs: Accipe ad teipsum Iesum filiũ Naue, hominẽ qui habet spiritũ in seipso: & impone manus tuas super eũ, & statues eum in conspectu Eleazari sacerdotis, & mãdabis ei in cõspectu omnis synagogæ, &c. Notandũ est quod cùm iam haberet spiritum in seipso Iesus Naue, sicut Scriptura testatur: vbi quid aliud quàm Spiritum sanctum debemus accipere? Non enim de spiritu hominis hoc diceret, quẽ nullus erat qui non habebat: iussus est tamen Moyses ei manus imponere, ne quisquam homo qualiber præpollens gratia sacramẽtum cõsecrationis audeat recusare. QVID est quòd cùm Deus præciperet Moysi de Iesu Naue, ait inter cætera, Et dabis de gloria tua super eum? Nã Græca locutione ἀπὸ δόξης habet, quod tantũdem valet ac si diceret, de gloria, id est ἀπὸ τῆς δόξης. Latini autem nõnulli interpretati sunt, Dabis gloriam tuã, non de gloria tua. Sed siue illud esset vt gloriam tuam diceret, non ideo eam non habiturus erat Moyses: nec quia dixit de gloria, ideo minutum est quod habebat. Sic enim accipiendũ est, ac si diceret, Facies eum socium gloriæ tuæ: non autem hususmodi res quasi particulariter diuisæ minuũtur, sed totæ sunt omnibus, totæ singulis, qui earum habent societatem.

HOMO quicunque vouerit votum Domino: aut iurauerit iuramẽtum, aut definierit definitionem de anima sua, nõ profanabit verbum suum: omnia quæcũq; exierint de ore eius faciet. Nõ hoc ad omnem iurationem pertinet, sed ad eam vbi quisq; de anima sua vouerit alicuius vtique rei abstinentiam, qua ei licebat vti per legẽ, sed per votũ sibi ipse efficit non licere. SI autem mulier vouerit votum Domino aut definierit definitionem in domo patris sui in iuuẽtute sua, & audierit pater eius vota eiꝰ, & definitiones eius quas definiuit aduersus animã suã, & tacuerit pater eius, & stabũt omnia vota eius, & omnes definitiones eius quas definiuit aduersus animã suã, manebunt ei. Si autem abnuens abnuerit pater eius, quacunque die audierit omnia vota eius & definitiones eius quas definiuit aduersus animã suam, non stabunt: & Dominus emundabit eam, quia abnuit pater eius. Quoniã quidem de muliere, quæ adhuc in iuuẽtute sua in domo patris, loquitur, meritò hîc quæritur etiã de voto virginitatis: mulieres quippe etiã virgines in Scriptura appellari solere notissimũ est: & videtur etiã Apostolus de patre loqui, cùm dicit, Seruet virginem suam, & det nuptum virginem suam, & cætera hoc modo: vbi nonnulli intellexerũt, virginem suam, virginitatem suam, nulla tamen hoc simili scripturarum locutione demonstrant, cùm sit inusitatissima. Quod autẽ ait, Aduersus animã suam: non sic accipiendum est, quasi animæ noceat talibus votis: sed aduersus animam dicitur, aduersus animalẽ delectationẽ, sicut etiam de ieiunio præcipiens superiùs ait, Et affligetis animas vestras. QVOD autem ait, Et Dominus emundabit eam, qui à voti non impleti crimine absoluet: sicut in multis locis dicitur, & emundabit eũ sacerdos: id est, mundũ habebit, mundũ iudicabit: sicuti est & illud, Mundatione non mundabis reum: id est, non dices mundum eũ qui immundus est. SI autem facta fuerit viro, & vota eius super eã secũdùm distinctionem labiorum eius quanta definiuit aduersus animã suam; & audierit vir eius & tacuerit ei quacunque die audierit, † ista stabunt omnia vota eius, & definitiones eius quas definiuit aduersus animã suã stabũt. Si autem abnuens abnuerit vir eius in quacunque die audierit omnia vota eius, & definitiones quas definiuit aduersus animam suã, non manebũt: quoniam vir abnuit ab ea, & Dominus mundabit eã. Feminam sub patre antequam nubat, & sub viro nuptam noluit lex vouere: ita aliquid Deo aduersus animam suã, id est in aliquarum rerũ licitarum atq; concessarũ abstinentia, vt in eisdem votis feminea non præualeat authoritas, sed virilis. Ita & si adhuc inuptæ iã cõcesserat pater vota persoluere, si antequã persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognito nõ placuerit, non persoluat, & sit omnino sine peccato, quia Dominus † mundauit eã sicut dicit, id est mundam † iudicauit: neq; hoc contra Deũ fieri putandũ est, cùm ipse Deus hoc præceperit, hoc voluerit. Sequitur autem de viduis, vel à viro abiectis, id est non sub potestate viri cõstitutis, aut patris: & earũ vota ad persoluendũ libera esse dicit hoc modo, Et uotum, inquit, viduæ expulsæq; quæcunque vouerit aduersus animam suam, manebunt ei. Deinde dicit de nupta, si in domo viri sui iam cõstituta aliquid tale vouerit. De illa enim prius dixerat quę in domo patris vouerat, & antequã redderet nupserat. De hac ergo quæ in domo mariti vouit, ita loquitur: Si autem in domo viri eius, votum eius aut definitio fuerit quæ aduersus animã eiꝰ cũ iureiurãdo; & audierit vir eiꝰ & tacuerit ei & nõ abnuerit ei, & stabũt omnia vota eiꝰ, & oẽs definitiones quas definiuit aduersus animam suam, & stabunt aduersus eam. Si autem circũauferens circũauferat vir eius quacunque die audierit omnia quæcunq; exierint ex labiis eius, secũdùm vota eius & secudũ definitiones quæ aduersus animam eius, non manent ei: vir eius circumabstulit, & Dominus † mundauit eam: omne votũ & omne iusiurãdum vinculi affligere animam, vir eius statuit ei, & vir eius circũauferet: si autẽ tacẽs tacuerit ei diẽ ex die, & statuet ei oĩa vota eius & definitiones quæ super ipsam statuet ei, quoniã tacuit ea die qua audiuit. Si autẽ circũauferẽs circũauferat vir eius post diem qua audiuit, & accipiet peccatũ suũ.

Male

al. interea.

QVAEST. LIII. Num. 27. c. 12.

Ibid. 20. b. 10.

Ibid. d. 28.

QVAEST. LIII. Num. 27. d. 18.

QVAEST. LV. Num. 27. d. 20.

QVAEST. LVI. Num. 30. a. 3.

QVAEST. LVII. Num. 30. a. 4.*

1. Cor. 7. g. 37.

Num. 29. a. 7.

QVAEST. LVIII. Num. 30. b. 6.

QVAEST. LIX. Num. 30. b. 7.*

al. int.

al. mundabit.

al. iudicabit.

Ibid. c. 10.*

Manifestũ est ita voluisse legẽ feminã esse sub viro, vt nulla vota eius quę abstinentię causa vouerit, reddãtur ab ea, nisi author vir fuerit permittẽdo. Nam cum ad peccatũ eiusdẽ viri pertinere voluerit, si prius permiserit & postea prohibuerit, etiã hic tamen non dixit vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa prius à viro fuerat: viri dixit esse peccatũ † qui abnuit quod prius concesserat: non tamẽ mulieri vel ex hoc permissum dedit, vt cũ prius ei vir concesserat, postea si prohibuerit condemnetur. Vtrum autẽ ista etiam ad vota & à cõcubitu † continẽtiæ vel abstinẽtię pertineãt, meritò quæritur, ne fortè ea tantũ intelligẽda sint aduersus animã voueri, quæ sunt in cibis & potionibus. QVOD videtur & illud significare vbi Dominus ait, Nonne anima plus est quàm esca? Et cũ de ieiunio præcipitur, ita præcipitur, Affligetis animas vestras. Nescio autem vtrũ alicubi legi possit, aduersus animam dici votũ, quod de abstinẽtia concubitus fuerit: maximè quia cũ hic lex authoritatem viro tribuat, nõ mulieri quæ viro subdita est, vt tũc persoluenda sint vota mulieris si vir approbauerit, si autẽ renuerit nõ debeãtur. Apostolus tamẽ cũ de concubitu coniugatarum loquereturnon ibi maiorẽ authoritatem viro quã feminæ dedit: sed vxori, inquit, vir debitũ reddat, similiter & vxor viro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter autem & vir non habet potestatẽ corporis sui, sed mulier. Quando ergo in hac re parem vtriusq; esse voluit potestatẽ, puto quòd nobis intelligendũ insinuet, istam de concũbendo vel non concũbendo regulam non pertinere ad ea vota: vbi non habent parẽ vir & mulier potestatem, sed viri maior est, ac propè eius solius est. Non enim ait lex, virũ nõ debere reddere vota sua si vxor prohibuerit, sed vxorẽ si vir prohibuerit. Vnde non mihi videtur in huiusmodi votis & definitionibus atq; obligationibus quæ aduersus animã fiũt, etiã ista debere accipi, quę inter se vir & vxor de concũbendo, vel de abstinentia concũbendi placita habuerint. Deinde quia & istæ iustificationes dicũtur, & meminimus in illis iustificationibus quæ in Exodo sub hoc nomine aliæ cõmemorantur, multa præcipi quę accipi ad proprietatẽ nõ possint, nec in nouo Testamento obseruẽtur: sicut de aure serui pertũdenda, & si quid eiusmodi est: non absurdè etiã hîc aliquid figuratè dictũ intelligitur: vt quoniã sunt multę abstinentiæ cærimoniarũ irrationabiles, & aliquãdo etiã inimicæ veritati, hoc fortasse hîc ĩtelligi voluerit, tũc ratas esse cũ rationabiles fuerint: hoc est, cũ eas approbauerit ratio, quæ ad vicẽ viri debet regere omnẽ animalẽ motionẽ, quæ fit nõ tantũ in appetẽdo, verũ etiam in abstinẽdo: vt si mẽte & ratione decernitur tunc fiat: si autem improbatur consilio rationis, non fiat. Quod si ratio quod prius rectè faciendum esse decreuit, pòst improbet, fit peccatum consilij, sic tamen vt non nisi rationi motio illa consentiat.

QVIDEST, quod ait: & misit eos Moyses mille ex tribu & mille ex tribu cum virtute eorum? Vtrum virtutem eorum vult intelligi, principes eorum: an virtutẽ à Domino eis datã, vel per ipsum Moysen impetratam: an potius virtutem eorũ, quia dedit ea quibus virtus eorum sustentaretur?

POTEST videri quæstio, quomodo quando Israëlitæ Madianitas debellauerunt, interfectum dicat Scriptura Balaã, qui fuerat conductus ad maledicendũ populum Israël: cùm superiùs quando benedicere coactus est, ita eandem actionem Scriptura concluserit, cùm ait: Et surgens Balaam abiit reuertens in locum suum, Balac abiit ad semetipsum. Si ergo redierat ad locum suum Balaam, quomodo hic interfectus est, cũ de tam longinquo, id est de Mesopotamia veneritAn fortè reuersus est ad Balac, & hoc Scriptura nõ dixit? Quanquã etiã possit in locum suum rediisse intelligi, quòd ab ipso loco vbi sacrificia faciebat in eũ locum reuersus est vnde illuc exierat: id est, vbi tãquã peregrinus habebat hospitium. Non enim dictum est in domum suam, aut in patriam suam, sed in locũ suũ. Habet autẽ & quisq; peregrinus locum suum vbi ad tempus habitat. De ipso autẽ Balac qui eum cõduxerat, non dictum est ad locum suũ, sed ad semetipsum: id est, vbi dominans habitabat. Posset ergo dici ad locũ suum, & dominans, & peregrinus. Ad semetipsum autem non video quomodo possit dici peregrinus, cũ ad hospitiũ suũ venisset. ET prædã egerunt mulieres Madian, & supellectilẽ eorum & pecora eorũ, & omnia quæ possederãt, & virtutẽ eorũ deprędati sunt. Cũ iam dixisset mulieres, supellectilem & pecora, & omnia quæ possidebant: quid deinde addit, Et virtutem eorum deprędati sunt? Nimirũ enim hæc intelligenda est virtus, de qua & suprà dictum est, misisse millenos ex singulis tribubus cum virtute eorum. An fortè cibus quo sustentabantur virtus eorum appellata fuit, quo subministrato vires supetunt, & quo subtracto vires deficiunt? Vnde per prophetam Deus cùm minaretur ait, Auferam virtutem eorum panis, & virtutem aquæ. Et Moyses ergo cum annona miserat illos millenos: quod dictum est, cum virtute eorum: & isti Madianitis victis etiam hoc eorum inter cętera fuerant deprędati. VT quid viuificastis omne femininum? Hoc enim fecerunt filij Israël secundùm verbum Balaam, vt recedere facerent & despicere verbum Domini propter Phogor. Hoc consilium malignum, vt eis ad illecebrã feminæ supponerentur, per quas nõ solum corporaliter, sed etiam spiritaliter in adorando idolo fornicarentur, quando dederit Balam scriptura non dixit, & tamen apparet factum esse, cùm hic commemoratur. Sic ergo potuit & redire ipse Balaam qui iam ierat in locum suum, vt † modò locum eius, intelligamus peregrinationis hospitium, quamuis hoc Scriptura tacuerit.

QVID est quod ait, Et erunt ciuitates vobis refugia à vindicãte sanguinem, & non morietur is qui occidit quoadusque stet in conspectu synagogæ in iudicium: cũ de iis loquatur qui nolentes occiderint, & alibi dicat, tunc vnumquemque in tali causa confugientium exire liberum de ciuitate quò confugerat, cùm sacerdos maximus fuerit defunctus? Quomodo ergo hic dicit, Et non morietur iis qui occidit quoadusque stet in cõspectu synagogæ in iudicium: nisi quia ideo iudicatur, vt tunc ei liceat esse in ciuitate refugij, si manifestum factum fuerit in iudicio, quod nolens occiderit. QVID est quod ait, Qui vindicat sanguinẽ, ipse interficiat homicidam, cùm occurrerit ei iste interficiet eum? Sic enim sonat malè intelligentibus, quasi passim & sine iudicio datum fuerit vltori mortis propinqui sui, ius occidendi eius interfectorem. Sed hoc intelligi voluit, quia secundum id quod suprà dictum est, Qui occiderit, cõfugiat ad vnam de ciuitatibus refugiorum, quousque stet in iudicium, ne antè inuentus à propinquo occidatur: quia etsi nolens occidit, præter illas ciuitates inuentus occiditur. Cùm verò ad iudiciũ steterit in aliqua earum ciuitatum, & iudicatus fuerit homicida in aliqua earũ in qua fugere conceditur, & esse ibi non sinitur: tum iã demum iudicatum vbicunque compertũ propinquo licet occidere. Neque enim opus est eum ad iudicium deduci, cùm iam fuerit iudicatus homicida, & propterea de istis ciuitatibus pulsus sit.

al. quia.

al. continentie & concubitus abstinentie.

Matth. 6. c. 25. Num. 29. a. 7.

1. Cor. 7. a. 3.

QVAEST. LXI. Num. 31. b. 9.

Esai. 3. a. 1.

QVAEST. LXIII. Num. 31. c. 15.

al. in ore.

QVAEST. LXIII. Num. 35. b. 11.

Exod. 21. b. 6.

QVAEST. LXV. Num. 35. c. 19.

Ibid. a. 6. c. 15.

QVAEST. LX. Num. 31. a. 3.*

QVAEST. LXI. Num. 31. a. 8.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM SVPER DEVTERONOMIVM LIBER V.

QVÆST. I. Deut.1.c. 30.

IN eo quod commemorat Moyses dixisse populo timenti hostes inhabitantes terram quò introducẽdus fuit, Ne paueatis neq; timeatis ab eis, Dominus Deus noster qui præcedet ante faciẽ vestram ipse simul debellabit eos vobiscum: satis ostẽditur ita esse adiutorem Deum, vt etiam homines agãt aliquid. Et noluit Seon rex Esebon transire nos per ipsum, quoniã indurauerat Dominus Deus noster spiritũ eius, & confortauit cor eius vt traderetur in manu tuas sicut in hac die. Hæc dicens Moyses dũ populum alloquitur tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo, Ego indurauí cor Pharaonis: & ꝗ in Psalmis legitur, Cõuertit cor eorũ vt odissent populũ eius. Nec tacetur hic causa indurationis huius: cũ dicitur, Vt traderetur in manus tuas sicut in hac die: id est, vt vinceretur à te quod nõ fieret nisi resisteret, nõ autem resisteret, nisi corde obdurato. Cui rei iustitiã si quæsierimus, inscrutabilia sunt iudicia Dei. Iniquitas autẽ nõ est apud Deũ. Sanè notandũ est confortatũ cor posse dici etiã in malo. Vervntamen Og rex Basan reliquus factus est à Raphaim. Hoc nomine quod est Raphaim gigãtes significari in Hebræa lingua dicũt qui eã nouerũt. Vnde quod habẽt plerique codices, derelictus est à Raphaim: planius vtique dicitur, Reliquus factus est: vt ipse ex illis remansisse intelligatur. Cuius etiã cõsequenter longitudo & latitudo ferrei lecti cõmemoratur, ad eius magnitudinẽ commendandum. Ne feceritis iniquitatẽ, & ne faciatis vobisipsis sculpti lẽ similitudinem aut omnem imaginẽ. Quid interest inter similitudinẽ & imaginẽ quæri solet. Sed hic nõ video quid interesse voluerit, nisi aut duobus istis vocabulis vnam rem significauerit, aut similitudinẽ dixerit, si verbi gratia fiat statua vel simulachrũ habẽs effigiem humanam, non tamen alicuius hominis exprimantur lineamenta, sicut pictores vel statuarij faciũt intuentes eos quod pingunt vel fingunt. Hãc enim imaginẽ dici nemo dubitauerit, secundũ quam distinctionem omnis imago etiam similitudo est, non omnis similitudo etiam imago est. Vnde si gemini inter se similes sint, similitudo dici potest alterius cuiuslibet in altero, non imago. Si autẽ patri filius similis sit, etiã imago rectè dicitur, vt sit pater, prototyp⁹, vnde illa imago expressa videatur: quarum aliæ sunt eiusdem substantiæ, sicut filius: aliæ nõ eiusdem, sicut pictura. Vnde illud quod in Genesi scriptum est, Fecit Deus hominẽ ad imaginẽ Dei: manifestũ est ita dictũ, vt nõ eiusdem substãtiæ sit imago quæ facta est. Si enim eiusdem esset, nõ facta, sed genita diceretur. Sed quod nõ addidit, Et similitudinẽ: cũ superius dictũ esset, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: quibusdam visum est similitudinẽ aliquid amplius esse quàm imaginem, quod homini reformando per Christi gratiam postea seruaretur. Miror autem si non propterea postea imaginem solam voluit commemorare, quia vbi imago, cõtinuò & similitudo est. Vnde & hic Moyses similitudinem & imaginem fieri vetat, secundum eam fortasse rationem quã diximus. In decalogo autem generaliter dicitur, nullã fieri debere similitudinem, nec imago cõmemoratur. Cùm enim nulla similitudo sit, proculdubiò nec imago fit: quoniam si imago, vtique & similitudo. Non autem si sit similitudo, continuò sit & imago: tamen si nulla similitudo, sequitur vt nulla imago. Denique vbi prohibuit similitudinẽ & imaginẽ, homines intelligi voluit: vbi & similitudo fieri potest, non huius aut illius, sed cuiuslibet hominis: & imago, id est huius, pprie, vel illius hominis. Cũ verò de pecoribus diceretur, atque irrationalibus animantibus, solam similitudinẽ dixit. Quis enim reperiri potest, qui sibi vnũ cõstituat canẽ, vel quid eiusmodi, quẽ intuens eius imaginẽ pingat, aut fingat? Quod de hominibus vsitatissimũ est. Qvid est autem quod ait, Similitudinẽ omnis piscis, & quæcunque sunt in aquis sub terra. An & aquã propter tractabilẽ corpulentiã terrã intelligi voluit, & secundùm hoc in eo quod scriptum est, fecit Deus cęlum & terrã: & aquas debemus accipere? Assiduè quippe Scriptura his duabus partibus commemoratis, vniuersum mũdum vult intelligi, secũdùm illud, Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram: & innumerabilia eiusmodi. An ideo dictum est, sub terra, quòd terra ni si superior aquis esset, habitari vtiq; ab hominibus & animalia terrena habere non posset? Et ne suspiciens in cælum, & videns solem & stellas & omnem ornatũ cęli, errãs adores ea, & seruias illis quæ distribuit Dominus Deus tuus ea omnibus gẽtibus quæ sunt sub cælo. Non ita dictum est tanquam Deus præceperit ea coli à gẽtibus, à solo autem populo suo non coli: sed aut ita dictum est, quòd Deus præscierit gentes culturam exhibituras his cælestibus, & tamen hoc præsciens creauerit eas: cũ verò populũ suũ futurum esse præsciuerit qui ista non colleret. Aut distribuit dictũ est, vt intelligatur vsus qui cõmendatur in Genesi, Vt sint in signis & in temporibus & in diebus & in annis: quem vsum in eis cõmunem habet populus Dei cũ omnibus gentibus, non autẽ cultũ quẽ habent aliæ gentes. Ne obliuiscamini testamentum Domini Dei vestri quod disposuit ad vos, & faciatis vobismetipsis sculptilem similitudinẽ omniũ quæcunque constituit tibi Dominus Deus tuus. Hic certè generaliter loquens similitudinem posuit, imaginem tacuit: quoniã si nulla sit similitudo, profectò nec imago: quia vbi imago, continuò similitudo, quãuis non vbi similitudo, continuò ibi imago. Qværendvm quomodo dictũ sit, Interrogate dies priores qui fuerũt priores te, ex die qua creauit Deus hominem super terram, à summo cæli vsque ad summum cæli. Sub auditur enim, interrogate. Videtur autem significare totum orbem terrarum. Sed cur à summo cæli vsq; ad summũ cæli dicat, nõ à summo terræ vsq; ad summũ terræ, non est facile dignoscere. Talis enim quædã locutio est & in Euangelio cũ dicit Dominus, quòd cõgregabũtur electi eius à summis cælorũ vsque ad terminos eorũ. Nisi fortè hic nec in hominibus nec in angelis auditum esse vult intelligi, quod in hoc populo factum singulariter commendat: hoc enim sequitur, Si factum est secũdũ verbum magnum hoc, si auditum est tale quid, si audiuit gens vocem Dei viuentis loquentis è medio ignis, quemadmodum audisti tu & vidisti. Quod si ita est, vt nec in hominibus nec in angelis hoc dicat auditum: quid est ergo illud in Euangelio, A summis cælorum vsque ad terminos eorum: cùm sine dubio Dominus hoc ait, cùm de nouissima electorum suorum congregatione loqueretur. Qvid est quod Moyses ait, Dominus Deus vester disposuit ad vos testamentum in Oreb: Non patribus vestris disposuit Dominus testamentum hoc, sed ad vos hic omnes viuentes hodie facie ad faciem locutus est Dominus ad vos in mõte è medio ignis. An quia illi qui non ingrediuntur in terram promissionis, (mortui sunt enim omnes) non pertinent ad hoc testamẽtum, quorum tunc recognitio facta est, cùm à viginti annis ætatis & supra numerentur

Deut.1.f. 30.

Exod.10.a. 1.*

Psal. 104.c. 25.

Rom.11.d. 33.

Rom.9.c. 14.

Deut. 3.b.11.

Exod.20.a. 4.

Deut.4.c.8.

Gen. 1.c.27.

Ibidẽ c. 26.

QVÆST. II. Deut.4.c. 16.

QVÆST. III.

QVÆST. IIII.

QVÆST. V. Deut.4.c. 13.

Gen.1.a.1.

Psal.120.a. 2.

QVÆST. VI. Deut.4.c. 19.

Gen.1.b.14.

QVÆST. VII. Deut.4.d. 23.

QVÆST. VIII. Deut.4.a. 32.

Matth.24. c.21.

Exod.19.c. 18.

Matth.24. c.21. Marc.13.c. 27.

QVÆST. IX. Deut.5.a.2.

rentur vsque ad quinquaginta annos habiles ad bellũ? Quomodo ergo illis locutus est Dominus qui hodie viuunt? An quia ex viginti annis & infra potuerunt multi tũc esse qui hoc bene meminissent, alieni ab illa pœna, quam Dominus cõstituit illis qui tunc numerati sunt non intrare in terram promissionis: & hos vtique appellat qui quãuis viginti annorum & supra nõ essent quando Deus in monte loquebatur vt numerari tunc possent, potuerunt tamẽ annorum decem & nouem & infra vsq; ad puerilem ætatẽ, qui possent illa quæ facta & dicta sunt & videre & audire & memoria retinere. Sed quid est quod ait, Facie ad faciem locut⁹ est Dominus ad vos: quos paulò antè maximè admonere curauit, quòd nullam similitudinem viderint? sed solam vocem de medio ignis audierint? An propter rerum euidẽtiam, & quodammodo præsentiam manifestatæ diuinitatis, de qua dubitare nemo posset, his verbis vsus est? Quod si ita est, quid prohibet de ipso Moyse hoc intelligi, eo quòd de illo dictũ est, quòd facie ad faciem locutus sit cum eo Dominus, vt nec ipse aliquid oculis viderit præter ignem? An aliquid amplius vidisse intelligitur, quia scriptum est, cum intrasse in nebulam vel nimbum, vbi erat Deus? Sed & si aliquid amplius vidit, quàm illi, non eum tamen mortalibus oculis vidisse Dei substantiam ex illis eius verbis intelligi potest, quibus ait Deo, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi te metipsum vt scienter videam te. Neque enim arbitrandum est hũc populum, cui Moyses loquebatur, sic tũc vidisse Deum facie ad faciem quãdo in monte loquebatur è medio ignis, quemadmodũ Apostolus dixit in fine nos eum esse visuros, vbi ait, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Quid autem hoc & quantum esset cõsequenter aperuit, dicens: Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Quod etiam ipsum cautè accipiendum est, ne tãtam putetur habiturus homo cognitionem Dei quantam nunc habet hominis Deus, sed pro suo modo ita perfectam, vt ei nihil adhuc expectetur addendum: vt quem perfectè nunc Deus nouit hominem, sed tamen sicut Deus hominẽ, ita tunc perfectè nouerit homo Deũ, sed tamen sicut homo Deũ. Neque enim quia dictum est, Estote perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est, ideo æqualitatem patris quã verbum habet vnigenitum, sperare debemus, quãuis non defuerint qui & hoc futurum putauerint, nisi fortè quid dicant parũ intelligimus.

Qvid est quod ait, Et ego stabam inter Deum, & vos in tempore illo annunciare vobis verba Domini: Tanquã in loco esset Dominus, hoc est in mõte vnde illi voces audiebant. Quod sit accipiendum est, vt nõ ex hoc suspicemur Dei substantiam in vllo aliquo esse corporali loco, qui est vbique totus, nec per locorũ interualla propinquat aut recedit: sed demonstrationes eius in ea creatura quæ non est quod ipse, non aliter humanis sensibus exhibentur. Vnde Dominus volens auferre ab hususmodi suspicionibus mẽtẽ nostrã, quibus putatur Deus loco aliquo cõtineri, Veniet, inquit, hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabũt patrem in spiritu & veritate. Nã & pater tales quærit qui adorent. Spiritus est Deus, & eos qui adorãt eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Medium ergo se dixit Moyses non inter Dei substantiam & populum interuallo aliquo loci: sed quia per eum placuit populũ audire cætera Dei verba posteaquã vehementer est territus, audita de medio ignis voce Dei dicentis de-

calogum legis. Sed meritò quæritur quomodo accipiantur hæc verba Deuteronomij dicente Moyse, Et ego stabam inter Deum & vos in tẽpore illo annũciare vobis verba Domini, quoniã timuistis à facie ignis & non ascendistis in montẽ, dicens: Ego sum Dominus Deus tuus: & cætera. Quæ iã verba Dei sunt quæ decalogus continet. Quid ergo vult quod addidit, dicens? Si enim putauerimus hyperbaton, vt ordo verborũ sit, Et ego stabam inter Deum & vos in tempore illo annunciare vobis verba Domini dicens, Ego sum Dominus Deus tuus: non erit verum. Nõ enim hæc verba per Moysen populus, sed de medio ignis audiuit. Quod cùm sustinere non posset audito decalogo, postulauit vt per Moysen cætera audiret. Restat ergo vt quod positum est, dicens: pro eo positum intelligamus ac si esset, Cùm diceret: vt iste sit sensus, Et ego stabam inter Deum & vos in tempore illo annunciare vobis verba Domini: quoniam timuistis à facie ignis & non ascendistis in montem, cùm diceret, Ego sum Dominus Deus tuus: vt subaudiatur, cùm diceret vtique Dominus. Cùm enim hæc verba diceret Dominus, quæ consequẽter ex decalogo cuncta cõmemorat: tũc timuit populus à facie ignis: & non ascendit in montem, & rogauit vt per Moysen potius verba Domini audiret. Quæ verba Moyses commemorat in Deuteronomio dicta sibi à populo, cùm audire iam nollent vocem Dei, sed per eum peterent sibi dici quæ dicebat Deus: id est, ecce ostẽdit Dominus Deus noster nobis gloriam suã, & vocem eius audiuimus è medio ignis: & cætera. Non eadẽ prorsus legũtur in Exodo, vbi primũ narrata sunt quæ modò repetuntur. Vnde intelligamus, quod aliquotiens iam commemorauí, non esse in mendacio deputandum, si aliis quibuslibet verbis eadem voluntas manifestatur, propter Euangelistarum etiam verba quæ ab imperitis & calumniosis tãquam repugnantia reprehenduntur. Neque enim magnum erat Moysi attendere quæ in Exodo scripserat, & eisdẽm omnino verbis illa repetere, nisi pertineret ad sanctos doctores nostros hoc ipsum insinuare dicentibus, vt nihil aliud in verbis loquentium quærant nisi voluntatẽ propter quam enunciandam verba instituta sunt. Qvid est quod ait Moyses dictũ sibi esse à Domino de populo Hebræo, Quis dabit esse sic cor eorum in eis, vt timeãt me, & custodiant mandata mea? An hic iã vult intelligi, gratia sua concedi hoc beneficium vt sit in hominibus iustitia ex fide, nõ quasi propria velut ex lege? Hoc enim per Prophetam significat, dicens: Auferã eis cor lapideũ, & dabo eis cor carneũ. Quod propter sensum dictum est, quem caro habet, & lapis nõ habet, verbo vtique translato. Hoc ipsum & alibi dicit, Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consummabo super domum Israël & super domum Iuda testamentum nouum, nõ secundum testamentum quod disposui ad patres eorũ in die qua apprehendi manum eorum vt educerẽ eos de terra Ægypti: quoniam hoc est testamentum quod disposui ad eos: post dies illos, dans leges meas in cor eorum & in mẽte eorum superscribam eas, & iniquitatũ eorũ & peccatorum eorum non memor ero amplius. Hic enim discernit nouũ testamẽtum à veteri, quòd in veteri data est lex in tabulis lapideis, in nouo autẽ in cordibus, quod fit per gratiã. Vnde & Apostolus dicit, Nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib⁹. Et alio loco, Idoneos nos, inquit, fecit ministros noui Testamenti, non litera, sed spiritu. Qvod ait de Domino, Et in nomine eius iurabis: non ita præceptum accipiendum est, quasi iurari iusserit, sed in alterius alicuius Dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit si secundùm Euangelium non intaue-

Ibid.a.4.

Deut.4.c. 13.

Gen.1.a.1.

Psal.120.a. 2.

Deut.4.c. 19.

Ibid.14.d. 18.

Ibid.33.c.13.

1.Cor.13.d. 12.

Ibidem.

Matth.5.g. 48.

QVÆST. X. Deut.5.a.5.

Ioã.4.c.23. *

Exod.20.c. 18,19.

Exod.20.*.

QVÆST. XI. Deut.5.d. 29.

Ezech.3.f. 26.

Hier.31.f. 33.

2.Cor.3.a.3.

Ibid.b.6.

QVÆST. XII. Deut.6.c. 13. Matth.5.c. 34.

ris, non quia mala est vera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat, non solũ verum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autem omnino non iurat, à periurio longè ambulat. ET recordaberis omnem viam per quã duxit te Dominus Deus tuus in deserto vt affligeret te & tentaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo sunt, si obseruabis mãdata eius, an non. Hîc apertius dictum, quod alibi genere locutionis obscurum est, vbi legitur, Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eum. Intelligitur enim positũ esse, vt sciat: pro eo quod est, vt scire faciat: quomodo dilucidè dictum est, Vt tentaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo sunt. Non enim ait, vt cognosceret: quod quidem si dixisset, intelligendum erat cognita faceret. ET scias hodie quia non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dat tibi terram bonam istam hæreditare, quoniam populus dura ceruice es. Certè isti sunt qui propterea nõ meruerunt perire in deserto, quia nescierũt dexteram aut sinistram. Ecce iam dura ceruice appellantur. Vnde videndum est illud in sacramento esse dictum, nõ quòd istorũ merita commendata sint. Nam ne quis existimet subitò istos vituperabiles factos qui meritò fuissent antè laudati, paulò post eis dicitur, Memor eris ne obliuiscaris quãta exacerbasti Dominum Deum tuũ in deserto, ex qua die existi de terra Ægypti, donec venisti in locum hũc incredulus, perseuerasti q; ad Dominũ. Quòd si quidã eorum tales erant, quidam verò fideles & boni, etiam sic non vtiq; illis datur terra promissionis qui nesciunt dexteram aut sinistram, vt hoc sic intelligamus quasi non offenderint Deum. Nam & patres eorũ qui mortui sunt, nec in eandẽ terram intrare permissi sunt, tales inueniuntur fuisse, vt in eis essent quidam etiam boni. Propter quod Apostolus, non omnes, sed quosdam eorum dicit offendisse, in quibus eorum peccata commemorat. Similes quippe istos parentibus suis, ita euidentius docet & ipsa Scriptura Deuteronomij, quod consequenter adiungit, dicens: Et in Oreb exacerbasti Dominum. Vbi certè illi exacerbauerunt qui propter eadem mala merita sua nõ sunt in terram promissionis inducti. IN illo tempore dixit Dominus ad me, Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodũ priores, & ascende ad me in mõtem: & facies tibi arcam ligneam, & scribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus quas contriuisti, & immittes eas in arcã. Et feci arcam ex lignis imputribilibus, & excidi duas tabulas lapideas, sicut priores, & ascendi in montẽ, & duæ tabulæ in duabus manibus meis. Et scripsit in tabulis secũdùm Scripturam priorem decem verba quę locutus est Dominus ad vos in monte è medio ignis: & dedit eas Dominus mihi. Non immeritò quæritur, quomodo hæc in Deuteronomio dicantur Moyse recolẽte ac repetente quæ gesta sunt: cùm in Exodo, vbi primùm hæc dicta & facta narrantur, ita sit scriptum, Et dixit Dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc: etenim in verbis his posui testamẽtum tibi & Israël. Et erat ibi Moyses in conspectu Domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Panẽ non manducauit, & aquã nõ bibit, & scripsit in tabulis verba testamẽti decem verba. Cùm ergo in Exodo ipse Moyses in tabulis decẽ legis verba scripsisse narretur, quomodo hic in Deuteronomio Deus in tabulis eadem verba scripsisse recolitur? Deniq; illud quod in Exodo, cũ transeũter tractaremus, & quid nobis in ea differẽtia visũ fuerit literis mãdarem, cur priores tabulæ quæ cõtritę sunt, digito Dei scriptæ referantur: secundas autẽ tamdiu in arca, tabernaculoq; mãsuras, ipse Moyses scripsisse dicatur: ita per hanc differetiã duo testamenta significata esse diximus, vt in veteri Testamento lex commendaretur tãquã opus Dei, vbi homo nihil fecerit, eo quòd lex timore non posset impleri: quoniam cùm verè fit opus legis, charitate fit, non timore, quæ charitas gratia est Testamenti noui. Ideo in secũdis tabulis homo legitur scripsisse verba Dei, quia homo potest facere opus legis per charitatem iustitiæ, quod nõ potest per timorem pœnæ. Nũc ergo cùm legitur in Deuteronomio de secundis tabulis ita dictũ, Et excidi duas tabulas lapideas sicut priores, & ascẽdi in mõtẽ, & duæ tabulæ in manibus meis, & scripsit in tabulis secũdũ Scripturam priorem decem verba. Nõ enim ait, & scripsi, sed, scripsit, hoc est, Deus scripsit: sicut paulò antè dixerat verba Dei sibi dicta, Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodum priores, & ascende ad me in mõtem, & facies tibi arcam ligneam, & scribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus: discutienda nascitur quæstio, quòd vtrasque tabulas, id est, & priores & secundas, Deus hîc legitur scripsisse, non homo. Sed si in ipso quoq; Exodo verba Dei legantur, vbi iũbet easdem tabulas secundas excidi à Moyse, nihil aliud inuenitur, quàm ipsum Deum se easdem ꝓmisisse scripturum. Nam ita scriptum est, Et dixit Dominus ad Moysen, Excide tibi duas tabulas lapideas sicut & priores, & ascende ad me in montem, & scribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus quas tu contriuisti. Excepto itaq; libro Deuteronomij, quæstionem istam etiam solus liber Exodi continet, quomodo dixerit Deus, Et scribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus: cùm paulò pòst legatur, Scribe tibi verba hæc: etenim in verbis his posui testamentum tibi & Israël: ad superiora pertinet, quæ Deus ita præcipiebat, vt non in duabus lapideis tabulis scriberẽtur, sed in illo libro legis, vbi multa conscripta sunt: certè illud quod sequitur, Et erat ibi Moyses in conspectu Domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non manducauit & aquam nõ bibit, & scripsit in tabulis verba testamenti, decẽ verba: satis manifestat eundem Moysen in tabulis hæc decem verba scripsisse, non Deum. Nisi fortè violenter quidem, sed certa necessitate compellimur, vbi dictũ est, & scripsit in tabulis verba testamẽti, decem verba, non Moysen subaudire, sed Dominum. Suprà enim positũ est, Et erat ibi Moyses in conspectu Domini: vt à Domino, in cuius conspectu erat Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non manducans, & aquam non bibens, scripta intelligãtur hæc decem verba in tabulis, sicut antè promiserat. Quod si ita est, non quidem illa differentia duorum testamẽtorum quæ nobis visa est, in his verbis commẽdari potest, quando & priores & secundas tabulas scrisit, non homo, sed Deus. Veruntamen illa certè distantia non habet dubitationem, quòd priores tabulas & Deus fecit, & Deus scripsit. Non enim tunc dictũ est ad Moysen, Excide tibi duas tabulas: sed ita potius legitur, Et cõuersus Moyses descẽdit de monte, & duę tabulæ testimonij in manibus eius: tabulæ lapideæ Scriptura ex vtraque parte hinc atque hinc erant scriptæ: & tabulæ opus Dei erant, & scriptura Scriptura Dei est sculpta in tabulis. Iam enim superiùs dixerat easdẽ tabulas scriptas digito Dei, sic loquens: Et dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eum in monte Sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei. Ibi ergo & tabu-

QVAEST. XIII. Deut. 8. a. 2.

Deut. 13. a. 3.

QVAEST. XIIII. Deut. 9. a. 4. *

1. Cor. 10. a. 1. *

QVAEST. XV. Deut. 10. a. 1.

Exod. 34. d. 27.

Ibid. 31. d. 18.

Ibid. 34. d. 28.

Deut. 10. a. 3.

Exod. 34. a. 1.

Ibid. d. 28.

Exod. 31. d. 18.

& tabulæ opus Dei erãt, & Scriptura earũ digito Dei facta. Secũdas autẽ tabulas ipse Moyses iubetur excidere: vt ipsæ certo opere humano intelligantur excisæ, quãuis eas Deus ipse scripserit, sicut promisit cùm iuberet excidi. Porrò autem si diligentius attendãs, ideo vtrũq; dictũ est, in secũdis tabulis, quia & Deus fecit ꝑ gratiã suã op' legis in homine, & homo per fidẽ suã suscipiẽs gratiã Dei pertinens ad testamentũ nouũ cooperator est adiuuãtis Dei. Ideo autẽ in primis solũ opus Dei commemoratur, quia lex spiritalis est & lex sancta, & mandatũ sanctũ & bonũ & iustũ. Ideo verò nullũ opus hominis ibi cõmemoratur, quia infideles nõ cõtẽperantur adiutorio gratiæ, sed ignorantes Dei iustitiam & suam volẽtes constituere iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Vnde illis lex ad cõdemnationem valet, quod significat contritio tabularũ. Profectò non cogimur violento intellectu subaudire quod Deus scripserit, vbi scriptura dicit, Et erat ibi Moyses in conspectu Domini quadraginta diebus & quadraginta noctib': panem non manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba testamẽti. Vbi valde sonat scripsisse, Moysen. Sed ideo superius Deus se promisit scripturum, & in Deuteronomio non solum ita promisisse, verũ etiam ipse scripsisse enarratur, vt significetur q̃ ait Apostolus, Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari, ꝑ bona volũtate: hoc est, in eis qui ex fide gratiam suscipiunt, & non suam iustitiã volũt statuere, sed iustitiæ Dei subiecti sunt, vt ipsi sint in Christo iustitia Dei. Nam & illic Apostolus vtrũque dicit, & Deum operari, & ipsos. Nam si ipsi non operabãtur, quomodo eis dicebat, Cum timore & tremore vestrã ipsorum salutẽ operamini? Operatur ergo ille, cooperamur nos. Non enim aufert, sed adiuuat, bonæ volũtatis arbitriũ. IN illo tempore distinxit Dominus tribum Leui portare arcam testamenti Domini, assistere coram Domino ministrare & orare in nomine eius vsque in hunc diem. Propter hoc non est Leuitis pars & sors cum fratribus suis, Dominus ipse pars eius est, sicut dixit ei. Nisi per hanc tribum significaretur vniuersum regale sacerdotium, quod ad nouum pertinet Testamentum, nullo modo ausus esset dicere homo, qui ex eadem tribu non erat, Pars mea Dominus. Et in alio Psalmo, Dominus pars hæreditatis meæ.

Rom. 7. c. 16.

Rom. 10. c. 3.

Philip. 1. b. 13.

Ibidem.

QVAEST. XVI. Deut. 10. b. 8.

Psal. 72. d. 26.

Psal. 15. b. 5.

QVAEST. XVII. Deut. 11. c. 20.

QVID est quod præcepit Moyses commendans verba Domini & ait, Scribetis ea super limina domorũ vestrarũ & ianuarũ vestrarũ, cũ hoc secũdũ ꝓprietatẽ nemo fecisse Israëlitarũ cõmemoretur vel legatur, quia nec quisquam potest, nisi fortè diuidat ea per multas partes domus suæ? An hyperbolica commendatio est, sicut multa dicuntur? QVÆRENDVM quomodo iubeat decimationes omnium fructuũ & primitiua pecora non manducari, nisi in ciuitate vbi templũ erat, cũ eas Leuitis dari in lege præceperit. SI autẽ surrexerit in te Propheta seu sõniator somnians, & dederit tibi signum vel prodigium, & venerit signum siue prodigium quod locutus est ad te, dicens: Eamus & seruiamus diis alienis quos nescitis, non audietis verba Prophetæ illius vel somniantis somnium illud, quoniam tentat Dominus Deus vester vos scire, an diligatis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Hoc quidam interpretes Latini non ita posuerunt, Scire an diligatis, sed vt sciat an diligatis, quamuis eadem sententia videatur. Veruntamen illud quod dictũ est, scire, facilius ad illos refertur: vt sic accipiamus, tentat vos scire, ac diceretur, tentando vos facit scire. Vbi sanè intelligi voluit etiã illa quæ à diuinantibus non secundùm Deum dicuntur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic vt fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quę colũtur ab eis. Nec præter suã potestatem Deus ostendit esse quod ista contingunt, sed quasi quęreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit ad cognoscendam eorum dilectionem, vtrũ eam habeant erga Deũ suum: cognoscendam verò ab ipsis potius quam ab illo qui scit omnia antequã fiant. POST tres annos produces omnem decimam fructuum tuorũ: in illo anno pones illud in ciuitatib' tuis, & veniet Leuita, quia nõ est in eis pars nec sors tecum, & aduena & pupillus & vidua qui in ciuitatibus tuis erunt & manducabunt & saturabuntur, vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis quæcunq; feceris. Ex ista decima non dixit, vt ipse manducet cum suis. Ac per hoc Leuitis & aduenis & pupillis & viduis eã iussit impendi. Sed obscurè positum est, quia non est distincta ista decima ab illa quam voluit cũ Leuitis in eo loco mãducari, quẽ Dominus elegisset tempore suo. Sed in ea interpretatione quæ est ex Hebræo, apertius hoc distinctũ repetimus. Ait enim, Anno tertio separabis aliã decimã ex omnibus quæ nascẽtur tibi eo tempore, & repones inter ianuas tuas, venietq; Leuites qui aliã non habet partem nec possessionem tecũ, & peregrinus & pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent & saturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cũctis operibus manuũ tuarũ quæ feceris. Primò hoc ipsum planius est quod ait, anno tertio: intelligitur enũ vno anno interposito. In septuaginta autẽ, quoniã post tres annos dixit, in certũ est vtrũ eos medios esse voluerit, vt quinto quoq; anno fieret. Deinde cùm ait, Et separabis aliam decimam satis ostẽdit extra esse illam quam voluit cũ ipsum qui offert mãducare cũ suis & Leuitis in eo loco quẽ Dominus elegisset. Et hanc enim & aliam decimam intra ianuas suas eum ponere præcepit, non ad eum locũ eũ deferre vbi Dominus se voluit inuocari. Et veniet, inquit, Leuites qui non habet partem nec possessionem tecũ, & peregrinus & pupill' & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent. Hinc cęrtè manifestè verũ est, non istam decimam Deum fieri voluisse communẽ ei qui offert, & his quibus impendenda est: sed illis solis erogari cũ iussit qui aliud non haberent, in quibus præcipuè Leuitẽ posuit. Post septẽ annos facies remissionẽ. Hîc certè manifestatur quomodo & superiùs dixerit, post tres annos. Non enim & hos septẽ annos medios esse voluit. Vnoquoq; anno eã fieri præcepit, tanquã sabbatisinũ annorũ. ATTENDE tibi ipsi ne fiat verbum occultũ in corde tuo iniquitas, dicens: Appropiat annus septimus, annus remissionis, & malignetur oculus tuus in fratrem tuum egenũ, & non tribuas ei: & exclamabit aduersum te ad Dominũ, & erit in te peccatum, magnum. Magnificè ocultũ verbũ hoc dixit, quoniam nemo audet hoc dicere qui potuit cogitare, ideo non esse mutuum dandum indigenti, quoniam appropinquat annus remissionis, cũ Deus propter misericordiam vtrumq; præceperit, & commodari cùm quisque indiget, & remitti anno remissionis. Quomodo ergo misericorditer remissur' est illo anno quo remittendum est, si crudeliter cogitat illo tempore dandum non esse quo dandum est? SI autem venundatus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa seruiet tibi sex annis, & septimo dimites eum liberũ à te. Hos emptos non anno remissionis remiti voluit quem septimum quẽque obseruari oportebat ab omnibus, sed anno septimo emptionis eius quotocunq; anno illorum septimus iste annus occurreret.

Deut. 10. a. 2. 3.

QVAEST. XX. Deut. 14. d. 28.

QVAEST. XXI. Deut. 15. b. 9.

QVAEST. XXII. Deut. 15. c. 12.

OMNE primogenitum quod natum fuerit in bobus tuis, & in ouibus tuis masculinum sanctificabis

QVAEST. XXIII. Deut. 15. d. 19.

Domino Deo tuo. Quærẽdum vtrum quæ Græcè dicũtur πρωτότοκα, nec Latinè dici nisi primogenita po A
tuerũt, in his tantũ intelligenda sunt quæ nascũtur ex matribꝰ: ipsa enim propriè pariũtur potius quã gignũtur. Parere quippè est τίκτειν, quod est ex femina, vnde πρωτότοκον dicitur. Gignere autẽ est γεννᾶν, vnde propriè Latinè primogenitus dicitur. Ex feminis autẽ dabantur primitiua, id est, quæ prima pariebantur, non quæ prima gignebantur à viris, si fortè ex viduis quæ iã pepererant gignerẽtur. Non enim aliter essent quæ aperirẽt vuluã, quod propriũ voluit esse lex eorũ, quę primo nata Domino Deo debebãtur. Si ergo est in his verbis certa distinctio, non frustra Dominus nõ dicitur à patre μονότοκος, sed μονογενὴς, id est vnigenitus, q̃ est vnicꝰ: à mortuis autẽ primogenitus quidẽ Latinè dicitur, quia nõ potuit Latinũ verbũ ita cõponi secũdũ loquẽdi cõsuetudinẽ: Græcè autẽ πρωτότοκος dicitur, non πρωτογενὴς, tãquã pater genuerit æqualẽ sibi, B
creatura verò pepererit. Nã & quod dicitur primogenitus omnis creaturæ, quod ibi πρωτότοκος Græcè legitur, potest ita intelligi secũdũ nouã creaturã, de qua
2. Cor. 5. d. 17. dicit Apostolꝰ, Si qua igitur in Christo noua creatura: ex qua ille primitiuus est, quia primitùs ita resurrexerit, vt iam nõ moriatur, nec ei mors vltrà dominetur, quod nouæ creaturæ quæ in illo est futurũ, pmittitur in fine. Sed ista distinctio nõ temerè affirmãda, sed in Scripturis diligentiùs perscrutanda est. Mouet enim, quẽadmodũ dici potuit in Prouerbiis, Primogenite tibi dico filii, id est, ex cuius persona dictũ ĩtelligatur. Si enim ex Dei patris persona ad Christũ dicitur, cui sententię vtrũ sequẽtia consonent vix est asserere, cũdẽ dicit primogenitũ quem vnigenitum, quia etiã nos filij Dei sumꝰ: vnigenitũ verò, quoniã solus ille de substãtia patris, & patri æqualis atq; coæternus est. Mirũ
Q. VAE S T. XXIIII. Deut. 16. a. 2. est autẽ, vtrũ inter parere & gignere euidẽtissimis do- C
cumentis sacra Scriptura distinguat. Et immolabis Pascha Domino Deo tuo oues & boues, q̃d sibi vult hoc q̃ addidit boues, cũ immolationẽ Paschæ de oue tantũmodo commẽdauit, quã iussit accipi ex ouibꝰ & hædis vel ex capris? Quod mysticè accipitur propter Christũ, cuius ex iustis & peccatoribus est origo carnalis. Non enim ait ex ouibus aut capris, licet propriè nõ possent intelligi oues ex capris: sed ne fortè Iudæi dicerent subaudiẽdum caprum si dictum esset aut ex capris: dictũ est ex ouibus & capris. Quid ergo hic sibi
Q. VAE S T. XXV. Deut. 16. b. 9.* volunt boues? An propter alia sacrificia quæ ipsis diebꝰ azymorũ sunt immolanda? Q. VÆRENDVM quomodo præceperit obseruari quod ait, Septem septimanas integras dinumerabis tibi ipsi inchoare te: falcem mittere in messem. Incipies numerare septẽ septimanas, & facies diem festum septimanarũ Domino Deo tuo, prout valet manus tua quęcunque Dominus tibi dederit, secundùm quod benedicet te Dominus Deus tuus, & epulaberis ante Dominum Deum tuum. Si enim ab vniuerso populo lex hæc Pentecoste iussa est obseruari, nũquid omnes vno die credendum est falcem iussos mittere in messem? Si autem sibi quisque obseruat istam quinquagesimã dinumerãs ab illo die quo falcem mittit: non vna est vniuersõ populo, illa
Q. VAE S T. XXVI. Deut. 17. 14. verò vna est quæ computatur ab immolatione Paschæ vsque in diem datæ legis in Sina. Si autem intraueris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi in sorte, & hæreditaueris eam, & habitaueris in ea & dices, constituam superme principes sicut & cęteræ gentes quæ circa me sunt, constituendo constitues super te principem quẽ elegerit Dominus Deus tuus ipsum. Ex fratribus tuis cõstitues super te principem: non poteris constituere super te hominem alienum, qui nõ est frater tuꝰ. Quæri potest cur displicuerit po- 1. Reg. 8. b. 7.
pulꝰ Deo quãdo regẽ desiderauit, cũ hîc inueniatur esse permissus. Sed magis hîc intelligẽdũ est meritò nõ fuisse secũdũ volũtatẽ Dei, quia hoc fieri nõ præcepit, sed desiderantibus pmisit. Verũtamẽ, præcepit, ne fieret alienus, sed frater, id est, ex eodẽ populo indigena, nõ alienigena. Quod autẽ ait, Nõ poteris: intelligendũ est, nõ debebis. De rege cũ loqueretur ait, Nõ mul
Q. VAE S T. XXVII. Deut. 17. d. 17. tiplicabit sibi vxores, vt nõ discedat cor eiꝰ, & argentũ & aurũ nõ multiplicabit sibi valde. Vnde quęritur vtrũ Dauid contra hoc pręceptũ non fecerit. Non enim vnã habuit vxorẽ. Nam de Salomone manifestũ est, q̃ 2. Reg. 5. c. 13. trãsgressus fuerit hoc præceptũ, & in feminis & in auro & argento. 3. Reg. 11. a. 1.* Sed hinc potius intelligitur permissum fuisse regibus, vt plures haberẽt quàm vnã, multiplicari enim prohibiti sunt. Quæ prohibitio non habet transgressionem si paucæ fuerint, sicut Dauid fuerũt: nõ autem multæ, sicut Salomoni. Quãuis cũ addidit, B
Vt non dicedat cor eius: hoc magis videtur præcepisse ne multiplicando peruenìat ad alienas feminas: per quas factum est in Salomone, vt discederet cor eius à Ibid. 4. 4*.
Deo. Multiplicatio tamen generaliter ita prohita est, vt etiamsi ex Hæbreis solis eas multiplicasset, contra hoc pręceptũ fecisse meritò argui posset. Q. VAE S T. XXVIII. Deut. 18. b. 6. Si autem superuenerit Leuites ex vna ciuitatũ tuarũ ex omnibꝰ filiis Israel vbi ipse incolit, secundum quod cupit anima eiꝰ in locum quem elegerit Dominus: id est, si desiderauerit ire ad locum vbi Dñs inuocatur: & ministrabit nomini Domini Dei sui sicut omnes fratres eiꝰ Leuitæ qui astant ibi corã Domino: partem partiram edet præter vẽditionem quæ est secũdũ familiã. Quã dicat vẽditionem, obscurũ est: nisi fortè quia decimationes & primogenita præcepit vendi ab eis qui in lõginquo habitarent, ne multa cogerẽtur portare ad locum inuocationis Domini, vel pecora ducere, vt illic C
ab eis denuo emerentur ex eodẽ pretio. Et iusserat habere ibi partem Leuitam qui maneret in ea ciuitate, vnde illi decimationes & primogenita debebantur. Et ideo dixit secũdùm familiam hoc deberi Leuitæ, quoniã ex successione qua succeditur parentibus hoc circa eum seruari oportet, quod parentibus exhibitũ est. Q. VONIAM portentorum inspectores prohibet Q. VAE S T. XXIX. Deut. 18. b. 10. esse in põpulo Dei: quærẽdum est quomodo ista portenta quæ inspici prohibentur, discernãtur ab eis quæ diuinitùs ita dantur, vt quid significẽt dici debeat: sicut omnia miracula quæ in Scripturis reperiuntur significantia quod pertineat ad regulam fidei. Sicut dicimus quid significauerit vellus in area compluta: sicut cum, vel in sicca area complutum: aut virga Aaron quæ floruit & nuces attulit, & cætera huiusmodi. Si- Iudic. 6. g. 37. Num. 17. b. 8.
cut autem discernũtur diuinationes quas consequenter prohibet à prædictionibus vel annunciationibus D
Prophetarum, sic illæ inspectiones prodigiorum à significationibus diuinorum miraculorum discernendæ sunt. Q. VONIAM Dominus Deus vester qui præcedet vobiscum, simul debellabit vobiscum inimicos vestros, & saluos faciet vos. Ecce quemad- Q. VAE S T. XXX. Deut. 20. a. 4.
modum & in spiritalibus conflictibus sperandum & petendum est adiutorium Dei, non vt nos nihil faciamus, sed vt adiuti cooperemur. Sic enim ait, Debellabit vobiscum: vt & ipsos acturos quod agendum esset ostenderet. Et loquentur Scribæ ad popu- Q. VAE S T. XXXI. Deut. 20. b. 5.*
lum dicentes, Quis est homo qui ędificauit domum nouam, & non dedicauit eam, vadat & reuertatur in domum suam ne moriatur in bello, & homo alius dedicet eã? Et quis est homo qui pastinauit vineam, & non est epulatus ex ea, vadat & reuertatur in domum ne moriatur in bello & homo alius epuletur ex ea? Et quis

quis est homo qui sponsauit vxorẽ, & non accepit eã, vadat & redeat in domum suam ne moriatur in bello, & homo alius accipiat eã? Possunt mouere ista, quasi meliore conditione moriãtur in bello qui iã dedicauerũt ædificia sua, iãq; epulati sũt de nouellis, iãq; duxerũt spõsas suas, quã ij q̃ nõdũ. Sed quoniã his rebꝰ tenetur humanus affectus, & magni æstimãtur hæc ab hominibus: intelligendũ est ad hoc ista dici in bellũ procedẽtibus, vt quisquis animo his tenetur, appareat cũ reuertitur, ne propter hoc minꝰ fortiter agat, dũ timet ne antè moriatur quam domum dedicauerit, aut de nouella sua biberit, aut sponsam suã duxerit. Nã vtiq; quantũ ad feminã pertinet, melius alteri nubit intacta quã vidua. Sed hæc, vt dixi, instituta sunt ꝓpter virorũ animos explorandos. Non erũt vasa viri super mulierem, vasa bellica vult intelligi: id est, arma. Nã quidã etiã hoc interpretati sunt. Si autẽ quis acceperit vxorẽ Q. VAE S T. XXXII. Deut. 21. Q. VAE S T. XXXIII. Deut. 22. b. 13.*
& habitauerit cũ ea, & oderit eã, & imponat ei occasio B
nis verba, & detulerit ei nomẽ malignum, & dixerit: Mulierẽ hãc accepi, & accedẽs ad eã nõ inueni eiꝰ virginalia: & accipiens pater puellæ & mater producent virginalia puellæ senioribus, dicens: Filiã meã hãc dedi homini huic vxorẽ, & odio habẽs eã, ipse nũc imponit ei occasionis verba dicẽs: Nõ inueni filiæ tuæ virginalia, & ecce virginalia filiæ meæ. Et replicabũt palliũ corã seniorib̃ ciuitatis illiꝰ: & accipiẽt senes ciuitatis hominẽ illũ, & castigabũt eũ & dãnificabũt eũ cẽtũ siclis, & dabũt patri adolescẽtulę, q̃a ꝓtulit nomẽ malũ sup virginẽ Israëlitẽ: & ipsiꝰ erit vxor, nõ poterit dimittere eã ꝓpetuo tẽpore. Si autẽ verũ factũ sit hoc verbũ, & nõ inueniantur virginalia puellæ, & producẽt adolescẽtulam ad ianuã domus patris ipsius, & lapidabũt eã viri ciuitatis eius in lapidibus: & morietur, quoniã fecit impudentiã in filiis Israël prostituere domũ patris sui: & auferes malignũ ex vobis ipsis. Satis hinc apparet, quẽadmodũ subditas feminas viris, & penè famulas lex esse voluerit vxõres: quod dicẽs aduersus vxorem vir testimonium vnde lapidaretur illa, si hoc verum demonstraretur: ipse tamen non vicissim lapidaretur, si hoc falsum esse constiterit: sed tantummodo castigatur & damnificatur, eiq; perpetuo iubetur adhærere qua carere voluerat. In aliis autem causis, eum qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, iussit occidi: eademq; pœna plecti iubet, qua fuerat si verum esset, iste plectendus. Si autem Q. VAE S T. XXXIIII. Deut. 22. d. 28.
inuenerit aliquis puellam virginem quæ sponsata nõ est, & vim faciens ei dormierit cum ea, & inuentus fuerit, dabit homo qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmata argẽti, & ipsius erit vxor, quia humiliauit eam, & nõ poterit dimittere eam per omne tempus. Meritò quæritur, vtrum ista pœna sit vt non eam possit dimittere per omne tempus, quam D
inordinatè atque illicitè violauit. Si enim ad hoc intelligere voluerimus eam non posse, id est nõ debere dimitti per omne tempus, quia vxor effecta est, occurrit illud quod permisit Moyses dare libellum repudij Deut. 24. a. 1.
& dimittere. In his autem qui illicitè vitiant noluit licere, ne ad ludibriũ fecisse videatur, & potius finxisse quòd eã vxorẽ duxerit, quam verè placitoq; duxisse. Ibid. b. 5.
Hoc & de illa iussum est, cui vir fuerat calũniatus de virginalibus non inuentis. Q. VAE S T. XXXV. Deut. 23. a. 3. Non intrabit Ammonites & Moabites in Ecclesiã Domini, & vsque ad decimam generationem nõ intrabit in Ecclesiã Domini, & vsque in æternum. Quæstio est, quomodo intrauerit Ruth quę Moabitis fuerit, de qua etiã caro Domini originẽ ducit. Nisi fortè istã mysticè prophetauerit intraturam, quòd ait vsq; ad decimam generationẽ. Computãtur enim generationes ex Abraham Ruth. 4. d. 22. Matth. 1. a. 5.
quando fuit & Lot qui genuit Moabitas & Ammonitas ex filiabus, & inueniuntur cũ ipso Abrahã cõpleri Gen. 10. g. 37. 38.
decem generationes vsq; ad Salmõ, qui genuit Booz, qui maritus secũdus fuit Ruth: Sunt enim istæ, Abrahã, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmõ: Salmõ quippe genuit Booz, qui viduã duxit Ruth, ac per hoc videtur post decimã generationẽ genus fecisse in Ecclesiã Domini pariendo filios ipsi Booz. Sed cur additũ sit, Et vsque in æternũ: meritò adhuc quæritur. An quia deiceps nulla anima de Ammonitis & Moabitis intrabit in illã Ecclesiã populi Hebręorũ, posteaquã ista generatione decima ꝓphetia cõpleta est? An potius ita dictum est, Et vsq; ad decimã generationẽ, vt omnino semper intelligi voluerit per denarij numeri quãdã vniuersitatẽ, vt hoc exposuerit quodãmodo addendo & dicendo, Et vsq; in æternũ? Quod si ita est, Ruth contra præceptũ vetitũ videtur admissa. An Ammonitas prohibuit admitti, nõ Ammonitidas, id est, viros nõ fœminas: maximè quia cũ euertissent Israëlitæ ipsam gentẽ, omnes viros occidere iussi sunt, feminas autẽ nõ, nisi eas quę nouerant concubitũ viri: quoniã ipsæ in fornicationẽ deduxerant populũ: virgines autẽ saluas esse voluerunt, nõ eis imputantes culpam qua euerti illa gens meruit: quã etiã hîc cõmemorauit, velut quæreretur cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerit in Ecclesiã Dñi: Num. 22. d. 5.*
subiunxit enim, Eo quòd nõ occurrerint vobis cũ panibus & aqua in via cũ exiretis de Ægypto, & quia cõduxerũt aduersum te Balaã filiũ Beor de Mesopotamia, vt maledicere te. Has culpas nec tũc quãdo illa gens debellata est, feminis imputauerunt, quas saluas conseruare maluerunt. Non tradas puerum Q. VAE S T. XXXVI. Deut. 23. c. 15.
domino suo, qui appositus est tibi à domino suo. Non intelliges q̃ dominus eius eũ apposuerit, id est cõmen- C
dauerit: potius enim depositũ diceret: sed appositũ dixit à Domino suo: id est, huic adiũctũ, cũ ab illo abcessisset. Nõ ergo suscipi, sed reddi potius prohibuit fugitiuos. Hoc quidem putari potest, nisi intelligamꝰ gẽti & populo ista dici, nõ vni homini: sed ex alia gente refugientẽ ad istã gentẽ cui loquebatur, hominẽ à Domino suo, id est à rege suo, reddi, phibuit. Quod etiam alienigena seruauit Achis rex Geth, quãdo ad eũ refugit Dauid à facie Dñi sui, hoc est, regis Saul. Apertissimè autẽ hoc explanat, cum dicit de ipso refuga, In vo 1. Reg. 11. c. 10.
bis habitabit, in omni loco vbi placuerit ei. Non erit Q. VAE S T. XXXVII. Deut. 23. c. 17.
meretrix à filiabus Israël, & nõ erit fornicãs à filiis Israël. Ecce vbi manifestè ꝓhibuit fornicari & viros & feminas etiã cũ non alienis cõiugibus peccatũ: esse demõstrãs misceri nõ cõiugibus suis, quando & meretrices esse, & ad meretrices accedere ꝓhibet, quarũ publicè venalis est turpitudo. In decalogo autẽ mœchię Exod. 20. b. 15. Deut. 5. b. 18.
nomine nõ videtur hoc apertè prohibuisse, quoniam mœchia nõ nisi adulterium intelligi solet. Vnde quid nobis videretur, ibi tractauimus. Non offeres mercedẽ meretricis, neq; commutationẽ carnis in domum Q. VAE S T. XXXVIII. Deut. 23. c. 18.
Domini Dei tui ad omne votum, quoniam abominatio Domino Deo tuo est, & verũq;. Quod ita intelligitur, quoniam abominatio Domino Deo tuo est, & hoc non vnum horum, sed vtrũque. De cane quippe vetat fieri commutationẽ primogenitorum, quam iubet fieri de aliis immundis animalibus: id est, equis & asinis, & si quid est eorum quę adiuuant hominem, & Latinè à iuuando iumenta dicuntur. De cane autẽ noluit vtrum & de porco. Et quare noluerit, requirẽdum est. Et si de omnibus talibus voluit, quare solum canem isto loco exceptum fecerit. De mercede autem meretricis vt diceret, videtur ea esse causa, quia superiùs prohibuerat esse meretricem de filiabꝰ Israël, aut

quenquam filiorũ Israël vti meretrice: & ne subreperet cogitationi, expiari posse hoc peccatũ si aliquid inde offerretur in templum, dicendũ fuit quod sit abominatio Domino. MORIETVR fur ille: id est, homo qui furatus est hominem, & auferetis malignũ ex vobisipsis. Assiduè hoc dicit Scriptura, cũ iubet occidi malos. Qua locutione vsus est etiã Apostolus cũ diceret, Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nõne de iis qui intus sunt vos iudicatis? Auferte malũ ex vobisipsis. Nam Græcus habet τὸν πονηρὸν, quod etiã hic scriptum est. Hoc autem potius malignũ solet interpretari, quã malũ. Nec ait τὸ πονηρὸν, id est, hoc malignũ: sed τὸν πονηρὸν, quod est hunc malignũ. Ex quo apparet eum voluisse intelligi, qui aliquid tale commisit vt excõmunicatione sit dignus. Hoc enim nunc agit in Ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio. Quamuis & aliter illud Apostolicũ possit, intelligi vt vnusquisq; malũ vel malignũ ex seipso sit iussus auferre. Qui sensus acceptabilior esset, si hoc malũ, vel hoc malignũ, nõ autẽ hunc malignum in Græco inueniretur. Nunc verò credibilius est de homine dictũ, quã de vitio. Quanquam possit eleganter intelligi etiam homo auferre à se malum hominem, quemadmodum dictũ est, exuite vos veterẽ hominẽ. Quod exponens ait, Qui furabatur, iam non furetur.

QVÆST. XXXIX. Deut. 24. b. 7.

1. Cor. 5. d. 13.

Ephes. 4. f. 28.

QVÆST. XL. Deut. 24. b. 8.

SECVNDVM legem omnem quam iurauerint vobis sacerdotes Leuitæ. Hic apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse: quamuis nõ omnis Leuites sacerdos fuerit. Si debitum fuerit in proximo tuo, debitũ quodcũq; non intrabis in domũ eius pignerare pignꝰ: foris stabis, & homo apud quẽ debitum tuum est, proferet tibi pignus foras. Si autem homo eget, non dormies in pignore eius, redditione reddes ei vestimẽtum suũ circa occasum solis, & dormiet in vestimẽto suo, & benedicet te, & tibi erit misericordia coram Domino Deo tuo. Non immeritò videtur ad opus misericordiæ pertinere, vt non intret pignerator in domũ, ne fiat perturbatio debitori: sed ex hoc etiã ipsum debitorẽ admonet pignꝰ foras proferre creditori. Quòd verò iubet egenti pignus eodem die restitui, vt in eo dormiat qui non habet vbi dormiat, meritò mouet, vt requiratur cur nõ potius creditori præceperit vt non auferat pignus q̃ eodẽ die oportet vt restituat. Quod si ad cõpellẽdum debitorẽ fieri voluerit, quomodo se vrgeat ad redendũ, cũ sciat pignus eodẽ die se receptum? An fortè hoc fieri voluerit propter memoriã, ne obliuiscatur reddere, & tũc nõ reddat siverè nõ habuerit: maximè quia creditoris sui misericordia vincitur, cui esse nõ debet ingratꝰ si pignus receperit in quo dormiat: simul & creditor cũ ille nõ rediderit, debet eum credere nõ habere, quia hac etiã indiget misericordia vt pignus ei ꝓpterea restituatur, quòd aliud nõ habet vbi dormiat? NON moriẽtur patres pro filiis, & filij nõ moriẽtur pro patribꝰ: vnusquisq; in suo peccato morietur. Ecce non solũ Prophetæ hoc dixerũt, verũ etiã lex dicit, sua culpa quẽque interimendũ, nõ autem patris sui, aut filij sui. Quid est ergo quod alibi dicitur, Deus reddens peccata patrũ in filios in tertiã & quartam progeniem? An de filiis nondum natis illud intelligitur propter originale peccatum, quod etiam ex Adam traxit genꝰ humanum: hic autem de filiis iam natis est facta distinctio, vt vnusquisq; in suo peccato moriatur? Non enim trahit aliquid ex patre qui iam natus erat quãdo pater eius peccauit. Sed cùm etiam dicit, Iis qui oderunt me: manifestum est etiam illam conditionem posse mutari, si filij parentum suorum facta nõ fuerint imitati. Nam & illud ex Adam temporaliter redditur, quia omnes propter hoc moriuntur: nõ autẽ in ęternũ eis qui fuerint per gratiam spiritaliter regenerati, in eaq; permanserint vsq; in finem. Quãuis & illud meritò quæri possit, si reddũtur peccata patrum in filios his qui oderunt deũ, cur in tertiã & quartã generationẽ, velut prætermissa prima & secunda, vel non etiam in cæteras permanente impietate & imitatione malorũ parentũ. An per hũc numerũ quoniam septenarius intelligitur, vniuersitatem significare voluit, & ideo nõ ipsum potius septenariũ posuit, vt diceret in septimã generationem? Ac sic omnis intelligeretur, quia causam perfectionis huiꝰ numeri, hoc modo potius intimauit. Ideò namque perhibetur perfectus, quia ex his duobus constat, ternario scilicet primo impari toto, & quaternario primo pari toto. Vnde esse & illud propheticũ existimo, quod assiduè repetit, In tribus & quatuor impietatibꝰ nõ aduersabor: per q̃ voluit impietates vniuersas potius, quã tres vel quatuor intelligi. NON declinabis iudicium aduenæ & orphani & viduæ. Non pignerabis vestẽ viduæ. Cur non ait, Et non pignerabis vestimentũ corũ? Quæ enim causa est, vt trium istorũ iudiciũ declinare vetuerit, pignus autem auferri vestimẽtũ solius viduæ, non & illorum: nisi quia iudicia omniũ facienda propter ea cõmendauit, quia non habẽt à quibus defendantur siue aduena, quia in terra aliena est: siue orphanus, id est pupillus, quia parẽtibus caret: siue vidua, quia maritum nõ habet. Pignus verò cùm prohibet vestimẽtũ auferre viduæ puto q̃ satis elegãter admoneat, eas verè dicẽdas esse viduas, quæ etiam pauperes sunt. Id enim & Apostolus euidenter ostẽdit, vbi ait, Si qua autẽ vidua filios & nepotes habet, discat primũ domũ suã piè tractare, & mutuã vicẽ parentibus reddere: hoc enim acceptum est coram Domino. Quæ autẽ verè vidua est, & desolata, sperabit in Dominũ, & persistet in orationibus nocte & die. Hanc verè viduã dixit, quæ nõ habet à quibus sustentetur: quia nõ solùm viro sed etiam posteris atq; omni ope destituta est: diuitẽ quippe non diceret desolatam. Pauperi itaque pignus non est auferendũ vestimẽtum: nã & hoc ipso quod vestimentũ prohibet auferri, pauperẽ ostendit. Neq; enim creditor nõ potius auferret argẽtum, vel si quid aliud, quã vestimentum. Porro si occurrerit animo, Quid si multa habeat vestimenta nõ necessaria, sed superflua, quomodo intelligitur verè vidua? Hoc est non solum desolata, verũ etiã quæ in deliciis agit, quam subiecit dicẽs: Quæ autem in deliciis agit, viuens mortua est. Et hãc quippe opposuit, tanquã econtrario vere viduæ, tanquam talis non sit vera vidua. Quæcunq; autẽ diuites alias nuptias experiri noluerũt, cõtinentia in eis laudatur non desolatio cõmendatur. Hæ quippe maritis tantũ viduatæ sunt, non aliis rebus. QVOD admonet vt in messe oblitum manipulum nemo colligat, & oliuam vel vuam relictam nemo, repetat diligẽtiùs neglecta colligere, & dicit egentibus dimittenda: occurrit forsitan cogitationi, Quid si hæc quæ ab agrorum dominis dimittuntur, non egentes, sed improbi colligant? Sed considerandum primò illum misericordiã facere, qui hoc animo dimittit, vt egentes habeant quod dimittitur. Deinde cùm hæc populo præcipiũtur, simul admonentur ij qui non indigent, ista non quærere. Quòd si quæsierint, quid aliud quàm res alienas, &, quod grauius est, pauperum inuadere iudicandi sunt? Vtrique ergo commemorãtur his præceptis, & quorum agri sunt, vt misericorditer ea relinquant: & qui indigentes nõ sunt, vt inde se abstineãt: quando vtrũque dicitur, & à quibus dimittẽda sunt, & quibus dimittenda sunt. SI autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad iudiciũ, & iudicauerint & iusti-

QVÆST. XXXIX. Deut. 24. b. 7.

1. Cor. 5. d. 13.

QVÆST. XLI. Deut. 24. c. 10.

Ibidem.

QVÆST. XLII. Deut. 24. c. 16. Ezech. 18. d. 17.*

Exo. 20. a. 5.

Amos. 1. a. 3.*

QVÆST. XLIII. Deut. 24. c. 17.

1. Tim. 5. a. 5.

QVÆST. XLIV. Deut. 24. d. 19.

QVÆST. XLV. Deut. 25. d. 1.*

& iustificauerint iustum. Iudices intelligendi sunt iudicare, non illi qui dicti sunt altercationẽ habere. Deinde sequitur, Et reprehenderint impium, & erit si dignus fuerit plagis, qui impiè agit: constitues eũ in cõspectu iudicum, & flagellabunt eum ante se secũdùm impietatem eius: numero quadraginta flagellabũt eũ & non apponẽt. Si autem apposuerint flagellare eum super has plagas plures, deturpabitur frater tuus corã te valde. Aduertẽdum est, cùm ea peccata plagis emẽdanda præceperit, quæ digna non sunt mortis supplicio vindicari, & hoc tam paucis plagis: eum tamen qui cæditur, appellauit impium vel impiè agentem, vt nouerimus, non sicut plurimi loquuntur, locutas esse Scripturas: quas incuriosiùs legimus, cùm putamus adulterium non esse impietatem, quia in hominẽ videtur peccasse qui hoc fecerit, cùm illud peccatũ morte plecti iubeat lex: & his peccatis grauiores esse diximus impietates, cùm sint earum quædam quæ per flagella plagis quadraginta puniuntur. Est itaq; leuis impietas, quæ verbere digna est: & est grauior quæ morte digna est: ita etiam illa peccata quæ non in Deũ sed in hominem videntur admitti, sunt morte digna: quædam sunt alia correptione, seu verbere, seu † pœna faciliore. Ita enim locutos esse septuaginta interpretes constat, vt etiam illius, qui plagis dignus est, impietatem vocauerint. SI autem habitauerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autem non fuerit ei, vxor defuncti † fratris non alteri nubet appropianti: frater viri eius intrabit ad eam, & accipiet eam sibi vxorem, & cohabitabit ei. Et erit, infans quicumque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen eius ex Israël. Videtur hoc præcepisse lex de fratris vxore ducenda, non ob aliud, nisi vt semen suscitet fratri, qui sine liberis defunctus est. Quod autem ait, Constituetur ex defuncti nomine & non delebitur nomen eius ex Israël: id est, nomen defuncti: ex hoc videtur dictum, vt ille qui nascitur, hoc nomine appelletur quo appellabatur defunctus, cui quodammodo propagatur. Vnde nobis visum est magis secundùm adoptionis morẽ, soluere in Euãgelio quæstionem de duobus patribus Ioseph: quorũ vnum commemorat Matthæus, cum scilicet qui genuit Ioseph, alterum Lucas, cum, cuius filius erat Ioseph: quoniam nullius eorum nomen Ioseph accepit: nisi fortè hoc dictũ est, Constituetur ex defuncti nomine: nõ vt eius nomen accipiat, sed vt ex eius nomine: id est tanquã filius, non eius cuius semine est genitus, sed illius defuncti, cui semen suscitatum est, hæres constituatur. Quod enim additum est, Et non delebitur nomen eius ex Israël: potest ita intelligi: non quòd nomẽ eius puer consequenter accipiat, sed quòd ille non sine posteritate mortuus esse videbitur: & ideo permanet eius nomen, hoc est memoria. Neque enim etiam si ipse filium genuisset, nomen suum ei fuerat impositurus, vt nomen eius non deleretur ex Israël: sed ex hoc vtiq; non deleretur, quia non sine liberis ex hac vita emigraret: & hoc iubetur in eius vxore frater eius implere, quod ille non potuit. Nam & si frater nõ fuisset, & propinquus ducebat vxorem eius qui sine filiis mortuus esset, ad suscitandum semen fratri suo: sicut fecit Booz ducẽdo Ruth, vt semẽ excitaret propinquo suo, cuius fuerat illa vxor, nec de illo pepererat: & tamen qui de illa natus est, ex nomine quidẽ defuncti constitutus est, quia filius eius est dictus, atque ita factum est vt nomen defuncti non deleretur ex Israël, nec tamen eius nomine appellatus est. Quæ cùm ita sint, abundantius duobus modis solui potest Euangelica quæstio, vt vnus eorum quos diuersos commemorant Matthæus & Lucas, ita fuerit propinquus alteri ad ducendam eius vxorem, vt alios etiam sursum versus parentes ꝓq; maiores iste: alios ille habere potuerit. Nam si fratrum filij fuissent, vnum habuissent auum: quod non ita est: nam secundùm Matthæum Mathan est auus Ioseph, secundùm Lucam verò non Mathan, sed Mathath. Quòd si quisquam putet esse tantam similitudinem nominis, vt ab scriptoribus in vna litera erratum sit, vt fieret tam parua & penè nulla diuersitas, quid de istorum patribus dicturus est? Nam secundùm Lucã Mathath filius fuit Leui: secundùm Matthæum autẽ Mathan ex Eleazar genitus inuenitur: atque ita inde sursũ versus diuersi sunt patres & aui: & deinde maiores vsque Zorobabel, qui ferè est vigesimus sursum versus ab Ioseph apud Lucam, apud Matthæum autem vndecimꝰ. Qui propterea ideo ipse esse creditur, quia pater eius apud vtrumq; Euãgelistã Salathiel inuenitur: quamuis fieri potuerit, vt alius fuerit eodem nomine, habens eiusdem nominis patrem, cuius & ille habuit. Nam & inde sursum versus diuersi sunt: alium quippe habet Zorobabel auum apud Lucam, qui est Neri: alium apud Matthæum, qui est Iechonias, atque inde superiùs nusquam est consonantia, quousque veniatur ad Dauid, apud Matthæum per Salomonem, apud Lucã per Nathan. Difficillimum autem videtur non fuisse aliquem propinquiorem qui duceret vxorem fratris sui, quã eum qui ex Dauid esset cõsanguineus tam lõginquo gradu, non aliqua infiã propinquitate coniunctus, cùm sit apud Lucam Dauid penè quadragesimꝰ à Ioseph, apud Matthæum autem ferè vigesimus septimus. Aut si propinqui ad vxores defunctorum ducendas etiã illi quærebãtur, qui ex feminarũ sanguine propinquabant, fieri potuit vt esset aliquis ita propinquãs qui Ioseph genuerit de vxore propinqui sui, qui sine liberis discessit: ac † si ei esset alter ex natura pater, alter ex lege: in quorum patribus & auis & deinde maioribus ideo nulla propinquitas appareret, quòd nõ exmaribꝰ, sed ex feminis propinquarẽt. Verũtamẽ si ita esset nec Dauid aliquãdo vnꝰ pater occurreret: aut si quisquã potuisse cõtẽdat, vbi ponimus q̃ cõsuetudo Scripturæ non est feminas in genealogia pro † maritis ponere, sicut eas nullus Euãgelista interposuit. Vbi enim cõmemorantur matres, nõ ponũtur nisi cũ patribus: ac per hoc aut ita propinquior defuit ad vxorẽ defuncti sibi copulandã, vt origo cognationis à Dauid repeteretur: aut adoptio fecit alterũ patrem, quẽ posset habere Ioseph.

QVIS est quod inter illa quæ iubet dicere hominem, qui in dandis decimis, & quęcumque dare vel impendere iussus est, omnia mandata compleuit, etiã hoc cum laude & commendatione sui dicere iubetur, Non dedi ex eis mortuo. An per hoc prohibet parentalia, quæ obseruare gentes solent? NON præteribis ab omnibus verbis quæ ego mando tibi hodie, in dextra aut sinistra ire post deos alienos seruire illis. Quari potest, quomodo possit intelligi ire in dextera, q̃ post deos alienos ierit seruire illis, cũ dextera in laude ponatur, illud autẽ nũquam laudabiliter fieri possit: nam & quod reprehenditur in via vitæ, quæ declinat in dextera, non ibi ea reprehendentur quæ dextera sunt, sed ille qui declinat in eam: id est, qui sibi arrogat quæ Dei sunt. Ideo dicitur in Prouerbiis, Non declines in dextera aut in sinistra. Vias enim quæ à dextris sunt nouit Dominus: peruersæ autem sunt quæ à sinistris. Ergo bonæ sunt dexteræ quas nouit Dominus. Nouit enim Dominꝰ vias iustorũ: sicut in Psalmo legitur. Cur ergo dictũ sit, Ne declines in dextera: consequenter ostẽdit addendo, Ipse enim rectos faciet cursus tuos, Abit au-

A

B

C

D

al. venia.

QVÆST. XLVI. Deut. 25. a. 5. al. fratri non appropiabit, sed frater.

Matth. 1. c. 16. Luc. 3. c. 23.

Quæstio de duobus patribus Ioseph. Matth. 2. c. 16.

Luc. 3. c. 23.

al. sit.

2. Retract. cap 55. al. maribus

QVÆST. XLVII. Deut. 26. c. 14.

QVÆST. XLVIII. Deut. 28. b. 13.

Prouerb. 4. d. 27.

Psal. 1. b. 6.

Prou. 4. d. 27.

tem vt dexteras quas nouit Dominus, negemus esse rectas, sed, vt dixi, declinare in eas, est nõ illius gratie, sed sibi tribuere velle quod rectum est. Deinde, vt dixi, adiungit & dicit, Ipse enim faciet rectos cursus tuos, & omnia itinera tua in pace producet. Quapropter hoc quod isto loco Deuteronomij, de quo agimus, dictum est. Non præteribis ab omnibus verbis quæ ego mando tibi hodie, † in dextera aut in sinistra ire post deos alienos seruire illis: non ideo dictum est, quia dij alij possunt etiam in dextera accipi: sed aut terrena loca significata sunt, quia & in dextera & in sinistra habebãt gentes alios deos colentes: aut hoc de diis † alienis separatim pronũciandũ est, vt duo sint sensus: vnus videlicet, Non præteribis ab omnibus verbis quæ ego mãdo tibi hodie dextera aut sinistra, secundùm illum scilicet intellectum quem suprà exposui: alius autem sit sensus, ire post deos alienos seruire illis: vt hîc subaudiatur, Nõ præteribis ab omnibus verbis quæ ego mãdo tibi hodie. Quem totum sensum si dicere velimus, superiora verba, quæ vtrique sensui sunt communia, repetituri sumus: vt quomodo illic dicitur, Non præteribis ab omnibus quæ ego mãdo tibi hodie dextera aut sinistra ire post deos alienos seruire illis. Præterea ẽdo enim à verbis quæ mandata sunt, etiam hoc fit vt eatur post deos alienos. Non enim hoc solum mandatum est, aut hoc solum præteriri Deus non vult quod mandauit, ne post deos alienos eatur, sed omnia quæ mandauit. Hoc tamen ita præcipuè, vt post generalitatem præcepti, quo admonuit nõ esse prætereundũ ab omnib⁹ verbis mandatorũ suorũ, etiã hoc seorsum cõmẽdare voluerit. Potest hoc quod ait, dextera aut sinistra, etiã sic intelligi, vt nec eorũ causa, quæ ꝓpter felicitatẽ appetũtur, nec eorũ quæ propter infelicitatẽ fugiunt, ire mãdauerit post deos alios: id est, nec ꝓ iis quę amãtur, nec cõtra ea quæ odio habẽtur à diis aliis auxiliũ esse poscendũ. Aut certè illo modo, † veluti cõsulãtur, quæ prosint, vel placẽtur, ne nocẽt. Nã & de quibusdã scriptũ est in Psalmo, Quorũ os locutũ est vanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis: ideo quia his rebus opinãtur fieri hominẽ beatũ, quas & boni & mali possunt habere. Et ideo dextera est iniquitatis, quia iniqui sunt qui eam dexterã putant. Non enim est re vera dextera, sed dextera est eorũ: quorũ os locutum est vanitatem. Beatũ dixerunt populũ cui hæc sunt, cùm potius, sicut mox adiũgit & docet, Beatus populus cuius Dominus Deus ipsius. Hæc est vera dextera æquitatis, non iniquitatis. Non est ergo eundum post deos alienos, neque in dextera, vt existimet homo ex ipsis se fieri beatum: neque in sinistra, vt existimando ipsis aduersantibus se fieri miserũ, ad hoc eos colat vt auertat. Aut certè si dextera intelligam⁹ æterna, sinistra verò tẽporalia bona: nec propter illa, nec propter ista eos colẽdos sancta Scriptura hoc loco admonuisse creditur. Hæc verba testamenti quod mandauit Dominus Moysi statuere filiis Israël in terra Moab, præter testamẽtum quod restatus est eis in Oreb. Ostẽdit vnde appellatus sit liber Deuteronomion, quasi secũda lex; vbi magis illius repetitio est, quã aliquid aliud. Pauca enim sunt ibi, quæ nõ sunt in eo quod primum datũ est: nec tamen appellantur hæc duo testamenta, quamuis ita hæc verba sonare videãtur. Vtrũque enim vnũ est testamentũ, quod in Ecclesia dicitur Vetus: nã si propter hæc verba duo testamenta dicenda essent, iã non duo sed plura essent, excepto Nouo. Et in multis enim locis Scriptura dicit testamentũ: sicut illud quãdo factum est ad Abrahã de circũcisione, vel illud superiùs ad Noë. Et vos vidistis omnia quæcumque fecit Dominus Deus vester in terra Ægypti coram vobis Pharaoni & omnibus seruis eius, & omni terræ illius, tentationes magnas quas viderũt oculi tui, signa & prodigia illa magna, & manum validã: & non dedit Dominus Deus vobis cor scire, & oculos videre, & audire aures vsque in diem istã. Quomodo ergo ait superiùs, Vos vidistis tẽtationes magnas, quas viderũt oculi tui, si non dedit Dominus eis oculos videre, & aures audire? Nisi quia viderũt corpore, & cor de non viderunt, quia oculi dicuntur & cordis: propterea inde cœpit, Et non dedit Dominus Deus vobis cor scire. Ad hoc pertinent duo quæ sequuntur, & oculos videre, & aures audire, id est, intelligere & obtemperare. Quod verò dicit, & non dedit Dominus Deus vobis: nullo modo increpans & arguens hoc diceret, nisi ad eorum quoq; culpam pertinere intelligi veller, ne quisquã se ex hoc excusabilẽ putet. Simul enim ostendit & sine adiutorio Domini Dei eos intelligere & obedire nõ posse oculis cordis, & auribus cordis. Et tamen si adiutoriũ Dei desit, non ideo esse excusabile hominis vitiũ: quoniam iudicia Dei quamuis occulta, tamen iusta sunt. Et adduxit vos quadraginta annis in deserto: non inueterauerunt vestimẽta vestra, & calceamenta vestra nõ sunt attrita à pedibus vestris: panem non mãducastis, vinum & siceram non bibistis, vt scieretis quia ipse Dominus Deus vester. Hinc apparet tantum vim in suis impedimentis potuisse portare Israëlitas, quando exierunt de Ægypto, quod possent citò consumere. Nã si omnino nihil secũ tulissent, vnde esset illud de quo dictum est, Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerunt ludere? Non enim hoc de aqua diceretur, cùm & ipsius Moysi manifestissima verba sint, nõ fuisse illam vocem principium belli, sed principiũ vini. Nvnqvid est aliquis inter vos vir aut mulier aut familus vel tribus, cuius mens declinauit à Domino Deo vestro ire seruire diis gentiũ illarũ? Nequã est in eo radix sursum germinãs in felle & amaritudine. Et erit cùm audierit verba maledictionis huius, & opinabitur in corde suo, dicens: Sãcta mihi fiãt, quoniam in errore cordis mei incedo, vt nõ simul perdat peccatorem & eum qui sine peccato est: nolet De⁹ propitiari ei, sed tunc incendetur ira Domini Dei, & zelus eius in homine illo, & adhærebunt in eo omnia maledicta testamẽti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Ita dictũ est, Nũquid est in vobis: vt tãquã requirentem intelligamus: ne fortè sit. Si quis autẽ esset, eum terrore vehementer, ne fortè quisquam diceret in corde suo, audiẽs illa maledicta, Sãcta mihi sunt: id est, maledicta sancta mihi sunt: quoniã in errore cordis mei incedo: id est, absit vt mihi ista eueniant, non mihi sint hæc mala, sed sancta, id est propitia & innoxia: quoniã in errore cordis meis incedo, eũdo scilicet post deos gentiũ, & eis tanquã impunè seruiendo. Nõ, inquit, erit sic. Nõ perdat simul peccatorẽ, & eum qui sine peccato est. Tanquã diceret, Cauete ne cui vestrũ talia persuadeat, qui talia cogitet. Nollet Deus propitiari ei, siue talia cogitanti, siue illi cui talia fuerint persuasa, sicut ipse opinatus est dicendo, Sancta mihi sint: & quasi hoc modo auertendo à se vim illius maledicti. Sed tunc accendetur ira Domini, & zelus eius in homine illo, quando putauit eam se auertere, ista in corde suo dicendo, Et adhærebunt in eo omnia maledicta tastamenti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Non possunt quidẽ omnia euenire vni homini. Nõ enim etiam totiens mori potest quot genera mortis hic dicta sunt: sed omnia dixit pro quibuslibet, vt nõ sit immunis ab omnibus, cui euenerint aliqua eorũ quibus pareat. Quod autem ait, Vt nõ simul perdat peccatorem, & eum qui sine peccato est: quod Græcus habet

al. dextera aut sinistra.

al. aliis.

QVÆST. LIX. Deut. 29. a. 2.

Gen. 17. a. 4. Ibid. 9. b. 8.

QVÆST. I. Deu. 29. a. 2.

Ibid. 10. d. 21.

QVÆST. LI. Deut. 29. a. 5.

Exo. 31. b. 5. 1. Cor. 10. b. 7.

QVÆST. LII. Deut. 26. c. 18.

al. vt vel conciliẽtur, quò. Psal. 143. c. 8.

habet ἀναμάρτητον, non sic accipiendum est, tanquã ab omni prorsus peccato mũdum & immunem, hoc dixerit ἀναμάρτητον, id est sine peccato; sed eũ q sine peccato esset, de quo loquebatur, sicut dicit Dominus in Euangelio, Si non venissem, & eis locutus nõ fuissem, peccatũ nõ haberẽt: non vtiq; omne, sed hoc peccatũ quo non crediderũt in eum. Dicit etiam Deus ad Abimelech de Sara vxore Abrahæ, Scio quia mũdo corde fecisti hoc: non vtiq; mundum illius cor ita voluit intelligi, vt similis eis esset, de quibus dictum est, Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt: sed ab illo peccato de quo agebatur, mũdũ cor habebat: quoniã quãtũ ad ipsum pertinebat, non cõcupiuerat coniugem alienã. Et circum purgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui diligere Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, vt viuas tu. Euidẽs pollicitatio gratiæ: promittit enim Deus se esse facturũ, quod solet iubere vt fiat. Qvia mandatũ est hoc quod ego mando tibi hodie, non est supra modum, neq; longè abs te est: nõ in cælo est, dicens: id est vt dicas, Quis ascendet nobis in cælum, & accipiet nobis illud, & audiẽtes illud faciemus? Neq; trans mare est, dicens: id est, vt dicas, Quis transfretabit nobis trãs mare, & accipiet nobis illud, & audiẽtes illud faciem⁹? Propè est verbũ hoc valde in ore tuo, & in corde tuo, & in manib⁹ tuis facere illud. Hoc esse verbũ fidei dicit Apostolus: quod ad nouũ pertinet testamẽtũ. Sed quari potest, cur ea superiùs mandata dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius: nisi quia his omnibus spiritalia significãtur ad nouũ Testamentũ pertinentia, si bene intelligantur. Item quari potest, cur quod hic positum est, Neq; trans mare est, vt dicas, Quis trãsfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, Apostolus dixerit, Aut quis descendet in abyssum: atq; id exponens adiũxerit, Hoc est Christũ à mortuis reducere: nisi quia mare appellauit torã in hoc seculo vitam, quæ morte trãsitur: vt quodãmodo mare finiatur, & trãs mare mors ipsa appelletur: velut trans istã vitã, quæ maris vocabulo significatur. Deinde quòd hic additum est, Et in manibus tuis: non ait Apostolus, Nisi in ore tuo, & in corde tuo. Et hoc vsq; ad finẽ executus est, dicens, Corde enĩ creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Meritò quod ex Hebrço trãslatum est, quantũ à nobis inspici potuit, nõ habet, In manib⁹ tuis. Nec frustra tamẽ hoc à Septuaginta interpretib⁹ additũ existimo, nisi quia intelligi voluerũt etiã ipsas man⁹, quib⁹ significãtur opera, in corde accipi debere, vbi est fides quæ per dilectionẽ operatur. nã si foris secũs ea quę De⁹ iubet manib⁹ fiãt, & in corde nõ fiãt, nemo est tã insulsus qui præcepta arbitretur impleri. Porrò si charitas, quæ est plenitudo legis Dei, habitet in corde, etiam si manibus corporis quisquã nõ possit operari, pax illi est vtiq; cũ hominibus bonæ volũtatis. Peccaverunt nõ ei filij vituperabiles. Quod in Græco est τέκνα μωμητά, quidã interpretati sunt hoc, id est filij vituperabiles, quidã filij cõmaculati, quidã filij vitiosi. Vnde non magna quæstio, imò nulla est. Sed illud meritò ad quẽrẽdũ mouet, si generaliter dictũ est, Peccauerũt nõ ei: quoniã qui peccat, nõ peccat ei: id est, nõ Deo nocet, sed sibi: quomodo intelligẽdũ sit quod in Psalmo legitur, Tibi soli peccaui: & in Hieremia, Tibi peccauimus patiẽtia Israël Domine. Et iterũ in Psalmo: Sana animã meã, quia peccaui tibi: & vtrum hoc sit peccare Deo, quod peccare in Deum. Vnde ait Heli sacerdos, Si in Deũ peccauerit homo, quis orabit pro eo? Dicã ergo interi, quid mihi in præsentia videatur. Intelligẽt fortasse aliqui meli⁹, q melius hæc sapiũt, autetiã nos aliotẽpore quãtum adiuuerit Dominus. Peccare in Deũ, est in iis peccare quæ ad Dei cultũ pertinent. Nã hoc quod cõmemoraui, nihil aliud indicãt. Sic enim peccabant filij Heli: quibus hoc pater eorũ dixit: sic existi mãdũ est peccari etiã in homines, qui pertinẽt ad Deũ. Nam hoc Deus legitur dixisse ad Abimelech de Sara, Propterea peperci tibi, ne peccares in me. Peccare autẽ Domino, vel potius † peccare in Dominum, nisi fortè alicubi scriptum occurrat, quod huic sensui resistat, hi mihi videtur nõ immeritò dici, qui piam pœnitentiã peccati sui non agunt, vt glorificetur ignoscens Dominus. Causam quippe reddens Dauid cur dixerit, Tibi soli peccaui, & † malũ eorã te feci: subiecit & ait, Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cùm iudicaris. Siue cùm dicit Deus, Iudicate inter me & vineã meã: siue de Domino Iesu Christo intelligatur, qui solus verissimè dicere potuit, Venit enim princeps huius mundi, & in me nõ habet quicquam: id est, quicquam peccati quod morte sit dignũ: sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite eamus hinc. Tanquam diceret: Etiamsi leuissima peccata mortis supplicio persequatur princeps mundi, in me nõ habebit quicquam, sed surgite eam⁹ hinc: id est, vt patiar: quia in eo quòd patior, voluntatem impleo patris mei, non pœnam soluo peccati mei. Et quod Hieremias ait, Tibi peccauimus patiẽtia Israël: Domino vtiq; suppliciter dicitur in pœnitẽtia cũ spe salutis † & veniæ. Et quod dictũ est, Sana animã meã, quia peccaui tibi: hoc idem agitur vt Deus ignoscendo glorificetur: quia magna est eius misericordia super confitẽtes sibi & redeũtes ad se, q dicit se nolle mortẽ peccatoris, sed tãtũ vt reuertatur & viuat. Hîc & ipse Dauid nõ solũ in Psalmo, verumetiã cùm eum Deus argueret per Prophetam, nõ sine spe propitiationis Domini respondit, Peccaui Domino. Medico enĩ vulneratus videtur quodammodo, qui vt sanetur se subdit manibus medici, vt in comedicinæ opus implcatur. In hoc autẽ cantico præuidebat Propheta futuros quosdã, qui sic fuerant peccaturi Deũ offendendo magnis iniquitatibus suis, vt nec pœnitentiam agere vellent, & ad Deum redire vt sanarentur. De quibus etiã alibi dicitur, Quoniã caro sunt & spiritus ambulãs, & non reuertens. Potest etiam sic intelligi, peccauerunt non ei: secundùm id quod non ei nocuerunt peccato suo, sed sibi. Et hæc benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filios Israël priusquã defungeretur. Et dixit: Dñs ex Sina venit, & alluxit ex Seir nobis: festinauit ex monte Pharan cũ multis milibus Cades. Ad dexterã eius angeli cũ eo, & pepercit populo suo. Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Et accepit de verbis ipsius legẽ quã mãdauit nobis Moyses, hereditatem congregationis Iacob: & erit in dilecto princeps, congregatis principibus populorũ simul cũ tribubus Israël. Non negligẽter prætereũda est ista prophetia. Apparet qppe ista benedictio ad nouũ populũ pertinere, quem Dominus Christus sanctificauit: ex cuius persona ista dicũtur à Moyse, non ex persona ipsius Moysi, quod in consequentibus euidenter apparet. Nam si propterea dictũ est, Dominus ex Sina venit: quia in monte Sina lex data est, quid sibi vult quod sequtur, Et alluxit ex Seir nobis: cùm Seir mons Idumææ sit, vbi regnauit Esau? Deinde cũ Moyses filios Israël benedicat his verbis, sicut Scriptura prædixit, quomodo idẽ dicit, Et accepit de verbis ipsius legẽ quã mãdauit nobis Moyses? Nimirũ ergo prophetia est, vt diximus, populum nouũ Christi gratia sanctificatũ prænũciãs, ideo sub nomine filiorum Israël, quia semẽ est Abraham: hoc est, filij sunt promissionis, & interpretatio eius est, videns Deum. Dominus ergo qui ex Sina ve-

Ioan. 15. c. 22.

Cõtra Iulianum, lib. 3. cap. 10.

Gen. 20. b. 6.

Matth. 5. a. 8.

QVÆST. LIII Deut. 30. b. 6 6.

QVÆST. LIIII. Deut. 30. c. 11.

Rom. 10. b. 6. Deut. 28. f. 38.

Ibidem.*

Gal. 5. b. 6.

Rom. 13. c. 10.

QVÆST. LV. Deut. 32. a. 5.

Psal. 50. a. 6. Ierem. 14. a. 7. Psal. 40. a. 5. 1. Reg. 2. e. 25.

Gen. 20. b. 6 *al. peccasse Domino.*

Psal. 50. a. 6. *al. malignum.*

Esaiæ 5. a 3.

Ioan. 14. d. 30.

Ierc. 14. a. 7.

al. ex ven in. Psal. 40. a. 5.

Ezech. 33. c. 11.

1. Reg. 11. b. 10.

Psal. 77. d. 39.

QVÆST. LVI. Deut. 33. a. 1.

Deut. 33. a. 1.

nit, Christus intelligendus est, quoniam Sina interpretatur, tentatio. Venit ergo ex tentatione passionis crucis mortis. Et alluxit ex Seir. Seir interpretatur pilosus, quod significat peccatorem. Sic enim natus est Esau odio habitus: sed quoniam qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis lux orta est eis, ideo alluxit ex Seir.

Gen. 25. d. 25 E. saiæ. 91. a. 2.

Simul etiam nõ absurdè intelligitur esse prædictũ, ex gentibus quæ significãtur per nomen Seir, quia mons est pertinens ad Esau, venturam gratiam Christi populo Israël. Vnde dicit Apostolus, Ita & hi nunc non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiã consequantur. Ipsi ergo dicunt, Alluxit ex Seir nobis & festinauit ex monte Pharan: id est, ex monte fructifero. Id enim interpretatur Pharã, quo significatur Ecclesia. Cum multis milibus Cades. Et mutata interpretatur Cades & sanctitudo. Mutata sunt ergo multa milia, & sanctificata per gratiam, cũ quibus venit Christus ad Israëlitas postea colligendos. Sequitur & dicit, Ad dexteram eius angeli cũ eo. Hoc nõ indiget expositione. Et pepercit, inquit, populo suo, donãs remissionem peccatorum. Inde ad ipsum conuertit sermonem atque ait, Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Non vtique superbientes, & suam iustitiã volentes constituere, sed agnoscentes gratiam vt iustitiæ Dei subiiciãtur. Et accepit, inquit, de verbis ipsius legem: populus vtique de quo ait, Et pepercit populo suo. Accepit ergo de verbis ipsius legem, quam mandauit, inquit, nobis Moyses: hoc est, populus eius de verbis eius accepit legem, quia de doctrina eius intellexit legẽ eam ipsam, quam mandauit nobis Moyses. Ipse quippe ait in Euangelio, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Non enim accepit populus ille legem, quam non intellexit: sed tũc accepit quando intellexit de verbis eius, carens velamine veteri conuersus ad Dominum hanc dicit hæreditatẽ congregationis Iacob, quæ intelligenda est non terrena, sed cælestis: nõ tẽporalis, sed æterna. Et erit, inquit, in dilecto princeps. Ipse vtique in dilecto populo erit princeps Dominus Iesus, congregatis principibus populorum: id est, gentium simul cum tribubus Israël, vt impleatur quod suprà dictũ est, Lætamini gẽtes simul cũ populo eio, qa cæcitas ex parte Israël facta est, donec plenitudo gẽtiũ intraret, & sic omnis Israël saluꝰ fieret.

Rom. 11. d. 31. Rom. 10. a. 3. Iocl. 2. d. 18. Ioan. 5. f. 46. Rom. 11. c. 25.

Cvm Ioseph benediceret, ait inter cætera, Primogenitus tauri pulchritudo eius. Quod non ita legendum est, tãquã diceret, primogenitus tauri: sed cũ sit primogenitus, pulchritudo eius pulchritudo tauri est: propter crucis cornua de Domino intelligitur figuratum.

QVAEST. LVII. Deut. 33. c. 17.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM SVPER IOSVE LIBER VI.

QVAEST. I. Iosue 1. a. 5.

DOMINVS dicit ad Iesum Naue, Et sicut eram cum Moyse, ita ero & tecum. Non solùm autem hoc testimonio, sed etiam in Deuteronomio multis documentis approbatur Moyses ita defunctus, vt Dei famulus & Deo placens: quamuis in eo illa vindicta completa sit, ne terram promissionis intraret. Ex quo datur intelligi, Dominum etiam bonis seruis suis in aliquo succensentem & temporaliter vindicare, & tamen in eorum habere numero, qui sunt in domo eius vasa in honore vtilia Domino, quibus daturus est promissa sanctorum.

QVAEST. II. Iosue 1. c. 11.

QVÆSTIO est, quomodo posteaquam locutus est Dominus ad Iesum Naue, exhortans & confirmans eum, seq; promittens cum illo futurũ mandauerit idem Iesus populo per scribas, vt præpararent cibaria, quòd post tres dies Iordanem fuerant transituri, cùm inueniantur post multò plures dies transisse Iordanẽ. Cũ enim hæc populo mandasset, misit exploratores in Iericho, quoniã Iordane traiecto ipsa proxima ciuitas occurrebat. Illi autẽ diuerterũt ad Raab mulierẽ fornicariam, & ab illa occultati, atque à rege quæsiti & minimè inuenti, eadem dimittente illos per fenestram: & monente vt triduo laterent in montanis, quatuor dies videntur esse consumpti: inde posteaquã nunciauerũt quæ circa illos gesta fuerint, promouit Iesus cum populo vniuerso de loco vbi erat diluculo. Qui cùm venisset ad Iordanem, diuertit & mansit: tunc rursus populus admonetur vt post triduum se præpararet transire Iordanem, arca Domini præcedente. Hinc ergo intelligitur humanam fuisse dispositionem, quam fecit populo nunciari, vt cibaria præparent, tanquam post tres dies memoratum fluuium transituri. Potuit enim hoc sicut homo sperare fieri posse, si exploratores celeriter reuertissent. Quibus tardantibus intelligitur, quã uis Scriptura tacuerit, ex diuina dispositione cætera impleta vt iam inciperet apud populum glorificari Iesus: & ostẽdi quòd cum illo Dominus esset, sicut fuerat cum Moyse. Nã & hoc illi dicitur fluuium transituro, sicut scriptum est: Et dixit Dominus ad Iesum, In die isto incipiam exaltare te corã omnibus filiis Israël, vt sciant quoniam sicut eram cum Moyse, sic ero & tecũ. Nec incredibile debet videri, etiam illos cum quibus Deus loquebatur, aliquid ex humana dispositione agere voluisse, in qua sibi Deum tamen † fiderent esse rectorẽ eorumq; ex illius à quo regebantur prouidentia, consilia fuisse mutata. Nam & Moyses ipse vtiq; tã quã homo mutauerat esse faciendum, vt causas populi sic audiret, quemadmodum & sibi, & illis onus intolerabile subeundo prodesse non posset: eiusq; dispositio diuinitùs, & hoc ipsum socero eius suggerente & monente, atque hanc admonitionem Deo approbante mutata est.

Ibid. 2. a. 1.* Ibid. 3. a. 1.* a. videreut. Exod. 18. c. 14.* QVAEST. III. Iosue 3. a. 3

SCRIBÆ populo dicunt, Cùm videritis arcam testimonij Domini Dei vestri, & sacerdotes vestros & Leuitas tollentes eam, proficiscimini de locis vestris: & ite post eam, sed longum interuallum sit inter vos & illã: quantum duo milia cubitorum stabitis ne propinquetis ei, vt sciatis viã, quã ibitis in eã. Non enim abiistis viam ab hesterna & nudiustertiana die. De lõgè iussum est arcam præcedere, vt posset à populo videri. Tã grãde quippe agmen si post eã proximum pergeret, non eam videret præire, nec nosset quà sequeretur. Ex hoc autem facto intelligendũ est, quòd columna illa nubis quę solebat mouendis castris signũ dare & iter ostẽdere, iam recesserat, nec eis apparebat: hinc factum vt etiam triduum illud ex humana dispositione prædiceretur. Nunc ergo duce Iesu arcam Domini sequuntur nube subtracta, tanquam velamine ablato. Iordanis autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut in diebus messis tritici. Hoc incredibile videtur regionibus nostris. Ibi autem, sicut perhibent qui nouerunt, in initio veris est messis tritici. Tũc autem ille fluuius repletur amplius quàm per hyemẽ.

Exod. 13. d. 21. QVAEST. IIII. Iosue 4. a. 7. Matth. 24. c. 34.

ET erunt vobis lapides isti memoriale filiis Israël vsque in æternum. Quomodo in æternum, cùm cælum & terra transeant? An quoniam æternum aliquid significant hi lapides, cùm ipsi æterni esse non possint: Quanquam possit quod in Græco ἐς τὸν αἰῶνα, dici Latine, & vsque in seculum, quod non est consequens vt intelligatur æternum.

QVAEST. V. Iosue 4. c. 16.

ET dixit Dominus ad Iesum, dicens: Manda sacerdotibus portantibus arcam testamenti testimonij.

Solet

Solet dici arca testamenti, vel arca testimonij: nũc dicta est arca testamenti testimonij, vt non solùm arca, sed etiã ipsum testamentũ, appellaretur testamentũ testimonij. Hinc enim dicit Apostolus, Nunc autẽ sine lege iustitia Dei manifestata est, testimoniũ habẽs per legẽ & Prophetas. In cuiusdã enim rei alterius venturę testimoniũ datũ fuerat illud quod dicitur testamentũ vetus.

Rom. 3. c. 21. QVAEST. VI. Iosue 5. a. 2.

DIXIT Dominus ad Iesum, Fac tibi ipsi cultros de petra acutos, vel, sicut habet Græcus, de petra acuta, & sedens circũcide filios Israël iterũ. In hoc præcepto quæritur cur dixerit, iterũ. Nõ enim vnus homo bis circũcidendus erat: sed quia vnus populus erat in quibusdã circũcisus, in quibusdã nõ circumcisus, ideo dictũ est iterũ, vt circũcisus iterũ circũcideretur, non homo, sed populus. Nã & sequentia id ostendunt. Dicit enim Scriptura, Et fecit Iesus cultros petrinos sibi ipsi acutos, & circũcidit filios Israël in loco qui vocatur collis præputiorũ. Hoc autẽ modo circũpurgauit Iesus filios Israël, qui aliquando fuerant in via: & qui aliquando incircũcisi erant eorũ qui exierant ex Ægypto, omnes istos circuncidit Iesus. Quadraginta enim & duobus annis cõuersatus est Israël in deserto Mabdarich, & ideo incircũcisi erãt illorũ plurimi pugnatorũ qui exierunt de terra Ægypti, qui inobedientes fuerant mandatis Dei, in quibus & definierat Dominus eis ne viderent illi terrã, quàm iurauerat Dominꝰ patribus eorũ dare illis terrã fluentẽ lac & mel. Pro his autẽ substituit filios eorum, quos circũcidit Iesus, eo quòd fuissent in itinere incircũcisi. Manifestũ est ergo nõ omnes fuisse, sed quosdã. Quidã enim de Ægypto exeũtiũ filij in illo populo incircũcisi erãt, quos potuit circũcidere Iesus, illorũ scilicet filios qui genuerũt in deserto & contẽpserunt eos circũcidere, quòd inobedientes erant legi Dei. Nulla itaq; causa est, cur ij qui putant rebaptizandos eos qui habent Christiani baptismi sacramẽtũ, hoc testimonio legis adiuuari se putent: quia nullus bis numero vnus homo est circuncisus, sed populus qui iã fuerat in quibusdã circũcisus, in quibusdam verò adhuc incircũcisus erat. Etsi aliquo modo id fieri posset, vt bis Deus circũcidi hominem iuberet: nũquid possunt dicere ideo fuisse pręceptum, quia illi ab Ægyptiis fuerant circũcisi, aut ab aliquibꝰ hæreticis ab Israëlitarũ societate segregatis? Cùm verò satis etiam appareat quare sit à Deo dictum, nullũ hic possũt homines erroris sui patrocinium reperire.

Obuia hæreticorum errori.

QVANDO Iesus vidit virum coram se stantem euaginato gladio, & eo respondente dicit, quòd esset princeps militiæ virtutis Domini: & prostratus in terram dixit, Quid præcipis tuo famulo? Quæri potest, vtrũ angelo se prostrauerit, eumq́ue dixerit Dominum, an potius intelligens à quo missus fuerit, ipsum Dominum dixerit, eique se prostrauerit. Erat autem, sicut legitur, Iesus in Iericho, non vtique in ipsa ciuitate, cuius muri nondum ceciderant, quod mox futurũ erat, vt in eam possent intrare, sed in agro ad eam pertinente: nam interpretatio, quæ est in Hebræo, sic habet.

QVAEST. VII. Iosue 5. d. 13.

IN eo quod factum est vt Achan de tribu Iuda furaretur de anathemate ciuitatis Iericho contra præceptum Domini: & propter eius peccatum tria milia quæ fuerant missi in Hai, dederũt terga hostibus, † & occisi sunt ex eis triginta sex viri, & populo grauiter territo, Iesus cum senioribus se prostrauit ad Dominum, eiq; responsum est ideo factum esse, quòd peccauerit populus. Minatus est etiam Deus non se cum eis futurum, nisi abstulerint anathema de se ipsis, & quòd ostensus est qui fecerat: nec solus occisus est, sed cum omnibus suis. Quæri solet quomodo iustè pro alterius peccatis in aliis vindicetur, maximè quia in lege Dominus dixit, nec patres pro filiorum, nec filios pro parentũ peccatis esse puniendos? An illud iudicãtibus hominibus est præceptũ, ne quenquã pro altero puniant. Deo autem Dei iudicia non sint eiusmodi, qui alto & inuisibili cõsilio suo nouit quatenus extendat etiã tẽporalẽ hominũ pœnã, salubremq́; terrorem non enim aliquid durũ, quãtũ attinet ad vniuersi mũdi administrationẽ, contingit mortalibus cùm moriũtur, quandoque morituri; & tamen apud eos qui talia metuũt, disciplina sancitur, vt non se solũ quisque curet in populo, sed inuicẽ sibi adhibeãt diligentiam, & tanquã vnius corporis & vnius hominis alia pro aliis sint mẽbra sollicita. Nec tamen credendũ est etiã pœnis quæ post mortẽ irrogãtur, aliũ pro alio posse dãnari: sed in his tãtum rebus hanc irrogari pœnã, quæ finẽ fuerant habituræ, etiamsi non eo modo finirentur. Simul etiã ostenditur, quanta connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed etiã tãquã partes in toto existimẽtur. Per vnius igitur peccatũ mortẽq́; paucorũ admonitus est populus vniuersus, tãquã in corpore vniuerso quærere q́ admissum est. Simul etiã significatũ est quantũ mali fieret, si vniuersa illa congregatio peccasset: quando ne vnus quidẽ ita potuit iudicari, vt ab eo possent cæteri esse securi. Ac verò si Achan ab aliquo inuentus atq; cõprehensus, & illius criminis reus ad iudiciũ Iesu fuisset adductus, nequaquã putandũ est hominẽ iudicẽ vel pro illo, vel cũ illo quẽquã aliũ, qui societate facti eius minimè teneretur, fuisse puniturũ. Neq; enim ei mandatũ legis licebat excedere, q́ datum est hominibus, ne iudicio suo q́ in hominẽ homini iussum siue permissum est, alterũ pro alteriꝰ peccato arbitretur esse plectẽdũ. Longè autẽ secretiore iustitia iudicat Deus, qui potẽs est etiã post mortẽ, q́ homo nõ potest, vel liberare vel perdere. Visibiles igitur afflictiones hominũ siue mortes quoniã his quibus ingeruntur & obesse & prodesse possunt, nouit Dñs in occulto prouidentiæ suæ quẽadmodũ iustè quibusq; dispenset, etiã cùm aliorũ peccata in aliis videt vlciscì. Pœnas verò inuisibiles, quæ nõ nisi nocent & prodesse non possunt, ita nullus Deo iudice, p alienis peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus, nisi pro sua culpa istas visibiles debet. Hoc enim præcepit homini iudici Deus, in his quæ ad humanum iudicium pertinent iudicanda, quod in suo iudicio facit ipse quò potestas non aspirat humana.

Deut. 24. c. 16.

MERITÒ quæritur cùm Dominus propter illum, qui de anathemate furtũ fecerat, præceperit eum, qui fuisset ostensus, igni cremari, cur eum ostensum Iesus lapidari potius à populo fecerit. An ita cum mori oportuit quemadmodum Iesus, qui propius Dominũ sequebatur, verba iubẽtis intelligere potuit? Sic enim alius quisquam non facilè potuit. Vnde magis quærẽdum est, cur lapidationem ignem appellauerit Dominus, quàm credendũ Iesum aliud fecisse quàm iusserat Dominus. Nam neque ad intelligendum verba Domini quisquam potuit esse sapientior, neq; ad faciendum quisquã obedientior. Proinde ignis nomine pœnã potuisse significari, Scriptura testis est in Deuteronomio, vbi dicitur ad filios Israël, Et eduxi vos de fornace ferrea ex Ægypto: vbi vtique duram tribulationem intelligi voluit. Duæ autem mihi causæ occurrunt, non vt ambæ sint, sed vt altera ex eis, cur non ille cum suis omnibus euidenti igne crematus sit. Si enim peccatũ eius Dominus tale esse iudicauit quod supplicio illo expiatum non puniret in æternum, propter ipsam expiationem & purgationem congruenter illa pœna ignis nomẽ accepit. Neq; ad hũc intellectũ quisquam tẽdere admoneretur, si eum propriè visibi-

QVAEST. IX. Iosue 7. c. 15. & 25.

Deut. 4. c. 20.

al. & occisi ex eis triginta sex viris.

lis ignis exureret, sed in eo quisque remaneret quod aperrè videbat impletũ, ne aliqd vltrà quæreret. Nũc verò cùm propter Dei verba, & factũ Iesu à quo præuaricari illa verba non possent, rectissimè dicitur etiã lapidationẽ ignẽ fuisse, eleganter agnoscitur illa pœna hominẽ, ne in posterũ peccato illo interiret, fuisse purgatũ. Quod significant etiã vasa in Leuitico, quæ iubentur igne purgari. Si autẽ tale fuit illi peccatũ, propter quod eum etiã post istã vitã gehenna susciperet, ideo Iesus cum voluit lapidari, vt q̃ à Domino dictũ est, igni cremabitur, illud admoneret intelligi quod Dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciendũ. Si enim dixisset Dñs, Igni eum cremabitis & omnia eius: huic sensui locutus nullus esset. Cùm verò ita positũ est, vt magis videatur Deus quod ei futurũ esset prædixisse, quàm q̃ ei ab hominibus deberet fieri præcepisse, melius non potuit facere Iesus qui diuina verba, sicut tãtus Prophera intellexit, qui etiã hoc ipsum propheticè fecit, quàm vt illum lapidibus potius quã flãmis interimeret, ne in illis ignibus verba Domini viderentur impleta, quæ ob aliud dicta volebat intelligi. Nec mouere debet, quòd non ipsum tantum, sed etiã omnia quæ sunt eius, Deus cremãda igni prædixerit. Sic enim ait: Igni cremabitur, & omnia quæcunque sunt ei. Omnia enim quæcunq; sunt ei, opera eius possunt intelligi quæ cũ illo dicit cõcremanda: non sicut dicit Apostolus de quibusdã operibus igne cõsumptis, ipse autẽ saluus erit. Si huius peccatũ ita intelligendũ est, vt etiã æterno igne puniatur, filios eius & filias cũ pecoribus & omnibus quæ habebat, populus quidem cùm eũ puniret, simul lapidibus obruit; non tamẽ hoc iudicio humano, sed prophetico spiritu fecit Iesus: siue ita intelligẽs, omnia quæ sunt ei, vt nec filios cẽseret exceptos, lapidationis etiã pœnã pro igne ingerẽs: siue opera eius quæ post mortẽ Deus in illo fuerat crematurus, nõ solum p cætera quæ illi erant, verumetiã per filios eius significans. Nec ideo sanè credẽdum est eos pro peccato patris, à quo innocentes erant, etiam post mortẽ supplicio infernãi ignis incẽsos. Mors quippe ista quæ omnes manet, quanquã de primo peccato veniat, tamen q̃a ita nati sumus vt necessariò moriendum sit, accelerata quibusdã est vtilis. Vnde legitur de quodã, Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius. Quo ergo iudicio Dei, vel misericordia, fuerit irrogata siue filiis eius, siue illis triginta sex viris, cùm omnes ab eius peccato alieni fuerit, latet apud eum apud quẽ nõ est iniquitas. Verùm illud in prõptu est, q̃ & populum terribiliter oportebat quærere qd̃ admissum est, & tãto vehemẽtius timuerunt cæteri factũ eius imitari, quãto magis humana exhorret infirmitas, & in tam magnum tãq; iustum populi odium dari, & eis quos ad spẽ propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secum consumptis suis posteris emori. Quod Deus iubet loquẽs ad Iesum, vt constituat sibi retrorsus insidias; id est, insidiãtes bellatores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur non iniustè fieri ab his qui iustum bellum gerunt: vt nihil homo iustus præciputè cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellũ suscipiat, cui bellare fas est. Nõ enim omnibus fas est. Cùm autem iustum bellum susceperit, vtrum aperta pugna, vtrum insidiis vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiti solent quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens, vel ciuitas quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustũ est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello exercitus vel ipse populus, non tã author belli, quàm minister iudicandus est. Iesus mittens ad Hai debellandum triginta milia bellatorũ, ait illis, Vos insidiabimini post ciuitatẽ, & nõ lõgè eritis à ciuitate, & eritis omnes parati: & ego & omnis populus qui mecũ est, accedemus ad ciuitatẽ: & erit cùm exierint qui cõmorantur in Hai in obuiã nobis sicut antea, & fugiemus à facie illorũ. Et cùm exierint post nos, adducemus illos à ciuitate, & dicent: Fugient isti à facie nostra, sicut antea. Vos autẽ exurgetis ex insidiis & ibitis in ciuitatẽ. Secundũ verbũ istud facietis: Ecce præcipio vobis. Quærendũ est, vtrũ omnis voluntas fallendi pro mendacio deputãda sit: & si ita est, vtrũ possit iustũ esse mendaciũ, quo ille fallitur qui dignus est falli. Et sine hoc quidẽ mendaciũ iustũ reperitur, restat vt secũdùm aliquã significationẽ hoc, quod de insidiis factũ est, ad veritatẽ referatur. Quod Gabaonitæ venerunt ad Iesum cũ veteristis panibus & saccis, vt putarentur, sicut fuxerãt, de terra venisse lõginqua, quo eis parceretur. Constitutũ enim erat à Domino, ne alicui terras illas inhabitanti parcerent, quò ingrediebãtur. Nõnulli codices & Græci & Latini habent: Et accipiẽtes saccos veteres super humeros suos: alij verò qui veraciores videntur, nõ habent, super humeros, sed, super asinos suos. Similitudo enim verbi in Græca lingua mẽdositatẽ facilẽ fecit, & ideo Latina quoque exẽplaria variata sunt. ὤμων quippe & ὄνων non multũ ab inuicẽ dissonãt, quorũ prius humerorũ nomen est, posterius asinorũ. Ideo est autẽ de asinis credibilius, quoniã se à sua gente longinqua missos esse dixerũt. Vnde apparet eos fuisse legatos, & ideo magis in asinis quã in humeris necessaria portare potuisse: quia nec multi esse poterãt, & nõ solũ saccos, sed etiam vtres eos portasse Scriptura commemorat.

Q̃ VÆRI potest quomodo iurationẽ seruandã esse crediderint Hebræi Gabaonitis, quibus ita iurauerãt, tanquã de lõginqua terra venientibus, sicut illi mẽtiti fuerant. Sciebant enim se debellandos, si cognitũ esset Hebræis in ea terra eos habitare, quã promissam fuerant ab habitãtibus recepturi. Mẽtiẽtibus ẽrgo, quòd de lõginqua terra ad eos venissẽt, iurauerũt eis Israëlitæ. Postea verò quàm cognouerunt ibi eos habitare, vbi omnes quos inuenerunt, secundũ Dei præceptum debellare oportebat, noluerunt tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causa, cùm possent vtiq; dicere se tantum illis iurasse, quos eos esse crediderant, id est, de longinquo veniẽtes. Cùm verò aliud cognouerũt, præceptũ circa eos Domini implendum erat, vt sicuti cæteri expugnarentur. Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus succensuit: quamuis eum non interrogassent quinam illi essent, & ideo eos illi fallere valuissent. Vnde non importunè vtiq; credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamẽ fallaciter Deum timuisse in populo eius: propterea nec succensuit Dominus iurantibus aut parcentibus, vt postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicauerit, sicut regnorum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic seruata est, quãuis in hominibus qui mentiti sunt, vt ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit Deo. Nam si econtrariò iurassent, aliquos se interfecturos, quos Gabaonitas in terra promissionis esse putauissent, & postea didicissẽt eos esse ab illa terra extraneos, & de longinquo ad se venisse, nullo modo arbitrandum est quod eos essent debellaturi causã iurationis implendæ: cùm propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid etiam post verba, quibus se Nabal interfecturum esse iurauerat, vtique sciens quem fuerat interfecturus,

Q̃ VÆST. XI. Iosue 8.a.4.

Q̃ VÆST. XII. Iosue 9.a. 3.*

Q̃ VÆST. XIII. Iosue 9.c. 19.

Sap. 4.b. 11.

Q̃ VÆST. X. Iosue 8.a. 3.

Quæ sine bella iusta.

Rom. 9.c. 14.

fecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum: magis Deo placere existimans, si quod ira perturbatus, ad nocẽdum iurauerat, non fecisset, quã si perfecisset. Cvm obsessi Gabaonitæ à regibus Amorrhæorum, misissent ad Iesum, vt sibi † subueniret: ita Scriptura sequitur & dicit: Et ascendit Iesus à Galgala, ipse & omnis populꝰ bellatorũ eũ illo omnis potẽs in fortitudine. Et dixit Dominus ad Iesum: Noli timere illos, quia in manus tuas tradidi eos: non subsistet ex illis quisquã corã vobis. Vbi neq; cõsultus est Dominus, vtrũ eundũ ad eos esset: sed vltrò suis rectè subuenire volentibus, futurã victoriã prænũciauit. Sic ergo posset, quãuis non consultus, de ipsis Gabaonitis admonere qui essent, cùm se longinquos esse mentirẽtur, nisi ei placuisset illa iuratio, quę subiectis parcere † cogitet. Crediderant enim Deo quẽ audierãt suo populo promisisse quòd illas gentes subuerteret, eorumque terrã obtineret, & hanc eorũ fidẽ non eos perdendo remunerauit quodãmodo. Qværitvr quemadmodũ rex ciuitatis Hierusalẽ Adonizedech & cæteri quatuor cũ quibus obsedit Gabaonitas, secũdùm septuaginta interpretes primò reges Hiebusæorũ cùm ad eos obsidentes cõuenerũt, postea verò reges Amorrhæorũ dicantur ab ipsis Gabaonitis quando nuncios miserũt ad Iesum, vt eos de obsidione liberaret. Sicut autẽ inspicere potuimus in ea interpretatione quæ ex Hebræo est, vtrobique Amorrhæorũ dicuntur: cùm constet Hiebusæorum fuisse regem ciuitatis Hierusalem, quia ipsa est dicta Hiebus tanquã illius gẽtis metropolis, & septẽ gentes sæpissimè Scriptura cõmemorat, quas promisit Deus exterminaturũ se esse à facie populi sui, ex quibus vna perhibetur Amorrhæorum. Nisi fortè hoc nomẽ vniuersãle fuerat omniũ, aut potius maioris partis, vt non vna, sed plures in his septem hoc nomine tenerentur: quãuis esset etiam vna de septem, quæ Amorrhæorum propriè vocaretur: sicut est pars quędam quę propriè dicitur Libya, quamuis hoc nomen vniuersæ Africæ cõpetat: & pars quædã quæ propriè dicitur Asia, quãuis Asiã vel dimidiũ terrarũ orbẽ quidã, vel alij tertiã partẽ orbis posuerunt. Nam constat quòd & Chananæi tanquã vna gens in illis septẽ cõmemorantur, & tamen vniuersa illa terra originaliter terra Chanaã vocatur. Non dimisit in ea Iesus quicquã spirans, sicut præcepit Dominus Moysi puero suo, & Moyses similiter præcepit Iesu, & sic fecit Iesus: non est trãsgressus quicquã ab omnibus quibus eõstituit Dominus Moysi. Propter hoc nullo modo putãda est ista crudelitas, quòd nullũ viuũ in ciuitatibus sibi traditis dimittebat Iesus, quia Deus hoc iusserat. Qui autem existimant hic Deum ipsum fuisse crudelem, & propter hoc veteris Testamenti verum Deum fuisse authorem nolunt credere, tam peruersẽ de operibus Dei quàm de peccatis hominum iudicant, nescientes quo quisque dignus sit, & magnum putantes malum cum casura deiiciuntur, mortalesq; moriuntur. Et non erat ciuitas quæ non erat tradita filiis Israël. Quæritur quomodo hoc verum sit, cùm nec temporibus postea iudicum, nec temporibus regũ omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut sic intelligendum est, quòd ad nullam ciuitatem bellando accessit Iesus quam non ceperit: aut certè nulla non capta est, scilicet earum quæ in regionibus suprà commemoratis fuerunt. Enumeratæ sunt enim regiones in quibus fuerunt ciuitates, de quibus facta est ista cõclusio, Et omnes cepit in bello. Quia per Dominum factum est confortari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum ad Israël, vt exterminarentur, ita vt non daretur eis misericordia, sed vt exterminarentur, sicut dicit Dominus ad Moysen. Ita dictũ est hoc per Dominũ factũ confortari cor eorũ, hoc est obdurari cor eorũ, sicut de Pharaone: quod diuino altoq; iudicio iustè fieri minimè dubitãdũ est, cum deserit Deus & possidet inimicus: quod sic accipiendũ est quẽadmodũ & ibi. Sed hîc aliud mouet, quomodo dictũ sit ad hoc eis cõfortatũ cor, vt exurgerent in bellũ aduersus Israël, & ob hoc eis non præberent misericordiam: quasi præbenda esset si non bellarent, cũ Deus præcepit nulli eorum esse parcendũ: & ob hoc Gabaonitis pepercerint, quia se de longinqua terra venisse fingentes eorũ iurationẽ tenuerant. Sed quoniã quibusdã vltrò præbuerunt Israëlitæ misericordiã, quãuis contra Dei mandatũ: ad hoc dictũ esse intelligẽdum est istos ita debellasse vt non eis parceretur, nec ab eisdẽ ipsis Israëlitæ neglecto Dei mandato ad misericordiã flecterentur. Quod quidẽ duce Iesu, qui omnia diligenter diuina præcepta seruabat, non est credẽdũ fieri potuisse: verũtamen nec ipse istos tã citò deleuisset, nisi conspiratissimè contrairẽt: atq; ita fieri posset vt eis ab illo minimè debellatis qui Dei præcepta implere curabat, remansissent ad illud tẽpus quando eis possent parcere post mortem Iesu, q̃ non tanta cura Dei mãdata faciebant. Nam & adhuc eodẽ viuẽte quibusdã illi pepercerunt, tãtũmmodo eos ditioni suæ subiugãtes: quosdã verò nec vincere potuerunt. Verũ hæc nõ illo duce facta sunt: sed cũ iã senex vacaret à bello, tantũmodo eis terras diuidens: vt ipsi iã illo non bellante, diuisas sibi terras partim iam hoste vacuas tenerent, partim pugnando caperẽt. Et quòd vincere aliquos minimè potuerunt, prouidẽtiæ diuinæ fuisse, opportunè scripturarum certis apparebit locis. Et non perdidit Effrẽ Chananæum qui habitabat in Gazer: & habitabat Chananæus in Effrẽ vsque in diẽ istũ, donec ascendit Pharao † ex Ægypto, & cepit ciuitatẽ & incendit eam igni: & Chananæos & Pherezęos & qui habitabant in Gazer transpunxit: & dedit eã Pharao in dotem filiæ suæ. Quod de Pharaone rege dictum est, miror si propheticè dictũ intelligere debemus, cùm hæc historia illis tẽporibus conscripta credatur, quibus erant gesta illa recentia. Quid autẽ magnũ eligi potuit quod propheticè diceretur, cùm præterita narrent, taceanturq; futura maiora, & maximè necessaria? Proinde potius existimãdũ est septuaginta interpretes, qui authoritate prophetica ex ipsa mirabili cõsensione interpretati esse perhibentur, hæc addidisse: non tãquã futura prænũciantes, sed quia illo tẽpore ipsi erant quo hæc facta esse meminerãt, & in libris Regnorum legerant. Et enim regum temporibus factum est. Quod ideo credibilius nobis visum est, quoniam inspeximus interpretationem quæ est ex Hebræo, & hoc ibi non inuenimus: sicut nec illud quod dictum est de Hiericho, quòd Oza qui eam reparasset, incurrerit maledictum quod dixerat Iesus. Sic enim scriptum est: Et adiurauit Iesus in illa die. Maledictus homo qui resuscitabit & ædificabit ciuitatem illã: in primogenito suo fundabit eam, & in nouissimo suo imponet portas eius: hucusque inuenitur in interpretatione ex Hebræo. Illud autem quod sequitur, Et ita fecit Oza qui ex Bethel: in Abiron primogenito fundauit eam, & in se saluato nouissimo imposuit portas eius: hoc illic non legitur. Vnde apparet à septuaginta interpositum, qui factum esse nouerant. Et Amorrhæus permãsit vt habitaret in Helon & in Salanon, & grauata est manꝰ Effrem super eos, & facti sunt illis tributarij. Hæc iam contra præceptum fiebant, & adhuc viuebat Iesus, sed dux eorum in illis prœliis iam præ sene-

Q̃ VÆST. XIIII. Iosue 10.b. 7. al. fis moniti.

al. coperet.

Q̃ VÆST. XV. Iosue 10. a. 5.b.6.

Q̃ VÆST. XVI. Iosue 11.d. 19.

Q̃ VÆST. XVIII. Iosue 11.d. 20.

Exod. 7.a.3. & d.22.& cap.8.c.19.*

Q̃ VÆST. XIX. Iosue 16. d. 10.

al. rex Ægypti.

Q̃ VÆST. XX. Iosue 17. c. 13.

1.Reg. 25.d. 22.

2.Reg. 21.c. 1.*

3.Reg. 16.g. 34. Iosue 6.d. 26.

ctute non erat. Propter hoc dictũ est à Domino, Factũ est vt confortaretur cor illorũ qui simul conspirauerãt ire in bellũ contra Iesum: ne ista illis misericordia prẽberetur, etiã contra Dei præceptũ, si remansissent non expugnati: & fenescente, siue defuncto Iesu relinquerentur expugnandi à filiis Israël, qui eis contra præceptum Domini possent parcere, quod ille non faceret.

QVÆST. XXI. Iosue 22.d. 41.

MERITÒ quæritur, cũ Israël non solũ vsq; ad diẽ mortis Iesu, verumetiã postea non eradicauerit gẽtes quæ terrã promissionis tenebant, quãuis ex parte illis debellatis in eadẽ ꝓmissa hęreditate cõsisterent, quomodo intelligẽdũ sit quod dictũ est, Et dedit Dominꝰ Israël omnẽ terrã quã iurauerat dare patribus, & hæreditauerunt eã, & habitauerunt in ea, & requiẽ dedit illis Dominus in circuitu, sicut iurauerat patribus corũ: non restitit quisquã ante faciẽ illorũ ab omnibus inimicis eorũ, omnes inimicos eorũ tradidit Dominꝰ eis, & manus eorũ non decidit: ex omnibus verbis bonis quæ locutus est Dominus filiis Israël, omnia aduenerunt. Diligenter ergo vniuersa consideranda sunt. Et primũ videdũ quot gentiũ terra promissa sit Israëlitis. Septẽ quidẽ gentes assiduè videntur cõmemorari, sicut in Exodo legitur: Et dixit Dominus ad Moysen: Vade & ascende hinc tu & populus tuus quos eduxisti de terra Ægypti in terram quam iurauí Abraham & Isaac & Iacob, dicens: Semini vestro dabo eã: & simul mittã ante faciẽ tuam angelũ meũ, & eiiciet Amorrhæũ & Cethæũ & Pheresęũ & Gergesæum & Euæũ & Iebusæũ & Chananęũ. Harũ ergo septẽ gentiũ terrã videtur Deus patribus promisisse. Scriptum est etiã in Deuteronomio multo expressius: Si autem accesseris ad ciuitatẽ expugnare eã, & euocaueris eos cũ pace, siquidẽ pacifica responderint tibi & apparuerint tibi, omnes populi qui inuenti fuerint in ciuitate erunt tibi tributarij & obedientes. Si autẽ nõ obedierint tibi, & fecerint ad te bellũ, & circũsedebis eam & tradet eã Dominus Deus tuus in manus tuas, & interficies omne masculinũ eius in nece gladij: præter mulieres & supellectilẽ, & omnia pecora & omnia quæcunque fuerint in ciuitate: & omnia vtensilia prædaberis tibi, & edes omnem prædationem inimicorum tuorum quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Sic facies omnibus ciuitatibus quæ longè erunt à te valde: quia non sunt de ciuitatibus gentium istarum. Ecce autem † in ciuitatibus istis quas Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare terram eorum, non viuificabis omnem viuum, sed anathematizabis eos: Cethæum & Amorrhæum & Chananæũ & Pheresæum & Euæũ & Hiebusæum & Gergesæum, quemadmodum mãdauit tibi Dominus Deus tuus. Et hic istarum septem gẽtium terram promissam in hæreditatem, quam debellatis vsque ad internecionem eisdem gentibus Israëlitæ possederunt, manifestum est. Cæteras enim quæ lõgin quius extra istas gentes inuenirentur, voluit fieri tributarias eorum, si non resisterent: si autem resisterent, etiam ipsas interfici & in perditionem dari, exceptis pecoribus & quæ in prædam possent venire.

Exod.33.a. 1.

Deut. 20.c. 10.

Deut. 7.a.1.

Item alio loco in Deuteronomio ita legitur: Et erit cum induxerit te Dominus Deus tuus in terram in quam intrabis hæreditare eam, & abstulerit gentes magnas & multas à conspectu tuo, Cethæum & Gergesæum & Amorrhæum & Pheresæum & Chananæum & Euæum & Hiebusæum, septem gentes magnas & multas & fortiores vobis, & tradet eos Dominus Deus tuus in manus tuas, & percuties eos, exterminio exterminabis eos. Non dispones ad eos testamentum, neque misereris eorum, neque matrimoniis iungamini cum eis: filiam tuam non dabis filio eius, & filiã eius non sumes filio tuo, &c. Proinde his atque aliis scripturarũ locis sæpè ostenditur harũ septẽ gentiũ terras ita accepisse in hæreditatẽ filios Israël, vt non cũ eis qui easdẽ terras tenebant, sed pro eis illic habitarent. Verũtamen in Genesi non istæ tantũ septem gentes, sed vndecim promittuntur semini Abrahę. Sic enim legitur: In die illa disposuit Dominus Deus testamentum ad Abrahã, dicens: Semini tuo dabo terrã hanc, à flumine Ægypti vsq; ad flumen magnũ, flumẽ Euphratem, Cinæos & Cenesæos & Cethmonæos & Cethæos & Pheresæos & Raphaim & Amorrhæos & Chananæos & Euæos & Gergesæos & Hiebusæos. Quæ ita soluitur quæstio, vt intelligamꝰ hanc pręcessisse prophetiã, quòd in eos fines regnũ fuerat porrectus & dilatatus Salomon, de quo ita scriptũ est: Et omne propositũ Salomonis quo destinauerat ædificare in Hierusalẽ & Libano & in omni terra potestatis suæ: omnis populus qui derelictus est à Cethæo & Amorrhæo & Pheresæo & Euæo & Hiebusæo, qui non erant ex Israël ex filiis eorũ qui residui erant cum eis in terra quos non † consummauerant filij Israël, & subiugauit eos Salomon in tributũ vsq; in diẽ hũc. Et residua populorũ debellandorũ atque omnino ex Dei pręcepto perdendorũ subiugauit Salomon in tributũ, quos vtique secundùm Dei præceptũ perdere debuit: sed tamẽ subiugati tãquã tributarij possessi sunt. Paulò pòst autẽ ita legitur: Et erat dominans in omnibus regibus à flumine vsq; ad terrã Philistiim, & vsque ad fines Ægypti. Ecce vbi impletum est quod in Genesi Deus ad Abraham loquens, promittensque prædixerat. A flumine quippe hic intelligitur ab Euphrate: magnũ enim flumẽ in illis locis etiã proprio nomine nõ addito potest intelligi. Neq; enim de Iordane hoc accipi potest, cùm & citra Iordanẽ & vltra Iordanem iã terras Israëlitæ obtinuerant, & ante regnũ Salomonis. Ergo à flumine Euphrate ex partibus Orientis vsque ad fines Ægypti, quæ pars illis erat ab Occidente, regnũ Salomonis, Scriptura regnorũ dixit fuisse porrectũ. Tũc ergo amplius subiugatum est quàm septẽ illæ gentes tenebant, ac per hoc tũc in seruitutem redactæ sunt, nõ septẽ, sed vndecim gentes. Quod enim in regnorũ libris scriptũ est, vsq; ad fines Ægypti à flumine cùm Scriptura ab Oriente vsq; ad Occidentem quantũ porrectum esset, regnũ vellet ostendere: hoc idem in Genesi, cùm ab Occidente vsque ad Orientem præfiniret, dictum est, à flumine Ægypti, vsque ad flumen magnum Euphraten. Flumen quippe Ægypti, qui finis est disterminans regnum Israël ab Ægypto, non est Nilus, sed alius & nõ magnus fluuius qui fluit per † Rhinocoluram ciuitatem, vnde iam ad Oriẽtem versus incipit terra promissionis. Sic ergo fuerat constitutum filiis Israël, vt septem gentium terras exterminatis & perditis illis gentibus ipsi inhabitarent: aliis autem regnarent subditis atque tributariis vsque ad flumen Euphraten. Et quamuis in hoc Deo non obtemperassent, quia & ex illis quas exterminare deberent obedientes aliquos fecerant: Deus tamen temporibus Salomonis fidem suæ promissionis impleuit. Nunc itaque in libro Iesu Naue quod considerandum suscepimus, quomodo erit verum, Et dedit Deus Israël omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, & hæreditauerunt eam? Quomodo adhuc viuente Iesu omnem terram dedit, cùm etiam reliquias illarum septem gentium nondum superauissent? Nam quod sequitur, & hæreditauerunt eam, verum est; quia ibi erant ibique considerant. Deinde quod adiungit, Et requiem dedit illis Dominus in circuitu, sicut iurauerat patribꝰ eorum, verum est;

Gen.15.d. 18.

3.Reg.9.c. 19.

al. essumpserant.

Ibid.4.c.21.

Iosue 21.d. 41.

al. ex.

al. Rhinocoluram.

est, quia viuo adhuc Iesu non eis quidem cedebant reliquiæ illarum gentium, sed nulla earum eos in terris vbi consederant bello lacessere audebat. Ideo dictum est & quod deinde adiungitur: Nõ restitit quisquã ante faciẽm illorum ab omnibus inimicis eorum. Quod verò sequitur, Sed omnes inimicos eorũ tradidit Dominus illis in manus eorum: hos intelligi voluit inimicos, qui obuiam ire in bellum ausi sunt. Deinde quod dicit, Non decidit ex omnibus verbis bonis quæ locutus est Dominus filiis Israël, omnia aduenerunt: ita vult intelligi, quia cùm iam illi contra præceptũ Domini fecissent quibusdam parcendo ex illis septem gẽtibus, & eos obedientes faciendo, adhuc tamen inter eos salui erant. Ideo cùm dixisset ex omnibus verbis, addidit bonis, quia nondum euenerant maledicta cõtemptoribus & transgressoribus constituta. Restat ergo vt quod ait, Dedit Dominus Israël omnem terrã quam iurauerat dare patribus eorum: secundũ hoc intelligatur, quia etsi adhuc erant ex illis gentibus reliquiæ conterendæ & exterminandæ, vel ex aliis vsque ad flumen Euphraten, aut subiugandæ, si non resisterent, aut perdendæ si resisterẽt: tamen in vsum eorũ relictæ sunt in quibus exercerẽtur, ne carnalibus affectibus & cupiditatibus infirmi, repentinã tanquã rerum temporalium prosperitatem molestè ac salubriter sustinere nõ possent, sed elati citius interirẽt, quod opportune alio loco demonstrabitur. Omnis ergo illis terra data est, quia & illa pars: quæ nõdũ fuerat in possessionẽ data, iã data fuerat in quandã exercitationis vtilitatem. QVOD ait: Non restitit quisquam ante faciẽ illorum ab omnibus inimicis eorum: quæri potest quomodo verum sit, cùm de tribu Gad superiùs scriptum sit, quòd eos hostes eorum non permiserunt descendere in vallem, sed præualuerunt eis in montibus. Sed quod diximus cũ duodecim filiòs Iacob Scriptura in Mesopotamia natos commemorasset, vbi non fuerat natus Beniamin: hoc etiam hic intelligendum est, quia pro vniuerso populo duodecim tribus deputatæ sunt, ea regula quæ aliis scripturarũ locis satis innotuit. Causa autem si quæritur, cur hæc tribus in ea sorte quæ illi obuenit, non obtinuerit sufficientes terras, & ab eis à quibus tenebantur afflicta sit, in Dei quidem secreto cõsilio esse credendum est. Verũtamen cũ Iacob filios suos benediceret, talia dixit de isto Dã, vt de ipsa tribu existimetur exsurrecturus Antichristus. Vnde nũc dicere plura nõ suscepimus, cũ etiã sic solui possit hęc quæstio, quia non restitit quisquã ante faciẽ illorũ ab omnibus inimicis eorũ, cùm simul sub vnius ducis imperio bellũ gererent, antequàm singulis tribubus sua defendenda diuiderentur loca. Et in sacrificiis salutariũ nostrorũ. Quia pluraliter dicta sunt sacrificia, pluraliter etiam salutaria. Vbi aduertendum est diligentiùs quemadmodum dici soleat sacrificium salutaris: quoniam si Christum acceperimus, quoniã ipse dictus est salutare Dei, non occurrit quemadmodũ pluraliter possit hoc verbum intelligi. Vnus enim Dominus noster Iesus Christus, quãuis dicãtur Christi per eius gratiã, sicut in Psalmo legitur: Nolite tangere Christos meos: Sed vtrum salutares dici possint, vel salutaria, non facilè audẽdum est: Solus enim ipse Saluator corporis. QVOD dicit Iesus de sua propinquã te morte: Ego autem recurro viam sicut & omnes qui sunt super terram: in ea interpretatione quæ est ex Hebræo inuenimus, ingredior viam. Ita ergo accipiendũ est quod septuaginta dixerunt: Recurro, sicut dictum est homini, Donec reuertaris in terram vnde sumptus es: vt secundùm corpus dictũ intelligatur. Secundùm animam verò, si voluerimus ita accipere, quemadmodum in Ecclesiaste positum est: Et spiritus reuertetur ad Deũ qui dedit eum: non arbitror de omnibus posse dici, sed de iis qui sic vixerunt, vt ad Deũ redire mereantur, tanquam ad authorem à quo creati sunt. Neq; enim hoc & de illis rectè intelligi potest, de quibus dicitur: Spiritus ambulans & non reuertẽs. Iste autẽ vir sanctus Iesus Naue si non addidisset, Sicut & omnes qui sunt super terram: nulla esset quæstio. Neq; enim aliud de illo crederemus, quàm quo eum dignũ esse legimus. Cùm verò additũ est, Sicut & omnes qui sunt super terram: mirum si hoc quod Latinus interpres, recurro posuit, non magis percurro vel excurro dicendũ est, si hoc potest dici quod Græcus habet ὑπαντέχω: Omnes enim percurrũt, vel excurrunt huius vitæ viã, cùm ad eius finem peruenerint. Sed quia hoc verbum positum est, vbi parentes Rebeccæ dicunt ad seruum Abrahæ: Ecce Rebecca, accipiens recurre, & sit vxor domini tui; ideo & hic ita hoc verbũ interpretatũ est.

QVÆST. XXII. Iosue 21. d. 42.

Gen.35.d. 22.

Gen.49.b. 16.

QVÆST. XXIII. Iosue. 22.c. 23.

Luc.2.d.30.

1.Cor.8.b. 6.

Psal.104.b. 15.

QVÆST. XXIIII. Iosue. 23.d. 14.

Gen.3.d.19.

Eccl.1.2.c.7

Psal.77.d. 39.

Gen.24.f.51.

QVOD septuaginta interpretes habent, Et assumpsi patrem vestrum Abrahã de transflumine, & deduxi eum in omnem terram: interpretatio quæ est in Hebræo habet, & induxi eum in terram Chanaan. Mirũ est ergo si septuaginta pro terra Chanaan omnem terram ponere voluerunt, nisi intuentes prophetiam, vt magis ex promissione Dei tanquam factum accipiatur, q; certissimè futurũ in Christo & in Ecclesia prẽnunciabatur, quod est verum semen Abrahæ, non in filiis carnis, sed in filiis promissionis. Et bellauerũt aduersus vos q habitabãt Hiericho. Quæri potest, quomodo id verũ sit, cũ clausis portis se murorũ ambitu tantũmodo tuerentur. Sed rectè dictũ est, quia claudere aduersus hostẽ portas, ad bellũ pertinet: Nõ enim miserunt legatos qui poscerent pacem. Vnde si dictum esset, pugnauerunt aduersum vos, falsum esset: neque enim bellum continuas pugnas habet, sed aliquando crebras, aliquando raras, aliquando nullas. Bellum est tamen quando portæ hostibus clauduntur, & quodãmodo armata defensio. QVID est quod inter cætera quæ Iesus Naue Israëlitis Dominum fecisse commemorat, dicit: Misit ante vos vespas, & eiecit illos, quod etiam in libro Sapientiæ legitur, nec tamen vspiam factũ esse in iis quæ gesta sunt inuenitur. An fortè trãslato verbo, vespas intelligi voluit acerrimos timoris aculeos, quibus quodãmodo volãtibus rumoribus pungebantur vt fugerent, aut aërios occultos spiritus, quod in Psalmo dicit, per angelos malignos: Nisi fortè quis dicat, non omnia quæ facta sunt, esse cõscripta: & hoc quoq; visibiliter factum, vt veras vespas velit intelligi. QVID est quod dicit Iesus ad populum, Non poteritis seruire Deo, quia Deus sanctus est. An quia illius sanctitati perfecta seruitute quodãmodo cũ temperari, humanæ fragilitati impossibile est? Quo audito, isti non solùm eius eligere seruitutem, sed etiã de adiutorio eius & misericordia præsumere debuerũt. Quam ille intellexit qui dicit in Psalmo, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Isti autem in se potius præsumere delegerũt quòd Deo possent sine vlla offensione seruire, vt iam tunc inciperent quod de illis expressit Apostolus: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ita eis iam lex subintrabat vt abundaret delictũ, & postea superabũdaret gratia, per Dominum Christum, qui finis est legis ad iustitiam omni credenti.

QVÆST. XXV. Iosue 24. a. 3.

QVÆST. XXVI. Iosue 24.c. 11.

QVÆST. XXVII. Iosue 24.c. 12.

Psal.77.c. 49.

QVÆST. XXVIII. Iosue 24.c. 19.

Psal.142.a. 2.

Rom.10.a.3.

Ibid.5.d.20.

QVID est quod ait idem Iesus loquens ad populum? Et nunc circumauferte deos alienos qui sunt in vobis, & dirigite corda vestra ad Dominum Deum Israël. Non enim credendi sunt adhuc habuisse apud

QVÆST. XXIX. Iosue 24.c. 23.

se aliqua gentium simulachra, cùm superius eorũ obedientiam prædicauerit. Aut verò si haberent, post tantas legis comminationes illa eos prospera sequerentur, cùm sic in eos vindicatum sit, quòd vnus eorum de anathemate furtum fecerat. Denique Iacob dixit hoc
Gen.31.c. 19. eis qui cum illo exierant de Mesopotamia, vbi sic idola colebantur, vt & Rachel paterna furaretur: sed post il-
Ibid.35.a.5. lam admonitionem Iacob, dederunt quæ habebant. Vnde apparuit hoc eis ita dictum esse, quia sciebat eos habere ille qui dixerat. Nunc verò post hanc admonitionem Iesu Naue nullus tale aliquid protulit. Nec tamen putandum est hoc illum inaniter præcepisse; non enim ait, Et nunc auferte deos alienos si qui sunt in vobis: sed omnino tanquam sciens esse, qui sunt, inquit, in vobis. Proinde Propheta sanctus in cordibus eorũ esse cernebat cogitationes de Deo, alienas à Deo, & ipsas admonebat auferri. Quisquis enim talem cogitat Deum qualis non est Deus, alienum Deum vtique & falsum in cogitatione portat. Quis est autem qui sic cogitet Deum quemadmodũ ille est? Ac per hoc relinquitur fidelibus, quamdiu peregrinantur à Domino, auferre à corde suo irructia vana phãtasmata, quæ se cogitationibus ingerũt, velut talis aut talis sit Deus, qualis vtique non est: & dirigere cor ad illum fideliter, vt quemadmodum & quantum nobis expedire nouit, ipse se insinuet per spiritum suum, donec absumatur
Psal.115.a. 11. omne mendacium; vnde dictum est, Omnis homo mẽdax: & transfacta nõ solùm impia falsitate, verumetiam ipso speculo & ænigmate, facie ad faciẽ cognoscamus,
1.Cor.13.d. 12. sicut & cogniti sumus: quẽadmodũ Apostolus dicit, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciem. Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Q V AEST. XXX. Et dispositum Iesus testamentũ ad populũ in illo die, & dedit illi legẽ & iu-
Iosue 24.f. 25. diciũ in Silo coram tabernaculo Domini Dei Israël. Et scripsit verba hæc in libro legis Dei, & accepit lapidẽ magnũ, & statuit illum Iesus sub terebintho ante Dominum. Et dixit Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit vobis in testimoniũ, quia hic audiuit omnia quæ dicta sunt à Domino quæcunque locutus est ad vos hodie, & hic erit vobis in testimoniũ in nouissimis diebus cùm mẽtiti fueritis Domino Deo vestro. Hæc verba qui non in superficie tantũ audiunt, sed aliquanto altius perscrutãtur, nequaquam tantum virum tam insipientẽ putare debent, vt verba Dei quæ locutus est populo, inanimum lapidem audisse crediderit: qui etiã si ab artifice in hominis similitudinẽ effigiatus esset, in-
Psal.113.b. 6. ter illos vtique deputaretur, de quibus in Psalmo canitur: Aures habent, & non audient. Neque enim idola gentium aurum & argentum sola non audiunt, & si lapidea sint, audiunt: sed per hũc lapidem profectò illum
2.Pet.2.b.8. significauit, qui fuit lapis offensionis non credentibus
Psal.117.c. 22. Iudæis, & petra scãdali: qui cùm reprobaretur ab ædificantibus, factus est in caput anguli: quem præfigura-
Exod.17.b. 6. uit & illa petra quæ potum sitienti populo, ligno per-
1.Cor.10.a. 5. cussa profudit. De qua dicit Apostolus, Bibebant autẽ
Iosue 5.a. 2. de spiritali sequẽti eos petra, petra autẽ erat Christus. Vnde & cultellis petrinis populum circũcidit doctor egregius, qui cultri petrini cum illo etiã sepulti sunt, vt profundũ mysterium demonstrarẽt posteris profuturum. Sic ergo & istum lapidem quanquam visibiliter statutũ, spiritaliter debemus accipere in testimonium
Psal.8.a.d. 16. futurum Iudæis infidelibus, hoc est mentientibus: de
Exod.23.a. 3.* quibus dicit Psalmus, Inimici Domini mentiti sunt ei. Neque enim frustra, cùm iam Dei famulus Moyses, vel potius per eum Deus disposuisset ad populum testamentum, quod in arca erat, quæ dicta est arca testamenti, & in libris legis tanta sacramentorũ & præceptorum multiplicitate cõscriptis: tamẽ etiam hic dictum est, disposuit Iesus ad populum testamẽtum in illa die. Repetitio quippe testamenti nouum testamẽtũ significat, quod significat & Deuteronomiũ, quod interpretatur secunda lex, quod significant & prioribus
Exod.34.c. 1. confractis tabulæ renouatæ. Multis enim modis significandum, quod vno modo implendum fuit. Iam verò quòd sub terebintho statutus est lapis, hoc significat, quòd virga ad petram vt aqua profluereret: quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Ideo autem subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectus: vel quòd illo tẽpore, quo illud agebat Iesus Naue, adhuc obumbrandum mysterium fuit. Terebinthi etenim lignum medicinalem lachrymam exudat, quæ arbor à septuaginta interpretibus hoc loco posita est, quamuis secundùm alios interpretes quercus legatur. Mirũ est sanè quòd saltẽ in nouissimis suis verbis, quibus populũ allocutus est Iesus homo dei, nihil eos obiurgauit, ex eo quòd his gentibus pepercerũt, quas Do-
Iosue 17.c. 13. minus vsque ad internecionem cum anathemate perdendas esse præcepit. Sic enim scriptum est, Et factum est postquam inualuerunt filij Israël & fecerunt Chananæos obedientes, exterminio autem eos non exterminauerũt. Nam primò id eos non potuisse, Scriptura testata est, sed nunc posteaquam præualuerunt, ita vt facerent obaudientes, quòd non etiam exterminauerunt, vtique cõtra præceptum Domini factũ est, quod non est cuiquam factum, cùm Iesus exercitum duceret. Cur ergo non eos obiurgauit allocutione nouissima, quòd in hoc Domini præcepta neglexerint? An fortè quia prius dixit eos Scriptura nõ potuisse, vtiq; antequã †præualuerant, etiã cũ præualuissent timuisse credendi sunt: ne fortè paratis obedire si parcere noluissent, acrius eos aduersum se ex ipsa desperatione pugnare cõpellerent, & eos superare non possent? Hũc ergo eis humanum timorẽ Dominus noluit imputare, & si apparet in eo quædã subdefectio fidei, quæ si fortis in eis esset, ea sequerentur quæ ipsum Iesum debellãtẽ secuta sunt. Quia verò nõ in eis tãta fides fuit, etiã cùm aduersariis suis præualuisset, pugnare cum eis vsque ad internecionem eorum, timore non ausi sunt. Quem timorem, vt dixi, non de malitia, neque de superbia vel cõtemptu præcepti Dominici, sed de animi infirmitate venientem, noluit eis Dominus imputare, cùm eis per Iesum nouissima loqueretur. Vnde & A-
2.Tim.4.c. 14. postolus, Alexander, inquit, ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dñs secundùm opera ipsius. De his autem qui eum periclitantem non malitia, sed timore deseruerant, ita locutus est, In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerũt: Ibid.c.16. non illis imputetur.

al. præualerant.

al. refringere.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM SVPER IVDICVM LIBER VII.

IN fine libri Iesu Naue breuiter narrator porrexit historiam, quo vsque filij Q V AE ST. I. Israël ad colẽdos deos alienos declinauerunt. In hoc autem libro ad ordinem reditur, quomodo consequentia gesta Iud.1.a.1. fuerint post mortem Iesu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber quo populus ad colenda simulachra defluxit: sed à prioribus, interpositis temporibus quibus ea gesta sunt post quæ ad illa peruenit. Et Q V AE ST. II. factum est postquã defunctus est Iesus, interrogabant Iudic.1.a.1. filij Israël Dominũ dicẽtes: Quis ascendet nobiscum ad Chananæum dux ad debellãdum eũ? Et dixit Dominus, Iudas ascẽdet. Ecce dedi terrã in manus ipsius. Hic

Hic quæritur, verũ aliquis homo Iudas vocabatur, an ipsam tribũ, ita vt solet, sic appellauit. Sed illi qui interroguerant Dominũ, post mortẽ Iesu Naue ducẽ requirebãt: vnde putatur vnius expressum hominis nomen. Verũ quia nõ solet duces nominare scriptura cũ cõstituũtur, nisi cõmemorata etiã origine parentũ, & cõstat post Iesum duces habuisse populũ Israel, quorũ primus est Othoniel filius Cenez, rectius intelligitur nomine Iudæ, tribum Iudæ fuisse significatã. Ab ipsa enim tribu voluit Dominus incipere conteri Chananæos. Et cũ populus de duce interrogasset, ad hoc valuit responsio Dñi, vt scirent Deũ voluisse ab vniuer-
Ibidem a. 2. so populo bellari aduersus Chananæos. Dixit ergo, Iudas ascẽdet. Et sequitur scriptura narrans, Et dixit Iudas ad Simeon fratrem suũ: vtiq; tribus ad tribum. Nõ enim adhuc viuebant illi filij Iacob qui dicti sunt Iudas & Simeon, inter cæteros fratres suos propriis nominibus appellati, sed dixit tribº Iuda ad tribũ Simeõ, Ascende mecum in sorte mea, & bellemus in Chananæos, & ibo etiam ego tecum in sortem tuã. Manifestũ est auxiliũ sibi tribũ Iuda alterius tribus postulasse, quod redderet, cũ & illi insua sorte habere inciperent
Q V AE ST. III. necessariũ. Et dixit Caleb: Quicunq; percusserit ciu-
Iud.1.c.12. itatẽ literarum, & receperit eam, dabo ei filiã meam
Iosi.15.d.16. Axam vxorẽ. Iã hoc & in libro Iesu Naue commemoratũ est, sed vtrũ Iesu viuente factũ sit, & nunc per recapitulationẽ repetitũ est: an post eius mortem postea quam dictũ est, Iudas ascendet: & cœpit Iudas debellare Chananæos, in quo bello ista omnia gesta narrãtur, meritò quæritur. Sed credibilius est post mortem Iesu factum: tunc autem per prolepsim, id est, præoccupationem commemoratum, quemadmodum & alia. Nunc enim cũ res gestæ aduersus Chananæos tribus Iuda exponerentur, ita se narrationis ordo conti-
Iud.1.a.2.* net, inter cætera Iudæ facta bellica, de quo post mortem Iesu dixerat Dominus, Iudas ascendet. Et postea descenderũt filij Iuda pugnare ad Chananæũ, qui habitabat in mõtana & Austrũ & campestrem. Et abiit Iudas ad Chananæũ in habitantẽ in Hebron, & exiit Hebron ex aduerso. Nomen autem erat Hebron Cariatarbe vel Sepher, & percussit Sesi & Acimã & Chol mi filios Enach, & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir. Nomẽ autẽ Dabir quod erat antè ciuitas literarum. Et dixit Caleb: Qui cunq; percusserit ciuitatẽ literarum & acceperit eam, dabo ei filiam meam in vxorem. Cõstat ergo ex hoc ordine gestarum rerũ tam perspicuo, post mortem Iesu hoc esse factũ. Tunc verò cũ ciuitates datæ ipsi Caleb cõmemorarentur, progressus ex occasione narrator, quod postea factum est præoccupauit. Nec tamen frustra arbitror hoc de filia Caleb data in victoris præmium, bis numero scripturam commemorare voluisse. ALIA nascitur quæstio
Q V AE ST. IIII. Ios. 15.d.18. de filia Caleb, quòd in libro Iesu Naue sic de illa dicit: Et factũ est cũ ingrederetur ipsa & cõsiliũ habuit cũ eo dicẽs, Petam patrem meum agrũ. Et exclamauit de asino, & cætera, vbi agrũ petit à patre atq; cõcessus est.
Iud.1.c.14. Hic autem, Et factum est, inquit, cùm ingrederetur ipse, monuit eam Othoniel, vt peteret à patre suo agrum. Sed in eo quod dictum ibi est, Cùm ingrederetur ipsa: & hic dictum est, cùm ingrederetur ipse: nihil contrarium est: simul enim ingrediebantur viã. Quod verò ibi dictum est, Consilium habuit cum eo id est, cum viro suo dicens, Petam patrem meum agrum: & exclamauit de asino, & petiit in eo quod habuit consiliũ, ibi monita est vt peteret. Quorum alterum hic dictum est, alterum ibi. Vtrumque autem ita diceretur, Et consilium habuit cum eo dicens, Petam patrem meum agrum. Ille autem mo nui eam, & exclamauit de asino. Porrò autem quod ibi agrũ referetur petisse, nec nomen ipsius agri taceitũ est: hic verò cũ agrũ petere monita fuerit à viro suo non agrum petisse dicitur, clamans de subiugali, quod ibi dictum est de asino, sed redemptionẽ aquæ, eo quod in terram Austri fuisset tradita: subiecitq; scriptura, Et dedit ei Caleb secundũ cor eius redeptionẽ excelsorũ & redẽptionem humilium, quid sibi velit obscurum est, nisi fortè ager ille ideo petebatur vt haberet de fructibus eius vnde aquã redimeret, cuius inopia in illis regionibus erat, quò nupta ducebatur. Sed dedit ei Caleb redemptionem excelsorum, & redemptionem humiliũ: non video quid subaudiamus, nisi fluentorũ, excelsorum videlicet in montanis, & humilium in campestribus siue in vallibus. Et non hæreditauit Iudas Gazã Q V AE ST. V. & finem eius, & Ascalonem & finem eius, & Accarõ Iud.1. d.15. & finem eius, & Azotũ & adiacentia eius. Et erat Dominus cum Iuda, & hæreditauit montem, quoniã nõ potuit hæreditare inhabitãtes in valle, quoniam Re-
Super Iosuẽ quæstione 21. chab obstitit eis, & currus erãt ei ferrei. Quod in libro Iosue 21. d. 41. Iesu Naue, cũ illũ locũ tractarem, vbi scriptum est, Et dedit Dominus Israel omnem terram, cũ multas eius partes nondum possederint: dixi ita posse intelligi omnẽ terrã datã, quia ea quæ data non est in possessionẽ, data est in quadam exercitationis vtilitate: hoc multo euidentius hic apparet, quãdo quidem commemorãtur ciuitates, quas nõ hæreditauit Iudas, & dicitur, Et erat Dominus cũ Iuda, & hæreditauit montem, quoniam nõ potuit hæreditare inhabitãtes in valle. Quis enim non intelligat etiam hoc ipsum ad id pertinuisse quòd erat Dominus cũ Iuda, ne totum repentè obtinẽdo extollerentur? Quod enim adiungit, Quoniam Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei: quos currus timuerit, Dictum est, non Dominus qui erat in Iuda, sed ipse Iudas. Cur autem timuerit, cũ quo Dominus erat, si quæritur, hoc est, quod prudenter intelligendum est, † restringere Deũ propiciũ etiam in cordibus suorũ nimiæ prosperitatis excessus, vt in vsum eorũ conuertat inimicos nõ solum quãdo vincũtur inimici, sed etiã quando metuuntur. Illud ad commendandam largitatem suam, illud ad eorum reprimendã clarionẽ. Nam vtiq; inimicus sanctorũ est angelus sa-
2.Cor.12.b. 7. tanæ, quem tamen sibi datum colaphizãtẽ dicit Apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Et
Q V AE ST. VI. dederunt Caleb Hebron sicut locutus est Moyses, & Iud.1.c.20. hæreditauit inde tres ciuitates filiorum Enach, & abstulit inde tres filios Enach. Iam hoc dictũ est in libro
Iosue 15. d. 14. Iesu Naue, quoniã & illo viuo factum est: sed hic recapitulãdo cõmemoratum est, cũ de tribu Iuda, vnde fuit Caleb, scriptura loqueretur. Q V Æ R I T V R quomo-
Q V AE ST. VII. do dictũ sit, Et Hiebũsæum habitantem in Hierusalẽ, Iud. 1. c. 21. non hæreditauerunt filij Beniamin, & habitauit Hiebusæus cum filiis Beniamin, in Hierusalem vsque in hodiernumdiem? cùm superius legatur eadem ciui-
Ibid.1.b.8. tas à Iuda capta & incẽsa, interfectis in ea Hiebusæis. Sed cognoscendum est istam ciuitatem communem habuisse duas tribus, Iudam & Beniamin, sicut ostendit ipsa diuisio terrarũ quæ facta est à Iesu Naue. Ipsa est enim Hiebus quæ Hierusalem: ideo duæ istæ tribus remanserunt ad templum Domini, quando cæteræ, excepta Leui, quę sacerdotalis fuit, & terras in diuisionem non accepit, separauerunt se à regno Iuda cum Hieroboam. Intelligendum est ergo à Iuda quidem ciuitatem captam & incensam, interfectis qui illic reperti fuerãt: sed non omnes Hiebusæos esse extinctos: siue quia erant extra illam ciuitatem, siue qui a fugere poterant: quos reliquos Hiebusæos admissos esse à filiis Beniamin, quibus cum Iuda erat ciuitas illa

communis, in ea simul habitare. Quod ergo dictũ est, Non hæreditauerunt Hiebusæũ filij Beniamin, intelligendũ est, q̃ nec tributarios eos facere potuerunt, siue voluerunt. Aut certè non hæreditauit Hiebusæũ, dictũ est, quia non sine illo tenuit terrã quę ab illo possidebatur. Et non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharum ciuitas. Ipsa hodie perhibetur Scythopolis dici: Potest autem mouere, quomodo in illis partibus multũ ab Scythia diuersis potuerit esse Scitharũ ciuitas. Sed similiter potest mouere, quomodo tã lõgè à Macedonia Macedo Alexander condiderit Alexandriã ciuitatẽ: q̃ vtiq; fecit longè latéq; bellando: ita etiã Scythæ aliquãdo bellãdo in longinqua progredientes istam condere potuerunt. Nã legitur in historia gentiũ, vniuersam penè Asiam Scythas aliquãdo tenuisse, cũ regi Ægyptiorum illi qui eis vltro bellum indixerat irent obuiam, quorũ aduentu territus, in suũ se regnũ recepit. Et nõ hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scyntharũ ciuitas, neq; filias ei⁹. Filias ei⁹ dicit ciuitates quas ipsa quasi metropolis instituerat. Et factũ est quando præualuit Israël, & posuit Chananęum in tributarium, & auferens non abstulit eum. Iam tale aliquid dictum est in libro Iesu Naue, penè ipsis verbis. Proinde aut hîc per anacephalæosin dicitur, aut illic per prolepsim dictum est, id est, aut hic recapitulando, aut illic præoccupando. Et contribulauit Amorręus filios Dan in monte, quoniam nõ permisit eos descẽdere in vallẽ. Et hoc similiter, aut in libro Iesu Naue præoccupãdo cõmemoratũ est, aut hîc recapitulãdo. Et ascẽdit angel⁹ Domini super δλωθμεὶν montẽ. Scriptor libri hoc nomine appellauit locũ, quia postea scripsit: nã quãdo angel⁹ Domini super eũ ascẽdit, nondũ sic appellabatur. A ploratione quippe nomẽ accepit, quòd Græcè κλαυθμὸν ploratio dicitur. Ibi enim populus fleuit, cùm audisset ab hoc angelo verba Domini vindicantis in eos quòd inobedientes fuissent, quia non exterminauerunt populos secundum præceptum eius quibus præualuerunt, eligentes eos facere tributarios quã interimere & perdere quẽadmodũ iusserat Dominus. Quod siue contẽpto Dei mãdato, siue timore fecerint, ne hostes aduersum se acrius pugnare pro salute obtinenda quàm pro tributo non dando cogerẽt: sine dubio peccauerunt, vel spernẽdo quod diuinitus imperatũ est vel non præsumendo quod eos posset qui imperauerat adiuuare. Quod ideo per Iesum noluit eis dicere: si tamẽ adhuc eo viuente iam fieri præceperat, & non potius præoccupando commemoratũ fuerat quod illo mortuo fieri cœpit: quia hoc omnibus voluit exprobrare perangelũ: nondũ autẽ omnes id fecerant viuente Iesu, & si aliqui fortè iã ceperant. Credibilius est tamen nihil tate fieri cœptũ viuente Iesu Naue tantumq; terrarũ sub illo tenuisse filios Israël, quantũ eis ad confidendũ sufficeret, quãuis in sortibus suis haberẽt vnde crẽscẽdo & conualescendo adhuc aduersarios exterminarent. Proinde post mortem Iesu, postquam præualuerunt vt hoc possent facere, maluerunt eos habere tributarios secundũ voluntatem suam: quàm interimere & perdere secundũ voluntatem Dei. Propter hoc ad eos corripiendos angelus missus est. Quod verò commemoratum est in libro Iesu Naue, magis existimo præoccupãdo commemoratum, quod post eius mortem vel futurum esse iam ipse nouerat prophetico spiritu: si ab illo liber conscriptus est qui appellatur Iesu Naue: vel si ab alio scriptus est, iam futurum esse sciebat post mortem Iesu quod in illo libro præoccupãdo commemorauit. Qvid est quod angelus Domini inter cętera diuinæ comminationis dicit, Non adiiciam transmigrare populum quẽ dixi eiicere? Non auferã eos à facie vestra, & erũt vobis in angustias, & dij eorũ erunt vobis in scandalum: nisi vt intelligamus nonnulla etiam de ira Dei venire peccata? Vt enim dij gentiũ, inter quas non à se exterminatas Israëlitæ habitare voluerunt, essent eis in scandalũ, id est, facerent eos scandalizari in Domino Deo suo, coq; offenso viuere, indignans hoc comminatus est De⁹, quod certè manifestum est magnũ esse peccatũ.

Et dimisit Iesus populũ, & abierunt filij Israël vnusquisq; ad domũ suã hęreditare terram. Hoc per recapitulationẽ iterari nulla dubitatio est. Nã & mors ipsi⁹ Iesu Naue etiã in hoc libro cõmemoratur, vt tanquã ab exordio cuncta breuiter insinuarentur, ex quo eis Dominus dedit terram, & quemadmodũ sub ipsis iudicibus vixerint quæue perpessi sint, arq; iterũ reditur ad iudicum ordinem ab eo qui primus est cõstitutus. Et surrexit generatio altera post eos, qui non scierunt Dominum & opera eius quę fecit Israel. Exposuit quomodo dixerit non scierunt Dominum: in illis videlicet præclaris & mirabilibus operibus, per quæ factũ est ante illos vt Israël sciret Dominũ. Et seruierunt Baal & Astartibus. Solet dici Baal nomen esse apud gentes illarũ partiũ Iouis, Astarte autem Iunonis, quod lingua Punica putatur ostendere. Nã Bal Punici videntur dicere, Dominum: vnde Baalsamen, quasi Dominum cæli intelliguntur dicere: Samen quippe apud eos cęli appellantur, Iuno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur. Et quoniam istæ linguæ non multum inter se differunt, meritò creditur de filiis Israel hoc dicere scriptura, quod Baal seruierunt & Astartibus, quia Ioui & Iunonbus. Nec mouere debet, quod non dixit Astarti, id est, Iunoni: sed tanquã multæ sint Iunones, pluraliter hoc nomen posuit. Ad simulachrorũ enim multitudinẽ referre voluit intellectum, quoniam vnumquodq; Iunonis simulachrum Iuno vocabatur. Ac per hoc tot Iunones, quot sunt simulachra intelligi voluit. Varietatis autẽ causa existimo Iouem singulariter, Iunonem pluraliter commemorare voluisse. Nam eadem causa pluriũ simulachrorũ etiã Ioues pluraliter dici possent. Hoc autem, id est, nomine plurali Iunones in Gręcis secũdũ Septuaginta reperimus, in Latinis autem singulariter erat. Quorũ in illo qui non habebat septuaginta interpretationem, sed ex Hebræo erat, Astaroth legimus: nec Baal, sed Baalim. Quod si fortè aliud in Hebræo vel Syra lingua nomina ista significent, deos tamẽ alios fuisse cõstat & falsos, quibus Israël seruire nõ debuit. Et vẽdidit eos in manu inimicorũ suorũ in circuitu. Quæri solet quare dixerit vendidit, tanquam aliquod preciũ intelligatur datum. Sed & in Psalmo legitur: Vẽdidisti populũ tuũ sine precio. Et apud Prophetã: Gratis vẽditi estis, & non cũ argento redimemini. Quare ergo vẽditi, si gratis & sine precio, & non potius donati? An fortè scripturarũ locutio est, vt vẽditus etiã qui donatur dici possit? Hic autem sensus est optimus in eo q̃ dictũ est: Gratis venditi estis, & vendidisti populũ tuũ sine precio: quia illi quib⁹ tradidisti populũ, impij fuerũt, nõ Deũ colendo tradi sibi illum populum meruerunt, vt ipse cultus tanquam precium videretur. Quod verò dictũ, Neq; cum argento redimemini: non ait, neque cum precio, sed neq; cum argento: vt precium redemptionis intelligamus, quale dicit apostolus Petrus: Non enim argento & auro redempti estis, sed precio sanguinis agni immaculati, in argento enim propheta omnem pecuniam significauit, vbi ait: Non cum argento redimemini, qũoniam precio quidem sanguinis Christi, non tamen precio pecu-

Qvæst. viii. Iud.1.c.27.

Qvæst. ix. Iud.1.c.27.

Qvæst. x. Iud.1.c.28.

Iosue 16.d. 10.

Qvæst. xi. Iud.1.g.34.

Qvæst. xii. Iud.2.a.1.

Qvæst. xiii. Iud.2.a.3.

Qvæst. xiii. Iud.2.b.6. Ios.24.g.28.

Qvæst. xv. Iud.2.b.10.

Qvæst. xvi. Iud.2.c.14.

Qvæst. xvii. Iud.2.c.14.

Psal.43.b.13. Esa.52.a.3.

1.Pet.1.c.18.

pecuniario fuerant redimendi. In eo quòd Dominus dicit: Et ego non apponam auferre virum à facie ipsorum de gẽtibus quas reliquit filius Naue, & dimisit ad tentandum in eis Israël, si obseruarent viã Domini abire in eam, quemadmodum custodierunt patres eorũ, an non: & dimisit Dominus gentes has vt non auferret illas tunc: & non tradidit illas in manus Iesu. Satis ostenditur causa quera non Iesus omnes illas gentes bellando deleuerit, quia hoc si fieret, nõ essent in quib⁹ isti probarentur. † Poterat autem esse ad vtilitatem ipsorũ, si tentati in eis non rẽprobi inuenirẽtur: eisq; talibus inuẽtis, quales eos esse debere præceperat Dominus, iam gentes illæ auferrentur à facie eorum si ita vtuerẽt, nec bellis eos exerceri oporteret. Verba enim Domini hucusque accipienda sunt. Propter quod tãta dereliquit gens hæc testamentũ meũ, quod mandaui patribus eorũ & non obedierunt voci meæ, & ego nõ apponã auferre virum à facie ipsorum: id est, aduersarium. Cætera verò verba scriptoris sunt, exponentis vnde dixerit Dominus, non se ablaturum virum de gẽtibus quãs reliquit Iesus filius Naue. Deinde subiungẽs qua causa dereliquit: Et dimisit, inquit, ad tentandum Israël, si obseruent viam Domini abire in ea quẽadmodũ custodierunt patres eorum, an non: eos volẽs intelligi patres custodisse viam Domini, qui fuerũt cũ Iesu, id est, eo tẽpore quo ille viuebat. Generationem quippe alteram superius retulit surrexisse post illos qui vixerunt cum Iesu, & ab ipsis cœpisse transgressiones quæ offenderunt Dominũ: pro quibus tentãdis, id est probandis, relictæ fuerant gentes, nec exterminatæ per Iesum. Deinde ne putaretur hoc Iesus cõsilio suo tanquã humano egisse, vt gentes illæ relinquerentur: subiungit scriptura: Et dimisit Dominus gentes has vt nõ auferret illas celeriter: & non tradidit eas in manus Iesu. Deinde sequitur, Et hæ gẽtes quas reliquit Dominus vt tentaret in eis Israël, omnes q̃ nescierunt omnia Israël bella Chananæorũ, propter generationes filiorũ vt doceret illos bellũ. Erat ergo ista causa in eorũ tẽtatione, vt bellare discerent: id est, vt tanta pietate & obedientia legis Dei bellarẽt, quãta patres eorum qui Domino Deo etiã bellando placuerunt, nõ quia optabile aliquid est bellũ, sed quia pietas laudabilis est in bello. Quod autẽ sequitur, Verùm quia ante illos nesciernnt illas: quid nisi gentes vult intelligi, quas nesciernnt bellando qui fuerunt ante istos: quorũ tentationi, hoc est probationi relictæ sunt? Deinde cõmemorãs quæ sint, quinque inquit, satrapias alienigenarum, quas in libris Regnorum manifestius exprimit. Satrapiæ autẽ dicũtur, quasi parua regna, quibus satrapæ præerant: quod nomen in illis partibus cuiusdam honoris est siue fuit. Et omnem, inquit, Chananæum & Sidonium & Euęũ inhabitantẽ Libanum aut montẽ Hermon vsque ad Cabemeth, & factum est vt tentaretur in ipsis Israel: Tanquã diceret, Hoc autem factũ vt tentaretur in ipsis Israël scire si audient mandata Domini: non vt sciret Deus omnium cognitor etiam futurorũ, sed vt scirent ipsi, & sua conscientia, vel gloriarentur, vel cõuincerentur, vtrum audirent mandata Domini quæ mãdauit patribus eorum in manu Moysi. Quoniam ergo manifestati sibi sunt non se obedisse Deo, in iis gentibus quæ ad eorum tentationem, id est, exercitationẽ atq; probationẽ fuerant derelictæ, propterea dixit De⁹ vel illa in quibus apertè missus est angelus, & expressè locutus est, vel paulo antè, vbi ait, Propter quod tanta dereliquit gẽs hæc testamentũ meũ quod mandaui patribus eorũ, & non obedierũt voci meæ, & ego nõ apponã auferre virũ à facie ipsorum. Dictum est autẽ in Deuteronomio ex persona Dei loquẽtis de istis gẽtibus aduersariis, Non eiiciam illos in anno vno, ne fiat terra deserta, & multiplicẽtur in te bestiæ feræ: Paulatim eiiciam illos, donec multiplicemini & crescatis & hæreditetis terram. Poterat hanc promissionẽ suã seruare Dominus erga obediẽtes, vt exterminatio gẽtiũ illarum, crescentibus Israëlitis patribus fieret, cùm eorum multitudo terras vnde aduersarij exterminarẽtur desertas esse nõ sineret. Quod autẽ ait, ne multiplicẽtur in te bestiæ feræ, mirum si nõ bestiales quodam modo cupiditates & libidines intelligi voluit; quæ solent de repentino successu terrenæ felicitatis existere. Neque enim De⁹ homines exterminare poterat, & bestias nõ poterat, vel perdere vel pasci potius non permittere. Et excitauit Dominũ⁹ saluatorẽ Israël, & saluauit eos. Deinde velut quæreretur quem saluatorẽ; Othoniel, inquit, filium Cenez. Accusatiuum enim casum hîc debemus accipere, tãquam diceret Othonielem. Aduertendũ est autẽ quod saluatorem dicat etiam hominẽ, per quem Deus saluos faciat. Nam clamauerũt filij Israël ad Dominum, & excitauit Dominus saluatorem Israel, & saluauit eos, Othoniel filiũ Cenez, fratrẽ Caleb minorẽ ipsius, & exaudiuit eos. Inter illa autẽ quæ appellantur Ἑπτάτευχα hoc genus rarum est, quoniã habet & illud quod Græci vocant ἑτερολογίαν. Quod enim ait postea, & exaudiuit eos, si prius ponatur, fit sermo lucidior. Nã ordo est, Et clamauerũt filij Israël ad Dominũ, & exaudiuit eos, & excitauit Dominus saluatorem Israël. Deinde quod hic interpositũ est, & saluauit eos: & postea dictum est Othoniel filium Cenez: si ita diceretur planius fieret, & Excitauit Dominus saluatorem Israël Othoniel filiũ, & Cenez, & saluauit eos.

Quadraginta annos quieuisse terrã promissionis à bellis sub Othoniele iudice scriptura testatur, quantum tẽporis primordia Romani imperij sub Numa Pompilio tantummodo rege paceata habere potuerunt. Quærit potest, vtrum mẽtitus fuerit Aioth iudex quando occidit Eglon regem Moab. Cùm enim solus soli insidiaretur vt eum percuteret, hoc illi ait, Verbum occultũ mihi est ad te rex: vt ille à se omnes qui cum illo fuerãt remoueret. Quod cùm factũ esset, iterũ dixit Aioth: Verbũ Dei mihi ad te rex. Sed potest non esse mẽdaciũ, quando quidem verbi nomine solet etiam factum appellare scriptura. Et reuera ita erat. Quod autem dixit, verbũ Dei, intelligendum est hoc illi Deũ vt faceret præcepisse, qui eum populo suo excitauerat saluatorẽ, sicut illis temporibus talia fieri diuinitùs oportebat. Meritò quęritur, quomodo fuerit exilis valde rex Eglõ, & cõclusserint adipes vulnus, quãdo percussus est. Sed intelligẽdũ est ea locutione dictum quæ solet à cõtrario intelligi, sicut dicitur lucus, quòd minimè luceat: & abũdare respondetur, q̃ nõ est: & benedixit regi, pro maledixit, sicut scriptũ est in Regnorũ libro de Nabuthe, Nam in ea interpretatione quæ non secundũ septuaginta, sed ex Hebræo est, ita inuenimus, Erat autẽ Eglon crassus nimis.

Et exiit ad fores & transiit obseruantes, & clausit ianuas domus superioris super eũ & coarctauit. Hoc recapitulando dictũ est quòd fuerat prætermissum. Nã prius hoc fecisse intelligendũ est, & sic de superius descẽdisse & transiuisse obseruãtes. Quomodo pueri regis Eglon claui aperuerint quod Aioth claui non clauserat, pẽt moueri. Aut si ille claui clauserat quomodo secũ eã nõ auferret, vt isti nec claui aperire possent. Proinde aut alia clauis allata est, aut tale clausurę gen⁹ fuit quod sine claui possit claudi, nec sine claui periri. Nã sunt quædã talia, sicut ea quæ verudata dicuntur.

Sub iudice Aioth octogĩta annos pacẽ habuit Israël in terra promissionis, duplicato scilicet tẽpore q̃ fuit

Iud.2.d.2.

Ad. poterant

Ibid.a.10.

Ibid.d.23.

Iud.3.a.1.

1.Reg.6.a.5. & d.16. Satrapiæ quid sint. Iud.3.a.3.

Iud.2.d.20.

Exod.23.g. 29.

Qvæst. xviii. Iud.3.b.9.

Qvæst. xix. Iud.3.b.16.

Qvæst. xx. Iud.3.c.19. 20.

Qvæst. xxi. Iud.3.c.17.

3 Reg.21.c. 10.d.13.

Qvæst. xxii. Iud.3.c.23.

Qvæst. xxiii. Iud.3.d.25.

Qvæst. xxiiii. Iud.3.d.30.

memorabile sub Romanorũ rege Numa Pompilio.

QVÆST. XXV. Iud.5.d.31.

ET post eum surrexit Sannegar filius Aneath, & percussit alienigenas in sexcentos viros, præter vitulos boum, & saluauit Israël. Quomodo post Aioth iste pro Israël pugnauerit, & dictus sit saluasse Israël potest esse quæstio. Non enim rursus fuerant captiuitati, vel iugo seruitutis innexi. Sed intelligendum ita dictum, saluauit: non quia nocuerit aliquid hostis, sed ne permitteretur nocere, quem credendum est bello cœpisse tentare, & huius victoria fuisse depulsum. Sed quid sibi velit quod addidit, Præter vitulos boum: obscurum est. An fortè etiam boum stragem pugnando fecit, & ita dictũ est eũ occidisse sexcẽtos viros, præter illud quod fecit de bobus occisis. Sed quare vitulos? An Græcæ locutionis cõsuetudo est etiã vitulos eos appellare qui grandes sunt? Nã ita loqui vulgo in Ægypto perhibetur, sicut apud nos pulli appellantur gallinæ cuiuslibet ætatis. Non autẽ habet interpretatio ex Hebræo, Præter vitulos boũ, sicut ista quæ secundum septuaginta est: sicut habet illa ex Hebræo, vomere occisos sexcẽtos viros: quod ista non habet. QVID est quod respondens Barach Delboræ ait, Si ibis ibo, & si non ieris mecũ, non ibo: quoniã nescio diẽ in qua prosperat angelum Dominus mecum, quasi à prophetissa diẽ audire non potuerit: nec illa diem respondit, sed perrexit cũ illo. Et quid est, Prosperat angelum Dominus mecũ? An hic demõstratũ est quia & angelorum actus prosperantur: id est, adiuuãtur à Domino vt feliciter cedãt an locutionis est, Prosperat angelum mecũ, id est, facit mecum prospera per angelũ? ET pauefecit Dominus Sisara & omnes currus eius. Ecce quemadmodum commendat scriptura agere Deum in cordibus, vt det exitum rebus quẽ constituit. Vtiq; enim pauefecit vel obstupefecit Sisaram vt traderet eũ. VBI Iahel mulier quæ occidit Sisaram cũ locuta esset ad Barach qui eũ quærebat: scriptum est de ipso Barach quia intrauit ad eã. Animaduertendũ est non esse cõsequẽs, vt cũ scriptura dicat de viro quòd intrauit ad aliquã feminam, iã etiã cõcubuisse credatur. Assiduè quippe sic loquitur scriptura, Intrauit ad eã: vt nolit intelligi nisi quod ei mixtus sit. Hic ergo propriè dictũ est, Intrauit ad eam: id est domum eius intrauit, non vt per hæc verba intelligatur concubitus. IN cantico Delboræ dicitur, Defecerunt habitantes in Israël, defecerunt donec surrexit Delbora, donec surrexit mater in Israël, elegerũt vt panem hordeaceum deos nouos, tũc expugnauerunt ciuitates principũ. Hic intermixtus ordo verborum obscuritatẽ facit, & quæstionem mouet. Quomodo enĩ intelligatur, Elegerũt vt panẽ hordeaceũ deos nouos, tunc expugnauerũt ciuitates principũ: quasi tunc eis fauerit Deus ad expugnãdas ciuitates principũ, quando elegerunt vt panem hordeaceũ deos nouos. Sed in aliis iam scripturarũ locis sæpe didicimus quemadmodum fiant hyperbata: quorum directione cũ verba ad ordinẽ redeũt, sensus explanatur. Iste ergo est ordo: Defecerũt habitantes in Israël, defecerunt, elegerunt vt panẽ hordeaceũ deos nouos, donec surrexit delbora, donec surrexit mater in Israël: tũc expugnauerunt ciuitates pricipũ. QVÆRI potest, quomodo dictũ sit, Elegerũt vt panẽ hordeaceũ deos nouos: cùm panis hordeaceus quamuis sit in cõparatione triticij panis abiicienda, tamen etiã ipse pascat & vitale alimentum sit. Dij autem noui, quos dicũtur elegisse qui defecerunt à Deo viuo, non possunt in alimentis animæ deputari, sed potius in venenis. An hactenus accipienda est similitudo, quatenus valet vt propter hoc solũ dictũ intelligatur: quia sicut plerunq; fastidio fit, vt eligẽda reiiciãtur, & aspernanda delectẽt: ita vitio prauæ voluntatis tãquam languore fastidij eũ esset Deus eorũ verus, sibi falsos elegerunt, nihil aliud quàm nouitatem & spreta veritate, atq; ita cibũ mortiferum tanquam panem hordeaceum elegerũt, nõ se arbitrantes inde perituros, sed etiam inde vitam, velut esca innoxia licet viliore sumpturos. Secundũ opinionẽ ergo eorũ similitudo posita est animiq; languorẽ, nõ secũdum veritatẽ. Nam dij illi noui nullis sunt cibis vitalibus cõparãdi. ET factũ est quãdo clamauerũt filij Israël ad Dominũ propter Madiã, & misit DOMINUS virũ prophetã ad filios Israël, & dixit eis. Cur nõ dicatur nomen huius prophetæ, quod valde scripturis inusitatum est, latens causa est, non tamen nullam esse arbitror. Sed quia post verba quib. exprobrauit inobediẽtiam populi, sequitur scriptura dicens: Et venit angelus Domini, & sedit sub quercu quę erat in Ephra: nõ absurdè intelligitur iste angelus significatus nomine viri, vt posteaquã hęc verba dixit venerit ad quercũ memoratã, & ibi sederit. Nomine enĩ virorũ solere appelari angelos norũ est, quãuis eũ qui esset angelus appellatum esse, Prophetã non facilè nec euidẽter occurrat: eum sanè qui Propheta esset, dictũ angelum legimus. Sed si angelorũ dicta prophetica nota sunt, id est, quibus futura prænunciauerũt: cur nõ possit angelus prophetæ nomine nuncupari? Veruntamẽ, vt dixi, expressum & manifestũ de hac re testimonium nõ occurrit.

QVÆST. XXVI. Iud.4.b.8.

QVÆST. XXVII. Iud.4.c.15.

QVÆST. XXVIII. Iud.4.d.22.

QVÆST. XXIX. Iud.5.a.7.

QVÆST. XXX. Iud.4.a.7.

QVOD angelus dicit ad Gedeon: Dominus tecum potens in fortitudine, nominatiuus casus est nõ vocatiuus. Hoc est, Dominus potens tecũ est, nõ tu potẽs. ADVERTENDVM est dixisse angelũ tanquam ex Domini autoritate, Nónne ecce misi te, cũ loqueretur ad Gedeõ. Quis enim eũ misit, nisi qui ad eũ angelũ misit? Delbora verò ait ad Barach, Nónne mandauit Dominus Deus Israël tibi? Hic autẽ nõ dictũ est: Nónne ecce misit te Dominus: sed, Nónne ecce misi te.

QVÆST. XXXI. Iud.6.b.12.

QVÆST. XXXII. Iud.6.c.14.

Iud.4.a.6.

VBI respondet Gedeõ ad angelum: In me Dñe, hoc est in me intende in quo saluabo Israël, ecce mille mei humiliores in Manasse. Intelligitur præpositus fuisse mille hominũ, quos Græcè χιλιάρχους appellat scriptura, An quid aliud? ANIMADVERTENDVM est quod Gedeon nõ ait angelo: Offerã tibi sacrificiũ, sed ait, offerã sacrificiũ meũ, & ponam in conspectu tuo. Vnde intelligendũ est, nõ eũ angelo, sed per angelũ sacrificium offerre voluisse. Quod & ipse angelus euidẽter ostendit, qui nõ ab eo sacrificium tanquã sibi sumpsit, sed ait illi: Accipe carnes & azymos, & pone ad petrã illã & ius effunde. Et cũ hoc fecisset Gedeõ, extẽdit angelus summum virgæ quę erat in manu eius, tetigit carnes & azymos, & accẽsus est ignis de petra & comedit carnes & azymos. Ita etiã ipse angelus in sacrificio quod obtulit Gedeõ, officium ministrãtis impleuit: ignẽ quippe homo minister vt homo sine miraculo subiecisset, quem mirabiliter vt angelus iste subiecit. Denique tunc cognouit Gedeon quod angelus Domini esset. Nam hoc scriptura continuò subdidit, Et vidit Gedeõ quoniã angelus Dñi est. Prius ergo tanquã cũ homine loquebatur, quẽ tamẽ hominẽ Dei credidit, vt corã ipso sacrificiũ vellet offerre, velut adiuuãdus præsentia eius sanctitatis. QVÆRI potest quare Gedeõ ausus fuerit sacrificium offerre Deo præter locũ vbi iusserat Deus? Præter tabernaculũ quippe suũ Deus prohibuerat sacrificari sibi: cui tabernaculo tẽplũ postea successit. Tempore autẽ quo fuit Gedeon, tabernaculũ Dei erat in Silo, atque ideo illic tãtũ legitimè posset sacrificari. Sed intelligendũ est quòd illum angelũ primò prophetam putauerat, & tanquam Deum in illo cõsuluerat de offerẽdo sacrificio. Quod ille si prohibuisset, non vtique fieret. Sed quoniam approbauit, & vt

QVÆST. XXXIII. Iud.6.c.15.

QVÆST. XXXIV. Iudic.6.d.18.

QVÆST. XXXV. Iud.6.d.20. Deut.12.b.13.

& vt fieret annuit, Dei autoritatem Gedeõ in faciendo secutus est. Ita quippe Deus legitima illa cõstituit, vt leges nõ sibi, sed hominibus daret. Vnde quodcũq; præter illa ipse præcepit, nõ à transgressoribus, sed potius à piis & obedientibus impletũ intelligendũ est: sicut Abraham de immolãdo filio. Nã & sic Helias extra tabernaculũ Domini ad cõuincendos sacerdotes idolorum sacrificauit, quod ex præcepto Domini fecisse intelligendũ est, qui ei tanquã prophetæ reuelatione atq; inspiratione iussit vt faceret. Quanquam tanta cõsuetudo præter tabernaculũ sacrificandi crebuerat, vt etiã Salomõ in excelsis sacrificasse inueniatur, nec eius sacrificium fuisse reprobatũ. Et tamẽ notantur reges qui inter opera laudabilia sua nõ destruxerunt excelsa, vbi contra legẽ Dei populus sacrificare consueuerat. Et qui destruxit maiore prædicatione laudatur. Ita Deus cõsuetudinem populi sui, qua præter eius tabernaculũ, tamen non diis alienis offerebãt, sed Domino Deo suo, sustinebat potius quã vetabat, etiã sic exaudiens offerentes. Hoc autẽ quod Gedeon fecit quis non intelligat per angelũ procuratum vt prophetice fieret, in qua prophetia petra illa commendaretur? Cui quidem petræ nõ sacrificatũ est, sed de illa ignis commemoratur exisse quo sacrificiũ cõsumeretur. Siue etiam per aquã quã percussa petra effudit in eremo, siue per ignẽ, donũ Spiritus sancti significatur, quod ditissimè Dominus Iesus Christus effudit super nos. Nam & in Euangelio significatũ est hoc donũ per aquã, vbi ipse Dñs ait, Si quis sitit, veniat & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ: vbi Euangelista subiũxit, Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eũ. Significatũ est & per ignẽ, vbi veniente illo super congregatos legitur: Visę sunt illis linguæ diuisę velut ignis, qui & insedit super vnũquẽq; eorũ. Et ipse Dñs ait, Ignẽ veni mittere super terram. Et factus est numerus eorũ qui lambuerũt manu sua, lingua sua, trecenti viri. Plerique Latini codices non habent, manu sua, sed tantũmodo lingua sua, quoniam sic intellexerũt quod suprà dictũ est, sicut canes. Græcus autẽ habet vtrũque, manu sua, & lingua sua, vt intelligatur q̃ manu aquam raptam in os proiiciebant: & hoc erat simile bibẽtibus canib⁹, qui non ore apposito sicut boues aquã ducũt quã bibunt, sed lingua in os rapiũt, sicut etiã isti intelligũtur fecisse, sed cum manu in os aquã proijcerent, quã lingua exciperẽt. Nam & interpretatio ex Hebræo planius id habet his verbis, Fuit itaq; numerus eorũ qui manu in os proiicientes aquã lambuerãt, trecenti viri. Neque enim solent homines ita bibere vt sine opere manus lingua, sicut canes aquã hauriant. † At vero istis præceptum fuerat vt hoc facerent: sed cũ ad bibendũ descẽdissent ad aquã, multi genu flexo biberũt, quòd facilius & minore labore fieret: pauci verò quia non flexo genu se incuruauerunt, vt canes biberunt, sed aquã manu in os iactabãt. Quorũ numerus quia trecenti erant, signũ insinuat crucis propter literam T Græcam, qua iste numerus significatur: per quos etiam gentes magis in crucifixũ creditur as præfiguratũ est, quòd litera Græca est. Vnde Græcorum nomine Apostol⁹ omnes gentes significat cùm dicit, Iudęo primum & Græco. Et Iudæis & Græcis, sępe ita commemorans circumcisionem & præputiũ, quod in linguis gentium Græca ita excellat, vt per hãc omnes decenter significentur, Iste numerus & in vernaculis Abrahæ animaduertendus est, per quos fratrẽ ab hostibus liberauit, quando cum Melchisedech in magno mysterio benedixit. Quod enim exuberant illic decem & octo, nam trecẽti decem & octo fuisse referuntur videtur mihi significatũ quo etiã tẽpore fieret, id est, tertio quod futurũ erat sub gratia. Nã primũ est ante legem, secũdũ sub lege, tertiũ sub gratia. Singula verò tẽpora senario numero significata sunt propter perfectionẽ. Nã ter seni, decẽ & octo sunt. Vnde & illa mulier decẽ & octo annos habet in infirmitate, quã curuam saluator cũinuenisset, erexit, & à diaboli alligamento, vt Euangeliũ indicat, soluit. Nã quòd ita isti probati sunt per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur, significat quòd & cõtemptibilia ignobilia elegit Dominus. Pro cõtemptu enim habetur canis. Vnde dicit, Nõ est bonũ tollere panem filiorũ & mittere canibus. Et Dauid vt se tanquã contẽptibilẽ abiiceret, canẽ se appellauit loquens ad Saul. QVID sibi vult quod scriptum est, Gedeon descẽdit ipse & Phara puer eius in partẽ quinquaginta qui erant in castris: quod Latini quidã codices habẽt, in eã partẽ in qua erant quinquageni custodes in castris: alij verò, in partem quinquagesimã in castra? Obscurũ quippe dictum plures sententias interpretũ fecit. Sed aut ea pars castrorũ erat quã seruabãt quinquaginta custodes: aut si quinquageni intelligẽdi sunt circunquaque seruasse, in vnam partem isti descenderũt vbi erãt quinquaginta. QVOD ille qui proximo suo somniũ narrauit, quod audiuit Gedeon vt de victoria futura cõfirmaretur, dixit se vidisse mẽsam panis hordeacei, volũentẽ in castris & percutientẽ tabernaculũ Madian, & subuertentem: hoc intelligendũ arbitror quod de canibus, quia per contemptibila mundi (quæ significat mẽsa panis hordeacei) saluator superbos fuerat confusurus. QVOD exclamari iussit Gedeon à trecentis suis, Gladius Domino & Gedeõ, id est, huic Gedeon, hoc significat quod gladius id erat operaturus quod Domino placeret & Gedeon. QVÆRI solet quid sit Æphud, vel Ephod, seu Ephot. Quod quidem si sacerdotale est indumentũ, quod plerq; dicunt, vel potius superindumentũ, quod ἐπωμίδα Græcè dicitur, vel ἐπωμίς, q̃ magis superhumerale interpretari Latinè potest: merito mouet quomodo de tanto auro Gedeon id fecerit? Nam ita scriptũ est, Et factũ est põdus inaurũ aurearum quas petierat sicli mille septingenti auri, præter brachialia & torques & operimẽta purpurea quæ erant super reges Madiam, præter torques quæ erant in ceruicib⁹ camelorũ ipsorũ, & fecit illud Gedeõ in Ephud, & statuit illud in ciuitate sua in Ephra, & fornicatus est omnis Israel post illud ibi, & factum est Gedeõ & domui eius in scandalũ. Quomodo ergo ista vestis de tãto auro fieri potuit. Nam & mater Samuelis fecit filio suo, sicut legim⁹, Ephud bar, quod nõnulli interpretati sunt Epud lineũ, quãdo eũ dedit Domino in templo nutriendum. Vbi euidenti⁹ apparet hoc genus esse induměti. An ideo dictum est, statuit illud in ciuitate sua: vt hinc intelligeretur aureum fuisse factum? Non enim dictum est, posuit, sed statuit, quoniam ita erat solidũ & validũ vt statui posset, hoc est, positum stare. Hoc ergo illicitum cùm fecisset Gedeon, fornicatus est post illud omnis Israel, id est, sequendo illud contra legem Dei: vbi non frustra quæritur, cũ idolum non fuerit, id est, cuiusquam Dei falsi & alieni simulachrum, sed Ephud, id est, vnum de sacramentis tabernaculi quod ad vestem sacerdotalẽ pertineret, quomodo fornicationẽ scriptura dicat populi ista sectantis atque venerãtis. Ideo scilicet quòd præter tabernaculum Dei vbi erant ista quæ ibi fieri iusserat Deus Israel, extrà simile aliquid fieri phas non erat. Ideo sequitur & dicit scriptura, Et factũ est Gedeon & domui eius in scandalum: id est, vt ab offenso Deo discederet, quia & hoc quoddam genus idoli

Gen.22.a.3. 3.Reg.8.d.30.

Ibid.5.2.4.

Ibid.b.11.

Ioan.7.f.37.

Act.2.a.3. Lucæ 12.f.49.

QVÆST. XXXVII. Iud.7.b.6.

Rom.1.b.9.10.

Gen.14.c.14.

Lucæ 13.c.11.

1.Cor.1.d.28. Matth.15.c.26.

1.Reg.24.e.15.

QVÆST. XXXVIII Iudic.7.c.11.

QVÆST. XXXIX. Iudic.7.d.13.

QVÆST. XL. Iud 7.f.21.

QVÆST. XLI. Iud.8.f.27.

1.Reg.2.d.18.

al. dnt.

quodãmodo erat, quòd extra Dei tabernaculũ quodlibet manu factũ pro Deo coleretur, cũ illa ipsa quæ iussa sunt in tabernaculo fieri ad Dei potius cultũ referentur quã pro Deo aliquid eorũ, aut pro Dei simulachro colendum haberetur. Quanquam per Ephud vel Ephod, ea locutione quæ significat à parte totum oĩa possunt intelligi quæ constituit Gedeon in sua ciuitate, veluti ad colendum Deum similia tabernaculo Dei. Et propterea per hoc, quia hoc est sacerdotalis honoris insigne, quod sæpe scriptura cõmemorat: vt hoc sit peccatũ Gedeõ, q̃ extra Dei tabernaculũ fecerit aliquid simile, vbi coleretur Deus: nõ quod solido auro velut ad adorandũ constituerit Ephud: sed quod essent ex auro ipso, quod etiã ex præda fecerit, ea quæ pertinerent ad ornamẽta vel instrumenta sacrarij, quę oĩa per Epud significata sunt propter excellentiam, vt dixi, vestis sacerdotalis. Nã & ipsum Ephud nõ quidẽ ex auro solo fieri præceptũ est, hoc est, superhumerale sacerdotalis vestis: verũtamen etiam aliquid auri habet. Nã ex auro & hyacintho & purpura & coccino & byſſo vt fieret, diuinitus imperatum est: sed quia hoc ita posuerunt septuaginta interpretes, vt commemoratis omnib⁹ quæ de spoliis acceperat Gedeõ, inferrẽt: Et fecit illud Gedeon in Ephud: videtur ita dictũ, tanquã ex toto illo quod commemoratum est hoc factũ esse credatur: cũ possit etiã illic intelligi locutio q̃ significat à toto partẽ: vtq; dictũ est, fecit illudin Ephud ĩtelligatur, fecit inde Ephud, vel fecit ex eo Ephud: nõ † secundũ illud totũ consumens in Ephud: sed ex illo quantũ sufficiebat impendẽs. Nam in illa interpretatione quæ ex Hebrẽo est, sic legitur, Fecitq; ex eo Gedeon in Ephod. Quod enim apud septuaginta scriptũ est Ephud, hoc in Hebrẽo perhibetur dici Ephod. Nõ autẽ omnes sacerdotes tali vtebantur superhumerali q̃ esset ex auro & hyacintho & purpura & coccino & byſſo, sed solꝰ sũmus sacerdos. Vnde illud quod de Samuele commemorauimus factũ illi ab eiꝰ matre, non erat vtiq; tale: quoniam cũ datus est nutriendus, non erat summus sacerdos, vtique puer. Vnde vt dictũ est, Ephud bar appellatur, vel potius Ephud bat, sicut asserunt qui Hebrẽam linguam nouerunt, quod interpretatur Ephud lineum. Sed Gedeõ existimo illud fecisse, quod erat præcipuum summi sacerdotis indumentũ atq; ornamentum per quod & cætera significata sunt opera † sacrarij quod in sua ciuitate præter Dei tabernaculũ constituerat & propter hoc peccatum factum est illi & domui eius in schandalum, vt sic interiret, q̃ postea scriptura narrat, tanta eius numerositas filiorũ. Non prætereunda oritur quęstio, quomodo quieuerit terra quadraginta annos in diebus Gedeõ, cũ post victoriam qua liberauit Hebræos, ex auro spoliorum fecerit abominationẽ, & post illam fornicatus sit omnis Israel, & fuerit illi & domui eius in scãdalũ. Quomodo ergo post hoc tantum nefas, quod & Gedeon & populus admisit, requieuit terra quadraginta annos: cùm hoc scriptura soleat ostẽdere, cùm à Domino Deo populus fornicaretur, tũc potius pacem illos perdere, non acquirere: & hostibus subiugari, non ab hostium infestatione muniri? Sed intelligendum est, sicut solet scriptura per prolepsim, id est, per præoccupationem dixisse, quod fecerit Ephud contra Dei legem Gedeon ex illo auro quod fuerat hostibus deuictis atque prostratis ablatum, quia vno loco dicere voluit, & vnde erat aurum, & quid de illo factum sit: sed postea factum est in fine dierum Gedeon hoc peccatum, quando secura sunt etiam mala, quę deinde scriptura contexuit, posteaquam commemorauit quot annis in diebus Gedeon terra conquieuerit: quos annos recapitulando cõmemorauit, id est, ad ordinẽ quẽ præteruerterat priꝰ dicendo de illo scandalo quòd nouissimè factũ est. Et factũ est cũ esset mortuꝰ Gedeõ, & auersi sunt filij Israel & fornicati sunt post Baalim: & posuerunt ipsi Baalberith testamentũ, vt esset eis ipse in Deum. Et Baalim & Baalberith idola intelligenda sunt. Maior itaq; trãsgressio & fornicatio commissa est à populo post mortẽ Gedeon, quàm illo viuo, ꝓpter Ephud: quoniã & illud etsi illicitè factũ erat, tamẽ de sacramẽtis tabernaculi erat: ista verò post idola fornicatio nõ habet vel falsam paternæ religionis defensionẽ. Vnde etiã illud Ephud, si nõ in fine tẽporis Gedeon, sed ante factũ est, ita Deus patienter tulit, vt pax in terra perseueraret: quia licet factũ erat quod prohibuerat, non tamen longè recessũm erat ab illo qui tale aliquid in tabernaculo suo atq; in honorẽ suũ fieri iusserat. Nunc verò grauiora commissa & apertissimã post idola fornicationẽ populi esse noluit impunitam. Quod inducitur rhamnus, id est, quoddam spinarum genus, in similitudinem dicere omnibus lignis conuenientibus ad eã vt regnaret super ea. Si in veritate vngitis me vos, regnare super vos, venite, cõfidite in protectione mea: & si non, exeat ignis de rhãno, & comedat cedros Libani. Obscurus sensus est, sed cũ inuẽta distinctio manifestat. Nõ enim ita legendũ est, Etsi nõ exeat ignis de rhamno: sed subdistinguendũ, Etsi non: ac deinde inferendum, Exeat ignis de rhamno: id est, si non confiditis in protectione mea, aut si non in veritate vngitis me regnare super vos, exeat ignis de rhamno & comedat cedros Libani. Cõminãtis enim verba sunt quid facere possit, si noluerint eam regnare super se. Verũ quia non ait, Exibit ignis de rhamno & manducabit cedros Libani: sed ait, Exeat & manducet: obscurius factum est quã si sola distinctio lateret. Vehementioris autẽ comminationis est, & quodãmodo præsentioris efficaciæ, si quis dicat, Si non vis facere q̃ volo, sæuiat in te ira mea: id est, iã sæuiat, vt quid eam teneo? Quasi dicat, sæuiat, permissiuo modo pœnã intentans futuram. Emisit Deus spiritũ malignũ inter Abimelech & inter viros Sichimorũ. Hoc verbũ, vtrũ imperantem, aut permittentẽ Deũ significet, non facilè definiri potest. Quod enim hic positũ est, Emisit, Græcus habet ἐξαπέστειλεν quod etiam est in psalmis vbi legitur: Emitte lucẽ tuam: quanquam in quibusdam locis interpretes nostri vbi est in Græco ἐξαπέστειλεν, misit interpretati sunt, non emisit. Potest ergo & sic intelligi, vt spiritum malignũ Deus tãquã ire inter eos volentẽ emiserit, id est, potestatem dederit maligno spiritui ad eorũ pacem perturbandam. Vsque adeò autẽ etiam mitti à Domino malignũ spiritũ propter iustitiam vindicandi, non absurdũ visum est, vt quidem id quod est ἐξαπέστειλεν, etiã immisit interpretati sint. Verba quę misit ad nuncios Abimelech Zebul princeps ciuitatis Sichimorum, etiam id habẽt, Et nunc surge nocte tu & populus tuus tecum, & insidiare in agro. Et erit mane simul vt oritur sol, maturabis & tendes super ciuitatẽ. Quod Latini quidam habẽt maturabis, quidam verò manicabis, Græcus habet quod dici posset non vno verbo diluculo surges. Et fortasse hinc sit dictum, maturabis, à matutino tempore: quamuis etiam alio tempore dici soleat ad rem accelerandam. Manicabis autem Latinum verbum esse mihi non occurrit. Sed illud mouet quòd cùm dixisset, Simul vt oritur sol: addidit, Diluculo surges: cùm ipsum diluculum quod Græcè dicitur ὄρθρος tempus ante solem significet, quod iam vsitatissimè dicitur, cum albescere cœperit. Sic itaque intelligendum est, vt quod positum est, mane, ipsum diluculum intelligatur. Additum est autem, Simul vt oritur sol: vt exprimeretur, non iam orto sole faciẽdũ, sed vbi fulgor apparuerit solis oriẽtis. Non enim aliũde albescit diluculum, nisi cùm cœperit partem cæli quã videmus ab Oriente, lux solis ad eam redeuntis at tingere. Hinc est quòd etiam in Euangelio vnam atq; candẽ rem alius Euangelista dicit diluculo factam cũ adhuc obscurum esset, alius oriente sole: quia & ipsa lux quantulacunque diluculi sole vtique fiebat oriente, id est, ad ortum venientę, & fulgorem suum de suæ præsentiæ propinquitate iactante. Quam lucem quidam idiotæ solis non esse putauerunt, sed illã esse quæ primitus cõdita est antequam Deus quarto die conderet solem. Et surrexit post Abimelech qui saluũ faceret Israẽl Thola filius Phua, filius patris fratris eiꝰ, vir de Isachar. Filium patrui eius, dixit filium patris fratris eius, cũ ordinatiꝰ & vsitatius atq; apertius dicere tur, filiũ fratris patris eius: filius enim erat patrui eiꝰ, sicut euidentius in ea interpretatione quæ ex Hebræo est, inuenitur. Non ergo quod dictũ est patris fratris, ab eo declinatum est quod est in nominatiuo casu pater fratris, sed ab eo quod est patris frater, hoc est enim patruus. Nam siue ponatur in nominatiuo, hic pater fratris, siue ponatur hic patris frater, genitiuũ facit huius patris fratris. Verùm altera oritur quæstio, quomodo fuerit patruꝰ Abimelech vir de Isachar, id est, vir de tribu Isachar, cùm Abimelech patrẽ habuerit Gedeõ, q̃ Gedeõ de tribu fuit Manasse. Quomodo ergo Phua & Gedeõ fratres fuerũt, vt possit esse Phua patruus Abimelech, cuius patrui filius Thola succederet, secundũ istã narrationem, ipsi Abimelech? Potuerũt ergo Gedeõ & Phua vnam habere matrẽ ex qua diuersis patribus nascerentur, & fratres essent vnius matris filij, non vnius patris. Solebãt enim nubere feminæ de aliis tribubus † in aliis tribubus. Vnde & Saul cùm esset de tribu Beniamin, dedit filiã suam Dauid homini de tribu Iuda. Et sacerdos † Ioiade, vtique homo de tribu Leui, duxit filiam Ioram regis hominis de tribu Iuda. Hinc factum est, vt Elizabeth & Mariã cognatas in Euangelio legamus, cùm fuerit Elizabeth de filiabus Aaron. Ex quo intelligitur de tribu Leui & filiabus Aarõ aliquam nupsisse in tribum Iuda, vnde ita fieret inter ambas illa cognatio, vt Domini caro non solùm de regia, verumetiam de sacerdotali stirpe propagaretur.

Inter cætera quæ Iepte mandat per nuncios regi filiorũ Ammon, etiã hoc dicit. Nónne quæcunque † hæreditabit tibi Chamos Deus tuus, hęc hæreditabis: & oĩa quæcunque hæreditabit Dñs Deꝰ noster à facie vestra, hæc hæreditabimus? Quod quidã Latini sic interpretandũ putauerunt, vt diceret, Nónne quæcunq; dedit tibi in hæreditate Chamos Deꝰ tuus, hæc possidebis? Vbi videri potest, cõfirmasse Iepte Deũ istũ qui vocatur Chamos, potuisse aliquid dare in hæreditatẽ cultoribꝰ suis. Quidã verò sic hunc locũ interpretati sunt, Nónne quæcũq; possedit Chamos Deꝰ tuus, hæc possidebis? Et hoc ita sonat, quasi aliquid potuerit possidere. An fortè secundũ hoc dictum est, quòd sub angelis cõstitutę sint gẽtes, iuxta canticũ Moysi famuli Dei? Nunquid nã ergo ille angelus sub quo erant filij Ammon, Chamos appellatus est? Quis hoc audeat affirmare, cùm possit intelligi secundum eius opinionẽ dictũ, quia putabat Deũ suũ hoc possidere, vel in possessionẽ sibi dedisse. Magis autẽ iste sensus elucet in iis verbis quæ Græcus habet, Nónne quæcunque hæreditabit tibi Chamos Deꝰ tuus, hæc hæreditabis? vt in eo quod positũ est, Tibi, intelligatur ita dictũ, ac si diceretur, sicut videtur tibi. Tibi enim hæreditabit qui hoc putas, non quòd ille aliquid possit hæreditare. Deinde in eo quod sequitur, Et omnia quæcunq; hæreditabit Dominus Deus noster, non dixit hæreditabit nobis, tanquam diceret, sicut nobis videtur: sed verè hæreditabit à facie vestra, quoniam abstulit ipsis, & his dedit: hæc, inquit, hæreditabimus. De filia Iepte quòd eam pater in holocaustoma obtulit Deo, quoniam in bello vouerat, si vicisset, eũ se holocaustoma oblaturũ qui sibi de domo exiens occurrisset: quod cũ vouisset, vicit, & occurrẽte sibi filia, quod vouerat reddidit: solet esse magna & ad diiudicandũ difficillima quęstio: quibusdã quid sibi hoc velit nosse cupientibus & piè quęrẽtibus: quibusdam verò qui scripturis his sanctis imperita impietate aduersantur, hoc maximè in crimẽ vocantibus, quòd legis & prophetarum Deus etiam humanis sacrificiis fuerit delectatus. Quorũ calũniis sic primitus respõdemus, vt Deũ legis & prophetarũ atq; vt expressius dicã, Deum Abrahã & Deũ Isaac & Deũ Iacob nec illa sacrificia delectauerint, vbi pecorũ holocausta offerebãtur: sed quòd significatiua fuerint & quædã vmbræ futurorũ, res ipsas nobis quæ his sacrificiis significabãtur cõmendare voluisse: fuisse autẽ etiam istam vtilem causam cur illa mutarentur, nec modò iuberentur, imò prohiberentur offerri, ne verè secundũ carnalem affectũ talibus Deũ delectari putaremus. Sed vtrũ etiã humanis sacrificiis significari futura oportuerit, meritò quęritur: nõ quòd mortes hominum quandoq; moriturorũ in hac causa exhorrescere & formidare deberemus, si illi qui hæc de se fieri gratãter acciperent, in æternam remunerationem cõmendarentur Deo: sed si hoc verũ esset, hoc genus sacrificiorũ Deo non displiceret. Displicere autem Deo satis euidẽter eadem scriptura testatur. Nã cùm omnia primogenita sibi dicari & sua esse voluerit atque præceperit, redimi tamen à se voluit primogenita hominum, ne immolandos Deo crederent filios suos quos natos primitùs suscepissent. Deinde hoc apertius ita loquitur, quòd humana holocausta sic Deus improbet, vt prohibeat, detestans ea in aliis gẽtibus, & populo suo præcipiẽs ne audeat imitari. Si autẽ, inquit, exterminauerit Dominus Deus tuus gentes, in quas tu intrabis hæreditare terram eorum in conspectu tuo, & hæreditabis eos, & habitabis in terra eorũ: attende tibi ipsi ne exquiras sequi eos postquã exterminati fuerint à facie tua, ne exquiras deos eorum dicens, Quemadmodum faciunt gentes diis suis, faciã & ego: non facies ita Domino Deo tuo. Abominamenta enim quæ Dominus odit fecerunt diis suis, quoniã & filios suos & filias suas cõburunt igni diis suis. Quid euidentius ostendi potest his sanctę scripturæ testimoniis, vt alia huiuscemodi omittã, quàm Deũ à quo hęc scriptura humano generi contributa est, non solum non diligere, verùm odisse talia sacrificia, in quibus homines immolantur? Illa planè diligit & coronat, cùm quisque iustus iniquitatẽ patiens vsque ad mortem pro veritate decertat, vel ab inimicis quos pro iustitia offendit occiditur retribuens eis bona pro malis, id est, pro odio dilectionẽ. Talem dicit Dñs sanguinem iustũ, à sanguine Abel vsq; ad sanguinẽ Zacharię. Præcipuè autẽ quod sanguinẽ fudit ipse, ꝓ nobis, & sacrificiũ seipsũ obtulit Deo. Sic vtique obtulit, vt ab inimicis pro iustitia occideretur: hunc imitata martyrum milia vsque ad mortẽ pro veritate certarunt, & ab inimicis sæuientibus immolata sunt, de quibus dicit scriptura: Tanquã aurum in fornace probauit illos, & sicut holocausti hostiam accepit illos. Vnde & Apostolus dicit: Ego enim iã immolor. Sed nõ sic Iepte de filia fecit holocaustoma Domino: sed sicut præceptũ fuerat pecora offerri, & prohibitũ fuerat homines immolari. Magis hoc illi simile

Exod. 39. a. 7.

al. sufficiebat.

1. Reg. 2. d. 18.

al. sacrificium.

Iud. 9. a. 5.

QVAEST. XLII. Iud. 8. f. 27. 28.

QVAEST. XLIII. Iud. 8. g. 33.

QVAEST. XLIII. Iud. 9. f. 14.

QVAEST. XLIV. Iud. 9. c. 25.

Psal. 42. a. 3.

QVAEST. XLVI. Iud. 9. d. 32.

QVAEST. XLVII. Iud. 10. a. 1.

al. in aliis tribus. 1. Reg. 18. d. 19. c. 21. 2. Paral. 22. d. 11.

al. Iuda. Lucæ 1. d. 36.

QVAEST. XLVIII. Iudic. 11. c. 24.

al. hæreditabit.

Lucæ 24. a. Marci 16. a. 2.

QVAEST. XLIX. Iud. 11. g. 39.

Exodi 13. a. 2. b. 12.

Deut. 12. d. 29.

Mat. 23. d. 15.

Sap. 3. a. 6.

2. Tim. 4. b. 6.

quod fecit Abraham, quod Dominus specialiter fieri
præcepit, non generali lege vt talia sibi sacrificia fierẽt
aliquando mandauit, imò etiam fieri omnino prohi-
Gen. 22.a.* buit. Distat itaque hoc quod Iepte fecit à facto Abra-
hæ, quoniam ipse iussus obtulit filium: iste autem fecit
quod & lege vetabatur, & nullo speciali iubebatur im-
perio. Deinde nõ solum in sua lege postea, verũetiam
tunc Dominus in ipso Abrahæ filio talibus sacrificiis
quòd non delectaretur ostẽdit: cùm patrẽ cuius fidem
iubendo probauerat à filij tamen interfectione prohi-
buit, ac arietẽ, quo sacrificiũ licitè fecundũ veterẽ con
gruam temporibus consuetudinẽ cõpleretur, appo-
suit. Si autem hoc quenquã mouet, quomodo piè cre
diderit Abrahã Dominum sacrificiis talibus delectari,
si hæc illicitè offeruntur Deo: & ideo putat rectè credi-
disse etiam Iepte quod tale sacrificiũ Deo posset esse
acceptum: primò consideret aliud esse vltrò vouere,
aliud iubenti obtẽperare. Non enim si aliquid præter
morẽ in domo à Domino institutũ seruo iubetur, atq;
B id laudabili obedientia facit, ideo non est plectendus,
si hoc facere spõtè præsũpserit. Deinde habebat quod
crederet Abrahã, vt propter diuinum imperium non
parceret filio: non credens Deum tales victimas liben-
ter accipere, sed hoc eum propterea iussisse, vt resusci-
tarret occisum, & hinc aliquid tanquam Deus sapiens
demonstraret. Nam hoc de illo etiam in epistola legi-
Hebr. 11.d. 17. tur quæ inscribitur ad Hebræos: & fides eius, quia hoc
de Deo crediderit quòd posset filium eius suscitare,
laudatur. Iste verò & Deo non iubente neq; poscente,
& contra legitimum eius præceptum, vltrò sacrificiũ
Iud. 11.f. 30. vouit humanum. Sic enim scriptum est: Et vouit Iepte
votum Domino, & dixit, Si traditione tradideris mihi
filios Ammon in manu mea, & erit quicunque exie-
rit de ianuis domus meæ in obuiam mihi in reuerren-
do me in pace à filiis Ammon, & erit, Domino offerã
eũ holocaustoma. Non vtiq; his verbis pecus aliquod
C vouit, quod secundum legem holocaustoma posset of-
ferre. Neque enim est aut fuit consuetudinis, vt redeũ-
tibus cũ victoria de bello ducibus pecora occurrerẽt.
Quantum autem attinet ad muta animalia, canes so-
lent dominis blando famulatu alludentes currere in
obuiam: de quibus ille in suo voto cogitare nõ posset,
ne iniuriã Dei aliquid, non solũ illicitũ, verũetiã cõtẽ
ptibile & secũdũ legẽ immũdũ vouisse videretur. Nec
ait, Quodcũq; exierit de ianuis domus meæ obuiã mi-
hi, offerã illud in holocaustoma: sed ait, Quicũq; exie-
rit offerã eũ: vbi proculdubiò nihil aliud quàm homi-
nem cogitauit: non tamen fortasse vnicam filiam: quã
quam illam in tanta paterna gloria quis posset anteire,
nisi fortè vxor? Nam quòd non dixit, Quæcunq; exie-
rit, sed quicũq; exierit de ianuis domus meę, solet scri-
Gen. 23.a.3. ptura masculinũ genus pro quolibet sexu ponere: sicut
D de Abraham dictũ est, Surgens à mortuo: cùm eius vx-
Ibid. 22.a.* or mortua fuisset. Quia ergo de hoc voto atq; facto
nihil videtur scriptura iudicasse, sicut de Abrahã quã-
do filiũ iussus obtulit, apertissimè iudicauit: sed tantũ-
modo scriptũ reliquisse legẽtibus iudicandũ: quẽad-
Ibid. 38.d. 25. modũ de facto Iudæ filij Iacob, quãdo ad nurũ quidẽ
suam nesciens intrauit, verũ quantũ in ipso fuerat for-
nicat° est, quia meretricẽ putauit, neq; approbauit hoc
scriptura, neq; improbauit, sed iustitia & lege Dei cõ-
sulta æstimandũ pensandũq; dimisit. Quia ergo de isto
Iepte facto in neutrã partẽ sentẽtiã scriptura Dei pro-
tulit, vt noster intellect° in iudicãdo exerceretur, pos-
se n°iã dicere deo displicuisse tale votũ, & ad illã perdu
ctũ esse vindictam, vt patri potissimũ filia vnica occur-
reret: quod si speraſſet atq; † vouisset, nõ cõtinuo vt eã
al. voluisset. vidit scidisset vestimẽta sua, & dixisset, Heu me filia
Iud. 11.f. 35. mea, ĩpedisti me, in offendiculũ facta es in oculis meis.
Deinde sexaginta dierũ tã lõga dilatione data filiæ suæ
Dominus ab vnicæ & charissimæ nece cùm eum non
prohibuerit, sicut Arahã, donec perficiẽdo quod voue
rat seipsũ percuteret orbitate grauissima, Deũ autẽ ne-
quaquã hominis immolatione placaret: & ideo huius-
cemodi patri pœnam fuisse retributã, ne impunitũ ta-
lis voti relinqueretur exemplum: vt aut ne magnũ ali-
quid se vouere Deo putarẽt homines, cùm victimas
humanas vouerẽt, & quod est horribilit° filiorũ: aut nõ
vera, sed potius simulata eadem vota essent: cũ velut
exemplo Abrahæ sperarẽt quivouissent, Deũ prohitur
rum talia vota compleri. Possemus, inquã, hæc dicere
nisi ab ista sententia duo nos præcipuè diuinarũ scrip-
turarum testimonia retardarent, vt hanc rem gestã &
& in his libris tantæ autoritatis memoriæ cõmendatã,
diligentius quantũ Dominus adiuuat & cautius per-
seruemur, ne in vllam partẽ iudiciũ temerariũ pro-
feramus. Vnũ, quòd in epistola ad Hebręos iste Iepte
inter tales cõmemoratur, vt eũ culpare vereamur, vbi
sic scriptum est: Et quid adhuc dicam? Deficit enim Hebr. 11.f.
me tempus enarrandi de Gedeõ, Barach, Sampson, & 32.
& Iepte, & Dauid, & Samuel, & prophetis, qui per fi-
dẽ vicerunt regna, operantes iustitiam consecuti sunt
promissiones. Alterũ, quòd vbi de illo ista narrantur,
quod tale vouerit & impleuerit votum, præmisit scri-
ptura dicens, Et factus est super Iepte spiritus Domi- Iud. 11.f.29.
ni, & pertrexit Galaad & Manasse, & trãsiit speculã ga-
laad, & de specula Galaad transiit ad filios Ammõ, &
votũ vouit Iepte Domino: & cætera ad hoc ipsũ votũ
pertinentia: vt omnia quæ deinceps facta sunt, tanquã
opera spiritus Domini qui super eum factus est, intel-
ligenda videantur. Ista testimonia nos cõpellunt quæ-
rere potius cur factũ sit, quã facile improbare quod fa-
ctum est. Sed primò illud quod ex epistola quæ ad
C Hebræos est, cõmemorauí, inter illos laudabiles viros
qui ibidẽ recolũtur, nõ solũ est Iepte, verũetiã Gedeõ, Iud. 6. g.34.
de quo similiter scriptura dicit, Spiritus Domini cõfor Ibid. 8.f.27.
tauit Gedeon: & tamẽ eius factũ quod de illo auro præ
dæ operatus est Ephud, & fornicatus est post illud om-
nis Israël, & factũ est domui Gedeõ in scandalũ, non
solũ laudare nõ possumus, verũ etiã quia scriptura hic
apertissimè iudicauit, reprobare minimè dubitamus:
nec tamẽ ex hoc vlla fit iniuria spiritui Domini, qui eũ
cũfortauit vt hostes populi eius tãta facilitate supera-
ret. Cur ergo inter illos cõmemoratur, qui per fidẽ vi- Hebr. 11.f.
cerũt regna, operãtes iustitiã: nisi quia sancta scriptura 32.
quorũ fidẽ atq; iustitiam veraciter laudat, nõ hinc im-
peditur eorũ etiã peccata si qua nouit, & oportere iudi
cat, notare veraciter? Nã & in eo quod idem Gedeon Iud. 6.g.37.
signũ petens, sicut ipse locutus est, tentauit in vellere:
nescio verũ non fuerit trãsgressus præceptũ, quo scri-
ptũ est: Non tẽtabis Dominũ Deũ tuum. Veruntamẽ Deut. 6.c. 16.
etiã in eius tentatione Dominus quod prænunciare Matth. 4.b. 7.
volebat ostẽdit: in cõpluto scilicet vellere, & area tota
circunquaq; sicca, figurare primũ populum Israël, vbi
erãt sancti cũ gratia cœlesti, tãquã pluuia spiritali: &
postea cõpluta area sicco vellere, figurare Ecclesiã to-
to orbe diffusam, habentẽ non in vellere tanquã in ve-
lamine, sed in aperto cælestẽ gratiã, illo priore popu-
lo, velut ab eiusdẽ gratię rore alienato atq; siccato. Nec
tamẽ frustra inter fideles & operantes iustitiã, propter
bonã fidelemq; vitam, in qua cum credendum est esse
defunctum, tale in epistola ad Hebræos meruit te-
stimonium. Vtrum autem quia posteaquam dictũ est,
Factus est super Iepte spiritus Domini, ea secuta sunt,
vt votum illud voueret atq; hostes vinceret, & quod
voverat redderet, spiritui Domini omnia deputanda
sint,

sint, vt perinde habeatur & hoc sacrificium, tanquam A
id Dominus sicut Abrahæ fieri iusserit, non facilè dixe
rim, cùm vtique de Gedeon possit hæc afferri differẽtia: quia post peccatũ quod fecit quãdo fecit Ephud,
post quod vniuersus populus fornicat° est, nulla est ei°
cõmemorata prosperitas: postea verò q̃ Iepte votũ vo-
uit, illa est insignis eius victoria cõsecuta, propter quã
adipiscendam vouerat, & qua adepta quod vouerat so-
luit. Rursus enim considerandum est, quia Gedeon,
etsi non posteaquam fecit Ephud, tamen posteaquam
tentauit Dominum, quod vtiq; peccatum fuit, magna
strage hostibus cęsis atque superatis populo acquisiuit
Iud. 6. g. 39. salutem. Sic enim scriptum est, Et dixit Gedeõ ad Do-
minum, Non irascatur indignatio tua in me, & loquar
adhuc semel in vellere: & cætera. Iram quippe Dei me-
tuebat, quia nouerat tentando se peccare, quod Deus
in lege sua manifestissimè prohibet. Hoc tamen pecca-
tum eius & mirabilis signi euidentia & magna victo-
B riæ prosperitas liberationisq; populi cõsecuta est. Iam
enim Deus statuerat afflicto populo subuenire, atque
huius ducis quem ad hoc opus assumpserat, vtebatur
animonõ solùm fideli & pio, verũ etiã subdeficiente &
delinquẽte, & prænũciando quæ volebat, & cõplendo
quæ dixerat. Non enim per istos tantum qui etiamsi
1. Reg. 19.d. 23. peccauerunt, inter iustos tamen narrantur, sed etiã per
ipsum Saulem omnimodo reprobatum, multa Deus
populo suo præstitit, in quem insiliuit etiã spiritus Dei
& prophetauit: non cùm iustè ageret, sed cùm in virũ
sanctum Dauid innocentemq; sæuiret. Agit enim spi-
Ioan. 11.g. 49. ritus Domini & per bonos & per malos, & per scientes
& per nescientes, quod agẽdum nouit, & statuit. Qui
etiam per Caipham acerrimum Domini persecutorẽ,
nescientem quid dixerit, insignem protulit prophetiã,
quòd oporteret Christum mori progente. Quis enim
egit nisi spiritus Domini, curãs prænunciare futura, vt
C iudici Gedeon tẽtare volenti Dominum, & non cre-
denti quod ei fuerat per manum eius de salute populi
Iud. 6. g. 37. & 39. iam locutus, hoc potissimum de vellere prius compluto, postmodum sicco, & de area primum sicca postea
rigata veniret in mentẽ: vt quòd subdefecit à fide, infir
mitati eius delictoq; deputetur: quod verò etiam tali
eius animo ad hoc quod generi humano significari o-
portebat vsus est Deus, ad eius intelligatur misericor-
diã & mirabilem prouidentiam pertinere. Si quis autẽ
dicit omnia sciẽtem fecisse & dixisse Gedeon ex reue-
latione prophetica, vt per eum signa talia mõstrarẽtur,
Gen. 17.b. 14.* nec defecisse à fide, & quod ei iã promiserat Domin°
credidisse, sed actione prophetica in vellere voluisse tẽ
tare, atque ita illius tentationẽ fuisse inculpabilẽ, sicut
dolũ Iacob: & illud quod Domino ait, Nõ irascatur in
dignatio tua in me: nõ ideo dixisse quod irã eius time-
ret, sed quòd eum confideret nõ irasci cum ea faceret,
D quæ spiritu eius dictante facienda esse tanquã prophe-
ta sentiret. Dicat vt videtur, dummodo illud quod de
facto Ephud scriptura ipsa culpauit, quodlibet signifi-
Iud. 7. c. 16. *. cet, non audeat excusare à peccato. Nã & illud quod
trecenti viri ad signum crucis ipso numero pertinẽtes:
hydrias fictiles acceperunt, eisq; ardẽtes faculas inclu-
serũt, quibus hidriis fractis repentè lumina numerosè
micantia tantam hostium multitudinẽ terruerunt, tã-
quã ex suo arbitrio videtur fecisse Gedeon. Non enim
scriptura dicit Dominũ admonuisse vt hoc faceret: &
tamen tã grande signũ quis eius animo atq; cõsilio facie-
ndũ, nisi Dominus inspirauit, qui præfigurauit san-
ctos suos thesaurũ Euangelici luminis in vasis fictilib°
2. Cor. 4.b. 7. habituros, sicut Apostolus dicit: Habem° autẽ thesau-
rũ istũ in vasis fictilibus? Quib° in passione martyrij tã-
quã vasculis fractis, maior eorũ gloriæ fulgor emicuit,

A impios Euangelicæ prædicationis inimicos inopinata
illis Christi claritate superauit. Seu ergo per scientes,
super nescientes præfigurationem prædicationem que
futurorum spiritus Domini propheticis temporibus
operatus est: nec ideo peccata eorum dicendũ est non
fuisse peccata, quia & Deus, qui etiã malis nostris bene
vti nouit, etiam ipsis eorum peccatis vsus est ad significa-
nda quæ voluit. Proinde si propterea peccatũ non
fuit, siue cuiuslibet necis humanæ, siue etiã parricidale
sacrificiũ, vel vouere vel reddere, qa magnũ aliquid &
spiritale significauit: frustr̃ ane° talia ,phibuit, & se odis- Deut. 12.d.
se testatus est, quoniã & illa quæ fieri iussit, vtique ad 29.
aliquam significationẽ rerũ spiritalium magnarũq; re
feruntur. Cur ergo illa prohiberet, quando quidẽ po-
terant propter eandẽ rerum earundem significationẽ,
propter quam & ista licitè fiebant, nihilominus licitè
fieri: nisi quia neq; tale aliquid significantia quale ex-
B pedit credere, humana deo sacrificia placuerũt, quãdo
non pro iustitia quisque ab inimicis, quia rectè viuere
voluit, aut peccare noluit, interimitur, se homo ab ho-
mine tãquam electa hostia more pecoris immolatur?
Quid si, ait aliquis, quoniã pecorũ victimæ iam eo ipso
quo fuerant vsitatę quãuis & ipsæ à rectè intelligenti-
b° ad significationẽ spiriraliũ referuntur, minus tamen
faciebant intentos ad magnũ sacramentũ Christi.. &
Ecclsiæ requirendum: propterea Deus, re insigni & in-
opinata volens quasi dormiẽtes hominum animos ex-
citare, eo magis quo talia sibi sacrificia offerri vetuerat
curauit sibi eiusmodi aliquid offerẽdũ, vt ipsa admira-
tio maguã gigneret quæstionẽ, & magna quæstio ad
perscrutãdũ magnũ mysteriũ studiũ piętẽtis erigeret,
piè verò scrutãs mẽs hominis altitudinẽ prophetiæ, ve-
lut hamo piscẽ Dominũ Christũ de profundo scriptu-
rarum leuaret. Huic nos rationi & considerationi nõ
obstitimus. Sed alia quęstio est de animo vouentis, alia
de prouidẽtia Dei qualicũque animo eius optimè vtẽ-
tis. Quamobrem si spiritus Domini qui factus est su-
per Iepte, vt hoc voueret omnino præcepit, quod quid-
ẽ scriptura non aperuit: tamẽ si hoc ille præcepit cu-
ius non licet iussa contemnere, non solum insipientia
culpanda non est, verumetiam laudanda obedientia
est. Hoc enim etiamsi se homo ipse interimat, quod v-
tique humana voluntate atque cõsilio facere nefas est,
profectò intelligendũ est obediẽter fieri potius quàm
scelestè, si diuinitus iussum est: de qua quæstione satis
in primo libro de ciuitate Dei disputauimus. Si autẽ Cap. 21.
Iepte humanum secutus errorẽ, humanum sacrificiũ
vouẽdum putauit, eius quidem peccatum de vnica filia
iure punitum est, quod etiam ipse verbis suis satis vide-
tur ostendere, vbi ait: Heu me filia mi impedisti me, in Iud. 11. f. 35.
offendiculum facta es in oculis meis: discussis etiã ve-
stimentis suis. Veruntamen is etiam eius error habet
aliquam laudẽ fidei, quia Deũ timuit, vt quod vouerat redderet, nec diuini in se iudicij sententiam decli-
nauit, siue sperans Deum prohibiturum, sicut fecit A-
brahæ, siue eius voluntatẽ etiam non prohibentis, in-
tellectam facere potius quàm contẽnere statuẽs. Quã-
quam & hic meritò quæri potest, vtrum verius in-
telligitur hoc Deum nolle fieri, & in eo potius Deo si
nõ fieret, obediretur, quoniã hoc se nolle & in Abrahę
filio & in legitima prohibitione monstrauerat. Verũ-
tamen si propterea Iepte nõ faceret, sibi potius in vni-
ca pepercisse, q̃ Dei voluntatẽ secutus esse videretur.
Magis ergo intellexit in eo quod ei filia occurrit vltorẽ Deũ, iustęq; pœnæ se fideliter subdidit, timens sæ-
uiorẽ tanquã de tergiuersatione vindictã. Credebat e-
nim etiã bonę & virginis animã filiæ bene recipi, quod
non seipsa voverat immolandam, sed voto & volũtati

non restiterat patris, & Dei fuerat secuta iudicium.
Mors enim sicut nec sibi à quoquã spõte, nec cuiquã sponte inferenda est, ita Deo iubente recusanda non est, cuius constitutione quocunque tẽpore obeunda est: nec quisquam qui eam perpeti detrectat vt omnino euitetur, sed tantũ modo vt differatur laborat. Hæc autem festinantibus nobis de prædicta quæstione satis esse vtcunque discussa pro hac quidẽ parte visa sunt.
Nunc iam quid spiritus Domini, siue per nescientem Iepte, siue per scientem, siue per eius imprudentiam, siue per obedientiam, siue per offensionem, siue per fidem in hac re gesta præfigurauit, quantum Deus adiuuat requiramus, breuiterq; pẽdamus. Admonet enim nos & vrget quodammodo iste sanctarũ scripturarũ locus cogitare quendam potentem virtute. Talis enim dicitur Iepte, quod nomẽ interpretatur aperiens. Dominus autem Iesus Christus sicut indicat Euangelium
Lucæ 24.d. 27. discipulis suis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. Hunc Iepte fratres eius reprobauerunt, & de patre
Iudic.11.a. 2.* na domo eiecerunt, obiicientes ei, quòd esset filius fornicariæ, tanquam ipsi essent de vxore legitima nati.
Hoc etiã egerunt aduersus Dominum principes sacerdotũ & scribæ & pharisæi, qui de legis obseruatione gloriari videbantur, tãquam ille solueret legẽ, & ideo veluti non esset legitimus filius. Et quoniam de sancta quidẽ virgine corpus assumpserat, quod fidelibus notum est, tamen eius mater quãtum ad gẽtem pertinet, etiam illa Iudaica synagoga dici potest. Reuoluat qui voluerit propheticos libros, & videat quoties & quãta verbi seueritate atque indignatione Domini illa gens velut impudica mulier de suis fornicationib. arguatur.
Ibid.8.f.a.7. Vnde est etiã illud in hoc libro recẽtissimũ: vel cũ post Ephud, quod fecit Gedeõ, omnis Israël legitur fornicatus, vel quòd abierũt post deos gentiũ quibus erant circũdati. Vnde in illos diuina ira cõmota est, vt per an nos decẽ & octo conuerterentur à filiis Ammon. Sed nũquid nõ ex eadẽ gente Israël etiã illi nati erãt sacerdotes & scribę & pharisæi, quos in eis diximꝰ fuisse prę-figuratos, qui Iepte tanquã isti Dominũ Iesum Christũ, veluti nõ legitimũ filiũ persecuti expulerunt? Sed in eo similitudo adũbrata est, quòd isti, vt dixi, veluti legis obseruatores eũ qui contra præcepta legis facere videbatur, tãquã legitimi nõ legitimũ iure sibi visi sunt ciecisse. Secũdũ hoc enim plebs illa dicta est fornicari, quòd legis præcepta nõ seruans, tanquam viro non exhibebat fidẽ. Si autẽ sciptũ est de Iepte, Et creuerũt filij vxoris, & ciecerũt Iepte. Verbum quod positũ est, Creuerũt, significat in figura præualuerũt: quod in Iudæis impletũ est, qui præualuerũt infirmitati Christi, quia ita voluit vt ab eis quæ oportebat passione perferret: sicut hoc idẽ significãs Iacob præualuit angelo, cũ
Gen.32.f.24. quo vt idipsum portenderet luctabatur. Dixerunt ergo ad Iepte, Non hæreditabis in domo patris nostri, quoniã filius mulieris fornicariæ tu. Tanquam dicerẽt quod Euangeliũ loquitur, Nõ est iste homo à Deo
Ioã.9.c.16. q̃ sic soluit sabbatũ. Se autẽ velut iactantes legitimos
Ioan.8.c.41. filios Dño dixerunt: Nos ex fornicatione nõ sumus nati: vnũ patrẽ habemus Deum. Et fugit Iepte à facie fratrũ suorũ, & habitauit in terra Thob. Fugit, quoniã se quantus esset abscondit. Fugit, quoniã eos sæuiẽtes latuit. Si enim cognouissent, nunquam Dominũ gloriæ
1.Cor.2.b. 8. crucifixissent. Fugit, quoniã morientis infirmitatẽ viderunt, virtutẽ autẽ resurgentis non viderũt. Habitauit autẽ in terra bona: vel vt expressius dicamꝰ, opima. Quod enim Græcè ἀγαθὴν, hoc Latinè opimũ dicitur. Id autẽ interpretatur Thob. Vbi mihi videtur intelligenda eius à mortuis resurrectio. Nã quæ terra magis opima, quã terrenũ corpus excellentia immortalitatis & incorruptionis indutum? Quod autẽ dicitur de
A Iepte, quia posteaquam fugiens à facie fratrũ suorum habitauit in terra Thob, colligebantur ad eum viri latrones qui obambulabant cum ipso: quanquam & ante passionem obiectũ fuerit Domino, quòd cũ publi- Matth.9.b. 11.
canis & peccatoribus manducaret, quando respondit, non esse necessarium sanis medicũ, sed ægrotis: & in- Esaiæ 53.b.c.
ter iniquos deputatus est, quando inter latrones crucifixus est, & vnum ex eis de cruce in paradisum transtulit: tamen postquam resurrexit & esse cœpit, secundũ id quod suprà exposuimus in terra Thob, collecti sunt ad illũ scelerati homines propter remissionem peccatorum: qui cũ illo ambulabant, quia secundũ eius præcepta viuebant. Neque hoc fieri desinit vsque nunc, & Psal.50.c.15.
deinceps quousque ad eum confugiunt mali, vt iustificet impios qui ad eum conuertuntur, & discant iniqui vias eius. Nam illud, quòd hi qui abiecerãt Iepte, (erat enim Galaadites,) conuersi sint ad eum & quæsierant
B eum, per quem liberarentur ab inimicis suis, quàm clara præfiguratione significat, quòd hi q̃ abiecerũt Christum, ad eum rursus conuersi in illo reperiunt salutẽ: siue illi intelligãtur, quos Petrus apostolus cùm de ipso scelere arguisset, sicut in Actibus Apostolorum legitur, & hortatus esset vt ad eum conuerterentur quẽ fuerant persecuti, compuncti sunt corde, & ab illo quem à se alienauerant, desiderauerunt salutem. Quid est autem liberari ab inimicis, nisi à peccatis? Sic enim illis Act.2.f.38.
ait, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi, & remittentur vobis peccata vestra: siue illa potius significetur quę in fine speratur vocatio gentis Israël. Magis quippe ipsa videtur apparere in eo quod dicitur, Et factũ est post dies: quod vtique post tẽpus significat: & per hoc insinuat non illud intelligendũ quod recẽti Domini
C passione est, sed quod postea futurũ est: Quò videtur etiam id pertinere, quòd seniores Galaad ceneruntad Iepte, vt per ætatem senilem posteriora & nouissima tempora accipiẽda sint. Interpretatur autẽ Galaad abiiciens siue reuelatio. Quorũ vtrunq; satis aptè huic rei cõgruit, quia primo Dominum Christũ abiecerunt, eisq; postea reuelabitur. Quòd verò contra filios Ammon dux quærebatur Iepte, quib. victis liberarentur, q̃ eo duce aduersus illos bellare cupiebant, quoniã interpretatur Ammõ filius populi mei, siue populi mœroris, profectò illi significãtur inimici qui ex ipsa gẽte perseuerantes in infidelitate prędicti sunt, aut omnino pœnis gehẽnę prædestinati, vbi erit fletus & stridor dẽtiũ, tanquã populo mœroris. Quanquã populus mœroris, etiã diabolus & angeli eiꝰ nõ incõuenienter intel- Matth.25.c.
ligũtur: siue quia æternã miseriã eis quos decipiunt acquirũt: siue quia & ipsi æternę miseriæ deputati sunt.
D Eleganter sanè ad exprimẽdã multo euidẽtius prophetiã Iepte respõdit seniorib. Galaad, Nõne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à vobis, & quid est quod venistis quãdo tribulati estis? Tale aliquid figuratũ est in Ioseph. quẽ fratres
Gen.37.f.28. vẽdẽtes abiecerũt: & cũ fame tribularẽtur, ad eius opẽ Ibid.42.* 43.* & 44.*
misericordiãq; conuersi sunt. Hic verò multo amplius elucet significatio futurorũ, quòd nõ ipsi prorsus fratres q̃ eiecerũt Iepte ad eũ venerũt, sed Galaad seniores pro vniuerso illo populo eidẽ supplicãtes. Sicut eadẽ gẽs dicitur Israël, siue in eis qui tũc fuerũt, Christũq; reprobauerunt, siue in eis qui ad eius opẽ postea reuersi sunt. Populo enim dicit inimico, siue in maioribꝰ siue in posteris suis longa odia trahenti atq; seruãti, tãdẽq; cõuerso in eis q̃ tũc cõuertẽdi sunt. Nõne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc enim eis visum est qui persecuti sunt, q̃ eiecerũt Christum

Christum de domo Dauid, in qua regni eius non erit
A finis. Et dixerunt seniores Galaad ad Iepte: Non sic modò venimus ad te. Tanquã dicerent Iudæi cõuersi ad Christũ, Tunc venimus vt persequeremur, modò venimus vt sequamur. Profitẽtur etiã aduersus inimicos eũ futurũ sibi caput. Respondet ille, si eorũ vicerit
Iud.8.c.23. inimicos, quòd erit eis in principẽ, q̃ Gedeon noluit,
1.Reg.9.a.1. cũ id Israëlitæ voluissent. Respõdit quippe illis, Princeps vester Dominus erit. Rex enim nomine principis
Deut.17.c. 14. significatur, q̃ nondũ habebat gens illa tẽpore iudicũ. Cœperunt autẽ habere Saulẽ, & deinceps successores eius alios, qui in libris Regnorũ legũtur. Nã in Deuteronomio cũ eis p̃cipitur qualẽ debeãt habere regẽ, si hoc eis placuerit, non ibi rex, sed princeps appellatur.
Ioan.19.d. 19. Sed q̃ a iste Iepte illũ figurabat q̃ verus est rex, q̃ etiam in titulo scriptum fuit qui cruci eius affixus est, quem Pilatus delere vel emendare non ausus est, ideo credẽdũ est esse dictũ, Ero vobis in principem: illi autẽ dixerãt, eris nobis in caput: quoniã caput viri Christus, &
B ipse est caput corporis Ecclesiæ. Denique posteaquã eos liberauit Iepte ab omnibus inimicis, nõ eis factus est rex, vt intelligeremus illud q̃ dictũ est, ad prophetiã potius pertinuisse de Christo, quàm ad ipsum propriè Iepte, de quo scriptura narrationẽ ita concludit:
Iud.12.b.7. Et iudicauit Iepte Israël sex annis, & mortuꝰ est Iepte Gaaladites, & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo Israël sicut cęteri iudices, nõ ibi regnauit vt princeps, sicut hi qui in Regnorũ voluminibus continentur. Iã verò quod posteaquã eis idẽ Iepte dux con-
Ibid.11.b. 12. stitutus est, misit nuncios ad hostes priùs pacis verba portantes, illud ostendit quod ait Apostolus in quo
Rom.12.d. 18. Christus loquebatur, Si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. Verba porrò ipsa quæ mandauit Iepte omnia pertractare nimis longũ est festinantibus nobis: videtur tamẽ mihi sic intelli-
C genda, quantũ attinet ad significationẽ futurorũ, vt in eis aduertatur doctrina Christi, admonẽs nos quẽadmodum sit ambulandũ, hoc est, viuendũ inter eos, qui non secũdũ propositũ vocati sunt, Nouit enim Domi-
2.Tim.2.c. 19. nus qui sunt eius. Iã verò quòd cum esset debellaturus inimicos, factus est super eũ spiritus Domini, significatur spiritus sanctus impertitus mẽbris Christi. Quod autẽ pertransiit Galaad & Manasses, & transiit speculã Galaad & à specula Galaad transiit ad filios Ammõ, proficientia significantur mẽbra Christi ad victoriam de inimicis reportandã. Galaad quippe interpretatur abiiciẽs, & Manasses necessitas. Transeundi sunt ergo à proficientibus abiicientes: id est, contẽnentes: transeunda & necessitas, ne fortè cùm transierit qui proficit contẽnentes, cedat terrentibus. Transeunda etiam specula Galaad, quoniã Galaad etiam reuelatio interpretatur. Est autem specula altitudo ad prospiciendũ:
D vel despiciendum: id est, desuper aspiciendum. Speculaitaque Galaad cõgruenter mihi videtur significare
2.Cor.12.b. 7. superbiam reuelationis. Vnde dicit Apostolus, Et in magnitudine reuelationum ne extollar. Ergo & ipsa transeunda est: id est, non est in ea manendũ propter cadendi periculum. His pertransitis facilè superantur inimici: quod significat dicendo, Et ab specula Galaad transiit ad filios Ammon, de quibus inimicis iam suprà dictum est. Et vouit Iepte votum, & dixit, Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit quicunq; exierit de ianuis domus meæ in obuiam mihi in reuertendo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino, & offeram eum holocaustoma. Quemlibet in hoc loco cogitauerit Iepte secundum cogitationem humanam, non videtur vnicam filiam cogitasse: alioquin non diceret, cùm illam cerneret occurrisse,
A Heu me filia mi, impedisti me, in offendiculũ facta es in oculis meis. Impedisti enim ita dictũ est, tanquã ad hoc se impeditũ iudicauerit, ne illud quod cogitarat impleret. Sed quẽ potuit cogitare primitus occurrentẽ, qui filios alios nõ habebat? An cõiugẽ cogitauit, & vt hoc fieret Deus noluit: & vt non relinqueret impunitum, ne quis deinceps id auderet: & vt magna prouidentia, ex hoc quoq; ipso quod accidit, sacramentum ecclesiæ figurarer? Ex vtroq; igitur propheria coaptata est, ex eo quod vouens cogitauit, & ex eo quòd noleti contigit. Si enim coniugẽ cogitauit, coniunx Christi Ecclesia est. Propterea relinquet homo patrem & ma- Gen.2.d.24.
trẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnũ est, inquit Apostolus, ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Sed quia huius Iepte Ephes.5.g. 32.
coniunx virgo esse non potuit, in eo quòd filia potius occurrit, & inulta non remansit prohibitũ sacrificium vouentis audacia, & virginitas Ecclesiæ figurata est.
B Nec abhorret à vero, quòd filiæ nomine eadẽ significatur ecclesia: nã cuius alterius typũ gerebat etiam illa mulier, cui post tactã fimbriã suã sanatę, ait Dominus, Mat.9.d.34.
Filia, fides tua te saluã fecit, vade in pace? Et certè, vnde nullus ambigit, discipulos suos ipse sponsi filios appellauit, se apertissimè indicans sponsum. Nõ possunt, Matth.9.b. 15.
inquit, ieiunare filij spõsi, quãdiu cũ illis est spõsus: venient autẽ dies cũ auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Holocaustoma ergo erit ecclesia, quã virginẽ castã beatus Apostolus appellat, quãdo in resurrectio- 2.Cor.11.a. 2.
ne mortuorũ fiet vniuersa, quod scriptũ est, Absorpta est mors in victoriã. Tunc tradet regnũ Deo & patri. 1.Cor.15.g. 54.
Quod regnũ ipsa Ecclesia est ipse cuius figurã vouens ille gestabat. Sed quoniã tũc fiet, cũ cõpleta fuerit sexta ętas seculi, ideo sexaginta dierũ à virginitate dilatio postulata est. Ex omnibus quippe ætatibus Ecclesia
C cõgregatur. Quarũ prima est, ab Adã vsq; ad diluuiũ. Sex ætates.
Secunda à diluuio in id est, à Noë vsque ad Abrahã. Tertia ab Abrahã vsq; ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad trãsmigrationẽ in Babyloniã. Quinta ab hac transmigratione vsq; ad virginis partũ. Sexta inde vsque in huius seculi finẽ. Per quas sex ætates tanquã per sexaginta dies fleuit sancta virgo Ecclesia virginalia sua, q̃ licet virginalia, tamen fuerant peccata deflenda: propter quę vniuersa ipsa virgo toto orbe diffusa quotidie dicit, Dimitte nobis debita nostra. Eosdẽ autẽ sexagin- Matth.6.b. 12.
ta dies, duos menses maluit appellare, quãtũ existimo, propter duos homines: vnũ per quem mors, alterũ per quẽ resurrectio mortuorũ, propter quos etiã duo testamenta dicuntur. Quod verò factum est † ex præcepto Iud.11.g.39.
in Israël, ex diebus in dies conuenebant lamentari fi- al. iii.
liam Iepte Galaaditem, quatuor dies in anno: non puto significare aliquid post impletum holocaustoma,
D quod erit in vitam æternã, sed præterita tempora Ecclesiæ, in quibus erant beati lugentes. Quatriduo autem figurata est eius vniuersitas, propter quatuor partes orbis, per quas longè lateque diffusa est. Ad historię verò proprietatem, non arbitror hoc decreuisse Israëlitas, nisi quia intelligebant in ea re iudicium Dei magis ad percutiendum patrem fuisse depromptũ, ne tale vouere sacrificium deinceps vllus auderet. Nã quare luctus & lamentatio decerneretur, si votum illud lætitiæ fuit? Si autem & illud quòd populus Effrem Iud.12.b.4.
postea ab eodẽ Iepte debellatus est, ad iudicium Dei, quod erit in fine, referendum est: sicut ipse Dominus
dicit, Eos qui noluerunt me regnare sibi, adducite & Lucæ 19.d. 27.
interficite coram me: nec ibi quadraginta duo milia, qui ceciderunt vacanti numero commemorata sunt. Sicut enim illi duo menses propter sexaginta dies senarium numerum sex ætatum significant: ita & ibi

sexies septenarius ductus hoc idem figurat, quantũ ad sex ætates seculi pertinet: sexies enim septẽ quadraginta duo sunt. Nec frustra & ipse Iepte sex annis populũ iudicauit. QVÆRI potest quomodo dixerit Angelus ad matrem Sãsonis, cùm annunciaret ei filiũ futurũ, quia sterilis erat, Et nunc obserua, & nõ bibas vinũ & siceram, non manduces omne immundum. Quid est enim immundũ, nisi fortè dissolutio disciplinę, quę esse cœperat in Israël, & iã ad ea mãducanda eos labefecerat, quę prohibuerat Deus in generibus animalium? Cur enim non credatur etiã hoc eos multo procliuius facere potuisse, qui etiã ad cultũ idolorũ transgrediebantur. QVOD mater Sãsonis viro suo indicans quẽadmodũ illi angelus annunciauerit filiũ futurũ, dixit, Et interrogabã eũ vnde esset, & nomẽ suũ nõ annunciauit mihi: quæri potest vtrũ verũ dixerit, quoniã hoc non legitur, cũ ei angelus loqueretur. Sed intelligendũ est hoc ibi scripturã tacuisse, hîc autẽ cõmemorasse qđ ibi tacuerat. Illud etiã quòd non ait, Interrogaui eum quid vocaretur, & nomen suũ non annunciauit mihi: sed ait, Interrogaui vnde esset: videtur inconsequens quod addidit, Et nomẽ suũ nõ annunciauit mihi. Nõ enim nomen eius interrogauerat, cùm quæreret vnde esset, sed locũ vel ciuitatẽ, cùm hominem putaret. Nã & hominem Dei eũ appellauit, specie tamen vel habitu angelo similem: hoc est, quia tã præclarũ vidit, sicut ipsa narrauit. Sed si ita distinguatur, Et interrogabã eũ vnde esset, & nomen suũ: vt subaudiatur, Interrogabã eũ, & postea inferatur, Non annunciauit mihi, nõ habet quęstionẽ: ad vtrunq; enim referri potest, quod ait, Nõ annunciauit mihi: id est, nec vnde esset, nec nomẽ suũ. ITEM quod ait eadem mulier dictũ sibi esse ab angelo, quoniã Nazaræus Dei erit puer à ventre vsque ad diem mortis suæ: non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictũ, Ipse incipiet saluũ facere Israël de manu Philistiim, non est à muliere cõmemoratũ. Itaque & aliquid non dixit quod audiuit, & tamen nihil credenda est dixisse, quod non audiuit: sed scripturam potius non omnia verba angeli posuisse, cũ ipsum mulieri loquentẽ inseret narrationi. Ideo autem dictum est, A ventre vsque ad diem mortis suæ: quia Nazaræi dicebantur in lege ad tempus qui votum habebãt, secũdum ea quæ scriptura per Moysen præceperat. Vnde hoc est quod huic iussum est vt ferrum non ascenderet in caput eius, & vinum & siceram non biberet. Hoc enim tota vita sua obseruauit Samson, quod illi qui vocati sunt Nazaræi certis diebus obseruabãt, vouentes votumque reddentes. QVOD dicit scriptura, Quoniam ignorauit Manue, quia angelus Dei est: Manifestum est etiam eius vxorem hominem credidisse. Quòd ergo ei dixit, Vim faciamus tibi nunc, & faciamus in conspectu tuo hœdum caprarum, tanquam hominem inuitauit, sed ita vt hoc cum illo epularetur quod sacrificium fecisset. Nam facere hœdum caprarum non solet dici, nisi cùm fit sacrificium. Denique & ille ita respondit, Si vim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis: vbi ostendit se fuisse ad epulas inuitatum. Deinde addidit, Et si feceris holocaustum, Domino offeres illud. Vtique ideo dixit, Si feceris holocaustum: quia ille dixerat, Faciamus in conspectu tuo hœdum caprarum. Non autem omne sacrificium holocaustum erat: nam de holocausto non manducabatur, quia totum incendebatur, & ideo vocabatur holocaustum. Sed angelus etiam non manducaturus, holocaustum potius fieri admonuit, non tamen sibi, sed Domino: propter hoc maximè, quia gens Israël illo tempore consueuerat, quibuslibet diis falsis sacrificare: vnde & tunc offenderat Deum, vt traderetur inimicis per quadraginta annos. QVID sibi vult, quòd posteaquã manifestat° est Manue & vxori eius angelus, qui cum eis loquebatur, dixit idẽ Manue vxori suæ, Morte moriemur, quoniã Deũ vidimus: ex illa scilicet legis sentẽtia, vbi scriptũ est, Nemo potest faciem meã videre & viuere. Opinabantur ergo vt homines Deum se vidisse, tanto vtique miraculo facto, q̃ in igni sacrificij sterit, qui cũ illis prius quasi homo loquebatur. Sed Deũ in angelo, an Deũ ipsum angelum appellabant? Sic enim scriptum est, Et sumpsit Manue hœdũ caprarũ, & sacrificiũ obtulit super petrã Domino mirabilia facienti, & Manue & vxor eius expectabant. Et factũ est dũ ascẽderet flãma desuper altare ad cælũ, & ascendit angelus Domini in flãma: & Manue vxorq; illius expectabant. Et ceciderunt super faciem suã super terrã, & non apposuit vltra angelus Domini apparere ad Manue & ad vxorẽ eius. Tunc cognouit Manue quoniã angel° Domini est, & dixit Manue ad vxorẽ suã, Morte moriemur, quoniã Deũ vidimus. In his ergo verbis quia non dixit, Morte moriemur, quoniã angelũ Domini vidimus: sed, Deũ vidimus: oritur quæstio, vtrũ in angelo intelligebãt Deũ, an eundẽ angelũ Deũ vocabant. Illud enim tertiũ, quod Deũ putauerant qui erat angelus, dici non potest, apertissimè dicente scriptura, Tunc cognouit Manue quoniã angelus Domini est. Sed vnde metuebãt mortem? Non enim scriptura in Exodo dixerat, Nemo videt faciem angeli, & viuet: sed faciẽ meã dixit, cùm Deus loqueretur. An & in hoc ipso quod in angeli præsentia Deũ cognouerat Manue, ita perturbatus est vt mortẽ timeret? Quod autẽ illi vxor sua respondit, Si vellet Dominus mortificare nos, nõ accepisset de manu nostra holocaustoma & sacrificiũ, nec illuminasset nos ad omnia hæc, sed nec audita fecisset nobis hæc. Vtrũ ipsum angelũ crediderunt accepisse sacrificiũ, quia viderunt eũ in altaris flãma stetisse? An per hoc intellexerũt accepisse Dominũ, quia hoc fecit angelus, vt se ostenderet angelum? Quodlibet autẽ horũ sit, iã tamen angelus dixerat, Si autẽ facis holocaustũ, Domino offerilud: hoc est, non mihi, sed Domino. Quòd ergo stetit angelus in altaris flãma, magis significasse intelligẽdus est illũ magni consilij angelũ in forma serui, hoc est, in homine quẽ suscepturus erat, non accepturũ sacrificiũ, sed ipsum sacrificiũ futurũ. QVID est quod dictum est, quòd percussit alienigenas Samson tibiam super femur? Quis enim habet tibiam super femur, cum tibia deorsum versus non sit nisi à genu vsque ad talum? Deinde si locum corporis significauit, vbi eos vulnerauit, nunquid nam omnes quos percussit, in vno corporis loco fuerat vulneraturus? Quod si esset credibile, possemus forsitan suspicari eum pugnasse tibia alicuius animalis tãquam fuste, & ea illos super femora percussisse: sicut de illo scriptum est, quòd maxilla asini mille occiderit. Sed neq; illud, vt dixi, credibile est, quòd pugnãs vnũ tantũ locũ obseruauerit vbi eos percuteret: & non ait scriptura, Percussit eos tibia super femur: sed tibiam super femur. Nimirũ ergo inusitata locutio facit obscuritatem. Ita enim dictũ est, ac si diceretur, percussit eos valde mirabiliter: id est, vt admirando stupentes tibiam super femur ponerent: tibiam scilicet vnius pedis super femur alterius, sicut solẽt sedere, qui mirando stupẽt. Tanquã si diceretur, Percussit eos manũ ad maxillam: id est, tanta cæde, vt manum ad maxillam tristi admiratione ponerent. Hũc sensum ita se habere etiam interpretatio, quæ est ex Hebrẽo, satis edocet. Nam ita legitur, Percussit eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Tale est enim, ac si diceret, tibiam femori imponerent:

QVÆST. I. Iud. 13.a.4. — Leuit.11.a.2. Deut. 14.a.3. — QVÆST. II. Iud.13.b.6. — QVÆST. III. Iud. 13.b. 7. — Ibidem a.5. — Num.6.a.2. — QVÆST. IIII. Iud. 13.c.16. — QVÆST. IIIII. Iud.13.d.21. — Exod.33.d.20. — Exodij.d.20. — Iud.13.d.23. — Esaiæ 9.b.6. — QVÆST. IV. Iud.15.b.8.

nerent: quoniam sura vtique retrorsus cum tibia est. QVID est quod ait Samson viris Iuda, Iurate mihi ne interficiatis me vos, & tradite me eis, ne fortè occurratis in me vos? Quam locutionem ita nonnulli interpretati sunt, Ne fortè venitatis aduersum me vos. Sed hoc eum ne ab his interficeretur dixisse illud indicat, quod in Regnorum libro scriptum est, iubente Salomone vt homo occideretur, & dicente, Vade occurre illi. Quod ideo non intelligitur, quia non est consuetudinis apud nos ita dici, Sic enim quod militares potestates dicunt, Vade alleua illum: & significat, occide illum: quis intelligat nisi qui illius locutionis consuetudinem nouit? Solet & vulgo apud nos dici, Compediauit illi: quod est, occidit illum. Et hoc nemo intelligit, nisi qui audire consueuit. Hæc est enim vis generalis omnium locutionũ, vt quemadmodum ipsæ linguæ non intelligantur, nisi audiendo vel legendo discantur.

FINIS.

QVÆST. XVI. Iudj.c.15.c.21. — 3.Reg.2.d.25.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
QVÆSTIONVM EVANGELICARVM, LIBRI II.

Ex lib. 2. retract. cap. 12.

SVNT quædam expositiones quorundã locorũ ex Euangelio secundũ Matthęum, & aliæ similiter secundũ Lucam, in vnũ librum illæ, in alterum istę redactæ sunt. Titulus autem operis huius est: Quæstiones euangeliorum. Sed quare illa sola de supradictis euangelicis libris exposita fuerint, quæ his libris meis cõtinẽtur, & quæ ista sint, prologus meus, adiunctis atque enumeratis eisdẽ quæstionibus, ita vt quisque legere quod voluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo quod positũ est, Dominũ seorsum duobus discipulis suam retulisse passionem, mendositas codicis nos fefellit. Nã duodecim scriptũ est, nõ duobus. In II. libro volens exponere quomodo duos patres potuerit habere Ioseph, cuius cõiunx dicta est virgo Maria, illud quod perhibetur fratrẽ duxisse defuncti fratris vxorẽ, vt ei semẽ secundũ legẽ suscitaret, ideo dixi esse infirmũ, quoniã qui nasceretur, nomẽ defuncti lex eũ iubebat accipere: nõ est verũ. Nomẽ enĩ defũcti quod dictũ est, ad hoc lex valere præcepit, vt eius filj° diceretur, nõ vt hoc quod ille vocaretur. Hoc op° sic incipit:

PROLOGVS.

HOc opus non ita scriptum est ac si Euangelium exponendum ex ordine susceptum esset à nobis: sed pro arbitrio & tempore consulentis, cum quo legebatur, si quid ei videbatur obscurum. Ideo & multa & fortassis obscuriora prætermissa sunt: quia iam ea nouerat, qui ea quæ nondum nouerat, inquirebat, nec tenere volebat festinationem suã in iis quæ antea iam sic acceperat, vt etiã assiduitate audiendi atque tractãdi, memoriæ stabiliter firmeq; mãdaret. Nonnulla etiam hîc non eodem ordine inueniuntur exposita, quo in Euangelio narrata sunt, quoniã quædam festinatione dilata, cùm tempus daretur, retractabantur: & eo loco scribebantur, qui vacuus in ordine iam expositarũ retũ subsequebatur. Quòd postæquam cõperi, ne quis fortè quærens aliquid legere in hoc opere, quod eum in Euangelio mouisset, & ad quærendum excitasset, tædio perturbati ordinis offenderetur, quandoquidem ea quæ carptim, vt poterant, dictabantur, in vnum corpus collecta & contexta cognoui, feci vt ordine numerorum præscriptis titulis, quod cuique opus esset, facilè inuestigaret.

VM diceret Dominus Iesus, Nemo nouit filium nisi pater: non dixit, Et cui voluerit pater reuelare: quemadmodum cùm diceret, Nemo nouit patrem nisi filius: addidit, Et cui voluerit filius reuelare. Quod non ita intelligendum est, quasi filius à nullo possit cognosci, nisi à patre solo: pater autem non solũ à filio, sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius dictũ est, vt intelligamus & patrem & ipsum filium per filium reuelari: quia ipse est mentis nostræ lumen, vt quod postea intulit, Et cui voluerit filius reuelare: non tantum patrem, sed etiã filium accipias. Ad totum enim quod dixit, illatum est: verbo enim suo ipse pater declaratur verbum autem non solùm id quod per verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. QVOD discipuli Domini cœperunt vellere spicas & manducare, quod nisi confricantes eas facere non possent, hoc est, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram: id est, quia quisque non transit in corpus Christi, nisi carnalibus expoliatus fuerit indumentis. Hinc est, Exuite vos veterem hominem. Hinc est, & Circuncisio non manufacta in expoliationem carnis. ARVNDINEM quassatam Iudæos dicit, propter quod & vnum erant, & ab inuicem discrepabant. In lino fumigante notandum, quia & desertum lumine facit putorem.

TVNC oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: id est, qui non credit, & subditus est diabolo: qui non intelligit, & non confitetur ipsam fidem, de qua dictum est, Ore autem confessio fit ad salutem: vel qui non dat laudem Deo. QVOD dixit, Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, etiam secundum vestram sententiam, Igitur peruenit in vos regnum Dei: quia regnum diaboli stare non potest, quod aduersum se diuisum esse fatemini. Regnum Dei nunc dicit, quo damnantur impij, & à fidelibus de peccatis suis pœnitentiam nunc agentibus secernuntur. Fortem illum appellat, quia ipse tenebat ne possent vitibus suis ab illo se homines eruere, sed per gratiam Dei. Vasa eius dicit omnes infideles. Nisi prius alligauerit fortem: alligauerit dixit, potestatem illi ademerit impediendi voluntatem fidelium à sequendo Christum, & obtinendo regnum Dei. PROGENIEM viperarum eos dicit, quia & diaboli filios eos appellat. Intantum enim quisque filius est diaboli, inquantum eum peccando imitatur. SICVT enim fuit Ionas in ventre cetti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sextæ feriæ diei partem qua sepultus est cum præterita nocte, pro nocte & die accipias, hoc est, pro toto die: sabbati noctem & diem, & noctem dominicam cum eodem die illucescente: ac per hoc accipiendo partem pro toto, habes triduum & tres noctes. Quòd enim dicuntur decem menses prægnantes, nouem sunt pleni: sed initium decimi pro toto accipitur. Et quòd se Dominus ostendit in monte, post sex dies factum dicit vnus Euangelista: alter verò post octo die

Cap.27. Matth. 28.d 16. — Deut.25.a.5. — QVÆST. I. Matth.1.d.17. Ioan.7.d.28. & 8.b.19. & 10.c.25. — QVÆST. II. Matth.12.a.1. Col.3.a.5. — Ibid.b.9. Ibid 2.b.11. — QVÆST. III. Matth.12.b.20. — QVÆST. IIII. Matth.12.b.22. Rom.10.c.1. — QVÆST. V. Matth.12.b.27. — QVÆST. VI. Matth.12.c.34. — QVÆST. VII. Matth.12.d.40. Ionæ 2.a.2. — Matth.17.c.1. Lucæ 9.d.1.

dicit: partem posteriorem primi diei in quo futurum hoc Dominus promisit, & partem priorem nouissimi diei in quo completum est quod promisit, pro totis atque integris diebus annumerãs: vt intelligas eum qui dixit, post sex dies, solos medios commemorasse, qui verè toti atque integri completi sunt. In genesi enim à lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad significandum lapsum hominis. Nunc autem à tenebris ad lucẽ, sicut dictum est, de tenebris lucem clarescere: quia à peccatis homo liberatus, peruenit ad lumen iustitiæ.

Gen.1.*

2.Cor.4.b. 6.

QVAEST. VIII. Matth.12.d. 43.

CVM spiritus immundus exierit ab homine: significat quoddam ita creditures, vt ferre nõ possint labores cõtinẽtiæ, & ad seculũ redituri sint. Quod dictũ est, Assumit secum alios septẽ: intelligitur quia cum quis ceciderit de iustitia, etiam simulationẽ habebit. Cupiditas enim carnis expulsa per pœnitentiam à consuetis operibus, cùm non inuenerit in quibus delectationibus requiescat, auidius redit, & rursus occupat mentẽ hominis: sic cum expulsa esset iustitia, negligentia subsecuta est, vt nõ introduceretur tanquam habitator mundatæ domui sermo Dei per sanam doctrinam. Et quoniam non solum habebit illa septem vitia, quæ septem virtutibus spiritalibus sunt contraria, sed etiã per hypocrisim se illas virtutes habere simulabit: propterea assumptis secũ septẽ aliis nequioribus, hoc est, ipsa septenaria simulatione, reditilla concupiscẽtia, vt sint nouissima hominis peiora quàm erant prima.

QVAEST. IX. Matth. 13.a. 8. & c.23. *al.sanctitatẽ.*

QVOD dicit, Aliud centesimum, aliud sexagesimũ, aliud tricesimum: cẽtesimum martyrum propter ‡ sanctitatem vitæ vel contemptum mortis. Sexagesimum virginum propter ocium interius, quia nõ pugnant cõtra cõsuetudinem carnis. Solet enim ocium concedi sexagenariis post militiã, vel post actiones publicas. Tricesimũ coniugatorũ, quia hæc est ætas præliantiũ: ipsi enim habent acriorẽ cõflictũ, ne libidinibus superentur.

QVAEST. Matth. 13.d. 23.

OMNIS immundicia in segete, zizania dicitur. Quod primò separatur, zizania dicitur: quia tribulatione præcedente separabuntur impij à piis, quod p bonos angelos intelligitur fieri. Quia officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex quomodo iudex: officia verò misericordiæ mali implerẽ nõ possunt. GRANVM sinapis ob frenorem fidei, vel quòd dicatur venena expellere, maius fit omnibus oleribus, id est dogmatibus. Dogmata autẽ sunt placita sectarũ: id est quod placuit singulis sectis. FERMENTVM quod accepit mulier, & abscondit in farinæ satis tribus. Mulierem, sapiẽtiã dicit: fermẽtum, dilectionem: quod feruere facit & excitat. In farinæ autem satis tribus, vel tria illa in homine, Ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: vel tria illa fructifera, Centenũ, sexagenũ, tricenũ: vel tria illa genera hominũ Noë, Daniel, & Iob. THESAVRVM in agro absconditũ, dixit duo testamẽta legis in ecclesia, quæ quis cùm ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit & vendit omnia sua, & emit agrũ illum: id est, contemptu temporaliũ comparat sibi ocium vt sit diues cognitione Dei.

23.q.5.cap. officia.

QVAEST. XI. Matth. 13.d. 31.

QVAEST. XII. Matth. 13.c. 33.

Deut.6.a.c. Matth.22.d. 37.

Ibid.13.a 8. Ezech.14.d. 14.

QVAEST. XIII. Matth. 13.f. 44.

QVAEST. XIIII. Matth. 13.g. 56.

1.Cor.1.c. 13.

QVOD dixerũt Iudæi, Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Sapientia in his quæ loquebatur, virtutes in his quæ operabatur: ideoq; & Apostolus cùm dixit Christũ Dei virtutem & Dei sapientiam: virtutẽ ad signa retulit propter Iudæos, sapiẽtiam autem ad doctrinã propter Græcos, id est, gentiles.

QVAEST. XV. Matth.14.c. 26. Lucæ 10.b. 8.

QVOD dixerunt discipuli phantasma esse: significat id quod dictũ est, Putas inueniet fidẽ in terra, quia quidã qui cesserint diabolo, de Christi aduentu dubitabunt. Quod autem Petrus implorat à Domino auxilium ne mergatur, significat quibusdã tribulationibus etiam post vltimam persecutionẽ purgãdã esse ecclesiam. Quod & Paulus significat dicens, Saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod sequitur, Vt adorantes omnes qui in naui erant, dicerẽt, Verè filius Dei es: significat claritatem eius tunc manifestam futuram, per speciem iam vidẽtibus, qui per fidem nunc ambulant.

1.Cor.3.c. 15.

QVAEST. XVI. Matth. 15.a. 5.

MVNVS quodcunq; est ex me, tibi proderit: id est, munus quod offers causã mei, ad te iam pertinebit, quibus verbis significant filij iam non sibi opus esse parẽtum pro se oblationes, quod ad eam ætatem peruenissent, vt possent iã ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent parentibus suis hoc dicere, cùm hoc dixissent, negabant Pharisæi reos esse, si parẽtibus suis non præstarent honorẽ.

QVAEST. XVII. Matth. 15.b. 13.

OMNIS plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur: id est, carnalis cupiditas, secundum quam sentientes offendebantur de prætermissis rerum signis, vel etiã traditionibus suis: & præcepta vitæ non curabant, quæ à cupiditate animum purgant.

QVOD & puerum Cẽturionis, & filiam Chananeæ mulieris non veniẽs ad domos eorum, saluat, significat gentes ad quas non venit, saluas fore per verbũ suum. Quod ipsis rogantibus filij sanantur, intelligenda est ecclesiæ persona, quæ sibi est & mater & filij: nam simul omnes, quibus cõstat ecclesia, † mater dicitur, singuli autem iidem ipsi filij appellãtur.

QVAEST. XVIII. Matth. 8.b. 13.& 14.c. 28.

al. matres dicuntur.

QVOD turbę obtulerũt Domino mutos. Mutos qui Dominum nõ laudant, vel non confitentur fidem signant: cæcos qui nõ intelligunt, etiamsi obtemperant iubentibus: surdos qui non obtempetant, etiamsi intelligũt: claudos qui præcepta non implent.

QVAEST. XIX. Matth.15.c. 30.

QVOD dixit, Facto vespere, dicitis, Serenum erit, rubicunda est enim cælũ: id est sanguine passionis Christi, in primo aduentu indulgentia peccatorũ datur. Et mane, Hodie tempestas, rubet enim cũ tristitia cælum: id est, quòd secũdo aduentu igne præcedente venturus est. Faciẽ ergo cęli iudicare nostis, signa autẽ temporũ nõ potestis? Signa temporũ dixit de aduentu suo vel passione, cui simile est roseum cælũ vespere. Et item de tribulatione ante aduentum suum futura, cui simile est mane roseũ cũ tristitia cælum.

QVAEST. XX. Matth.16.a. 2.

QVOD dixit Dominus, Helias quidem vẽturus est, & restituet omnia: id est, vel eos quos persecutio Antichristi conturbauerit: vel vt ipse restituat moriendo quæ debet.

QVAEST. XXI. Matth.17.b. 11.

QVOD dixit, Sæpe cadit in ignem, & aliquãdo in aquã. Ignem ad irã, quòd alta petat: aquã ad voluptates carnis. Item quòd dicũt discipuli, quare nos non potuimus eiicere eum? ne illis miraculis faciẽdis extollerentur in superbiã, admoniti sunt potius per humilitatẽ fidei, quasi per sinapis granũ, elationem terrenam, quæ montis nomine significata est, cutare vt transiret.

QVAEST. XXII. Matth.17.b. 15.

QVOD dixit, Ergo liberi sunt filij. In omni regno intelligendũ est liberos esse regni filios: id est, non esse vectigales. Multo ergo magis liberi esse debẽt in quolibet regno terreno filij regni illius sub quo sunt omnia regna terrena.

QVAEST. XXIII. Matth.17. d.26.

QVOD Dominus dicit, Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, id est, ex humilibus, quales vult esse discipulos suos non obtemperando, vel etiam contraueniẽdo, sicut de Alexandro ærario Apostolus dicit, Expedit ei vt mola asinaria suspendatur collo eius, & præcipitetur in profundũ maris: id est, cõgruit ei, vt cupiditas retũ temporaliũ, cui stulti & cæci colligantur, cũ deuinctum põdere suo deducat ad interitũ.

QVAEST. XXIIII. Matth.18.a. 6. 2.Tim.4.c. 14.

QVOD oblatus est Domino debitor decem milium talentorũ & iussit eum venundari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi: intelligendũ est decẽ præceptorum legis eum fuisse debitorẽ: & pro cupiditate atq; operibus suis tanquã vxore & filiis pœnas soluere debuisse, quod est preciũ eius: precium enim venditi, suppli-

QVAEST. XXIV. Matth.19.c. 24.

supplicium damnati intelligitur. Quod dixit, Noluit ignoscere conseruo suo, sed abiit & misit eum in carcerẽ: & reliqua: intelligendũ, tenuit contra eũ hunc animũ, vt supplicia illi vellet. Conserui autẽ qui narrauerunt Domino quæ fiebãt, potest intelligi ecclesia, quæ & illũ soluit, & illũ ligat.

QVAEST. XXV. Matth.19.c. 25.

QVOD ait Dominus, diuitẽ nõ intrare in regnũ Dei: & discipuli dicunt, Quis potest saluus fieri? cùm pauci sint diuites in cõparatione multitudinis pauperũ: intelligẽdũ quòd omnes qui talia cupiũt, in eorũ numero haberi animaduerterint.

QVAEST. XXVI. Matth.20. b.17. 2.Retract. 12. Matth.18.b. 16.

QVOD Dominus seorsum se duobus discipulis passũ rũ refert, ad confirmãdũ in posterũ testimonium fecit: quia dixit, In ore duorũ vel triũ testiũ stabit omne verbũ. Vt enim neq; vulgaretur, quod dicebat, neq; careret humani testimonij firmitate, paucioribus quàm duobus dicere non potuit. Vel ad sacramentũ charitatis ostendẽdũ. Minus enim quã inter duos charitas esse non potest. Erat autẽ ille non necessitate debiti propter peccatũ suum, sed ad soluẽda nostra peccata charitate passurus.

QVAEST. XXVII. Matth.20.d. 29.

AB Hiericho egreditur Dominus, iã de ista terra resurrectione discedẽs: sequũtur eũ turbæ multæ, credunt in eum populi & gentes. Duo autẽ cæci sedentes iuxta viam, significant de vtroq; populo quosdã iã cohærentes per fidẽ dispensationi tẽporali, secundũ quam Christus via est: & desiderantes illuminari, id est, aliquid de verbi æternitate intelligere, quod transeunte Iesu impetrare cupiebãt: id est, per meritũ fidei qua creditur filius Dei, & natus homo & passus propter nos. Per hanc enim dispẽsationẽ quasi transit Iesus, quia talis actio tẽporalis est. Oportebat autẽ vt tantum clamarent, donec resistentes sibi turbæ strepitum vincerent: id est, tam perseueranter animũ intenderent orãdo atq; pulsando, quousq; cõsuetudinẽ desideriorũ carnalium, quæ tanquã turba obstrepit cogitationi lucẽ veritatis æternæ videre conãti, vel ipsam hominũ carnaliũ turbã studia spiritalia impedientem, fortissima intentione superarent. Itaque audiẽs Iesus qui ait, Petenti dabitur, & quærẽs inueniet, & pulsanti aperietur, venientes ad seipsos, scilicet desiderij ardore peruenientes ad id quod desiderant, stans eos tãgit atque illuminat. Nõ enim sicut illa dispensatio tẽporalis, ita etiam verbi æternitas transit, quæ in seipsa manens omnia innouat. Quapropter quia fides incarnationis tẽporalis ad æterna intelligenda nos præparat, transeunte Iesu admoniti sunt vt illuminarentur, & ab stante illuminati sunt. Tẽporalia enim transeũt, æterna stant.

Matth.7.b. 7.

Sap.7.d.27.

QVAEST. XXIX. Matth.21.b. 21.

QVOD Dominus dicit discipulis suis, Dicetis mõti huic, tolle te, & iacta te in mare: de superbia dixit quæ ad seculares pertinet. Hoc sibi seruũ Dei dicere debet, vt eã à se repellat, quia ipsi non cõgruit: vel quòd per eorũ fidẽ, quia per eos Euãgeliũ pdicatũ est, ipse Dominus qui mõs appellatus est, ablatus est à Iudæis, vt in gẽtes tanquam in mare porrò iaceretur.

QVAEST. XXX. Matth.21.d. 44.

QVOD Dominus dicit, Et qui ceciderit super lapidem istum cõfringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. De his dicit quòd cadent super eũ, qui illum modò contemnunt, vel iniuriis afficiunt: ideo nondum penitùs intereunt, sed tamen cõfringuntur, vt nõ recti ambulent. Super quos autem cadit, veniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis: ideo dixit, Conteret eos, vt sint impij tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

Psal.1.b.4. QVAEST. XXXI. Matth.22.a. 2.

QVOD Dominus dixit, Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Nuptias dixit verbum incarnatum, quia in ipso homine suscepto ecclesia Deo copulata est. Quod dixit, Tauri mei & altilia occisa sunt tauros dixit principes plebium: altilia vero omnia faginata. Quod dixit Dominus, Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias: viæ intelliguntur dogmata gentiũ, quia ex omnibus illis ad nuptias venerunt: id est, Christo credidẽrunt.

QVAEST. XXXII. Matth.22.c. 23.

QVOD Sadducæi dicunt Domino, fuerũt apud nos septẽ fratres, & vnus accepta vxore obiit, & secundus, & cæteri: intelliguntur homines impij, qui fructũ iustitiæ non potuerũt afferre in terra per omnes septem mundi ætates, quibus ista terra consistit: postea enim & ipsa terra transiet, per quã omnes illi quasi septẽ mariti steriliter transierunt.

QVAEST. XXXIII. Matth.22. d.40.

QVOD Dominus dicit, In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ: pẽdet dixit, id est, illò refertur, ibi habet finẽ.

QVAEST. XXXIIII. Matth.23.b. 17.

QVOD Dominus dixit, Quid enim maius est, aurũ an tẽplũ, per quod sanctificatur aurũ? Et item dixit, Quid enim maius est, donũ an altare quod sanctificat donũ? Intelligẽdũ, tẽplũ & altare ipsum Christũ: aurũ & donum, laudes & sacrificia precũ, quæ in eo per eũ offerimus. Non enim ille per hæc, sed ista per illum sanctificãtur.

QVAEST. XXXV. Matth. 23.c. 23.

QVOD Dominus dixit, Excolantes culicẽ: refertur ad id quod dixit, decimare illos minuta quæque. Camelum glutientes: refertur ad id quod dixit, Præteritis grauiora legis, misericordiã & iudiciũ & fidẽ: vt iste sit sensus, Minima obseruatis, maxima cõtẽnitis. Ex hac enim peruersitate etiam illud eis accidit, quò possunt hæc p allegoriã referri, vt dimitterent Barrabam, quia videlicet nõ soluerat sabbatum, quod magna diligẽtia carnaliter obseruabant: occiderent autẽ Dominũ, spiritaliter sabbatũ insinuãtẽ per misericordiã & iudiciũ & fidẽ, quæ illi maximè contẽnebãt. Nã & culicis nomine non absurdè figuratur seditiosus homicida: quia hoc animal & strependo inquietat, & sanguine delectatur: & cameli nomine propter humilitatẽ se ad subeunda onera submittentis propter magnitudinẽ, intelligitur cõgruẽter Dominus.

Matth.27.c. 23.

QVAEST. XXXVI. Matth. 23.d. 37.

QVOD dixit Dominus ad Hierusalẽ, Quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat filios suos sub alas suas, & noluisti? Hoc genus animantis magnũ affectũ in filios habet, ita vt eorũ infirmitate affecta & ipsa infirmẽt: & quod difficilius in cæteris animãtibus inuenies, alis suis filios protegens, cõtra miluũ pugnat: sic etiã mater nostra sapientia Dei, per carnis susceptionẽ infirmata est quodãmodo: vnde & Apostolus dicit, Quod infirmũ est Dei, fortius est hominibus: protegit infirmitatẽ nostrã, & resistit diabolo, ne nos rapiat. In qua defensione, quod illa aduersus miluum conatur affectu, hæc aduersus diabolum perficit potestate.

1.Cor.1.d. 25.

QVAEST. XXXVII. Mat.24.b. 20.

QVOD ait, Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato, id est, ne impedimento aliquo detineamini: quia & hyeme, imbribus vel frigore, & sabbato, in quo proficisci non licebat, impediebatur quis ab itinere: vel aliud, ne in tristitia aut lętitia rerum temporalium quis inueniatur à die illa.

QVAEST. XXXVIII. Matth.24.c. 27.

QVOD Dominus dicit, Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & peruenit vsq; ad Occidentem, ita erit & aduẽtus filij hominis. Orientis & Occidentis nomine totum orbem ꝗ voluit significare, per quem futura erat ecclesia, incipiente Euangelio ab Hierusalem, secũdum illum sensum, quo dixit, Amodò videbitis filium hominis venientẽ in nubibus. Conuenienter enim ecclesiam nunc fulgur nominauit, quod maximè solet emicare de nubibus. Constituta ergo autoritate ecclesiæ per orbem terrarum clara atq; manifesta, consequenter discipulos admonet, atq; omnes fideles; & qui in eũ credere voluerint, ne schismaticis atque hæreticis credant. Vnumquodq; enim schisma, & vnaquæq; hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum, partem aliquam tenens: aut obscuris atq; occultis conuenticulis curiositatem hominum decipit. Ad quod pertinet quod ait, Si quis

Lucæ 24.g. 47. Matth.26.f. 64.

Matt.24.b. 21.

vobis dixerit, Ecce hic est Christus aut illic: quod si- A
gnificat terratũ partes & prouinciarũ. Aut in penetra-
libus aut in deserto: quod significat obscura & occul-
ta cõuenticula hæreticorũ. Quod ergo dixit, ab Oriẽ-
te in Occidentẽ peruenturũ aduentũ suũ: contra illos
valet qui per terrarũ particulas nominantur, & dicũt
apud se esse Christũ. Quod autẽ ait, Sicut fulgur: con-
tra illos valet, qui occultè congregant tanquã in pe-
tralibus, & paucos tanquã in deserto: ad manifestatio-
nẽ quippe claritatẽq; pertinet ecclesiæ, fulguris nomẽ,
significans etiã noctẽ vel nubila seculi huius: tũc enim
QVAEST. XXXIX. Matth. 24. c. 32. fulguris cãdor apparet. Quod dixit, Ab arbore au-
tẽ fici discite similitudinẽ. Arborẽ fici genus humanũ
intellige, propter pruritũ carnis: Cũ iã ramus eiꝰ tener
fuerit, id est, cùm filij hominũ per fidẽ Christi ad spiri-
tales fructus profecerint, & in eis honor adoptionis fi-
liorũ Dei eminuerit. Quod Dominus de Iuda di-
QVAEST. XL. Matth. 26. c. 24. xit, Bonũ erat illi non nasci: vtrũ in hac vitã? vt vitate B
locutus sit. Non enim potest bonũ esse aliqd ei, qui nõ
est: & si quisquã cõtendit esse aliquã vitã ante istã, non
Iudæ tantũ vt nasceretur, sed nulli expedire conuinci-
tur. An diabolo dicit non nasci ad peccatũ: an etiã bo-
nũ illi erat vt Christo non nasceretur per vocationem,
QVAEST. XLI. Matth. 26. b. 16. ne esset apostata? Quod Dominus triginta argen-
teis venditus est, significat per Iudã Iudæos iniquos,
qui sequẽtes carnalia & tẽporalia, quæ ad quinq; sen-
sus pertinẽt corporis, Christũ habere noluerũt. Quod
quia sexta mundi ætate fecerunt, sexies quinos eos tã-
quã preciũ vẽditi Domini accepisse significatum est.
Psal. 4. a. 3. De quo tempore talibus insultat propheta dicens: Filij
hominũ vsquequo graues corde, vt quid diligitis vani
tatẽ, & quæritis mẽdaciũ? Et si quinque ætatibus fuis-
set aliqua excusatio sequendæ vanitatis, vel sexta com-
Gen. 1. c. 26. prehenderent veritatẽ, quæ per Dominũ Iesum præ-
dicabatur & demõstrabatur, sicut sexta die homo fa-
ctus est ad imaginẽ Dei. Quod quia noluerũt, habent
sexies quinque impressam imaginẽ principis seculi, &
Psal. 4. b. 7. Psal. 11. b. 7. non habent Christũ per quẽ signatũ est in nobis lumẽ
vultus tui Domine. Et quia eloquiũ Domini argentũ
est, illi autẽ etiã ipsam legẽ carnaliter intellexerunt, tã-
quã in argento impressam, secularis principatus imagi
nẽ amissõ Domino tenuerũt. Quod Dominus
QVAEST. XLII. Matt. 24. c. 28. dicit, Vbi fuerit corpus, illuc congregabunt & aquilę:
id est, in cælũ, quò hinc secũ leuauit corpus in homine
suscepto. Quod etiã cadauer ideo appellatum est, quia
moriturus hæc loquebatur. Illuc congregabunt aqui-
læ, dictũ est de spiritalibus, qui eius passionẽ humilita-
tẽq; imitando, tanquam de eius corpore saturarentur.
Corpus enim propter humilitatẽ pro nobis passionẽ-
QVAEST. XLIII. Matth. 26. c. 29. que suscepit. Quod Dominus dicit sub tempore
passionis discipulis, Non bibã amodò de hoc genimi-
ne vitis, vsque in diẽ illum cùm illud bibã vobiscũ no- D
uũ in regno patris mei: vult intelligi hoc vetus esse, cũ
illud nouũ dicit. Quia ergo de propagine Adã qui ve-
tus homo appellatur, corpus susceperat, quod in pas-
sione morti traditurus erat, inde etiam per vini sacra-
mentum cõmendat sanguinem suũ. Quid enim aliud
nouum vinum, nisi immortalitatem renouandorum
corporum intelligere debemus? Quod cùm dicit, Vo-
biscum bibam: etiam ipsis resurrectionem corporũ ad
induẽdam immortalitatem promittit. Vobiscũ enim
non ad idem tempus, sed ad eandem innouationem
Colos. 1. c. 12. dictum accipiendum est. Nam & nos dicit Apostolus
resurrexisse cum Christo, vt spes rei futuræ iam præ-
sentem lætitiam afferat. Quod autem de hoc genimi-
ne vitis etiam illud nouum esse dicit, significat, eadem
vtiquẽ corporã resurrectura secundum innouationem
cælestem, quæ nunc secundum terrenam vetustatem

moritura sunt. Si autem vitem de cuius vetustate hũc
passionis calicẽ bibit, ipsos Iudæos intellexeris, signi-
ficatũ est etiã ipsam gentẽ ad corpus Christi per noui-
tatẽ vitæ accessurã, cũ ingressa plenitudine gẽtiũ om- Rom. 11. c. 25.
nis Israël saluus fiet. Quod dictũ est, Spuerunt in fa- QVAEST. XLIIII. Mat. 26. g. 67.
ciẽ eius: significauit eos qui eius præsentiam gratiæ re-
spuunt. Itẽ tãquã colaphis eũ cædũt, qui honores suos
ei præferũt, palmas in faciẽ eius dant, qui perfidia cæ-
cati, eũ non venisse affirmant, tanquã præsentiã eius
exterminantes & repellentes. Quod Petrus nec dũ QVAEST. XLV. Matth. 26. g. 70.
solidatus in fide, Deum ter negauit: videtur ipsa trina
eius negatio prauũ errorẽ hæreticorũ designasse. Nam
error hæreticorũ de Christo tribus generibꝰ terminat,
aut enim de diuinitate eius, aut de humanitate, aut de
vtroq; fallũtur. Quod ad passionẽ euntẽ Dominũ QVAEST. XLVI. Matth. 26. f. 58.
à lõgè sequebatur Petrus, significat ecclesiã secuturã
quidẽ, hoc est, imitaturã passionẽ Domini, sed longè
differẽter: ecclesia enim pro se patitur, at ille pro eccle- B
sia. Sicut tentatio cupiditatis trina est, ita etiã ten- QVAEST. XLVII.
tatio timoris trina est. Cupiditati q̃ in curiositate est,
opponitur timor mortis. Sicut enim in illa cognoscen-
darũ rerũ est auiditas, ita & in ista metuis amittẽdæ ta-
liũ notitiæ. Cupiditati verò honorũ vel laudis, oppo-
nitur timor ignominiæ & cõtumeliarum. Cupiditati
autem voluptatis, opponitur timor doloris. Non ab-
surdè ergo intelligitur propter trinam tentationem
passionis, ter Dominum orasse vt transiret calix, sed Matth. 26. d. 39.
ita vt potius impleretur voluntas patris.

D. AVRELII AVGVSTINI QVÆSTIONVM EVANGELICARVM, LIBER II.

QVOD Zacharias orans pro populo, audi- QVAEST. I. Lucæ 1. a. 13.
uit ab angelo, Exaudita est oratio tua, C
Ecce Elizabeth vxor tua concipiet & pa-
riet filiũ, & vocabis nomen eius Ioannẽ.
Primò hoc attendendũ est, quã non est
verisimile, vt cùm pro populi peccatis, vel salute, vel
redẽptione ille offerret, si quidẽ populꝰ eũ expectabat
offerentẽ, quòd potuerit relictis publicis votis homo
iustus & senex, vxorẽ habens anũ, pro accipiẽdis filiis
orare: præsertim quia nemo erat accipere, q̃ se acceptu
rũ esse desperat. Vsq; adeò autẽ ille iã se habiturũ filios
desperabat, vt hoc angelo promittẽti nõ crederet. Er-
go q̃ ei dicitur, Exaudita est oratio tua: pro populo in-
telligendũ est: cuius populi quoniã salus & redẽptio &
peccatorũ abolitio per Christũ futura erat, ad hoc nũ-
ciabatur Zachariæ filius nasciturus, quia præcursor
Christi destinabat. Quod autẽ ei nõ credenti angelo,
ab eodẽ angelo dicitur, Et ecce eris tacens donec im-
pleantur hæc in tẽpore suo: intelligẽdũ est significasse,
q̃ prophetia vsq; ad Ioannẽ, tanquã à sono sileret intel
ligibili: quia non est intellecta, donec in Domino cõ-
pleretur. Quod Dominꝰ de nauicula docet turbas: QVAEST. II. Lucæ 5. a. 3.
significauit hoc tẽpus, quando Dñs de autoritate ec-
clesiæ docet gẽtes. Quòd Dominus ascẽdẽs in nauim,
quæ erat Petri, rogat eũ à terra reducere pusillũ: signi-
ficat vel temperatè vtendum verbo ad turbas, vt nec
terrena eis præcipiantur, nec sic à terrenis in profun-
diora sacramentorum recedatur, vt ea penitus non in-
telligant: vel prius in proximis regionibus gentibus
prædicandũ. Vt quod dicit item Petro, Duc in altum,
& laxate retia vestra in capturam: ad remotiores gen-
tes, quibus postea prædicatum est, pertineat: sicuti E-
saias dicit, Tolle signum in gẽtes ad ea quæ propè, & Esa. 5. f. 26. cap. 11. c. 10. 12.
ad ea quæ longè. Vt quòd etiam retia rumpebantur
piscium copia, & nauiculæ impletæ sunt, ita vt mer-
geren-

gerentur: significat hominum carnaliũ multitudinẽ
tantã futurã in ecclesia, vt etiã diruptione pacis, exeũ- A
tibus inde hæresibus & schismatibus, tãta remaneret,
& tanta esset futura illi amissio fidei & bonorũ morũ,
Lucæ 5. b. 8. vt Christo dicere videatur talis ecclesia, Exi à me, quia
peccator homo sum: tãquã turbis carnaliũ repleta, &
eorũ moribus penè submersa, regimẽ spiritaliũ, in qui
bus maximè Christi persona eminet, à se repellat quo-
dãmodo. Non enim hoc voce linguæ dicunt homines
bonis ministris Dei, vt eos à se repellant: sed voce mo-
rũ & actuũ suorum suadent à se recedit, ne per bonos
regantur: & eo vehementius, quo deferũt eis honorẽ,
& tamen factis sui s à se recedere admonẽt vt honorifi-
cẽtiam eorũ significauerit Petrus, cadẽs ad pedes Do-
mini: mores autẽ in eo quod dixit, Exi à me Domine,
quia peccator homo sum. Quod tamen quia non fe-
cit Dominus: non enim recessit ab eis, sed eos subdu-
ctis nauibus ad littꝰ perduxit: significat in bonis & spi-
ritalibus viris non esse oprotere hãc voluntatẽ, vt pec-
catis turbarũ cõmoti, quo quasi securius tranquilliũs-
que viuant, munus ecclesiasticum deserant. Quòd er-
go subductis ad terrã nauibꝰ, relictis omnibꝰ secuti sũt
eũ Petrus & Iacobus & Ioannes, potest significare finẽ
tẽporis, quo ab huius mundi falo, qui Christo inhęse-
QVAEST. III. Matth. 8. a. 4. rint, penitus recessuri sunt. Quod Dominus dicit le-
proso mundato, Vade ostẽde te sacerdoti, & offer mu-
Leuit. 14. a. 2. nus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in
testimoniũ illis. Hic videtur approbare sacrificium, q̃
per Moysen præceptũ est, cã id nõ receperit ecclesia.
Quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum esse
cœperat sacrificiũ sanctũ sanctorũ, quod corpus eius
est. Nondum enim in passione obtulerat holocaustũ
suum, quo sacrificio confirmato in credẽtibus popu-
Daniel. 9. g. 27. lis, tẽplum ipsum euersum est, vbi illa sacrificia offerri
solebant. Hoc autẽ factum est secundum prophetiam
Danielis non enim oportebat auferri significantia C
sacrificia, priusquã illud quod significabatur cõfirma-
tũ esset contestatione Apostolorum predicantum, &
QVAEST. IIII. Matth. 2. a. 3. fide credentiũ populorũ. De paralitico potest intelli-
gi anima dissoluta mẽbris, hoc est, bonis operationibꝰ,
Christũ quærere, id est, voluntatem verbi Dei. Impe-
diri autem turbis, nisi tecta, id est, operta scripturarũ
aperiat, vt per hæc ad notitiam Christi perueniat: hoc
est, ad eiꝰ humilitatem fidei pietate descẽdat. Hi autẽ
à quibꝰ deponitur, bonos in ecclesia doctores possũt si-
gnificare. Quòd autẽ cũ lecto deponitur: significat ab
homine in ista carne ad huc cõstituto Christũ debere
cognosci. Quẽ tamẽ lectũ sanus postea iubetur porta-
re, & ire in domũ suam: vt remissione peccatorũ con-
valescentibus, per spem bonam membris animæ, hoc
corpus restaurare intelligatur: vt iã non in carnalibus
gaudiis tãquam in lecto requiescat infirmitas animi,
sed magis ipsa contineat affectiones carnales, & tẽdat D
QVAEST. V. Matth. 1. c. 16. ad requiem secretorum cordis sui. Non absurdè
quæstio proponitur, quomodo potuerit duos patres
habere Ioseph. Nam Matthæus cum dicit genitum
Lucæ 3. c. 23. ab eo qui vocabatur Iacob, Lucas vero filium esse di-
cit eius qui vocabatur Heli. Neque hoc loco illud di-
ci potest, quòd vnus homo, sicut nõ solum apud gen-
tes, sed etiã apud Iudæos accidere solere manifestum
est, duo nomina habuerit. Cætera enim serie generat-
ionũ qui hoc putat, facilè refellitur. Quid enim de a-
uis, atauis, proauis, cæterisq; maioribus dicturus est,
quorum diuersa nomina singuli Euangelistę in sua
quisque narratione contexunt: Quid postremò de ip-
so numero? quandoquidem Lucas à Domino vsque
ad Dauid quadragintatres generationes enumerat,
Matthæus autem à Dauid vsque ad Dominum vigin-

tiocto vel viginti septem? Certi enim sacramenti gra-
tia vsq; ad transmigrationẽ: & ab ipsa item transmigra
tione vnus bis numeratur. Querẽdũ igitur quomodo
potuerit duos habere patres Ioseph? Et mihi quidem
in præsentia tres causæ occurrunt, quarum aliquã Eu-
ãgelista secutus sit. Aut enim vnus erat Ioseph natu-
ralis pater, & alter eũ adoptauerat: aut more Iudæorũ Deut. 25. a. 5.
cũ sine filiis vnꝰ decessisset, vxorẽ eius propinquus ac-
cipiens, filiũ quem genuit propinquo mortuo deputa
uit: vt eũ ab altero alteri genitꝰ esset Ioseph, conuenie-
ter duos patres habere diceretur. Aut vnus Euangeli-
sta patrem eius à quo genitus est nominauit: alter verò
vel auum maternũ, vel aliquem de cognatis maioribꝰ
posuit, cui propter consanguinitatis vinculum in filij
loco Ioseph non absurdè constitueretur, vt inde iam
vsq; ad Dauid non eundẽ quẽ Matthæus generationũ
ordinẽ texeret. In quibꝰ causis illa videtur firma, quã
secũdo loco posuimus: quia cũ quiscũq; apud Iudęos 2. Retract. 12.
functo fratre vel propinquo prolẽ de vxore eiꝰ exusci-
tat, illud quod nascitur nomen defuncti solet accipe-
re. Ergo aut adoptio soluit istam quæstionem, aut ori-
go maiorũ, aut aliqua alia causa, quæ nobis in præsen-
tia non occurrit. Quapropter tanta est eorũ dementia,
qui facilius dilabuntur ad Euangelistarum aliquã de
mendacio criminandũ, quã causas quærãt, cur diuer-
sorum patrum nomina singuli commemorauerint: vt
temerè dicatur duas solas esse causas, quibus id rectè
fieri potuerit, cùm tamen ad soluendam quæstionem QVAEST. VI. Luc. 3. c. 23. Matth. 18. c. 22.
vel vnã inuenire sufficiat. Quid sibi velit quòd sep-
tuaginta septem personę secundũ generationes, quas
Lucas secutus est, inueniuntur, quæri potest. Nam &
huius numeri mentionem Dominus fecit, cũ eũ Petrꝰ
de dimittẽdis peccatis fratris interrogasset. Ait enim,
Non solũ septies, sed septuagiessepties esse dimitten-
dũ. Vnde rectè creditur commemoratione huius nu-
meri omnia peccata iussisse dimitti: quandoquidẽ ipse
per quem peccata omnia dimissa sunt, septuagesima
& septima generatione, secundũ Euangelistæ memo-
rati testimoniũ, ad homines humaniter venire dignat
est. Cõuenientissimè autem, cùm sit etiam alia series
generationum quã Mathæus explicat, hãc ille tenuit, Matth. 1. a. 1. Lucæ 3. c. 23.
qui baptizato Domino generationes ipsas per septua
ginta & septem personas sursum versus enumerat.
Nam & reditus est, & tanquam ascensus ad Deũ, cui
post peccatorũ abolitionem recõciliamur, expressus,
cùm sursum versus per illas generationes ascenditur.
Et vtiquẽ per baptismũ fit omniũ remissio peccatorũ,
quæ illo numero significatur. Non enim in baptismo
Domini ipsi Domino peccata dimissa sunt, sed ipsa i-
bi remissio peccatorum omnium, quę misericordia e-
ius & potestate donata est hominibus, per illũ baptis-
mũ Domini & per illum numerum generationũ con-
secrata atq; signata est. Nec temerè Dominꝰ & frustra
septuagesima & septima generatione venit abolituru
omnia peccata, nisi quia in illo numero aliquid lateat
quod ad significationem pertineat omnium peccato-
rum. Hoc autem in vndenario & septenario conside-
randũ est. Qui numeri per se multiplicati, ad tantum
peruenium: nam vndecies septem, vel septies vndeni, al. ac. Matth. 18. c. 2.
septuaginta & septem fiunt. Vndecim autẽ transgres-
sionem denarij significant: † at si in denario perfectio
beatitudinis significatur, vnde est etiam illud, quòd
omnes conducti ad vineam, denario remunerantur,
quod fit cùm septenaria creatura trinitati creatoris
adiungitur: manifestum est quòd transgressio denarij
peccatum significat per superbiam plus aliquid habe-
re cupientis, & integritatem perfectionẽ mque amit-
tentis. Hoc autem septies propterea ducitur, vt motu

hominis facta significetur illa transgressio: ternario e-
Deut 6. a.5. nim numero incorporea pars hominis significatur. Vn
Matth.22.d. de est quòd ex totò corde, & ex tota anima, & ex tota
37. mente iubemur diligere Deũ. Quaternario verò cor-
pus. Multis enim modis quadripertita inuenitur natu
ra corporis. Ex his ergo cõiunctis homo constans, non
absurdè septenario numero significatur. Motus autẽ
in numeris non exprimitur, cum dicimus: vnum, duo,
tria, quatuor, &c. sed cùm dicimus: semel, bis, ter, qua-
ter: quapropter, vt dixi, non septem & vndecim, sed
septies vndecim, significãt transgressionem, quæ mo-
tu facta est hominis peccãtis, hoc est perfectionis suæ
stabilitatem trãsgrediẽtis cupiditate amplius aliquid
habẽdi: vt tanto pòst per prophetam animę diceretur,
Sperabas si à me discessisses, aliquid amplij̃ te habitu-
ram: ex quo initio superbiæ omnia peccata sylueſcũt:
quæ tamen dimittuntur, cùm septuagiessepties ignoſ
Matth.18.c. cendũ esse ad monemur, vt intelligamus nullũ peccatũ
22. excipi, quod pœnitenti & veniam deprecãti per Eccle
siam, cuius personam Petrus gestat, non dimittatur.
QVÆST. VII. Lucæ 6.b.9. QVOD dicit Dominus Iudæis, de eo qui habebat ma-
num dextram aridam, Interrogo vos, si liceat sabbato
benefacere, an malè: animam saluã facere, an perdere?
Quæritur cũ corp̃. curauerit, quare sic interrogaue-
rit, Si liceat animam saluã facere an perdere: vel dixit
hoc quòd illa miracula propter fidem faciebat, vbi sa-
lus est animę: vel quòd ipsa sanatio mañ dextræ, salu-
tem animæ significabat, quę à bonis operibus cessans,
aridã quodãmodo dextram habere videbatur: vel ani
mam pro homine posuit, sicut dici solet, Tot animę i-
bi fuerunt. QVOD Dominus dicit, Date, & dabitur
QVÆST. VIII. Lucæ 6.c. 38. vobis, mensuram bonã, confertam & coagitatam &
superfluentem dabunt in sinum vestrũ: ex illa senten-
tia accipi potest, qua dicit & alio loco, Vt ipsi recipiãt
Lucæ 16.c. 9. vos in æterna tabernacula: vt plebi præceptum esse vi-
deatur, quod dictũ est, Date & dabitur vobis. Secun-
Luc. 6.b. 9. Gal. 6.b. 6. dum quam sententiã dicit Apostolus, Communicet
qui cathechizatur verbo Dei, ei qui se cathechizat in
Matth.10.d. 42. omnibus bonis. Non enim diceret, Dabunt in sinũ ve-
strũ: nisi quia per illorũ merita, quibus vel calicẽ aquę
frigidæ in nomine discipuli dederint, mercedẽ cęlestẽ
QVÆST. IX. Matth, 1.b. 14. recipere merebũtur. QVOD Dominus dicit, Nũquid
potest cæcus cæcũ ducere? Nõne ambo in foueam ca-
Lucæ 6.f. 39. dent? Fortasse hoc ideo subiũxit, ne sperarẽt à Leuitis
Mat.10.d. 42. se accepturos mensuram illam, de qua dixit, Dabunt
in sinũ vestrũ: quoniã ipsis dabant decimas: quos cæ-
cos dixit, quia Euangeliũ non tenerẽt: vt illam remu-
nerationem per discipulos Dñi potius plebs iã incipe-
ret sperare, quos imitatores suos volens ostendere, ad-
Lucæ. 6.f. 40. didit etiam, Nõ est discipulus super magistrũ. QVOD
Dominus dicit, Omnis qui venit ad me, & audit ser-
QVÆST. X Matth.7.d. 24. Lucæ 6.g. 47. mones meos & facit eos, ostendã vobis cui similis sit.
Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in al-
tũ, & posuit fundamẽtum super petram. Fodere dixit,
humilitate Christiana oĩa terrena exhaurire de corde
suo ne propter aliquid tale Deum colat. In altum au-
tem fodere, donec ad petrã peruenias: in tantũ Chri-
stum gratis sequi, & gratis eum colere, vt non solum
propter superflua, sed nec propter illa quæ videntur
huic vitæ necessaria, & quæ sine culpa à quouis iusto
sumi (& haberi possunt), tamen temporalia atque ter-
QVÆST. XI. Lucæ 7.c. 12. rena sunt, colendus Deus putetur. DE pueris se-
dentibus in foro, & ad inuicem clamantibus conuerso
ordine ad proposita respõdit. Nam quod ait, Lamen-
tauimus, & non plorastis: ad Ioannem pertinet, cuius
abstinentia à cibis & potu, luctum pœnitentiæ signifi-
cabat. Quod autem ait, Cantauimus tibiis, & non sal
tastis: ad ipsum Dominum pertinet, qui vtendo cum

A cæteris cibo & potu, lætitiam regni figurabat. At illi
nec humiliari cũ Ioanne, nec cũ Christo gaudere vo-
luerunt: dicẽtes illũ dæmoniũ habere, istum voracẽ &
ebriosum, & amicũ publicanorũ & peccatorũ. Quod
autem subiungit, Et iustificata est sapientia ab omni-
41.dist. cap. quod dicit. bus filiis suis: ostendit filios sapientiæ intelligere, nec
in abstinendo, nec in manducãdo esse iustitiam, sed in
æquanimitate tolerandi inopiã, & temperantiam per
abundantiam non se corrumpendi, atq; oportunè su-
mendi vel non sumendi ea quorũ non vsus, sed cõcu-
piscentia reprehẽdenda est. Non enim interest omni-
no quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati
corporis, dummodo congruas in generibus alimẽto-
rum his cum quibus tibi viuendũ est. Neq; quantum
sumas multũ interest, cũ videamus aliorũ stomachũ
citius satiari, & eos tamen illi ipsi paruo quo satiantur,
ardenter & intolerabiliter & omnino turpiter in hiare.
B Alios autẽ plusculo quidem satiari, sed tolerabilius
inopiã perpeti, & vel ante ora positas epulas, si id in tẽ-
pore aut opus sit, aut necesse sit, cũ tranquillitate aspi-
cere neque tangere. Magis ergo interest, non quid vel
quantũ alimentorũ pro cõgruentia hominũ atq; per-
sonæ suæ, & p̃ suæ valetudinis necessitate quis capiat:
sed quãta facilitate atque serenitate animi careat, cũ
his vel oporter vel etiã necesse est carere: vt illud in a-
Philip.4.c. 14. nimo Christiani cõpleatur quod Apostol̃ dicit, Scio
& minus habere, scio & abũdare in omnib̃: & in om-
1.Cor.8.c.9. Rom.14.c. 17. nibus imbut̃ sum, & satiari & esurire, & abundare &
penuriam pati. Omnia possum in eo qui me cõfortat.
Et illud, Neq; si manducauerimus, abundabimus: neq;
si non manducauerimus, egebimus. Et illud: Non est
enim regnũ Dei esca & potus, sed iustitia & pax gau-
diũ. Et quia solent homines multũ gaudere de carnali
bus epulis, addidit, In Spiritu sancto. Iustificatur etiã
C sapientia ab omnibus filiis suis, qui intelligunt vtendis
terrenis tempora opportuna esse debere: facilitatẽ verò
carendi talibus, & amorẽ fruendi æternis, non va-
riari oportere per tẽpora, sed perpetuò retineri. QVOD QVÆST. XII. Lucæ. 8. 16.
Dominus ait, Nemo autẽ lucernam accendẽs operit
eã vase, aut subtus lectũ ponit, sed super candelabrum
ponit, vt intrantes videãt lumẽ: qui verbũ Dei timore
carnalium incommodorũ abscondit, ipsam vtiq; carnẽ
p̃ponit manifestationi veritatis, & eã quasi cooperit,
verbũ timendo prædicare: eam itaque vasis & lecti
nomine appellauit, sub quo lucernam ponere ait eum
qui hoc facit. QVÒD in regione Gerasenorũ cura-
QVÆST. XIII. Lucæ 8.d. 27.* uit Dominus cũ in quo erat legio dæmonum: signifi-
catæ sunt gentes quæ multis dæmonibus seruiebant.
Quòd sine vestimẽto erat: non habebat fidẽ, q̃ in do-
mo non habitabat: in conscientia sua non requiesce-
bat. Quòd in monumentis manebat: in mortuis ope-
ribus, hoc est, peccatis, delectabatur. Quòd autẽ com-
pedibus ferreis & catenis ligabatur: significat graues
& duras leges gentiũ, quibus & in eorũ republica pec-
cata cohibentur. Quòd etiã vinculis talibus diruptis
agebatur à dæmonio in eremum: significat quod etiã
ipsis transgressis legibus, ad ea scelera cupiditate duce
batur, quæ iam vulgarem consuetudinem excederẽt.
Quòd autem in porcos pascentes in mõtibus dæmo-
al. propter. nia ire permissa sunt, significat immundos & superbos
homines, quibus dæmonia dominãtur p̃er idolorum
cult̃. Quod autẽ in stagnũ precipitati sunt: significat
quòd iã clarificata est Ecclesia, & liberato populo gẽ-
tium à dominatione dæmoniorum, in abditis agũt sa-
crilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, cæ-
ca & profũda curiositate submersi. Quòd autẽ pasto-
res porcorũ fugientes, ista nũciauerũt: significat quos
dam etiam primates impiorum, quanquam Christia-
nam le-

nam legem fugiant, potentiam tamen eius per gentes
stupẽdo & mirãdo prædicare. Quòd Gerasẽi, p̃deũt
A videre q̃ factũ est, & inueniũt hominẽ vestitũ, & mẽ-
te sana sedere ad pedes Iesu, & cognoscẽtes quid factũ
fit, rogãt Iesum vt ab eis discederet, magno timore pe-
d. sanitate. culsi: significat multitudinẽ vetusta † sua vita delecta-
tã, honorare quidẽ, sed nolle pati Christianam legem,
dũ dicunt quòd eam implere non possint, admirantes
tamẽ fidelem p̃opulum à pristina perdita cõuersatio-
ne sanatum. Quòd ille cupit iam esse cum Christo, &
tamẽ dicitur ei, Redi in domum tuam, & enarra quãta
Philip.1.d. 23. tibi fecit Deus, ex illa Apostoli sententia rectè potest
intelligi, cũ ait, Cupio dissolui & esse cũ Christo, mul-
to magis optimũ, manere in carne necessariũ propter
vos. Vt sic quisque intelligat post remissionẽ peccato-
rũ redeundũ sibi esse in conscietiam bonã, & seruiendũ
Euangelio propter aliorũ etiam salutẽ: vt deinde
etiam cũ Christo requiescat, ne cùm præpropere iam
QVÆST. XIIII. Lucæ 10. a. 1. B vult esse cum Christo, negligat ministeriũ prędicatio
nis, fraternæ redemptioni accõmodatum. DE septua-
ginta duobus discipulis. Sicut viginti quatuor horis
totus orbis peragitur atq; à sole lustratur: ita mysteriũ
illustrãdi orbis per Euangeliũ Trinitatis in septuagin-
ta duobus discipulis intimatur. Viginti quatuor
enim ter in septuaginta duobus ponimus. Quod
autem binos mittit, sacramentum est charitatis. Siue
QVÆST. XV. Lucæ 11.c. 31. quia duo sunt charitatis præcepta, siue quia omnis
charitas minus quã inter duos esse non potest. QVOD
Dominus dicit, Si lumẽ quod est in te tenebræ sunt, ip
sę tenebrę quantę erunt? Lumen dicit bonam inten-
tionem mentis, qua operamur: tenebras autẽ ipsa opera
appellat. Siue quia ignoratur ab aliis quo animo il-
la faciamus, siue quia eorũ exitũ etiam ipsi nescimus:
id est, quomodo exeant atq; proueniant eis quib̃ nos
ea bono animo impẽdimus. Plerunq; enim beneficiis
C nostris malè vtendo corrũpuntur, quibus nos ea mi-
sericorditer beneuola intentione præstamus. NVNC
QVÆST. XVI. Lucæ 11.c. 39. vos Pharisæi quod de foris est calicis & catini munda-
tis. Hinc & deinceps quod dicit in Pharisæos & legis
Lucæ 9.f.51. doctores, hoc est quod superĩ dixit: Offirmauerat fa-
ciem in Hierusalem, vt eis apperẽt vera diceret vitia
QVÆST. XVII. Lucæ 11.c. 20. & peccata eorũ. IDEO dicitur spiritus sanctus digitus
Dei propter partitionẽ donorũ quæ in eo dãtur, vni-
cuiq; propria, siue hominũ siue angelorũ: in nullis enĩ
mẽbris nostris magis apparet partitio, quã in digitis.
QVÆST. XVIII. IEIVNIVM aut in tribulatione est, aut in gaudio. In tri
bulatione, ad propitiandũ Deum pro peccatis: in gau-
dio verò, cũ tanto minus delectant carnalia, quãto spi-
Lucæ 5.f. 35.* ritaliũ maior fagina est. Cùm ergo Dominus interro-
gatus esset, cur discipuli eius non ieiunarẽt, de vtroq;
Matth. 9. b. 14. ieiunio respondit. Nãq; ad illud quod in tribulatione
ieiunari solet, pertinet quod ait, sponsi filios tunc ieiu-
D naturos, cùm ab eis ablatus fuerit sponsus: tunc enim
desolabuntur, & in mœrore ac luctu erunt, donec eis
per Spiritum sanctum gaudia cõsolatoria retribuan-
tur. Quo dono percepto, etiam ieiunij alterũ genus
quod fiat per lætitiam, iam renouati in vitam spiritalẽ
conuenientissimè celebrabunt. Quod antequam ac-
cipiant, dicit eos tanquam vetera vestimenta, quibus
inconuenienter nouus pannus assuitur, id est, aliqua
particula doctrinæ, quæ ad nouæ vitæ temperantiam
pertinet. Quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodammo
do scinditur, cuius particula quæ ieiunium ciborum
valet, importunè traditur, cùm illa doceat generale ie-
iunium, non à concupiscentia ciborum tantùm, sed
ab omni lætitia temporalium delectationum: cuius
quasi pannum, id est, partẽ aliquam quę ad cibos per-
tinet, dicit nõ oportere hominibus adhuc veteri con-

A suetudini deditis impertiri, quia & illinc quasi conci-
sio videtur fieri, & ipsi vetustati nõ conuenit. Dicit e-
tiã similes eos esse veteribus vtribus, quos vino nouo,
id est, spiritalibus præceptis facilius dirũpi, quã illud
continere posse dicit. Erant autẽ iã vtres noui, cũ post
Actã.d.1. ascensum Domini desiderio consolationis eius oran-
do & sperando innouabãtur. Tunc enim acceperunt
Spiritũ sanctũ, quo impleti cũ omniũ qui de diuersis
gentibus aderant linguis loquerentur, dicti sunt mu-
sto pleni. Nouũ enim vinũ iam nouis vtribus venerat.
QVÆST. XIX. Lucæ. 10. c. 30.* HOMO quidam descendebat ab Hierusalem in Hie-
richo: ipse Adam intelligitur in genere humano. Hie-
rusalem ciuitas pacis illa est cęlestis à cuius beatitudi-
ne lapsus est. Hierico Luna interpretatur, & significat
mortalitatẽ nostrã, propter hoc q̃ nascitur, crescit, se-
nescit. Et incidit in latrones, diabolũ & angelos eius,
qui eum spoliauerant immortalitate, & plagis impositis
peccata suadendo, reliquerunt semiuiuum: quia ex
B parte qua potest intelligere & cognoscere Deum, vi-
uus est homo: ex parte qua peccatis cõtabescit & pre-
mitur, mortuus est, & ideo semiuiuus dicitur, Sacer-
dos autem & Leuita, qui eo viso præterierunt, sacer-
dotiũ ministeriũ veteris testamenti significãt, quæ nõ
poterãt prodesse ad salutẽ. Samaritanus custos inter-
pretatur, & ideo ipse Dominus significatur hoc nomi
ne. Alligatio vulnerũ, est cohibitio peccatorũ. Oleũ:
consolatio spei bonæ, propter indulgentiam datam ad
reconciliationem pacis. Vinum, exhortatio ad ope-
randũ feruentissimo spiritu. Iumentũ eius est caro, in
qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumẽto, est in
ipsã incarnationẽ Christi credere. Stabulũ est ecclesia
vbi reficiũtur viatores de peregrinatione redeuntes in
æternã patriã. Altera dies est post resurrectionem Do-
Matth.22.d. 37. mini. Duo denarij, sunt duo præcepta charitatis,
C quã per Spiritum sanctũ acceperũt Apostoli ad euan-
Matth.19.d. 29. gelizandũ cæteris: vel promissio vitæ præsentis & futu
ræ. Secundũ enim duas promissiones dictum est, Ac-
cipiet in hoc seculo centies tantũ, & in seculo futuro
vitã æternã consequetur. Stabularius ergo est Aposto-
1.Cor.7.c. 25. lus. Quod supererogat aut illud est consiliũ quod ait,
De virginibus autẽ præceptũ Domini nõ habeo, cõ-
siliũ autẽ do: aut quod etiã manibus suis operatus est,
ne infirmorũ aliquẽ in nouitate Euangelij grauaret,
2.Tess.3.c. 9. cùm ei liceret pasci ex Euangelio. QVOD Martha ex-
QVÆST. XX. Lucæ 10. g. 39.* cepit illũ in domũ suam: significat Ecclesiã quæ nunc
est, excipientem Dominum in cor suum. Maria
soror eius quæ sedebat ad pedes Domini, & audiebat
verbũ eius: significat eandem Ecclesiã, sed in futuro
seculo, vbi cessans ab opere ministerióque indigentię,
sola sapiẽtia perfruetur. Martha ergo occupata est cir-
ca multũ ministeriũ, quia nũc talibus operibus exer-
D cetur Ecclesia. Quod autẽ quæritur quòd se soror eius
non adiuuet, occasio datur sententiæ Domini qua o-
stẽdit istam Ecclesiam solicitam esse & turbari circa
plurima, cùm sit vnũ necessariũ, ad quod per ministe-
rij huius merita peruenitur. Mariam verò dicit o-
timã partẽ elegisse, quæ nõ auferetur ab ea: & ideo
intelligitur optima, quia & per hanc ad illã tenditur,
& nõ auferetur. Illa verò pars ministerij, quãuis sit bo-
na, tamẽ auferetur, quãdo indigentia, cui ministratur,
trãsierit. AMICVS ad quẽ venitur media nocte vt ac-
QVÆST. XXI. Lucæ 11. d. 5.* commodet tres panes, vtique ad similitudinem poni-
tur, secundum quam quis Deum rogat in media tri-
bulatione constitutus, vt ei tribuat intelligentiam tri-
nitatis, qua præsentis vitę consoletur labores. Sed cõ-
paratio est à minore. Si enim amicus homo surgit de
lecto & dat, non amicitia, sed tædio compulsus, quan-
to magis Deus dat, qui sine tedio largissimè donat

quod petitur, sed ad hoc se peti vult, vt capaces donorum eius fiant qui petunt. In trib⁹ autē panibus etiā illud significatur, vnius esse substantiæ trinitatē. Amicus autē quē dicit ille qui petit venisse de via, & nō se habere quod ponat ante illū: intelligitur hominis appetitus qui debet obtēperare rationi. Seruiebat autē consuetudini temporali, quā viam vocat propter omnia per tēpus transeuntia. Conuerso autē homine ad Deū, etiam ille appetitus à consuetudine reuocatur: sed si non consolatur interius gaudiū de doctrina spiritali qua creatoris trinitas prædicatur, magnæ angustiæ sunt in homine quē premit ærūna mortalis, cū ab iis quæ foris delectant præcipitur abstinētia, & intus non est refectio de lætitia doctrinæ † salutaris: & ista angustia est media nox, qua cogitur vehemēter instare petendo vt accipiat tres panes. Quod autem ei dicitur de intus, iā ostium clausum esse, pueros quoq; eius cū eo in cubili esse, significat tēpus tamis verbi, cū intelligentia clauditur, & illi qui Euāgelicā sapientiā tā quā panē erogātes, per orbē terræ prædicauerūt, pueri patris familiās: iā sunt in secreta quiete cū Domino: & tamē orando efficitur vt accipiat desiderās intellectū ab ipso Deo, etiā si homo desit per quē sapientia prædicetur. De pane, pisce, & ouo, quibus cōtraria posuit lapidem, serpentē & scorpionē intelligitur panis charitas: propter maiorē appetitū, & tā necessariū vt sine illa cętera nihil sint, sicut sine pane mēsa est inops. Cui cōtraria est cordis duritia, quā lapidi cōparauit. Piscis autē intelligitur fides inuisibiliū, vel propter aquā baptismi, vel quia de inuisibilib⁹ locis capitur. Quod etiam fides huius mundi fluctibus circūlatrata no frangitur, rectè pisci cōparatur. Cui contrariū posuit serpentē propter venena fallaciæ, quæ etiā primo homini malè suadēdo præseminauit. In ouo ꝓfelligitur spes: ouū enim nondū est fœtus perfectus, sed fouēdo speratur. Cui contrariū posuit scorpionē, cuius aculeus venenatus retrò timendus est: sicut spei contrariū est retro respicere, cùm spes futurorū in ea quæ ante sunt se extendat. De eo quod dicit Dominus scribis vel doctoribus Iudæorū, Tulistis clauē scientiæ, & ipsi nō introistis, & eos qui intrabant prohibuistis. Accipiendū quod in scriptura de humanitate Christi dicitur, quàm nec ipsi intelligere, nec ab aliis intelligi volebāt.

Qvod Dominus dicit discipulis anima plus est quā esca, & corpus quàm vestimentum: sic accipiendum vtique: si hoc tibi dedit quod plus est, quanto magis dabit quod minus est. Qvod Domin⁹ dicit, Sint lūbi vestri præcincti, propter cōtinentiam ab amore rerum secularium: lucernæ ardentes: hoc ipsum vt vero fine & recta intentione faciatis. Qvod Dominus dixit Petro, Quis putas est fidelis dispensator & prudēs, quem constituet Dominus super familiam suā, vt det illis in tempore tritici mensuram. Mensurā dicit propter modum capacitatis quorumque audientium.

Qvod Dominus dicit, Cùm videritis nubem orientem ab Occasu: carnem suam à morte resurgentē significat, Ex illo enim omnibus terris imber Euangelicæ prædicationis infusus est. Austrum flantem ante æstus, tribulationes leuiores ante iudicium.

Qvod Dominus dicit, Si enim quod minimum est non potestis, cùm de augenda corporis statura diceret. Minimum est enim hoc, sed Deo corpora ꝓperanti. Cvm diceret discipulis, non debere habere sollicitudinem de cibis, ait, Et nolite in sublime extolli. Primò enim hæc ad necessitatem implendam homo quærit: cùm autem hæc abundauerint, incipit insolescere & superbire de talibus. Tale est hoc ac si se vulneratus quis iactet quis habeat multa emplastra

al. spiritualis.

Q. ABST. XXII. Lucæ 11. b. 11.

Q. ABST. XXIII. Lucæ 11. g. 52.

Q. ABST. XXIIII. Lucæ 12. c. 23. Matth. 6. d. 25.

Q. ABST. XXV. Lucæ 12. e. 36.

Q. ABST. XXVI. Lucæ 12. c. 42.

Q. ABST. XXVII. Lucæ 12. g. 54.

Q. ABST. XXVIII. Lucæ 12. c. 25. al. op. vari.

Q. ABST. XXIX. Lucæ 12. c. 29.

A in domo, cū hoc illi bonum esset vt vulnera nō haberet, & ne vno quidem indigeret emplastro. Cogruenter hydropicū animali quod cecidit in puteū, cōparauit: humore enim laborabat: sicut & illam mulierem quam decem & octo annis alligatam dixerat, & ab eadem alligatione soluebat, cōparabat iumēto quod soluitur vt ad aquam ducatur. Hydropicū autem rectè comparamus diuiti auaro: Sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitiis quibus nō bene vtitur, tanto ardentius talia cōcupiscit. Illam verò ita morbo incuruatam vt se erigere non posset, animæ assimilauit terrenis opinionibus debilitatæ vel oppressę, ita vt diuina cogitare non valeat. Qvòd de ciuitate adducit inuitatos ad cœnam: de ipsa gente Iudæorū, qui crediderunt significat debiles peccatis, non habētes superbiam quasi iustitię, quę mēdax primates eorum à gratia prohibebat. B Quod autem de sepibus & viis alios adduci iussit, cū adhuc locus esset: gentes significat, propter diuersas vias sectarū, & spinas peccatorum. Svmptvs ad turrim ędificandam, vires sunt ad discipulatum Christi obtinendum: & decem milia præliaturi cum rege qui habebat xx. milia, ostendunt simplicitatem Christiani populi dimicaturi cum duplicitate diaboli, hoc est, cū dolis & fallaciis eius, in affectū constituti renunciātis omnibus quæ sunt eius. Ita enim concludit, Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnib⁹ quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Inter quæ omnia etiam ipsa tēporalis vita intelligatur, necesse est: quam oportet sic possidere ad tēpus, vt non impediat ab æterna, qui eam fuerit minat⁹ auferre. Sicut autem de turri non perfecta, per opprobriū deterruit dicentiū, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consumare. Sic in rege cū quo C dimicandū est, ipsam pacē accusauit, cū ait, Adhuc illo longè agente, legationē mittēs rogat ea quæ sunt pacis: significans minas imminentiū à diabolo tentationū, non sustinere homines qui non renunciant omnibus quæ possident, & pacē cū eo facere consentiendo illi ad committenda peccata. Turrim quippe illam ædificare, & contra regem illū dimicare, esse discipulū Christi est: habere autē sumptus ad perficiendātur rim, & habere fortia decē milia contra viginti milia regis, renunciare est omnibus quæ sunt eius. Salem infatuatū apostatā dixit: ouem perditā omnes peccatores dixit, qui per pœnitentiam reconciliantur Deo. Quū humeris suis portat, quia humiliando se tales erexit. Ideo autē illas nonagintanouē dixit, quas reliquit in deserto, quia superbos significat, tanquā solitudinē gerentis in animo, dum solos se videri volunt, quibus ad perfectionem vnitas deest. Cùm enim quisq; à vera vnitate diuellitur, superbia diuellitur, suæ quippe potestatis esse cupiens, non sequitur vnū, quod Deus est. Ideoq; & in nonagintanouem ouibus & in nouem drachmis ponit eorum significationē, qui de se præsumentes peccatoribus ad salutem redeuntibus se præponunt: vnū enim deest ad nouuem, vt decem sint, & ad nonagintanouem vt centum sint. Et si per cæteros numeros hoc consideres, hoc euenit. Nam & nōgentis nonagintanouem, vnum deest vt mille sint, & ad nouem milia, nongentos nonagintanouem, vnū deest vt decem milia sint. Variari ergo per breuitatem & magnitudinem numeri possunt, quibus vnum deest vt perficiantur. Ipsum verò vnum sine varietate in se manens cùm accesserit preficit, cui deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos, quæ humilitate obtinetur. Homo habens duos filios, Deus ad duos populos intelligitur, tāquam stirpes duas generis hu-

Lucæ 14. c. 15.

Ibid. 13. d. 1.

Q. ABST. XXX. Lucæ 14. c. 21.*

Q. ABST. XXXI. Lucæ 14. f. 28.*

Q. ABST. XXXII. Lucæ 14. g. 34. & cap. 15. a. 4.*

Q. ABST. XXXIII. Lucæ 15. c. 11.*

mani:

mani: vnam eorum qui permanserunt in vnius Dei cultu, aliam eorum qui vsque ad colenda idola deseruerunt Deum. Ab ipso autē exordio creaturæ mortalium consideratio debet intelligi vel intendi. Maior ergo filius ad cultum vnius Dei pertinet. Minorem in regionem longinquam profectū esse dicit. Petiit enim vt sibi pars substantiæ quæ eum tangeret, daretur à patre, tāquam anima sua potestate delectata, id quod illi est viuere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere. Omnia ista diuina sunt munera, quæ in potestatem accipiens per liberum arbitrium, quia diuisit pater liberis substantiam, minor filius in regionem lōginquam profectus est, male vtendo naturalibus bonis, eo ipso quòd partem deseruit cupiditate fruendi creatura, relicto ipso creatore. Quod non post multos dies dixit factum, vt congregatis omnibus peregrè proficisceretur in regionem longinquam: quia nō multo post institutionē humani generis placuit animæ per liberū arbitriū serre secum quandam velut potentiā naturæ suæ, & deserere eum à quo condita est præsidens viribus suis, quas vires tanto consumit citius, quāto cū deserit à quo datæ sunt. Itaque hanc vitā prodigā vocat amantem fundere atque spatiari pompis exterioribus intus innascentem, cum ea quisque sequitur quæ ab illa procedūt, & relinquit eum qui sibi est interior. Regio itaque longinqua, obliuio Dei est, fames autē in illa regione est indigētia verbi veritatis. Vnus ciuiū regionis illius, aliquis aëreus princeps, ad militiam diaboli pertinens. Villa eius, modus potestatis eius. Porci, immūdi spiritus qui sub ipso sunt. Siliquæ quibus porcos pascebat, seculares doctrinæ steriles vanitate resonātes, de quibus laudes idolorū fabularum q̄ ad deos gentiū pertinentium vario sermone atque carminib⁹ percrepant, quibus dęmonia delectantur. Vnde cùm iste saturari cupiebat, aliquid solidum & rectum quod C ad beatā vitam pertineret, inuenire volebat in talibus & nō poterat. Hoc est enim quod ait, Et nemo illi dabat. In se autem reuersus, iā scilicet ab eis quæ foris secus frustra illiciunt & seducunt, in conscientiā interiorem reducē faciens intentionem suam dixit, Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Vnde hoc scire poterat, in quo erat tanta obliuio Dei, sicut in omnibus idololatris fuit, nisi quia iste recogitatio iam resipiscentis est, cùm Euangeliū prædicaretur? Iā enim poterat talis anima duertere multos prædicare veritatē, inter quos quidam essent non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate, cōparandorū secularium cōmodorū. De quibus dicebat Apostolus, esse quosdā qui Euangeliū annunciarent non castè, existimātes quæstū esse pietatem. Non enim aliud annunciabant sicut hæretici: sed hoc quod apostolus Paulus, non eo tamen animo quo apostolus Paulus: vnde & mercena D rij rectè appellantur, in eadē quidē domo eundem panē verbi tractantes, non tamen in hæreditatem æternā vocati, sed temporali mercede conducti. De talibus dictū est, Amen dico vobis, perceperūt mercedem suā. Ego ergo, inquit, hīc fame pereo. Deinde ait, Surgam, quia iacebat: Et ibo, quia lōgè aberat. Ad patrem meū quia sub principe porcorum erat. Cætera verba sunt pœnitentiam meditantis in confessione peccati, nondum tamen agētis. Non enim iam dicit patri, sed dicturum se esse promittit cùm venerit. Intelligas igitur hoc nūc accipiendū esse venire ad patrē, in Ecclesia cōstituti per fidē: vbi iam possit esse peccatorum legitima & fructuosa confessio. Quid ergo patri dicturū se dicit? Pater peccaui in cælum & coram te, & iā non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnū de mercenariis tuis: vtrum hoc est, Peccaui in cælū: quod est, coram te: vt cælum appellauerit ipsum sublimitatem patris. Vnde est etiam illud in Psalmo, A summo cælo egressio eius, cùm ab ipso patre vellet intelligi. An potiⁿ Peccaui in cælum, coram sanctis ānimis, in quibus est sedes Dei. Coram te autem in ipso penetrali interiore conscientiæ. Et surgens venit ad patrē suum. Cùm autem adhuc longè esset, antequam intelligeret Deum, sed tamen cùm iam piè quæreret, vidit illum pater ipsius. Impios enim & superbos conuenienter non videre dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, non nisi quidiliguntur dici solent. Et misecordia mot⁹ est. Et accurrēs cecidit super collū eius. Non enim pater vnigenitū filium deseruit, in quo vsque ad nostrā longinquam etiā peregrinationem cucurrit atque descendit, quia Deus erat in Christo mūdū reconcilians sibi. Et ipse Dominus ait, Pater in me mānens ipse facit opera sua. Quid est autē, super collū eius cadere: nisi inclinare & humiliare in amplexum eius brachium suum, & brachium Domini cui reuelatum est? Quod est vtique Dominus noster Iesus Christus. Et osculatus est illum: id est cōsolati verbo gratię dei ad spē indulgētię peccatorū, hoc est, post longa itinera remeantē, mereri à patre osculū charitatis. Et incipit iam peccata constitutus in ecclesia cōfiteri. Nec dicit omnia quæ dicturum se esse promiserat, sed vsq; ad illud, Nō sum dignus vocari filius tuus. Hoc enim vult fieri per gratiam, quod se indignum esse per merita fatetur. Nō addit quod in illa meditatione dixerat, Fac me sicut vnū de mercenariis tuis. Cùm enim panē non haberet, vel mercenarius esse cupiebat: quod post osculum patris generosissimè iam dedignatur. Stola prima est dignitas quam perdidit Adam. Serui qui cā proferunt, reconciliationis prædicatores. Annulus in manu, pignus est spiritus sancti propter gratiæ participationem, quę digito Dei bene significatur. Calciamēta in pedes, præparatio euangelizandi ad non tangēda terrena. Vitulus saginatus ipse item Dominus, sed secūdum carnem satiatus oꝑprobriis. Quod autē imperat vt adducāt eū, quid aliud est, nisi vt prædicent eū, & annunciando venire faciant in exhausta fame viscera filij esurientis? Nā etiam vt occidant eūm iubet, hoc est, vt mortē eius insinuent. Tunc enim cuique occiditur, cùm credit occisum. Et epulemur, inquit: hoc ad lætitiā valet, propter illa quę consequenter dicit, Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et istę epulæ atque festiuitas nunc celebrātur ꝑ orbē terrarū, Ecclesia dilatata atq; diffusa. Vitul⁹ enim ille in corpore & sanguine Dominico & offertur patri, & pascit totā domū. Cùm interea maior filius, populus Israël secundum carnem, non quidē profect⁹ in longinquam regionem, sed tamē in domo non est. In agro autē est, id est, in ipsa hæreditaria opulētia legis & prophetarum, terrena potius operatur, & in quibuscūque † Israëlitis cōsiderationibus. Nā multi tales inuenti sunt in eis, & sæpe inueniūtur. Veniēs de agro domui propinquare cœpit, id est, labore seruilis operis improbato, ex iisdē scripturis ecclesiæ libertatē consideraui. Audit symphoniā & chorū, scilicet spiritu plenos vocibus consonis Euangeliū prædicare. Quibus dictū est, Obsecro vos fratres per nomē Domini nostri, Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes. Audit quoq; cōcorditer cōuersantiū animā, & cor vnū in laudes dei. Vocat vnū de seruis, & interrogat quæ illa sint. Sumit vtique ad legēdū aliquē prophetarū, & in eo quærens quodammodo interrogat, vnde ista festa in Ecclesia celebrantur, in qua se esse non videt. Respondet ei seruus patris propheta Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulū saginatum, quia saluum illum recepit.

Psal. 18. b. ꝑ

2. Cor. 5. d. 19. Ioan. 14. b. 10.

Esaiæ 53. a. 1.

al. Israelitis.

1. Cor. 1. b. 10.

Philip. 1. e. 17. 1. Tim. 6. a. 3. & 6.

Math. 6. a. 6.

Esaiæ. 42. b. 10. Psal. 63. a. 3. Psal. 12. d. 9.

In extremis enim terræ fuit frater tuus. Sed inde maior exultatio cantantium Domino canticũ nouum, quia laus eius ab extremis terræ, & propter eũ qui absens erat, occisus est vir in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatẽ: quia quibus non est narratũ de eo videntur, & qui non audierant, intellexerunt. Sed indignatur etiã nũc, & adhuc non vult introire. Cũ ergo plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tẽpore pater eius, vt etiã omnis Israël saluus fiat: ex cuius parte cæcitas facta est velut absentia in agro, donec plenitudo filij minoris longè in idololatria gentiũ cõstituti redux ad manducandũ vitulum intrarit. Erit enim quandoque aperta vocatio Iudæorũ in salute Euangelij. Quã manifestationem vocationis, tanquã egressum patris appellat ad rogãdũ maiorẽ filiũ. Deinde quæ respõdet idẽ maior filius, duas quęstiones habent. Quomodo videlicet accipiatur ille populus nũquã mandatũ Dei præteriisse. Et quem dicat hædum quem nũquã accepit, vt cum amicis suis epularetur? Sed de mãdato nõ prætergresso facilè illud occurrit: neque de omni mãdato dictũ esse, sed de vno maximè necessario, quo nullũ Deum aliũ pręter omniũ creatorẽ colere iussus est: neque iste filius in omnibus Israëlitis, sed in his intelligitur habere personam, qui nũquã ab vno Deo ad simulachra conuersi sunt. Quanquã enim tanquã in agro positus iste filius terrena desideraret, ab vno tamẽ Deo ista desiderabat bona quãuis cõmunia cũ pecoribus. Vnde in Psalmo ex persona synagogæ quod interpretatur Asaph, conuenienter accipitur dictum, Quasi pecus factus sum † apud te, & ego semper tecũ. Quod etiã patris ipsi⁹ testimonio cõprobatur, cũ dicit, Tu mecũ es semper. Nõ enĩ quasi mentientem redarguit, sed secũ perseuerantiã eius approbãs, ad perfruitionẽ potioris atq; iocũdioris exultationis inuitat. Quis est ergo hędus quem nunquã accepit ad epulãdum? Peccator profectò hædi nomine ſignificari solet. Sed absit vt Antichristũ intelligã. Non enim exitum inuenio huiusce sententiæ. Multũ enĩ absurdum est, cum cui dicitur, Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, vt Antichristo crederet. Neque omnino in eis Iudæis qui Antichristo crediturí sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autẽ epularetur ex illo hædo, si ipse esset Antichrist⁹, q̃ ei nõ crederet? Aut si hoc est epulari ex hædi occisione, quod est de Antichristi perditione lętari, quomodo dicit filius quẽ recipit pater hoc sibi nõ fuisse cõcessum, cùm oẽs filij Dei de illius aduersarij dãnatione lætaturi sunt? Nimirum ergo (quod in re obscurissima sine præiudicio diligentioris inquisitionis dixerim) ipsum dominũ sibi negatũ ad epulãdum cõqueritur, dum eum peccatorẽ putat. Cùm enĩ hædus est illi gẽti: id est, cùm eũ sabbati violatorẽ & prophanatorẽ legis existimat, iocundari epulis eius nõ meruit: vt quod ait, Nunquã dedisti mihi hædum vt cum amicis meis epularer: tale sit ac si diceret, cum q̃ mihi hædus videbatur, nũquã dedisti mihi ad epulãdum, eo ipso mihi illum nõ cõcedẽs, quo mihi hædus videbatur. Quod autẽ dicit, cũ amicis meis, aut ex persona principum cũ plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosolymitani cum cæteris populis Iuda. Meretrices autẽ cum quib⁹ dissipasse substantiã suã filius minor accusatus est, rectè intelligũtur superstitiones, relicto vno cõnubio legitimo verbi Dei, cũ turba dęmoniorum, cupiditate turpissima fornicari. Quid deĩde sibi vultq; cùm pater diceret tumecũ es sẽper, quod iã tractatũ est addidit: Et oĩa mea tua sunt? qua in re primò cauẽdũ est, ne intelligas ita dictũ, omnia mea tua sunt, quasi nõ sint & fratris, aut tanquã in terrena hæreditate patiaris angustias, quomodo posit

Exod. 20. a. 3.

Psal. 27. c. 23. vel. ad.

A omnia esse maioris, si habet ibi & iunior partẽ suam. Sic enim à perfectis & purgatis, ac iã immortalibus filiis habentur omnia, vt sint & omniũ singula, & omnia singulorũ. Vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Sed quomodo omnia? Nũ & angelos, ait aliquis, & virtutes sublimes ac potestates, atque vniuersa cælestia Dei ministeria Deus in possessionẽ tali filio subiecisse putandus est? Si possessionẽ sic accipias, vt eius possessor ipse sit Dominus, non vtiq; omnia. Non enim Domini erunt, sed cõsortes potius angelorũ, de quibus dictum est: Erũt enĩ æquales angelis Dei. Sin verò possessio sic intelligitur, quomodo rectè dicimus possidere animas veritatẽ, nõ inuenio: cur non verè ac propriè accipere possimus omnia quæ dicta sunt omnia. Non enim illud ita loquimur vt dominas veritatis dicamus animas quã abeis dicimus possideri. Aut si nomine possessionis † adhuc sensũ impedimur, id quoq; auferatur. Nõ enim ait B pater omnia in possessionẽ tibi dabo: siue omnia mea possideas vel possidebis, sed omnia mea tua sunt: nec tamen ita sunt eius, vt ipsius Dei. Quod enim est in nostra pecunia, potest familiæ nostræ vel alimentũ esse vel ornamentũ, vel aliquid huiusmodi. Et certè cùm ipsum patrẽ rectè ille posset suũ dicere, nõ video quæ ipsius rectè sua vocare nõ possit, diuersis duntaxat modis. Cùm enim beatitudinem illam obtinuerimus, nostra erũt ad viuẽdũ superiora, nostra erunt ad conuiuẽdũ æqualia, nostra erunt ad dominandũ inferiora. Cõgaudeat ergo securissim⁹ maior frater, quia iunior frater mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus est. In villico quẽ Dominus eiiciebat de villicatione, & laudauit eũ quod in futurũ sibi prospexerit, nõ omnia debemus ad imitãdũ sumere. Nõ enim aut Domino nostro faciẽda est in aliquo fraus, vt de ipsa fraude eleemosynas faciamus: aut eos à quib⁹ recipi volum⁹ in tabernacula æterna, tãquã debitores Dei & Domini nostri fas est intelligi: cũ iusti & sancti significẽtur hoc loco q̃ eos introducãt in tabernacula æterna, qui necessitatib⁹ suis terrena bona cõmunicauerint: de quib⁹ etiã dicit quòd si quis alicui eorum calicẽ aquæ frigidæ dederit tantũ in nomine discipuli, nõ perdet mercedem suam: sed etiam econtrariò dicũtur istæ similitudines, vt intelligamus si laudari potuit ille à Dño qui fraudẽ faciebat, quãto amplius placent Domino Deo, qui seũdũ eius præceptũ illa opera faciũt: sicut etiã de iudice iniquitatis qui interpellabatur à vidua, cõparationẽ duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus cõferendus est. Quod autẽ de centum cadis olei quinquaginta scribi fecit à debitore, & de cẽtũ coris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, nisi vt ea quæ similiter in sacerdotes, atq; in Leuitas Iudæi, D quisq; operatur in Christi Ecclesia, abũdet iustitia eius super scribarũ & pharisæorũ, vt cũ illi decimas darẽt, isti dimidias dẽt: sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zacheus. Aut certè duplicet decimã, aut duas decimas dando superet impendia Iudæorũ. Mãmona verò iniquitatis ideo à Domino appellata est ista pecunia quã possidemus ad tempus, quia Mammona diuitię interpretãtur. Nec sunt istæ diuitię nisi iniquis, qui in eis constituũt spem atq; copiã beatitudinis suæ. A iustis verò cùm hæc possidentur, est quidẽ ista pecunia, sed non sunt tamen illis diuitiæ nisi cælestes & spiritales, quibus indigentiam suam spiritaliter supplentes exclusa egestate miseriæ, beatitudinis copia ditabũtur. QVOD dicit: Si in alieno fideles nõ fuistis: alienas appellat terrenas facultates: quia nemo eas secum moriẽs aufert, hoc est, quod dicit Dauid, Ne timueris cũ diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria

Matt. 22. c. 30.

al. ab hac.

Matth. 10. d. 42.

Lucæ 18. a. 2.

Matth. 5. c. 20. Lucæ 19. b. 8.

QVÆST. XXXV. Lucæ 19. c. 12. Psal. 48. c. 17.

domus eius: quoniam non cùm morietur accipiet omnia, neque simul descendet cum eo gloria eius. A

QVAEST. XXXVI. Lucæ 16. c. 13.

QVOD ait: Aut vnũ odiet, & alterum diliget, aut vni adhærebit, & alterũ contẽnet: non sine consideratione distinguẽda sunt. Nõ enim passim aut quasi temerè dicta sunt. Non enim interrogatus vtrũ diligat diabolũ, respondet se diligere, sed potius odisse. Deũ autẽ se diligere oẽs ferè proclamant. Ergo aut vnũ odiet, & alterũ diliget, vt fieri debet: odiet scilicet diabolũ, diliget verò Deũ. Quod verò adiunxit, Aut alteri adhærebit, aut alterũ contẽnet. Adhærebit scilicet diabolo, cùm quasi eius præmia tẽporalia sectatur, cõtemnet autem Deum. Non dixit odiet, sed cõtẽnet: sicut solẽt minas eius postponere cupiditatibus suis, qui de bonitate ei⁹ ad impunitatẽ sibi blandiuntur. Quibus per Salomonẽ dicitur: Fili ne adiicias peccatũ super peccatũ, & dicas, Miseratio Dei magna est. REGNVM cælorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud. Nõ solum vt quisq; ista cõtẽnat, sed etiã linguas deridẽtium se talia contẽnentẽ: hac enim vi facta inuadit quodam modo quasi prædator violẽtus regnũ cęlorũ: hoc enim subiunxit: Euãgelista, cũ dixisset derisum fuisse Iesum à pharisæis, cũ de contẽnendis terrenis diuitiis loquerentur. HOMO quidã erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie splendidè: & cætera. Per allegoriã sic accipi possunt, vt in diuite intelligantur superbi Iudæorũ, ignorantes Dei iustitiã, & suã volentes cõstituere. Purpura & byſſus, dignitas regni est. Et auferetur, inquit, à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽti facienti iustitiã. Epulatio splendida, iactantia legis est, in qua gloriabãtur plus ad põpã elationis abutẽtes ea, quàm ad necessitatẽ salutis vtẽtes. Mendicus autẽ nomine Lazarus, quod interpretatur adiutus, significat indigentem, veluti gentilem aliquem aut publicanũ, qui tanto magis adiuuatur, quanto minus de suarũ copia facultatũ præsumit. Tales erant illi duo qui orabãt in templo, vnus publicanus, & alter pharisæ⁹. Diues ergo dicit tanquã satiatus iustitia, non inter illos beatos numerand⁹ qui esuriunt & sitiũt iustitiam: Gratias tibi ago, quia nõ sum sicut publican⁹ iste. Pauper autem qui se adiuuari desiderat, dicit: Propitius esto mihi peccatori. Desiderat tamen saturari de micis q̃ cadunt de mensa diuitis iacens ad ianuam. Non enim admitteba tur ad epulas eius, qui nec bene illis vtebatur, nec egenti dabat, tanquam scriba habens claues regni cælorũ, nec ipse intrans, nec alios intrare permittens. Micę cadentes de mensa diuitis, sunt quędam verba legis, q̃ illi iactantes quasi proiiciebant in terram, cũ superbè populo loquerentur. Vlcera autem sunt cõfessiones peccatorũ, velut mali humores à visceribus intimis foras erũpentes. Canes qui ea lingebãt, nequissimi homines sunt amãtes peccata, qui lata lingua etiam laudare nõ cessant opera mala, quæ in se alius gemens & cõfitens detestat. Sinus Abrahæ, requies est beatorũ pauperũ, quorũ est regnũ cælorũ, in quo post hanc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, pœnarũ profunditas, q̃ superbos & immisericordes post hãc vitam vorat. Quos tamen Dominus in ista narratione dicit videre de longĩquo, atq; sentire beatorũ requiem, quò sanè transire non possunt. Quòd autem linguam illi vult refrigerari, cùm in flamma vtiq; totus arderet, significat quod scriptum est: Mors & vita in manibus linguæ: & quia ore confessio fit ad salutem, quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti vel minimam operationem misericordiæ significat, qua per spiritum sanctum subuenitur. Cùm autem ei dicitur: Recepisti bona in vita tua, illud tangitur, quia felicitatem dilexit seculi, nec aliam vitam præter istam in qua super-

QVAEST. XXXVI. Lucæ 16. d. 19.* Rom. 10. a. 3. Matth. 22. d. 43.

Lucæ 18. b. 10.

Matth. 5. a. 6.

Lucæ 11. g. 52.

Prou. 18. d. 20. Rom. 10. c. 10.

bus tumebat, amauit. Lazarũ autem mala dicit recepisse, quia intellexit huius vitæ mortalitatem; labores, dolores, & ærumnas, pœnam esse peccati; de quo scriptum est: Fuimus & nos naturaliter filij iræ, sicut & cęteri. De quo iterum scriptum est, nec infantem cuius est vnius diei vita super terrã mundũ esse à peccato: qa omnes vtiq; in Adã morimur, qui factus est transgressione mortalis. Quod autem dicit, ad ea loca in quibus torquentur impij iustos etiã si velint, non posse transire: quid aliud significat, nisi post hanc vitã ita receptis in carcere, vt inde non exeant donec reddant nouissimũ quadrantẽ, per incõmutabilitatẽ diuiuæ sentẽtiæ, nullũ auxiliũ misericordiæ posse præberi à iustis, etiãsi velint illud præbere? Quo admonet scilicet, vt in hac vita homines subueniãt quibus possint, ne postea etiã si optimè recepti fuerint, eis quos diligunt opitulari nõ valeãt. Illud enim q̃ scriptũ est, Vt & ipsi recipiant vos B in æterna tabernacula: nõ de superbis & immisericordibus scriptũ est, qualis iste diues fuisse demonstratur, quòd recipi à sanctis in illa tabernacula mereãtur: sed de his qui sibi amicos officiosissimis operibus misericordiæ fecerint: quanquã nec ipsos iusti velut propria potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione atq; permissione illius, qui eos consilio p̃monuit, vt sibi amicos facerent, & qui seipsum pasci, vestiri, hospitio recipi, visitari in vno quoq; minimorũ suorũ, liberatoris bonitate dignatus est. Quanquã illa receptio, vtrũ statim post istã vitã fiat, an in fine seculi in resurrectione mortuorum, atq; vltima retributione iudicij, non minima quęstio est: sed quandolibet fiat, certè de talibus qualis ille diues insinuatur, nulla scriptura fieri pollicetur. Quinq; autẽ fratres quos habere se dicit in domo patris sui, Iudæos significant. Appellati autẽ sunt quinq;, quia sub lege detinebãtur quæ per Moysen data est, qui libros quinq; conscripsit. Quod verò C Lazarũ petit mitti ad fratres suos: sẽsit se vtiq; indignũ qui testimoniũ perhibeat veritati. Et quia non impetrauerat paululum se refrigerari, multo minus credit relaxari se posse ab inferis ad prædicationem veritatis. Quod Abrahã dicit, Si volunt credere, habẽt Moysen & prophetas: non istos Euangelio præposuit, sed quia Euangeliũ, sicut dicit Apostolus, testimoniũ habet à lege & prophetis, illis credendo posse eos significat ad Euangelium peruenire. Sicut alio loco ipse Dominus dicit: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Ille enim de me scripsit. Denique ad hoc pertinet quod etiã postea dicit: Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent: quia eũ prænũciauerunt Moyses & Prophetæ qui surrexit à mortuis, hoc ipsum etiã de illo quòd resurrecturus esset à mortuis, quibus non credendo vtique nec Christo volunt credere. Multò minus ergo cuilibet possunt credere q̃ à mortuis resurrexerit, quando ei non credũt, cuius resurrectionẽ Moyses & Prophetæ prædicauerunt, quibus credere nolunt. Aliter etiam intelligi potest ista narratio, vt Lazarum dominum significare accipiamus, iacentem ad ianuam illius diuitis: quia se ad aures superbissimas Iudæorum incarnationis humilitate deiecit, cupiẽs saturari de micis quæ cadebant de mẽsa diuitis. Et quærens ab eis vel minima opera iustitiæ, quæ suæ mensæ, hoc est, suæ potestati per superbiam non vsurparent, quæ opera misericordię atque humilitatis, quamuis minima etsi non disciplina & perseuerantia vitæ bonæ, saltem interdum vel casu facerent, sicut micæ de mensa cadere solent. Vlcera passiones sunt Domini ex infirmitate carnis, quã pro nobis suscipere dignatus est. Canes ergo qui ea lingebant, gẽtes sunt, quos homines peccatores & immundos dicebãt.

Ephes. 2. a. 3. Iob. 25. a. 4.

1. Cor. 15. e. 22.

Matth. 5. d. 28.

Lucæ 16. e. 9.

Alia expositio. Lucæ 16. d. 19.

Iudæi, & tamen passiones Domini in sacramẽtis corporis & sanguinis eius, per totũ iã orbẽ suauitate lãbũt deuotissima. Sinus Abrahæ intelligitur secretũ patris, quo post passionẽ resurgẽs assumptus est Dñs: quo eũ portatũ ab angelis ideo dictũ puto, qa ipsam receptionẽ qua in secretũ patris abscessit, angeli annunciauerunt discipulis intuentibus. Dicendo enim, Quid statis aspiciẽtes in cælum? quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominũ vsq; in illud penetrare secretũ quo ibat Dominus, cùm in conspectu discipulorũ ferretur in cælũ? Iã cætera secundũ superiorẽ expositionẽ accipi possunt, quia secretũ patris bene intelligitur, vbi etiã ante resurrectionẽ iustorũ animæ viuũt cũ Deo: tanto enim verius vbiq; est Deus, quãto nullo cõtinetur loco, sicut & latroni dictũ est: Hodie mecũ eris in paradiso: vnde nũquã recessit Dei filius, quãuis ab hominibus per susceptã carnẽ in ciuitate Iudęorũ tanta pateretur. Quod dixerunt discipuli: Domine adauge nobis fidẽ: potest quidẽ intelligi hãc fidẽ sibi eos augeri postulasse, qua creduntur ea quæ nõ videntur: sed tamen dicitur etiã fides rerũ, quando non verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: q; futurũ est, cũ iã per speciẽ manifestã se contẽplandã præbebit sanctis ipsa Dei sapientia per quã facta sunt omnia. De qua fide rerũ luciſq; illius præsentatæ forsitan Paulus apostolus dicit: Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ. Dicit enim & alio loco: Nos autem reuelata facie gloriã Domini speculantes, in candẽ imaginem trãsformamur de gloria in gloriã tãquã à Domini spiritu. Sicut enim hic ait, de gloria in gloriã, ita & ibi, ex fide in fidẽ. De gloria scilicet Euangelij quo nunc credentes illuminantur, in gloriã ipsius incõmutabilis & manifestæ veritatis, qua tũc cõmutati perfruentur: ita ex fide verborũ quibus nunc credimus q; nondũ videmus: in fidem rerũ qua in æternũ q; nũc credimus, obtinebimus. Secundũ sententiã hanc etiã illud dictũ est à Ioanne in Epistola ad Parthos: Dilectissimi nũc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: Scimus quia cùm apparuerit similes ei erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est. Vnde enim nunc filij Dei sumus, nisi quia potestatẽ dedit nobis filios Dei fieri, credentib. in nomine eius, vt videamus in ænigmate. Vnde autem tunc similes ei erimus, nisi quoniã vt ipse ait, videbimꝰ eũ sicuti est? Quod etiam dictum est: Tunc autẽ facie ad faciem. Illam ergo fidẽ præsentissimæ veritatis plerisq; non intelligẽtibus videri potest Dominus noster discipulis suis, non ad id quod peruerant respondisse. Cùm enim dixissent: Domine adauge nobis fidem: ait illis: Si haberetis fidem tanquam granum sinapis: diceretis huic arbori moto, eradicare & transplantare in mare, & obediret vobis. Deinde sequitur: Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem, regresso de agro dicet illi statim, Transi, recumbe: & non dicet ei, Para quod cœnem & præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ sibi imperauerat? Non puto. Sic & vos cùm feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, serui superuacui sumus, quod debuimus facere, fecimus. Quid hæc pertineant ad id quod dictum est, Domine adauge nobis fidem: difficile apparet, nisi intelligamus ex fide in fidem, id est, ex fide ista qua ministratur Deo, in illam fidem eos significasse transferẽdos vbi fruantur Deo. Augebitur enim fides, cùm primo verbis prædicantibus, deinde rebus apparentibus creditur. Sed illa cõtemplatio summam quietem habet, quæ in æterno Dei regno tribuitur. Summa verò quies illa, præmium est iustorum labo-

Act. 1.b. 11.
Lucæ 23.f. 43.
QVAEST. XXXIX. Lucæ 17.b. 6.*
Psal. 103.c. 24.
Rom 1.b. 17.
2.Cor. 3.d. 18.
1.Ioan. 3.a. 2.
Ioan. 1.b. 12.
1.Cor. 13.d. 12.

rum qui in Ecclesiæ ministratione peraguntur: & ideo quamuis in agro aret seruus aut pascat, hoc est, in vita seculari vel terrena versetur negocia, vel stultis hominibus tanquã pecoribus seruiat: opus est vt post illos labores domũ veniat, hoc est, Ecclesiæ societur: laboret etiã ibi ministrans Domino suo donec mãducet & bibat. Nam & esuriẽs ille quæsiuit poma in arbore, & à Samaritana aquã sitiẽs postulauit. Manducet ergo & bibat confessionẽ & fidẽ gentiũ ministrãtibus, hoc est, euangelizantibus seruis suis. Quo pertinet etiam illud q; de grano sinapis eis primò respondit: prius illos fidẽ habere debere præsenti vitæ necessariam, quę minima videtur quãdiu thesaurus est in vasis fictilibus, sed vi maxima efferuet & germinat. Dominus noster Iesus Christus, qui vult pasci ministerio seruorũ suorũ: hoc est, in corpus suũ quasi mactatos & manducatos trãsferre credentes, etiã hic pascit eos sacramento passionis suæ & verbo fidei. Non enim venit ministrari, sed ministrare. Dicãt ergo illi serui per sinapis granũ huic arbori moro: hoc est, ipsi Euangelio crucis Dominicę, per poma sanguinea, tãquã vulnera in ligno pendẽtia, victũ populis prębituræ. Dicant ergo illi vt eradicetur de perfidia Iudæorũ & in mare gentiũ transferatur atq; plantetur: hac enim domestica seruitute esurientes & sitienti Domino ministrabũt. Tũc demũ quærãt esẽsis incorruptibilibus in æternũ diuinæ sapientiæ perfrui, cùm dixerint: Serui superuacui sumus, q; debuimus facere, fecimus: nihil nobis operis restat: cursum cõsummauimus, agonem perfecimus, superest nobis corona iustitię. Omnia enim dici possunt de illa ineffabili perfruitione veritatis: & tanto magis omnia dici possunt, quanto minus aliquid dignè dici potest. Nã & lux est illuminatorũ, & requies exercitatorũ, & patria redeũtiũ, & esca indigentiũ, & corona vincentiũ: & quæcũque bona tẽporaliter trãseuntia, per creaturarũ partes error appetit infidelium, veriora & in æternũ manentia in creatore omniũ simul inuentura est pietas filiorum.

In decẽ leprosis quos Dominus ita mundauit, cum ait, Ite ostẽdite vos sacerdotibus, multa quæri possunt quæ meritò quærentes mouent. Non solũ de numero quid sibi velit quòd decẽ sunt, & quòd vnus ex illis solus gratias egit: hæc enim liberè quæruntur, vt etiã nõ inuestigata, vel nihil vel non multũ impediant intentionẽ legentis: sed illa potius cur eos ad sacerdotes miserit, vt cũ irent mũdarentur. Nullũ enim eorũ quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nã & illũ à lepra mũdauerat cui dixit; Vade & ostende te sacerdotibus, & offer pro te sacrificiũ, q; præcepit Moyses in testimonium illis. Deinde quærendum, qualis mundatio spiritalis possit intelligi, eorũ quos ingratos extitisse redarguit. Secũdũ corpus enim facile est videre posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse non boni. Secũdum significationem autem huius miraculi, cõturbat considerantẽ, quomodo mũdus dici possit ingratus. Quærendum igitur est, quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mũdati dicuntur qui ea caruerunt. Coloris quippe vitiũ est, non valetudinis aut integritatis sensuum atq; membrorum. Leprosi ergo non absurdè intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitẽtur erroris. Non enim vel abscondũt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucẽ, & † iactantia sermonis ostẽtant. Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinatè permixta, in vna disputatione vel narratione hominis, tanquã in vniꝰ corporis colore apparentia, significant lepram, tanquam veris falsisque colorum † fucis humana corpora variantem

Matth. 21.b. 19.
Ioan. 4.a. 8.
Matth. 20. d. 28.
Lucæ 17.a. 10.
2.Tim. 4.b. 7.
QVAEST. XL. Lucæ 17.a. 14.*
Leuit. 14.a. 4.
al. iactantiã.
al. locis.

riantẽ atq; maculantẽ. Hi autẽ tam vitandi sunt Ecclesiæ, vt si fieri potest lõgius remoti magno clamore Christum interpellent: sicut isti decem steterũt à lõgè, & leuauerũt vocẽ dicentes: Iesu præceptor miserere Nostri. Nam & quod præceptorẽ vocant, quo nomine nescio vtrum quisquam dominũ interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare, lepra falsam esse doctrinam, quam bonus præceptor abstergit. Sacerdotiũ verò Iudæorũ nemo ferè fideliũ dubitat figurã fuisse futuri sacerdotij regalis, quod est in Ecclesia, quo cõsecrãtur omnes pertinẽtes ad corpus Christi, summi & veri principis sacerdotũ. Nã nũc & omnes vngũtur, quod tunc regibus tantũ & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christianũ populũ scribens: Regale sacerdotiũ: vtrũq; nomen illi populo cõuenire declarauit, quò illa vnctio pertinebat. Cętera itaque vitia tanquã valetudinis & quasi membrorum animæ atq; sensuũ, per seipsum interius & conscientia & intellectu Dominꝰ sanat & corrigit: doctrina verò vel imbuẽdi per sacramẽta, vel cathechisandi per sermonẽ sonantẽ atq; lectionẽ, vbi color quidã intelligitur verus atq; sincerus, quia in promptu est & foris eminentissimus. (Non enim in occultis cogitationibus sed in manifestis operationibus hæc agũtur) Ecclesiæ proprie contributa est. Itaq; & Paulus voce Domini audita: Quid me persequeris? &, Ego sum Iesus, quẽ tu persequeris: ad Ananiã tamẽ missus est, vt illo sacerdotio quod in Ecclesia constitutũ est, sacramentũ doctrinæ fidei perciperet, & verus eius approbaretur color. Nõ quia nõ potest per se ipsũ Dominus oĩa facere nã quis alius hæc facit etiã in Ecclesia: sed vt ipsa societas cõgregatorũ filiũ approbãdo in inuicẽ atq; cõmunicando veræ fidei doctrinã in omnibꝰ quę dicuntur verbis vel signantur sacramentis, tanquã vnã speciem veri coloris obducat. Ad hoc etiam pertinet quod idẽ dicit Apostolus. Deinde post annos quatuordecim ascẽdi Hierosolimã cũ Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundũ reuelationem, & exposui cũ eis Euangeliũ quod prædico in gẽtibus. Seorsum autẽ iis qui videbãtur esse aliquid, ne fortè in vacũ curro aut cucurri. Et paulo post, Cũ cognouissent, inquit, gratiã quæ data est mihi, Iacobus, Petrus & Ioannes, qui videbãtur colũnę esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Ipsa enim collatio vnã doctrinæ speciẽ, exclusa omni varietate mõstrabat, quod salubriter etiã Corinthios monet dicẽs: Obsecro autẽ vos fratres per nomẽ Domini nostri Iesu Christi, vt idipsũ dicatis omnes. Cornelius etiam cũ eleemosynæ eius acceptæ & preces eiꝰ auditę, illi ab angelo nũciarentur, ꝓpter doctrinæ tamen sacramentorũq; vnitatẽ ad Petrũ iubetur mittere, tanquã illi & suis diceretur: Ite ostẽdite vos sacerdotibꝰ. Nã & cũ irent mũdati sunt. Iã enim ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi nõdũ accepto baptismatis sacramento, nõdũ spiritaliter ad sacerdotes peruenerũt, & tamẽ infusione Spiritus sancti, & admiratione linguarũ eorũ mũdatio declarata est. Quæ cũ ita se habeãt, iã facilè est etiã illud videre, fieri posse vt quisquis in Ecclesię societate doctrinã integrã veramq; assequatur, & oĩa secundũ catholicę fidei regulã edisserat, distinguat à creatore creaturam, eoq; manifestetur varietate mẽdaciorũ tanquã lepra caruisse: & tamẽ ingratꝰ sit Domino Deo mũdatori suo, qui elatꝰ superbia, gratiarũ agẽdarũ pia humilitate nõ subditur, similisq; efficitur illis, de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognouissent Deũ, nõ vt Deũ magnificauerunt aut gratias egerũt. Quod enim dicit eos Deũ cognouisse, ostendit quidem à lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos. Idcó que tales ingrati, in

1.Pet. 1.b. 9.
Act. 10. a. 4.*
Rom. 1.c. 21.

nouenario numero tanquam imperfecti remanebũt. Vnũ enim si addatur ad nouẽ, quædã effigies vnitatis impletur: quo fit tanta cõpletio, vt vltrà iã nõ progrediatur numerꝰ, nisi rursus ad vnũ redeatur, & hæc per infinitatẽ numeri regula custodiatur. Nouẽ itaque indigẽt vno, vt quadã vnitatis forma coagulẽtur vt decẽ sint: vnũ autẽ nõ eis indiget vt custodiat vnitatẽ. Quãobrẽ vt illi nouẽ qui gratias nõ egerunt, reprobi effecti à cõsortio vnitatis exclusi sunt: ita vnus ille qui gratias egit, vnicæ Ecclesiæ significatione approbatꝰ atq; laudatus est. Et quia illi erant Iudæi, amisisse per superbiã declarati sunt regnũ cęlorũ, vbi maximè vnitas custoditur. Iste verò qui erat Samaritanus, quod interpretatur custos, illi à quo accepit tribuens quod accepit, & quodammodo cantans illud è Psalmo: Fortitudinem meam ad te custodiam: per gratiarum actionẽ regi subiectus, vnitatem regni humili deuotione seruauit. Quid est q; dicit Dominus: Qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, nõ descendat tollere illa? In tecto, est qui excedens carnalia: tãquam in aura libera spiritaliter viuit. Vasa eius in domo, sunt sensus carnales, quibus ad inuestigandam veritatẽ quæ intellectu capitur, multi vtentes penitùs errauerũt. Huius ergo spiritalis viri iam vasa ista vacant in domo, quia mẽte corpori supereminens per aciẽ intelligentiæ tanquam in tecto positus, perspicuitate sapientiæ, veluti cælo apertissimo fruitur. Caueat ergo iste, ne in die tribulationis rursus vitã carnali, quę per sensus corporis pascitur, delectatus, ad vasa huiusmodi tollẽda descẽdat.

Psal. 58.b. 19.
QVAEST. XLI. Lucæ 17.g. 31.

Quid est q; dictũ est: Et qui in agro fuerit, similiter nõ redeat retro. Qui operatur in Ecclesia, sicut Paulus & Apollo, plantat & rigat, non respiciat spẽ secularem cui renunciauit. Quid significauit vxor Loth? Eos qui in tribulatione retro aspiciũt, & se à spe diuinæ ꝓmissionis auertunt: & ideo statua salis facta est, vt admonendo homines ne hoc faciant, tanquam conditor eorũ ne sint fatui. Qui sunt in illa nocte, duo in lecto, & duæ molẽtes invnũ, & duo in agro: de quibus omnibꝰ binis singuli assumẽtur, & singuli relinquẽtur? Tria genera hominũ hic videtur significari. Vnũ eorũ qui ocium & quietem eligunt neq; negociis secularibus, neq; negociis ecclesiasticis occupati: quæ illorũ quies lecti nomine significata est. Alterũ eorum qui in plebibus constituti reguntur à doctioribus agentes ea quę sunt huius seculi: quos & feminarũ nomine significauit, qa cõsiliis, vt dixi, peritorũ, regi eis expedit: & molẽtes dixit, propter temporalium negociorũ orbem atq; circuitum: quas tamen invno molẽtes dixit, inquantũ de ipsis rebus & negociis suis præbent vsibus Ecclesiæ. Tertium eorum qui operantur in Ecclesiæ ministerio tanquã in agro Dei: de qua agricultura Apostolus loquitur, Dei sumus adiutores, Dei agricultura, Dei ædificatio estis. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominũ in singulis, & pro robore suarũ virium discernuntur. Cum enim omnes ad Ecclesiæ membra pertinere videantur, aduenientę tamen tentatione tribulationis, & ex illis qui sunt in ocio, & ex illis qui sunt in negociis seculi, & ex illis qui Deo ministrant in Ecclesia, aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent assumuntur, qui cadũt relinquuntur. Ergo vnus assumetur, & vnus relinquetur, non quasi de duobus hominibus dictum est, sed de duobus generibus affectionũ, in singulis generibus trium professionum. In illa ergo nocte, dixit in tribulatione. Ad ipsa tria genera quæ assumũtur, pertinere arbitror etiam tria illa nominavirorũ sancto rum, quos solos liberandos Ezechiel propheta pronũciat, Noë, Daniel & Iob. Videtur enim Noë pertinere

QVAEST. XLII. Lucæ 27.g. 31. 1.Cor. 1.b. 14. & 3.b. 5.
QVAEST. XLIII. Lucæ 27.g. 32.
QVAEST. XLIIII. Lucæ 17.g. 34.
1.Cor. 3.b. 9
Ezech. 14.d. 14.

Gen. 7.b. 7. Dan. 1 b. 8. ad eos, per quos Ecclesia regitur, sicut per illũ in aquis arca gubernata est, quæ, figurã gestabat Ecclesiæ. Daniel autẽ, qui elegit cælibẽ vitã, id est, nuptias terrenas cõtempsit, vt sicut dicit apostolus, sine solicitudine vi 2.Co 7.f. 31. ueret, cogitans quæ sunt Dei, genus eorũ significat qui sunt in ocio, sed tamen fortissimi in tentationibus vt Iob. 1.a.2. possint assumi. Iob autẽ quia vxorẽ & filios habuit, & amplas terrenarum rerũ copias, ad illud genus pertinet cui molendinũ deputatum est. Sed tamen vt sint fortissimi in tentationibus, sicut ille fuit. Non enim aliter assumi poterunt, nec puto esse alia genera hominũ quibus constat Ecclesia quã ista tria, habẽtia binas differentias, propter assumptionẽ & relictionẽ, quãuis in singulis multæ studiorũ volũtatũq; diuersitates, ad concordiam tamen vnitatemq; concurrentes possunt inueniri. QVID est quòd ad semper orãdũ & nõ deficiẽdũ, de iudice iniquo voluit parabolam ponere? Qui QVÆST. XLV. Luc. 18.a. 2. cũ Deũ nõ timeret, & hominẽ non reuereretur, viduæ tamen assiduis interpellationibus cessit, vt eã vindicaret, ne sibi ab illa tædiũ fieret. Nam hoc est quod ait, Ne veniens fugillet me. Quoniam parabolas Dominus aut secundũ similitudinem aliquã ponit: sicut de seruo illo cui Dominus dimisit quod ratione reddita Matth. 18.e. 24. debere inuentus est, & ipse conseruo suo dilationẽ saltem dare noluit: & de fœneratore, qui cũ duobus debitoribus donasset quod debebant, ab eo plus dilect⁹ Luce 7.f. 41. cui pl⁹ donauit: & de homine qui habebat duos filios, maiorẽ in agro sibi propinquantẽ, minorẽ autẽ in lõginquo luxuriantẽ, & innumerabilia huiusmodi. De Luce 15.e. 12. his enim, in quantum similia sunt, ducitur intellectus eius rei cui adhibentur, ad mysterium insinuandẽ aut requirendæ veritatis. Aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat, veluti est illud: Quod si fœnũ agri quod Matth. 6. d. 30. hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Ad hoc genus pertinet etiam illud quod de seruo ait, cui Dominus denũ- Luce 16.a. 1. ciauerat vt à villicatu remoueret: fraudẽ quippe ille fecit Dño suo, vt falsatis chirographis, debitoribus eius, quantum commodum visum est, relaxaret. Neq; vllo modo nos Domin⁹ vt sibi fraudẽ faciamus hortatur, sed si qui fraudãdo sibi præuidit in posterũ, laudatũ eũ dicit à Domino, quanto maiore alacritate sibi prouidere debent in æternã vitam, quibus vt iustè operẽtur iubetur de mãmona iniquitatis, quod suo loco expo- Luce 11.a. 5. sitũ est. Ad hoc gen⁹ pertinet & ille, qui nõ ꝓpter amicitiã, sed vt tædio careret, iã dormiẽs excitatur, vt tres panes cõmodet amico suo. Si enĩ ille molestia cõpuls⁹ Matth. 7.b. 7.8.10. dedit, quãto magis De⁹, qui seruos suos diligẽs vt petãt⁹ hortatur, dabit bona petẽtibus se? Itaq; illud superi⁹ gen⁹ his verbis adiũgi potest: sicut illud, ita & illud. Hoc autẽ posterius his verbis: si illud quanto magis illud: aut si nõ illud, quãto min⁹ illud: sed alicubi obscurè, alicubi apertè ista ponũtur. Hic ergo iniqu⁹ iudex D nõ ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibit⁹ est, vt ostẽderet Dominus quãto certiores esse debeãt qui Deũ perseueranter rogãt fontẽ iustitiæ atq; misericordiæ, vel si quid excellentius dici aut audiri potest, cũ apud iniquissimũ iudicẽ vsque ad affectũ implendi desiderij valuerit perseuerantia deprecantis. Ipsa verò vidua potest habere similitudinẽ Ecclesiæ, quæ desolata videtur donec veniat Dñs, qui tamen in secreto Apoc. 6.c. 10. etiã nũc curã eius gerit. Si autẽ mouet cur electi Dei Matth. 5. g. 44 se vindicare deprecẽtur, quod etiã in Apocalypsi Ioãnis de martyribus dicitur, cũ aptissimè moneamur vt Luce 6.d. 28. ꝓ nostris inimicis & persecutoribus oremus: intelligẽdũ est eam vindictam esse iustorũ, vt omnes mali pereant. Perẽunt autẽ duobus modis, aut cõuersione ad iustitiam, aut amissa per suppliciũ potestate, qua nunc aduersus bonos quandiu hoc ipsum bonis expedit, vel Ephes. 6.a. 12. tẽporaliter aliquid volẽt. Itaq; etiã si omnes homines cõuerterentur ad Deũ, inter quos sunt etiam inimici, pro quibus iubetur orare: diabolus tamen, qui operatur in filiis diffidentiæ, remaneret in seculi fine dãnandus. Quẽ finẽ iusti cùm venire desiderãt quãuis pro inimicis suis orent, tamen non absurdè vindictam desiderare dicuntur. HOMO quidã nobilis abiit in regio- QVÆST. XLVI. nẽ lõginquã accipere sibi regnũ, & reuerti. Ipse Dñs Luce 19.c. 12.* noster Iesus Christus intelligitur. Regio lõginqua: Ecclesia gentiũ vsq; ad fines terræ. Reuerti se tamẽ dicit. Abiit enim, vt plenitudo gentiũ intraret: reuertetur, Rom. 11.c. 25. vt omnis Israel saluus fiat. Per decẽ mnas, legẽ significat propter decalogũ. Decẽ autẽ seruos, quibus sub illa popsitis gratia prædicata est. Sic enim intelligendũ est eis datas mnas ad vsum, cũ intellexerunt eã ipsam legẽ remoto velamine ad Euangeliũ pertinere. Ciues eius qui post eã miserunt legationẽ, dicẽtes se nolle vt B regnet sibi, Iudæi sunt, qui etiam post resurrectionem eius miserũt persecutores Apostolis, & prædicationẽ Euangelij respuerũt. † Redit autẽ accepto regno, quia al. Redib. in manifestissima & eminẽtissima claritate vẽtur⁹ est, Ioan. 18.f. 36. qui eis humilis apparuit, cũ diceret: Regnum meũ nõ est de hoc mũdo. Quod autẽ serui reddẽtes rationẽ, ex eo quod acceperãt laudãtur, quia lucrati sunt: significat eos bonã reddere rationẽ, qui bene vsi sũt eo quod acceperunt ad augendas diuitias Domini per os qui credunt in eũ. Quod qui facere nolũt, in illo significati sunt qui mnam suam in sudario seruauit. Sunt enim homines hac sibi peruersitate blandiẽtes vt dicãt: Sufficit vt de se vnusquisq; rationẽ reddat. Quid opus est aliis prædicare aut ministrare, vt etiã de ipsis reddere rationẽ quisq; cogatur: cũ apud Dominũ etiã illi sint inexcusabiles quibus lex data non est, neq; audito Euãgelio dormierũt: quia per creaturã poterãt cognoscere creatorẽ, cuius inuisibilia à constitutione mundi C per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur. Hoc est enim quasi metere vbi non seminauit: id est etiam eos Rom. 8.c. 20. impietatis reos tenere, quibus verbũ legis aut Euãgelij nõ ministratũ est. Hoc autem veluti periculũ iudicij deuitantes, pigro languore à verbi ministratione conquiescunt, & hoc est quasi in subdatio ligare quod acceperũt. Mẽsam quo danda erat pecunia, professionẽ ipsã religionis accipimus, quæ tanquã publicè proponitur ad vsum necessariũ saluti. Quod autẽ vnus eorũ qui bene vsi sunt, decẽ acquisiui, & alter quinq; significat eos esse acquisitos in gregẽ Dei, à quibus ipsa lex p gratiã intellecta est: siue quia decalogo cõtinetur, siue quia ille per quẽ lata est, libros quinque conscripsit: ad hoc pertinent & decem & quinque ciuitates, quibus eos præponit. Multiplicatio enim intelligentiæ in ipsa varietate, q̃ de vno quoq; præcepto vel de vnoquoq; libro pullulat, ad vnũ redacta, quasi ciuitatẽ facit viuẽtiũ rationũ ęternarũ. Est enim ciuitas nõ quorũlibet animantium, sed rationalium multitudo, legis vnius societate deuincta. Quòd autem ab illo qui vti noluit aufertur quod acceperat, & ei datur qui decẽ habebat: significatur & illũ posse amittere munus Dei qui habens non habet, id est, non vtitur: & in eo augeri qui habens habet, hoc est, bene vtitur. Inimicos ergo suos quos iubet coram se interfici, significat impietatẽ Iudæorum, qui ad eũ conuerti noluerunt. QVID QVÆST. XLVII. est quod ait: Facilius est camelum per foramen acus Luce 18.c. 25.* transire, quàm diuitẽ intrare in regnum Dei. Diuitẽ hic appellat cupidũ rerum temporalium, & de talibus Matth. 5.a. superbientem. His diuitibus contrarij sunt pauperes 3. spiritu, quorũ est regnum cælorũ. Nam eo manifestatur omnes cupidos, etiam si facultatibus huius mundi careant,

careant, ad hoc genus diuitum quod est reprehensum pertinere, quia postea dixerunt, qui audiebant: Et quis A poterit saluus fieri? cùm incomparabiliter maior turba sit pauperum: videlicet intelligentes in eo numero deputari etiam illos, qui quanquam talia non habeant, tamen habendi cupiditate rapiuntur. Sensus est autem, facilius Christum pati pro delictoribus seculi, quàm delictores seculi ad Christum posse conuerti. Cameli autem nomine se intelligi voluit, quia humiliatus onera sustulit. In quo enim manifestius intelligitur, quàm in ipso quod scriptum est: Quãto magnus, Eccl. 3. c. 20. es, humilia te in omnibus. Per acum autem punctiones significat, per punctiones dolores in passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis. Quod autem ait, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum: non ita accipiendum est, quod cupidi & superbi, qui nomine illius diuitis significati sunt, in regnum cælorum sint intraturi cum suis cupiditatibus & superbia: sed possibile est Deo, vt per verbum eius, sicut & iam factum esse, & etiam quotidie fieri videmus à cupiditate temporalium ad charitatem æternorum, & à perniciosa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur. POSSE- QVÆST. XLVIII. MVS de propinquantibus ad Hiericho sic intelligere, Luce 18. f. 35.* vt iam inde egressi, prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem: quod quidem minus vsitatè dicitur: sed tamen videri possit hoc dictum, quoniam Matthæus e- Matth. 20. d. 29. gredientibus eis ab Hiericho dicit illuminatos duos cæcos qui iuxta viam sedebant. De numero quippe nulla esset quæstio, si alter Euangelistarum de vno tacuisset, vnius reminiscens. Nam etiam Marcus vnum Marci 10.g. 46. commemorat, & cum ipsis egredientibus eis ab Hiericho dicat illuminatum, cuius & nomen dixit & patrem: vt intelligamus eum fuisse notissimum, alterum ignotũ, vt meritò ille notus etiam solus decenter cõ- C memoraretur. Sed quoniam quæ consequuntur in Euangelio secundum Lucam, apertissimè ostendunt illud quod ipse narrat adhuc veniẽtibus eis Hiericho factum esse: nihil aliud restat intelligere, nisi bis esse factum hoc miraculum: semel in vno cæco, dum adhuc veniret in illam ciuitatem, & iterum in duobus cùm inde egrediuntur, vt illud vnum Lucas, illud alterum Matthæus enarraret. Neque hoc sine aliquo sacramẽto. Si enim Hiericho lunam, & ob hoc mortalitatem interpretatur, morti propinquãs Dominus, Iudæis solis lumen Euangelij iusserat prædicari, quod significauit ille vnus cæcus quem Lucas cõmemorat. A morte autem resurgens atque discedẽs, & Iudæis & gentibus, quos duos populos significare videntur duo cæci commemorati à Matthæo. Templum in Euangelio ipsum Deum hominem factum intelliges, vel etiam adiuncto corpore eius, quod est Ecclesia. Secũ- D dum autem illud quod est caput Ecclesiæ, dictum est: Ioan. 2.c. 19. Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Secundum id verò quod etiam adiuncta Ecclesia intelligitur templum, videtur dixisse, Auferte ista hinc, scri- Deut. 14. d. 25. ptum est enim: Domus mea domus orationis vocabi- Esaiæ 56.a.7. tur, vos autem fecistis eam domum negotiationis vel Hier. 7.b. 11. spelunca latronum. Significauit enim futuros in Ecclesia, qui sua negocia potius agerent, vel receptaculum ibi haberent ad occultanda scelera sua, quàm vt Matth. 21.a. 13. charitatem Christi sequerentur, & peccatorum cõfes- Marci 11. c. 17. sione accepta venia corrigerentur: AD illud quod QVÆST. XLIX. dixit: Non enim vltra incipiunt mori, quia connubia Luce 20. f. 36. propter filios, filij propter successionem, successio propter mortem. Vbi ergo mors non est, neq; connubia. Sicut enim nunc sermo noster decedentibus & succe- dentibus syllabis peragitur atque perficitur: ita & ipsi A homines quorum sermo est, decedendo ac succedendo peragunt atque perficiũt ordinem huius seculi, qui temporalium rerum pulchritudine contexitur. In illa autem vita quoniam verbũ Dei est quo fruemur, nulla decessione & successione syllabarum cõpletur, sed omnia quæ habet semper manẽdo simul habet, ita participes eius, quibus ipsum solum erit vita, neque moriendo sibi decedent, neque nascendo succedent. QVÓD dixit Dominus discipulis: Orate ne intre- QVÆST. L. tis in tentationem, & ipse auulsus est ab eis quantum Luce 22.c. 40. iactus est lapidis: tanquam hoc eos admonuerit, vt in eum dirigerent lapidem: id est, vsque ad eum perducerent intentionem legis quæ scripta erat in lapide: vsque ad illũ enim potest peruenire ille lapis: quoniam Deut. 9. Rom. 10.a. finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. QVÆST. LI. QVÓD scriptum est de Domino: Finxit se longius Luce 24. d. 28.* ire: non ad mendaciũ pertinet. Non enim omne quod B fingimus mẽdacium est, sed quãdo id fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium. Cùm autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendaciũ, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum vsitatum intellectũ non subsistit veritas in talibus dictis. Non enim homo qui habuit duos filios, quorũ minor accepta parte patrimonij sui profectus est in regionem longinquam, & cætera quæ in illa narratione contexuntur, ita dicũtur tanquam verè fuerit quisquam homo qui hoc in filiis suis duobus aut passus sit, aut fecerit. Ficta sunt ergo ista ad rem quandam significandam, tam longè latẽq; maiorem, & tam incomparabiter differentem, vt per illum factum hominẽ Deus verus intelligatur. Sicut autem C dicta, ita etiam facta finguntur sine mendacio ad aliquam rem significãdam. Vnde est etiam illud eiusdem Domini, quòd in fici arbore quæsiuit fructum eo tem Matth. 21.b. 19. pore quo illa poma nõdum essent. Non enim dubium est illam inquisitionem non fuisse veram: quis enim hominum sciret, si non diuinitate vel tempore, poma illam arborẽ nõ habere. Fictio igitur quæ ad aliquam veritatem refertur, figura est: quæ non refertur, mẽdacium est. Quid ergo significat quod se ire longius Dominus finxit, cùm comitaretur discipulis, exponẽs eis sanctas scripturas, vtrum ipse esset, ignorãtibus: Quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suã cognitionẽ peruenire posse homines intimauit, vt cùm longãs ipse ab hominibus abscesserit super omnes cælos, tamen ita cum eis sit qui hæc exhibent seruis eius, vt cùm dicere cœperint: Domine quando te vidimus Matth. 25.d. 38.40. hospitem & adduximus: tanquam eum scilicet qui D longè abscesserat: respondeat ille: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Tenet ergo Christum ne longius ab illo eat, quisquis catechizatus verbo in omnibus bonis ei q. se catechizat cõmunicat, sicut A- Gal. 6.b. 6. postolus dicit, Cõmunicet qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Et alio loco cùm dixisset: Necessitatibus sanctorum communicantes: Rom. 12.c. 19. statim subiecit, Hospitalitatem sectantes. Et isti enim catechizati erant verbo, cùm eis exponeret scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Rom. 2.c. 13. Quod Dominum in passione exuerunt veste propria, Luce 23.b. 11. & induerunt fucata, significati sunt hi hæretici qui Matth. 27.c. 28. eum aiunt non verum corpus habuisse, sed fictum.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
LIBER QVÆSTIONVM EVANGELICARVM, SECVNDVM MATTHÆVM.

CENSVRA.

Stylus & res congruunt Augustino.

QVAEST. I. Matth.2.c. 16.

QVAEST. II. Matth 10.c. 27.

QVAEST. III. Matth.10.d. 34.

QVAEST. IIII. Mat.8.a.1.

QVAEST. V. Matth.8.c. 20.

QVAEST. VI. Matth.8.c. 21.

QVAEST. VII. Matth.10.c. 15.

QVAEST. VIII. Matth 10.b. 16.

Serpētis natura.

Matth.7.b. 13.

Colombæ natura.

QVOD dictum est, occisos infantes à abimatu & infra, significatū est humiles habētes geminam charitatē, tanquā paruulos bimos posse mori pro Christo. QVOD dico vobis in tenebris, id est, quū adhuc in timore carnali estis, quia in tenebris est timor, dicite in lumine: hoc est, in fiducia veritatis, accepto Spiritu sancto. Et quod in aure auditis prędicate super tecta: id est, quod in secreto auditis, calcato carnis domicilio prædicate. NOLITE arbitrari quia venerim pacem mittere in terrā: nō veni pacē mittere, sed gladiū. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. Quia renunciat quis diabolo, qui fuit pater eius. Et filiam aduersus matrem suā. Plebem Dei aduersus mundanam ciuitatē, hoc est, aduersus perniciosam generis humani societatem, quā nūc Babylonia, nunc Ægypto, nunc Sodoma, nūc aliis atq; aliis nominibus scriptura significat. Nurū aduersus socrū, Ecclesiā aduersus synagogā, quæ secundū carnē Christū peperit sponsum Ecclesiæ. Diuidūtur autem gladio spiritus, quod est verbū Dei, & inimici hominis domestici eius: cū quib. antea consuetudine implicatus erat. QVOD autē descēdens de mōte postea quā præcepta illic discipulis & multitudini dedit, leprosum statim extendēs manū suam curat: significat eos qui de illis implēdis dubitāt, suo auxilio ab huiusmodi varietate mundari. QVOD Dñs dixit Scribæ qui eum sequi voluit: Vulpes foueas habēt, & volucres cæli tabernacula, filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet: intelligitur miraculo Domini cōmotus propter inanē iactantiā eum sequi voluisse, quā significant aues. Finxisse autē discipuli obsequiū. Quę fictio vulpiū nomine significata est. Reclinatione verò capitis humilitatē suā significauit, quę in illo simulatore ac superbo non habebat locū. DIMITTE mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos hic non credentes dixit: mortuos autem suos, qui nihilominus fide de corpore exirent. EXCVTITE puluerē de pedibus vestris. Aut ad cōtestationē laboris terreni, quē pro illis inaniter susceepissent: aut vt ostenderēt vsque adeò se ab ipsis nihil terrenum quærere, vt etiā puluerem de terra corū sibi non paterentur adhærere. ESTOTE ergo prudētes sicut serpētes. Ad cauēdū malū, in capite custodiendo, quod est Christus. Nam serpens totū corpus pro capite objicit persequenti. Vel quòd per angustias se coarctans veteri tunica exutus innouetur. Quod imitantur quibus dictū est: Intrate per angustā portam, cum vetere homine exuuntur. Nam si cauēdum malum ita moneret, vt violēter resistēdū esset malis, nō suprà dixisset: Mitto vos sicut oues in medio luporū. Simplices autem sicut columbas esse voluit, ad nulli nocendū. Nam hoc genus auis nullū omnino animaliū nec at, non solū grandiū, contra quæ vires nō habet, sed etiam minutissimorū, quibus etiā perparui passeres alūtur. Est autem omnibus irrationalibus animantibus vna quædam inter se societas, sicut etiā rationalibus sua, id est, hominibus non solum secum, sed etiam cū angelis. Discūt ergo ex similitudine columbarum nulli prorsus nocere ad societatem suam pertinenti participatione rationis. CONFITEOR tibi Domine pater cæli & terræ. Notandum cōfessionem poni in laudem Dei. Non enim peccata Dominus cōfitebatur, quæ nulla habebat, præsertim quia eum exul tantem hoc dixisse alius Euangelista cōmemorat, quāquam & verba ipsa quæ dicit non habeāt dubitationē, quòd in laudem Dei dicantur. Ergo confessionem vocat scriptura generaliter quicquid manifestè, sicut cernitur, enunciatur. Nam & illud quod ait: Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo: vel sicut alibi est, Coram angelis Dei. Non vtique peccata confitetur qui Christum confitetur. Quod si propterea putant aliqui confessionem vocari, quia pro crimine obiiciebatur Christi nomen tempore persecutionis, nunquid ita etiam Christus coram patre vel coram angelis eius hominem qui se cōfessus fuerit confitetur? Est etiam in ecclesiastico ita positum: Et hæc dicetis in confessione, opera Domini vniuersa, quoniam bona valde. Quo in loco indubitanter Dei laudes exaggerantur. Hæc dicta sunt propter imperitiam fratrum, qui cū legente lectore audiūt hoc verbum, pectora statim tundunt, non attendentes quo loco dicatur, quasi non possit nisi peccatorum esse confessio. NOTANDVM de eo quod illicitè factum videretur Iudæis, quòd discipuli sabbato spicas euulsissent, vnum exemplum datū regiæ potestatis de Dauid, alterū sacerdotalis, de iis qui per ministerium templi sabbatum violāt, vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarū crimen pertineat, qui verus rex & verus sacerdos est, & ideo Dominus sabbati. CVM autē dormirēt homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum negligentius agerent præpositi Ecclesiæ, aut cum dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus & superseminauit eos quos malos filios Dominus interpretatur. Sed quæritur, vtrum hæretici sint, an malè viuentes catholici? Possunt enim dici filij mali etiam hæretici, quia ex eodem Euangelij semine & Christi nomine procreati, prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. Sed quòd dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videtur illi significari qui vnius cōmunionis sunt. Veruntamē quoniā Dominus agrū ipsum, non Ecclesiam, sed hunc mūdum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici, quia nō societate vni⁹ Ecclesiæ vel vnius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mundo permiscentur bonis: at illi q̄ in eadem fide mali sunt, palea potius quàm zizania deputantur: quia palea etiam fundamentum ipsum habet cum frumento, radicemq; Communem. In illa planè sagena qua concludūtur & mali & boni pisces, non absurdè mali catholici intelliguntur. Aliud est enim mare, quod magis mundum istum significat: aliud sagena, quæ vnius fidei vel vnius Ecclesiæ communionē videtur ostendere. Inter hęreticos & malos catholicos hoc interest, quòd hæretici falsa credunt, illi autem vera credentes non viuunt ita vt credunt. Solet autē etiā quæri, schismatici quid ab hęreticis distēt, & hoc inueniri q; schismaticos nō fides diuersa faciat, sed cōmunionis disrupta societas. Sed vtrū inter zizania numerādi sint, dubitari potest. Magis autē videtur spicis corruptis esse similiores, sicut scriptum est: Vērō autē corrumpetur

QVAEST. IX. Matth.11.d 25.

Mat.10.d. 32.

Lucæ 12.b. 8.

Eccl 39.c. 28.

QVAEST. X. Matth.12.d. 2.*

QVAEST. XI. Matth.13.d. 25.*

Ibid.f.47.

rūpetur filius iniquus: vel paleis aristarum fractis, vel scissis & de segete abruptis. Quo enim altiores, id est, superbiores, eo fragiliores, leuioresque sunt. Nec tamē consequēs est, vt omnis hæretic⁹ vel schismaticus corporaliter ab ecclesia separetur. Si enim falsa de Deo credit, vel de aliqua parte doctrinæ quæ ad fidei pertinet ædificationē, ita vt non q̄rentis cunctatione † tētatus, sit sed inconcussē crederitis, nec omnino scientis opinione atq; errore discordans, hæreticus est & foris est animo, quāuis corporaliter intus videatur. Multos enim tales portat ecclesia, qa non ita defendūt falsitatē sententiæ suæ, vt intentā multitudinē faciant: q; si fecerint, tunc pellantur. Itē quicunq; inuident bonis, ita vt quærant occasiones excludendi eos, aut degradandi: vel crimina sua sic defendere parati sunt, si obiecta vel prodita fuerint, vt etiā conuenticulorū segregationes, vel Ecclesię perturbationes cogitēt excitare, iā schismatici sunt, & ab vnitate corde discissi, etiam si non inuentis occasionibus aut occultatis factis suis sacramento Ecclesiæ corporali cōuersatione socientur. Quapropter illi soli catholici mali rectè deputantur, qui quāuis vera credant q̄ ad verā fidei doctrinā pertinent, & si quid fortè nesciunt, quærendū existimēt, & salua pietate discutiant, sine aliquo præiudicio ipsius veritatis, & bonos, vel quos bonos putant ament atq; honorent quantū possunt, tamen flagitiosē atq; facinorosē viuunt, contrà quàm viuendū esse credūt. Tales enim etiāsi prodantur aut accusentur, pro disciplina Ecclesiæ salutisq; suæ causa correpti, vel à cōmunione suspensi, nullo modo sibi recedendū esse à cōmunione catholicæ fidei existimant, quomodocunq; permissi fuerint satisfactionis quærentes locū: & aliquando per pœnitentiā in frumenta mutātur, siue correpti, siue remoti, siue etiā verbo Dei nullo nominatim accusante aut increpante perterriti. Aliquando autem etiā sub nomine pœnitentium ita viuunt vt solent, aut non multò minus, quidā etiā amplius, nullo modo tamen à catholica vnitate discedunt. Quib⁹ ita viuentibus si mors obrepserit, paleæ deputātur vsq; in finem. Hoc etiā ipsi credunt. Nā si aliter credunt, & in cōcussē tenent, iā inter hæreticos numerandi sunt: putantes omnibus Deū etiā in magna iniquitate vsq; in finē vitæ perseuerantibus tantū quia Ecclesiæ vnitatē non syncera dilectione, nisi vt bene viuerēt, sed magis pœnarū timore tenuerūt, veniā daturū. Isti ergo non hoc credunt, vel non firmiter opinantur, & si adhuc forsitan quærunt. Sed magis eos decipit spes dilationis, dū se diutius victuros putant, & perditos mores aliquando in melius mutaturos. Contra quos dicitur: Ne tardes conuerti ad Deū, neq; differas de die in diē: Subitò enim veniet ira eius, & in tēpore vindictę disperdet te. Illi enim conuertuntur qui rectè viuere incipiunt, hoc est enim ad Deū redire. Qui autē concupiscētias suas perseueranter sequuntur, dorsum quodammodo habent ad Deū, quamuis in vnitate constituti sæpe illum retorto collo conentur aspicere. Ergo & isti, vt ait Propheta, caro sunt & spiritus ambulans & nō reuertens. Sed tamen, vt dictum est, propter eandem fidem atque vnitatem Ecclesiæ, neq; inter zizania, quoniam illa extra radicata sunt, neq; inter aristarū paleam quę se etiam frumentis audet aspera dissensione & fragili elatione superimponere, sed quamuis subiectam frumentis, tamen inter paleam quæ vltima ventilatione separāda est, numerantur. Boni autem catholici sunt, qui & fidē integram sequūtur & mores bonos. Quod autem ad fidei doctrinam pertinet, ita quærūt, si quid quærendum habent, vt absit concertatio periculosa, vel quærenti, vel ei cum quo quæritur, vel eis qui differentes audiunt. Ita autē docent, si quid docendū habent, vt vsitata & confirmata securissimè & fidentissimè & lenissimè vt possunt insinuēt. Insuitata verò etiā si veritatis manifestatione liquidissima perceperunt, quærendi potius quàm præcipiendi aut affirmādi modo, propter audientis infirmitatē. Si autem tātū habet pondus aliquòd verū, vt vires discentis excedat: suspēdendū est vt extendat crescentem, non imponendū vt obterat paruulū. Inde est enim illud Domini: Sēd filij hominis cū venerit, putas inueniet fidē in terra? Aliquando autē & occultandū est, sed cū spe hortatoria, vt non faciat desperatio frigidiores, sed desiderū capaciores. Inde est illud eiusdē Dñi: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Quod ergo ad mores pertinet, hoc bene & breuiter dicitur: aut cōfligendū est cū amore temporaliū bonorū, vt non vīcat: aut etiā edomitus subditusq; esse debet, vt cū surgere cœperit, facile reprimatur: aut ita extinctus, vt se omnino nulla ex parte cōmoueat. Ex quo fit vt etiā ipsam mortē propter veritatem alij fortiter obeāt, alij æquanimiter, alij libēter. Quæ tria etiā genera fructus sunt fertilis terræ, triceni & sexageni & centeni. In horum aliquo genere inueniendus est tempore mortis suæ, si quis de hac vita rectè cogitat emigrare. Tolerāda sunt autem non solū zizania vsq; ad messem: q̄ cū diabolus asperfis prauis erroribus falsisq; opinionibus superseminasset, hoc est, præcedente nomine Christi hæreses superiecisset, magis ipse latuit atq; occultissim⁹ factus est, hoc est enim, Et abiit: sed etiā palea vsq; ad ventilationem. Nec probatur fortius grauitas frumentorum, nisi paleæ perturbationibus, quas qui cōprimere non potuerit veritate defensa, cesserit vnitate seruata. Quā quā in hac parabola Domin⁹, sicut in eius expositione cōclusit, nō quædā, sed omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem zizaniorū nomine significasse intelligitur. CVM autem creuisset herba, & fructū fecisset, tūc apparuerūt & zizania. Cùm enim spiritalis homo esse cœperit diiudicās oīa, tunc ei errores incipiūt apparere. Serui autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? Vtrū & ipsi sint serui quos paulo pòst messores appellat: an quia in expositione parabolæ messores dixit esse angelos, nec quisquam facilè dicere ausus fuit angelos nescisse quis zizania superseminauerit, & ea tunc apparuisse angelis cū herba fructū fecisset: magis oportet ītelligi homines ipsos fideles seruorū nomine hoc loco significatos, quos etiā bonū semē dicit. Nec mirū si & bonū semen ipsi dicuntur, & serui patrisfamiliās: sicut & de se ait, q; ipse sit ianua, & q; ipse sit pastor. Ex diuersis enim significationib⁹ vna res etiā plures & diuersas similitudines recipit: præsertim quia cū ad seruos loqueretur, nō ait: In tempore messis dicam vobis: Colligite primū zizania: sed, dicā, inquit, messoribus. Vnde intelligitur colligendorū zizaniorū ad cōburendū alia esse ministeria, nec quemquā Ecclesię filiū debere arbitrari ad se hoc officiū ptinere. Cùm igitur esse quisq; spiritalis cœperit, cognoscit errores hæreticorum & omnino diiūdicat atque discernit, quicquid audierit aut legerit abhorrere à regula veritatis: sed donec quis in eisdem spiritalibus perficiatur, & quodāmodo maturescat in fructum quem herba dedit, potest eum mouere, quare sub nomine Christiano tam multæ hæreticorum extiterint falsitates. Inde etiam est quod serui dicunt: Nōne bonum semen seminasti in agro tuo: vnde ergo habet zizania? Deinde cū cognouerit hanc excogitasse fraudē diabolum, cum cōtra tanti nominis autoritatē nihil se valere sentiret, vt fallacias suas eodē nomine obtegeret: potest ei subo riri volūtas, vtt ales homines de reb⁹ humanis auferat,

al. tēperatus.

Lucæ 18.b. 8.

Ioan.16.b. 12.

1.Cor.2.d. 15.

QVAEST. XII. Matth.13.d.r 26.*

Ecl.5.b.11.

Psal.77.d. 34.

Ioan.10.b. 7.9.11.14.

si aliquã tẽporis habeat facultatẽ: sed vtrum facere debeat, iustitiã Dei consulit, vtrum hoc ei præcipiat, vel permittat, & hoc officiũ esse hominũ velit. Hinc est q̃ serui dicunt: Vis imus, & colligimus ea? † Quibus veritas ipsa respondet: Non ita hominẽ cõstitutũ esse in hac vita, vt certus esse possit qualis quisque futurus sit postea, cuius in præsentia cernit errorẽ: vel quid etiam error eius cõferat ad profectũ bonorũ: nõ esse tales auferendos de hac vita, ne cũ malos conatur interficere, bonos interficiat, q̃ fortè futuri sunt: aut bonis obsit, quib⁹ & inuiti fortè vtiles sunt: sed tũc opportunè fieri, cũ iã in fine nõ restat vel tẽpus cõmutandæ vitæ, vel proficiendi ad veritatẽ ex occasione atq; cõparatione alieni erroris. Tunc autẽ hoc nõ ab hominibus sed ab angelis fieri. Inde est q̃ respõdet paterfamiliãs: Nõ, ne fortè colligẽtes zizania, eradicetis simul & triticũ: sed in tẽpore messis dicã messorib. & cætera. Atq; hoc modo eos patiẽtissimos & trãquillissimos reddidit. Quæri autẽ potest q̃ ait: Alligare fasciculos ad cõburendũ: cur nõ vnũ fascẽ, aut nõ vnũ aceruũ zizaniorũ fieri dixit? Nisi fortè propter varietatẽ hæreticorũ, & non solũ à tritico, verũ etiã à seipsis discrepãtiũ, ipsa vniuscuiusq; hæreseos propria cõuẽticula, in quib. singilatim sua cõmunione deuincti sunt, nomine fasciculorum designauit. Vt iã tunc incipiãt allegari ad cõburendũ, cùm à catholica communione segregati suas proprias quasi ecclesias habere cœperint: vt cõbustio carũ sit in fine seculi, † modò alligatio fasciculorũ. Sed si ita esset, non iã multi resipiscẽdo, & in catholicã remeando ab errore descisceret. Quapropter & alligatio fasciculorũ in fine futura est, vt non cõtusè, sed pro modo peruersitatis suæ vniuscuiusq; erroris pertinacia puniat. Ne fortè colligentes zizania eradicetis simul & triticum. Vtrũ quia etiã boni cùm adhuc infirmi sunt, opus habẽt in quibusdã malorum permixtione: siue vt per eos exerceant, siue vt eorũ cõparatione magna illis exhortatio fiat, vt nitãtur ad melius, quib⁹ sublatis altitudo charitatis quasi euulsa marcescat, q̃ est eradicari. Nã sic ait Apostolus: Vt in charitate radicati & fundati possitis cõprehendere. An fortè ideo simul eradicatur triticũ cùm auferũtur zizania, q̃a multi primò zizania sunt, & postea triticũ fiunt? Qui nisi patienter cũ mali sunt tolerẽtur, ad laudabilẽ mutationẽ nõ peruenirũt: itaq; si euulsi fuerit, simul eradicabitur & triticũ quod futuri essent, si eis parceretur. SIMILE est regnum cælorũ hõi negociatori quærẽti bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna p̃ciosa margarita, abiit & vẽdidit oĩa q̃ habuit, & emit eã. Quæstio est, cur à numero plurali ad singularẽ trãsierit, vt cùm q̃rat homo bonas margaritas, vnã inueniat p̃ciosam, quã vẽditis omnibus quæ habet, emat. Aut ergo negociator iste bonos homines q̃rens, cũ quib. vtiliter viuat, inuenit vnũ pr̃ę omnib⁹ sine peccato, mediatorẽ Dei & hõum hominẽ Christũ Iesum. Aut p̃cepta iustitiæ quærẽs, quibus seruatis cũ hominibus rectè cõuersetur, inuenit dilectionẽ proximi in quo vno dicit Apostolus oĩa cõtineri: vt, Nõ occides, nõ mœchaberis, nõ furaberis, non falsum testimoniũ dices, & si quod est aliud mãdatũ, singulę margaritæ sint, quæ in hoc sermone recapitulantur: Diliges proximũ tuũ tãquã teipsum. Aut bonos intellect⁹ homo quærit, & inuenit vnum illũ quo cuncti continentur: In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ. Est enim verbũ Domini lucidũ candore veritatis, & solidũ firmitate æternitatis, & vndiq; sui simile pulchritudine diuinitatis, qui Deus penetrata carnis testudine intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam peruenerat, quæ in tegumentis mortalitatis, quasi concharum obstaculo, inter profunda huius seculi, atq; inter duritias saxeas Iudæorũ aliquãdo latuerat. Ille ergo ad ipsam margaritã iã peruenerat, qui ait: Et si nouerамus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iã non nouimus. Nec vllus omnino intellectus margaritæ nomine dignus est, nisi ad quẽ discussis omnibus carnalibus tegminibus peruenitur, quibus siue p̃ verba humana, siue per similitudines circũpositas operitur, vt purus & solidus, & nusquã à se dissonans, certa ratione cernatur. Quos tamẽ omnes veros & firmos & perfectos intellectus vnus ille cõtinet, per quẽ facta sunt oĩa, q̃ est verbũ Dei. Quodlibet autẽ horũ trium sit, vel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vni⁹ & p̃ciosę nõmine bene significetur, preciũ eius est, nosipsi: qui ad eã possidẽdã non sumus liberi, nisi omnib. pro nostra liberatione cõtẽptis, q̃ tẽporaliter possidẽtur: vẽditis enim reb. nostris nullũ earũ maius accipimus prẽtiũ, quàm nosipsos, q̃a talibus implicati nostri nõ eramus. Vt rursus nosipsos pro illa margarita demus, nõ q̃a tãti valeamus, sed q̃a plus dare nõ possumus. Et oculos suos clauserũt, ne quãdo oculis videãt: id est, ipsi causa fuerũt, vt Deo eis oculos claderet. Alius enim Euangelista dicit: Excęcauit oculos eorũ. Sed vtrũ vt nunquã videãt quærẽdũ, an verò ne vel sic aliquãdo videãt, cæcitate sua sibi displicẽtes, & se dolẽtes, & ex hoc humiliati atq; cõmoti ad cõfitenda peccata sua, & piè q̃rendũ Dominũ. Sic enim Marcus hoc dicit: Ne quando cõuertãtur & dimittãtur eis peccata. Vbi intelligũtur peccatis suis metuisse vt non intelligerẽt, & tamẽ hoc ipsum misericorditer eis factũ, vt peccata sua cognoscerẽt, & cõuersi veniã merẽrẽtur. Quod autẽ Ioãnes hũc locũ ita dicit: Propterea nõ poterãt dicere, q̃a iterũ dixit Esaias: Excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, vt nõ videãt oculis, & intelligant corde, & cõuertãtur, & sanẽt eos: aduersari videt huic sentẽtiæ, & omnino cogere, vt quod hic dictũ est, Ne quando oculis videant: nõ accipiatur ne vel sic aliquãdo oculis videãt, sed prorsus vt nõ videãt, Quãdoquidẽ apertè ita dicit, Vt oculis nõ videant. Et quod ait, Propterea nõ poterãt credere: satis ostendit nõ ideo factã illã excæcationẽ, vt ea cõmoti & dolentes se nõ intelligere, cõuertẽrẽtur aliquãdo per pœnitẽtiã. Nõ enim possent hoc facere, nisi prius crederẽt, vt credẽdo cõuertẽrẽtur, cõuersione sanarentur, sanitate intelligerẽt. Sed ideo potius excæcatos, vt nõ crederẽt. Dicit enim apertissimè: Propterea nõ poterant credere. Quod si ita est, quis nõ exurgat in defensionẽ Iudæorũ, vt eos extra culpã fuisse proclamet, quòd nõ crediderũt? Propterea enim non poterãt credere, quia excæcauit oculos eorũ. Sed quoniã potius Deus extra culpã debet intelligi, cogimur fateri aliis quibusdam peccatis ita eos excęcari meruisse, qua tamẽ excęcatio ne non potuerũt credere. Verba enim Ioãnis ista sunt: Propterea nõ poterãt credere, q̃a iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ. Frustra itaq; conamur intelligere, ideo fuisse cęcatos, vt nũ cõuertẽrẽtur, cùm ideo cõuerti non poterãt, q̃a non credebãt, & ideo credere non poterãt quia excæcati erãt. An fortè non absurdè dicimus, quosdã Iudæorũ fuisse sanabiles: sed tãto tamẽ superbiæ tumore periclitatos, vt eis expedierit primò nõ credere: & ad hoc fuisse cæcatos, vt non intelligerent Dominũ loquentẽ per parabolas, quibus non intellectis, non in eũ crederent, non credentes autem cũ cæteris desperatis crucifigerent eũ: atq; ita post eius resurrectionem conuerterentur, quando iam de reatu mortis Domini amplius humiliati vehementi⁹ diligerent à quo sibi tantum seclus dimissum esse gauderent. Quoniam tanta erat eorũ superbia, vt tali humiliatione esset deiicienda. Quod incongruè dictum esse

ai. Quibus quia veritas ipsa respõdit.

al. non.

Ephes. 3. c. 17.
Colos. 2. b. 7.

Q. VAR ST. XIII. Matth. 13. f. 45.

1. Tim. 2. b. 5.

Rom. 13. c. 8.
Exod. 20. b. 14.

Matth. 22. d. 39.

Ioan. 1. a. 1.

2. Cor. 5. d. 16.

Q. VAR ST. XIIII. Matth. 13. b. 11.

Ioan 12. f. 40.

Marci 4. b. 12.

Ioan. 12. f. 39.
Esaiæ 6. c. 9. 10.

Ibidem.

esse quilibet arbitretur, si non ita contigisse in Actib. Apostolorum manifestissimè legerit. Non ergo abhorret quod ait Ioannes: Propterea non poterant credere, quia excæcauit oculos eorũ vt non videant: ab ea sententia qua intelligimus ideo excæcatos vt conuerterentur: hoc est, ideo eis per obscuritates parabolarũ occultatas sententias Domini, vt post eius resurrectionẽ salubriore pœnitentia resipiscerẽt: quia p̃ obscuritatem sermonis excæcati, dicta Domini nõ rectè intellexerunt, & ea nõ intelligendo, nõ in eũ crediderunt, non credendo crucifixerunt eũ: atq; ita post eius resurrectionem miraculis quæ in eius nomine fiebãt, exterriti, maiore criminis reatu cõpuncti sunt, & prostrati ad pœnitentiam, deinde accepta indulgentia ad obedientiã flagrantissima dilectione cõuersi. Nã quibus non profuit illa cęcitas ad conuersionem, quæ per linguã parabolarũ fiebat, ita de illis propheta alio loco dicit, quod etiã Apostolus cõmemorauit cùm de obscuritate linguarũ ageret: In aliis linguis, & in aliis labiis loquar populo huic: & nec sic me exaudient dicit Dominus. Non enim diceretur, Nec sic me exaudiẽt: nisi ad hoc fieret, vt vel sic exaudirent: id est, vt eis ad humilem confessionẽ & solicitã inquisitionẽ & obedientẽ cõuersionẽ & feruentẽ dilectionẽ valeret. Est verò etiã ista ratio medicinæ corporalis. Nã & pleraque medicamenta prius affligunt vt sanẽt, & ipsa collyria quæ ad oculos pertinẽt, si ea opus est intrinsecus infundi, nisi sensum videndi prius claudant & perturbent, prodesse non possunt. Nec moueat q̃ idem Propheta dicit: Nisi credideritis nõ intelligetis: quasi cõtrariũ sit quod Ioannes ait: Propterea nõ poterant credere, quia excæcauit oculos eorũ: id est, quia illæ parabolæ ita dicebantur, vt ab eis nõ possent intelligi. Dicet enim aliquis: Si vt intelligerẽt credere debebant, quomodo propterea non poterant credere, quia non intelligebant? Hoc est, Quia excæcauit oculos eorũ. Sed quod ait Esaias: Nisi credideritis, nõ intelligetis: de illa intelligẽtia dictũ est, in qua semper manebitur, rerũ ineffabiliũ. Cùm autẽ dicitur quòd credatur, nisi quod dicitur intelligatur, credi non potest. Intelligẽda sunt ergo dicta vt credantur quæ dici nõ potuerũt, credẽda autẽ q̃ dici potuerũt, vt intelligantur quæ dicinõ possunt. Et sine parabolis nõloquebatur eis. Non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullũ ferè sermonẽ explicauit, vbi non aliquid per parabolam significauit, quãuis in eo aliqua & propriè dixerit: ita vt sæpe inueniatur totus sermo eius parabolis explicat⁹, totus autẽ propriè dictus nullus inueniatur. Explicatos autem sermones dico, quãdo ex aliqua occasione rerũ incipit loq̃ quousq; terminet quicquid ad ipsam rẽ pertinet, & transeat ad aliud. Nõnunquã sanè alius Euangelista contexit, q̃ alius diuersis temporibus dictũ indicat. Non enim omnimodo secũdũ rerũ gestarũ ordinem, sed secundũ suæ quisque recordationis facultatem narrationem quã exorsus est ordinauit.

Q. VAR ST. XV. Matth. 13. c. 34.

Q. VAR ST. XVI. Matth. 13. g. 51.

Ibid. f. 44.

Ibid. g. 34.

luit eum doctũ habendum esse in Ecclesia, qui etiam scripturas veteres parabolis explicatas intellexerit, ab istis nouis accipiens regulas: quia & ista Dominus per parabolas enunciauit, quãuis ipse Christus esset finis illorũ: id est, vt in eo illa vetera cõplerentur: vt si ipse in quo illa cõplentur & manifestantur, per parabolas adhuc loquitur donec eius passio velũ discindat, vt nihil sit occultũ q̃ nõ reueletur: multo magis illa quę ad cõmendandã tãtã eius salutẽ tã lõgè de illo scripta sunt, parabolis operta esse nouerimus: quæ cùm Iudæi ad literã acciperẽt, noluerunt esse docti in regno cælorũ, neq; transire ad Christũ, vt auferretur velamen quod supra cor eorũ positũ est. FRATRES eius Iacobus & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius, nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & scãdalizabantur in eo. Fratres apud Iudęos dici solere cognatos vsq; adeò probatur, vt non solũ ex propinquo generationis gradu, sicut sunt filij fratrũ & sororũ, qui etiã apud nos vsitatissimè fratres dicuntur: sed etiam auunculus & sororis filius, sicut sibi erãt Iacob & Laban, fratres appellati inueniantur. Non ergo mirũ est dictos esse fratres Domini ex materno genere quoscũq; cognatos, cùm etiã ex cognatione Ioseph dici potuerint fratres eius, ab eis qui illũ patrem Domini esse arbitrabantur. Generalẽ iustitiã nõ violat quis, nisi libidine transgressus fuerit placitũ societatis humanæ, sicut est furtũ, rapina, adulteriũ, incestus, & huiusmodi: aut naturã, sicut est cõtumelia, cædes, homicidiũ, concubitus masculorũ vel pecorũ: aut modũ in concessis, sicut est superbũ amplius verberare quàm oportet, vel superfluũ edere vel bibere amplius quàm oportet, cũ ipsa coniuge cõcũbere amplius quàm oportet: & similia. Bene intelligitur Spirit⁹ sanctus iideo primũ linguarũ donum dedisse hominibus quæ pacto & placito hominũ institutę sunt, & forinsecus per sensus corporis consuetudine audiendi discuntur, vt eis ostẽderet quàm facilè posset sapientes facere per sapientiã Dei, quę in eis interna est. Itẽ voluntas verbi sempiterni stabilis est semper, quia simul habet omnia: nostra autẽ voluntas ideo non stat, quia non habet simul omnia, ideo modò hoc modò illud volumus. Item sic fuerunt in illo verbo omnia quæ facta sunt, & ipsa susceptio hominis sic ab eo præcognita est, quomodo si pictor velit pingere totã domũ, & cogitet vel nouerit locum vbi otiã se pingere debeat: totũ in arte habet, & in præparatione, & in voluntate, quãuis certis & suis quæq; tẽporibus explicet. Sic omnis creatura & ipse homo qui eiusdẽ sapientiæ personã mysticè & inenarrabili susceptione gestaturus erat, in ipsa sapientia tanquã Dei arte sempiterna semper erat, quãuis suis quęque tẽporibus efficiat, quæ pertẽdit à fine vsque ad finẽ fortiter, & disponit omniã suauiter, atq; in se manens innouat omnia. Item quomodo quis velit velle mori, si sic velle mori peruenerat, qui iam habet sanam fidem & videt quo sibi perueniendum sit, ad hoc iam proficit, vt libenter de hac vita discedat. Non enim hoc est videre quò sibi perueniendum sit, quod est etiam amare illud, & ibi iam esse desiderare: quod in cuius animo effectum fuerit, necesse est vt libenter moriatur. Frustra itaque dicunt quidam, qui iam sanam fidẽ tenent, ideo se nolle mori vt proficiant, cùm ipse profectus eorum in eo profectu sit, vt mori velint. Si ergo verum loqui volũt, non dicant, ideo mori nolo vt proficiam: sed ideo mori nolo, quia parum profeci. Itaque mori nolle fidelibus non consilium est vt proficiant, sed indicium quod parum profecerint. Proinde quod nolunt vt perfecti sint, velint & perfecti sunt.

Actu. 2. f. 37.

1. Cor. 14. d. 21.
Esa. 28. c. 11.

Esa. 7. b. 9.
Ioan. 12. f. 39.

Q. VAR ST. XVII. Matth. 13. f. 55.

Gen. 29. b. 15.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE CONSENSV EVANGELISTARVM, LIBER I.

Ex libro 2. retract. cap. 16.

PER eosdem annos quibus paulatim libros de trinitate dictabã, scripsi & alios labore cõtinuo, interponens eos illorũ tẽporibus, in quibus sunt libri IIII. De consensu Euangelistarum, propter eos qui tanquã dissentientibus calũniãtur: quorũ primus liber aduersus eos scriptus est, qui tãquã maximè sapientẽ Christũ vel honorant vel honorare se fingunt: & ideo nolunt Euangẽlio credere, quia nõ ab ipso illa cõscripta sunt, sed ab eius discipulis, quos existimãt ei diuinitatem, qua crederetur Deus, errore tribuisse. In quo libro quod dixi ex Abraham cœpisse gẽtẽ Hebræorũ, est quidẽ & hoc credibile, vt Hebrei velut Habraei dicti esse videantur: sed ex illo veri⁹ intelliguntur appellati, qui vocabatur Heber, tanquam Hebereí, de qua re in lib. XVI. De ciuitate Dei satis disserui. In II. autẽ libro cũ agerẽ de duob. patribus Ioseph, ab altero dixi genitũ, ab altero adoptatũ. Sed dicendũ fuit alteri adoptatũ. Defuncto enim, quod magis credendũ est, secundũ legẽ fuerat adoptatus, quoniã qui eũ genuit, eius matrẽ fratris defuncti coniugẽ duxerat. Itẽ ibi dixi, Lucas verò ad ipsum Dauid per Nathan ascẽdit, per quẽ prophetam Deus peccatum illius expiauit. Per cuius nominis prophetam dicere debui, ne putaretur idẽ fuisse homo cum alter fuerit, quamuis & ipse hoc vocaretur. Hoc opus sic incipit.

Cap.14. Cap.11. Cap.5.

CAP. I. Euãgeliorum autoritas.

INTER omnes diuinas autoritates quę sanctis literis continentur, Euangelium meritò excellit. Quod enim lex & prophetæ futurũ esse prænunciauerũt: hoc redditũ atq; cõpletũ in Euãgelio demõstratur. Cuius primi prædicatores Apostoli fuerunt, qui Dominũ ipsum & saluatorẽ nostrũ Iesum Christũ etiã prę̃sentẽ in carne viderunt. Qui non solũ ea quæ ex ore eius audita vel ab illo sub oculis suis operata, dicta & facta meminerant: verũetiã quæ priusquã illi per discipulatũ adhæserant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia, diuinitus gesta & digna memoria, siue ab ipso, siue à parentibus eius, siue à quibuslibet aliis certissimis indiciis & fidelissimis testimoniis requirere & cognoscere potuerunt: impositò sibi euangelizãdi munere, generi humano annũciare curarũt. Quorũ quidã, hoc est, Matthæus & Ioannes, etiã scripta de illo quæ scribenda visa sunt, libris singulis ediderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendũ & prædicandũ Euangeliũ, interesse aliquid vtrum illi annũcient, qui eundẽ Dõm hic in carne apparẽtẽ discipulatu famulante secuti sunt, an ij qui ex illis fideliter cõperta crediderunt, diuina prouidentia ꝓcuratũ est per Spiritũ sanctũ, vt quibusdã etiã ex illis qui primos Apostolos sequebãtur, non solũ annunciandi, verũetiã scribendi Euãgelium tribueretur autoritas. Hi sunt, Marcus & Lucas. Cæteri autem homines qui de Dñi vel de Apostolorũ actibus aliqua scribere conati vel ausi sunt, nõ tales vel suis tẽporib. extiterunt, vt eis fidẽ haberet ecclesia, atq; in autoritatẽ canonicam sanctorũ librorũ, eorũ scripta reciperet. Nec solũ quia illi nõ tales erãt quib. narrãtib. credi oporteret, sed etiã q̃ scriptis suis q̃dã fallaciter indiderũt, q̃ catholica atq; apostolica regula fidei & sana doctrina cõdemnat.

A ISTI igitur quatuor Euangelistæ vniuerso terratũ orbe notissimi, & ob hoc fortasse quatuor, quoniam quatuor sunt partes orbis terræ, per cuius vniuersitatẽ Christi ecclesiam dilatari, ipso sui numeri sacramento quodãmodo declararunt, hoc ordine scripsisse perhibẽt. Primũ Matthæus, deinde Marcus, tertiò Lucas, vltimò Ioãnes. Vnde alius eis fuit ordo cognoscẽdi atque ꝓdicandi, alius autẽ scribendi. Ad cognoscendum quippe atq; prædicãdũ, primi vtiq; fuerunt qui secuti Dominũ, in carne præsentẽ dicentẽ audierũt, facientẽq; viderunt, atq; ex eius ore ad euangelizandũ missi sunt. Sed in conscribendo Euangelio, q̃ diuinitùs ordinatũ esse credendũ est, ex numero eorũ quos ante passionẽ Dominus elegit, primũ atq; vltimũ locũ duo tenuerũt, primũ Matthæus, vltimũ Ioãnes, vt reliqui duo q̃ ex illo numero nõ erãt, sed tamẽ Christũ in illis loquentẽ secuti erant, tãquã filij amplectẽdi, ac ꝓ hoc B in loco medio constituti, vtroq; ab eis latere munirẽtur. Horũ sanè quatuor solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibẽt eloquio, cæteri Græco. Et quãuis singuli suũ quendã narrandi ordinẽ tenuisse videantur, nõ tamẽ vnusquisq; eorũ velut alterius ꝓcedẽtis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata ꝓtermisisse quæ scripsisse alius inuenitur: sed sicut vnicuiq; inspiratũ est, non superfluã cooperationẽ sui laboris adiunxit, Nã Matthæus suscepisse intelligitur incarnationẽ Domini secũdũ stirpẽ regiã, & pleraque secũdũ hominũ præsentẽ vitã & facta & dicta eius. Marcus eum subsecutus tanquã pedissequus & breuiator eius videtur. Cũ solo quippe Ioãne nihil dixit, solus ipse perpauca, cũ solo Luca pauciora, cũ Matthæo verò plurima, & multa penè totidẽ atq; ipsis verbis, siue cũ solo, siue cũ cæteris cõsonãte. Lucas autẽ circa sacerdotalẽ Do- C mini stirpẽ atq; ꝓsonã, magis occupatus apparet. Nam & ad ipsum Dauid nõ regiũ stẽma secutus ascẽdit, sed per eos q̃ reges nõ fuerũt, exiit ad Nathan siliũ Dauid, q̃ nec ipse rex fuit. Non sicut Matthæus, qui per Salomonẽ regem descendens, cæteros etiã reges ex ordine prosecutus est, seruãs in eis, de quo postea loquemur, mysticũ numerũ. DOMINVS enim Iesus Christus vnus verus rex & vnus verus sacerdos, illud ad regendos nos, istud ad expiãdos, has duas ꝓsonas apud antiquos patres singillatim cõmendatas, suã figurã egisse declarauit: siue titulo illo qui cruci eius superfixꝰ erat, Rex Iudęorũ, vnde arcano instinctu Pilatus respõdit, Quod scripsi scripsi. Prædictũ quippe erat in Psalmis, Ne corrũpas tituli inscriptionẽ. Siue quod ad persona sacerdotis attinet in eò quod nos offerre atq; accipere D docuit: vnde prophetiam de se prœmisit dicentem, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Multiq; aliis documẽtis diuinarũ scripturarũ, rex & sacerdos Christus apparet. Hinc & ipse Dauid, cuius non frustra crebrius filius dictus est, quàm filius Abrahæ, quẽ cõmuniter tenuerũt Matthæus & Lucas, ille à quo per Salomonẽ descenderet, iste ad quem per Nathan ascenderet, quanquam apertè rex fuit, figurauit tamen & sacerdotis personam, quando panes propositionis manducauit, quos non licebat mãducare nisi solis sacerdotibus. Huc accedit quòd solus etiã Lucas Mariam commemorat manifestè cognatam fuisse Elisabet, quæ vxor erat Zachariæ sacerdotis. De quo idem scripsit, quòd eam de filiabus Aarõ, hoc est de tribu

CAP. II. Ordo euãgelistarum.

Ibid.a.5. Ibid.c.32. 1.Timot.2. b.5. CAPVT IIII. Ioãnes diuinitatem expressit. Ioannis 1.a. 1.* Ioannis 10. g.30. Ioannis 14. b.9.10. Ioannis 17. b.12. Ioan.5.c.19. Ioannis 13. c.23. CAP. V. Vitæ duæ. CAPVT III. Varia scribẽdi ratio Euangelistis. Ioan. 19. d. 21. Psal.74.a.1. Psal.109.b. 4. 1.Cor. 13.d. 12. Genes. 29.c. 23.d.28. Lib.22. cap.25. Matth.1.a. 6. Lucæ 3.f.31. 1.Reg.21.a. 4. Matth.12.a. 7. Lucæ 1.d.36. Ibid.a.5. Lucæ 3.f.31.

de tribu sacerdotũ habebat vxorẽ. Cũ ergo Matthæ⁹ A circa regis, Lucas circa sacerdotis personã generet intentionẽ, vtiquè humanitatẽ Christi maximè commẽdarunt. Secundum hominem quippe Christus & rex & sacerdos effectus est, cui dedit Deꝰ sedẽ Dauid patris sui, vt regni eius non esset finis, & esset ad interpellandũ ꝓ nobis mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. Non autẽ habuit tãquã breuiatorẽ coniũctũ Lucas, sicut Marcũ Matthæus. Et hoc fortasse nõ sine aliquo sacramẽto, q̃ regũ est non esse sine comitũ obsequio: vnde ille qui regiã personã Christi narrãdã susceperat, habuit sibi tanquã comitẽ adiunctũ, qui sua vestigia quodãmodo sequeretur. Sacerdos autem quoniã in sancta sanctorũ solꝰ intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam sociũ subsequẽtem, qui suam narrationem quodammodo breuiaret. TRES tamen isti Euangelistæ in his rebus maximè diuersati sunt, quas B Christus per humanam carnẽ temporaliter gessit: porò autem Ioannes ipsam maximè diuinitatem Domini qua patri est æqualis intendit, eamq; præcipuè suo Euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaq; longè à tribus istis superiꝰ fertur ita vt hos videas quodãmodo in terra cũ Christo homine conuersari, illũ autẽ transcendisse nebulã qua tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidũ cęlũ: vnde acie mentis acutissima atq; firmissima videret, in principio verbũ ꝑ̃ũ apud Deum, ꝑ̃ q̃ facta sunt oĩa. & ipsum agnosceret carnem factũ, vt habitaret in nobis, & quod acceperit carnem, nõ q̃ fuerit mutatus in carnẽ. Nisi enim carnis assumptio seruata incommutabili diuinitate facta esset, non diceretur, Ego & pater vnum sumus. Neq; enim pater & caro vnum sunt. Et hoc de seipso Domini testimoniũ solus idem Ioannes cõmemorauit, Et qui me videt, videt & patrẽ. Et, Ego C in patre, & pater in me est. Et, Vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus. Et, Quæcunq; pater facit, hæc eadẽ & filiꝰ facit similiter: & si qua alia sunt quæ Christi diuinitatẽ in qua ęqualis est patri, rectè intelligẽtibus intimẽt, penè solus Ioãnes in Euangelio suo posuit: tanquã de pectore ipsius Domini, super quod discũbere in eius conuiuio solitus erat, secretũ diuinitatis eius vberius & quodãmodo familiarius biberit. PROINDE cũ duæ virtutes propositæ sint animæ humanę, vna actiua, altera contẽplatiua: illa qua itur, ista qua peruenitur: illa qua laboratur vt cor mũdetur ad videndum Deũ: ista qua vocatur & videtur Deus. Illa est in præceptis exercẽdæ vitæ huius temporalis, ista in doctrina vitæ illius sempiternæ. At per hoc illa operatur, ista requiescit: quia illa est in purgatione peccatorũ, ista in lumine purgatorũ. Ac per hoc in hac vita mortali, illa est in ope bonę cõuersationis: ista verò magis in fide, & apud D perpaucos per speculum in ænigmate, & ex parte in aliqua visione incommutabilis veritatis. Hæ duæ virtutes in duabus vxoribus Iacob figuratæ intelligũtur. De quibus aduersus Faustum Manichæum pro modulo meo, quantum illi operi sufficere videbatur, disserui. Lia quippe interpretatur laborans: Rachel autẽ visus principium. Ex quo intelligi datur, si dĩligenter aduertas, tres Euangelistas temporalia facta Domini & dicta, quæ ad informãdos mores vitę præsentis maximè valerent, copiosius prosecutos circa illã actiuam virtutẽ fuisse versatos. Ioannem verò facta Domini multo pauciora narrantem, dicta verò eius, ea præsertim quæ trinitatis vnitatem, & vitæ ęternæ felicitatem insinuarent, diligentius & vberius conscribentẽ, in virtute contemplatiua commendanda, suam intentionem prædicationémque tenuisse.

VNDE mihi videntur qui ex Apocalypsi illa quatuor animalia, ad intelligẽdos quatuor Euangelistas interpretati sunt, probabilius aliquid attẽdisse, illi qui leonem in Matthæo, hominem in Marco, vitulũ in Luca, aquilam in Ioãne intellexerũt: quã illi qui hominẽ Matthæo, aquilam Marco, bouẽ Lucæ, leonem Ioanni tribuerunt. De principiis enim librorum quandam coniecturam capere voluerunt, non de tota intentione Euangelistarũ, quæ magis fuerat perscrutãda. Multo enim congruentius ille qui regiam Christi personã maximè commendauit, per leonem significatus accipitur: vnde & in Apocalypsi cũ ipsa tribu regia leo cõmemoratus est, vbi dictũ est, Vicit leo de tribu Iuda. Secundum Matthæũ enim & Magi narrantur venisse ab Oriente ad regem quęrendũ & adorandum, qui cis per stellã natus apparuit. Et ipse rex Hærodes regem Christũ formidat infantẽ, atq; vt eũ possit occidere, tot paruulos necat. Quòd autẽ per vitulũ Lucas significatus sit, propter maximã victimã sacerdotis, neutri dubitauerunt. Ibi enim à sacerdote Zacharia incipit sermo narrãtis. Ibi cognatio Mariæ & Elizabet cõmemoratur. Ibi sacramenta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrantur. Et quæcunque alia possũt diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intentionẽ circa sacerdotis personam habuisse. Marcus ergo, qui neque stirpẽ regiã, neque sacerdotalẽ vel cognationẽ vel consecrationẽ narrare voluit, & tamen in eis versatus ostenditur quæ homo Christus operatus est, tantũ hominis figura in illis quatuor animalibus significatus videtur. Hæc autem animalia tria, siue homo, siue vitulus in terra gradiuntur: vnde isti tres Euangelistæ in his maximè occupati sunt, quę Christus in carne operatus, & quæ præcepta mortalis vitæ exercendæ carnẽ portantibus tradidit. At verò Ioannes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucẽ incõmutabilis veritatis acutissimis atq; firmissimis oculis cordis intuetur. HAS Dñi sanctas quadrigas, quibꝰ ꝑ orbẽ vectus subigit populos leni suo iugo & sarcinæ leui quidã vel impia vanitate vel imperita temeritate calumniis appetunt, vt eis veracis narrationis derogẽt fidẽ, per quos Christiana religio disseminata, per mũdũ tanta fertilitate prouenit, vt homines infideles iam ĩter seipsos calumnias suas mussitare vix audeant, cõpressi fide gentiũ & omnium deuotione populorum. Veruntamẽ quia nonnullos adhuc calumniosis disputationibus suis, vel retardant à fide ne credant, vel iam credentes quantũ potuerint agitãdo perturbant: nõnulli autẽ fratres salua fide nosse desiderant quid talibus respondeãt quæstionibus, vel ad profectũ scientiæ suæ, vel ad illorũ vaniloquia repellenda, inspirante atq; adiuuante Domino Deo nostro (quod vtinam & ipsorum saluti prosit) hoc opere demonstrare suscepimus errorem vel temeritatẽ eorũ, qui contra Euãgelij quatuor libros, quos Euãgelistæ quatuor singulos cõscripserint, satis argutas criminationes se proferre arbitrãtur: quod vt fiat, quàm non sibi aduersantur iidẽ scriptores quatuor, ostẽdendũ est. Hoc enim solent quasi palmam suæ vanitatis obiicere, q̃ ipsi Euangelistæ inter seipsos dissentiant. Sed illud prius discutiendũ est, quod solet nõnullos mouere, cur ipse Dominus nihil scripserit, vt aliis de illo scribẽtibus necesse sit credere. Hoc enim dicunt illi vel maximè Pagani, qui Dominũ ipsum Iesum Christũ culpare aut blasphemare nõ audẽt: eiq; attribuunt excellentissimam sapientiam, sed tamen tanquam homini: discipulos verò eius dicunt magistro suo amplius tribuisse quã erat, vt eum filium Dei dicerent, & verbum Dei per quod facta sunt omnia, & ipsum ac Deum patrem vnum esse: ac

CAPVT VI. Leo, homo, bos, aquila. Apoc.4.b.6. Ezech.1.b.5. Super Ioannẽ tract. 36. Apoc.5 b.5. Matthæi 2. a.1.* Lucæ 1.a.5. Ibid.d.36. Ibid.2. c.23.* Marci 1.* 2.Retract. cap.16. Ioan.1.c.34. Ibid.a.3.* Ibid.17.b. 12. CAPVT VII. Dominus ipse nihil scripsit.

si qua similia sunt in apostolicis literis, quibus cum cũ pauc vnum Deum colendum esse didicimus. Honorandum enim tanquam sapientissimũ virum, putant: colendum autem tanquã Deũ negant. Cũ ergo quærunt quare ipse nõ scripserit, videntur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisse, nõ quod alij de illo pro suo arbitrio prædicassent. A quibus quæro, cur de quibusdã nobilissimis philosophis suis hoc credi-
De ciuitate Dei lib. 8. cap 2. derunt, quod de illis eorum discipuli scriptum memoriæ reliquerunt, cũ de se ipsi nihil scripsissent? Nam Pythagoras, quo in illa contẽplatiua virtute nihil tũc habuit Græcia clarius, non tantũ de se, sed nec de vlla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates autem, quem rursus in actiua, qua mores informantur omnibus prætulerunt, ita vt testimonio quoque dei sui Apollinis omniũ sapientissimũ pronunciarũ esse non taceãt, Æsopi fabulas pauculis versibus prosecutus est, verba & numeros suos adhibens rebus alterius: vsque adeò nihil scribere voluit, vt hoc se coactũ imperio sui dæmonis fecisse dixerit sicut nobilissimus discipulorum eius Plato commemorat. In quo tamẽ opere maluit alienas quã suas exornare sententias. Quid igitur causę est, cur de istis hoc credant, quod de illis discipuli eorũ litteris cõmendarunt, & de Christo nolunt credere quod eius de illo discipuli conscripserunt? presertim cũ ab eo cæteros homines sapientia superatos esse fateantur, quãuis eũ fateri Deũ nolint. An verò illi quos isto multo inferiores fuisse nõ dubitant, veraces de se discipulos facere potuerũt, & iste nõ potuit? Quod si absurdissimè dicitur, credãt de illo quẽ sapiẽtẽ fatentur, nõ q; ipsi volunt, sed quod apud eos legunt, qui ea quæ scripserũt, ab illo sapiẽte didicerũt. DEINDE di-
CAPVT VIII. Du eodem. al. vnciatæ. cant, vnde saltem quod sapientissimus fuerit, nosse vel audire potuerũt? Si fama disseminãte, certior ne de illo fama † nũcia est, quàm discipuli eius, quibus eũ prædicãtibus ipsã per totũ mundũ fama fragrauit? Postremò famam præferant famæ, & ei famæ de illo credant quæ maior est. Ea quippe fama quæ de catholica Ecclesia, quam stupent toto orbe diffusam, mirabili claritate dispergitur, tenues istorũ rumores incõparabiliter vincit. Ea porrò fama tam magna, tã celebris est, vt eam timẽdo isti trepidas & tepidas cõtradictiunculas
al. volentes. in sinu suo rodant, iã plus metuentes audire, quã † nolẽtes credi filiũ Dei vnigenitũ, & Deũ prẽdicari Christũ, per quẽ facta sunt oia. Si ergo famam eligũt testẽ, cur non hanc eligunt, quæ tanta claritate præfulget? Si scripturam, cur nõ Euangelicã, quæ tanta autoritate præpollet? Nos certè hæc de diis eorũ credimus quę habet scriptura eorũ antiqor, & fama celebrior. Quæ si adorãda sunt, cur ea rident in theatris? Si autẽ redẽda sunt, plus ridendũ est cùm adorãtur in templis. Restat vt ipsi velint testes esse de Christo, qui sibi auferũt meritũ sciendi quid loquatur, loquẽdo quod nesciũt. Aut si aliquos libros se habere dicunt, quos eũ scripsisse asserũt, prodant eos nobis. Profectò enim vtilissimi & saluberrimi sunt, quos, vt ipsi fatẽtur, vir sapiẽtissimus scripsit. Si autẽ timẽt eos proferre, vtique mali sunt. Porrò si mali sunt, nõ eos sapientissimus scripsit. Sapientissimum autem Christum fatentur. Non ergo
CAPVT IX. Quidã fingũt Christũ scripsisse magica. Christus tale aliquid scripsit. ITA verò isti delipiũt, vt in illis libros, quos eũ scripsisse existimant, dicant contineri eas artes, quibus eum putant illa fecisse miracula, quorum fama vbique percrebuit, quod existimãdo seipsos produnt quid diligant, & quid affectent. Quando quidem Christum propterea sapiẽtissimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita nouerat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiam ipsa terrenæ reipublicæ administratio iure condẽnat.

A Et certè qui tales Christi libros legisse se affirmãt, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illũ de libris talibus fecisse mirantur? QVID quod etiam diuino iudicio
CAP. X. Refellit eosdem. sic errant quidam eorũ, qui talia Christũ scripsisse vel credunt vel credi volunt, vt eosdem libros ad Petrum & Paulũ dicant, tanquan epistolari titulo prænotatos Et fieri potest vt siue inimici nominis Christi, siue qui eiusmodi execrabilibus artibus de tam glorioso nomine pondus autoritatis dare se posse putauerunt, talia sub Christi & apostolorũ nomine scripserint: in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, vt etiã à pueris, qui adhuc pueriliter in gradu lectorũ Christianas literas norunt, meritò rideantur. Cùm enim vellent tale aliquid fingere Christrum scripsisse ad discipulos suos, cogitauerũt, ad quos potissimũ scribere potuisse facilè crederetur, tanquã ad illos qui ei familiarius adhęsissent, quibus illud quasi secretũ dignè cõmitteretur: & occurrit eis Petrus & Paulus, credo quod plu-
B ribus locis simul eos cũ illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eũdem passionis diẽ † celebrius & solenniter Roma commẽdat. Sic omnino
al. celeberrimam solenniter. errare meruerunt, qui Christũ & Apostolos eius non in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quęsierũt.
Act 9.21. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt. Toto enim tẽpore, quo Christus in carne mortali cùm suis discipulis vixit, nondũ erat Paulus discipulus eiº, quem post passionem suã, post resurrectionẽ, post ascẽsionem, post missum de cælis Spiritũ sanctũ, post multorum Iudæorũ conuersionem & mirabilẽ fidẽ, post lapidationẽ Stephani diaconi & martyris, cum adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Christũ crediderãt, grauiter persequeretur, de cælo vocauit, & suũ discipulum atque apostolũ fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos antequã moreretur eum scripsisse putari
C volunt, ad discipulos, tanquam familiarissimos, Petrũ & Paulum scribere, cũ Paulus nondũ fuerit discipulº
CAPVT XI. Cõtra eosdem. eius? ILLVD quoque attendant qui magicis artibus tanta eum potuisse, & nomen suũ ad populos in se cõuertendos arte ipsa consecrasse delirant, vtrum potuerit magicis artibus tantos Prophetas diuino spiritu, antequam in terra nasceretur, implere, qui de illo talia futura prælocuti sunt, qualia iam præterita in Euangelio legimus, & qualia in orbe terrarũ pręsentia nunc videmus? Neq; enim si magicis artibus fecit vt coleretur & mortuus, magnus erat antequam esset natus: cui
Contra Faustum. lib. 12. cap. 45. prophetando venturo gens vna deputata est, cuius reipublicæ tota administrato prophetia esset illius regis venturi, & ciuitatem cælestem ex omnibus gentibus condituri. PROINDE illius Hebręę gẽtis ad prophetandũ Christũ, sicut dixi, deputataº nullº alius DeºCAPVT XII. Aduersus eosdem. erat, nisi Deus vnus, Deus verus, qui fecit cælum & terram & omnia quæ in eis sunt: quo offenso sæpe
D suis hostibus subdebantur. Nunc etiam pro grauissimo scelere occisi Christi, ex ipsa Hierosolima, quæ erat regni eorum caput, penitus eradicati, & Romano imperio subiugati sunt. Solebant autem Romani deos gentium quas subiugabant colendos propitiare, & eorum sacra suscipere. Hoc de Deo gentis Hebrææ, cùm eam vel opugnauerunt vel vicerunt, facere noluerunt. Credo quòd videbãt, si eius Dei sacra reciperent, qui se solum, deletis etiam simulachris coli iuberet, dimittenda esse omnia quę prius colenda susceperant, quorum religionibus imperium suum creuisse arbitrabantur. In quo eos plurimum fallacia dæmonum decipiebat: nam vtique intelligere debebant, occulta Dei veri voluntate, penes quem rerum summa potestas est, sibi datũ & auctũ regnũ, non illorũ deorũ fauore: qui si aliquid in hac re potestatis habuissent,

A buissent, suos potius protexissent, ne à Romanis superarẽtur, aut ipsos eis Romanos edomitos subiugassent. Neque enim possunt dicere pietatem ac mores suos à diis gẽtiũ quas vicerũt, dilectos & electos. Nũquã hoc dicent, si primordia sua recolant, facinorosorũ asylum & Romuli fratricidium. Neque enim quando asylum constituerunt Remus & Romulus, vt quisquis cuiuslibet sceleris reus eò confugisset, inultũ haberet commissum, præcepta pœnitentiæ dederunt ad sanandas animas miserorũ: ac non potius collectã timentiũ manũ contra suas ciuitates, quarũ leges timebant, mercede impunitatis armarũt. Aut quando Romulus fratrẽ qui nihil in eum mali perpetrarat, occidit, iustitiã vindicandi, ac non principatũ dominandi cogitauit; Iráne istos mores dilexerũt dij hostes suarum ciuitatũ, fauẽdo hostibº carũ? Quin potius nec illas deserẽdo preferunt, nec ad istos transeundo eos aliquid adiuuerunt quia non habẽt in potestate regnũ dare & auferre: sed B Deus vnus & verus hoc agit occulto iudicio: non continuò beatos facturus, quibus terrenũ regnum dederit: nec continuò miseros, quibus ademerit: sed beatos vel miseros propter aliud & aliunde faciens, tẽporalia regna atq; terrena quibus voluerit, & quamdiu voluerit, secundum prædestinatum ordinem sæculorum, vel finendo vel donando distribuit. VNDE nec illud posCAPVT XIII. Hierosolymam cur deus passus est subuerti. sunt dicere, cur ergo Deus Hebręorum, quem summũ & verum Deum dicitis, non solũ Romanos eis nõ subiugauit, sed nec ipsos Hebræos, ne à Romanis subiugarentur, adiuuit? Præcesserũt enim manifesta peccata eorum, propter quæ illis hoc euenturũ prophetæ tãto antè prædixerãt: & maximè quia impio furore Christũ occiderunt, in quo peccato aliorum occultorum peccatorũ meritis excæcati sunt: & quòd illius passio esset gẽtibus profutura, eadem prophetica cõtestatione prędictũ est. Nec alia re magis claruit, illius gentis C regnũ & templũ & sacerdotium & sacrificium & vnctionem illã mysticam, quod chrisma Græcè dicitur, vnde Christi nomen elucet, & propter quã reges suos Christos ipsa gens appellabat, non fuisse nisi prænunciãdo Christo deputata: quàm quod occisi Christi resurrectio posteaquã cœpit credentibus gentibº prædicari, illa omnia cessauerũt, nescientibus Romanis, per quorũ victoriã, nescientibus Iudæis, per quorũ subiugationẽ factũ est vt illa omnia cessarent. REM sanè
CAPVT XIIII. De eodem. mirabilem non aduertunt pauci Pagani qui remanserunt, Deum Hebræorum offensum à victis, nec receptũ à victoribus, nũc prædicari & coli ab omnibus gẽtibº. Ipse est enim Deus Israël, de quo tanto antè Prophe-
Esaiæ 54. c. 5. ta plebẽ Dei sic allocutus est, Et qui eruit te, Deus Israel vniuersæ terræ vocabitur. Hoc factũ est per nomẽ Christi veniẽtis ad homines ex semine ipsiº Israel, q; nepos fuit Abrahę, à quo gẽs cœpit Hebręorũ, nã & D ipsi Israël dictũ est, In semine tuo benedicẽtur omnes
Genes. 22. d. 18. 2. Retract. cap. 16. tribº terræ. Hinc ostẽditur Deus Israël Deº vnus, qui fecit cælũ & terrã, qui res humanas iustè ac misericorditer curat, ita vt nec præcludat iustitia misericordiã, nec impediat misericordia iustitiã: nõ quòd ipse sit victº in Hebręo populo suo, qui regnũ sacerdotiũq; eius Romanis expugnãdũ delendumq; permisit: quandoquidem per Christi Euangeliũ veri regis & sacerdotis quod illo regno & sacerdotio futurũ præfigurauit, nũc ipse Deus Israel vbiq; delet idola gentiũ: quæ vtiq; ne delerentur, recipere sacra eius Romani noluerunt, sicut receperunt, deorũ aliarum gentium quas vicerũt. Ita & regnũ sacerdotiumq; prophetica gẽtis abstulit, quia iã qui per eã promittebatur, aduenerat: & Romanũ imperiũ, à quo gẽs illa victa est, p Christũ regẽ suo nomini subiugauit, atq; ad euertẽda idola, ,ppter quorum honorem sacra eius recepta non erant, Christianę fidei robore ac deuotione cõuertit. Puto quia hæc de se futura vt per tot prophetas, & per cuiusdam etiã gẽtis regnũ ac sacerdotiũ prænunciarentur, non magicis artibus fecit Christus antequã esset in hominibus natus: nam & illius iã deleti regni populus vbique dispersus mirabili Dei prouidentia, quãuis sine vlla vnctione regis sacerdotisq; remãserit, in quo chrismate Christi nomen apparet, tenet tamen reliquias quarundam obseruationum suarũ. Romana autẽ sacra illa de idolorum cultu nec victus ac subiugatus accepit, vt libros propheticos ad testimonium gerat Christi, ac sic de inimicorum codicibus † probetur veritas prophetari al. proferitur. al. iudicans. Christi. Quid ergo miseri adhuc Christũ malẽ laudando seipsos † indicãt, si aliqua magica sub eius nomine scripta sunt, cùm vehementer his artibº Christi doctrina inimica sit? Hinc potius intelligant quantũ sit illud nomen, quo addito etiam illi qui cõtra eius præcepta viuunt, suas nefarias artes honorare conãtur. Sic enim diuersis hominũ erroribº multi etiã varias hæreses aduersus veritatem sub eius nomine cõdiderunt. Ita sentiunt etiam inimici Christi, ad suadendũ quod proferunt contra doctrinam Christi, nullum sibi esse põdus
CAPVT XV. Christum laudant & dæmones, & Pagani. authoritatis, si nõ habeat nomen Christi. QVIDq; isti vani Christi laudatores & Christianæ religionis obliqui obtrectatores propterea non audent blasphemare Christũ, quia quidã philosophi eorũ, sicut in libris suis Porphyrius Siculus prodidit, cõsuluerũt deos suos quid de Christo responderẽt: illi autem oraculis suis Christum laudare cõpulsi sunt. Nec mirum, cùm & in Euangelio legamus eum dæmones fuisse confessos. Scriptũ est autẽ in prophetis nostris, Quoniã dij Marci 1. c. 24. Psal. 95. b. 5. gẽtiũ dæmonia. Ac per hoc isti ne contra deorũ suorũ responsa conentur, continẽt blasphemias à Christo, & eas in discipulos eiº effundũt. Mihi autẽ videtur, quòd illi dij gentiũ, quos philosophi Paganorũ consulere potuerunt, etiamsi de discipulis Christi interrogarentur, ipsos quoq; laudare cogerentur. VERVNTAMEN
CAPVT XVI. Apostoli nihil à Christo diuersa docuerunt. isti ita disputant, quòd hæc euersio templorum, & dãnatio sacrificiorum, & cõfractio simulachrorum non per doctrinã Christi fiat, sed per discipulorũ eius quos aliud, quàm ab illo didicerũt, docuisse cõtẽdunt, ita volẽtes Christianã fidẽ, Christum honorãtes, laudantesq; cõuellere: quia vtiq; per discipulos Christi & facta & dicta Christi annunciata sunt, quibus cõstat religio Christiana adhuc iãtis iã pauciissimis, nec iã oppugnãtibus, sed tamẽ adhuc mussitantibus inimica. Sed si nolunt credere Christũ talia docuisse, prophetas legant, q; nõ solũ superstitiones idolorũ euerti præceperunt, verumetiã Christianis tẽporibº hãc euersionẽ futurã prædixerunt. Qui si fefellerunt, cur tãta manifestatio- Dilemma. ne cõpletur? Si verum dixerunt, cur tãtæ diuinitati resistitur? VERVNTAMEN diligentius ab istis quęrẽdum est, quemnã putent esse Deum Israel, cur eum colendũ nõ recepẽrint, sicut aliarum gẽtium deos quas
CAPVT XVII. De eodem. Romanũ subegit imperium, præsertim cùm eorũ sententia sit, omnes deos colendos esse sapienti? Cur ergo à numero cæterorũ iste reiectus est? Si plurimũ valet, cur ab eis solus non colitur? Si parũ aut nihil valet, cur cõtritis eorũ simulachris ab omnibus gẽtibus solus penè iã colitur? Nunquã huius quæstionis vinculo eximi potuerunt, qui cùm maiores & minores deos colant, quos deos putant, hunc Deũ non colũt, qui præualuit omnibus quos incolunt. Si enim magnæ virtutis est, Dilemma. cur existimatus est improbãdus? Si paruæ nulliũsue virtutis est, cur tantũ potuit improbatus? Si bonus est, cur à cæteris bonis solº separatur? Si malus est, cur à tot bonis vnº nõ superatur? Si verax est, curẽiº præcepta res-

Caput xciii. Romani cur Hebræorũ Deum solũ non recipiant.

puiuntur. Si mendax est, cur eius prædicta cõplentur? A
Postremo quod volunt de illo sentiãt. Nũquid Romani etiam malos deos colendos non putant, qui pallori & febri phana fecerunt? Qui & ἀγαθοὺς dæmones imitandos, & κακοὺς dæmones placandos monent? Quolibet ergo de illo existiment, cur eũ solũ sibi nec aduocandum nec propitiandum esse duxerunt? Quis est deꝰ iste vel ita ignotus, vt in tã multis diis solus adhuc non inueniatur, aut ita notus, vt à tã multis hominibus iam solus colatur? Nihil ergo restat vt dicãt cur huius Dei sacra recipere noluerint, nisi quia solum se coli voluerit, illos autem deos gentium quos isti iã colebãt, coli prohibuerit. Sed hoc ipsum magis ab eis requirendum est, quémnã vel qualem putent esse istum Deum, qui noluerit coli deos alios, quibus isti tẽpla & simulachra fecerunt, tantumq; potuerit vt plus valeret eius voluntas ad eorum simulachra euertenda, quàm illorum ad eius sacra non recipiẽda? Certè sententia illius eorum Philosophi proditur, quem sapientissimũ omnium hominum etiã oraculo fuisse firmarunt. Socratis enim sententia est, vnumquemque deũ sic coli oportere, quomodo se ipse colendum esse præceperit. Proinde istis summa necessitas facta est nõ colendi Deũ Hebræorum, quia si alio modo eum colere vellent, q̃ se colendum ipse dixisset, nõ vtiq; illum colerent, sed quod ipsi finxissent. Si autem illo modo vellent quo ipse dixerat, alios sibi colendos non esse cernebant, quos ille coli prohibebat. Ac per hoc respuerunt vnius veri Dei cultum, ne multos falsos offenderent: magis arbitrantes sibi obfuturam fuisse istorum iracundiã, quàm illius beneuolentiã profuturã.

Caput xix. Probat veũ Deum.

Sed fuerit ista vna necessitas, & ridenda timiditas. Nũc quærimus quid de isto Deo sentiãt homines, qui bus placet omnes deos colendos esse? Si enim iste colẽdus nõ est, quomodo coluntur omnes, cùm iste non colitur? Si autem colendus est, nõ omnes colẽdi sunt: quia nisi solus colatur, iste non colitur. An forè dicturi sunt istũ nõ esse Deum, cùm illos deos dicãt, qui, sicut nos credimꝰ, nihil possunt, nisi quod illius iudicio permittuntur: non vt alicui prosint, sed vt nec lædere valeãt, nisi eos quos ita lædẽdos esse ille iudicat q̃ omnia potest? Sicut autẽ ipsi cogũtur fateri, minora certè q̃ illi potuerũt. Si enim dij sunt quorũ vates consulti ab hominibꝰ, vt nõ dicã fefellerunt, proxima tamẽ priuatis negotiis respõderũt: quomodo nõ est Deꝰ, cuiꝰ vates nõ solũ ea quæ ad tẽpus cõsulebãtur cõgruè respõderunt, verumetiã vnde nõ cõsulebãtur de vniuerso genere humano, atque omnibus gentibus ea tanto antè prædixerunt, quę nunc & legimus & videmus? Si enim Deum dicunt quo impleta Sibylla † fata cecinit Romanorũ, quomodo nõ est Deus qui & Romanos & omnes nationes in se vnum Deũ per Christi Euãgelium credituras, & omnia patrũ suorũ simulachra euersuras, sicut prænũciauit exhibuit? Postremò si illos deos dicunt, qui nunquam ausi sunt per vates suos cõtra istum Deum aliquid dicere, quomodo non est deꝰ qui per vates suos istorum simulachra non solum euerti iussit, verumetiã in omnibus gentibus euersum irri prædixit ab eis, qui illis desertis se vnũ colere iuberentur, & iussi famularẽtur? Aut legant si possunt, vel aliquam Sibyllarum, vel quẽlibet aliorum vatum suorũ prædixisse hoc futurum, vt Deus Hebræorum, Deus Israël ab omnibus gentibus coleretur: & quòd eum cultores aliorũ deorũ rectè antea respuissent: futuras etiã literas Prophetarũ eiꝰ in autoritate ita sublimi, vt his obtẽperãs etiã imperiũ Romanorum iuberet delere simulachra: monuisse etiã ne talibus præceptis obtẽperaretur: legãt ista, si possunt, ex aliquibus libris

al. facta.

Caput xx. Prophetarũ testimonia

vatum suorum. Omitto enim dicere quòd ea quæ in illorum libris leguntur, pro nostra, hoc est, Christiana religione testimonium dicunt, quod à sanctis angelis, & ab ipsis nostris prophetis audire potuerunt: sicut & præsentem in carne Christum etiam dæmonia coacta sunt cõfiteri. Sed hæc omitto, quæ cùm proferimus, à nostris ficta esse cõtendunt. Ipsi omnino, ipsi vrgendi sunt, vt proferãt à vatibus deorũ suorũ cõtra Deũ Hebręorũ aliquid prophetatum: sicut nos tot & tanta de libris prophetarũ nostrorum cõtra deos eorũ & iussa obseruamus, & prædicta recitamus, & facta monstramus. Quæ illi iã perpauci qui remãserunt, malunt dolere cõpleta, quã illum Deũ agnoscere, qui potuit prænunciarę eõplenda, cùm in suis diis falsis, quæ sunt vera dæmonia, nihil aliud pro magno appetãt, quã cũ aliquid eorũ respõsis sibi futurũ esse didicerint. Quæ cũ ita sint, cur non potius miseri intelligunt illum esse Deũ verum, quẽ sic vident à suorum deorũ societate seiunctum, vt quẽ Deum fateri coguntur, qui omnes deos colendos esse profitentur, cum cæteris colere nõ sinãtur? Cùm ergo simul coli nõ possunt, cur nõ ille eligitur, qui istos coli vetat, relictis istis qui illum coli nõ vetant? Aut si vetant, legatur. Quid enim magis populis eorum in tẽplis eorum debuit recitari, vbi nihil vnquã tale personuit? Et vtique prohibitio tam multorũ cõtra vnum, quam vnius cõtra tã multos, notior & potentior esse deberet. Nã si huius Dei cultus est impius, inutiles sunt dij, qui homines ab impietate non prohibent. Si verò pius est huius cultus, quoniã in illo præcipitur ne isti colantur, impius est cultus eorũ. Si autẽ tã diffidẽter istũ coli prohibẽt, vt plus audere timeãt, quã prohibere audeãt, hoc ipso quis nõ sapiat, quis nõ sentiat, illum esse potius eligendum, qui istos coli tam publicè prohibet, qui eorum simulachra euerti iussit, prædixit, euertit, quã istos, quos vt ille nõ colatur, iussisse nescimus, prædixisse nõ legimus, valuisse aliquid nõ videmus? Rogo respõdeant quis est Deus iste, qui omnes deos gentium sic persequitur, qui omnia eorũ sacra sic prodit, sic extinguit? Quid interrogem homines, qui euanuerunt cogitãdo quis iste sit? Alij dicunt, Saturnus est: credo propter sabbati sanctificationẽ, quia isti eũ diem Saturno tribuerunt. Varro autem ipsorum, quo doctiorem apud se neminem inueniunt, Deum Iudæorum Iouẽ putauit, nihil interesse cẽsens quę nomine nuncupetur, dum eadem res intelligatur: credo illius summitate deterritus. Nam quia nihil superius solent colere Romani quàm Iouem, quod Capitolium eorum satis apertéq; testatur, eumq; regem omnium deorũ arbitrantur: cùm animaduerteret Iudæos summũ Deũ colere, nihil aliud potuit suspicari quàm Iouem. Sed siue qui Saturnũ, siue qui Iouẽ Deũ Iudæorum putãt, dicant quãdo Saturnus prohibere ausus est coli alterum Deum, nec ipsum Iouẽ, qui eũ regno expulisse perhibetur, patrem filius? Qui si tanquam potentior & victor placuit cultoribus suis, Saturnum victum expulsumq; nõ colãt. Sed neq; istum coli Iouis prohibuit: & quem vincere potuit, deum tamẽ esse permisit. Iste, inquiunt, fabulæ sunt aut interpretandæ à sapientibus, aut ridendæ. Nos autem Iouẽ colimus, de quo ait Maro, *Iouis omnia plena*: id est, omnia viuificantẽ spiritum. Meritò ergo & Varro Iouẽ opinatus est coli à Iudæis, quia dicit per Prophetã, Cælum & terrã ego impleo. Quid illud quod idẽ poeta dicit, æthera quomodo accipiunt? Sic enim ait,

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Conjugis in gremium lætæ descendit,

Æthere quippe nõ spiritũ, sed corpus esse dicũt sublime, quo cælũ super aerẽ distẽditur. An poetę cõcedit nunc

Caput xxi. Vnus verus Deus.

Caput xxii. Opinio gẽtium de deo nostro.

De ciuitate Dei, lib. 6. cap. 6. & lib. 7. cap. 5.

Caput xxiii. De Ioue & Saturno quid nugati sint Pagani. Eloga 3. versu 56. Hierem. 23. c. 24. Georg. 2. versu 325.

nunc secundũ Platonicos, vt non corpus sed spiritus, nunc secundũ Stoicos loqui, vt corpus sit Deꝰ? Quid igitur in Capitolio colũt? Si spiritũ, si deniq; ipsum cęlũ corporeum, quid illic facit scutũ illud Iouis, quod appellant Ægida? Nẽpe origo nominis huius ita redditur, quia Iouẽ à matre occultatũ ęapra nutriuit: an & hoc poetæ mẽtiuntur? Nũquid & Capitolia Romanorũ, opera sunt poetarũ? Quid sibi autẽ vult ista non poetica, sed planè mimica varietas, deos secundũ philosophos in libris quærere, secũdũ poetas in tẽplis adorare? Sed nunquid etiã ille Euhemerꝰ poeta fuit, qui & ipsum Iouẽ & Saturnum patrẽ eius, & Plutonẽ atque Neptunum fratres eius ita planissimè homines fuisse prodit, vt eorũ cultores gratias magis poetis agere debeãt, quia non ad eos dehonestãdos, sed potius ad exornãdos multa finxerũt? Quamuis & ipsum Euhemerum ab Ennio poeta in Latinã linguã esse conuersum Cicero cõmemoret. Nũquid & ipse Cicero poeta fuit, qui eũ, cum quod in Tusculanis disputat, tãquã secretorum cõsciũ admonet dicẽs: Si verò scrutari vetera, & ex eis quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, ipsi illi maiorũ gẽtiũ dii qui habẽtur, hinc à nobis profecti in cælũ reperiẽtur. Quęre quorum demõstrẽtur sepulchra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradãtur mysteriis, tũ deniq; quàm hoc latè pateat intelliges. Hic certè istorum deos homines fuisse satis cõfitetur, in cælũ autẽ peruenisse beneuolè suspicatur: quãquã & hũc honorẽ opinionis ab hominibus eis esse delatũ, nõ dubitauit publicè dicere, cùm de Romulo loqueretur. Qui hãc vrbẽ, inquit, cõdidit, Romulum ad deos immortales beneuolentia famaq; sustulimus. Quid igitur mirum est, si hoc fecerunt antiquiores homines de Ioue & Saturno, & cęteris, quod Romani de Romulo, quod deniq; iã recentioribus tẽporibus etiã de Cæsare facere voluerunt? Quibus & Virgilius adulationẽ carminis addidit, dicẽs: *Ecce Deinei processit Cæsaris astrum.* Videant ergo ne fortè historica veritas sepulchra falsorũ deorũ ostẽdat in terra: vanitas autẽ poetica stellas eorum nõ figat, sed fingat in cælo. Neq; enim reuera stella illa Iouis est, aut illa Saturni: sed post eorũ mortẽ syderibꝰ ab initio mũdi cõditis hæc nomina imposuerũt homines, qui illos mortuos quasi deos habere voluerũt. De quibus quid tantũ mali castitas, aut quid tãtũ boni voluptas cõmeruit, vt inter astra quę cum sole & luna circumeunt, Venus habeat stellã, & Minerua nõ habeat? Sed fuerit & Cicero Academicus incertior quàm poetę, qui sepulcra deorũ cõmemorare ausus est, literisq; mãdare: quamuis hoc nõ ex opinione propria præsũpserit, sed ex ipsorũ sacrorũ traditione cõmemorauerit. Nunquid & Varro vel tanquã poeta fingit, vel tãquã Academicus dubiè ponit, quod dicit taliũ deorum sacra ex cuiusq; eorum vita vel morte, qua inter homines vixerunt vel obierunt, esse composita? Nunquid & Leon ille sacerdos Ægyptius, poëta vel Academicus fuit, qui Macedoni Alexandro, diuersam quidem à Græcorum opinione istorum deorum originẽ, veruntamen ita prodit, vt eos homines fuisse declaret? Sed quid ad nos, si dicant se Iouem, non hominem mortuum colere, nec homini mortuo Capitolium dedicasse, sed spiritui viuificãti omnia, quo mundus impletur, & scutum eius in honorem nutricis eius factũ de pellę caprina, interpretẽtur vt volũt? Quid dicũt de Saturno, qui Saturnũ colunt? Nónne ille est, qui primus ab Olympo venit,

Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,
Qui genus indocile & dispersum montibus altis,
Composuit, legęsque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris?

Tusculan. 1.

De ciuitate Dei, lib. 2. cap. 15.

Eloga 9. versu 47.

Aeneid. 8. versu 320.

Nónne ipsum eius simulachrũ, quod cooperto capite fingitur, quasi latentẽ indicat? Nónne ipse Italis ostendit agriculturã, quod falsè demõstrat: Nõ, inquiũt: nã tametsi fuerit ille homo & rex quidã, de quo ista narrãtur, nos tamẽ Saturnũ interpretamur vniuersum tẽpus, quod Græcũ etiã vocabulum eius ostendit: vocatur enim χρόνος, φ adspiratione addita, etiã tẽporis nomẽ est: vnde & Latinè Saturnus appellatꝰ quasi saturꝰ annis. Quid iã cũ istis agẽdũ sit, nescio, qui conãtes illius interpretari nomina & simulachra deorum suorũ, fatẽtur maiorẽ deũ suum & patrẽ cæterorum tẽpus esse? Quid enim aliud indicant, quàm omnes deos suos tẽporales esse, quorum patrẽ ipsum tẽpus constituunt? Erubuerũt hinc philosophi eorũ recentiores Platonici, qui iã Christianis tẽporibus fuerunt: & Saturnũ aliter interpretari conati sunt dicẽtes appellatũ χόρον, velut à satietate intellectus, eo quòd Græcè satietas χόρος, intellectꝰ autem siue mens νοῦς dicitur. Cui videtur suffragari & Latinũ nomen, quasi ex prima Latina parte & Græca posteriore cõpositũ, vt diceretur Saturnus tãquã satur, & νοῦς. Videruntenẽ quàm esset absudnum, si filius tẽporis Iupiter haberetur, quem deũ æternum vel putabãt vel putari volebant. At verò secundum istã nouellã interpretationẽ, quam veteres eorũ si habuissent, mirũ si Ciceronem Varronemq; latuisset, Saturni filiũ Iouem dicunt, tãquam ab illa summa mente profluentem spiritũ, quem volunt esse velut animã mũdi huius, omnia cælestia & terrena corpora implentem. Vnde illud Maronis est, quod paulo antè cõmemorui, *Iouis omnia plena.* Nũquid nõ, si possent isti sicut ipsam interpretationem, ita etiã superstitionem hominũ cõmutarẽt: & aut nulla simulachra, aut certè Saturno potius quàm Ioui Capitolia cõstituerent? Neque enẽ vllã animã rationalem sapientẽ fieri disputãt, nisi participatione summæ illius incommutabilisq; sapientię: nõ solũ cuiusquã hominis animã, sed ipsius etiam mũdi, quã dicũt Iouem. Nos verò, esse quandam summã Dei sapientiam, cuius participatione fit sapiens quæcunque anima sit verè sapiens, non tantum concedimus, verumetiam maximè prædicamus. Vtrũ autem vniuersa ista corporalis moles, quæ mũdus appellatur, habeat quandam animam, vel quasi animam suam, id est, rationalem vitã, qua ita regatur sicut vnũ quodq; animal, magna atque abdita quęstio est: nec affirmari debet ista opinio, nisi comperto quòd vera sit: nec refelli, nisi comperto quòd falsa sit. Quid autem hoc ad homines, etiam si semper eos lateat? Quando quidem nulla anima fit sapiens vel beata ex alia quacunque anima, sed ex illa sola summa atque incõmutabili Dei sapiẽtia. Romani tamen, qui nõ Saturno, sed Ioui Capitoliũ cõdiderunt: vel aliæ nationes, quæ Iouem præcipuè supra cæteros deos colendum esse putauerunt, non hoc quod isti senserunt: qui secũdum istam suam nouam opinionem, & summas artes, si quicquam in his rebus potestatis habuissent, Saturno potius dedicarent: & Mathematicos vel Genethliacos maximè delerent, qui Saturnum, quem sapientum effectorem isti dicerent, maleficum deum inter alia sydera cõstituerunt. Quæ opinio tantum cõtra illos in animis humanis præualuit, vt nec nominare illum velint, senem potius quàm Saturnum appellãtes: tam timida superstitione, vt etiam Carthaginenses pene vico suo nomẽ mutauerint, vicum senis crebrius, quàm vicum Saturni appellantes. Notum est ergo quid colere conuincantur, & quid colere conẽtur adoratores simulachrorum. Verùm & ab istis nouitiis Saturni interpretatoribus requirendum est, quid de Deo sentiant Hebræorum. Etiam ipsis enim placuit omnes deos cum

Eloga 3. versu 56.

De Ciuitate Dei, lib. 7. cap. 9. & 18.

De Ciuitate Dei, lib. 7. cap. 23.

Caput xxiiii. Non omnes deos colit, qui nostrum reijciunt.

gētibus colere, cū eos superbos puderet pro peccatorū suorū remissione humiliari sub Christo. Quid ergo sentiūt de eo Israël? Quē si nō colunt, nō omnes deos colunt: si autem colunt, non colunt sicut se coli iussit quia & alios colunt, quos coli ille prohibuit. Per eos enim vates ista ꝓhibuit ꝓ quos hęc ipsa q̄ nūc à Christianis eorū simulachra patiūtur, futura prædixit. Siue enim angeli ad illos prophetas missi sunt, qui eis Deū omniū creatorē vnū verū Deū, cui vniuersa subiecta sunt, & per sensibiliū rerū cōgruā speciē figuratè ostēderent, & quemadmodū se coli pręciperet, indicarēt: siue aliquorū in eis mentes per Spiritū sanctum ita sublimatæ sint, vt eo visu ea viderent, quo & ipsi angeli vident: cōstat tamē eos illi Deo seruisse, qui alios deos coli prohibuit. Seruisse autem fide pietatis in regno & sacerdotio reipublicæ suæ & Christū venturū verū regem ac sacerdotem significantibus sacris. Porro autē in diis gentiū (quos illi dū colere volunt, illū qui cū istis coli nō potest, colere nolūt) dicant quid causæ est vt nullus eorū inueniatur qui alterū coli prohibeat, cū eos in diuersis officiis muneribusq; constituant, & rebus ad quēque propriè pertinentibus præsides esse velint? Si enim Iupiter nō prohibet Saturnū coli, quia nō est ille homo qui illum hominē patrē de regno expulit, sed aut cæli corpus, aut spiritus implens cęlū & terrā, & ideo nō potest prohibere coli mentē supernā, ex qua dicitur emanasse. Si ea ratione nec Saturnus Iouē coli prohibet, quia nō ab eo rebellante superatus est, sicut: ille à Ioue nescio quo, cuius arma fugiēs venit in Italiā, sed fauet primamens animæ à se genitę saltem Vulcanus prohiberet coli Martē vxoris adulterū. Hercules Iunonē persecutricē suam. Quæ ista inter eos est tam fœda consentio, vt nec Diana virgo casta coli prohibeat, non dicā Venerem, sed Priapū? Nā si vnus homo & venator & agricola esse voluerit, seruus erit amborū: quibus tamen vel vicina tēpla fabricare erubescit. Sed interpretētur Dianā virtutē quam volunt, interpretentur & Priapū † fœditatis deū, ita sanè vt in fœtandis fœminis pudeat Iunonē talē habere adiutorē: dicāt ꝓ placēt, interpretentur ꝓ sapiunt, dū tamē omnia eorū argumēta pertur bat Deus Israel. Qui cū illos omnes coli prohibuerit, & à nullo eorū coli prohibitus sit, eorūq; simulachris & sacris euersionē præceperit, prædixerit & fecerit: satis ostēdit illos falsos atq; fallaces, & se esse verū ac veracē Deū. Istos autē iā paucos deorū multorū falsorūq; cultores, quis nō miretur nolle obtēperare illi, de quo cū ab eis quæritur, quis nā sit Deus, quodlibet opinando respondent, Deū tamē esse negare nō audeāt? quia si negent, operibus eius & prædictis atq; cōpletis facillimè cōuincūtur. Neq; enī ea dico, quæ liberū sibi putant esse nō credere, quia ipse in principio fecit cælū & terrā, & oīa quæ in eis sunt. Neque illa nimis antiqua, quòd Enoch trāstulit, quòd impios diluuio deleuit, quòd Noe iustū domumq; eius per lignum inde liberauerit. Ab Abrahā in hominibus facta eius exordior. Huic enī facta est per angelicum oraculum manifesta promissio, quam nunc videmus impleri. Huic quippe dictū est, In semine tuo benedicētur omnes gētes: ex cuius semine populꝰ Israël, vnde Virgo Maria quę peperit Christum, in quo benedici omnes gētes, audeāt iā negare si possūt. Hæc promissio facta est etiā ad Isaac filiū Abrahę. hęc ad Iacob neporē Abrahæ, qui etiā Israel appellatꝰ est: ex quo vniuersus ille populus & propagatus & nominatꝰ est, vt huiꝰ populi Deꝰ appellaretur Deꝰ Israel: nō ꝓ ipse nō sit Deus omniūgētiū, siue nesciētiū, siue iam sciētiū: sed quia in isto populo voluit manifestiꝰ apparere virtutē promissorū suorū. Ille enī populus primò in Ægypto multiplicatus, & illa de seruitute ꝑ Moysen in multis signis portētisq; liberatꝰ, debellatis plurimis gentibus terrā etiā promissionis accepit, in qua regnauit per reges suos de tribu Iuda exortos. Qui Iudas vnus fuit ex xij. filiis Israel nepotis Abrahæ, atque inde Iudæi cognominati, multa ipso Deo adiuuāte fecerūt, multa pro peccatis suis ipso Deo flagellāte perpessi sūt donec veniret semē cui promissū est, in quo benedicerētur omnes gētes, & patrū suorū simulachra spontè cōfringerēt. Nequę enim tēporibus Christianis, sed tanto antè prædictū est, quod per Christianos impletur: ipsi Iudęi qui remāserūt inimici nominis Christi, de quorū etiā futura perfidia in illis propheticis literis tacitū nō est, ipsi habēt & legūt Prophetā dicētē: Dñe Deus meꝰ & refugiū meū in die malorū: ad te gētes veniēt ab extremo terrę, & dicēt, Verè mēdacia coluerūt patres nostri, simulachra, & non est in illis vtilitas. Ecce nūc fit, ecce nunc gētes ab extremo terræ veniūt ad Christum ista dicētes, & simulachra frāgētes. Et hoc enī magnū est, quod Deꝰ præstitit ecclesiæ suæ vbiq; diffusæ, vt gēs Iudæa meritò debellata & dispersa per terras, ne à nobis hæc cōposita putarentur, codices Prophetarū nostrorum vbiq; portaret, & inimica fidei nostræ, testis fieret veritatis nostræ. Quomodo ergo discipuli Christi docuerunt quod à Christo non didicerunt, sicut stulti desipiēdo iactitāt, vt deorū gētiliū & simulachrorū superstitio deleretur? Nunqd & illas prophetias quæ nunc leguntur in codicibꝰ inimicorum Christi, possunt dici finxisse discipuli Christi? quis enī hoc euertit, nisi Deus Israel? Ipsi enim populo dictum est per diuinas voces factas ad Moysen: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Non facies tibi idolum, neque cuiusquam similitudinē, neque in cælo sursum, neque in terra deorsum. Vt autem etiam euerat ista, vbi potestatē acceperit, sic ei ꝑcipitur. Nō adorabis deos illorum, sed neque seruies eis: nō facies secundum opera ipsorum, sed deponendo depones; & cōfringendo confringes simulachra eorum. Quis autem dicat Christum atque Christianos non pertinere ad Israel, cùm Israel nepos fuerit Abrahæ, cui primò, & deinde Isaac filio eius, & deinde ipsi Israel nepoti eius dictum est, quod iā cōmemoraui, In semine tuo benedicentur omnes gētes? Quod fieri iam videmus in Christo cùm inde exorta sit illa virgo, de qua Propheta populi Israel, & Dei Israel cecinit dicens: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Interpretatur autē Emanuel, nobiscū Deus. Deus ergo Israel qui prohibuit alios deos coli, qui prohibuit idola fabricari, qui præcepit euerti, qui per Prophetā prædixit gentes ab extremo terrę dicturas, Verè mendacia coluerunt patres nostri, simulachra in quibus non est vtilitas: ipse per Christi nomen & Christianorum fidem istarum omnium superstitionum euersionem iussit, promisit, exhibuit. Frustra ergo miseri, quia blasphemare Christum etiā à diis suis, hoc est, à dæmonibus nomē Christi metuētibus prohibiti sunt, volunt ab eo doctrinam istam facere alienam, qua Christiano cōtra idola disputant, cāsque omnes falsas religiones vbi potuerint eradicant.

Capvt xxv. Christus promissus & exhibitus.

Exodi 1.a. 7.*

Capvt xxvi. diffusa Christi religio.

Hier. 16. d. 19.

Deut. 6.a.2. Exodi 20.a. 4.

Deut. 5.a.8.

Deuter. 7.a. 3.*

al. secundum eis.

Genes. 1.a 1.

Ibid. 5. c. 24. & cap. 7. b. 10.

Genes. 22 d. 18.

Ibid. 26 b. 4. & cap. 28. c. 14.

Genes. 12. d. 18 & 26. b. 4. & 18. c. 14. Esaiæ 7. c. 14. Mat. 1. d. 23.

Hierem 16. d. 19.

Capvt xxvii. Idololatria subuersa.

De Deo Israel respōdeant, quem docere ista & iubere, non tātum Christianorum, sed Iudæorum libri testantur: de ipso consulant deos suos: qui Christum blasphemare prohibuerunt: de Deo Israel, si audent, aliqua contumeliosa respondeant. Sed quos consulāt, aut vbi iam consulant? libros suorū legāt. Si Deum Israel Iouem putant, sicut Varro scripsit, vt interim secundum eorum opinionem loquar, cur ergo Ioui non credunt idola esse delenda? Si Saturnum Deum putant,

tāt, cur eū nō colunt? Aut cur non sic colunt, quemadmodū se coli per eos vates præcepit, per quos ea quæ prædixit, impleuit? Cur ei nō credunt simulachra euertēda esse, & alios deos colendos nō esse? Si nec Iupiter nec Saturnꝰ est: quia si vnus eorū esset, cōtra sacra Iouis & Saturni tāta nō dicerēt: quis ergo est qui propter deos alios solus ab istis nō colitur, & euersis diis aliis, tā cuidēter effecit vt solus colatur, humiliata omni superba altitudine, quæ se aduersus Christū erexerat pro idolis, persequens interficiēsq; Christianos? Nunc certè quærūt vbi se abscōdāt, cùm sacrificare volunt: vel vbi deos ipsos suos retrudāt, ne à Christianis inueniātur atq; frangantur. Vnde hoc, nisi à timore legum atq; regum, per quos Deus Israël suam exerit potestatem, iam subditos Christi nomini: sicut longè antè promisit, dicens per Propheram: Et adorabunt eum omnes ges terræ, omnes gentes seruient illi.

Nempe iā impletur quod per Prophetā idē tidē canitur, quòd remissurus esset impiā plebē suam: nō quidē totā, quia multi ex Israelitis crediderūt in Christū: nā inde erant & apostoli eius: & humiliaturus omnem superbū atq; iniuriosum, vt ipseꝰ solꝰ exaltaretur: id est, solus & altus & potēs hominibus manifestaretur: donec proiicerentur à credētibus idola, & à non credentibus abscōderētur, cùm eius timore terra cōfringitur: id est, terreni homines timore frāguntur, timēdo legē vel ipsius, vel eorū qui credentes in eū, gentibūsque regnantes, talia sacrilegia prohiberēt. Hæc enim, quæ vt facilius intelligerentur, breuiter prælocutus sum. Propheta sic dicit: Et nunc tu domus Iacob, venite & ambulemus in lucē Domini. Remisit enim plebē suā domū Israël, quoniā repleta est, sicut ab initio, regio eorū auguriis, sicut alienigenatum, & filij multi alienigenæ nati sunt illis. Repleta est enī regio eorū argento & auro, nec erat numerus thesaurorū illorū. Et repleta est terra equis, nec erat numerus curruū illorū. Et repleta est terra abominationibus operū manuū ipsorum, & adorauerunt ea quæ fecerunt digiti eorum. Et inclinauit se homo, & humiliauit se vir, & nō remittam illis. Et nunc intrate in petras, & abscondite vos in terra à facie timoris Domini, & à maiestate virtutis eius, cùm surrexerit confringere terram. Oculi enim Domini excelsi, homo autem humilis, & humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur Dominus solus in illa die. Dies enim Domini sabaoth in omnem iniuriosum & superbum, & supra omnem altum & humiliatum qui ꝗ humiliabūtur: & supra omnem cedrum Libani excelsam & elatam, & supra omnem arborem Libani Basan, & super omnem montem, & super omnem collem altum, & super omnem nauem maris, & surper omne spectaculum nauium decoris. Et humiliabitur, & cadet contumelia hominum, & exaltabitur Dominus solus in illa die. Et manibus fabricata omnia abscondent in speluncis, & in scissuris petrarum, & in cauernis terræ à facie timoris Domini, & à maiestate virtutis eius, cùm exurrexerit confringere terram. Illa enim die proiiciet homo abominationes aureas & argenteas, quæ fecerunt vt adorarent superuacanea & noxia: vt intrent in foramina solidæ petræ, & in scissuras petrarum à facie timoris Domini, & à maiestate virtutis eius, cùm exurrexerit comminuere terram.

Capvt xxix. Deus Israel quis iuxta Hebræos.

Quid dicunt de isto Deo sabaoth, quod interpretatur Deus virtutum vel exercituum, quia illi seruiunt virtutes & exercitus angelorum? Quid dicunt de isto Deo Israel, quia Deus est illius populi, de quo venit semen in quo benedicerentur omnes gentes? Cur solum non colunt, qui omnes deos colendos esse contendunt? Cur ei non credunt, qui alios deos falsos & ostendit & euertit? Audiui quendā eorū dicere, se legisse apud nescio quē philosophū, q̄ ex iis quæ Iudęi in suis sacramētis agerēt, intellexisset, quē Deū colerent: Præpositū, inquit, istorū elementorū, quibus iste visibilis & corporeus mūdus extructus est: cùm in scripturis sanctis prophetarū eius apertè ostēdatur, illū Deū colēdū pręceptū esse populo Israël, qui fecit cælū & terrā, & à quo est omnis vera sapiētia. Sed quid opus est hinc diutius disputare, cùm ad id q̄ ago sufficiat, quod illi qualibet præsūptione opinātur de illo Deo quē Deū esse negare nō possunt? Si enim præpositꝰ elementorū, quibꝰ mūdus iste cōsistit, cur nō ipse potius colitur, quàm Neptunꝰ, qui solius maris præpositꝰ est? Quàm deniq; Syluanus, qui solorū agrorū atque syluarū? Quàm sol, qui solius dici, vel etiā vniuersi cælestis caloris? Quàm luna, quæ solꝰ noctis, vel etiā humoris potestate præfulget? Quàm Iuno, quę solū aerē tenere perhibetur? Cerrè enim isti partiū præpositi, quicunq; sunt, necesse est vt sub illo sint qui omniū elementorū & vniuersæ huius molis præpositurā gerit. At iste illos oēs coli prohibet. Cur ergo isti cōtra præceptū maioris illorū, nō solū eos colere volunt, sed propter istos illum nolunt? Adhuc non inueniūt quid de isto Deo Israël cōstanter liquidóq; pronūciēt. Nec vnquā inuenient, donec eū inueniāt Deū solū verum à quo creata sunt omnia. Proinde quidā Lucanus magnꝰ eorū in carmine declamator, credo & ipse diu quærens, siue per suas cogitationes, siue per suorum libros, quis nā esset Iudæorum Deus: & quia non pie quærebat, non inueniens, maluit tamen incertū Deū quem non inueniebat, quàm nullum Deū dicere, cuius tam magna documenta sentiebat. Ait enim:

Et dedita sacris Incerti Iudæa Dei.

Et nōdū Deus iste sanctus & verus Deus Israel, nundum per Christi nomen tanta in omnibus gentibus fecerat, quanta vsque in hodiernum diem post Lucani tempora consecuta sunt. Nunc verò quis tādurus non flectatur? quis tam tepidus non ignescat, cùm impletur quod scriptū est, Quia non est qui se abscondat à calore eius? quando iam clarissima luce manifestantur quę in eodē Psalmo, vnde versiculum istum commemoraui, tanto ante prędicta sunt? Cælorū enim nomine apostoli Christi significati sunt, quòd in eis Deus præsideret, vt Euāgelium annunciarent. Iam ergo cæli enarrauerunt gloriam Dei, & opera manuum eius annunciauit firmamentum. Dies diei eructauit verbum, & nox nocti annunciauit scientiam. Iam non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiātur voces eorum. Iam in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Iam in sole, hoc est, in manifestatione, posuit tabernaculū suum, quod est ecclesia ipsius. Quia: vt hoc faceret, ipse, sicut ibi sequitur, tanquam spōsus processit de thalamo suo: id est, coniugatū verbum carni humanæ processit de vtero virginali. Iam exultauit vt gigas, & cucurrit viam. Iam à summo cæli facta est egressio eius, & recursus eius vsque ad summū cæli. Et ideo rectissimè sequitur versus quē paulo antè cōmemoraui: Et non est qui se abscōdat à calore eius. Et adhuc isti fragiles cōtra dictiunculas garriētes eligūt magis isto igne, sicut stipula in cinerē verti, quā sicut aurū à sorde purgari: cū & deorū falsorū iā fallacia monumēta frustrata sint, & illius incerti Dei veracia promissa certa iā facta sint. Desinant ergo dicere mali laudatores Christi, qui nolūt esse Christiani, quòd Christus non docuerit deos eorū deseri, & simulachra cōfringi. Deus enim Israel, de quo prædictū est, quòd Deus vniuersę terrę vocabitur, & Deꝰ vniuersę terrę iā vocatur, hoc per prophetas futurū prædixit,

Lucanus lib. 2. sub finē.

Capvt xxx. Christus vbi que prædicatus.

Capvt xxx. ne morte & gloria Christi prophetia.

Psal. 18. b. 7.

Ibid. a. 1.*

Deut. 7. a. 5. Esaiæ 54. c. 5.

hoc per Christum congruo tẽpore impleuit. Certè enĩ si iã Deus Israel, Deus vniuersæ terræ vocatur, necesse est vt fiat quod iussit, quãdo qui iussit, innotuit. Quia verò per Christũ & in Christo innotuit, vt ecclesia eius per orbẽ diffunderetur, & per ipsũ Deũ Israel vniuersæ terræ vocaretur, paulo superius apud eundẽ Prohetã legant qui volunt, imò & à me commemoretur. Neq; enim ita lõgũ est, vt oporteat prætermitti. Dicũtur enim multa de præsẽtia & humilitate & passione Christi, & corpore eius, cui caput est: id est, de ecclesia eius, cùm appellatur tanquam sterilis quæ nõ pariebat. Per multos enĩ annos ecclesia, quæ futura erat in omnibus gentib⁹ in filiis suis, hoc est, in sãctis suis, nõ apparuit, nondũ Christo annunciato per Euãgelistas, eis quib⁹ nõ est annunciatus per Prophetas: & dicitur plures filios desertæ futuros, quàm eius quę habet virum: cum viri nomine significata est lex vel rex, quẽ accepit prim⁹ populus Israel: nec acceperãt gentes legẽ eo tẽpore, quo Propheta loquebatur: neq; rex Christianorũ apparuerat adhuc gentib⁹, ex quibus tamen gentibus lõgè fertilior & numerosior sanctorũ multitudo prouenit. Ita ergo dicit Esaias, incipiẽs ab humanitate Christi, & se postea cõuertens ad loquendũ ecclesiã vsq; ad eum versũ quẽ cõmemorauimus, vbi ait: Et qui eruit te, ipse Deũ Israel vniuersæ terræ vocabitur. Ecce, inquit, in intellectu erit puer meus, & exaltabitur & honorificabitur vehemẽter. Quomodo multi mirabũtur super te, sic tamen & inhonesta videbitur ab omnib⁹ species tua, & honor ab hominibus. Ita enĩ mirabũtur gentes multæ super eũ, & cõtinebunt reges os suũ. Quoniã quibus nõ est nunciatũ de illo, videbunt: & qui nõ audierunt, intelligent. Dñe quis credidit auditui nostro, & brachiũ Domini cui reuelatũ est? Nũciauimus corã illo vt puer, vt radix in terra sitienti: nõ est species illi, neq; honor. Et vidimus illũ, & non habuit speciẽ neq; decorẽ: sed vult⁹ eius abiectus & deformis, positio eius ab omnibus hominibus homo in plaga & qui sciat ferre infirmitates, propter quod & auertit fẽ: facies ei⁹ iniuriata est, nec magni æstimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est. Et nos existimauimus illũ in dolorib⁹ esse, & in plaga & in pœna. Ipse autem vulneratus & propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ in eum, liuore eius sanati sumus. Omnes vt oues erraui mus, & Dominus tradidit illum pro peccatis nostris. Et ipse quoniam malè tractatus est, non aperuit os: vt ouis ad immolãdum ductus est, & vt agnus ante eum qui se tonderet, fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate sublatum est iudiciũ eius Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Dabo ergo malos propter sepulturam eius, & diuites propter mortem eius, ob hoc quod iniquitatem non fecerit, nec dolum in ore suo. Dominus vult purgare illum de plaga. Si dederitis vos ob delicta vestra animam vestram, videbitis semen longissimę vitę. Et vult Dominus auferre à doloribus animam eius, ostendere illi lucem, & figurare per sensum. Iustificare iũstum bene seruientem pluribus, & peccata illorum ipse sustinebit. Propterea ipse hęreditabit complures, & fortium partietur spolia. Propter quod tradita est ad mortem anima eius, & inter iniquos ęstimata est: & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates eorum traditus est. Delectare sterilis quæ non paris, exulta & clama quæ non parturis, quia multi filii desertæ magis, quàm eius quæ habet virum. Dixit enim Dñs: Dilata locũ tabernaculi tui, & caulas tuas cõfige, non est quod parcas: porrige lõgius funiculos, & palos validos cõstitue. Etiã atq; etiã in dexterã atq; sinistrã partẽ extẽde. Semẽ enim tuũ hæreditabit gentes, & ciuitates quæ desertę erãt, inhabitabis: nõ est quod metuas. Prętualebis enĩ, ne erubescas quod detestabilis fueris. Cõfusionẽ enim in perpetuũ obliuisceris, ignominiæ viduitatis tuæ nõ eris memor: quoniã ego sũ Dñs qui facio te, Dominus nomẽ ei: & qui eruit te, ipse Deus Israël, Deus vniuersæ terræ vocabitur. Quid cõtra hãc euidentiã expressionẽq; rerũ & prædictarũ & impletarum dici potest? Si de Christi diuinitate discipulos eius putant esse mẽtitos, nunquid de Christi passione dubitabunt? Resurrexisse nõ solent credere. At illa omnia ab hominibus humana perpessum etiã libenter credũt, quia hominẽ tantũ modo credi volũt. Ille itaq; sicut ouis ad immolandũ ductus, b ille inter iniquos deputatus, ille vulnerat⁹ propter peccata nostra: cuius liuore sanati sumus, c cuius facies iniuriata est, nec magni æstimata, palmis cæsa, d & sputis illita: e cuius deformis in cruce positio: ille ab iniquitatibus populi Israël ductus ad mortẽ: ille qui nõ habebat speciẽ neque decorẽ, quãdo colaphis percutiebatur, quando spinis coronabatur, quando pendens irridebatur: ille qui sicut agnus corã tõdente non habebat vocẽ, sic nõ aperuit os suum, cùm ei diceretur ab insultantibus, Prophetiza nobis Christe. Nẽpe iã exaltatus est, iã honorificatus est vehemẽter. Nẽpe iã mirãtur gentes multæ super eũ. Iã continuerunt reges os suũ, qui aduersus Christianos leges sæuissimas promulgabant. Nẽpe quibus non est nunciatũ de illo, iã vident, & qui nõ audierunt iã intelligunt. Quoniam gentes quibus non nunciauerunt Prophetæ, magis ipsæ vident quàm vera nunciata sint per Prophetas. Et qui non audierunt ipsum Esaiam loquentem, iam in literis eius de quo ista sit locutus: intelligunt. Nam & in ipsa gente Iudæorum quis credidit auditui Prophetarum, aut brachium Domini, quod est Christus ipse, qui per eos annũciabatur, cui reuelatum est, quando manibus suis ea scelera in Christo admittebant, quæ futura prædixerant Prophetæ quos habebant? Nempe iam in hæreditate possidet multos, & fortium partitur spolia, cùm ea quæ diabolus & dæmones possidebant, per ecclesiarum suarum fabricas, & quoslibet necessarios vsus illis expulsis proditisque distribuit. Quid ergo ad hæc dicunt peruersi laudatores Christi, & Christianorum obtrectatores? Nunquid vt ista per Prophetas tanto antè prædicerẽtur, Christus magicis artibus fecit, aut discipuli eius ista finxerunt? Nunquid vt dilatetur ecclesia diffusa per gentes quondam sterilis, nunc in pluribus filiis, quàm illa synagoga quæ legem siue regem tanquam virum acceperat? Nunquid vt sic dilataret locum tabernaculi sui omnes nationes & linguas occupans: vt longius quàm Romani imperii iura tenduntur, vsque in Persas & Indos aliásque barbaras gentes funiculos porrigat: vt in dexteram per veros Christianos, & in sinistram per fictos Christianos in tam multis populis nomen eius extendatur: vt semen eius hæreditet gentes, vt ciuitates quæ à vero Dei cultu & à vera religione desertæ fuerãt, iam nunc inhabitet: vt non timuerit hominum minas & furias, quãdo in sanguine martyrum tanquam honore purpureo vestiebatur, vt prævaleret tam multis támque vehementibus & potentibus persecutoribus suis: vt non erubesceret quòd detestabilis fuerit, quando magnum erat crimen fieri vel esse Christianum: vt confusionem in perpetuum obliuiscatur, quia vbi abundauerat peccatum, superabundauit & gratia: vt ignominiæ viduitatis suæ memor nõ sit, quia paululum derelicta & opprobriis obiecta,

Esaiæ 54.a.1. Gal. 4.d.27.

al. humilitate. Esaiæ 54.c.5.

Esaiæ 52.d.13.

al. intellectũ intelliget.

Esaiæ 53.a.1.*

Esaiæ 54.a.1.*

al. aulæ.

a Esaiæ 53.b.7. b Marci 15.c.28. c Lucæ 22.g.64. d Matt. 26.g.65. e Ioan. 19.c.18.

Matth. 26.g.68. Esaiæ 53.d.13.

Rom. 15.c.21.

Esaiæ 53.d.9. Ioan. 12.f.38. Rom. 10.c.15.

Esaiæ 54.a.2.

Rom. 5.d.20.

iecta, tã eminenti gloria reflorescit? Nũquid postremò vt Dominus qui fecit eã, & à dominatu diaboli & dęmonũ eruit, ipse Deus Israël vniuersę terrę iã vocetur, discipuli Christi finxerunt, q̃ Prophetæ, quorum libri nunc in manibus inimicorũ Christi habentur, tã lõgè antequam Christus filius hominis fieret, prædixerunt? Hinc ergo intelligant, quod ne tardissimis quidẽ atq; obtusissimis obscurũ dubiũmue relinquitur. Hinc, inquã, intelligãt Christi peruersi laudatores & Christianæ religionis execratores, etiã Christi discipulos contra deos eorũ ea didicisse atq; docuisse, quæ doctrina continet Christi: quia Deus Israël qui hęc omnia quę isti colere volunt, abominanda atq; euertẽda in libris Prophetarũ præcepisse inuenitur, ipse Deus vniuersę terræ, sicut antè promisit, per Christũ, & Christi ęcclesiã iã vocatur. Si enim Christũ mira dementia suspicantur deos eorũ coluisse, ac per hos eũ tãta potuisse: nunquid & Deus Israel deos eorũ coluit, qui de se per oẽs gentes colendo & de illis abominandis atq; euertendis per Christum q̃ promisit impleuit? Vbi sunt dij eorũ? vbi vaticinia phanaticorum, & diuinationes pythonũ? vbi auguria, vel auspicia, vel haruspicia, vel oracula dæmonũ? Cur non profertur ex istiusmodi antiquis libris admonitũ aliquid & prædictũ cõtra Christianã fidẽ, & contra Prophetarũ nostrorũ expressam iã in omnibus gentibus tã perspicuã veritatẽ? Offendimus, inquiũt, deos nostros, & deseruerunt nos. Ideo aduersus nos Christiani præualuerunt, & humanarũ rerũ felicitas depressa ac diminuta dilabitur. Hoc sibi certè per Christianos fuisse euenturũ, legant ex libris vatũ suorũ. Sed ea legant, vbi si non Christus, quia cũ deorũ suorũ volunt fuisse cultorẽ, saltem Deus Israel improbatus & detestatus sit, quẽ cõstat istorũ euersorẽ. Sed nunquã hæc proferent, nisi q̃ modò fortè confinxerint. Quod cũ protulerint apparebit, eo ipso certè, quòd tãta res tã ignota profertur, quæ vtiq; debuit antequã hoc q̃ prædictũ est, accidisset, in deorũ templis omniũ gentiũ recitari, vt præstruerentur & præmonerẽtur qui nunc nolũt esse christiani. DEINDE quod de felicitatis rerum humanarum diminutione per christiana tempora conqueruntur, si libros philosophorum suorum legant, ea reprehendentium, quæ nunc eis etiam recusantibus & murmurantibus subtrahuntur, tum verò magnã laudem reperient temporum christianorum. Quid enim eis minuitur felicitatis, nisi quod pessime luxuriosęque abutebantur, in magnam creatoris iniuriam? Nisi fortè hinc sint tempora mala, quia per omnes penè ciuitates caduntt theatra, caueæ turpitudinum & publicæ professiones flagitiosorum: cadunt & fora vel mœnia in quibus dæmonia colebantur. Vnde enim cadunt, nisi inopia rerum, quarum lasciuo & sacrilego vsu cõstructa sunt? Nónne cicero eorum cum Roscium quendam laudaret histrionem: ita peritum dixit, vt solus esset dignus, qui in scenam deberet intrare: ita virtum bonũ, vt solus esset dignus, qui eò nõ deberet accedere? quid aliud apertissimè ostendẽs, nisi illam scenam esse tam turpem, vt tanto minus ibi esse homo debeat, quanto fuerit magis vir bonus, & tamen dij eorum tali dedecore placabantur, quale à viris bonis remouẽdum esse censebat. Est etiam hinc eiusdem ipsius ciceronis aperta confessio, vbi ait sibi Floram matrem, ludorum celebritate placandam. In quibus ludis tanta exhiberi turpitudo consueuit, vt in eorum comparatione cęteri honesti sint, à quibus tamen etiam ipsis agendis viri boni prohibẽtur. Quæ ista est Flora mater, qualis dea est, quam celebrior & habenis effusioribus laxata conciliati & propitiat turpitudo? Quãto iam honestiusin scenã Roscius intrabat, quàm cicero deam talem colebat? Si diminuta rerũ copia quæ in hæc celebranda funduntur, dij gentiũ offendũtur, apparet quales sint qui talibus delectantur. Si autem ipsi irati istã minuũt, vtilius irascuntur, quàm placantur. Quapropter aut philosophos suos arguãt, qui talia in luxuriosis hominibus reprehenderunt: aut deos suos frangãt, qui talia de suis cultoribus exegerunt, si tamen iã inueniunt vel quos frangãt, vel quos abscondãt: christianorum verò tẽporibus defectũ rerũ secũdarũ † quibus in turpia & noxia defluebant, blasphemando imputare desistant, ne magis nos vnde amplius christi potestas laudetur, admoneant. MVLTA hinc dicerẽ, nisi me iã librũ istũ concludere, atq; ad propositã intentionem redire, suscepti operis necessitas cogeret. cum enim Euãgelicas quæstiones, vbi videtur quibusdã quatuor Euangelistæ non inter se constare, soluere aggrederer, vt potui expositis intentionibus singulorũ, primò mihi discutiendũ occurrit, quod nonnulli quærere solẽt, cur ipsius christi nulla scripta proferam⁹. Ita enim volunt & ipsum credi, nescio quid aliud scripsisse quod diligunt, nihilque sensisse cõtra deos suos, sed eos potius magico ritu coluisse: & discipulos eius non solum de illo fuisse mentitos, dicendo illũ Deũ per quẽ facta sunt omnia, cũ aliud nihil quã homo fuerit, quãuis excellentissimæ sapientiæ: verũ etiã de diis eorũ non hoc docuisse, quod ab illo didicissent. Vnde factum est, vt eos de Deo Israel potius vrgeremus, qui per ecclesiam christianorũ ab omnibus gentibus colitur, & istorum sacrilegas vanitates vbiq; iã euertit, sicut per Prophetas suos tãto ante prædixit, & per christi nomẽ, in quo benedici oẽs gentes promiserat, ea quæ prædixit impleuit. Ex quo intelligere debent, nec christum aliud de diis eorũ vel nosse vel dicere potuisse, quã Deus Israël per Prophetas suos iussit atque prædixit, p̃ quos ipsum christum promisit & misit. In cuius nomine secundũ pollicitationẽ quã patribus fecit, cũ benedicerentur oẽs gentes, factũ est vt & ipse Deus Israël, Deus vniuersæ terræ vocaretur. Nec discipulos eius à sui magistri doctrina deuiasse, cũ deos gentiũ coli prohibuerint, ne vel insensatis simulachris supplicarem⁹, vel societatẽ cũ dæmoniis haberemus, vel creaturæ potius, quàm creatori religionis obsequio seruiremus.

QVAPROPTER cum sit ipse christus sapientia Dei, per quẽ creata sunt omnia, cũque nullæ mentes rationabiles siue angelorũ siue hominũ, nisi participatione ipsius sapientes fiant, cui per Spiritum sanctũ, per quẽ charitas in cordibus nostris diffunditur, inhæremus, quæ trinitas vnus Deus est: consultũ est diuina prouidentia mortalibus, quorũ tẽporalis vita in rebus oriẽtibus & occidentibus occupata tenebatur, vt eadem ipsa Dei sapientia ad vnitatẽ personæ suæ homine assumpto, in quo temporaliter nasceretur, viueret, moreretur, resurgeret: cõgrua saluti nostræ dicẽdo & faciendo, patiendo, & sustinendo, fieret & deorsum hominibus exemplo redeundi, & eis qui sursum sunt angelis exemplum manendi. Nisi enim & in animæ rationalis natura temporaliter aliquid oriretur, id est, inciperet esse quod non erat, nunquam ex vita pessima & stulta ad sapientem atque optimam peruenire. Ac per hoc cum rebus æternis contemplantium veritas perfruatur, rebus autem ortis fides credẽtium debeatur, purgatur homo per rerum temporalium fidem, vt æternarum percipiat veritatem. Nam & quidam eorum nobilissimus philosophus Plato, in eo libro quẽ Timæum vocant, sic ait: Quantum ad id quod ortũ est æternitas valet, tantum ad fidem veritas. Duo illa sursum sunt, æternitas & veritas: duo ista deorsum,

CAPVT XXXIII. Scenicorũ ludorum in veritus.

Roscius. Cic. pro Ros.

in Verrem act. 5.

Flora.

Esaiæ 44.c.5.

Deut. 7.a.5.

CAPVT XXXIII. Epilogus ſũ peritorum.

Ioan. 1.a.3.

Genes. 22.d.18.

Esa. 54.c.5.

CAPVT XXXII. Contra paganorum rationes.

CAPVT XXXV. Dei patris, Christi, Spiritus sancti, & Euangelistarum cõsensus.

Rom. 5.a.5.

Plato in Timæo.

quod ortũ est, & fides. Vt ergo ab imis ad summa reuocemur, atque id quod ortum est recipiat ęternitatẽ, per fidẽ venien dũ est ad veritatẽ. Et quia omnia quæ in contrariũ pergunt, per aliquod mediũ reducuntur, ab æterna iustitia temporalis iniquitas nos alienabat. Opus ergo erat media iustitia tẽporali, quæ medietas tẽporalis esset, de imis mixta & summis, atq; ita se nec abrũpens à summis, & cõtẽperans imis, ima redderet summis. Ideo christus mediator Dei & hominũ dict⁹ est inter Deũ immortalẽ & hominẽ mortalẽ, Deus & homo, recõcilians hominẽ Deo, manẽs id quod erat, factus quod nõ erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis, qui est veritas in æternis. Hoc magnũ & inenarrabile sacramentum, hoc regnũ & sacerdotium antiquis per prophetiã reuelabatur, posterius eorũ per Euangeliũ prædicatur. Oportebat enim vt aliquando in omnib⁹ gentibus redderetur, quod diu per vnã gentẽ promittebatur. Proinde qui prophetas ante descensionẽ suã præmisit, ipse & apostolos post ascensionẽ suam misit. Omnibus autẽ discipulis suis per hominẽ quẽ assumpsit, tãquã mẽbris sui corporis caput est. Itaque cũ illi scripserunt, quæ ille ostendit & dixit, nequaquã dicẽdũ est quod ipse non scripserit: quandoquidẽ membra eius id operata sunt, quod dictãte capite cognouerũt. Quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribẽdũ illis tanquã suis manibus imperauit. Hoc vnitatis cõsortiũ & in diuersis officiis cõcordiũ mẽbrorũ sub vno capite ministeriũ, quisquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrãtibus discipulis christi in Euangelio legerit, quàm si ipsam manum Domini, quam in proprio corpore gestabat, scribentem conspexerit. Quamobrem illa potius iam videamus qualia sint, quæ putant Euangelistas sibimet scripsisse contraria, quod parum intelligẽtibus videri potest: vt his quæstionibus dissolutis, ex hoc quoque appareat, illius capitis membra, non solum idem sentiendo, verumetiam conuenientia scribendo, in corporis ipsius vnitate germanam seruasse concordiam.

2. Timoth. 2. b. 5.

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV EVANGELISTARVM, LIBER II.

Prologus.

QVONIAM sermonẽ nõ breui & admodum necessario, quem libro vno complexi sum⁹, refutauimus eorum vanitatem qui discipulos christi Euangeliũ conscribentes, ideo contẽnẽdos putant, quia ipsius christi quẽ licet non vt Deũ, tamẽ vt hominẽ sapientia longè præ cæteris excellentẽ honorandũ esse non dubitant, nulla scripta proferuntur à nobis, & cũ talia scripsisse videri volunt, qualia peruersi diligunt, non qualibus lectis & creditis à peruersitate corrigi possunt. Nunc iã videamus ea quæ quatuor Euangelistæ de Christo scripserunt, quẽadmodũ sibi atq; inter se cõgruant: ne quid ex hoc in fide christiana offendiculi patiantur, qui curiosiores, quàm capaciores sunt, quod non vtcunque perlectis, sed quasi diligentius perscrutatis Euangelicis libris, inconuenientia quædam & repugnantia se deprehendisse existimantes, magis ea cõtentiosè obiectanda, quàm prudenter consideranda esse arbitrantur.

Cap. 1. Ioseph cur pater Christi dictus. Matt. 1. a. 1. Matthæi 8. c. 20. & 9. a. 6.

MATTHÆVS Euangelista sic orsus est: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quo exordio suo satis ostendit, generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est, quod etiam se ipse sæpissimè appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nã illa superna & æterna generatio, secundũ quã filius Dei vnigenitus est ante omnẽ creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, vt de illa dictũ à Propheta intelligatur, Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Exequitur ergo humanã generationẽ Christi Matthæus, ab Abrahã generatores cõmemorans, quos perducit ad Ioseph virũ Mariæ, de qua natus est Iesus. Neq; enim fas erat vt ob hoc eũ à coniugio Mariæ separandũ putaret, quod non ex eius concubitu, sed virgo peperit Christũ. Hoc enim exẽplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, etiã seruata pari cõsensu continentia, posse permanere vocariq; coniugiũ, nõ permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu: præsertim ga nasci eis etiã filius potuit sine vllo cõplexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Nẽque enim ꝓpterea nõ erat appellãd⁹ Ioseph pater christi, quia non eũ concũbendo genuerat, quãdoquidẽ rectè pater esset etiã eius quẽ non ex sua cõiuge procreatũ, aliunde adoptasset. Putabatur quidẽ Christus etiã aliter filius Ioseph, tanquã ex eius omnino carne progenitus, sed ab eis hoc putabatur, quos Mariæ latebat virginitas. Nam Lucas ait, Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorũ triginta, vt putabatur, filius Ioseph. Qui tamẽ Lucas non eius parentem solã Mariã, sed ambos parẽtes eius appellare minimè dubitauit, vbi ait: Puer autẽ crescebat & cõfortabatur plenus sapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Hierusalẽ in die solẽni Paschæ. Sed ne quisquã hic parẽtes cõsanguineos potius Mariæ cũ ipsa matre eius intelligendos putet, quid ad illud respondebit, q ipse itẽ Lucas superius dixit: Et erant pater eius & mater mirantes super iis quæ dicebãtur de illo? Cùm igitur ipse narret, non ex concubitu Ioseph, sed ex Maria virgine natũ christũ, vnde eũ patrẽ eius appellat, nisi quia & virũ Mariẽ rectè intelligimus sine cõmixtione carnis, ipsa copulatione coniugij: & ob hoc etiã christi patrẽ multo coniunctius, qui ex eius coniuge natus sit, quàm si ei esset aliunde adoptatus? Vnde manifestũ est illud, quod ait, Vt putabatur filius Ioseph: propter illos dixisse, qui eũ ex Ioseph, sicut alij homines nascũtur, natum arbitrantur. Ac per hoc si demonstrare aliquis posset, Mariã ex Dauid nullã consanguinitatis originẽ ducere, sat erat secundũ istam rationem accipere christum filium Dauid, qua ratione etiam Ioseph pater eius rectè appellatus est. Quãto magis cum euidẽter dicat apostolus Paulus, ex semine Dauid secundum carnem christum, ipsam quoque Mariam de stirpe Dauid aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare vtique non debemus. Cuius feminæ quoniã nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata eius esset Elisabet, quã dicit de filiabus Aarõ, firmissimè tenendum est, carnem christi ex vtroque genere propagatam, & regum scilicet & sacerdotum, in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiam mystica vnctio figurabatur: id est, chrisma, vnde christi nomen elucet, tanto antè etiam illa euidentissima significatione prænũciatum. Quos autem mouet, quòd alios progenitores Matthæ⁹ enumerat, descendens à Dauid vsque ad Ioseph, alios autem Lucas ascendens à Ioseph vsque ad Dauid: facile est, vt aduertant duos patres habere potuisse Ioseph, vnum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, vt sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Nam excepto quòd filia Pharaonis Moysen adoptauerat, illa quippe alienigena fuit, ipse Iacob nepotes suos ex Ioseph natos, verbis manifestissimis adoptauit

Ioan. 1. a. 5.
Esaiæ 53. c. 8.
Mat. 1. a. 1.
Lucæ 3. c. 23.
Ibid. c. 33.
Ibid. 3. c. 23.
CAPVT II. Christus ex vtroque genere.
Rom. 1. a. 3.
Lucæ 11. d. 36.
Ibid. a. 5.
CAPVT III. Ioseph duos patres habuit. 2. Retract. cap. 7.
Matth. 1. a. 6.*
Lucæ 3. c. 23.*
Exod. 2. a. 10.

Gen. 48. a. 5. al. illos. al. tui. Lucæ 3. c. 23.

optauit dicens: Nunc itaque filij tui duo, qui nati sunt tibi priusquã ad te venirẽ, mei sunt, Ephraim & Manasses: tanquam Rubẽ & Simeon erunt mihi. † Natos autẽ si genueris postea, † tibi erunt. Vnde etiã factũ est, vt duodecim tribus essent Israël, excepta tribu Leui, quæ tẽplo seruiebat, cũ ea quippe tredecim fuerunt, cùm duodecim fuissent filij Iacob. Vnde intelligitur, Lucas patrẽ Ioseph, non à quo genitus, sed à quo fuerat adoptatus, suscepisse in Euãgelio suo, cuius progenitores sursum versus cõmemorat, donec exiret ad Dauid. Cũ enim necesse sit vtroq; Euãgelista vera narrãte, & Matthæo scilicet & Luca, vt vn⁹ eorũ eius patris originẽ teneret qui genuerat, alter eius qui adoptauerat Ioseph, quẽ probabilius intelligimus adoptãtis originẽ tenuisse, quàm eũ qui noluit Ioseph genitũ dicere ab illo cuius eũ filiũ esse narrabat? Cõmodius enim filius eius dictus est, à quo fuerat adoptatus, quàm diceretur ab illo genitus, cuius carne non erat natus. Matthæus autẽ dicens, Abrahã genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: atq; ita in hoc verbo quod est, genuit, perseuerãs donec in vltimo diceret, Iacob autẽ genuit Ioseph: satis expressit ad eum patrem se perduxisse originẽ generantiũ, à quo Ioseph non adoptatus, sed genit⁹ erat. Quanquã si etiã Lucas genitũ diceret Ioseph ab Heli, nec hic nos hoc verbum perturbare deberet, vt aliud crederemus quàm ab vno Euangelista gignentẽ, ab altero adoptãtẽ patrẽ fuisse cõmemoratũ. Neque enim absurdè quisq; dicitur non carne, sed charitate genuisse, quẽ filiũ sibi adoptauerit. At verò etiam nos quibus dedit Deus potestatem filios † eius fieri, de natura atq; substantia sua non nos genuit, sicut vnicũ filium, sed vtique dilectione adoptauit. Quo verbo Apostolus sẽpe vti non ob aliud intelligitur, nisi ad discernendum vnigenitum ante omnẽ creaturã, per quem facta sunt omnia: qui solus de substantia patris natus est: secundũ æqualitatẽ diuinitatis hoc omnino quod pater: quem missum dicit ad suscipiendã carnẽ ex illo genere, quo & nos secundum naturam nostrã sumus: vt illo participante mortalitatẽ nostrã per dilectionẽ, nos efficeret participes diuinitatis suæ per adoptionẽ. Ita enim dicit: Cùm autẽ venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suũ factum ex muliere, factũ sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Et tamen dicimur etiã nati ex Deo: id est, accepta potestate vt filij eius efficiamur, qui iã homines eramus. Efficimur autẽ per gratiã, non per naturã. Nam si per naturam filij essemus, nunquam aliud fuissemus. Cùm enim dixisset Ioannes, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius: secutus ait, Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ita quos dixit accepta potestate factos Dei filios, quod illa adoptio significat quam Paulus commemorat, eosdem dixit natos ex Deo. Atque vt apertius ostenderet qua gratia factum sit: Et verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis: tanquam diceret, quid mirum si filij Dei facti sunt cùm caro essent, propter quos vnicus caro factus est cùm verbum esset? Hac sanè magna distantia, quia nos effecti filij Dei mutamur in melius, ille autem filius Dei cùm filius hominis factus esset, non est mutatus in deterius, sed assumpsit quod erat inferius, dicit & Iacobus, Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Ne scilicet in eo quod ait, genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideo principatum quendam in creatura nobis hac adoptione concessum satis ostendit. Non ergo alienum esset à veritate, etiamsi Lucas ab illo esse Ioseph genitum diceret, à quo fuerat adoptatus. Etiam sic quippe genuit eũ, non vt homo esset; sed vt filius esset, sicut nos genuit Deus, vt filij eius simus, quos fecerat vt homines essemus. Vnicũ autem genuit, non solum vt filius esset, quod pater non est: sed etiã vt Deus esset, q; & pater est. Sed planè si hoc verbo etiã Lucas vteretur, omnimodo esset ambiguũ, quis eorũ adoptantem, quis ex propria carne gignentẽ patrẽ cõmemorasset: quomodo etsi neuter eorũ diceret, genuit, sed & iste eũ filiũ illius, & ille illius diceret, nihilominus esset ambiguũ, quis eorũ illũ de quo natus, quis illũ à quo adoptatus erat commemorasset. Nunc verò cùm alter dicit, Iacob genuit Ioseph: alter, Ioseph qui fuit filius Heli: etiã ipsa verborũ differentia quid singuli suscepissent eleganter intimauerunt. Sed hoc facilè sanè, vt dixi, posset occurrere homini religioso, qui quodlibet aliud quærendũ potius iudicaret, quàm Euangelistam crederet esse mẽtitum. Facilè, inquam, occurreret, vt videret quibus causis vnus homo duos patres habere potuerit: hoc & illis calumniosis occurreret, nisi litigare quàm considerare maluissent.

Rom. 8. c. 15. d. 25. & 9. c. 4.
Gal. 4. a. 5. Ephes. 1. a. 5.
Ioan. 1. b. 12. al. Dei.
Ioan. 1. b. 14.
Iac. 1. c. 18.
Rom. 8. c. 15.

CAPVT IIII. Genealogiã variẽ narrãta.

ILLVD autẽ quod deinceps insinuandũ est, reuera vt aduerti & videri posset, lectorẽ attentissimũ & diligẽtissimũ requirebat. Acutè quippe animaduertum est, Matthæum, qui regiã in Christo instituerat insinuare personã, excepto ipso Christo, quadraginta homines in generationũ serie nominasse. Numerus autẽ iste illud tẽp⁹ significat, quo & in hoc sæculo & in hac terra regi nos oportet à Christo secundũ disciplinã laboriosam, qua flagellat Deus, vt scriptũ est, omnẽ filiũ quẽ recipit: de qua dicit Apostolus, per tribulationẽ oportere nos intrare in regnũ Dei. Quã significat etiam illa virga ferrea, de qua in Psalmo legitur, Reges eos in virga ferrea: cùm superius dixisset, Ego autẽ cõstitut⁹ sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Regũtur, enim etiã boni in virga ferrea, de quibus dicitur: Tempus est vt iudiciũ incipiat à domo Domini. Et si initiũ à nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Dei Euãgelio? Et si iustus vix saluus erit, peccator & impij vbi parebunt? Ad quos pertinet quod sequitur: Tanquam vas figuli conteres eos. Reguntur enim boni per hanc disciplinã, mali verò cõminuntur, qui tanquã iidẽ ipsi cõmemorantur propter vna atq; eadẽ sacramenta, quę habent cõmunia mali cũ bonis. Quia ergo numer⁹ iste laboriosi huius tẽporis sacramentũ est, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolũ dimicamus, etiam illud declarat, quod quadraginta dierũ ieiuniũ, hoc est, humiliationẽ animæ consecrauit, & lex & prophetæ, per Moysen & Heliã, qui quadragenis diebus ieiunauerunt: & Euangelium per ipsius Dñi ieiunium, quibus diebus xl. etiam tentabatur à diabolo, quid aliud quàm per omne huius sæculi tempus tentationem nostram in carne sua, quã de nostra mortalitate assumere dignatus est, præfigurãs? Post resurrectionẽ quoque non amplius quàm dies xl. cum discipulis suis in hac terra esse voluit, huic eorum vitæ adhuc humana conuersatione cõiunctus, & cum illis alimenta mortaliũ, quamuis iam non moriturus accipiens: vt per ipsos xl. dies significaret, se occulta præsentia quod promiserat impleturum, quando ait, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Cur autem iste numerus hanc temporalem vitam terrenamque significet, illa interim causa de proximo occurrit, quamuis sit alia fortasse secretior, quod & tempora annorum quadripertitis vicibus currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur, quas aliquando ventorum nomine scriptura commemorat, ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Meridie. Quadraginta autem quater habent decem. Porrò ipsa decem ab

Heb. 12. b. 6.
Act. 14. d. 21.
Psal. 2. c. 9.
Ibid. b. 6.
1. Pet. 4. d. 17. 18.
Psal. 2. c. 9.
Exodi 34. d. 28.
3. Reg. 19. b. 8.
Mat. 4. a. 1.
Act. 1. a. 3.
Matth. 28. & d. 20.
Zch. 1. 4. a. 4.

vno vsque ad quatuor progrediente numero consum- A
mantur. Ad hunc igitur mundum, & ad istã terrenam
mortalemque vitam hominũ, ad nos regendos in ten-
tatione laborantes, venientem regem Christum Mat-
thæus suscipiens, exorsus est ab Abrahã, & enumera-
Gen.12.a.1. uit quadraginta homines. Ab ipsa enim gẽte Hebræo-
rũ, quæ à cæteris gentibus vt distingueretur, Deus de
terra sua & de cognatione sua separauit Abrahã, Chri-
stus venit in carne: vt & hoc ad eũ distinctius prophe-
tandũ & prænunciandũ maximè pertineret, q promit
tebatur ex qua esset gẽte venturus. Cùm enim quater
denas generationes tribus distinxisset articulis, dicens,
Matth.1.c. ab Abrahã vsq; ad Dauid generationes esse quatuor-
decim, & à Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis
alias quatuordecim, totidemq; alias vsque ad natiuita-
tẽ Christi: non tamen eas duxit in summam vt diceret,
Fiant omnes quadragintaduæ. Vnus quippe in illis
progeneratoribus bis numerat, id est, Iechonias, à quo B
facta est quædã in extraneas gentes deflexio, quãdo in
Babyloniã transmigratũ est. Vbi autẽ ordo à rectitudi-
ne flectitur, atq; vt eat in diuersum, tanquã angulũ fa-
cit: illud quod in angulo est, bis numeratur, in fine sci-
licet prioris ordinis, & in capite ipsius deflexionis. Et
Ephes.2.b. hoc ipsum iam præfigurabat Christũ à circũcisione ad
7.1. præputiũ, tanquã ab Hierusalẽ ad Babyloniã quodã-
modo migraturũ, & hinc atq; hinc vtrisque in se cre-
dentibus tanquã lapidẽ angularẽ futurũ. Hæc tunc in
figura præparabat Deus rebus in veritate venturis. Nã
& ipse Iechonias, vbi angulus iste præfiguratus est, in-
terpretatur præparatio Dei. Sic ergo iã nõ quadragin-
taduæ, quod faciunt ter quatuordecim, sed ꝓpter vnũ
bis numeratũ, quadraginta vna generationes fiũt, si &
ipsum Christũ annumeremus, qui huic regendæ vitæ
nostræ tẽporali atq; terrenæ, tanquã numero quadra-
genario regaliter præsidet. Quẽ ad istã mortalitatem C
nobiscũ participandã quia descendentem voluit signi-
Mat.1.a.2. ficare Matthæus, ideo & ipsas generationes ab Abra-
hã vsq; ad Ioseph & vsq; ad ipsius Christi natiuitatem,
Lucæ 3.c.23. descendendo commemorauit ab initio Euangelij sui:
Lucas autẽ non ab initio Euangelij sui, sed à baptismo
Christi, generationes narrat, nec descendẽdo, sed ascẽ-
dendo, tanquã sacerdotẽ in expiandis peccatis magis
assignans: vbi eũ vox de cælo declarauit, vbi testimo-
Ioan.1.d.29. niũ Ioannes ipse perhibuit dicens, Ecce qui tollit pec-
cata mundi. Ascendendo autẽ trãsit ad Abrahã, & per-
uenit ad Deum, cui mũdati & expiati reconciliamur.
Meritò & adoptionis originem ipse suscepit, quia per
adoptionẽ efficimur filij Dei, credẽdo in filiũ Dei. Per
carnalẽ verò generationẽ filius Dei potius propter nos
filius hominis factus est. Satis autẽ demonstrauit, non
se ideo dixisse, Ioseph filiũ Heli, quòd de illo genitus,
sed quòd ab illo fuerit adoptatus, cùm & ipsum Adam
D filiũ Dei dixit, cùm sit factus à Deo, sed per gratiã quã
postea peccando amisit, tanquã filius in paradiso cõsti-
tutus sit. Quapropter in generationibus Matthæi, si-
gnificatur nostrorũ susceptio peccatorum à Domino
Christo: in generationib⁹ autẽ Lucæ, significatur abo-
litio nostrorũ peccatorũ à Domino Christo. Ideo eas
ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod enim di-
Rom.8.a.3. cit Apostolus, Misit Deus filium suũ in similitudinem
carnis peccati: hæc est susceptio peccatorũ. Quod au-
tem addidit, Vt de peccato damnaret peccatũ in car-
ne: hæc est expiatio peccatorum. Proinde Matthæus
2.Reg.11.a. ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius ma-
2.Reg.12.a. tre ille peccauit: Lucas verò ad ipsum Dauid per Na-
2.Retract. than ascendit, per quem prophetam Deus peccatum
16. illius expiauit. Ipse quoque numerus quem Lucas ex-
equitur, certissimè prorsus abolitionem indicat pec-

A catorum. Quia enim christi aliqua iniquitas, qui nul-
lã habuit, non est vtiq; coniuncta iniquitatibus homi-
nũ, quas in sua carne suscepit, ideo numer⁹ penes Mat-
thæũ, excepto christo, est quadragenarius. Quia verò
iustitię suę patrisq; nos expiatos ab omni peccato pur-
gatosq; coniungit, vt fiat q; ait Apostolus: Qui autem 1.Cor.6.d.
adhæret Deo, vnus spiritus est: ideo in eo numero qui 17.
est penes Lucã, & ipse christus à quo incipit enume-
ratio, & Deus ad quẽ peruenit, connumerantur, & fit
numerus septuaginta septẽ, quo significatur omnium
prorsus remissio & abolitio peccatorũ. Quam etiã ipse Matth.18.c.
Dominus per huius numeri mysteriũ cuidẽter expres- 22.
sit dicens, remittendũ esse peccanti, non solũ septies,
sed etiã septuagiessepties. Nec frustra iste numerus ad
peccatorũ omniũ pertinet mundationẽ, si diligentius
inquiratur. Denarius quippe tanquã iustitiæ numerus
in decẽ præceptis legis ostẽditur. Porrò peccatũ est le-
gis transgressio. Et vtique transgressio denarij numeri
B congruenter vndenario figuratur, vnde & vela cilicina
iubentur in tabernaculo vndecim fieri. Quis autem Exod.26.b.
dubitet ad peccati significationẽ ciliciũ pertinere? Ac 7.
per hoc quia vniuersum tẽpus septenario dierũ nume-
ro voluitur, conuenienter vndenario septies multipli-
cato ad numerũ septuagesimũ & septimũ cuncta pec-
cata peruenĩũt. In quo numero etiã fit plena remissio
peccatorũ: expiante nos carne sacerdotis nostri, à quo
nunc iste numerus incipit: & reconciliante nos Deo,
ad quẽ nũc iste numerus peruenĩet per Spiritũ sanctũ,
qui in colũbæ specie in hoc baptismo, vbi numer⁹ iste Lucæ 3.c.
commemoratur, apparuit. POST enumeratas 22.
CAP. V. Contextus
generationes Matthæus ita sequitur: christi autẽ ge- historiæ de
neratio sic erat, Cùm esset despõsata mater eius Maria pueritia
Ioseph, antequã cõuenirent inuenta est in vtero habẽs Iesu.
de spiritu sancto. Hoc quẽadmodũ factũ sit, q; hic Mat Matth.1.c.
C thæus prætermisit, Lucas exposuit post cõmemoratũ 18.
conceptũ Ioannis, ita narrãs: In mense autẽ sexto mis- Lucæ 1.c.
sus est angelus Gabriel à Deo inciuitatẽ Galilææ, cui 26.*
nomen Nazareth, ad virginẽ desponsatã viro, cui no-
men erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis
Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit, Aue gratia ple-
na, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus. Quæ
cùm audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat
qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas
Maria, inuenisti enim gratiã apud Deũ. Ecce cõcipies
in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum: hic
erit magnus, & filius altissimi vocabit: & dabit illi Do-
minus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in do-
mo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Di-
xit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud,
quoniam virum non cognosco? Et respondens ange-
lus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus
D altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur
ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et cætera quæ ad
id quod nunc agitur non pertinent. Hoc ergo Mat-
thæus commemorauit dicens de Maria, Inuenta est
in vtero habens de Spiritu sancto. Nec cõtrarium est, Mat.1.c.18.
quia Lucas exposuit id quod Matthæus prætermisit,
cum de Spiritu sancto Mariam concepisse vterque te-
stetur: sicut non est contrarium quia Matthæus dein-
ceps connectit quod Lucas prætermittit. Sequitur e-
nim & dicit Matthęus: Ioseph autem vir eius cùm es-
set iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè di-
mittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus
Dñi in somnis apparuit ei dicens, Ioseph fili Dauid, Ibid.c.19.*
noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod
enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet au-
tem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim
saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc
autem

Esaiæ 7.c. 14. al. vocabunt.
A autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictũ
est à Domino per prophetã dicẽtem, Ecce virgo in v-
tero habebit, & pariet filium, & † vocabitur nomẽ eius
Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.
Exurgens autẽ Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei
angelus Domini, & accepit coniugem suã, & non co-
gnoscebat eam, donec peperit filium suum primogeni
Mat.2.a.1. rum, & vocauit nomẽ eius Iesum. Cùm ergo natus es-
set Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: &
Lucæ 2.a.4. cætera. De ciuitate Bethleẽ Matthæus Lucasq; cõsen-
tiunt. Sed quomodo & qua causa ad eam venerint Io-
seph & Maria, Lucas exponit: Matthæus prętermit-
Mat.2.a.1.* tit. Contrà de Magis ab Oriente venientibus Lucas ta
cet, Matthæus dicit ita contexens: Ecce Magi ab O-
riente venerũt Hierosolymã dicẽtes, Vbi est qui natus
est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Orię-
te, & venimus adorare eũ. Audiens autẽ Herodes rex
turbatus est: & cætera, vsque ad eum locum, vbi scri-
ptum est de ipsis Magis, quòd respõso accepto in som-
nis, ne redirẽt ad Herodem, per aliã viam reuersi sunt
in regionem suã. Hoc totum Lucas prætermittit, sicut
Lucæ 2.a.7.* Matthæus non narrauit quod Lucas narrat, in præsepi
positũ Dominum: & quod pastoribus eum natum an-
gelus nũciauerit: & quòd multitudo militiæ cælestis
facta est cum angelo laudantium Deum, & quòd ve-
nerunt pastores, & viderunt verũ esse quod eis angelus
nunciauerat: & quòd die circuncisionis suæ nomẽ ac-
ceperit: & quæ post impletos dies purgationis Mariæ
idem Lucas narrat quòd attulerint eum ad Hierusalẽ
& de Simeone vel Anna, quæ dixerint de illo in tem-
plo, posteaquã cognouerunt cum impleti Spiritu san-
cto. Omnia hæc tacet Matthæus. Vnde meritò quæri-
tur, quãdo facta sint, siue quæ Matthæus prætermittit
& Lucas dicit, siue quæ Lucas prætermittit & Matthæ⁹
Matthæi 2. dicit. Quandoquidẽ Matthæus, regressis in regionẽ
c.12.* suam Magis qui venerant ab Oriente, sequitur & nar-
C rat Ioseph ab angelo admonitum vt cum infante in Ægy-
ptũ fugeret, ne ab Herode necaretur: deinde Hero-
dem illo non inuẽto, à bimatu & infrà pueros occidis-
se. Defuncto autẽ Herode rediisse ab Ægypto, & au-
dito quod Archelaus in Iudæa regnaret pro Herode
patre suo, habitasse cũ puero in Galilæa ciuitate Naza
reth: quæ omnia Lucas tacet. Nec ideo cõtrarium vi-
deri potest, quòd vel hic dicit quæ ille prætermittit: vel
ille cõmemorat quæ iste non dicit. Sed quæritur quã-
do fieri potuerint quæ cõtexit Matthęus de profectio-
ne in Ægyptum, atque inde regressione post Herodis
Lucæ 2.f. mortẽ, vt iã in ciuitate Nazareth habitaret, quò eos
39. Lucas, posteaquã perfecerunt in tẽplo circa puerũ om
nia secũdum legẽ Domini, reuersos esse cõmemorat.
Hic proinde cognoscẽdum est quod deinceps ad cæ-
tera talia valeat, ne similiter mouean̄t animumq; eõ-
turbẽt, sic vnumquẽq; Euangelistã contexere narra-
D tionem suam, vt tanquam nihil prætermittentis series
digesta videatur. Tacitis enim quę nõ vult dicere, sic
ea quæ vult dicere, illis quæ dicebat adiũgit, vt ipsa cõ-
tinuò sequi videantur. Sed cùm alter ea dicit quę alter
tacuit, diligenter ordo cõsideratus indicat locũ vbi ea
potuerit à quo prætermissa sunt, transilire, vt ea quę
dicere intẽderat, ita superioribus copularet, tanquam
ipsa nullis interpositis sequerẽtur. Ac per hoc intelli-
Mat.2.b.12. gitur Matthęus, vbi ait somnio admonitos Magos ne
redirent ad Herodem, per aliã viam regressos in regio
nem suam: illic prętermisisse quæ Lucas narrauit gesta
Lucæ 2.c. circa Dominũ in templo, & dicta à Simeone & Anna:
22. vbi rursus Lucas prętermittẽs profectionẽ in Ægyptũ
quã narrat Matthęus, tanquã cõtinuã cõtexuit regres-
sionẽ ad ciuitatẽ Nazareth. Si quis autẽ velit vnã narra-

tionẽ ex omnibus quæ de Christi natiuitate & infan-
tia vel pueritia in vtriusq; narratione ab alterutro seu
dicũtur seu prætermittũtur, ordinare, sic potest: Chri-
sti autẽ generatio sic erat: Fuit in diebus Herodis regis
Iudæ sacerdos quidã nomine Zacharias, de vice Abia: Mat.1.c.18.
& vxor illi de filiabus Aarõ, & nomen eius Elizabet. Lucæ 1.a.5.*
Erant autẽ iusti ambo ante Deũ, incedentes in omnib⁹
mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Et
non erat illis filius, coq; esset Elisabet sterilis, & ambo
processissent in diebus suis. Factũ est autẽ cùm sacer-
dotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę ante
Deum, secundũ consuetudinẽ sacerdotij, sorte exiit vt
incensum poneret ingressus in templum Domini. Et
omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.
Apparuit autem illi angelus Domini, stãs à dextris al-
taris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor
irruit super eum. Ait autẽ ad illũ angelus: Ne timeas
Zacharia, quoniã exaudita est deprecatio tua. Et vxor
B tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius
Ioannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in
natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram
Domino: vinum & siceram non bibet, & Spiritu san-
cto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos fi-
liorum Israel cõuertet ad Dominum Deũ ipsorum. Et
ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ, vt
conuertat corda patrũ in filios, & incrudelos ad prudẽ
tiam iustorum: parare Domino plebem perfectam. Et
dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciã? Ego enim
sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et res-
põdens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante
Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euan-
gelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq;
in diẽ quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis
meis quę implebuntur tempore suo. Et erat plebs ex-
pectans Zachariã, & mirabãtur quod tardaret ipse in
templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, &
cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ip-
se erat innuens illis, & permansit mutus. Et factũ est vt
impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suã. Post
hos autẽ dies cõcepit Elizabet vxor eius, & occultabat
se mensibus quinq;, dicens: Quia sic mihi fecit Domi-
nus in diebus quibus respexit auferre opprobriũ meũ
inter homines. In mẽse autem sexto missus est angelus
Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Na-
zareth, ad virginem desponsatã viro, cui nomẽ erat Io-
seph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et in-
gressus angelus ad eã dixit: Aue gratia plena, Domin⁹
tecũ, benedicta tu inter mulieres. Quæ cùm audisset,
turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset i-
sta salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueni
sti enim gratiam apud Deũ. Ecce cõcipies in vtero, &
D paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic erit
magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Domin⁹
Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Ia-
cob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autẽ
Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam vi-
rum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei, Spi
ritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũ-
brabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vo-
cabitur filius Dei. Et Ecce Elizabet cognata tua, & ip-
sa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est
sextus illi quæ vocatur sterilis, quia non erit impossi-
bile apud Deũ omne verbũ. Dixit autẽ Maria: Ecce an
cilla Domini, fiat mihi secundũ verbũ tuũ. Et discessit
ab illa angelus. Exurgẽs autẽ Maria in diebus illis, abiit
in montana cũ festinatione in ciuitatem Iudæ, & intra
uit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabet. Et factũ
est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabet, exultauit

infans in vtero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elisabet, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vēntris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in aurib⁹ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata es quæ credidisti, quoniam perficiētur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Domino. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Et misericordia eius in progenies & progenies timentibus eum. Fecit potētiam in brachio, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suū, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abrahā & semini eius in sæcula. Mansit autē Maria cū illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domū suā. &, Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eā tradūcere, voluit occultè dimittere eā. Hæc autē eo cogitāte, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicēs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autē filium, & vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis eorum. Hoc autē totum factū est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium, vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Exurgens autē Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit cōiugem suā, & non cognoscebat eam. &, Elisabet impletum est tēpus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei, Et factū est in die octauo, venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respōdens mater eius, dixit, Nequaquā, sed vocabitur Ioannes. Et dixerūt ad illam, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autē illico os eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerūt omnes q̄ audierant in corde suo, dicentes, Quid putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto, & prophetauit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sęculo sunt, prophetarū eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciēdam misericordiā cū patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandū quod iurauit ad Abrahā patrē nostrū, daturū se nobis, vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciē Domini parare vias eius: Ad dandā scientiā salutis plebi eius in remissionē peccatorū eorū. Per viscera misericordiæ dei nostri in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto, Illuminare iis q̄ in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Puer autē crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diē ostēsionis, suæ ad Israël. Factū est autē in dieb⁹ illis, exiit edictū à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta sub præside Syriæ Cyrino, Et ibant omnes vt profiterētur singuli in suā ciuitatē. Ascendit autē & Ioseph à Galilęa de ciuitate Nazareth in Iudæā ciuitatē Dauid, quæ vocatur Bethleē, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cū Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factū est autē cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperit filiū suū primogenitū, & pannis eū inuoluit, & reclinauit eū in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in eadē regione vigilātes & custodiētes vigilias noctis supra gregē suū. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circūfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere, Ecce enim euāgelizo vobis gaudiū magnū quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū: Inuenietis infantē pannis inuolutū, & positum in præsepio. Et subitò facta est cū angelo multitudo militię cælestis, laudantiū Deum & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est vt discesserūt ab eis angeli in cælū, pastores loquebantur adinuicē, Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbū quod factum est, quod Dominus ostēdit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariā & Ioseph, & infantem positū in præsepio. Videntes autē cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, de iis quæ dicta erāt à pastoribus ad ipsos. Maria autem cōseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deū in omnibus quę audierant & viderāt, sicut dictū est ad illos. Et postquā cūsummati sunt dies octo, vt circūcideretur puer, vocatū est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Et ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolimam dicētes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellā eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autē Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotū & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleē Iudæ. Sic enim scriptū est per Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tēpus stellę quę apparuit eis. Et mittēs eos in Bethleem dixit, Ite & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis renūciate mihi, vt & ego veniens adorē eum. Qui cùm audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos vsque dū veniens staret suprà vbi erat puer. Vidētes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerūt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suā. Qui cùm recessissent, posteaquā impleti sunt dies purgationis matris eius, secūdū legē Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eū Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluā, sanctū nomino vocabitur. Et vt darent hostiā secundū quod dictum est in lege Domini, Par turturum, aut duos pullos

Matthæi 1. 16. 18.*

Esaiæ 7. c. 14.

Lucæ 1. c. 37.*

Matthæi 2. a. 1.*

Matth. 3. c. 2.

Lucæ 2. a. 21.*

Leuit. 12. a. 1.

Exodi 13. a. 1.

Num. 8. a. 16.

los colūbarū. Et ecce homo erat in Hierusalē, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans cōsolationē Israël, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurū se mortē, nisi prius videret Christū Domini. Et venit in spiritu in tēplū. Et cùm inducerent puerū Iesum parentes eius, vt facerent secundū consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eū in amplexus suos, & benedixit Deū & dixit: Nunc dimittis seruū tuū Domine, secundū verbū tuū in pace: quia viderūt oculi mei salutare tuū, q̄ parasti ante faciē omniū populorū: lumen ad reuelationē gentiū, & gloriam plebis tuæ Israël. Et erat pater eius & mater mirantes super his quę dicebātur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariā matrē eius: Ecce positus est hic in ruinā & resurrectionē multorū in Israël, & in signū cui contradicetur. Et tuā ipsius animam pertransiet gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in dieb⁹ multis, & vixerat cū viro suo annis septē à virginitate suā. Et hęc vidua erat vsq; ad annos octoginta quatuor quæ non discedebat de tēplo, ieiuniis & obsecrationibus seruiēs nocte & die. Et hæc, ipsa hora superueniēs, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Israël. Et vt perfecerūt omnia secundū legē Domini, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs, Surge & accipe puerū & matrē eius, & fuge in Ægyptū, & esto ibi vsque dū dicā tibi. Futurū est enim vt Herodes quęrat puerū ad perdendū eū. Qui consurgens accepit puerū & matrē eius nocte, & secessit in Ægyptū. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur q̄ dictū est à Domino per Prophetā dicētē, Ex Ægypto vocaui filium meū. Tunc Herodes videns quoniā illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros q̄ erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem, Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorās filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autē Herode ecce apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph in Ægypto dicens, Surge & accipe puerū, & matrem eius & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui surgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilęæ, & veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, quoniam Nazaræus vocabitur. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Et cùm factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundū consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cùm redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parētes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentē in medio doctorum, audientem illos & interrogātem eos. Stupebant autem omnes qui audiebāt eum, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth; & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hęc conferens in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

Matthæi 2. c. 13.*

Osęæ 11. a. 1.

Hier. 31. c. 15.

Lucæ 2. c. 40.

CAPVT VI. Prędicatio Ioannis Baptistæ. Matthæi 2. Mat. 3. a. 1.

IAM hinc de prædicatione Ioannis narrari incipit, quā oēs quatuor cōmemorāt. Nā & Matthęus post illa verba quæ vltima eius posui, vbi cōmemorauit ex Propheta testimoniū, Quoniā Nazaræus vocabitur: sequitur & adiūgit, In diebus autem illis venit Ioānes Baptista prædicans in deserto Iudææ, &c. Et Marcus qui nihil de natiuitate vel infantia, vel pueritia Dñi narrauit, hinc Euangelij sumpsit initiū, id est, à Ioānis prædicationē. Sic enim exorsus est, Initiū Euāgelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptū est in Esaia prophetа, Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, qui præparabit viam tuā. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, &c. Et Lucas post verba vbi ait, Et Iesus ꝓficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines: de Ioānis prædicatione iam sequitur dicens, Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurāte Pontio Pilato Iudæā, tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituręę & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factū est verbū Domini super Ioānem Zachariæ filium in deserto, &c. Ioānes quoque Apostolus in Euāngelistis quatuor eminētissimus, post aquā dixit de verbo Dei, qui est ipse filius ante omnia sæcula creaturæ, quia omnia per ipsum facta sunt, intulit continuò de Ioannis prædicatione ac testimonio dicēs: Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Vnde iam videndum est de ipso Ioanne Baptista quatuor Euāgelistarum narrationes, quemadmodum inter se nō discordent. Non vt hoc à nobis per omnia requiratur aut exigatur, quod modò fecimus de primordiis nati ex Mariā Christi, quemadmodum inter se Matthæus Lucásque consentiant, vt ex vtriusque narratione vnam faceremus: demonstrantes tardioribus quemlibet eorum commemorando quod alter tacet, vel tacēdo quod alter commemorat, non impedire intellectum veracis narrationis alterius: vt hoc exemplo, siue vt à me factum est, siue alio modo cōmodius fieri possit, videat vnusquisque & in cæteris talibus locis fieri posse, quod hīc factum esse perspexerit. Iam ergo, vt dixi, videamus quatuor Euangelistarum de Baptista Ioanne cōsensum. Matthæus ita sequitur: In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicās in deserto Iudææ. Marcus non dixit, In diebus illis: quia nullā seriem rerū antè præmiserat, in quarū retū diebus intelligeretur dicere, si diceret, In illis diebus. Lucas autem per potestates terrenas signantius ipsa tēpora expressit prædicationis vel baptismi Ioannis dicēs, Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurāte Pōtio Pilato Iudæam: tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituręæ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotū Anna & Caipha, factū est verbū Domini super Ioānē Zachariæ filiū in deserto. Nec tamē intelligere debemus hos dies, id est, hoc tēpus harū potestatum significasse Matthæū cùm diceret, In diebus illis: sed in multo lōgioris temporis spacio voluisse accipi, quod ait, In diebus illis. Mox enim vt narrauit reuersū de Ægypto Christū mortuo

Ioan. 1. a. 6.

Mat. 3. a. 1.

Lucæ 3. a. 1.

Mat. 2. d. 19.

Lucæ 2.f. 39. Herode, quod vtique tempore infantiæ vel pueritiæ
cius factũ est, vt possit cõstare quod Lucas de illo cùm A
cùm duodecim annorum esset gestum narrauit in tẽ-
plo Hierusalẽ. Cùm ergo infantẽ vel puerũ ex Ægy-
pto reuocatũ cõmemorasset Matthæus, continuò in-
tulit, In diebus autẽ illis venit. Ioannes Baptista, non
vtique tantummodo pueritiæ illius dies insinuans, sed
omnes dies ab eius natiuitate vsq; ad tẽpus quo prædi-
care ac baptizare cœpit Ioãnes, quo iã tẽpore Christi
iuuenilis ætas inuenitur, quia coæui erant ipsi & Ioã-
nes, & triginta fermè annorum narratur fuisse cùm ab
CAPVT. VII. Herodes duo. illo baptizatus esset. SED planè de Herode solet
mouere nonnullos q; Lucas narrauit, in diebus baptis-
mi Ioannis Herodẽ fuisse tetrarchã Galilææ, quando
Lucæ 3. a. 1. etiã Dominus iuuenis baptizatus est: Matthæus autẽ,
Matth. 2. d. 19. mortuo Herode, dicit puerum Iesum ab Ægypto re-
measse: quod vtrumque verũ esse non potest, nisi duo
fuisse intelligantur Herodes. Quod cùm fieri potuisse B
nemo nesciat, quã cæcitate insaniunt qui procliuiores
sunt ad calũniandũ Euangelicæ veritati, quàm paulu-
lũ considerationes, vt duos homines eodẽ vocabulo ap-
pellatos intelligãt, cuius rei exẽplis plena sunt omnia.
Nã iste posterior Herodes prioris Herodis filius fuisse
perhibetur: sicut Archelaus, quẽ Matthæus in Iudææ
regnũ patri mortuo successisse cõmemorat: sicut Phi-
lippus, quẽ fratrẽ tetrarchæ Herodis & ipsũ Itureæ
tetrarchã Lucas insinuat. Rex enim fuit Herodes ille
qui quærebat animã pueri Christi: Herodes autẽ alius
filius eius, nõ rex, sed tetrarcha dictus est, quod nomẽ
CAPVT VIII. Alter scrupulus. Græcũ à parte regni quarta inditũ resonat. NISI
fortè hinc rursus quispiam moueatur, cùm Matthæus
Mat. 2. d. 22 dixerit ideo timuisse Ioseph cum puero redeũte ire in
Iudæam, quia pro patre suo Herode Archelaus filius
eius ibi regnabat: quomodo potuerit ire in Galilæam,
Lucæ 3. a. 1. vbi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, sicut Lucas
testatur. Quasi verò ipsa sint tẽpora quibus tũc puero
timebatur, quæ nunc Lucas cõmemorauit, quæ vsque
adeò mutata erant, vt in ipsa Iudęa non iã rex esset Ar-
chelaus, sed Pontius Pilatus, qui non rex Iudæorum,
sed præses erat: cui⁹ tẽporibus agẽtes sub Tyberio Cæ-
sare filij maioris Herodis, non regnũ habebant, sed te-
trarchiã. Quod vtiq; nondũ factũ erat, quando Ioseph
timens Archelaum in Iudæa regnantẽ, se in Galilæam
cum puero contulit, vbi & ciuitas eius erat Nazareth.
CAPVT. IX. Alius scrupulus. AN fortè & hoc mouet, quomodo dicat Matthæus,
propterea cũ puero Iesu parentes eius isse in Galilęam,
Mat. 2. d. 22. quia metu Archelai in Iudeã ire noluerunt: cùm pro-
pterea magis isse in Galilęã videantur, quia ciuitas eo-
rũ erat Nazareth Galilææ, sicut Lucas non tacuit. Sed
Lucæ 2. a. 4. Mat. 2. c. 13. intelligendũ est, vbi angelus in somnis in Ægypto di-
xit ad Ioseph, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, &
vade in terrã Israël: sic intellectũ esse primò à Ioseph, vt
putaret iussum se esse pergere in Iudeã. Ipsa enim pri-
mit⁹ intelligi potuit terra Israël. Porrò autẽ posteaquã
cõperit illic regnare filiũ Herodis Archelaum, noluit
obiicere se illi periculo, cùm posset terra Israël etiam
sic intelligi, vt & Galilæa illic deputaretur, quia &
ipsam populus Israel incolebat. Quãquam & alio mo-
do solui possit hæc quæstio, quia potuit videri parenti-
bus Christi cum puero, de quo talia per angelica re-
sponsa didicerant, non esse habitandum nisi in Hie-
rusalem, vbi erat templum Domini: & propterea re-
deuntes ex Ægypto, illuc eos ituros fuisse, & illic ha-
CAP. X. Alia quæstio. bituros, nisi Archelai præsentia terrerentur. Ne-
que enim diuinitus iubebantur ibi habitare, vt de Ar-
chelao quod timebant deberent contemnere.
Lucæ 2. f. 41. AN & hoc aliquis dicit: quomodo ergo, sicut Lu-
cas narrat, ibant parentes eius per omnes annos pueri-
tiæ Christi in Hierusalẽ, si Archelai, timore illuc pro-
hibebantur accedere? Hoc mihi dissoluere non esset
difficile, nec si aliquis Euangelistarũ expressisset, quã-
diu ibi regnaret Archelaus. Fieri enim poterat, vt per
diẽ festũ inter tã ingentẽ turbam latenter ascẽderent,
mox reuersuri, vbi tamen aliis diebus habitare metue-
rent: vt nec solennitate prætermissa essẽt irreligiosi,
nec continua mansione cõspicui. Cùm verò etiam de
regno Archelai quàm fuerit diuturnum, omnes tacue-
rint, iste quoque intellectus patet: vt quòd Lucas dicit
per oẽs annos eos ascendere solitos in Hierusalẽ, tunc
accipiamus factitatũ cùm iam non timeretur Arche-
laus. Quod si Archelai regnũ aliquãto diuturnius vlla
præter Euangelium historia prodit, cui fides habenda
videatur: illud quod superius dixi suffecerit, quòd ita
timebant parentes pueri habitationẽ in Hierusalẽ, vt
tamen propter Dei timorem festiuitatẽ solennẽ non
prætermitterent, in qua latere facillimè possent: neque
enim incredibile est captatis tẽporib⁹ opportunis vel
dierũ vel horarũ accedere homines ad ea loca in qui-
bus esse formidant. HINC etiã illa soluitur quęstio, CAP. XI. De puisica tione.
si aliquẽ mouet, cùm iã solicitus esset ille maior Hero- Mat. 2. 23.
des perculsus Magorũ nuncio, quòd rex Iudæorũ na- Lucæ 2. 6. 22.
tus fuisset, quomodo potuerint cõpletis diebus purga-
tionis matris eius tutò cũ illo ascendere in tẽplum, vt
fierent circa eũ secundũ legẽ Domini quæ Lucas cõ-
memorat. Quis enim non videat etiã illũ vnũ diem re-
gẽ multis occupatũ latere potuisse? Si autem illud veri-
simile non videtur, quòd Herodes qui valdè solicitus Mat. 2. b. 8.
expectabat quid sibi Magi de puero renunciarẽt, post
tam multos dies se sensit illusum, vt transacto tẽpore
purgationis matris eius, & peracta circa infantẽ solen-
nitate primogenitorũ in tẽplo Hierusalẽ, post etiam
profectionẽ eorũ in Ægyptum, in mentem illi venerit
quærere animam pueri, & necare tot paruulos. Si hoc C
ergo mouet, omitto dicere quot & quantis occupatio-
nibus regia cura distẽdi potuit, & per plurimos dies ab
illa intentione vel auerti omnino, vel impediri. Neque
enim enumerari possunt causæ quibus hoc potuerit
accidere, quas tamen multas & magnas esse potuisse
nemo ita rerũ humanarũ inexpertus est, vt aut neget,
aut dubitet. Cuius enim cogitationi non occurrat, quã
multa alia terribiliora regi nunciari potuerint seu ve-
ra seu falsa: vt qui regẽ infantẽ post aliquot annos sibi
vel filiis suis aduersaturũ timuerat, aliquorũ magis pro
pinquantiũ periculorũ terroribus agitatus, ab illa cura
mentẽ abreptã in aliis proximè cauendis potius occu-
paret? Vt ergo hoc omittam, illud dico, posteaquã ni-
hil Herodi Magi renunciauerunt, eũ credere potuisse,
illos fallaci stellæ visione deceptos posteaquã non in-
uenerunt quẽ natũ putauerant, erubuisse ad se redire,
atq; ita eũ timore depulso ab inquirendo ac persequẽ-
D do puero quieuisse. Cùm ergo post purgationẽ matris
eius in Hierusalẽ cũ illo venissent, & ea gesta essent in
templo quæ à Luca narrantur, quia verba Simeonis & Lucæ 2. d. 29.*
Annæ de illo prophetãtium, cùm cœpissent ab eis qui
audierant prædicari, ad pristinam intentionem reuo-
catura erant animum regis, admonitus per somnium Mat. 2. c. 13.
Ioseph cum infante & matre eius fugit in Ægyptum.
Deinde vulgatis rebus quæ in tẽplo factæ dictæq; fue-
rant, Herodes se à Magis sensit illusum, ac deinde ad
Christi mortem cupiens peruenire, multos infantes,
sicut Matthæus narrat, occidit. MATTHÆVS CAPVT XII. Ioannis Baptistę historia.
verò de Ioanne ita contexit: In diebus autem illis ve-
nit Ioannes Baptista prædicãs in deserto Iudææ, & di-
cens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ Mat. 3. a. 1.
cælorum. Hic est enim qui dictus est per Esaiam pro- Esaiæ 40. a. 3.
phetam dicentem, Vox clamantis in deserto, parate
viam

viam Dñi, rectas facite semitas eius. Marcus quoque &
Lucas consentiunt hoc Esaiæ testimoniũ esse de Ioan- A
ne. Nã plura verba etiã cõsequẽtia ex eodẽ Propheta
Lucæ 3. b. 14. Lucas cõmemorauit, cùm de Baptista Ioanne narra-
Marci 1. a. 3. Ioan. 1. c. 23. ret. Ioannes autem Euangelista ipsum Ioannem Bapti
stam de seipso idem testimonium Esaiæ protulisse cõ-
memorat, sicut nunc Matthæus dixit quædam Ioan-
Matt. 3. a. 1. nis verba, quæ alij non dixerunt. Prædicans, inquit, in
deserto Iudęę, & dicens: Pœnitentiam agite, appropin
quabit enim regnum cælorũ: hæc verba Ioannis alij
prętermiserunt. Iam verò quod sequitur Matthæus &
adiungit, Hic est enim qui dictus est per prophetam
Esaiæ 40. a. 3. Esaiam dicentem, Vox clamãtis in deserto, parate viã
Domini, rectas facite semitas eius: ambiguè positũ est,
nec elucet vtrũ ex persona sua idem Matthæus hoc cõ
memorauerit, an adhuc verba eiusdem Ioannis secu-
tus adiunxerit, vt totum hoc Ioannes dixisse intelliga-
tur, Pœnitẽtiã agite, appropinquabit enĩ regnũ cęlorũ.
Hic est enim qui dictus est per Esaiam prophetam: & B
cætera. Neque enim hoc mouere debet quia non ait,
Ego sum enim qui dictus sum per Esaiam prophetam:
sed ait, Hic est enim qui dictus est. Solet quippe esse
Mat. 9. a. 9. Ioã. vltimo, d. 24. quasi de aliis locutio & ipsorum Euangelistarũ Mat-
thęi & Ioannis. Nam & Matthęus dixit, Inuenit ho-
minem sedẽtem in teloneo: nec dixit, inuenit me. Et
Matt. 9. a. 6. & 16. d. 27. & 17. b. 9. Ioãnes, Hic est, inquit, discipulus q̃ testimoniũ perhi-
bet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verũ est testi-
Marci 8. d. 31. 38. Lucæ 24. c. 26. moniũ eius. Nõ dixit, ego sum: aut, verũ est testimoniũ
meũ. Dñs autẽ ipse sępissimè dicit, Filius hominis, aut
filius Dei: & non dicit, ego. Et oportebat, inquit, Chri-
Mat. 3. a. 1.* stũ pati, & resurgere à mortuis tertio die: non dixit, o-
portebat me pati. Potuit ergo & Ioãnes Baptista cũ di-
xisset, Agite pœnitentiã, appropinquauit enĩ regnũ cę
lorũ: de seipso adiungere quę sequuntur: Hic est enim
q̃ dictus est per Esaiã prophetã: &c. vt post verba eius
Matthæus ita narrationẽ contexat, Ipse autem Ioan- C
Ioan. 1. c. 23. nes habebat vestimẽtum de pilis camelorũ: &c. quod
si ita est, non mirum si & interrogatus quid diceret de
Matt. 3. a. 4. seipso, sicut narrat Ioannes Euangelista, Ego, ait, vox
clamantis in deserto: sicut iam dixerat, pręcipiens vt
agerent pœnitẽtiam. De vestimento verò eius & victu
Marci 1. a. 6. Mat. 3. a. 5.* ita Matthæus sequitur, dicens: Ipse autẽ Ioannes ha-
bebat vestimentum de pilis camelorũ, & zonam pelli-
ceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ
& mel sylueſtre. Hoc & Marcus dicit penè totidem
verbis, cæteri autem duo tacent. Sequitur ergo Mat-
thæus & dicit: Tunc exibat ad eum Hierosolyma, &
omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & bap-
tizabãtur in Iordane ab eo cõfitentes peccata sua. Vi-
dẽs autem multos Pharisæorũ & Saducæorũ veniẽtes
ad baptismũ suum, dixit eis, Progenies viperarũ, quis
demõstrauit vobis fugere à futura? Facite ergo fructũ D
dignũ pœnitẽtiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem
habemus Abrahã: dico enim vobis, quoniam potest
Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iã enim
securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor
quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mitte-
tur. Ego quidẽ vos baptizo in aqua in pœnitẽtiã, q̃ autẽ
post me venturus est, fortior me est, cuius nõ sum di-
Lucæ 3. b. 7. gnus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiri
tu sancto & igni: cuius vẽtilabrum in manu sua, & per-
mundabit areã suã, & cõgregabit triticum suũ in hor-
reũ, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili. Hæc om-
nia dicit & Lucas, cadẽ penè verba Ioannis exprimẽs.
Et vbi aliquid variũ est in verbis, ab eadẽ tamẽ senten-
tia nõ receditur: velut cùm dicit Matthæus Ioannem
dixisse, Et ne velitis dicere intra vos, Patrẽ habem⁹ A-
braham: ille autẽ, Et ne cœperitis dicere, Patrem habe-

mus Abraham. Iste, Ego quidem vos baptizo in aqua
in penitentiam: ille interponit interrogationẽ turba A
rum, quid facerent, & eis respondentem Ioannem de
bonis operibus, tãquã de fructibus pœnitentiæ, quod
Matthæus omisit. Deinde in cordibus suis cogitanti-
bus de illo, vtrũ ipse esset Christus: cum dicit respõdis-
se, Ego quidem aqua baptizo vos: nõ dixit, in pœnitẽ-
tiam. Deinde Matthæus, Qui autẽ, inquit, post me vẽ-
turus est, fortior me est: ille erò, Venit autem, inquit,
fortior me. Item Matthæus, Cuius non sum, inquit,
dignus calceamenta portare: ille autem, Cuius non
sum dignus soluere corrigiã calceamẽtorũ eius. Quod
& Marcus dicit, cum cætera taceat. Nã post cõmemo- Marci 1. a. 7.
ratum habitũ & victũ ejus, secutus ait: Et prædicabat
dicẽs, Venit fortior me post me, cuius nõ sum dignus
procumbens soluere corrigiam calceamẽtorum eius.
Ego baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiri-
tu sancto. De calceamẽtis ergo hoc à Luca distat quod
addidit, Procumbens. De baptismo autem hoc ab vtro-
que, B quia nõ dixit, Et igni: sed tãtũ, In Spiritu san-
cto. Sicut enim Matthæus, ita & Lucas dixit, & eodem
ordine, Ipse † verò baptizabit in spiritu & igni: nisi al. vos.
quod Lucas nõ addidit, sancto, sicut Matthæus dixit,
In Spiritu sancto & igni. His tribus attestatur Ioannes
Euãgelista, cũ dicit, Ioannes testimoniũ perhibet de
ipso & clamat dicẽs, Hic erat quẽ dixi, qui post me ve- Ioan. 1. b. 15.
nit, ante me factus est, quia prior me erat. Sic enim
ostendit, tunc eũ hoc dixisse, quando eũ illi dixisse cõ-
memorant. Repetisse autẽ & cõmemorasse quod iã di-
xisset, cùm ait, Hic erat quẽ dixi, qui post me venit. Si
ergo quæritur, quæ verba potius Ioãnes Baptista dixe
rit, vtrũ quæ Matthęus, an quæ Lucas eũ dixisse cõme-
morat: an quæ Marc⁹ in ipsis paucis quæ illũ dixisse po
suit, tacens cætera: nullo modo hinc laborãdũ esse iu-
dicat, q̃ prudẽter intelligit, ipsas sententias esse neces- C
sarias cognoscendæ veritati, quibuslibet verbis fuerint
explicatæ. Quod enim alius aliũ verborum ordinem
tenet, nõ est vtiq; cõtrarium. Neque illud contrarium
est, si alius dicit quod alius prętermittit. Vt enim qui-
que meminerat, & vt cuiq; cordi erat vel breui⁹ vel ꝓ-
lixius, eandem tamen explicare sententiã, ita eos expli
casse manifestum est. Et in hoc satis apparet quod ad
rem maximè pertinet, quoniã veritas Euangelij, verbo
Dei, quod supra omnem creaturã æternum atque in-
cõmutabile permanet, per creaturã temporalib⁹ signis
& linguis hominum dispensato, summum culmen au-
toritatis obtinuit, nõ nos debere arbitrari mentiri quẽ
quã, si pluribus rem quã audierũt vel viderũt reminis- Narratio quatenus variat sine mendacio.
centibus nõ eodem modo atque eisdem verbis, eadem
tamen res fuerit explicata: vt siue muretur ordo verbo-
rũ, siue alia ꝓ aliis quę tamẽ idẽ valeãt verba ꝓferãtur,
siue aliquid vel quod recordanti nõ occurrit, vel quod
ex aliis quę dicuntur possit intelligi, minus dicatur: si-
ue aliorum quę magis dicere statuit narrandorum gra
tia, vt congruus tempori modus sufficiat, aliquid sibi
non totum explicandum, sed ex parte tangendũ quis-
que suscipiat: siue ad illuminandam declarandam que
sententiam, nihil quidem rerum, verborum tamen ali-
quid addat, cui autoritas narrãdi cõcessa est: siue rem
bene tenẽs nõ assẽquatur, quamuis id conetur, memo-
riter etiã verba quę adiuit ad integrũ enunciare. Quis-
quis autẽ dicit Euangelistis certè ꝑ Spiritus sancti po-
tẽtiã id debuisse cõcedi, vt nec in genere verborũ, nec
in ordine, nec in numero discreparẽt: nõ intelligit, quã
to amplius Euangelistarum excellit autoritas, tanto
magis per eos fuisse firmandam cæterorum hominum
vera loquentium securitatem: vt plurib⁹ eandẽ rẽ fortè
narrantibus nullo modo quisquã eorum de mendacio

rectè arguatur, si ab altero ita discrepauerit, vt possit etiam Euangelistarum exemplo præcedente defendi. Cùm enim fas non sit, Euangelistarum aliquem mentitũ fuisse, vel existimare vel dicere: sic apparebit nec eũ fuisse mentitũ, cui recordanti tale aliquid acciderit quale illis accidisse monstratur. Et quanto magis ad mores optimos pertinet cauere mẽdacium, tanto magis tam eminenti autoritate regi, † debeamus, ne putaremus esse mendacia, cùm sic inter se variare aliquorũ narrationes inueniremus, vt inter Euangelistas variatæ sunt. Simul etiam, quod ad doctrinam fidelẽ maximè pertinet, intelligeremus: non tam verborum, quã rerum quærendam vel amplectendã esse veritatẽ, quãdo cos qui non eadem locutione vtuntur, cum rebus sententiisq; non discrepant, in eadem veritate constitisse approbamus. Quid ergo in his quæ de narrationibus Euãgelistarum collata proposui, putandum est esse cõtrariũ? An quod alius dixit, Cuius non sum dignꝰ calciamẽta portare: alij verò, Corrigiam calciamenti soluere? Non enim verbis aut verborum ordine, aut aliquo genere locutionis, sed etiam re ipsa videtur aliud esse calciamenta portare, aliud corrigiã calciamẽti soluere. Meritò ergo quæri potest, quid Ioannes dixerit non se dignum esse: vtrum calciamẽta portare, an corrigiã calciamenti soluere? Si enim alterum horum dixit, ille verum videtur narrasse, qui hoc potuit narrare quod dixit. Qui aurẽ aliud, & si non est mentitus, certe vel oblitus, aliud pro alio dixisse putabitur. Omnẽ autem falsitatẽ abesse ab Euangelistis decet, non solũ cã quæ mentiendo promitur, sed etiam quæ obliuiscendo. Itaq; si ad rẽ pertinet, aliquid aliud intelligere ex eo quod dictũ est, calciamẽta portare: aliquid aliud ex eo quod dictũ est, corrigiam calciamẽti soluere: quid aliud accipiendũ rectè existimaueris, nisi Ioannem vtrũque dixisse, siue aliud alio tẽpore, siue contextim, Potuit enim sic dicere: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, nec calciamenta portare: vt vnus Euangelistarũ hinc aliud, alij verò aliud, omnes tamen verũ narrauerint. Si autem nihil intendit Ioannes cùm de calciamentis Domini diceret, nisi excellẽtiã eiꝰ & humilitatẽ suã, quolibet horũ dixerit, siue desoluenda corrigia calciamentorum, siue de portandis calciamentis, eandem tamen sententiam tenuit, quisquis etiã verbis suis per calciamentorum commemorationẽ eandẽ significationem humilitatis expressit, vnde ab eadẽ voluntate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoriæ maximè cõmendandus, cùm de conuenientia dicimus Euangelistarũ, nõ esse mendaciũ, cùm quisque etiam dicẽs aliquid aliud quod etiã ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatẽ tamẽ eius hanc explicat, quam etiã ille, qui eius verba cõmemorat. Ita enim salubriter discimꝰ, nihil aliud esse quærendũ quã quid velit ille qui loquitur. SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanẽ ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: Respondens autẽ Iesus dixit ei, Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiã. Tunc dimisit eũ. Attestantur & cæteri venisse Iesum ad Ioannẽ. Baptizatum autẽ tres cõmemorant, sed tacent quod Matthæus ait, dixisse Domino Ioannẽ, vel Ioanni Dominum respondisse. DEINDE sequitur Matthæus, Baptizatus autẽ confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentẽ sicut columbã, & venientẽ super se: & ecce vox de cælis dicẽs, Hic est filius meus dilectꝰ in quo mihi cõplacui. Hoc & alij duo Marcus & Lucas similiter narrant. Sed de verbis vocis quæ de cælo facta est variant locutionẽ, salua tamen sententia. Quod enim Matthæus ait dictũ, Hic est filius meus dilectus: & alij duo dicunt, Tu es filius meus dilectus, ad eandẽ sententiã explicandã valet, sicut superius tractatũ est. Vox enim cælestis vnum horum dixit, sed Euangelista ostẽdere voluit ad id valere quod dictum est, Hic est filius meus, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quòd ipse esset filius Dei: atque ita dictum referre voluit, Tu es filius meus: ac si diceretur illis, Hic est filius meus. Nõ enim Christo indicabatur quod sciebat: sed audiebant qui aderãt, propter quos etiã ipsa vox facta est. Iã verò quod aliꝰ dicit, In quo mihi cõplacui: aliꝰ, In te cõplacui aliꝰ: In te cõplacuit mihi: si quæris quid horũ in illa voce sonuerit, quodlibet accipe, dũmodo intelligas eos qui nõ eandẽ locutionẽ retulerũt, eãdẽ retulisse sententiã. Quæ diuersitas locutionũ ad hoc etiã vtilis est, ne vno modo dictũ minus intelligatur, & aliter quàm res se habet, interpretetur. Quod enim dictũ est, In quo mihi cõplacui: si velit quis ita intelligere, vt Deus in filio sibi placuisse videatur, admonetur ex eo quod dictũ est, In te cõplacui. Si rursus ex hoc vno intelligat quisque, in filio patrẽ placuisse hominibus, admonetur ex eo quod dictũ est, In te cõplacuit mihi.

Ex quo satis apparet, quòd quilibet Euangelistarum cælestis vocis etiam verba tenuerit: alios ad eandẽ sententiam familiarius explicandã verba variasse: vt intelligatur hoc dictum esse ab omnibus, tãquam diceretur, In te placitum meum constituì: hoc est, per te gerere quod mihi placet. Illud verò quod nõnulli codices habent secũdum Lucam, hoc illa voce sonuisse quod in Psalmo scriptũ est, Filius meus es tu, ego hodie genui te: quanquã in antiquioribus codicibus Græcis nõ inueniri perhibeatur, tamẽ si aliquibꝰ fide dignis exemplaribus confirmari possit, quid aliud quàm vtrunque intelligendũ est quolibet verborũ ordine de cælo sonuisse? QVOD autem secundũ Ioannem de colũba dicitur, non quando factum est narratur sed verba Ioannis Baptistæ referuntur cõmemorantis quid viderit. In quo quæritur, quemadmodũ dictũ sit, Et ego non noueram eũ, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritũ descendentẽ & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Si enim tunc eũ cognouit cũ colũbã vidit descendentẽ super eum, quærendũ est quomodo dixerit venientẽ vt baptizaretur, Ego magis à te debeo baptizari: hoc enĩ ei dixit antequã colũba descenderet. Ex quo apparet, quamuis eũ iã nosset: nam etiã & in vtero matris exultauit, cũ ad Helisabet Maria venisset: aliquid tamen in eo quod nõdũ nouerat, colũbæ descensione didicisse, quod ipse scilicet baptizaret in Spiritu sancto propria quadã & diuina potestate: vt nullus homo qui accepisset à Deo baptismũ etiã si aliquem baptizaret, posset dicere suũ esse quod traderet, vel à se dari Spiritũ sanctũ. SEQVITVR Matthæus & dicit, Tũc Iesus ductꝰ est in deserto à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cũ ieiunasset xl. diebus & xl. noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei, Si filiꝰ Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit: Scriptum est, Nõ in pane solo viuit homo, sed in oĩ verbo quod procedit de ore Dei: &c. vsq; ad id quod dictũ est, Tunc reliquit eũ diabolus: & ecce angeli accesserũt & ministrabãt ei. Totũ hoc similiter Lucas narrat, etsi nõ codẽ ordine. Vnde incertũ est quid priꝰ factũ sit, vtrũ regna terræ priꝰ demõstrata sint ei, & postea in pinnã tẽpli leuatꝰ sit: an hoc priꝰ, & illud postea. Nihil tamen ad rem dũ oĩa facta esse manifestũ sit: & quod aliis verbis eadẽ sententias Lucas explicat, nõ semper cõmendãdũ est, cũ nihil depereat veritati. Marcꝰ autẽ attestatur quidem

† vel, debebamus

Matt. 3 c. 11. Marci 1. a. 7. Lucę 3. d. 19. Ioan. 1. d. 28.

Capvt XIII. Baptismus Ieiu. Matth. 3 c. 13.*

Marci 1. b 9. Lucę 3 d. 21. Ioan 1 d. 32.

Capvt XIIII. Vox patris. matthęi. 3. c. 16.*

Matt. 1. Lucę 3. c. 21.

Psal. 2. b. 7.

Capvt XV. Scrupulus.

Ioan. 1. e 33.

Lucę 2. d. 41.

Capvt XVI. Iesus tẽtatus.

Mat. 4. a. 1.*

Deut. 8. a. 3.

Lucę 4. a. 2.*

Marci 1. b. 12.

quidẽ eũ in deserto à diabolo esse tentatũ quadraginta diebus & noctibus, sed tacet quid ei dictũ sit, quidue responderit. Itẽ quod Lucas prætermisit, iste non tacuit, quod angeli ministrabant illi: Ioannes verò totum istum locum prætermisit.

Capvt XVII. Vocatio apostolorũ. Mat. 4 b. 11. Ioannis 1. f. 39.*

SEQVITVR narrans Matthæus: Cùm autẽ audisset quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæã: hoc & Marcus dicit, hoc & Lucas, sed Lucas de Ioanne tradito nihil hoc loco dicit. Ioannes autem Euangelista priusquã iret Iesus in Galilæã, dicit Petrũ & Andreã mansisse cũ illo vno die, & tunc Petro nomen impositũ, cùm antea Simon vocaretur. Sequenti itẽ die iam volentẽ exire in Galilæã, inuenisse Philippũ, & ei dixisse vt sequeretur eũ. Inde ventũ est, vt etiã de Nathanael narraret. Die autẽ tertio in Galilęa constitutum, fecisse illud in Chana de aquæ in vinum conuersione miraculũ. Quæ omnia cæteri Euangelistæ prætermiserunt, id contexentes narrationibus suis, quòd Iesus reuersus in Galilęã sit: vnde intelligitur fuisse interpositos aliquot dies, quibus illa de discipulis gesta sunt, quæ interponuntur à Ioanne. Non est autẽ contrariũ ei loco vbi Matthæus narrat Dominum dixisse Petro, Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meã. Neq; enim hoc nomẽ tunc accepisse intelligendus est, sed tunc potius, quando ei Ioannes dictũ esse commemorat, Tu vocaberis Cephas, q̃ interpretatur Petrus: vt eũ hoc nomine appellaret postea Dominus dicens, Tu es Petrus. Non enim ait, Tu vocaberis Petrus, sed tu es Petrus: quod ei iã dictũ erat antea, tu vocaberis. Deinde contexit narrationẽ Matthæus & dicit, Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaũ maritima, in finibus Zabulon & Neptalim: & cætera, quousq; sermo terminetur quẽ habuit in mõte. In quo cõtextu narrationis attestatur ei Marcus de discipulorũ vocatione, Petri & Andreę, & paulo pòst Iacobi & Ioannis. Sed cùm Matthæus continuò coniungeret narrationẽ prolixi illius sermonis, quẽ in monte habuit, posteaquã multos curauit, & eũ multę turbę secutę sunt, Marcus interposuit alia, quia docebat eos in synagoga, & stupebant super doctrina eius. Tunc ipse dixit, q̃ & Matthæus post illũ prolixũ sermonẽ: quia erat docens eos quasi potestatẽ habens, & non sicut Scribę. Narrauit etiã de homine à quo expulsus est immũdus spiritus: deinde de socru Petri. In his autẽ Lucas ei consentit. Matthæus verò de isto dæmonio nihil narrauit, de socru autẽ Petri non tacuit, sed postea. In hoc autẽ loco quẽ nunc consideramus, idẽ Matthæus post vocationẽ discipulorũ, quibus piscantibus iussit vt eũ sequerentur, narrat eũ circuisse Galilæam, docentem in synagogis & prædicantem Euangelium, & sanantem omnem languorem: & collectis ad eum turbis, ascendisse in montem, & vsum fuisse illo sermone prolixo. Dat ergo locum intelligendi, tunc facta esse quæ Marcus post electionem eorundem discipulorum narrat, cùm circuitet Galilæam, & doceret in synagogis eorum: tunc etiam de socru Petri: sed eum postea commemorasse quod prętermiserat, quamuis non omnia prætermissa in narrationem reuocauerit. Sanè potest mouere, quomodo Ioannes dicat, non in Galilæa, sed iuxta Iordanem, primò Andream secutum esse Dominum, cum alio cuius nomen tacetur, deinde Petrum ab illo nomen accepisse, tertio Philippum vocatum vt eum sequeretur. Cæteri autem tres Euangelistæ de piscatione vocatos eos dicunt satis inter se conuenienter, maximè Matthæus & Marcus. Nam Lucas Andream non nominat, qui tamen intelligitur in ea naui fuisse secundum Matthæi & Marci narrationem, qui breuiter hoc perstringunt quemadmodũ gestũ sit. Quod Lucas apertius explicauit, cõmemorans ibi etiã miraculũ super captura pisciũ, & quòd ex ipsa naui Dominus prius fuerit locutus ad turbas. Hoc etiam videtur distare q̃ tantũ Petro à Domino dictũ commemorat, Ex hoc iã homines eris capiens: quod illi, scilicet Matthæus & Marcus, ambobus fratribus dictũ esse narrarunt. Sed potuit vtiq; prius hoc Petro dici, cùm de capta ingenti multitudine pisciũ miraretur, quod Lucas insinuauit: & ambobus postea, quod illi duo cõmemorauerunt. Illud ergo q̃ de Ioanne diximus, diligenter considerandũ est. Non enim parua repugnantia putari potest, cum & locorũ plurimũ interfit, & temporis & ipsius vocationis. Nam si iuxta Iordanẽ antequã Iesus esset in Galilæã, ad testimoniũ Ioannis Baptistæ secuti sunt eũ duo, quorũ erat vnus Andreas, qui fratrẽ suum Simonẽ continuò adduxit ad Iesum, quando & nomẽ vt Petrus vocaretur accepit, quomodo ab aliis Euangelistis dicitur, quòd eos in Galilæa piscantes inuenerit atq; ad discipulatũ vocauerit: nisi quia intelligẽdũ est, non sic eos vidisse tunc Dominũ iuxta Iordanẽ, vt ei iã inseparabiliter cohærerent, sed tantũ cognouisse quis esset, cumq; miratos ad propria remeasse? Nam & in Chana Galilææ cum fecisset de aqua vinũ, dicit idẽ Ioannes, quòd crediderint in eũ discipuli eius. Quod ita narrat: Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autẽ & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Quj vtiq; si tunc in eũ crediderunt, sicut paulo pòst dicit, nondũ erant discipuli cum ad nuptias vocati sunt. Sed illo more locutionis hoc dictũ est, quo loquimur, cùm dicimus apostolũ Paulũ in Tharso Ciliciæ natũ. Neq; enim tunc iam erat apostolus. Ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cum audimus, non iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli intelligere debemus. Iã enim vtiq; discipuli Christi erant, quando ista narrata atq; conscripta sunt. Et ideo sic de illis locutus est tẽporũ præteritorum narrator. Quod autem dicit idem Ioannes: Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus: incertum est vtrum iam illi adhæserant, etiam Petrus & Andreas & filij Zebedæi. Matthæus enim primo narrat quòd venerit & habitauerit in Capharnaum: & postea quòd eos de nauibus piscãtes vocauerit: iste autem, quòd cum illo Capharnaum venerint discipuli eius. An fortè Matthæus quod prætermiserat recapitulauit, quia non ait ipse, Post hoc ambulans iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres: sed sine vlla consequentis temporis differentia, Ambulans autem, inquit, iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres: & cætera. Proinde fieri potest, vt postea narrauerit, non quod postea factum erat, sed quod prius prætermiserat, vt cum illo intelligantur venisse Capharnaum, quò Ioannes dicit, & ipsum & matrem eius & discipulos venisse. An potius alij discipuli fuerunt, sicut eum iam Philippus sequebatur, quem sic vocauerat, vt diceret ei, Sequere me. Quo enim ordine vocati sint omnes duodecim apostoli, in Euangelistarum narrationibus non apparet quãdoquidem non tantum ordo vocationis, sed nec ipsa vocatio commemorata est omnium, sed tantum Philippi & Petri, & Andreæ & filiorum Zebedæi, & Matthæi publicani, qui etiam Leui vocabatur. Singillatim tamen ab eo nomen & primus & solus Petrus accepit. Nam filios Zebedæi non singillatim, sed simul ambos appellauit filios tonitrui. Sanè animaduertendum est, quòd scriptura Euangelica & Apostolica, non solum illos duodecim appellat discipulos eius,

Ioannis 2. c. 1.*

Act. 22. a. 3.

Ioan. 2. b. 12.

Matt. 4. c. 18.

Ibidem.

Matt 9. a. 9. Marci 2 b. 14.

Lucæ 5. f. 17.

Ioan 1 f 41 Marci 3. c. 17.

Marci 1. b. 16.*

Mat. 4. c. 18. Marci 1. b. 16. Lucæ 3. a. 1.*

Mat. 7. d. 29.

Marci 1. b. 22. Lucæ 4. c. 31.

Mat. 8. b. 14.

Ibid. 4. c. 23.*

Mat. 5. a. 1.

Marci 1. b. 16.*

Ioannis 1. f. 39.*

Matthæi 4. b. 12.*

sed omnes qui in eum credẽtes, magisterio eius ad regnũ cælorũ erudiebantur. Ex quorũ multitudine elegit duodecim, quos & Apostolos nominauit, sicut Lucas cõmemorat. Ipse quippe paulo pòst ait, Et descendens cùm illis stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis. Non vtiq; diceret turbã discipulorũ, homines duodecim. Aliis quoque scripturarũ locis hoc euidẽter apparet, discipulos eius oẽs appellatos qui ab eo discerent q; ad æternam vitã pertineret. Quæri autem potest, quomodo binos vocauerit de nauiculis piscatores, primo Petrũ & Andreã, deinde progressus paululũ, alios duos filios Zebedæi, sicut narrant Matthæus & Marcus, cùm Lucas dicat ambas eorum nauiculas impletas magna illa captura piscũ, sociosq; Petri cõmemoret Iacobum & Ioannẽ filios Zebedæi vocatos ad adiuuandum, cùm retia extrahere plena non possent, simulq; miratos tãtã multitudinẽ piscũ q̃ capta erat: & cùm Petro tantũ dixisset, Noli timere, ex hoc iã homines eris capiens: simul eũ tamẽ subductis ad terrã nauibus secutos fuisse. Vnde intelligẽdũ est hoc primo esse factũ q; Lucas insinuat. Nec tunc eos à Domino vocatos, sed tantum Petro fuisse prædictum quòd homines esset capturus. Quod non ita dictũ est, quasi iã pisces nũquã esset capturus. Nã & post resurrectionẽ Dñi legimus eos esse piscatos. Dictũ est ergo, q; deinceps capturus esset homines: non dictũ est, quòd iã nõ esset capturus pisces. Vnde datur locus intelligere eos ad capturã piscũ ex more remeasse, vt postea fieret, q̃d Matthæus & Marcus narrant: quando eos binos vocauit, & ipse iussit vt eũ sequerentur, primò duobus Petro & Andreę, deinde aliis duobus filiis Zebedęi. Tunc enim non subductis ad terrã nauibus tanquã cura redeundi, sed ita eũ secuti sunt, tanquã vocantẽ ac iubentẽ vt eũ sequerentur.

Lucæ 6.b. 9.4.15.16.27.
Matth. 4. c. 18.d.22. Marci 1.b. 16.& 19. Lucæ 5.b. 8. & 10.
Ioan. 21. c.3.

CAPVT XVIII. Secessus Iesu in Galilæam.

ILLVD etiã requirendũ est, quomodo Ioannes Euangelista antequã Ioannes Baptista missus esset in carcerẽ, dicit Iesum isse in Galilæam. Postea enim quàm cõmemorauit, quòd in Cana Galilææ fecit de aqua vinũ, & descendit Capharnaũ cũ matre & discipulis, & ibi manserunt non multis diebus, dicit eum deinde ascẽdisse Hierosolymam propter Pascha. Post hoc venisse in Iudæam terram & discipulos eius, & illic demoratum cum eis & baptizantem, vbi secutus ait, Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & adueniebant & baptizabantur. Nõdum enim missus erat in carcerem. Ioannes. Matthæus autem dicit, Cùm autem audisset quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam. Similiter & Marcus, Posteaquam autem traditus est, inquit, Ioannes: venit Iesus in Galilæam. Lucas autẽ nihil dicit de tradito Ioanne, sed tamen & ipse post baptismum & tentationem Christi dicit eum isse in Galilæam, sicut illi duo. Nam ita contexit narrationem suam: Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Vnde intelligitur hos tres Euãgelistas non Ioanni Euangelistæ cõtraria narrasse, sed prætermisisse primum Domini aduentum in Galilæã posteaquam baptizatus est, quando illic aquam conuertit in vinum. Tunc enim nondum erat traditus Ioannes. Eum verò aduentum eius in Galilæam contexuisse narrationibus suis qui post Ioannem traditum factus est, de quo eius reditu in Galilæam etiam ipse Ioannes Euãgelista sic loquitur: Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisei quia Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes, quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galileam. Tunc ergo intelligimus iam fuisse traditũ Ioannẽ, Iudæos verò audisse quòd plures discipulos faceret & baptizaret quã fecerat & baptizauerat Ioannes.

Ioan. 3. c. 23. Ibid. 2.a.1.
Ibid. 12.
Ioan. 3. c. 2 3.
Matt. 4. b. 11.
Marci 1. b. 14.
Lucæ 4. b. 15.
Ioan. 4. a. 1.

CAPVT XIX. Sermo in monte.

IAM nũc de illo sermone prolixo quẽ secundũ Matthæũ in monte habuit Dñs, videamus vtrũ ei cæteri Euangelistæ nihil aduersari videantur. Marcus quippe non eũ cõmemorauit omnino, nec aliquid eius simile dixit, nisi quasdã sentẽtias, non contextim, sed sparsim, quas Dñs locis aliis repetiuit. Reliquit tamen locũ in textu narrationis suę, vbi intelligamus hunc dictũ esse sermonẽ, sed ab eo prætermissum. Et erat, inquit, prædicans in synagogis eorũ, & omni Galilæa, & dæmonia eiiciens. In hac prædicatione quã dicit eũ habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiã sermo iste habitus in monte, cuius commemorationẽ facit Matthæus. Namque idẽ Marcus ita sequitur, Et venit ad eũ leprosus deprecans eum, & genu flexo dixit, Si vis potes me mundare: & cæteta. De hoc leproso mundato talia connectit, vt ipse intelligatur quẽ Matthæus cõmemorat tunc esse mundatũ, quando post illũ sermonẽ Dominus de monte descendit. Sic enim ait Matthæus, Cùm autẽ descendisset de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens adorauit eũ, dicens, Domine si vis potes me mundare: & cætera. Huius leprosi etiam Lucas meminit, nõ sanè hoc ordine, sed vt solẽt prætermissa recordari, vel posterius facta præoccupari, sicut diuinitus suggerebantur, quæ antea cognita, postea recordando conscriberent. Veruntamen idẽ Lucas sermonẽ etiã ipsi⁹ Domini prolixũ narrauit, vbi etiã sic exorsus est, vt in isto Matthæus. Hic enim dixit, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælorum: & ille, Beati pauperes, q̃a vestrũ est regnũ Dei. Deinde multa quæ sequũtur etiã in Lucæ narratione similia sunt. Et ad extremũ sermonis ipsa conclusio prorsus eadẽ reperitur, de homine prudente, qui ædificat super petrã, & de stulto qui ædificat super arenã: nisi quòd ibi flumen tantũ dicit illisum domui, non & pluuiã, & ventos, sicut Matthæus. Posset ergo facillimè credi, eundẽ etiã ipse Domini interposuisse sermonẽ, aliquas autẽ prætermisisse sententias, quas Matthæus posuit. Item alias posuisse, quas iste non dixit: quasdã etiã non iisdẽ verbis, custodita tamẽ veritatis ĩtegritate similiter explicasse. Posset hoc, sicut dixi, facillimè credi, nisi moueret quod Matthæus in mõte dicit hunc habitũ esse sermonẽ à Domino sedente: Lucas autẽ in loco cãpestri à Domino stante. Hæc itaq; diuersitas facit videri, aliũ fuisse illũ, aliũ istũ. Quid enim prohiberet Christũ alibi quædã repetere quę iã antea dixerat, aut iterũ quædã facere quæ antea iã fecerat? Non sanè istos duos sermones, quorum vnum Matthæus, alterũ Lucas inserait, longa temporis distantia separari, hinc probabiliter creditur, quòd & antea & postea quædam similia, vel eadem ambo narrarunt, vt non absurdè sentiantur eorum narrationes hæc interponentium in eisdem locis & diebus esse versatas. Nã Matthæus hoc ita dicit, Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa & de trans Iordanem. Videns autem turbas ascendit in montem, & cùm sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens; Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: & cætera. Hic potest videri multas turbas vitare voluisse, & ob hoc ascendisse in montem, tanquam secedendo à turbis, vt solis suis discipulis loqueretur. Cui rei videtur attestari etiam Lucas, ita narrans: Factum est autem in illis diebus, exiit in montẽ orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. Et cũ dies factus esset, voca-

Mat. 5.a.1.
Marci 1.d. 39.
Ibid. 40.
Matt. 8.a.1.
Lucæ 5.c. 21.
Mat. 5.a.1.*
Lucæ 6.c. 20.*
Ibid. g. 49.
Mat. 7.d. 26.
Matth. 5.a.1
Lucæ 6.c. 17.
Lucę 6.b. 12.

vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit: Simonem quẽ cognominauit Petrũ, & Andreã fratrẽ eius, Iacobũ & Ioannẽ, Philippũ & Bartholomęũ, Matthęũ & Thomam, Iacobũ Alphęi & Simonẽ qui vocatur Zelotes, Iudã Iacobi & Iudã Scarioth, qui fuit proditor. Et descendens cũ illis stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius cũ illo, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudęa & Hierusalẽ & maritima & Tyri & Sydonis, qui venerant vt audirent eũ & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabãtur. Et omnis turba quęrebat eũ tãgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, q̃a vestrũ est regnũ Dei: &c. Hic potest intelligi cùm in mõte duodecĩ discipulos elegit ex pluribus, quos Apostolos nominauit, q; Matthæus prætermisit, tunc illũ habuisse sermonẽ quẽ Matthæus interposuit, & Lucas tacuit, hoc est in monte. Ac deinde cùm descendisset, in loco cãpestri habuisse alterũ similẽ, de quo Matthæ⁹ tacet, Lucas non tacet: & vtrũq; sermonẽ eodem modo esse cõclusum. Quod autẽ Matthæus isto sermone terminato sequitur & dicit: Et factũ est cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius: potest videri discipulorũ turbas dixisse, ex quibus duodecim illos Apostolos elegerat. Quod verò mox ait: Cùm autẽ descendisset de mõte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens adorabat eum: potest intelligi post vtrunq; sermonẽ factũ fuisse, non solũ quẽ Matthæus, verũctiã quem Lucas interponit. Neq; enim apparet post descensionẽ de monte quãtũ tẽporis fuerit interpositũ, sed hoc solũ voluit significare Matthæus, post illã descẽsionẽ multas turbas fuisse cũ Domino, quando leprosum mundauit, non quãtũ tẽporis interfuerit: præsertim cùm eũdẽ leprosum Lucas iam in ciuitate posito Domino dicat esse mundatum, quod Matthæus dicere non curauit. Quanquã etiam illud posset occurrere, in aliqua excelsiore parte montis primo cum solis discipulis Dominum fuisse, quãdo ex eis illos duodecim elegit: deinde cum eis descendisse, non de monte, sed de ipsa montis celsitudine in campestrem locum, id est, in aliquam æqualitatem quæ in latere montis erat, & multas turbas capere poterat: atque ibi stetisse donec ad eũ turbæ congregarentur. Ac postea cùm sedisset accessisse propinquius discipulos eius, atque ita illis cæterisque turbis præsentibus vnum habuisse sermonem, quem Matthæus Lucásque narrauerunt, diuerso narrãdi modo, sed eadem veritate rerum & sententiarum, quas ambo dixerunt. Iam enim præmonuimus, quod & nullo præmonente vnicuique spontè videndum fuit, si quis prætermittat aliquid quod alius dicat, non esse cõtrarium, nec si alius alio modo aliquid dicat, dum eadem rerum sententiarũmque veritas explicetur: vt quod Matthæus ait, Cùm autem descendisset de monte, simul etiam de illo campestri loco qui in latere montis esse potuit, intelligatur. Deinde Matthæus de leproso mundato narrat, quod etiã Marcus & Lucas similiter.

Mat. 7.d. 28.
Mat. 8.a.1.
Mat. 8.a.1. Marci 1.d. 40. Lucę 5.c 12.

CAP. XX. Cẽturionis accessus ad Iesum. Matt. 8.a.5.

POST hæc Matthæus sequitur & dicit: Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad illum Centurio, rogans eum & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur: & cætera, vsque ad eum locũ vbi ait, Et sanatus est puer ex illa hora. Hoc de puero Centurionis etiam Lucas cõmemorat: non, sicut iste, post leprosum mundatum, quem ille postea recordatus commemorauit, sed post finẽ illius prolixioris sermonis, quod ita coniungit: Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cẽturionis autẽ cuiusdã seruus malè habẽs erat moriturus, qui illi erat pręciosus, &c. vsque in eũ locũ quo sanatus est. Hic intelligendũ est, cùm implesset quidẽ omnia verba sua i aures plebis, intrasse Christũ Capharnaũ, hoc est, quia non antequã hæc verba terminasset intrauit: sed nõ esse expressum post quantũ tẽporis interuallũ cum istos sermones terminasset intrauerit Capharnaũ. Ipso quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quẽ loco suo Matthæus interponit, iste autẽ postea recordatur. Iã ergo videam⁹ vtrũ sibi de hoc seruo Centurionis Matthæus Lucásq; consentiant. Matthęus enim dicit, Accessit ad eũ Cẽturio, rogans eum & dicens, Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare quod ait Lucas, Et cũ audisset de Iesu, misit ad eũ seniores Iudæorum, rogans eũ vt veniret & sanaret seruũ eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eũ solicitè dicẽtes ei, Quia dignus est, vt hoc illi præstes. Diligit enim gentẽ nostrã, & synagogã ipse ædificauit nobis. Iesus autẽ ibat cũ illis. Et cùm iã non longè esset à Domo, misit ad eũ Centurio amicos dicẽs, Domine noli vexari. Nõ enim dignus sum vt sub tectũ meũ intres. Propter quod & meipsum nõ sum dignũ arbitratus vt venirẽ ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Si enim hoc ita gestũ est, quomodo erit verũ q; Matthæus narrat, Accessit ad eũ quidam Centurio, cùm ipse nõ accesserit, sed amicos miserit: nisi diligenter aduertentes intelligam⁹ Matthæũ non omnimodo deseruisse vsitatũ morem loquendi. Nõ solũ enim dicere solemus, accessisse aliquẽ etiã antequã peruenĩat illuc quò dicitur accessisse. Vnde etiã dicimus, parũ accessit vel multũ accessit, eò quò appetit peruenire: verũctiã ipsam peruentionẽ cuius adipiscendi causa acceditur; dicimus plerũque factã: etsi eũ ad quẽ peruenit non videat ille qui peruenit, cùm per amicũ peruenit ad aliquem cuius ei fauor est necessarius. Quod ita tenuit consuetudo, vt iã etiã vulgo peruentores appellentur, qui potentiũ quorũlibet tanquã inaccessibiles animos, per conuenientium personarũ interpositionẽ, ambitionis arte pertingunt. Si ergo ipsa peruẽtio vsitatè dicitur per alios fieri, quãto magis accessus per alios fieri potest, qui plerunque infra peruentionẽ remanet, quando potuerit quisque plurimũ quidẽ accedere, sed tamen non potuerit peruenire? Non ergo absurdè Matthęus, etiã quod vulgo possit intelligi, per alios facto accessũ Centurionis ad Dominũ, cõpẽdio dicere voluit, Accessit ad eũ Centurio. Veruntamen non negligenter intuenda est etiã sancti Euangelistæ altitudo mysticæ locutionis, secũdũ quã scriptũ est in Psalmo: Accedite ad eum, & illuminamini. Proinde quia fidẽ centurionis, qua verè acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit vt diceret, Nõ inueni tantam fidem in Israel: ipsum potius accessisse ad christum dicere voluit prudens Euangelista, quàm illos per quos verba sua miserat. Porrò autem Lucas ideo totum quemadmodum gestum esset aperuit, vt ex hoc intelligere cogeremur, quemadmodum eum accessisse dixerit alius qui mentiri non potuit. Sic enim & illa mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, quamuis fimbriam vestimẽti eius tenuerit, magis tamen tetigit Dominum, quàm illæ turbæ à quibus premebatur. Vt enim hæc quo magis credidit, eo magis tetigit Dominum: ita & Cẽturio quo magis credidit, eo magis accessit ad Dominum. Iam cętera in hoc capitulo quæ alter dicit, & alter prætermittit, superfluò pertractantur, cùm ex illa regula primitus commendãta nihil inueniantur habere contrarium.

Lucæ 7.a.1.
Matt. 8.a 5.
Lucæ 7.a.5. *.
Perueniores.
Psal. 33.a 6.
Matt. 8.a 10.
Mat 9.c.20. Marci 5.c.25. Lucę 8.f.43.

CAPVT XXI. Socius Petri in fonte. Mat 8.

SEQVITVR Matthæus & dicit: Et cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem, & te-

tigit manũ eius, & dimisit eã febris, & surrexit & mi-
nistrabat eis. Hoc quãdo factũ sit, id est, post quid vel
ante quid, non expressit Matthæus. Non enim post q̃
narratur, post hoc etiã factum necesse est intelligatur.
Marci 1.c. 29. Nimirum tamen iste hoc recoluisse intelligitur, quod
prius omiserat. Nã id Marcus narrat antequã illud de
leproso mũdato cõmemoret, quod post sermonem in
mõte habitũ, de quo ipse tacuit, videtur interposuisse.
Lucæ 4.g. 40. Itaq; & Lucas post hoc factum narrat de socru Petri,
post quod & Marcus. Ante sermonẽ etiam ipse quem
prolixũ interposuit, qui potest idẽ videri quẽ dicit ha-
bitũ in monte Matthæus. Quid autẽ interest quis quo
loco ponat, siue quod ex ordine iserit, siue quod omis-
sum recolit, siue quod postea factũ antè præoccupat:
dũ tamen non aduersentur eadẽ vel alia narranti, nec
sibi, nec alteri? Quia enim nullius in potestate est, quã-
uis optimè fideliterq; res cognitas quo quisq; ordine
recordetur, quid prius posteriúsue homini veniat in
mentẽ, non est vt volumus, sed vt datur: satis probabi-
le est quòd vnusquisque Euãgelistarũ eo se ordine cre-
didit debuisse narrare, quo voluisset Deus ea ipsa quæ
narrabat eius recordationi suggerere, in eis duntaxat
rebus, quarũ ordo siue ille, siue ille sit, nihil minuit au-
2.Cor 12.b. 11. thoritati veritatiq; Euãgelicæ. Cur autẽ Spiritus san-
ctus diuidẽs propria vnicuiq; prout vult, & ideo men-
tes quoq; sanctorũ propter libros in tanto autoritatis
culmine collocandos, in recolendo quæ scriberent sine
dubio gubernans & regens, aliũ sic, alium verò sic
narrationẽ suam ordinare permiserit, quisquis pia di-
ligentia quẽsiuerit, diuinitus adiutus poterit inuenire.
Hoc tamen non est huius operis munus quod nunc
suscepimus, tantũ vt demonstremus Euangelistas, ne-
que sibi neque inter se pugnare, quolibet ordine, vel
cassdẽ res, vel alias factorũ dictorũq; Christi vnusquis-
que eorum potuerit voluerit ue narrare. Quapropter
vbi ordo tẽporũ nõ apparet, nihil nostra interesse de-
bet, quẽ narrandi ordinẽ quilibet eorum tenuerit: vbi
autẽ apparet, si quid mouerit quod sibi aut alteri repu-
gnare videatur, vtiq; considerandũ & enodãdum est.

CAPVT XXII. Ordo tẽporis. Mat 8. b. 16. Etaiæ 53.a. 4.

SEQVITVR ergo Matthæus dicens: Vespere autem
facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eii-
ciebat spiritus verbo, & omnes malè habẽtes curauit,
vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiã prophetã di-
centẽ, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotatio-
nes nostras portauit. Hoc ad eiusdẽ diei tẽpus pertine-
re satis indicat, cùm coniungit, Vespere autẽ facto. Sic
Marci 1.c. 31.* & Marcus cum de ipsa socru Petri sanata dixisset: Et
ministrabat eis: hoc idẽ subiecit, Vespere autẽ facto cũ
occidisset sol, afferebant ad eũ oẽs malè habentes, &
dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata
ad ianuã, & curauit multos qui vexabantur variis lan-
guoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat
D ea loqui, quoniã sciebant eũ. Et diluculo valde surgẽs
egressus est, & abiit in desertum locũ. Videtur hic or-
dinẽ tenuisse Marcus, vt post illud quod dictũ est, Ve-
spere autẽ facto, deinde diceret, Et diluculo valde sur-
gẽs. Quãuis nec illud necesse sit, vbi dicitur, Vespere
autem facto, eiusdem diei vesperum accipere: nec vbi
dicitur, diluculo: eiusdem noctis diluculum. Tamen
vtcunque videri potest hic rerum gestarum ordo ser-
uatus, propter digestum ordinem temporum. Lucas
quoque cum de socru Petri narrasset, non ait ipse, Ve-
spere autem facto: sed tamen quod idem significaret
Lucæ 4.g. 40.* adiunxit dicens: Cum sol autem occidisset, omnes q.
habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos
ad eum: at ille singulis manus imponens curauit eos.
Exibant etiam dæmonia à multis clamantia & dicen-
tia: Quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea
loqui, quia sciebant ipsum esse Christũ. Facta autem
A die, egressus ibat in desertũ locũ. Et hîc videmus eun-
dẽ prorsus ordinẽ tẽporũ custoditũ, quem cõperimus
apud Marcũ. Matthæus autẽ qui videtur non ordinẽ
quo gestũ est, sed quod prætermissum recolit, hoc de
socru Petri cõmemorasse, posteaquam narrauit quid
ipso die, facto etiã vespere gestũ sit, iã non subiungit di-
luculũ, sed ita narrat: Videns autẽ Iesus turbas multas
circũ se, iussit ire transfretũ. Iam hoc aliud est, non il- Mat.8.b.18.
lud quod Marcus & Lucas contexunt, qui post vespe-
rũ diluculũ ponunt. Quod ergo hîc dictũ est, Videns
autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans-
fretum: aliud eum recordatum interposuisse debemus
accipere, quòd die quodam cum vidisset Iesus turbas
multas circum se, iussit ire transfretum.

CAPVT XXIII. Sequar te, &c. Mat.8.b.19.

DEINDE quod subiungit: Et accedens vnus Scriba
ait illi, Magister sequar te quocũque ieris: vsq; ad illud
B vbi ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: hoc si-
militer narrat & Lucas. Sed ille post plura, nec ipse sa-
nè expresso ordine tẽporũ, sed recordantis modo: vtrũ
quod prius omisit, an quod posterius etiã factũ quàm
sunt ea quæ sequuntur, præoccupauit, incertũ est. Ita
enim dicit: Factũ est autem ambulantibus illis in via, Lucæ 9.g. 57.
dixit quidã ad illum, Sequar te quocunque ieris. Et re-
spondit ei prorsus eadẽ quæ Matthæus commemorat.
Quod autẽ Matthæus dicit tunc istud gestũ esse, quã-
do iussit vt irent transfretũ, Lucas verò, Ambulãtibus
illis in via, non est contrariũ: quia in via vtiq; ambula-
bant vt venirent ad fretũ. Et de illo qui petit primum
sepelire patrem suũ, Matthæus & Lucas omnino con-
sentiunt. Quod enim Matthæus primo eiusdem verba
posuit, hoc est, patrem suũ sepelire petentis, & deinde
Domini dicentis, Sequere me: Lucas autẽ primo Do-
mini dicentis, Sequere me: & deinde illius hoc peten-
C tis: ad sententiã nihil interest. Cõmemorauit Lucas &
aliũ dixisse: Sequar te Domine, sed primum permitte Ibid.61.
mihi renunciare ijs quę domi sunt: de quo tacet Mat- al. his qui.
thæus. Inde iã Lucas in aliud perrexit, non in illud qd̃ Lucæ 10.a.
ordine tẽporis sequebatur. Post hæc autẽ, inquit, dest- 1.
gnauit Dominus & alios septuagintaduos. Post hæc
quidẽ manifestè, sed quanto temporis interuallo post
hæc fecerit illud Dominus, non apparet. In ipso tamẽ
interuallo fit quod deinceps Matthæus subiungit: nã
idẽ Matthæus ordinẽ tẽporũ adhuc tenet, ita narrans:

CAPVT XXIIII. De portis præcipitatis. Matthæi 8. c.23.*

ET ascendente eo in nauiculã, secuti sunt eũ disci-
puli eius: & ecce motus magnus factus est in mari: vs-
que ad illud vbi ait, Et venit in ciuitatem suã. Ista duo
facta cõtinuatim quæ narrat Matthæus de tranquilla-
to mari, posteaquã ventis imperauit Iesus à somno ex-
citatus: & de illis qui habebant sæuum dæmoniũ, ru-
ptisq; vinculis agebantur in desertũ: similiter narrant
D Marcus & Lucas: verbis aliis dictæ sunt ab alio atque
alio quædã sententiæ, non tamen aliæ: velut illud qd̃
eũ dicit dixisse Matthęus, Quid timidi estis modicæ fi- Marci 4.d. 36.*
dei? Marcus ita dicit, Quid timidi estis, necdum habe- Lucæ 8.c. 22.*
tis fidem? id est, illam perfectam, velut granum sinapis.
Hoc ergo & ille ait, Modicę fidei. Lucas autem, Vbi
est fides vestra? Et totum quidem sic dici potuit, Quid
timidi estis? Vbi est fides vestra? Modicę fidei. Vnde a-
liud hic, aliud ille commemorat. Et illud quod exci-
tantes eum dixerũt, Matthęus sic, Domine salua nos,
perimus: Marcus, Magister, non ad te pertinet quia
perimus? Lucas, Prę ceptor perimus: vna eademque
sententia est excitantium Dominum, volentiúmque
saluari: nec opus est quærere quid horum potius chri-
sto dictum sit. Siue enim aliquid horũ trium dixerint,
siue alia verba quæ nullus Euangelistarum comme-
morauit, tantundẽ tamen valentia ad eandem senten-
tię

tiæ veritatem, quid ad rem interest? Quãquam & hoc
fieri potuit, vt pluribus eum simul excitãtibus, omnia
A hæc, aliud ab alio dicerẽtur. Itẽ quòd sedata tẽpestate
dixerunt secundũ Matthæũ, Qualis est hic, quia vẽti
& mare obediunt ei? Secundũm Marcũ, Quis putas
est iste, quia ventus & mare obediunt ei? Secundũ Lu-
cam, Quis putas hic est, quia & vẽtis imperat & mari,
& obediunt ei? quis non videat vnam esse sententiam?
Tantundẽ enim prorsus valet, Quis putas est iste, &
qualis est hic. Et vbi non est dictũ, Imperat: vtiq; cõ-
Matthæi 8. d.18.* Marci 5.a. 1.*. Lucæ 8.d. 26.* sequẽter intelligitur, quia imperãti obeditur. Quod
verò Matthæus duos dicit fuisse qui legionẽ illam dæ-
monũ patiebãtur, quæ in porcos ire permissa est, Mar-
cus autem & Lucas vnum commemorant: intelligas
vnum eorum fuisse personæ alicuius clarioris & famo-
sioris, quẽ regio illa maximè dolebat, & prò cui? salute
plurimũ satagebat. Hoc volẽtes significare duo Euan
gelistæ, solum cõmemorandum iudicauerunt, de quo
B facti huius fama latius præclariusq; fragrauerat. Nec
quòd verba dęmonũ diuerse ab Euangelistis dicta fũt,
habet aliquid scrupuli, cùm vel ad vnam redigi sentẽ-
tiã, vel omnia dicta possint intelligi. Nec quia plura-
liter apud Matthæum, apud illos autem singulariter
loquitur, cùm & ipsi narrent, quòd interrogatus quid
vocaretur, legionẽ se esse respõdit, eo quòd multa essẽt
dæmonia. Nec quod Marcus dixit circa mõtem fuisse
gregẽ porcorũ, Lucas autẽ in mõte, quicquã repug-
nat. Grex enim porcorũ tã magn? fuit, vt aliquid eius
esset in monte, aliquid circa montẽ. Erant enim duo
CAPVT XXV. Paralyticus in grabato. Mat.9.a.1.* milia porcorũ, sicut Marcus expressit. HINC ergo
sequitur Matthæ?, adhuc tẽporũ ordinẽ seruãs, atque
ita narrationẽ cõtexit: Et ascendẽs in nauiculã trans-
fretauit, & venit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebant
ei paralyticũ iacentẽ in lecto, &c. vsque ad illud quod
ait, Videntes autẽ turbæ, timuerunt & glorificauerũt
C Deum, qui dedit potestatem talẽ hominibus. De hoc
Marci 2.a. 3.* Lucæ 5.d. 18.* paralytico dixerunt etiã Marcus & Lucas. Quod ergo
Matthæus dicit Dominum dixisse, Confide fili, remit-
tuntur tibi peccata tua: Lucas autem non dixit Fili,
sed homo: ad sententiã Domini expressius insinuãdã
valet, quia homini dimittebãtur peccata, qui hoc ipso
quo homo erat, nõ posset dicere, Non peccaui: simul
etiã vt ille, qui homini dimittebat, intelligeretur De?.
Mat. 9. a. 1. Marc? autẽ hoc dixit quod & Matthęus, sed nõ dixit,
Confide. Potuit quidem & ita dici: Confide homo,
dimittuntur tibi peccata fili: aut, Confide fili, dimit-
tuntur tibi peccata homo: aut quolibet verborum or-
Marci 2.a.1. dine cõgruenti. Illud sanè potest mouere, quod de isto
paralytico Matthęus ita narrat: Et ascendẽs in nauicu-
lã transfretauit, & venit in ciuitatẽ suã: & ecce offere-
bant ei paralyticum iacentem in lecto. Marcus autem
D non hoc in eius ciuitate factũ dicit, quæ vtique Naza-
reth vocatur, sed in Capharnaum, quod ita narrat: Et
iterum intrauit in Capharnaum post dies: & auditũ
est quod in domo esset, & conuenerunt multi: ita vt
non caperet neque ad ianuã, & loquebatur eis verbũ.
Et venerunt ferentes ad eũ paralyticũ, qui à quatuor
portabatur. Et cũ nõ possent offerre eum illi præ turba
nudauerũt tectum vbi erat, & patefacientes submise-
Lucæ 5. d. 17. runt grabatũ, in quo paralyticus iacebat. Cùm vidisset
autem Iesus fidem illorum, &c. Lucas autem non cõ-
memorat quo in loco factum sit, sed ita dicit: Et factũ
est in vna dierum, & ipse sedebat docẽs. Et erant Pha-
risæi sedẽtes, & legis doctores qui venerãt ex omni ca-
stello Galilęæ & Hierusalẽ: & virtus erat Domini ad
sanandos eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem
qui erat paralyticus, & quærebãt eũ inferre, & ponere
ante eũ: & nõ inuenientes qua parte illũ inferrent præ-

turba, ascenderũt supra tectum, & per regulas submise
runt illũ cum lecto in medium ante Iesum. Quorum
fidẽ vt vidit dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua
&c. Remanet igitur quæstio inter Marcũ & Matthæũ,
quod Matthæus ita scribit tanquam in ciuitate Do-
mini factum sit, Marcus autẽ in Capharnaum. Quæ
difficilius solueretur, si Matthæ? etiã Nazareth nomi-
nare: nunc verò cũ potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas
Christi, quia in Galilæa erat Nazareth: sicut vniuersum
regnum in tot ciuitatibus constitutum, dicitur Roma;
na ciuitas: cũmque in tot gentibus cõstituta ciuitas sit,
de qua scriptum est, Gloriosissima dicta sunt de te ci- Dsal. 86. a 3.
uitas Dei: & cùm ipse prior populus Dei in tot ciuita-
tibus habitans, etiam vna domus † dicta sit domus Is- al. dictus sit populus.
rael: quis dubitauerit in ciuitate sua hoc fecisse Iesum,
cùm hoc fecerit in Capharnaũ ciuitate Galilęæ? quò
transfretando redierat de regione Gerasenorũ, vt ve-
niens in Galilęã, rectè diceretur venisse in ciuitatem
suã, in quocũque oppido esset Galilęę: præsertim quia
& ipsa Capharnaũ ita excellebat in Galilęa, vt tanquã
metropolis haberetur. Quod si prorsus nõ liceret ac-
cipere ciuitatẽ Christi, vel ipsam Galilęam, in qua erat
Nazareth, vel ipsam Capharnaũ, quæ sicut caput Ga-
lilęæ ciuitatibus eminebat, diceremus Matthæũ præ-
termisisse, quæ gesta sunt, posteaquam venit Iesus in ci
uitatem suam, donec veniret Capharnaũ, & hoc adiũ-
xisse de sanato paralytico: sicut in multis ita faciũt, prę
termittentes media tanquam hoc continuo sequatur,
quod sine vlla pretermissionis suæ significatione subiũ
gunt. HINC ergo sequitur Matthæus dicens: Et CAPVT XXVI. Matthæus vocatus. Matth.r.9. a.9.*
cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in
teloneo, Matthęum nomine, & ait illi, Sequere me. Et
surgẽs secutus est eũ. Hoc Marcus ita narrat, eundem
etiã ipse ordinem tenẽs post illius paralytici sanitatem: Marci 2. b. 14.*
C Et egressus est, inquit, ad mare, omnisq; turba venie-
bat ad eũ, & docebat eos. Et cùm præteriret vidit Leui
Alphęi sedentem ad teloneũ, & ait illi: Sequere me. Et
surgens secutus est eũ. Nil hic repugnat, ipse est enim
Matthęus, qui & Leui. Lucas etiam hoc post eundem
paralyticum sanatum ita subiungit: Et post hęc exiit, Lucæ 5.f. 27.
& vidit publicanũ nomine Leui sedentẽ ad teloneũ,
& ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secu
tus est eum. Hinc autem probabili? videtur quod hęc
prętermissa recordãdo Matthęus commemorat: quia
vtique ante illum sermonem habitũ in monte, creden-
dum est vocatum esse Matthęũ. In eo quippe monte
tunc Lucas cõmemorat omnes duodecim ex plurib?
discipulis electos, quos & Apostolos nominauit. Lucæ 6.b. 13.

CAPVT XXVII. Conuiuiũ cum publicanis. Mat.9.a.10.

SEQVITVR itaque Matthęus & dicit: Et factũ est
discumbente eo in domo, ecce multi publicani & pec-
catores veniẽtes, discũbebãt cum Iesu & discipulis e-
ius, &c. vsque ad illud vbi ait, Sed vnum nouum in v-
tres nouos mittunt, & ambo conseruantur. Hic Mat-
thæus non expressit in cuius domo discumbebat Iesus
cum publicanis & peccatoribus: vnde posset videri nõ
hoc ex ordine subiũxisse: sed quod alio tempore factũ
est recordatus interposuisse, nisi Marc? & Lucas q̃ hoc
omnino similiter narrãt, manifestarent in domo Leui,
hoc est, Matthęi, discubuisse Iesum, & dicta illa om- Mat.
nia quę sequuntur. Ita enim Marcus hoc idem dicit, Marci 2. b. 15.
eundem ordinem seruans: Et factum est, cùm accum-
beret in domo illius, multi publicani & peccatores si-
mul discumbebant cum Iesu. Cùm ergo dicit, In do-
mo illus: exprimit vtique illum, de quo superius lo-
quebatur, id est, Leui. Sic & Lucas cùm dixisset, Ait Lucæ 5.f. 27.
illi, Sequere me: & relictis omnibus surgens secu-
tus est eum: continuò subiecit, Et fecit ei conuiuium
magnum Leui in domo sua, & erat turba multa pa-

blicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbẽ-
tes. Manifestum est itaque in cuius domo ista gere-
bantur, Iam ipsa verba videamus: vel quæ à Domino
dicta, vel quæ ab illo responsa sunt, omnes isti tres E-
Mat. 9. b. 11. uãgelistæ posuerũt, Matthæus: Et videtes, inquit, Pha-
risæi, dicebant discipulis eius, Quare cũ publicanis &
peccatoribus manducat magister vester? Totidem pe-
Marci 2. c. 16. nè verbis hoc ait & Marcus: Quare cum publicanis &
peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Præ-
termissum est ergo à Matthęo quod iste addidit, Et bi
bit. Sed quid ad rem, cùm plena sit sententia, in sinuãs
pariter conuiuantes? Lucas autem aliquanto differẽ-
Lucæ 5. f. 30. tius hoc videtur commemorasse. Et murmurabãt, in-
quit, Pharisæi & Scribæ eorum, dicentes ad discipu-
los eius, Quare cum publicanis & peccatoribus man-
ducatis & bibitis? Non vtique magistrum eorum volẽs
illic intelligi, sed simul omnibus, & ipsi & discipulis ei⁹
hoc obiectũ insinuãs: nò tantũ ei dictũ, sed illis, quod
& de ipso de & illis acciperetur. Nã vtiq; & ipse Lucas
ita dicit Dominum respondisse: Non veni vocare iu-
stos, sed peccatores in pœnitentiam. Quod nõ eis res-
pondisset, nisi quod dixerant, mãducatis & bibitis, ad
ipsum maximè pertineret. Propterea etiam Matthæus
& Marcus de illo discipulis ei⁹ hoc obiectum esse nar-
rarunt quia & cùm de discipulis dicebatur, magistro
magis obiiciebatur, quem sectando imitabantur. Vna
ergo sententia est, & tãto melius insinuata, quãto qui-
busdã verbis manẽte veritate, variata. Item quod Mat-
Mat. 9. b. 12. thæus refert Dominum respondisse, Non est opus va-
lẽtib⁹ medicus, sed malè habentibus. Euntes autẽ dis-
Osee 6. c. 6. cite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificiũ. Nõ
Marci 2. c. 17. enim veni vocare iustos, sed peccatores. Marc⁹ quoq;
& Lucas eisdẽ penè verbis eandem sententiam tenuerunt,
nisi quòd ambo non interponunt illud ex Pro-
Lucæ 5. f. 32. pheta testimonium, Misericordiam volo, quàm sacri-
fi cium. Lucas autem cùm dixisset, Non enim veni vo-
care iustos, sed peccatores: addidit, in pœnitentiam:
quod ad explanãdã sentẽtiã valet, ne quisquã peccato-
res ob hoc ipsum quòd peccatores sunt, diligi arbitre-
tur à Christo: cùm & illa similitudo de ægrotis bene
intimet quid velit Deus vocãdo peccatores, tanquã
medic⁹ ægrotos, vtiq; vt ab iniquitate tanquã ab ægri-
Mat. 9. b. 14. tudine salui fiant: quod fit per pœnitẽtiã. Itẽ quod di-
cit Matthæus, Tunc accesserunt ad eum discipuli
Marci 2. c. 18. Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiuna-
mus frequẽter? Marcus similiter intulit, dicẽs, Et erãt
discipuli Ioãnis & Pharisæi ieiunãtes, & veniũt & di-
cunt illi, Cur discipuli Ioãnis & Pharisæorũ ieiunãt,
tui autẽ discipuli non ieiunãt? nisi quòd iste putari pẽt
addidisse Pharisęos, q; simul cũ discipulis Ioannis hoc
dixerint, cùm Matthæus tantũ discipulos Ioannis hoc
dixisse perhibeat. Sed verba ipsa quæ illos dixisse apud
Marcũ legitur, magis indicãt alios hoc dixisse de aliis:
id est, conuiuas qui aderant venisse ad Iesum, quia ie-
iunabãt discipuli Ioãnis & Pharisæi, & hoc ei de illis
dixisse: vt quod ait, veniũt, nõ de ipsis dixerit de quib⁹
ĩterposuerat, Et erãt discipuli Ioãnis & Pharisæi ieiunã
tes: sed cũ isti essent ieiunãtes, veniũt illi quos hoc mo-
uet, & dicũt illi: Cur discipuli Ioãnis & Pharisęorũ ieiu
nãt, tui autẽ nõ ieiunãt? Quod Lucas euidẽti⁹ expressit,
Lucæ 5. f. 33. ita hoc idẽ intimãs, cũ dixisset, quid eis respõderit Do
minus de vocatione peccatorũ, tanquã ægrotorum.
At illi inquit, dixerũt ad eum, Quare discipuli Ioan-
nis ieiunãt frequẽter, & obsecrationes faciũt, simili-
ter & Pharisæorũ: tui autem edũt & bibunt? Ergo &
hic sicut Marcus alios de aliis hoc dixisse narrauit. Vn-
de ergo Matthæus, Tũc accesserũt ad eũ discipuli Ioã-
nis dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus? nisi

A quia & ipsi aderant, & omnes certatim, vt quisque po-
terat, hoc obiecerunt. Quorum sententia diuerso lo-
quendi modo, sed tamen à veritate nõ alieno, à tribus
Euangelistis insinuata est. Itẽ illud de sponsi filiis, quia Mat. 9. b. 31.
non ieiunabunt quãdiu cũ eis est sponsus: similiter in-
terposuerunt Matthæus & Marcus, nisi quòd Marcus
filios nuptiarũ appellauit, quos ille sponsi, quod ad rẽ Marci 2. c. 19.
nihil interest. Filios quippe nuptiarũ non tantũ quos
ille sponsi, sed etiam sponsæ intelligimus. Eadẽ ergo
est aperta sententia, non altera aduersa. Lucas autem
non ait, Nũquid possunt filij sponsi ieiunare: sed ait, Lucæ 5. g. 34.
Nũquid potestis filios sponsi, quãdiu cum illis est spõ-
sus, facere ieiunare? in quo & ipse ad aliud quiddam
insinuandũ, eandem sententiam eleganter aperuit. Sic
enim intelligitur, eosdem ipsos qui loquebantur fuisse
facturos, vt lugẽtes ieiunarent filij sponsi, quoniã ipsi
essent spõsum occisuri. Quod autem dixit Matthæus
B lugere, hoc Marcus & Lucas ieiunare: quia & illi po-
stea tunc ieiunabunt, ait, non, tunc lugebunt. Verum
illo verbo significauit de tali ieiunio Dominũ locutũ,
quod pertinet ad humiltatẽ tribulationis: vt illud alte
rum, quod pertinet ad gaudiũ mentis in spiritalia sus-
pẽsæ, atque ob hoc alienatæ quodãmodo à corporali-
bus cibis, posterioribus similitudinibus Domin⁹ signi Mat. 9. b. 16.
ficasse intelligatur, de pãno nouo & vino nouo: id ostẽ
dens quod animalibus atque carnalibus circa corpus
occupatis, & ob hoc veterẽ adhuc sensum trahentib⁹
hoc genus ieiunij nõ cõgruat, quas similitudines & alij
duo similiter explicarunt. Iam enim satis in promptu
est, nihil esse contrarium, si quis alius dicit, quod alius
prætermittit, seu verbi, seu rei: dũ vel ab eadem sentẽ-
tia non recedatur: vel quæ fortè ab alio ponitur, alij
non aduersetur. SEQVITVR deinde MATTHÆVS ad CAPVT XXVII. Archisyna-
huc temporum ordinẽ seruans: Hæc illo loquẽte ad gogi filia
C eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum di- Matthæi 9.
cẽs, Filia mea modò defuncta est, sed veni impone ma- c. 18.*
num tuã super eam, & viuet, &c. vsque ad illud vbi ait:
Et surrexit puella, & exiit fama hæc in vniuersã terrã
illam. Dicunt hoc & alij duo, MARCVS & Lucas: sed ab
isto odine iam recedũt. Alibi enim hoc recordãtur at-
q; inserũt: id est, coloco vbi redit trãsfretãdo à regione
Gerasenorum, post expulsa, & in porcos permissa
dæmonia. Nam hoc MARCVS ita cõiungit post illud à-
pud Gerasenos factum: Et cùm transcendisset, inquit, Marci 5. c. 21.
Iesus in naui rursus trans fretum, conuenit turba mul
ta ad illũ, & erat circa mare. Et venit quidã de archisy-
nagogis, nomine Iairus, & videns eum procidit ad pe-
des eius, &c. Ac per hoc intelligendum est, hoc quidẽ
de archisynagogi filia factum esse, cùm transcendisset
Iesus in naui rursus trans fretum: sed quanto pòst, non
apparet. Nisi enim fuisset interuallum, nõ esset quãdo Mat. 9. a. 1.
D fieret quod modò narrauit Matthæus in conuiuio do-
mus suæ: tanquam de alio quippe narrauit, more Euan
gelistarum, quod de se in domo sua gestum erat, post
quod factum nihil aliud cõtinuò sequitur, quàm hoc
de archisynagogi filia. Sic enim ipse contexit, vt ipse
transitus apertè indicet hoc cõsequẽter narrari, quod
& consequenter factum est. Quandoquidẽ cùm su-
perius cõmemorasset, quæ de panno nouo & de vino
nouo Iesus dixerit, continuò subiecit, Hæc illo lo-
quente ad eos, ecce princeps vnus accessit.
Ac per hoc si hæc illo loquente accessit, nihil aliud fa-
ctorũ dictorũque ei⁹ interpositũ est. In narratione autẽ
Marci, patet locus vbi interponi alia potuerint, sicut iã
ostẽdimus. Similiter & Lucas, cùm post narratũ apud
Gerasenos miraculũ trãsit ad narrãdũ de archisynago-
gi filia, nõ sic trãsiit vt renitatur Matthæo, qui post illas
de panno & vino similitudines hoc gestũ esse demon-
strat

strat dicendo, Hæc illo loquente. Iste quippe cùm ter-
minasset quod apud Gerasenos factũ narrauerat, hoc A
Lucæ 8. f. 40. modo transiit in aliud. Factũ est autẽ, inquit, cùm re-
diisset Iesus, excepit illum turba. Erãt enim omnes ex-
pectantes eũ. Et ecce vir cui nomen Iairus, & ipse prin-
ceps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesus, &c. Et sic
intelligitur quòd turba quidem illa cõtinuò exceperit
Dominum quippe quem rediturũ expectabat. Quod
verò adiunxit, Et ecce vir cui nomen Iairus, non con-
Mat. 9. a. 10 tinuo factum accipiendum est, prius illud de con-
uiuio publicanorum: sicut narrat Matthęus. Cui rei sic
coniungit hoc, vt non possit aliud factum consequen-
ter intelligi. In hac ergo narratione, quam nunc consi
derandam suscepimus, de illa quidem quæ fluxũ san-
guinis patiebatur, omnes isti tres Euangelistæ sine vlla
quæstione concordant. Neque enim interest ad rei ve
Marci 5. c. 30. ritatem, quòd ab alio aliquid tacitum, ab alio dicitur:
Lucæ 8. f. 45. nec quòd Marcus dicit, Quis tetigit vestimenta mea?
Et Lucas, Quis me tetigit? Alter enim dixit vsitatè, al- B
ter propriè, eandem tamen vterque sententiam. Nam
vsitatius dicimus, conscindis me, quàm conscindis ve-
Mat. 9. c. 18. stimenta mea: cùm tamẽ in aperto sit quid velimus in-
telligi. At verò cùm Matthæus archisynagogum, non
morituram vel morientem, vel in extremo vitæ posi-
tam filiã suam narrat Domino nunciasse, sed omnino
defunctam: illi autem duo, morti iam proximam, non-
Marci 5. c. 23. dum tamen mortuã: vsque adeò, vt dicant venisse po-
Lucæ 8. f. 42. stea qui mortuam nunciarent, & ob hoc iam non de-
bere vexare magistrum, tanquam sic veniret, vt manũ
imponendo mori nõ sineret, non vt qui posset mortuã
suscitare: considerandũ est, ne repugnare videatur, &
intelligendum est, breuitatis causa Matthæũ hoc po-
tiusdicere voluisse, rogatum esse Dominum vt faceret
quod eum fecisse manifestũ est, vt scilicet mortuã suscitaret: attendit enim non verba patris de filia sua, sed
C quod est potissimum, volũtatem: & talia verba posuit, C
qualis voluntas erat. Ita enim desperauerat, vt potius
eã vellet reuiuiscere, nõ credens viuam posse inueniri,
quam morientem reliquerat. Duo itaque posuerunt,
quid dixerit Iairus: Matthæus autẽ, quid voluerit atq;
cogitauerit. Vtrumque ergo petitum est à Domino, vt
vel morientẽ saluã faceret, vel mortuã suscitaret. Sed
cùm instituisset Matthæus totum breuiter dicere, hoc
insinuauit patrem rogãtem dixisse, quod & ipsum cer-
tum est voluisse, & Christum fecisse. Sanè si illi duo
vel quisquã eorum, patrem ipsum commemorasset di-
xisse quod sui de domo venientes dixerant, vt iam nõ
Lucæ 8. g. 50. vexaretur Iesus, quòd puella mortua fuisset, repugna-
rent eius cogitationi verba quæ posuit Matthæus: nũc
verò & illud suis nunciantibus, & prohibentibus ne iã
magister veniret, non legitur quod ille consenserit. Ac
per hoc & illud quod ei Dominus ait, Noli timere, cre
D de tantũ & salua erit: non diffidentem reprehendit, sed D
Marci 9. d. 24. credentem robustius confirmauit. Talis quippe in illo
fides erat, qualis & in illo qui ait, Credo. Dñe adiuua
incredulitatẽ meã. Quæ cũ ita sint per huiusmodi E-
uangelistarum locutiones varias, sed non contrarias,
rem plane vtilissimam discimus, & pernecessariam: ni-
hil in cuiusque verbis nos debere inspicere, nisi volun-
tatem cui debent verba seruire: nec mentiri quam
quam, si aliis verbis dixerit quid ille voluerit, cuius ver
ba non dicit: neque miseri aucupes vocum, apicibus
Mat 6. c. 24. quodammodo literarum putent ligandam esse verita-
Marci 5. d. 42. tẽ, cùm vtique non in verbis tãtum, sed etiam in cæte-
Lucæ. f. 42. ris omnibus signis animorum, non sit nisi ipse animus
inquirendus. Quod autẽ nõnulli codices habent secũ-
dũ Matthęũ, Nõ enim mortua est mulier, sed dormit:
cũ eã Marcus & Lucas duodecim annorũ puellã fuisse
testẽtur, intelligas Hebræo more locutum esse Mat-
thæum. Nam & in aliis scripturarum locis hoc inueni-
tur, non eas tantum quæ virum passæ fuerant, sed om-
nino feminas etiam intactas atque integras: mulieres Gen. 2. d. 22.
appellari: sicut de ipsa Eua scriptum est, Formauit eam
in mulierem. Et illud in libro Numerorũ, vbi iuben- Num. 31. e. 18.
tur custodiri mulieres, quæ nescierunt cubile masculi:
id est, virgines, ne interficiantur. Qua locutione etiam
Paulus ipsum Christum ait factum ex muliere. Hoc Gal. 4. a. 4.
enim meli⁹ intelligimus, quàm vt illã duodecim anno-
rum iã nuptam, vel virum expertam fuisse credamus.
SEQVITVR ergo Matthæus, & dicit: Et transeũte CAPVT XXIX.
inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes & dicẽ- Cæci duo
tes, Miserere nostri fili Dauid, & cætera vsque ad illud sanati.
vbi ait, Pharisæi autem dicebãt, In principe dæmonio Mat. 9. c. 27.
rum eiicit dæmones. Hoc de duobus cęcis & de muto
dæmonio, solus Matthæus ponit. Illi enim duo cæci,
de quibus & alij narrant, non sunt isti, sed tamen simi- Marci 10. g. 46.
le factum est: ita vt si ipse Matthæus non etiam illius fa Lucæ 18. f. 35.
cti meminisset, posset putari hoc, quod nunc narrat, Matt. 20. d. 29.
dictum fuisse etiam ab aliis duobus. Quod commen-
dare memoriæ diligenter debemus, esse quædam fa-
cta similia: quod probatur, cùm idem ipse Euangelista
vtrumque commemorat: vt si quando talia singula a-
pud singulos inuenerimus, atq; in eis contrarium,
quod solui non possit: occurrat nobis non hoc esse
factũ, sed aliud simile, vel similiter factum. SANE CAPVT XXX.
deinceps non apparet ordo rerum gestarum. Nã post De vinga &
hæc duo facta, de cæcis & muto dæmonio, ita sequi- pera.
tur: Et circũibat Iesus ciuitates omnes & castella, do- Mat. 9. d. 35.*
cens in synagogis eorum, & prædicans Euangeliũ re-
gni, & curans omnem languorem, & omnem infirmi-
tatem. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erãt
vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.
Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, ope-
rarij autem pauci. Rogate ergo Dominũ messis, vt mit-
tat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecĩ Mat. 10. a. 1.*
discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immũ-
dorũ, & cætera vsque ad illud vbi ait, Amẽ dico vobis
non perdet mercedem suam. In hoc toto loco, quem
nũc cõmemorauimus, multa monuit discipulos suos:
sed vtrũ eum ex ordine Matthæus subiũxerit, an ei or-
do narrandi recordatio sua fuerit, sicut dictum est, nõ
apparet. Hunc locum breuiter videtur perstrinxisse
Marcus, & eum sic ingressus est, dicens: Et circumibat Marci 6. a. 6.
castella in circuitu docens: & cõuocauit duodecim,
& cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spi
rituũ immundorum, & cætera vsque ad illud vbi ait,
Excutite puluerem de pedibus vestris, in testimoniũ
illis. Sed antequã hoc narraret MARCVS, prius post resu-
scitatam filiam archisynagogi, illud narrauit, vbi Do- Ibid. a. 1.
minũ in patria sua mirabantur, vnde illi esset tanta sa-
pientia & virtutes, cũ eius cognationem nossent: quod
Matthæus post admonitionem istã discipulorum, & Matt. 13. g. 53.
post alia multa commemorat. Itaque incertũ est, vtrũ-
hoc quod agitur in eius patria, Matthæus omissum re-
uocauerit, an Marcus recordatum anticipauerit: quis-
nam eorum ordinem rei gestæ, & quis recordationis Lucæ 9. a. 1.
suæ tenuerit. Lucas autẽ continuò post resurrectionẽ
filiæ Iairi, subiũgit hoc loco de potestate & admoni- Marci. 9. a. 1.
tione discipulorũ, tam breuiter sanè quã Marcus: ne- 7.
que ipse ita, vt hoc sequi etiã in rerum gestarũ, ordine
appareat. In nominibus ergo discipulorũ, Lucas, qui Lucæ 6. b. 14.
eos alio † loco nominat, cũ prius eligũtur in monte, à *al. nomine.*
Matthæo nõ discrepat, nisi in nomine Iudæ Iacobi,
quẽ Matthęus Thadæũ appellat: nõnulli autem codi- Mat. 10. a. 3.
ces habent Lebbæũ. Quis autem vnquam prohibu-
rit duobus vel tribus nominibus hominem vnum vo-

Ybid.b.10.. Lucæ 9.a.3 carij? Solet item quæri, quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint dixisse Dominũ discipulis, vt nec virgam ferrent: cùm dicat Marcus, Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Et sequatur etiam ipse, Non peram, nõ panem, neque in zona æs: vt ostendat in eodem loco versari narrationem suam, in quo & illorum qui dixerunt nec virgam ferendam. Quod ita soluitur, vt intelligamus sub alia significatione dictam virgam, quæ secundũ Marcum ferenda est: & sub alia illã quæ secundũ Matthæũ & Lucã non est ferenda: sicut sub alia significatione intelligitur tentatio, de qua dictum est, Deus neminẽ tentat: & sub alia de qua dictum est, Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, hæc probationis. Sicut iudiciũ aliter accipitur, de quo dictũ est, Qui bene fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui malè fecerũt, in resurrectionem iudicij: & aliter, de quo dictum est, Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Illud enim iudicium damnationis est, hoc discretionis. Et multa alia sunt verba, quæ nõ habent vnam significationem, sed diuersis locis congruenter posita, diuerso modo intelliguntur, & aliquãdo cum expositione dicũtur: vt est illud, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, vt sensibus perfecti sitis. Hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit, Nolite esse pueri, sed estote pueri. Et illud, Si quis putat se sapientẽ esse in vobis, in hoc sæculo stult⁹ fiat, vt sit sapiens. Quid enĩ aliud dixit, q̃ nõ sit sapiens vt, sit sapiẽs? Aliquãdo autẽ clausæ ita dicũtur, vt exerceãtur inquirentẽ: vt est quod ait ad Galatas, Inuicẽ onerata vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Qui enim putat se esse aliquid, cùm nihil sit, seipsum seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriã, & non in altero. Vnusquisque enim propriũ onus portabit. Nisi oneris nomen sub diuersis significationibus acceperis, proculdubio putabis eundem sibi in loquẽdo esse contrariũ, & hoc in vna sententia tã vicinè positis verbis. Qui cùm paulo antè diceret, Alter alterius onera portate: postea dixit, Vnusquisq; proprium onus portabit. Sed alia sunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis Deo de actibus nostris. Illa cum fratribus substinenda cõmunicãtur, hæc propria ab vnoquoq; portãtur. Ita & virga intelligitur spiritaliter, de qua dicebat Apostolus, In virga veniã ad vos: & corporaliter, qua vtimur siue ad equũ, siue ad aliquid aliud opus fuerit, vt interim omittam & alias huius nominis figuratas significationes. Vtrunque ergo accipiẽdum est à Domino apostolis dictum, & vt nec virgã ferrẽt, & vt nõ nisi virgã ferrẽt. Cùm enim secundum Matthæum diceret eis, Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniã in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: continuò subiecit, Dignus est enim operarius cibo suo. Vnde satis ostẽdit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit: non quòd necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi demonstraret ab illis ipsis, quibus Euangelium credentibus annunciarent: tanquam stipẽdia militãtibus, tanquam fructum vineæ plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Vnde Paulus dicit, Quis militat suis stipẽdiis vnquã? Quis plantat vineã, & de fructu ei⁹ nõ edit? Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis nõ percipit? Hinc enim loquebatur de iis quæ necessaria sunt prædicatoribus Euãgelij: vnde paulo post dicit, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnũ est si vestra carnalia metam⁹? Si alij potestatis vestrę participãt, nõne magis nos? Sed nõ sum⁹ vsi hac potestate. Vnde apparet hæc

Matt. 6.b. 8. — Gal 6.a.2.* — 1.Cor.14.d. 20. — 1.Cor.3.d. 18. — 1 Cor.9 a. 7. — Ibid.b.11.

A nõ ita præceptum esse Dominũ, tãquã Euãgelistę viuere aliũde nõ debeant, q̃ eis præbẽtibus quib⁹ annũciãt Euãgelium. Alioquin cõtra hoc præceptum fecit idẽ apostolus, q̃ victum de manuum suarum laboribus trãsigebat, ne cuiquam grauis esset: sed potestatẽ dedisse in qua scirent sibi ista deberi. Cùm autẽ à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est: cùm autem potestas datur, licet cuique nõ vti, & tanquã de suo iure cedere. Hæc ergo Dominus loquens discipulis, id agebat quod iste apostolus paulo pòst apertius ita explicat: Nescitis quoniam qui in templo operantur, quę de tẽplo sunt edunt? Qui altari deseruiunt, altario cõpartiuntur. Sic & Dominus ordinauit iis qui Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuere. Ego autẽ nullius horum vsus sum. Cùm itaq; dicit ita Dominũ ordinasse, se autem vsum nõ esse, vtiq; ostendit vtendi potestatem datam, nõ impositam seruiendi necessitatem. Hoc ergo ordinans Dominus, quod eũ ordinasse
B dicit Apostolus, qui Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuere: illa apostolis loquebatur, vt securi nõ fiderent, neque portarẽt huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit, nec virgam, ostendens à fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla super flua requirentibus. Ac per hoc addendo: Dignus est enim operarius cibo suo: prorsus aperuit & illustrauit, vnde & quare hæc omnia loqueretur. Hãc ergo potestatẽ virgæ nomine significauit cùm dixit, ne quid tollerẽt in via, nisi virgam tantum, Potuit enim etiam sic breuiter dici, Nihil necessariorũ vobiscum feratis, nec virgam nisi virgam tantum: vt illud quod dictum est, Nec virgã: intelligatur, nec minimas quidẽ res. Quod verò adiunctum est, Nisi virgam tantum: intelligatur, quia per potestatem à Domino acceptam, quæ virgæ nomine significata est, etiam quæ non portantur nõ deerunt. Vtrumque ergo Dominus dixit, sed quia vtrumq; vnus Euangelista non commemorauit, puta-
C tur ille qui virgam sub alia significatione positam tollendam dixit, ei qui virgam rursus aliud significantem non tollendam dixit, esse contrarius: sed iã ratione redira non putetur. Sic & calceamenta cùm dicit Matthæus in via non esse portanda, cutam prohibet, qua ideo portanda cogitantur, vt nõ desint. Hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorũ præter eam quam esset indutus, aliam portãdam putaret, solicitus ne opus esset, cùm ex illa potestate posset accipere. Proinde Marcus dicendo calciari eos sandaliis vel soleis, aliquid hoc calciamentum mysticæ significationis habere admonet, vt pes neque tectus sit, neq; nudus ad terram: id est, nec occultetur Euangeliũ, nec terrenis commodis innitatur. Et quod non portari vel haberi duas tunicas, sed expressi⁹ indui prohibet dicẽs,
D Et ne induerentur duabus tunicis: quid eos monet nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare? Ita Dominum omnia dixisse, nullo modo dubitandum est, partim propriè, partim figuratè: sed Euãgelistas alia istũ, alia illum inseruisse scriptis suis, quædam verò eadẽ vel duos vel tres eorum quoslibet, vel omnes quatuor posuisse: nec sic tamen omnia esse conscripta, quæ ab illo seu dicta seu facta sunt. Quisquis autẽ putat non potuisse Dominum in vno sermone quædam figuratè, quædam propriè ponere eloquia, cætera eius inspiciat & videbit quã hoc temerè atque inerudite arbitretur. Potest enim iste, vt vnum aliquid dicã quod animo interim occurrit, quoniam monet, vt non sciat sinistra quid faciat dextra: & ipsas eleemosynas, & quicquid illic aliud præcipitur, figuratè accipiendum putare. Sanè rursus admoneo, quod oportet meminisse lectorẽ, ne tali admonitione sæpissimè indigeat, aliis atque

1.Tess.2.b. 9. — De opere monachorum, cap.6. — Matthæi 10. b.10. — 1.Cor.9.b. 13. — Matt. 10.b. 10. — Marci 6.b. 9. — Ibidem. — Matt. 6.a.3.

aliis

aliis sermonũ suorũ locis, Dominũ multa iterasse quæ alibi iã dixerat: ne fortè ipsorũ locorum ordo cùm vel
A ex alio Euangelista nõ cõtuerit alicui eorũ, hinc putet esse cõtrariũ: cùm intelligere debeat iterũ alibi dici, quod iã alibi dictũ erat: nec tantũ de dictis, verumetiã de factis obseruari debere. Nihil enim prohibet hoc idẽ iterum factũ credere: calumniari autẽ Euangelio, dum non credit iterum factum, quod iterum fieri non potuisse nemo conuincit, sacrilegæ vanitatis est.

CAPVT XXXI. Ioannes è carcere. Matthæi 11. a.1.* SEQVITVR Matthę⁹ & dicit: Et factũ est cùm cõsũmasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, trãsiit inde, vt doceret & prędicaret in ciuitatib⁹ eorũ. Ioãnes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittẽs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui vẽturus es, an aliũ expectamus? &c. vsq; ad illud vbi ait, Et iustificata est sapiẽtia à filiis suis. Hũc totũ locũ de Ioanne Baptista, quòd miserit ad Iesum, & cuiusmodi respõsũ acceperit illi quos misit, & quicquid post eorũ abscessum de Ioãne Dominus dixit, interponit & Lucas: nõ
Lucæ 7.c. 18. quidẽ ipso ordine, sed quis eorum recordationis suæ, quis rerum ipsarũ hũc ordinem teneat, non apparet.

CAPVT XXXII. Exprobratio Iesu. Matthæi 11. c.20 * Lucæ 16.b. 13.* SEQVITVR Matthæus & dicit: Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sut plurimæ virtutes eius: quia nõ egissẽt pœnitentiã, &c. vsque ad illud vbi ait. Terrę Sodomorũ remissi⁹ erit in die iudicii, quàm tibi. Etiã hoc commemorat Lucas, continuato cuidã sermoni Domini etiã hæc ex ipsius ore cõiungens: vnde magis videt⁹ ipse hoc ordine illa cõmemorare quo à Domino dicta sunt. Matthæus autẽ suæ recordationis ordinẽ tenuisse: aut si illud quod idẽ Matthæus ait, Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus: sic accipiẽdũ putatur, vt pũctũ ipsum tẽporis voluisse credatur exprimere in eo quod dictum est, Tunc: non autem ipsum tẽpus aliquanto latius quo hæc multa gerebantur & dicebantur: quisquis hoc credit, credat etiam hoc esse
C bis dictum. Cùm enim & apud vnum Euangelistam inuenientur quædam quæ bis dixerit Dominus: sicut Lucæ 9.a.3. & 10.a.4. & apud eundem Lucam de non tollenda pera in via, & similiter cæteris, duobus locis dictum à Domino inuenitur: quid mirum si & aliquid aliud bis dictum singillatim à singulis dicitur eodem ordine quo dictum est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc quando ille, & tunc quando iste commemorat dictum est.

CAPVT XXXIII. Iugum suaue. Matthæi 11. d.15* SEQVITVR Matthæus: In illo tempore respondens Iesus dixit, Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c. vsque ad illud vbi ait, Iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue. Huius loci & Lucas meminit, sed ex parte. Non dicit enim ipse, Venite ad me omnes qui laboratis: & alia Lucæ 10.d. 21.* quæ sequuntur. Semel autem hoc dictum à Domino, sed Lucam non totum quod dictum est commemorasse, credibile est. Matthæus enim dicit, In illo tempore respondens Iesus dixit: posteaquam exprobrauit ciuitatibus. Lucas autem post illam exprobrationem ciuitatum interponit quædam, non tamen multa: atque hoc ita subiungit, In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit. Vnde etiam si Matthęus non in illo tempore diceret, sed in ipsa hora, tam pauca interponit Lucas in medio, vt etiã eadem hora dictum non absurdè videatur.

CAPVT XXXIIII. Vulsæ spicæ. Matthæi 12. a.1.* SEQVITVR Matthæus & dicit: In illo tempore abiit Iesus sabbato, per sata, discipulis autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Hoc quoque sine vlla repugnantiæ quæstione commemoratur & à Marco & à Luca: sed illi non di-
Marci 2.d. 23. Lucæ 6. a.1. cunt, In illo tempore. Vnde fortassis magis Matthæus

rei gestæ hic ordinem tenuit, illi autem recordationis, nisi latius accipiatur quod dictũ est, In illo tẽpore: id est, quo hæc multa & diuersa gerebantur.

CAPVT XXXV. Manus aridã sanata. Matt. 12. a. 9. SEQVITVR ergo Matthæus ita narrans, Et cùm inde transisset, venit in synagogã eorum. Et ecce homo manũ habẽs aridã: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Et restituta est sanitati sicut altera. De isto sanato qui manũ habebat aridã, etiã Marc⁹ & Lucas nõ tacẽt. Posset autẽ putari eo die factum & de spicis & de isto sanato, quoniã & sabbatũ hic cõmemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factũ esse de sanitate aridę manus: proĩde q̃ ait Matthæ⁹, & cùm inde trãsisset, venit in synagogã eorũ: nõ quidem venit nisi cùm inde trãsisset. Sed post quot dies in synagogã eorũ venerit, posteaquã per segetẽ illã trãsiuit, an rectè cõtinuóq; illuc ierit, nõ expressũ est. Ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huius manũ sanatam. Sed potest
B mouere, quomodo Matthæ⁹ dixerit, quòd ipsi interrogauerint Dominũ, Si licet sabbato curare: volẽtes inuenire accusandi occasionẽ: ipse verò illis de oue proposuerit similitudinẽ dicẽs, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouẽ vnã, & si ceciderit hæc sabbatis in foueã, nónne tenebit & leuabit eã? quãto melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Cùm Marcus & Lucas illos potius à Domino interrogatos esse perhibeãt, Licet sabbato benefacere an malè, animã saluã facere, an perdere? Itaq; intelligendum est quòd illi prius interrogauerit Dominũ, Si licet sabbato curare. Deindẽ quòd intelligẽs cogitationes eorũ, aditũ accusandi quęrentiũ, constituerit in medio eorũ illũ quã fuerat sanaturus, & interrogauerit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant. Ac tunc illis tacentibus, proposuisse similitudinem de oue, concluisse̜que quòd liceat sabbato benefacere. Postremò cit
C cum spectis eis cum ira, sicut Marcus dicit, contristatum super cæcitate cordis eorum, dixisse homini, Extende manum tuam.

CAPVT XXXVI. Ordo tẽporis. Matthæi 12. a.14.* SEQVITVR Matthæus ita contexens narrationem suam: Exeũtes autem Pharisæi consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. Iesus autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicẽtem, Esaiæ 42. a.1.& & cætera, vsque ad illud quod ait, Et in nomine eius gẽtes sperabunt. Hoc solus iste commemorat, illi duo in alia perrexerunt. Ordinem sanè rei gestæ videtur Marcus aliquantulum tenuisse, qui dicit Iesum cognita maligna aduersum se dispositione Iudæorum, Marci 3.a.7.* 7.* recessisse ad mare cum discipulis suis, & ad eum turbas confluxisse, & sanasse eum plurimos. Vnde autem cœperit in aliud ire, non quod ordine sequeretur, vix
D apparet: vtrum vbi dicit conuenisse ad eum turbas: potuit enim hoc iam & alio tempore: an vbi dicit, Ascendit in montem. Quod & Lucas videtur commemorasse dicens, Factum est autem in illis diebus, exiit Lucæ 6.b. 12. in montẽ morare. Dicendo enim, in illis diebus, satis ostendit non continuò factum.

CAPVT XXXVII. Dęmoniũ mutum. Matt. 12.b. 22. Lucæ 11.b. 14. MATTHÆVS ergo sequitur & dicit: Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur & videret. Hoc non isto ordine, sed post alia multa Lucas commemorat, & mutum dicit tantum, non etiam cæcum: sed non ex eo quòd aliquid tacet, ideo de alio dicere putandus est. Ea enim sequentia etiam ipse contexit quæ Matthæus.

CAPVT XXXVIII. In Beelzebub. Matthęi 12. b.13.* SEQVITVR Matthæus dicens: Et stupebãt omnes turbæ & dicebãt, Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes dixerunt, Hic non eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus

autē sciēs cogitationes eorū dixit eis, Omne regnum diuisum cōtra se, desolabitur, &c. vsq; ad illud vbi ait, Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdēnaberis. Marc⁹ nō ex occasione illius muti subiicit dictū de Iesu, quòd in Beelzebub eiiceret dæmonia: sed post alia quædā, quæ sol⁹ cōmemorat, hoc quoq; subnectit: siue alio loco id recolēs & adiungēs, siue aliquid prætermittēs, & deinde ad hūc ordinē rediēs. Lucas autē penè totidē verbis hoc dicit quod Matthæus: & quòd digitū Dei appellat spiritū Dei, ab eadē sententia nō recedit: quin potius & aliquid docet, vt nouerimus quēadmodū intelligamus vbicūq; in scriptura legerimus digitū Dei. In aliis autē, quæ non hic dicūt Marcus & Lucas, nulla cōtrouersia est: nec in his quæ aliquando aliter dicūt, quia eadē sententia est. SEQVITVR Matthæus & dicit: Tūc responderunt ei quidā de Scribis & Pharisęis dicētes, Magister, volumus à te signū videre, &c. vsq: ad illud vbi ait, Sic erit & generationi huic pessimæ. Hęc etiā Lucas narrat eo quidē loco, sed aliquāto dispari ordine. Nā illud q; petierunt signū à Domino de cælo, suprà cōmemorauit post illud de muto miraculum: & nō ibi retulit, quid eis ad hoc Dominus respōdisset, sed postea cùm turbæ cōcurrissent, dicit hoc fuisse respōsum eis, quos dat intelligi superius à se cōmemoratos, q; de cælo signū quærebāt: & hoc annectit postea quā interposuit de muliere quæ dixit Domino, Beatus vēter qui te portauit. Hāc autē mulierē interponit, cū de sermone Domini cōmemorasset, quòd spiritus immūdus exiens ab homine, redit, & inuenit mūdatā domū. Post mulierē ergo illā, cùm diceret respōsum esse turbis de signo quod de cælo quærebāt, interposita similitudine Ionæ prophetæ, deinde cōtinuato sermone ipsi⁹ Domini, cōmemorat dictū de regina Austri, & de Niniuitis: ita aliquid potius commemorauit quod Matthęus tacuit, quàm aliquid prætermisit eorum, quæ hoc loco ille narrauit. Quis autē non videat superfluò quæri, quo illa ordine Dominus dixerit, cùm & hoc discere debeamus per Euangelistarū excellentissimam autoritatem, non esse mendacium, si quisquam nō hoc ordine cuiusquam sermonem digesserit, quo ille à quo processit, cùm ipsius ordinis nihil intersit ad rem, siue ita, siue ita sit. Et adhuc Lucas productiorem hunc Domini sermonem indicat & in eo quædam cōmemorat, qualia Matthæus in sermone illo qui est habitus in monte, quæ bis dicta intelligimus, & ibi scilicet, & hic. Terminato autem isto sermone, in aliud pergit Lucas: in quo vtrum ordinē rerum gestarum seruauerit, incertum est. Ita enim connectit, Et cùm loqueretur, rogauit eum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Non autem ait, Cùm hæc loqueretur, sed cùm loqueretur. Nam si dixisset, Cùm hæc loqueretur, necessariò cogeret intelligere hoc ordine non tantum à se fuisse narrata, verum & à Dño gesta. SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Adhuc ergo eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærētes loqui ei, &c. vsque ad illud vbi ait, Quicunque enim fecerit voluntatē patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est. Hoc sine dubio consequenter gestum intelligere debemus: præmisit enim, cùm ad hoc narrandum transiret, Adhuc eo loquente ad turbas. Quid est autē, adhuc: nisi illud quod loquebatur? Nō enim dixit, Et eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres: sed, Adhuc eo loquēte. Quæ cùm dicit, cogit intelligi, hęc loquente quæ superius indicabat. Nam & Marcus post illud quod de blasphemia Spiritus sancti, quid Dominus dixerit retulit: Et veniūt, inquit, mater eius & fratres: prætermissis quibusdam, quæ in eodem textu ser-

Marci 3.c. 22.
Lucæ 11.b. 18.*
CAPVT XXXIX. Signū Ionæ.
Matthæi 12. 38.*
Lucę 11.d. 29.*
Ibid.b 16.
Ibid.d.27.
Ibid.24.
Ibid.30.*.
Mat 5.a1.*
Lucæ 11.c. 37.
CAPVT XL. Mater interpellans.
Matth.12. d 46.*
Marci 3.d.

A monis Domini, & Matthę⁹ prolixius Marco, & Lucas prolixius Matthæo posuerūt: Lucas autē nō huius rei gestæ ordinē tenuit, sed præoccupauit hoc, & recordatū antè narrauit. Deniq; hoc sic interposuit, vt solutū appareat à nexu & superiorū & inferiorū. Post cōmemoratas enī quasdā parabolas Domini, ita hoc de matre & fratribus eius recordatū interposuit. Venerunt autē ad illū, inquit, mater & fratres eius, & nō poterāt adire eū prę turba. Nō expressit quādo ad eū venerint. Rursus cùm & hinc trāsiit, ita loquitur: Factū est autē, inquit, in vna dierū, & ipse ascēdit in nauiculā, & discipuli eius. Et hic vtiq; cùm dicit, Factū est in vna dierū: satis indicat, nō necesse esse, vt hæc dies intelligatur, in qua hoc gestū est, vel illa quæ cōtinuò sequitur, Nihil itaq; habet repugnantiæ cū cæteris duob⁹, quod Matthæus de matre & fratribus Domini narrat, neque in verbis Domini, neq; in ipso ordine rerū gestarū. SEQVITVR Matthæus: In illo die exiēs Iesus de domo, sedebat secus mare: & congregatæ sunt ad eum turbæ multę, ita vt in nauiculā ascēdēs sederet, & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis dicēs: & cætera, vsq; ad illud vbi ait, Ideo omnis Scriba doct⁹ in regno cælorū similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Post illud quod narratū est de matre & fratribus Domini, hoc cōtinuò gestū esse, & eū ordinē Matthęum etiā in narrādo tenuisse, ea res insinuat, quia cùm illuc transiret, ita cōtexuit vt diceret, In illo die exiēs Iesus de domo, sedebat secus mare, & cōgregatæ sunt ad eū turbæ multæ. Cùm enim dicit, In illo die, nisi fortè dies more scripturarū tēpus significet, satis indicat, aut hoc cōsequēter gestū, aut nō multa interponi potuisse, maximè quia & Marcus eū ordinē tenet: Lucas autē post illud q; narrat de matre & fratribus Domini, in aliud trāsit, nec eo trāsitu cōnexionē aliquā facit, qua huic ordini repugnare videat. Omniū ergo horū quæ Matthæus Dominū locutū esse narrauit, quæ cū illo dixerūt Marcus & Lucas, nō habēt repugnātię quæstionē. Quæ autē ipse solus dixit, multo magis sine cōtrouersia sunt. Nec in ipso ordine, quamuis aliquādo diuersū alius aliū teneat, partim gestarū rerum, partim recordationis suæ, video quid vel cui quisque aduersetur.

SEQVITVR ergo Matthæus: Et factum est cùm consummasset Iesus parabolas istas, trāsiit inde, & veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorū, &c. vsque ad illud vbi ait. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorū. A superiore sermone parabolarum sic transit, vt non ostendat consequētis ordinis necessitatē: præsertim quia Marcus ab istis parabolis, nō in quod iste, sed in aliud tēdens, in quod & Lucas, ita contexuit narrationem, vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum, quod ipsi duo continuanter adiungunt: de naui scilicet in qua dormiebat Iesus, & de illo miraculo expulsorum dæmoniorū apud Gerasenos, quæ duo Matthæus iam superius recolēs interposuit. Nunc ergo quæ in patria sua Dominus dixerit vel ei dicta sint, videamus vtrum cum aliis duobus Marco & Luca concordent. Nam Ioannes longè in diuersis & dissimilibus narrationis suæ locis vel dicta esse Domino talia, vel eum dixisse commemorat, qualia hoc loco tres cæteri meminerunt. Et Marcus quidem eadem propè commemorat hic omnia quę Matthæus, nisi quòd Dominum fabrum & Mariæ filium dicit à ciuibus suis dictum, nō, sicut Matthęus, fabri filium. Nec mirandum est, cùm vtrumque dici potuerit. Eo enim & fabrum credebant, quo fabri filium. Lucas autem eandem rem gestam latius indicat, & plura ibi commemorat. Nec longè

Lucæ 8.c. 19.*
CAPVT XLI. Sermo è naiicula.
Matthæi 13. a.1.*
Ibid. b.13.*
Marci 4.a.1.
Lucæ 8.a 4.
Marci 4.d. 37. & cap.5. a.1.
Lucę 8.c.24. & d.27.
Mat.8.c.23 & d.28.
Ioan.6.1.a.*
Marci 6.a.1.
Lucæ 4.6. 16.

gè post baptismū & tēntationē eius hæc inserit, sine dubio præoccupās quod multis rebus interpositis postea gestū est. Vnde quisq; possit aduertere: quod huic tam magnæ quæstioni quā de cōsensu Euangelistarū enodādā Deo adiuuante suscepimus, plurimū necessariū est nō nesciētes aliquid eos prętermisisse, aut nesciētes quēadmodū se ordo rerū gestarū haberet, aliū potius ordinē suę recordationis tenuisse. Quod hinc euidētissimè intelligi potest, quia Lucas antequā aliquid narraret, Dominū fecisse Capharnaū, præoccupauit hunc locū quē nunc cōsideramus, vbi ciues eius & potentiā virtutis in eo stupebant, & ignobilitatē generis contēnebant. Nā & hoc eū dicit eis dixisse, Vtique dicetis mihi, Medice cura teipsū: quanda audiuimus facta in Capharnaū, fac & hīc in patria tua: cùm secūdū eiusdē ipsius Lucæ narrationē nihil adhuc legatur fecisse Capharnaū. Quod quia lōgū nō est, & facillimū est & pernecessariū, totū inseruimus, vnde ad hoc narrādū & quomodo venerit. Posteaquā baptizatū & tēntatū Dominū indicauit, ita sequitur: Et cōsūmata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsq; ad tēpus. Et regressus est inde Iesus in virtute spiritus in Galileā, & fama exiit per vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū, & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundū cōsuetudinē suā die sabbati in synagogā, & surrexit legere. Et traditus est ei liber prophetæ Esaiæ. Et vt reuoluit librū, inueni locū vbi scriptū erat, Spirit⁹ Domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prędicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicasset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendētes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice cura teipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hīc in patria tua: & cætera, donec peragat totum ipsum narrationis suæ locum. Quid est ergo euidentius, quàm hoc eum scientem præoccupasse narrandum, cùm vtique iam magna ab illo in Capharnaum facta fuisse & ipse nouerit, & ipse commemoret, quæ se nondum narrasse vtique scit? Neque enim tantum ab eius baptismo progressus est, vt oblitus putetur nondum se aliquid commemorasse de iis quæ in Capharnaum gesta fuerant. Modò enim cœpit post baptismum aliquid narrare de Domino. SEQVITVR Matthæus: In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptista, ipse resurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Marcus hoc idem in eodem modo dicit, sed non eodem ordine. Nam posteaquam discipulos Dominus misit dicens eis, ne quid in via ferrent, nisi virgam tantum: terminato eo sermone, quantum ab illo cōmemoratum est, etiam hoc subiecit, nulla tamen facta necessitate, qua hoc etiam consequenter gestum esse intelligere cogeremur: sicut nec Matthæus, In illo tempore dixit: non illo die vel hora: nisi quod Marcus non quòd Herodes dixerit, sed Dicebant, inquit, quia Ioannes Baptista surrexit à mortuis. Matthæus verò de ipso Herode, Ait, inquit, pueris suis. Lucas etiā cum narrandi ordinem quem Marcus tenens, nec ipse sanè etiam rerum gestarum eundem ordinem fuisse credi cogēs, ita hoc idem commemorat. Audiuit autem, inquit, Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quòd diceretur à quibusdā, Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdā verò, quia Helias apparuit: ab aliis autē, quia, propheta vn⁹ de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioānē ego decollaui: quis est autē iste, de quo ego audio talia? Et quærebat videre eū. In his verbis Lucas quoque Marco attestatur, ad hoc dūtaxat quod alii dixerint, nō Herodes, Ioannē à mortuis surrexisse. Sed quia hęsitantē cōmemorauit Herodē, verbāq; ei⁹ ita postea posuit dicētis, Ioānē ego decollaui, quis est autem iste de quo audio ego talia? intelligendū est aut eū post hanc hæsitationē cōfirmasse in animo suo quod ab aliis dicebatur, cùm ait pueris suis, sicut Matthęus narrat, Et ait pueris suis, Hic est Ioānes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operātur in eo. Aut ita enūciāda sunt hæc verba, vt hæsitantē adhuc indicēt. Si enī diceret. Nūquid nā hic est, aut nūquid fortè hic est Ioānes Baptista, nō opus esset admonere aliquid de pronunciatione, qua dubitās atq; hæsitans intelligatur. Nūc quia illa verba desūt, vtroq; modo pronūciari potest, vt aut cōfirmātū eū ex aliorū verbis, credentē dixisse accipiamus: aut adhuc, sicut Lucas cōmemorat, hæsitantē: præsertim quia & Marcus, qui superius dixerat, ab aliis fuisse dictū, quòd Ioānes à mortuis resurrexit, in extremo tamē ipsū Herodē dixisse non tacet, Quē ego decollaui Ioannē, hic à mortuis resurrexit. Quæ itē verba duobus modis pronunciari possūt, vt aut confirmātis, aut dubitātis intelligātur. Cùm autē Lucas posteaquā hoc cōmemorauit, in aliud trāseat, duo isti Matthę⁹ & Marcus ex hac occasione narrāt, quēadmodū sit ab Herode Ioānes occisus. SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Herodes enim tenuit Ioannē, & alligauit eū, & posuit in carcerē propter Herodiadem vxorem fratris sui, & cæt. vsque ad eum locum vbi ait, Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venientes nunciauerunt Iesu. Marcus hoc similiter narrat: Lucas autem non eodem ordine id recordatur, sed circa ipsum baptismum, quo Dominus baptizatus est. Vnde hoc præoccupasse intelligitur & ipse ex occasione, vt ibi narraret, quod multo post factum est. Cùm enim commemorasset Ioannis verba de Domino: quòd ventilabrum in manu eius, & mūdabit aream suam: frumenta recondet in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili: cōtinuò subiecit, quod non continuò factum esse Ioannes Euangelista apertissimè exponit, cùm cōmemorat, posteaquam baptizatus est Iesus isse illum in Galilæam, quando fecit de aqua vinum: & inde post paucorum dierum in Capharnaum habitationem, rediisse ad Iudæam terrā, & ibi baptizasse multos circa Iordanem, antequam missus esset Ioannes in carcerem. Quis autem non putet, nisi qui minus in his literis eruditus est, tanquam post illa verba de vētilabro & de area mundata, continuò sit à Ioanne offensus Herodes, vt eum in carcerem miserit? Non autem hoc ordine ista narrata quo gesta sunt, & alibi iam probauimus, & hoc ipso loco non quilibet alius, sed idem Lucas hoc probat. Si enim post verba illa continuò Ioannes in carcerem missus est, quomodo post ipsam commemorationem Ioannis in carcerem missi baptizatus est Iesus, secundum ipsius Lucæ narrationem? Proinde manifestum est, ex occasione recordatum præoccupasse, & ante multa quæ priusquam Ioanni hoc fieret, gesta narraturus erat, hoc præoccupatum in sua narratione prēmisisse. Sed nec illi duo Matthæus & Marcus eo rerum ordine de Ioanne in carcerem missio in sua narratione posuerunt, quo factum apparet

CAPVT XLII. Iesus in patria sua.
Matthæi 13. g.53
CAPVT XLIII. Herodis de Christo opinio.
Mat. 14.a. 1. Marci 6.b. 4
Esaiæ 61.a. 1.
Lucæ 9.a 7.
Mat.14.a.1.*
CAPVT LIIII. Ioānes quādo mortuus.
Mat. 14.a.3.
Marci 6 c. 17.
Lucæ 3.d. 19.
Ioan. 2. a. 1. & b.12. & cap.3 c.22.
Lucæ 3.d.19.*

Mat.4.b.11. Marci 1.b. 14. Mat.14.a.1. Marci 6.b. 14. Lucæ 9.a.7. etiam in eorum scriptis. Nam & ipsi dixerunt, tradito Ioanne Dominum isse in Galilæam, & post multa quæ fecit in Galilęa veniũt ad Herodis admonitionẽ vel hęsitationẽ quòd Ioãnes quẽ decollauit, à mortuis resurrexit, & ex hac occasione narrant omnia quę de Ioanne contigerunt incluso & occiso.

CAPVT XLV. De quinque panibus. Matth.14.b. 13. SEQVITVR ergo Matthæus, cùm dixisset nunciatũ esse Christo quòd Ioãnes occisus sit, & ita narrationẽ cõtexit: Quod cũ audisset, inquit, Ies⁹, secessit inde in nauicula in locũ desertũ seorsũ. Et cùm audisẽt turbę, secutæ sunt eũ pedestres de ciuitatibus. Et exiẽs vidit turbã multã, & misertus est eis, & curauit lãguidos corũ. Hoc cõtinuò post Ioãnis passionẽ factũ esse cõmemorat. Vnde post hæc facta fũt illa quæ primò narrata sunt, quib⁹ mor⁹ Herodes dixit, Ioãnẽ ego decollaui. Illa enĩ posteriora debẽt intelligi, quę ad Herodẽ pertulit fama, vt moueretur & hęsitaret quisnã iste esse posset de quo audiret talia, cùm Ioãnẽ ipse occidisset. Marcus autẽ posteaquã passionẽ Ioãnis narrauit, cõmemorat discipulos missos redisse ad Iesũ, & renũciasse illi oĩa quę egerãt & docuerãt: & Dominũ eis, quod ipse sol⁹ cõmemorat, dixisse, vt requiescerẽt pusillũ in deserto, & ascẽdisse cũ eis in nauẽ, & isse. Et turbas hoc vidẽtes præuenisse eos illuc, quarũ misertũ Dominũ docuisse multa: & hora iã progrediẽte factũ esse, vt de quinq; panibus & duobus piscib⁹ omnes q; aderãt pascerentur. Quod miraculũ omnes quatuor Euãgelistæ cõmemorauerũt. Lucas etiã qui iã lõgè suprà de Ioãnis passione narrauerat, ex occasione qua dixim⁹, nũc posteaquã cõmemorauit illã Herodis hæsitationẽ de Domino quisnã esset, hoc cõtinuò subiũgit q; Marc⁹, id est, rediisse ad illũ apostolos, & narrasse illi quæcũq; illi fecerãt: & assumptis eis recessisse in locũ desertum, atq; eos secutas turbas, & locutũ esse de regno Dei, & eos qui cura indigebãt sanasse: atque inde etiã ipso die declinante commemorat miraculũ de quinque panibus factum. At verò Ioãnes qui multum ab eis tribus Euangelistis eo distat, quia magis in sermonibus quos Dominus habuit, immoratur, quàm in factis quæ mirabiliter fecit, posteaquam commemorauit eum relicta Iudæa abiisse iterum in Galilæam, quod tunc intelligitur factum, cùm & alii Euangelistæ dicunt eum Ioanne tradito isse in Galilæam. Posteaquam ergo id commemorauit Ioannes in transitu eius per Samariam, multa quę locutus est ex occasione illius Samaritanæ quam inuenit ad puteum, contexit narrationi suæ: & post duos dies dicit eum inde exisse in Galilæã, deinde venisse in Chanan Galilææ, vbi fecerat de aqua vinum, & sanasse filium reguli cuiusdam. Alia verò quæ illum in Galilæa fecisse atque dixisse alii dixerunt, Ioannes tacet. Sed sanè quod illi tacuerunt, dicit ascendisse eum in die festo Hierosolymis, & fecisse ibi miraculum illud de homine qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, nec habebat hominem à quo in piscinam deponeretur, in qua variis valetudinibus affecti sanabantur: & ex hac occasione multa eum locutum fuisse commemorat. Post hæc cum dicit abiisse trans mare Galilææ, secutam multitudinem magnam. Deinde abiisse in mõtem, & ibi sedisse cum discipulis suis, proximo pascha die festo Iudæorum. Tunc leuatis oculis & visa multitudine maxima, pauisse eam de quinque panibus & duobus piscibus: quod & cæteri Euangelistę dicunt. Ac per hoc prætermisisse illum, quæ illi narrando ad huius miraculi commemorationem venerunt, certum est. Veruntamen tanquam ex alia narrationis via, cùm & illi tacuissent quæ iste dixisset, ad hoc miraculum de quinque panibus occurrerunt sibi & illi tres, qui penè pariter ambulant, & iste qui sermonum Domini alta consectãs, per alia quæ illi tacuerunt circumuolauit quodammodo, & eis ad miraculum de quinque panibus pariter commemorãdum, non multo pòst ab eis rursus in altiora reuolaturus occurrit.

Marci 1.b. 14. Ioan.4.a.3. Mat.4.b.11. Marci 1.b. 14. Ioan.4.a.5. Ibid.f.43.* Ioan.5.a.1.* Ibid.6.a.1.* Matth.14. b.13. Marci 6.c. 32. Lucæ 6.a. 10.

CAPVT XLVI. De eodem. Matt.14.b. 15. SEQVITVR ergo Matthæus, & ad ipsũ de quinque panibus factũ narrationẽ suã ex ordine ita perducit: Vespere autẽ facto accesserũt ad eũ discipuli ei⁹ dicẽtes, Desertus est locus, & hora iã prętereiit: dimitte turbas, vt eũtes in castella emãt sibi escas. Iesus autẽ dixit eis, Nõ habẽt necesse ire, date illis vos manducare, & cæt. vsq; ad illud vbi ait, Mãducãtiũ autẽ fuit numerus quinq; milia virorum exceptis mulieribus & paruulis. Hoc ergo miraculũ omnes quatuor Euãgelistæ cõmemorãt, & putãtur inter se aliquid discrepare, considerãdũ atq; tractãdũ est, vt ex hoc etiã ad cætera similia regulæ locutionũ discãtur, quibus tã diuersis eadẽ tamẽ sẽtẽtia retinetur, & eadẽ rerũ veritas custoditur. Et inchoãda quidẽ est cõsideratio nõ à Matthæo secũdũ ordinẽ Euangelistarũ, sed à Ioãne potius, à quo ita expressa est ista narratio, vt etiã nomina discipulorum diceret, cũ quibus de hac re locutus est Dominus. Ita enĩ dicit: Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ, dicit ad Philippũ, Vnde ememus panes vt mãducẽt hi? Hoc autẽ dicebat tẽtãs eũ: ipse enĩ sciebat quid esset facturus. Respõdit ei Philipp⁹, Ducẽtorũ denariorũ panes nõ sufficiũt eis, vt vnusquisq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius. Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hîc qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tãtos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discũbere. Erat autẽ fœnũ multum in loco. Discubuerunt autem viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo panes Iesus, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Collegite quę superauerũt fragmenta, ne pereant. Colligerunt autẽ, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducauerãt. Nõ hic quæritur quod iste dixit, cuiusmodi essent panes: hordeaceos enim fuisse non tacuit, quod cæteri tacuerũt. Neque hoc quæritur quod iste non dixit, fuisse ibi etiam præter quinque milia virorum, mulieres & paruulos, quod dicit Matthęus. Et omnino iam certum esse debet, & regulariter teneri in talibus quæstionibus, neminem moueri oportere, cùm ab alio dicitur quod ab alio prætermittitur. Sed quæritur quomodo ea quæ dixerunt vera sint omnia, ne narrationẽ alterius, narrãs aliud alter excludat. Si enim Dominus secundum narrationẽ Ioannis, prospectis turbis quæsiuit à Philippo tentans eum, vnde illis escæ dari possent: potest mouere quomodo sit verum, quod alii narrauerunt, prius dixisse Domino discipulos, vt dimitteret turbas, quo possent sibi alimenta emere de proximis locis. Quibus ille respondit secundum Matthæũ, Non habent necesse ire, date eis vos manducare. Cui etiam Marcus Lucasq; consentiunt, tantũ hoc prætermittentes quod ait, Non habent necesse ire. Intelligitur ergo post hęc verba Dominum inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo quod Ioannes commemorat, isti autem prætermiserunt. Deinde quod Philippus apud Ioannem respõdit, hoc Marcus à discipulis responsum esse cõmemorat, volens intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum respondisse, quanquam & pluralem numerum pro singulari vsitatissimè ponere potuerunt. Quod ergo ait Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum

Mat.14.b. 15. Lucę 9.b 13. Marci 6.c. 35. Lucæ 9.b. 12. Ioan.6.a.5. Ibidem. Ibid.b.16. Marci 6.c. 37. Lucæ 9.b. 13. Ioan.6.a.7.

Marci 6.c. 37. Ibid.c.38. Ioan.6.b.9. modicum quid accipiat: hoc est dicere quod ait Marcus, Euntes ememus ducentis denariis panes, & dabimus eis mãducare. Quod autem commemorat idem Marcus dixisse Dominũ, Quot panes habetis? prętermiserunt cæteri, Quod autem Andreas apud Ioannẽ de quinque panibus & duobus piscibus suggessit, hoc cæteri pluralem numerum pro singulari ponentes, ex discipulorũ persona retulerunt. Et Lucas quidem responsionem Philippi & responsionem Andreæ in vnã sententiam constrinxit. Quod enim ait, Non sunt nobis plus quàm quinq; panes & duo pisces, ad Andreæ retulit responsionem. Quod verò adiunxit, Nisi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbã escas, videtur ad respõsionem Philippi pertinere, nisi quòd de ducentis denariis tacuit, quanquã & in ipsius Andreæ sententia potest hoc intelligi. Cùm enim dixisset, Est puer vnus hîc qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces: adiunxit etiam ipse, Sed hæc quid sunt inter tantos? Hoc est dicere, Nisi fortè nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbã escas. Ex qua vniuersa varietate verborũ, rerũ autem sententiarumq; cõcordia satis apparet, salubriter nos doceri, nihil quærendũ in verbis nisi loquentiũ voluntatem: cui demonstrandæ inuigilare debent omnes veridici narratores, cùm de homine, vel de angelo, vel de Deo aliquid narrant: horũ enim voluntas verbis promi potest, ne de ipsa inter se aliquid discrepent. Sanè prætermittere non oportet hoc loco intentum: & ad cætera quæ talia fortè occurrerint, facere lectorem, quia Lucas dixit quinquagenos iussos esse discũbere, Marcus verò & quinquagenos & cẽtenos. Quod hic ideo non mouet, quia vn⁹ partẽ dicit, alter totũ. Qui enim etiam de centenis retulit, hoc retulit quod ille prætermisit. Nihil itaq; contrarium est. Veruntamen si alius de quinquagenis tantũ commemoraret, alius tantũ de centenis, valde videretur esse contrarium: nec facilè dignosceretur vtrũque dictum esse, vnum autem ab altero, alterũ ab altero esse commemoratum: & tamen atentius consideratum inueniri debuisse quis non fateatur? Hoc ideo dixi, quia existunt sæpe aliqua eiusmodi quæ parum intendentibus & temerè iudicantibus cõtraria videatur, & non sunt.

Lucę 9.b 14. Marci 6.c. 40. Ibid.6.50.

CAPVT XLVII. Iesus ambulans super aquas. Matthæi 14. c.23. SEQVITVR Matthæus & dicit: Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim cõtrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eũ super mare ambulantem turbati sunt dicentes, Quia phantasma est, & cæt. vsque ad illud vbi ait, Venerunt & adorauerunt eũ dicentes, Verè filius Dei est. Marcus quoque idem post narratum de quinque panibus miraculum ita sequitur: Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigãdo, erat enim ventus contrarius eis, &c. similiter, nisi quòd de Petro super aquas ambulãte nihil dixit: Hoc autẽ ne moueat præcauẽdum est, quod Marcus dixit de Domino cùm ambularet super aquas, & volebat præterire eos. Quomodo enim hoc intelligere potuerũt, nisi quia in diuersum ibat, eos volens tanquam alienos præterire, à quibus ita non agnoscebatur vt phantasma putaretur. Quod ad mysticam significationem referri, quis vsque adeò tardus est vt nolit aduertere? Sed tamen turbatis & exclamantibus subuenit dicens, Confidite, ego sum, nolite timere. Quomodo ergo eos volebat præterire, quos pauẽtes ita cõfirmat, nisi quia illa voluntas prætereũdi ad eherẽdũ illũ clamorẽ valebat, cui subueniri oportebat? Ioãnes etiã adhuc cum istis aliquãtũ immoratur, Nã post narratũ de quinque panibus miraculum, ipse quoque hoc de laborante nauicula, & de ambulatione Domini super aquas non tacet, ita contexens: Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterũ in montem ipse solus. Vt autem serò factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauem, venerunt trans mare in Capharnaũ. Et tenebræ iã factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Mare autẽ vento magno flante exurgebat, &c. Nihil hîc cõtrariũ videri potest, nisi quod Matthæus dimissis turbis eum dicit ascendisse in montem, vt illic solus oraret: Ioannes autem, in montẽ fugisse, cùm easdem turbas de quinque panibus pauit. Sed cùm & ipse Ioannes dicat post illud miraculum fugisse eum in montem, nę à turbis teneretur, quæ eum volebãt regem facere: vtiq; manifestum est, quod de monte in planiora descenderãt quando illi panes turbis ministrati sunt. Et ideo nõ est contrariũ quod ascẽdit rursus in mõtem, sicut & Matthæ⁹ & Ioannes dicunt: nisi quod Matthæ⁹ dicit, Et ascendit Ioãnes autẽ. Fugit: quod esset cõtrariũ, si fugiẽs nõ ascenderet. Nec illud repugnat quod Matthæ⁹ dixit, ascendit in montem solus orare: Ioãnes autem, Cũ cognouisser, inquit, quia vẽturi essent vt facerent eũ regem, fugit iterum in mõtem ipse solus. Neque enim causæ orandi contraria est causa fugiendi: quando quidem & hinc Dominus trãsfigurãs in se corpus humilitatis nostrę, vt cõforme faceret corpori gloriæ suę, per id quoq; docebat hanc esse nobis magnã causam orandi, quãdo est causa fugiendi. Nec illud aduersum est, quod Matthæus pri⁹ cũ dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculã, & præcedere eũ trãs fretũ, donec dimitteret turbas, ac deinde dimissis turbis ascendisse in montẽ solũ orare: Ioãnes verò prius eum fugisse cõmemorat solũ in mõtem: ac deinde, Vt autem serò factũ est, inquit, descenderunt discipuli eius ad mare, & cũ ascendissent nauem, &c. Quis enim nõ videat hoc recapitulando Ioãnem postea dixisse factũ à discipulis, quod iã Iesus iusserat antequã fugisset in mõtem: sicut solet in sermone ad aliquid prætermissum redire quodãmodo. Sed quia ipse reditus maximè in breuitate ac pũcto temporis factus non cõmemoratur, putant plerunq; qui audiunt, hoc etiã postea factũ esse quod postea dicitur. Sic etiã quos dixerat ascendisse nauem, & venisse trans mare in Capharnaũ, dicit ad eos in mari laborantes venisse Dominũ ambulantem super aquas, quod vtiq; prius in ipsa nauigatione factũ est qua veniebãt Capharnaũ. Lucas autem post narratũ de quinque panibus miraculũ pergit in aliud, & ab ordine isto digreditur. Neq; enim aliquid de nauicula illa cõmemorat, & de via Dñi super aquas: sed cùm dixisset, Et manducauerũt omnes, & saturati sunt, & sublatũ est quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecĩ, deinde subiunxit. Et factũ est cũ solus esset orans, erãt cũ illo & discipuli, & interrogauit illos dicẽs, Quẽ me dicũt esse turbæ? Iam deinceps aliud narrans, nõ quod illi tres, qui Dñm ambulantẽ super aquas venisse ad nauigantes discipulos retulerunt. Nec ideo putari debet in illo mõte, quò eũ dixit Matthæ⁹ ascẽdisse vt solus oraret, dixisse discipulis, Quẽ me dicũt turbæ? Lucas enim videtur in hoc cõgruere Matthæo, quia dixit, Cũ solus esset orãs: cũ ille dixisset, Ascendit in mõtem solus orare: sed omnino alibi cũ solus oraret, & essent cũ illo discipuli, hoc interrogauit. Solum quippe Lucas fuisse dixit, nõ sine discipulis, sicut Matthęus & Ioannes quãdo ab illo discesserũt vt præcederent eũ trans mare, Iste namq; apertissimè adiũxit. Erant cũ illo & discipuli. Proinde solũ dixit, sine turbis, quę cũ illo nõ habitabant.

Ioan.6.b.15. Matth. 14.b. 23. Ioan.6.b.15. Ibid.b.18. Phil.2.d.21. Matth.14.f. 22. Ioã.6.b.16. Luc.9.b.17. Matth.14. c.23. Lucę 9.b. 18. Matth.16.b. 13.

CAPVT XLVIII. Iesus transiens Matth.14. d.34. SEQVITVR Matthęus dicens: Et cũ

tassent venerunt in terram Genesar. Et cùm cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habẽtes, & rogabant eum, vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent.
Mat 15.a.1. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt. Tũc accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauãt manus suas cùm panẽ manducant, &c. vsque ad illud vbi ait, Non lotis autẽ manibus manducare, non coinquinat hominem.
Marci 7.a 1. Ioannis 6.d. 16. Hæc & Marcus commemorat sine aliqua repugnãtiæ quæstione. Quicquid enim diuerso modo ab alio dicitur: ab eadẽ sententia non recedit. Ioannes autẽ ab illa nauicula ad quã Dominus super mare ambulans venit posteaquã exierunt in tertã, more suo in sermonẽ Domini intentus, eũ ex occasione panis multa præcipueq; diuina locutum esse commemorat: postq; ipsum sermonem rursus in aliud atq; aliud eius narratio sublimiter fertur. Nec tamen in eo quod ab istis digreditur, aliquid ordini istorum, illius in alia transitus aduersatur. Quid enim prohibet intelligere & illos esse sanatos à Domino, de quibus narrãt Matthæus & & Marcus, & illis qui eũ secuti sunt trãs mare, hæc eũ locutũ esse quæ prædicat Ioannes? Quandoquidem Capharnaũ, quò dicuntur secundũ Ioannẽ transfretasse, iuxta stagnũ est Genesar, ad quã tertã secundũ Matthæũ dicuntur exisse.
CAPVT XLIX. De muliere Chananæa. SEQVITVR itaq; Matthæus post illũ sermonẽ Domini, vbi de nõ lotis manibus cũ Pharisæis egit, atq; ita cõserit narrationis ordinem, quantum ipse trãsitus indicat, rerũ etiã quę consecutę sunt ordinẽ seruans: Et egressus, inquit, inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier
Matthæi 15. b.21. Chananæa à finib⁹ illis egressa, clamauit dicens ei, Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbũ, &c. vsque ad illud vbi ait, O mulier, magna est fides tua, fiat sicut petisti, Et sanata est filia illius ex illa hora. Hoc de mulie-
Marci 7.c. 25. re Chananęa etiã Marcus cõmemorat, eundem rerum gestarum ordinem seruãs, nec afferens aliquã repugnãtiæ quæstionem, nisi quòd in domo dicit fuisse Dominum cùm ad illum venit eadem mulier pro filia sua rogans. Matthęus autẽ posset quidem facilè intelligi de domo tacuisse, eãdem tamẽ rẽ cõmemorasse, sed quoniam dicit discipulos Domino suggessisse, Dimitte illã, quoniã clamat post nos: nihil videtur aliud significare, quàm post ambulantẽ Dominũ mulierẽ illã deprecatorias voces emisisse. Quomodo ergo in domo, nisi quia intelligendum est dixisse quidem Marcum q̃ intrauerit vbi erat Iesus, cùm eum prædixisset fuisse in domo? Sed quia Matthæus ait, Non respõdit ei verbum: dedit agnoscere quod ambo tacuerunt: in co silẽtio egressum fuisse Iesum de domo illa: atq; ita cætera contexuntur, quæ iam in nullo discordãt. Quod enim Marcus cõmemorat ei Dominũ respõdisse de pane filiorum non mittendo canibus: illis interpositis dicta sunt, quæ Matthæus dicta non tacuit: id est, quia discipuli rogauerunt eum pro illa, & quia respondit non se esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: & quia illa venit, id est, illa cõsecuta est, & adorauit eũ dicens, Domine adiuua me: tunc deinde dictum est quod Euangelistę ambo cõmemorãt.
CAPVT L. De septem panibus. Matthæi 15. c.29. Esaiæ 53.a. 5. SEQVITVR Matthæus ita narrãs: Et cùm trãsisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi: Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, claudos, cęcos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabãt Deũ Israël Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit, Misereor turbę, quia triduo iam perseuerant mecum, & nõ habent quod manducent, &c. vsque ad illud vbi ait. Erãt autem qui manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres. Hoc aliud miraculum de
Marci 8.a.1. septem panibus & paucis piscisculis, etiam Marcus cõmemorat eodẽ penè ordine, nisi quia interponit quod
Ibid.7. d.32. nullus alius dicit, de surdo cui Dominus aures aperuit,
Mat. 14.b. 15. spuens & dicens, Effeta quod est, aperire. Hoc sanè nõ
Marci 6.c. 35. ab re fuerit admonere in hoc miraculo de septẽ panib⁹
Lucæ 9.b. 2. quod duo Euãgelistę Matthęus Marcusq; posuerunt,
Ioan. 6.a.5. quia si aliquis eorum id dixisset, qui de illis quinq; panibus nõ dixisset, contrarius cęteris putaretur. Quis enim nõ existimaret vnum idemq; factum esse? Nõ autem integrè & veraciter, siue ab illo, siue ab aliis, siue ab omnibus fuisse narratum: sed aut illum pro quinq; panib⁹ septem dum falleretur cõmemorasse, aut illos pro septem quinq;, aut vtrosq; mẽtitos, vel obliuione deceptos. Hoc & de duodecim cophinis, & de septẽ sportis opinaretur quasi cõtrarium. Hoc de quinque milibus & quatuor milibus eorum qui pascerentur. Sed quia illi qui miraculum de septem panibus narrauerunt, nec illud de quinque panibus tacuerunt, nemi nem mouet, & vtrunq; factum omnes intelligũt. Hoc ideo diximus, vt sicubi simile inuenitur factũ à Domino, quod in aliquo alteri Euangelistæ ita repugnare videatur, vt omnino solui nõ possit, nihil aliud intelligatur q̃ vtrunq; factũ esse, & aliud ab alio commemoratum, sicut de centenis, & quinquagenis discumbẽtib⁹ cõmemorauimus. Quia si nõ etiã illud vtrunq; apud vnũ inuenirem⁹, cõtraria singulos dixisse putaremus.
CAPVT LI. Iesus in Magedam. Matthæi 15, d.39. & 16.a. 1. SEQVITVR Matthęus & dicit: Et dimissa turba ascendit in nauiculã, & venit in fines Magedan, &c. vsq; ad illud vbi ait, Generatio mala & adultera signũ
Matth.12.c. 39. quærit, & signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Hoc etiã & alibi dixit idem Matthæus. Vnde etiã atq; etiã retinendũ est, sępius Dominũ eadem dixisse,
Marci 8.b. 10. vt quod existente contrario solui nõ potuerit, bis dictum intelligatur. Hunc sanè ordinem etiã Marcus tenens post illud de septem panibus miraculũ, hoc idẽ subiicit quod Matthæus, nisi quòd Dalmanutha, quod in quibusdã codicibus legitur, nõ Matthæus, sed Magedan. Non autem dubitandum est eũdem locũ esse sub vtroque nomine. Nam plerique codices non habent etiam secundum Marcum, nisi Magedã. Nec illud moueat, quod Marcus nõ dicit respõsum esse quærentib⁹ signum de cęlo idem quod Matthęus de Iona, sed ait Dominum respondisse, Signum nõ dabitur ei. Intelligendum est enim quale petebant, hoc est, de cęlo: præmisit autem dicere de Iona quod Matthæus cõmemorauit.
CAPVT LII. Fermentum Pharisæorũ. Matth. 16.a. 4. SEQVITVR Matthæus: Et relictis illis abiit. Et cùm venissent discipuli eius trans fretũ, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & caute à fermento Phariseorum & Saducæorum, &c. vsque ad illud vbi ait, Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Saducæorum. Hæc eadem etiam Marcus & Marci 8.b. 14. eodem ordine digerit.
CAPVT LIII. Iesus in Cæsaria Philippi. Matthæi 16. c.13. SEQVITVR Matthæus: Venit autem Iesus in partes Cęsareę Philippi, & interrogabat discipulos suos dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt, alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnũ ex prophetis, &c. vsque ad illud vbi ait, Et quodcũq; solueritis super terrã, erit solutũ & in cælis. Hoc Marci 8.c. 27. eodem penè ordine Marcus narrat, sed interposuit pri- Ibid.c.22. mò de cęco illuminato, quod solus ipse commemo- Lucę 9.b. 18. rat, de illo qui dixit Domino, Video homines sicut arbores ambulantes. Lucas autem post miraculum illud

illud de quinq; panibus hoc recordatur atque inserit. Cuius recordationis ordo, sicut suprà iã ostẽdimus, nihil repugnat ordini istorum. Sed potest illud mouere, quòd Lucas Dominũ interrogasse discipulos suos, quẽ illũ dicerẽt homines, tũc dixit, cùm esset solus orãs & Marci 8.c. 28. adessent etiã ipsi. Porrò autẽ Marcus in via dicit illos hoc ab eodẽ interrogatos. Sed eum mouet qui putat quòd nũquã orauit in via. Iã etiã ipse me recolo dixisse, ne quis arbitretur quòd hic Petrus nomen accepe-
Mat.16.e. 18. rit, vbi illi ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meã. Nõ enim accepit hoc nomẽ, nisi
Ioan.1. f.42. vbi Ioãnes cõmemorat ei dictũ esse, Tu vocaberis Cephas, q; interpretatur Petrus. Vnde nec illo loco, vbi
Mat.3c. 16. Marcus duodecim discipulos nominatim cõmemorãs, dixit appellatos Iacobũ & Ioãnẽ filios tonitrui, arbitrãdũ est nomẽ accepisse Petrũ, quia dixit illic quòd impo suerit ei nomẽ vt vocaretur Petrus: hoc enim recolẽdo dixit, nõ quòd tũc factũ sit.
CAPVT LIIII. Mat.16.c. 20. SEQVITVR Matthæus & dicit: Tũc præcepit discipulis suis vt nemini dicerẽt, quia ipse esset Ies⁹ Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eũ ire Hierosolymã, & multa pati à seniorib⁹ & scribis, &c. vsq; ad illud vbi ait, Non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea
Marci 8.d. 33. quæ hominũ. Hæc eodẽ ordine subnectũt Marcus &
Lucæ 9.c.23. Lucas, sed Lucas de Petro quòd passioni Christi cõtra
CAPVT LV. Mat.16.d. 24. dixerit, tacet. SEQVITVR Matthæus: Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire abneget semetipsũ, & tollat crucẽ suã & sequatur me, &c.
Marci 8.d. 34. vsq; ad illud vbi ait, Et tũc reddet vnicuiq; secũdũ opus eius. Hoc & Marcus subiungit eũdẽ ordinẽ seruãs, sed ipse nõ dicit de filio hominis venturo cum angelis suis, vt reddat vnicuiq; secũdũ opus suũ. Cõmemorat tamẽ etiã illud dixisse Dominũ: Qui enĩ me cõfessus fuerit, & mea verba, in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum cùm venerit in gloria sua cum angelis sanctis. Quod intelligi potest ad eandem sententiam pertinere qua dixit Matthæus, vt reddat vnicuique secundum opus suum. Lucas quoque eadem eodémque ordine annectit, nõ
Luc.9. c.23. & 14.c.26. multum diuerso verborum modo, eadem tamen sen-
CAPVT LVI. Iesus transfiguratus. Mat.16.d. 28. & 17.a.1. tentiarum veritate simillimus. SEQVITVR Matthæus: Amen dico vobis, sunt quidam de hic stãtibus, qui non gustabunt mortem donec videant filiũ hominis venientem in regno suo. Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est, &c. vsque ad illud vbi ait, Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Hęc visio Domini in monte coram tribus discipulis, Petro, Iacobo & Ioanne, vbi etiam de cœlo illi testimonium paternæ vocis perhibitum est, à trib. Euangelistis eodem ordine commemoratur, & ad eas-
Marci.9. a.2. dem omnino sententias, sed cætera secundum ea ge-
Mat 17. a.1. nera locutionum diuersa, sine vlla sententiarũ diuersi-
Lucæ 9.d. 28. tate, quę multis locis superiùs demonstrauimus, videri à legentibus possunt. Quod autem Marcus post sex dies factum dicit, sicut Matthæus; Lucas autem post octo, non contemnendi sunt si quos mouet, sed ratione reddita instruendi. Dies enim quando enunciamus dicentes, post tot dies, aliquando non annumeramus cum in quo loquimur, & cum quo res ipsa futura est, quam prænũciamus vel pollicemur: sed medios, post quos reuera plenos atque integros illud futurum est. Hoc fecit Matthæus & Marcus: excepto eo die quo hæc loquebatur Iesus, & illo quo exhibuit memoratam in monte visionem, medios dies intuentes dixerunt, post sex dies, quod ille annumeratis finalibus, id est primo atque vltimo, dixit, Post octo dies, eo loquẽ-

di modo quo pars pro toto cõmemoratur. Itẽq; Lucas ait de Moyse & Helia, Et factum est dũ discederẽt
Lucæ 9.d. 33. ab illo, ait Petrus ad Iesũ, Præceptor bonũ est nos hic esse, & cætera, nõ debet putari cõtrarium ei quod Mat-
Mat.17.a. 4. thæus Marcusq; ita cõiunxerũt, Petrũ hoc suggessisse,
Mat.9.a 5. quasi adhuc Moyses & Helias cũ Domino loquerẽtur. Nõ enim expresserũt, quod tũc: sed tacuerunt potius, quod iste addidit, illis discedentibus hoc Petrũ de tribus tabernaculis faciendis Domino suggessisse. Addit etiã Lucas, intrãtibus illis in nubẽ, factam esse vocẽ de nube, quod illi nõ dixerunt, sed nec contradixerunt.
CAPVT LVII. De aduẽtu Heliæ. Mat.17.b. 10. SEQVITVR Matthęus: Et interrogauerũt eum discipuli eius dicẽtes. Quid ergo scribæ dicũt, quòd Heliã oporteat primùm venire? At illi, respõdẽs ait eis, Helias quidẽ vẽtur⁹ est, & restituet omnia. Dico autẽ vobis, quia Helias iã venit, & non cognouerũt eũ, sed fecerũt in eũ quæcũq; voluerũt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Tũc intellexerũt discipuli, quia de Ioã-
Mat.9. b. 11. ne Baptista dixisset eis. Hoc idẽ Marcus etiã hũc ordinẽ seruãs cõmemorauit, & in nõnulla diuersitate verborũ, nusquã tamẽ ab eiusdẽ sententiæ veritate discessit. Sed ipse nõ addidit, intellexisse discipulos, quòd Ioãnẽ Dominus significasset, dicendo quòd Helias iã venerit.
CAPVT LVIII. Mat.17.b. 14. SEQVITVR Matthæus & dicit, Et cùm venisset ad turbã, accessit ad eũ homo genibus prouolutis ante eũ dicẽs. Domine miserere filii mei, quia lunatic⁹ est, & malè patitur, &c. vsq; ad illud vbi ait, Hoc autẽ gen⁹ nõ eiicitur nisi per orationẽ & ieiuniũ. Hoc
Mat 9.c.14. & Marcus & Lucas eodẽ etiã ordine memorãt, sine vl-
Luc 9.c.37. la repugnãtiæ quæstione.
CAPVT LIX. Mat 17.c. 22. SEQVITVR Matthæus dicens: Conuersantibus autem eis in Galilæa dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget: Et contristati sunt vehemẽter. Hoc eodem ordine Marcus Lucásque commemorant.
CAPVT LX. Mat.17.d. 24. SEQVITVR Matthæus: Et cùm venissent Capharnaũ, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt
Marci 9.c. 31. ei, magister vester non soluit didrachma? Ait, etiam,
Lucæ 9 f. 44. &c. vsque ad illud vbi ait, Inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. Hoc solus iste commemorat, quo interposito eundem ordinem sequitur, in quo cum eo etiam Marcus & Lucas pariter ambulant.
CAPVT LXI. Mat. 18. a. 1. SEQVITVR ergo idem Matthæus & dicit, In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Quis putas maior est in regno cęlorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio illorũ, & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum: vsque ad illud vbi ait, Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Ex isto aliquanto prolixiore Domini sermone
Marci 9.c. 35. non omnia, sed quædam Marcus eundem sequens ordinem posuit, quædam etiam ipse quę Matthęus non dicit, inseruit. Totus autem sermo quousque eum cõsiderandũ suscepimus, à Petro solo interpellatur quærente quotiens fratri debeat ignosci. Talia enim Dns loquebatur, vt satis eluceat, etiam hoc quod Petrus interrogauit, & quod respõsum est, ad eundem pertinere sermonẽ. Lucas autem nisi illud de paruulo quẽ
Lucæ 9.f. 46. constituit ante discipulos, imitãdum, cùm de sua magnitudine cogitarent, nihil hoc ordine seruato cõmemorat. Si qua enim alia similiter dixit, quæ & in isto sermone sunt posita, alibi & ex aliis occasionibus dicta recoluit, Sicut Ioãnes de remissione peccatorum,
Ioan 20.f. 23. quod tenebuntur si cui tenuerint, & dimittẽtur si cui dimiserint, post resurrectionem à Dño dictum cõmemorat, cùm Matthæus in hoc sermone Dominũ hoc
Mat 18.c. 18. dixisse meminerit, quod & Petro antè dictum fuisse
Ibid.16 c. 19.

idã ipse testatur. Eadẽ itaq; sæpe ac pluribus locis Iesũ dixisse, necubi moueamur, si ordo dictorũ quibusdã repugnare putabitur, sicut iã totiẽs cõmẽdauimus, meminisse debemus, ne hoc sæpe admonere necesse sit.

CAPVT LXIX. De repudio. Mat.19 a.x. SEQVITVR Matthęus narrãs: Et factũ est cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilęa & venit in fines Iudææ trãs Iordanẽ, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserũt ad eũ Pharisęi, tentãtes eũ & dicẽtes, Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacõq; ex causa, &c. vsq; ad illud vbi ait, Qui potest capere capiat. Hoc & Marcus cõmemorat eũdẽ ordinẽ tenẽs. Sanè videdũ est, ne repugnare videatur, quòd idẽ Marcus à Dño dicit interrogatos Pharisæos, quid eis Moyses præceperit, atq; ita illos interroganti respondisse de permisso sibi libello repudii: cùm Matthæus dixerit verbis Domini, quibus ostẽderat ex lege Deũ cõiunxisse masculũ & feminã, & propterea nõ eos debere ab homine separari, illos retulisse respõsionẽ: Quid ergo Moyses mãdauit dari libellũ repudii, & dimittere? Quibus iterũ ait, Quoniã Moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autẽ nõ sic fuit. Nã & Marcus hãc Domini respõsionẽ nõ tacet, sed posteaquàm ei respõderunt interrogãti de libello repudii. In quo ordine vel modo verborũ hoc intelligere debemus, ad rei veritatẽ nihil interesse, vtrũ Domino separationẽ prohibẽti & sententiã suã de lege firmanti, ipsi intulerint quæstionẽ de libello repudii per eũdẽ Moysen sibi permisso, per quẽ & illud scriptũ est, quòd Deus coniunxerit masculũ & feminã: an hoc illi idẽ de præcepto Moysi eos interrogãti respõderint. Nam & voluntas eius ita se habebat, vt nõ eis redderet rationẽ, cur illud Moyses permiserit, nisi prius ipsi hoc commemorassent, quæ volõtas eius, ea quam Marcus posuit, interrogatione significata est: & illorum voluntas ipsa erat, vt de authoritate Moysi quoniam mandauit dari libellũ repudii, tanquam concluderent eum, separationẽ sine dubio vetaturum. Hoc enim dicturi etiam tentantes accesserant: quæ voluntas eorum sic expressa est per Matthæum, vt non eos esse commemoraret interrogatos, sed vtrò intulisse de mãdato Moysi, quo, velut conuincerent Dominum separationem coniugũ prohibentem. Cùm ergo voluntas loquentium, cui debẽt verba seruire, ab Euangelista vtroque monstrata sit, nihil interest quàm diuersus inter ambos fuerit narrandi modus, dum ab eadem veritate neuter abscederet. Potest etiam hoc intelligi, quod, sicut dicit Marcus, prius eos de vxore dimittenda interrogantes Dominus vicissim interrogaret, quid eis præceperit Moyses; Qui cùm respondissent, Moysen permisisse libellum repudii scribere & dimittere: repõdit eis de ipsa lege per Moysen data, quomodo Deus instituerit cõiugium masculi & feminæ, dicens ea quæ ponit Matthęus, id est, Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos, & cætera. Quibus auditis illi id quod ei primò interroganti responderant, repetiuerunt, dicentes: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii & dimittere? Tunc Iesum causam ostendisse duritiæ cordis ipsorum, quam Marcus breuitatis causa prius ponit, tanquam illi priori quam Matthæus intermiserit eorum responsioni redditam: nihil deperire iudicans veritati quocunque loco eisdem ipsis verbis quæ bis dixerant redderetur, quòniam ipsis verbis eam reddiderat Dominus.

Gen.1.d.27. Deut.24.a.x. Mat.19. Gen.1.d.27. & 2.d.21.

CAPVT LXXII. Cõducti in vineam. Mat.19.b.13. Mat.10.b.13. SEQVITVR Matthæus: Tunc oblati sunt ei paruuli vt manus eis imponeret & oraret, Discipuli autem increpabãt eos: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Multi enim sunt vocati, pauci autem electi. Hunc cum Matthæo Marcus ordinẽ tenuit, sed de cõductis operariis ad vineã solus Matthęus inter ponit: Lucas autem cùm commemorasset illud, quod eis dixit quærentibus inter se quisnã maior esset, adiunxit de illo quem viderunt eiicientẽ dæmonia, cùm eos non sequeretur. Inde iã digreditur ab istis duobus, vbi ait eum firmasse faciem suã vt iret in Hierusalem. Ac post multa interposita occurrit eis rursus ad commemorandum istũ diuitem cui dicitur, Vende omnia quæ habes: quem nunc isti cõmemorãt ex ordine quo pariter eunt. Nã ibi etiam Lucas de istis paruulis antequam diuitis faciat mentionẽ, quemadmodũ & isti, non prætermittit. De illo ergo diuite qui quærit, quid boni faciat vt vitam æternã consequatur potest videri distare aliquid quod secundũ Matthæũ dicitur, Quid me interrogas de bono? Secũdum illos autem, Quid medicis bonum? Nam, Quid me interrogas de bono, ad illud magis referri potest, quod ait ille quærens, Quid boni faciam? Ibi enim & bonũ nominauit, & interrogatio est, Magister autem bone, nondum interrogatio. Cõmodissimè ergo intelligitur vtrũque dictum, Quid dicis me bonũ & interrogas me de bono? SEQVITVR Matthæus & dicit. Et ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus, sacerdotũ & scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradent eũ gentibus ad deludendũ & flagellãdum & crucifigẽdũ, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi cũ filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo &c. vsq; ad illud vbi ait, Sicut filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare & dare animam suã in redẽptionem pro multis. Hunc cum illo ordinẽ etiã Marcus tenet, filios Zebedæi perhibens dixisse quod ab eis non per eosipsos, sed per matrẽ dictum esse Matthæus expressit, cùm illa eorum voluntatẽ attulisset ad Dominũ. Vnde magis ipsos quàm illã dixisse quod dictũ est, Marcus breuiter intimauit. Denique & Dominus & secundum Matthęum & secundum Marcum ipsis potius quàm matri respondit. Lucas autẽ posteaquam ex eodem ordine commemorauit, quæ de passione & resurrectione sua duodecim discipulis prædixerit, prætermittit ea quæ isti cõmemorãt, post quæ interposita occurrunt ei ad Iericho. Quod autem dixerunt Matthæus & Marcus de principibus gentiũ qui dominãtur subiectis, nõ ita futurũ inter illos, sed eũqui erit maior etiã seruũ aliorum futurũ? dicit tale aliquid & Lucas: sed non eo loco: & ordo ipse indicat, iterum esse eandem sententiam à Domino dictam.

Luc.9. 46. Ibid.f.49. Ibid.51. Lucæ 18.d. 18. Mat.19.c. 17. Marci 10.c. 18. Lucæ 18.d 18. Mat.10.b. 17. Mat.10.d. 32. Luc.18.f.31. Mat.10.d. 25. Mar.10.f. 42. Lucæ 22.c. 25.

CAPVT LXV. Cæci in Iericho. SEQVITVR Matthæus, Et egredientibus eis ab Iericho, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicẽtes Domine miserere nostri fili Dauid, &c. vsque ad illud vbi ait, Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. Hoc & Marcus cõmemorat, sed de vno cæco factũ. Quæ ita soluitur quæstio, vt illa soluta est de duobus qui legionem dæmonum patiebantur in regione Gerasenorum. Nam duorum etiam cæcorum, quos modò interposuit, vnum fuisse notissimum & in illa ciuitate famosissimũ, ex hoc etiam satis apparet, quòd & nomẽ eius & patris eius commemorauit. Quod in tot superiùs sanatis à Domino non facilè occurrit, nisi cùm Iairum archisynagogum etiam nomine expressit, cuius filiam resuscitauit Iesus. In quo etiã magis iste sensus apparet, quia & ille archisynagogus vtique in loco isto nobilis fuit. Proculdubiò itaq; Bartimæus iste Timæi filius ex aliqua magna felicitate deiectus, notissimæ & famosissimę miseriæ fuit, quòd nõ solùm cæcus, verumetiam mẽdicus sedebat. Hinc est ergo

Mat.20.d. 29. Marci 10.g. 46. Mat.8 d.28. Mat.9 d.21. Lucæ 8.d. 27. Marci 10.g. 46. Lucæ 8 f. 41.

ergo quòd ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo cõparauit, quàm erat illius nota calamitas. Lucas verò quamuis omnino eodem modo factum, tamen in alio cæco intelligendus est par commemorare miraculũ, & eiusdem miraculi parem modum. Ille quippe hoc factum dicit, cùm appropinquaret Iericho, at isti cùm egrederetur ab Iericho. Sed nomen ciuitatis & facti similitudo putari suadet semel esse factum: sed Euãgelistas in hoc sibi aduersari, quòd alius dicat, Cùm appropinquaret Iericho, alij, Cùm egrederetur ab Iericho, nõ sanè hoc persuadet, nisi eis q̃ procliuius credi volunt, mentiri Euangelium, quàm duo similia similiterq; miracula fecisse Iesum. Quid autẽ sit credibilius, & quid potius verum, & omnis fidelis filius Euangelij facillimè videt, & omnis contẽtiosus faltẽ cũ admonitus fuerit, vel tacẽdo, vel etiamsi tacere noluerit cogitando sibi ipse respondet.

Luc.18.f.35.

CAPVT LXVI. Asina & pullus. Mat.21.a.1. SEQVITVR Matthæus & dicit: Et cùm appropinquasset Hierosolimis, & venisset Bethphage ad montem Olueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicẽs eis, Ite in castellum quod cõtra vos est, & statim inuenietis asinã alligatã & pullũ cum ea, &c. vsque ad eum locum vbi ait, Benedictus q̃ venit in nomine Domini, osanna in altissimis. Hoc etiam Marcus narrat eodẽ ordine cũ dito. Lucas autem in Iericho immoratur, quẽdam commemorans quæ isti prætermiserunt, de Zachæo principe publicanorũ, & quædã in parabolis dicta. Post hæc & ipse occurrit eis ad huius pulli cõmemorationem, in quo sedit Iesus. Nec moueat quòd Matthæus asinã dicit & pullũ, cæteri autem de asina tacent. Imò etiam recordanda est illa regula quam de quinquagenis & cẽtenis discumbentibus, cũ quinque panibus turbæ pascerẽtur suprà insinuauimus. Qua insinuata, nõ deberet hoc iã permouere lectorem, nec si Matthæus ita de pullo tacuisset, quẽadmodũ illi de asina tacuerũt, vt maximè cõtrariũ putaretur, quòd vnus asinã dixit, alij pullum asinę. Quanto minus moueri oportet, quia vnus ita cõmemorauit asinã de qua cæteri tacuerũt, vt tamen pullum non taceret, de quo illi dixerunt. Vbi ergo vtrunque factum potest intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius aliud, & aliud alius cõmemoraret: quanto minus vbi alius vnũ, alius vtrũque. Ioannes quoq; cùm taceat quemadmodũ Dominus discipulos suos ad hæc animalia sibi adducẽda miserit: interponit tamen breuiter hoc de pullo cũ testimonio etiã Prophetæ, quod Matthæus adhibet. In quo etiã testimonio prophetico aliquãtũ diuersa Euãgelistarũ locutio ab ea quidẽ sententia nõ recedit. Sed potest mouere q̃ hoc Matthæus sic adhibet, vt asinã dicat cõmemorasse Prophetã: nõ autẽ ita se habet, vel quod Ioãnes interponit, vel codices ecclesiastici interpretationis vsitatæ. Cuius rei causa illa mihi videtur, quòd Matthæus Hebræa lingua perhibetur Euangeliũ conscripsisse. Manifestũ est autẽ interpretatione illã quę dicitur septuaginta, in nonnullis se aliter habere q̃ inueniũt in Hebræo, q̃ eã linguã nouerunt, & qui interpretati sunt singuli cõsdẽ libros Hebræos. Huius itẽ distãtiæ causa si quęratur, cur tãta authoritas interpretationis septuaginta multis in locis distet ab ea veritate quæ in Hebræis codicibus inuenitur: nihil occurrere probabili̊ existimo, q̃ illos septuaginta eo spiritu interpretatos, quo & illa quę inter pretabantur dicta fuerãt, q̃ ex ipsa eorũ mirabili quæ prædicatur cõsensione firmatũ est. Ergo & ipsi nõ nulla in eloquio variando, & ab eadẽ voluntate Dei cuius illa dicta erãt, & cui verba seruire debebãt non recedẽdo, nihil aliud de nõstrare voluerũt, quã hoc ipsũ quod nunc in Euãgelistarũ quatuor cõcordi quadã

Zach.9.b.9. Mat.21.a.5. Quare septuaginta ab Hebræis vaticat. Ioan.12.b. 14.

diuersitate miramur, qua nobis ostenditur nõ esse mẽdaciũ si quisquam ita diuerso modo aliquid narret, vt ab eius voluntate cui consonandũ & consentiẽdũ est, nõ recedat. Quod nosse & moribus vtile est, propter cauẽda & iudicanda mẽdacia: & ipsi fidei, ne putemus quasi cõsecratis sonis, ita muniri veritatẽ, tanquã Deo nobis quemadmodũ ipsã rem, sic verba quæ propter illam sunt dicenda, cõmendet, cũ potius ita res quæ dicẽda est sermonibus: per quos dicẽda est, præferatur: vt istos omnino quærere non deberemus, si eam sine his nosse possemus, sicut illa nouit Deus, & in ipso angelicus.

CAPVT LXVII. Iesus cum flagello. Mat.21.a. 10. SEQVITVR Matthæus & dicit: Et cùm intrasset Hierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilęę. Et intrauit Iesus in templũ Dei, & eiiciebat omnes ementes & vendẽtes in templo: & cætera, vsque ad eum locum vbi ait, Vos autem fecistis illam speluncam latronũ. Hoc de turbis vendentium eiectis de tẽplo, omnes cõmemorant, sed Ioannes lõgè diuerso ordine. Nã post testimoniũ Baptistæ Ioannis de Iesu, cùm eum cõmemorasset isse in Galilęam quãdo aquã cõuertit in vinũ, deinde post cõmemorationem paucorũ in Capharnaum dierũ, dicit eum ascẽdisse in Hierosolymã, cùm esset Pascha Iudęorũ, & facto flagello de resticulis expulisse de templo vendentes. Vnde manifestum est, non semel, sed iterum hoc esse à Domino factũ. Sed illud primũ cõmemoratur à Ioanne, hoc vltimum à cæteris tribus.

Mar.11.b. 15 Lucæ 19.g. 45. Ioan.2.c.3.

CAPVT LXVIII. Ficus arefacta. Mat.21.b. 14. SEQVITVR Matthæus, Et accesserunt ad eũ cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autẽ principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Osanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerũt ei, Audis quid isti dicũt? Iesus autẽ dicit eis, Vtiq; nũquã legistis, Quia ex ore infantiũ & lactẽtiũ perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniã, ibique mansit. Manè autẽ reuertens in ciuitatẽ esuriit. Et vidẽs fici arborem vnã secus viã, venit ad eã, & nihil inuenit in ea, nisi folia tãtũ. Et ait illi, Nũquã ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est ficulnea cõtinuò. Et vidẽtes discipuli mirati sunt dicentes, Quomodo cõtinuò aruit? Respondẽs autẽ Iesus, ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidẽ & non hæsitaueritis, nõ solũ de ficulnea facietis, sed etsi monti huic dixeritis, Tolle te, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcũque petieritis in oratione credentes, accipietis. Hoc & Marcus cõsequẽter dicit, sed nõ eũdẽ ordinẽ tenet. Primò enim quòd eum Matthæus in templũ dixit intrasse, & eiecisse vẽdentes & ementes, non cõmemorat Marcus, sed cũ cũspectis omnibus cùm iã vespera esset exisse dicit in Bethaniã cũ duodecim: & alia die cũ exirent à Bethania esurisse, & arbori fici maledixisse, quod & Matthæus cõmemorat. Et subiungit idẽ Marcus, quòd venerit Hierosolymã, & cũ introisset in tẽplũ, eiecit vendẽtes & ementes, quasi altero die, nõ primo factũ esset. Sed quia Matthæus ita cõnectit: Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniam: vnde manè reuertente in ciuitatẽ arbori maledixisse cõmemorat: probabilius creditur ipse potius tenuisse ordinem tẽporis de vendẽtibus & emẽtibus eiectis de tẽplo. Cũ enim dicit, Et relictis illis, abiit foras, quibus relictis intelligi poterit, nisi cũ quibus superiùs loquebatur, indignãti̊ quod pueri clamarẽt, Osanna filio Dauid? Prætermisit ergo Marcus quod primo die factum est cùm intrauit in tẽplũ, & recordatũ interposuit, cùm dixisset, quòd non inuenerit aliquid in ficulnea præter folia, quod secũdo die factũ est, sicut ambo testantur. Miratos autem esse discipulos quòd arbor aruerit, & eis Dominũ respon-

Mat.21.b. 17. Pſal.8.a.3. Marci 11.b. 11.* Mat.11.b. 13.

dissè, de fide & de monte in mare transferendo, non ipso secundo die quo dixit arbori, Iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet, sed tertio die dicit. Ipso quippe die secũdo cõmemorauit idẽ Marcus de templo eiectos vendentes, quod primo die factũ prætermiserat. Ipso ergo secundo die dicit facta vespera egressum de ciuitate, & cùm mane transirent, vidisse discipulos ficum aridã factã à radicibus, & recordatum Petrũ dixisse ei, Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Tunc eum de potentia fidei respondisse.

Mat.21.b. 19 Matthæus autem tanquã secundo die hoc totum factũ sit, id est, & dictum arbori, Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternũ, & arefactã esse continuò: & videntibus hoc discipulis atque mirantibus illud de virtute fidei fuisse respõsum. Vnde intelligitur Marcum quidẽ secũdo die commemorasse quod primo die factũ prætermiserat, de templo scilicet eiectos vẽdentes & eimentes: Matthæus verò cùm cõmemorasset quod altero die factũ est, de arbore maledicta quãdo mane reuertebatur à Bethania in ciuitatẽ, prætermisit ea quę Marcus cõmemorauit, venisse illũ in ciuitatẽ, & vespere exiisse, & mane cùm transirent, discipulos arborẽ aridam fuisse miratos: & ei quod secũdo die gestum erat quo arbor maledicta est, adiunxit illud quod tertio die gestũ est, eius ariditatem miratos esse discipulos, & de potẽtia fidei à Domino audisse: sic ea coniungens, vt nisi ex Marci narratione cogamur intẽdere vbi & quid Matthæus prætermiserit, nõ possit agnosci. Cũ ergo dixisset Matthæus, Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, vbique mansit. Mane autem reuertẽs in ciuitatẽ esuriit. Et vidẽs fici arborem vnã secus viam, venit ad eã, & nihil inuenit in ea, nisi folia tãtum. Et ait illi, Nũquam abs te fructus nascatur in sempiternũ: & arefacta est continuò ficulnea: prætermissis cæteris ad eundem diẽ pertinentibus, adiunxit statẽ, Et vidẽtes discipuli mirati sunt dicentes, Quomodo cõtinuò aruit? Quod alio die viderũt, alio die mirati sunt. Intelligitur autẽ nõ tũc aruisse quãdo viderũt, sed continuò quando maledicta est. Neque enim arescentẽ, sed penitus arefactã viderunt, ac si eã cõtinuò in verbo Domini aruisse intellexerũt.

Capvt LXIX. Mat.21.b. 23. SEQVITVR Matthæus & dicit: Et cùm venisset in templũ, accesserũt ad eũ docentẽ principes sacerdotum & seniores populi dicentes, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hãc potestatẽ? Respondẽs Iesus dixit illis, Interrogabo vos & ego vnũ sermonẽ, quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua potestate hæc faciã. Baptismus Ioãnis vnde erat, &c. vsque ad illud vbi ait, Nec ego vobis dico in qua potestate hæc facio. Hoc

Mar.11.d. 28. totũ & alij duo Marcus & Lucas toridẽ penè verbis ex Lucæ 20. a. 2. plicauerũt: nec ordinem inter se videtur aliquid discrepare, nisi vnde superiùs locutũ sum: q; prætermissis quibusdã Matthæus ad alterũ diẽ pertinentib. ita contexit narrationẽ, vt nisi aduertatur, possit putari ipsum in secũdo die adhuc versari, Marcũ autem in tertio: Lucas verò nõ quasi ex ordine dies prosequẽs hoc subiunxit, sed cùm cõmemorasset eiectos de tẽplo ementes & vẽdentes, prætermisit quòd exibat in Bethaniã, & regrediebatur in ciuitatem, & quod de ficulnea factum est, & quod mirãtibus discipulis de fidei virtute respõsum est. Atq; his prætermissis intulit dicens, Et erat docẽs,

Ioan. 19. g. Luc. 20. c. quotidie in tẽplo. Principes autem sacerdotum & scribæ & principes plẽbis quærebant illum perdere, & nõ inueniebant quid facerent illi: Omnis enim populus suspẽsus erat audiẽs illũ. Et factum est in vna dierũ do centeillo populum in tẽplo & euangelizãte, cõuenerunt principes sacerdotũ & scribæ cũ seniorib⁹, & aiũt dicẽtes ad illum, Die nobis in qua potestate hæc facis? &c. quæ etiam duo illi cõmemorãt. Vnde apparet, nihil eis etiam ipso ordine repugnare, quãdo id quod dicit factum in vna dierũ ea dies intelligatur, in qua id gestum illi etiam retulerunt.

Capvt LXX. De eodem. SEQVITVR Matthæ⁹ Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios, & accedẽs ad primum dixit illi, Vade hodie operari in vineam meã. Ille autẽ respondens, ait: Nolo. Postea autẽ pœnitentia motus, abiit. Accedens autẽ ad alterum dixit similiter. At ille respondẽs ait, Eo Domine. Et non iit: &c. vsque ad illud vbi ait, Et qui cecideritsuper lapidẽ istũ, cõfringetur; super quẽ verò cecideritcõteret eũ. Marcus & Lucas non cõmemorant de duobus istis filiis, quibus imperatũ est vt irent atq; operarentur in vinea. Sed quod post hoc narrat Matthęus de vinea quę locata est agricolis, qui persecuti sunt seruos missos ad se, & postea dilectũ filium occiderunt, & eiecerunt extra vineã, etiam illi ambo nõ tacent eodẽ ordine custodito: id est, posteaquã de baptismo Ioannis interrogati Iudæi se nescire dixerunt, & respondit eis, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Nullius ergo hîc repugnantiæ quæstio nascitur, nisi quòd Matthęus cùm dixisset, quòd Dominus interrogauerit Iudæos, Cùm venerit dominus vineę quid faciet agricolis illis? illos respondisse subiungit atque dixisse. Malos malèperdet, & vineã locabit aliis agricolis, qui reddãt ei fructũ temporibus suis. Quod Marcus nõ ab ipsis responsũ esse cõmemorat, sed Dominum hoc consequẽter locutum post interrogationẽ suam, ipsum sibi quodammodo respõdisse. Ita dicit: Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineã aliis. Sed facilè potest intelligi, vel illorũ vocem ita subiunctã, vt nõ interponeretur, Illi dixerunt, aut illi respõderunt, sed tamẽ intelligere, tur: aut ideo respõsionẽ istã Domino potius attributã quia cùm verũ dixerunt, etiã de illis hæc ipse respõdit qui veritas est. Sed illud magis mouet, quòd Lucas nõ solùm eos hoc respõdisse nõ dicit, hæc etiã verba ipse quoque sicut Marcus Domino attribuens, verumetiã contrariã retulisse responsionẽ, dicentes, Absit. Ita enĩ narrat: Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi, Absit. Ille autem aspiciens eos ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quomodo ergo secundũ Matthæũ illi quib⁹ hęc loq̃batur dixerũt, Malos malè perdet, & vineã locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporib⁹ suis? cùm secundũ Lucã talib⁹ verbis contradixerint dicentes, Absit. Et reuera quod secutus Dominus ait de lapide reprobato ab ædificantibus, & facto in caput anguli, ita illatum est: vt hoc testimonio conuincerentur illi parabolæ cõtradicentes. Nam & ipse Matthæus hoc sic commemorat dictum, tanquam contradicentibus, cùm ait: Nũquã legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quid est enim, Nunquam legistis nisi quia hoc responderant quod esset contrarium? Hoc & Marcus significat, qui hęc ipsa verba ita refert, Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quæ sententia secundum Lucam magis apparet hoc loco suo dicta, post illorum contradictionem qua dixerunt, Absit. Tantundem enim valet, sicut hoc etiam ipse ponit. Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Hanc enim sententiæ voluntatem intimat, siue nunquam legistis, siue nec hoc legistis, siue quid est ergo hoc quod scriptum est? Restat ergo vt intelligamus in

plebe

Mat.21.d. 31. Ibid.d.33. Mat.11.a1. Lucæ 20.b. 9. Mat.21.d. 40. Mat.12.a.9. Luc.20.c. 15. Act.4.b.11. Psl.117.c.21. 1.Pet.2.b.8. Mat.21.d. 41. Mat.12.b.2. 10. Lucæ 20.c. 17.

plebe quæ audiebat, quosdã respõdisse quod Matthæ⁹ cõmemorat dicẽs, Aiũt illi, Malos malè perdet, & vineã suã locabit aliis agricolis: quosdã verò illud quod Lucas nõ tacuit, hoc est, Absit. Iis ergo qui illud Domino respõderãt, illi alii repõderũt, Absit: sed illorum respõsio quib⁹ isti retulerũt, absit, propterea Domino tributa est & à Marco & à Luca, quia, sicut dixi, per eos veritas ipsa locuta est: siue per nesciẽtes si mali erant, sicut p Caiphã, qui nesciẽs quid dixerit cùm esset pontifex prophetauit: siue per sciẽtes ac iã intelligẽtes atque credẽtes. Ibi enĩ erat etiã illa multitudo, per quã iã erat impleta illa prophetia, cùm veniẽti magna celebritate occurrẽtes acclamarẽt: Benedict⁹ qui venit in nomine Domini. Nec moueat quòd idẽ Matthæus principes sacerdotum & seniores populi dixit accessisse ad Dominũ, & quęsuisse in qua potestate hæc faceret, & quis ei dederit hãc potestatẽ, quãdo eos de baptismo Ioãnis vicissim interrogauit vnde esset, de cælo an ex hominib⁹? Quibus respõdẽtibus q; nesciret, ait, Nec ego vobis dico in qua potestate hæc facio. Inde enĩ secut⁹ est cõtextim loquẽdo, & ait: Quid autẽ vobis videtur: homo quidã habebat duos filios: & cętera, sine vlla cuiusquã rei vel personæ interpositione, secũdũ Matthæũ sermo cõtexitur, vsq; ad hoc quod de locata agricolis vinea cõmemoratur. Potest enĩ putari omnia eũ principibus sacerdotũ & seniorib⁹ populi locutũ fuisse, à quibus fuerat de sua potestate interrogatus. Qui vtiq; si tẽtãtes & inimici quæsierant, nõ in eis possunt intelligi qui crediderãt, atq; illud clarũ ex propheta testimoniũ Domino perhibuerãt: qui etiã modò respõdere potuisset, nõ nesciẽtes, sed credẽtes, Malos malè perdet, & vineã suã locabit aliis agricolis. Hoc omnino mouere nõ debet, vt ideo putemus nõ fuisse credentes in illa multitudine quæ tũc Domini parabolas audiebat. Tacuit nãq; idẽ Matthęus breuitatis causa, quod Lucas non tacet, parabolã istã scilicet, nõ ad eos solos dictã, qui de potestate interrogauerãt, sed ad plebem. Sic enĩ ait: Cœpit autẽ dicere ad plebẽ parabolã hãc: Homo plãtauit vineã, & cætera. In hac ergo plebe intelligẽdũ est etiam illos esse potuisse qui sic eũ audirẽt, quomodo cui dixerant, Benedictus qui venit in nomine Domini: & ipsos vel ex ipsis fuisse qui responderunt, Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. Quorum responsionem nõ solùm propter ea Domino tribuerunt Marcus & Lucas, quòd hoc ipse dixisset qui veritas est, qui etiam per malos atque nescientes sæpe loquitur, occulto quodam instinctu mentem hominis mouens, non sanctitatis illius merito, sed iure propriæ potestatis: verumetiam quia tales esse potuerunt, vt non frustra in ipso corpore Domini iam sicut membra deputarentur: vt merito eorum vox illi tribueretur, cuius membra erant: qui iam baptizauerat plures quàm Ioannes, & habebat turbas discipulorum, sicut ipsi Euangelistæ sæpe testantur, & vnde erant etiam illi quingenti fratres quibus eum apostolus Paulus post resurrectionem præsentatum esse commemorat: præsertim quia & secundum eundem Matthæum non ita dictum est, Aiunt illi, malos malè perdet: vt in eo quod positum est, Illi, pluralis numerus accipiendus sit, tanquam eorum fuerit ista responsio, qui eum de sua potestate dolosè interrogauerant, sed aiunt illi, dictum est, id est, ipsi Domino, singulari pronomine, non plurali, quod in codicibus Græcis sine vllo scrupulo ambiguitatis apparet. Est quidam sermo Domini apud euãgelistam Ioannem, vbi hoc quod dico facilius possit intelligi. Dicebat ergo, inquit, Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos, Si

Lucæ 20.b. 9. Ibid.19.f.38. Ioan. 4.a.1. 1.Cor.15.a. 6. Ioan.8.d.31.

vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Et respõderũt ei, Semẽ Abrahæ sumus, & nemini seruiuim⁹ vnquam. Quomodo tu dicis liberi eritis? Respõdit eis Iesus, Amẽ amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seru⁹ autẽ nõ manet in domo in æternũ, filius autẽ manet in æternũ. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filii Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus nõ capit in vobis. Nõ vtiq; illis diceret, Quæritis me interficere, qui in eũ iã crediderãt, quibus dixerat, Si vos mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: sed quia hoc ad eos dixerat, qui iã in eũ crediderãt, ea verò multitudo præsens erat quę plures habebat inimicos, etiã nõ exprimẽte Euãgelista qui esset qui respõderũt, ex hoc ipso p respõderũt, & quod deide ab illo audire meruerũt, satis apparet quæ verba quibus sint tribuẽda personis. Sicut ergo in hac multitudine secũdũ Ioannem erãt qui iã crediderãt in Iesum, erãt etiam qui eũ occidere quærebant. Sic in illa de qua nunc loquimur erãt qui dolosè Dominũ interrogauerant, in qua portestate illa faceret. Erãt etiã qui nõ dolosè, sed fideliter acclamauerãt, Benedictus qui venit in nomine Domini. Ac per hoc erãt q dicerẽt: Malos malè perdet, & vinã suã locabit aliis. Quę vox rectè etiã ipsius Domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem quæ ipse est, siue propter mẽbrorũ eius cũ suo capite vnitatẽ. Erãt etiã qui talia respõdẽtibus dicerẽt, Absit, quia intelligebãt in seipsos esse parabolã dictã.

Capvt LXXI. Mat.21.d. 45. SEQVITVR Matthæus: Et cùm audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quòd de ipsis diceret, & quærentes eũ tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant. Et respondens

Mat. 22.a 1. Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens, Simile factũ est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Parabolam istam de inuitatis ad nuptias, solus Matthęus narrat. Simile quiddam etiam Lucas commemorat, sed

Lucæ 14.d 16. non est hoc, sicut & ordo ipse indicat, quamuis & illud nonnullam huius similitudinem gerat. Quod verò post illam parabolã de vinea & occiso filio patris familiâs subnectit Matthæus, cognouisse Iudæos, quòd

Mat.21.d. 45. in eos totum dictum fuerit, & insidias cœpisse moliri: hoc etiam Marcus Lucãsque testantur eundem ordinem retinentes: sed inde ipsi pergunt in aliud, ex hoc

Mat.22.a. 12. subiungentes quod & Matthæus post istam quam solus interposuit de nuptiis parabolam, ex ordine inseruit.

Lucæ 20.d. 19. Capvt LXXII. Numisma Cæsaris. SEQVITVR ergo Matthæus: Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum

Mat.22.b. 15. Herodianis, dicentes, Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari aut non? & cætera, vsque ad illud vbi ait, Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. Hæc duo Domini responsa, vnum de nummo propter tributum reddendum Cæsari, vlterum de resurrectione propter illam mulierem quæ septem sibimet succedentibus fratribus nupserat, Marcus & Lucas similiter narrant,

Marci 12.b 13.&.18. Lucæ 20.d. 20.& c.27. nec in ordine aliquid discrepãt. post parabolam quippe illam de cõductoribus vineæ, & de Iudæis præparãtibus insidias in quos dicta est, quam omnes tres cõmemorauerunt, prætermittunt hi duo Marcus & Lucas parabolam de inuitatis ad nuptias, quam solus Matthæus interposuit: & cum illo iam sequuntur,

narrantes hæc duo, de tributo Cæsaris, & de muliere septem singillatim virorum, eodem prorsus ordine sine aliqua repugnantiæ quæstione.

CAPVT LXXIII. De manda to maximo. Mat.22.d. 34. Deut. 6. a.5.

SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Pharisæi autem audiētes quòd silētiū imposuisset Sadduceis, cōuenerūt in vnū, & interrogauit eū vnus ex eis legislator, tētās eū, Magister, q̄ est mādatū magnū in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominū Deū tuū in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximū & primū mandatū. Secūdū autē simile est huic, Diliges proximū tuū sicut te ipsū. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pēdet & Prophetæ. Hoc & Marcus cōmemorat, eundē ordinē seruans. Nec moueat quòd Matthæus dicit, tētantē fuisse illū à quo Dominus interrogatus est; Lucas autē hoc tacet. Et in fine ita Marcus cōcludit, quòd ei Dominus sapiēter respōdēti dixerit, Nō lōgè es à regno Dei. Fieri enim potuit, vt quamuis tētās accesserit, Domini tamē respōsione correctus sit. Aut certè ipsā tentationē nō accipimus malā, tanquā decipere volētis inimicū, sed cautā potius, tāquā experiri amplius volētis ignotū. Neq; enim frustra scriptū est, Qui facilè credit, leuis corde est, & minorabitur. Lucas autē non hoc ordine, sed lōgè alibi tale aliquid interponit. Vtrū autē hoc recordetur, an alius ille sit cū quo similiter de duobus istis præceptis Dominus egerit, prorsus incertū est. † Hic autē etiā rectè videtur alius esse, nò solùm propter ordinis multā differētiā, sed quia etiā ipse dicitur respōdisse Domino interrogāti, & in sua respōsione cōmemorasse duo ista præcepta. Et cùm ei dixisset Dominus, Hoc fac & viues: vt illud faceret quod magnū esse in lege ipse respōderat, secutus Euangelista ait: Ille autem volens se iustificare dixit, Et quis est meus proximus? Tunc Dominus narrauit de illo qui descendebat ab Hierusalē in Hierico, & incidit in latrones. Vnde quia & tentans prædictus est, & duo præcepta ipse respondit: & post admonitionem Domini, dicentis, Hoc fac & viues: non bonus commendatur cùm dicitur de eo, Ille autem volens se iustificare. Iste autem quē pati ordine Matthæus Marcúsque commemorant, tam bene cōmendatus est, vt ei diceret Dominus, Non lōgè es à regno Dei: probabilius creditur hunc alium esse, non illum.

Deut. 6. a.5. Leuit. 19. d. 18. Luc. 12. c.31. Mat.22.c. 28. Eccl.26. Lucæ 10. c. 25. al. Hint. Ibid.c. 28.*

CAPVT LXXIIII. Mat.22.d. 41.

SEQVITVR Matthæus: Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus dicens, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eū Dominum dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominū, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Hoc consequenter & codē ordine Marcus quoque commemorat. Lucas etiam, tantum modo de illo tacet, qui interrogauit Dominū, quod esset mandatum primum in lege. Hoc autē prætermisso, eundem etiam ipse ordinem seruat, & hoc de Christo, quomodo sit filius Dauid, quæsisse à Iudæis Dominum pariter narrat. Nec interest ad sentētiam, quòd secundum Matthæum, cùm interrogasset Iesus, quid eis videatur de Christo, cuius esset filius, illi responderunt, Dauid: tunc demum intulit, quomodo eum Dauid diceret Dominum. Secundum illos autem duos, Marcum & Lucam, nec interrogati esse, nec respondisse inueniuntur. Intelligere enim debemus post eorum responsionem sentētiam ipsius Domini à duobus Euangelistis insinuatam, quomodo ab illo dicta sit, his audientibus quos volebat suo magisterio vtiliter informare, & à scribarum alienare doctrina: qui de Christo illud solū sapiebāt, quòd secūdū carnē fact⁹ erat ex semine Dauid, nō eū autē intelligebāt Deū, propter q̄ erat Dñs ipsius Dauid. Ideo tanquā de illis errātibus Dominus ad istos sermonē faciēs quos volebat ab illorū errore liberari, secūdū hos duos Euāgelistas cōmemorat, vt quod illis dictū est. Quomodo dicitis, sicut Matthæus narrat: sic accipiatur, nō tāquā ad illos, sed tāquā de illis ad eos potius dictū sit quos volebat instruere.

Marci 12. d 35. Lucæ 20.g. 41.

SEQVITVR Matthæus ita narrationis ordinē texēs: Tūc Iesus locutus est ad turbas & discipulos suos dicēs, Super cathedrā Moysi sederūt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcūq; dixerint vobis, seruate & facite: secūdū verò opera eorū nolite facere. Dicūt enī & nō faciūt: & cætera, vsq; ad illud vbi ait, Nō me videbitis amodò donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Similē sermonē habuisse Dominū aduersus Pharisæos & Scribas legisq; doctores, Lucas quoq; cōmemorat, sed in domo cuiusdā Pharisæi qui eū vocauerat ad cōuiuiū. Quod vt narraret digress⁹ erat à Matthęo, circa illū locū, vbi ambo cōmemorauerāt quod dictū est à Domino, de signo Ionæ triū dierū & noctiū, & de regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immundo qui redit & inuenit mundatā domū. Post quē sermonē dicit Matthę⁹: Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabāt foris, quærētes loqui ei. Lucas autē in eo sermone Domini, cōmemoratis etiā quibusdā quæ Matthę⁹ dixisse Dominū prætermisit, ab ordine quē cum Matthæo tenuerat ita digredit: Et cùm loqueret, inquit, rogauit illū quidā Pharisæus vt pranderet apud se: & ingressus domū recubuit. Pharisæus autē cœpit intra se reputās dicere, quare nō baptizatus esset ante prandiū. Et ait Dominus ad illū: Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini, mūdatis. Atq; hinc iā cætera in eosdē Pharisæos & scribas & legis doctores talia dicit, qualia Matthæus hoc loco, quē nūc considerandū suscepimus. Quāquā ergo ita ista Matthæ⁹ cōmemorat, vt quāuis domū illius Pharisæi nō nominet, nō tamē locum exprimat vbi dicta sint, quo repugnet aliquid illi domui: tamen quia iam venerat Dominus in Hierusalem à Galilæa, & post eius aduentum ita superiòra vsque ad hunc sermonem contexuntur, vt probabiliter accipiantur in Hierusalem gesta, Lucas autem illud narrat, cùm adhuc Dominus iter ageret in Hierusalem, videntur mihi similes duo esse sermones, quorum ille alterum, alterum iste narrauit. Sanè considerandum est quomodo hîc dictum sit: Non me videbitis amodò donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini: cùm secundum eundem Matthæum iam hoc dixerint. Lucas enim dicit hoc esse responsum à Domino illis qui eum monuerant vt inde iret, quoniam vellet eum Herodes occidere. Ibi etiam aduersus ipsam Hierusalem ea prorsus verba ab illo esse dicta commemorat, quæ hîc Matthæus. Sic enim narratur secundum Lucam: In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite dicite vulpi illi, ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor: verumtamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cū dicetis, Benedictus qui venit in nomine Dñi.

Mat.23.a. Lucæ 11.c. 43. Mat.12.c.39 Lucæ 11.d. 29. Ionæ 2.2. & 3.b.5. Mat.12.d. 46. Lucæ 11.c. 37. Mat.23.d. 39. Ibid.21.d. Lucæ 13.c. 31.

Narrationi

Narrationi quidē huic Lucæ nō videt aduersari, quòd turbæ dixerūt Domino venīcti ad Hierusalē, Benedictus qui venit in nomine Domini: secūdū quippe Lucæ ordinē nōdū illuc venerat, & nondū dictū erat. Sed quia nō dicit quòd inde tūc abscesserit, vt nō veniret, nisi eo tēpore quo iā illud diceretur, perseuerat quippe in itinere suo, donec veniat Hierusalē: atq; illud q̄ ait, Ecce ego eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die cōsūmor: mysticè ab illo & figuratè dicta intelligunt. Neq; enī eo die passus est, qui est ab hoc die tertius, cùm cōtinuò dicat, Oportet me hodie & cras & sequēti ambulare: cogit profectò etiā illud mysticè intelligi q̄ ait, Non videbitis me donec veniat cùm dicetis, Benedict⁹ qui venit in nomine Domini: de illo suo aduētu, quo in claritate venturus est, hoc significās: vt illud quod ait, Eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die cōsūmor: referatur ad corpus eius, q̄ est ecclesia. Expellūtur enim dæmonia, cùm relictis paternis superstitionib⁹ credūt in eū gētes. Et perficiūtur sanitates, cùm secundū eius præcepta viuitur, posteaquā fuerit diabolo & huic seculo renūciatū, vsq; in finē resurrectionis, qua tanquā tertia cōsummabitur: hoc est, ad plenitudinē angelicā per coporis etiā immortalitatē perficiēt ecclesia. Qua propter ordo iste Matthæi nequaquā putandus est in aliquid aliud esse digressus. Sed Lucas magis intelligēdus est, vel præoccupasse quæ gesta sunt in Hierusalē, & recordādo interposuisse, antequā eius narratio Dominū perduceret Hierusalē: aut eidē ciuitati iam propinquantē talia respōdisse monētib⁹, vt caueret Herodē, qualia Matthæus eū dicit etiā turbis locutū, cùm iā peruenisset in Hierusalē, atque illa omnia peracta essent quæ suprà narrata sunt.

Mat.21.a.9. & 23.d.39. Lucæ 13.f. 35. Ibidem.

CAPVT LXXVI. Mat. 24.a.1.

SEQVITVR Matthæus & dicit: Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem qui non destruatur. Marcus etiam commemorat hoc eodem penè ordine, post aliquantam digressionem, ad hoc factam vt cōmemoraret de vidua quæ misit duo minuta in gazophilaciū, quod cum eo Lucas solus commemorat. Nam etiam secundum Marcum, posteaquam illud Dominus egit cum Iudæis, quomodo acciperēt Christum filiū Dauid, ea narrantur quæ dicit de cauendis Pharisæis & hypocrisi eorum. Quem locum Matthæus latissimè prosecutus est, & plura ibi dicta narrauit: atque ideo post eundem locum quem breuiter perstrinxit Marcus, & copiosè digessit Matthæus, nihil amplius Marcus intulit, sicut dixit, quàm de illa vidua pauperrima & vberrima: ac deinde subiunxit ea quibus Matthæo iterū cohæret, dicens de templi futura euersione. Lucas quoque post illud de Christo quomodo esset filius Dauid pauca de cauenda hypocrisi Pharisæorum cōmemorat. Inde sicut Marcus pergit ad viduā, quæ duo minuta in gazophylaciū misit. Deinde subiūgit de tēpli futura euersione, quod & Matthæus & Marcus.

Mat.13.a.1. Ibid.12.d. 41. Lucæ 21.a 1. Marci 12. d. 35. Lucæ 20.g. 46. Lucæ 21.a. 1.

CAPVT LXXVII. Matt.24.a.3.

SEQVITVR Matthæus dicens: Sedente autem eo super montē Oliueti, accesserūt ad eū discipuli secretò dicentes, Dic nobis quando hęc erūt, & quod signū aduentus tui, & cōsummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Et ibūt hi in suppliciū æternum, iusti autē in vitam æternam. Nunc iam istum prolixū sermonē Dñi secundū tres Euangelistas, Matthæum, Marcum & Lucam cōsideremus. Eūdē quippe tenētes ordinē pariter & ista cōtexūt. Dicūt quidē hic etiā aliqua singuli ꝓpria, in quib⁹ nulla est repugnātiæ metuēda suspicio. De his autē quę pariter dicūt, nec vbi sibimet aduersari putētur, videndū est. Neq; enī dici potest si aliquid tale occurrerit, aliud esse atq; alibi à Dño similiter dictū, quādo eo dē loco rerū ac tēporū, omniū, triū versatur narratio. Sanè q̄ earūdē sentētiarū à Dño dictarum, nō eūdem omnes ordinē seruāt, nihil ad rē pertinet vel intelligēdā vel infinuāndā, dū ea quæ ab illo dicta referūtur nō sibi met aduersentur. Quod ergo Matthæ⁹ ait, Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in vniuerso orbe in testimoniū omnib⁹ gētibus, & tūc veniet cōsūmatio: & Marcus eodē ordine ita cōmemorat. In omnes gentes primū oportet prædicari Euāgeliū: nō dixit, Et tūc veniet cōsūmatio: sed hoc significat q̄ ait, Primū: id est, in oēs gentes primū oportet prædicari Euāgeliū: quia illi de fine interrogauerāt. Cùm ergo dicit, Primùm oportet in omnes gētes prædicari Euangeliū: significat vtiq;, primùm, antequā veniat cōsūmatio. Itē quod Matthæ⁹ ait, Cùm ergo videritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantē in loco sancto, qui legit intelligat: Hoc Marcus dicit ita, Cùm autē videritis abominationē desolationis stantē vbi nō debet, qui legit inielligat: in qua mutatione verbi exposuit eandē sentētiā: ideo quippe vbi nō debet, quia in loco sancto nō debet. Lucas autē nō ait, Cùm autē videritis abominationē desolationis, stātē in loco sancto; aut, vbi nō debet: sed ait, Cùm autem videritis circūdari ab exercitu Hierusalem, tūc scitote, quia appropinquabit desolatio eiⁿ. Tūc erit ergo abominatio desolationis in loco sancto. Quod Matthæus autē ait, Tūc qui in Iudæa sunt fugiāt ad mōtes; & qui in tecto, nō descendat tollere aliquid de domo sua; & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā suā. Totidē penè verbis hoc etiā Marcus cōmemorat. Lucas autē, Tūc qui in Iudæa sunt, inquit, fugiant in mōtes: hoc sicut illi duo, cætera verò aliter. Sequitur enī & dicit, Et qui in medio eius, discedāt; & qui in regionibus, nō intrēt in eam: quia dies vltiōnis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Satis diuersum videtur quod illi duo dixerunt, Et qui super tectū, nō descendat tollere aliquid de domo sua: & quod iste dicit, Et qui in medio eius, discedant: nisi fortè quia tūc perturbatio magna erit, tam magno instante periculo illis quos inclusisset obsidio, quòd significat dicendo, qui in medio eius, in tecto erunt, attoniti & volentes videre quid impendeat, vel quā euadendū sit. Sed quomodo ait, discedāt: quando suprà dixit, Cùm autē videritis circumdari ab exercitu Hierusalem? Nā illud quod sequitur, Qui in regionibus, non intrent in eā: videtur ad congruā pertinere admonitionem. Et potest obseruari, vt qui extra sunt nō in eā intrent: qui autē in medio sūt quomodo discedant, ab exercitu iam ciuitate circū data? An hoc est in medio eius, quando iam ita periculū vrgebit vt temporaliter ad prēsentem vitā tuendā non possit euadi? Et quoniam tūc parata debet esse anima ac libera, nec carnalibus desideriis occupata & oppressa, hoc significat quod ab aliis duobus dictum est, in tecto vel super tectū: vt quod iste ait, discedant, id est non iam huius vitę desiderio capiantur, sed in aliam vitā migrare parati sint, hoc illi duo dixerint, non descendat tollere aliquid de domo: id est, nullo affectu inclinetur ad carnem tanquam aliquid inde commodi perceptu rus. Et quod iste ait, Qui in regionibus, non intrent in eam: id est, qui iam bono cordis propositio extra illam facti sunt, non eam rursus carnali cupiditate desiderent: hoc illi dixerunt, Et qui in agro est non reuertatur retrò tollere vestimentum suum: tanquam iterum

Mat.24.b. 14. Marci 13. b. 10. Mat.24.b. 15. Marc.13 b. 14. Dan.9.g. 27. Lucæ 21 d. 20. Mat.24.b. 16. Marci 13.b. 14. Lucæ 21. d. 21. Mat 24.b. 16.& Marci 13.b 14. Lucæ 21.d. 21. Ididem. Mat 24.b. 18.& Marcã 13.b.16.

Mat. 24. b. 20. Marci 13. c. 18.

inuolui curis quibus erat exutus. Quod verò ait Matthęus, Orate autē vt nō fiat fuga vestra hyeme vel sabbato: hinc Marc⁹ partē dixit, partē tacuit, Orate verò, inquit, vt hyeme nō fiant. Lucas autē hoc nō dixit, sed tamen dixit aliquid solus, quod mihi videtur hāc ipsā quæ ab istis obscurè posita est illustrasse sententiā. Ita enī ait: Attendite autē vobis ne fortè grauentur corda

Lucæ 21. g. 34.

vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitę, & superueniat in vos repētina dies illa: tanquā laqueus enī superueniet in omnes qui sedēt super faciē orbis terrę. Vigilate itaq; omni tēpore, orātes vt digni habeamini

Fugi in hyeme & sabbatho quid.

fugere ista omnia quæ futura sūt. Hæc intelligitur fuga quā Matthæus cōmemorat, quæ nō debet fieri hyeme vel sabbato. Ad hyemē autē pertinent curæ huius vitæ, quas Lucas apertè posuit. Ad sabbatū verò crapula & ebrietas. Curæ quippe tristes sunt velut hyems. Crapula verò & ebrietas, carnali lætitia luxuriāq; cor submergit atque obruit. Quod malū sabbati nomine propterea significatū est, quia hæc erat sicuti & nūc est Iudeorū pessima consuetudo, illo die deliciis affluere, dū spiritale sabbatū ignorāt. Aut si aliquid aliud in illis secundū Matthæū & Marcū verbis intelligendū est, aliquid aliud etiā Lucas dixerit, dū tamen nulla repugnantiæ quæstio moueatur. Neque enim nunc Euangelia exponenda suscepim⁹, sed à fallitatis vel fallaciæ calumniis defendenda. Alia verò quæ in hoc sermone Matthæus posuit communia cum Marco, nihil habēt quæstionis. Quæ autem cum Luca, non in hoc sermone Lucas ea posuit, cuius hic ordo concordat: sed alibi talia vel recordatur atque inserit præoccupando, vt prius commemoret quæ postea à Domino dicta sunt, vel bis à Domino dicta facit intelligi, & nunc secundum Matthæum, & tunc secundum ipsum.

Capvt LXXVIII. De nardo pistica.

Mat. 26. a. 2.

Sequitvr Matthæus, Et factum est cùm consūmasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduū Pascha fiet, & fili⁹ hominis tradetur, vt crucifigatur. Huic attestātur alii duo, Marcus & Lucas, ab eodē ordine non recedētes: Neq; hoc tanquā à Domino dictū insinuāt: hoc enī intimare prætermiserunt. Ex sua tamē persona & Marcus dicit, Erat

Marci 14. a. 1.

autē Pascha & azyma post biduum. Et Lucas, Appropinquabat autē dies festus azymorū qui dicitur Pascha.

Lucæ 22. a. 1.

Sic ergo appropīquabat, vt esset post biduū, sicut alii duo apertius consonant. Ioannes verò tribus quidē locis cōmemorauit eiusdem diei festi propinquitatē, cùm alia quædā duob⁹ superiorib⁹ locis narraret. Tertio autē loco apparet eius narratio circa ipsa versari tēpora, vbi hoc etiā illi tres intimāt: id est, impendente iā Dominicæ passionis die. Sed hoc videri potest parum diligenter intuentibus esse contrarium, quod Matthæus & Marcus posteaquam dixerunt Pascha post biduum futurum, deinde commemorauerunt quod erat Iesus in Bethania, vbi de vnguento illo pretioso dicitur. Ioannes autē ante sex dies Paschę dicit Iesum

Ioan 11. g. 55. & 12. a 1.

Ioan. 13. a. 1.

Mat. 26. a 6 M 14. a. 3.

Ioan 12. a. 1.

venisse in Bethaniā, de vnguento eadem narraturus. Quomodo ergo secundum illos duos, post biduum futurum erat Pascha: cùm posteaquam id dixerunt, inueniantur cum Ioanne in Bethania illud de vnguēto quod ipse narrantes; cùm autem ipse dicat, post sex dies futurum Pascha? Sed qui ita mouentur non intelligunt Matthæum & Marcum illud quod in Bethania de vnguento factum erat recapitulando posuisse, non post illam de biduo prædicationem suā, sed autē iam factū cùm adhuc sex dies essent ad Pascha. Non enim quisquam eorum cùm dixisset, post biduū futurum Pascha, sic adiūxit de illo facto in Bethania, vt diceret: Post hæc cùm esset in Bethania; sed Matthæus quidem, Cùm autem esset, inquit, Iesus in Bethania: Marcus autē, Cùm esset Bethanię. Quod vtiq; intelligitur & antequā illa dicerentur quæ ante biduū Paschę dicta sunt. Sicut ergo ex Ioānis narratione colligit, Ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam: ibi factū est illud conuiuiū vbi de vnguento pretioso fit cōmemoratio: Inde venit Hierosolymā sedēs super asellū. Deinde postea geruntur ea quæ narrāt post hūc aduentum eius Hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo venit in Bethaniā, atq; illud de vnguento factū est, vsq; ad diē quo ista omnia gesta atq; dicta sunt, intelligimus, etiā Euangelistis nō cōmemorātibus, cōsumptū fuisse quatriduū, vt occurreret dies quē ante biduū Paschæ duo definierūt. Lucas autē cùm ait, Appropīquabat autē dies festus azymorū: nō expressit biduum, sed hanc propinquitatem quā cōmemorauit, in ipso interuallo bidui debemus intelligere. Ioānes verò cùm dicit, Proximum erat Pascha Iudæorū, non hoc biduum vult intelligi, sed sex dies ante Pascha. Proinde cùm quædā post hoc dictū cōmemorasset, tūc iā volēs ostēdere quàm proximū fuisse Pascha dixisset. Iesus ergo ante sex dies, inquit, Paschæ, venit in Bethaniā vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerūt autē ei cœnā ibi. Hoc illud est q; cōmemorant recapitulantes Matthæus & Marcus, cùm iā dixissent post biduū futurū Pascha. Recapitulando ergo ad illū diem redeunt in Bethaniā, qui erat ante sex dies Paschæ, & narrant quod & Ioānes de cœna & vnguēto: vnde vēturus erat Hierosolymā, & peractis illic quæ narrata sunt, peruenturus ad diē qui erat ante biduū Paschæ, vnde isti digressi sunt, vt recapitulando cōmemorarēt quod antè in Bethania de vnguēto gestum est. Cuius rei peracta narratione, illuc iterū redeunt, vnde digressi fuerant: id est, vt iā sermo Domini narretur, quē habuit ante biduum Paschæ. Nam si tollamus de medio quod gestum in Bethania digredientes ab ordine recolendo & recapitulando narrarunt, & ipsum ordinem contexamus, ita sermo dirigitur secūdum Matthæum dicente Domino, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Mat. 26. a. 2. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotū, & cætera. Inter illud enim quod dictum est, Ne tumultus fieret in populo, & illud quod dictum est, Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas: interpositum est illud de Bethania quod recapitulando dixerunt. Quo nos prætermisso contexuimus narrationem, vt insinuaremus non repugnare ordinem temporum. Secundum autem Marcum, de Bethaniæ conuiuio quod recapitulando & ipse interposuit, similiter prætermisso, ita se ordo narrationis tenet: Erat autem Pascha & azyma post biduū, & quę-rebant summi sacerdotes & scribæ quomodo eū dolo tenerent & occiderent. Dicebant enim, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret populi. Et Iudas Scarioths, vnus ex duodecim, abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum, & cætera. Etiam hic inter illud quod dictum est, Ne fortè tumultus fieret populi, & illud quod adiunxim⁹, Et Iudas Scarioths vnus ex duodecim: positum est illud de Bethania, quod recapitulando dixerunt. Lucas sanè ipsam rem gestam in Bethania prætermisit. Hæc diximus propter sex dies ante Pascha, quod dixit Ioannes, cùm in Bethania rem gestam narraret, Et biduum ante Pascha; quod Matthęus & Marcus dixerunt, cùm post hoc à se dictum illud

Marci 14. a. 1.

Lucæ 22. a. 1.

illud in Bethania quod Ioannes commemorarent.

Capvt LXXIX. De eodem. Mat. 26. a. 3.

Sequitvr ergo Matthæus ab eo loco vbi finē fecerāmus considerandæ narrationis, & dicit: Tunc congregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atriū principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, & consiliū fecerunt vt Iesum dolo tenerēt & occiderēt. Dicebant autē, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Cū autē esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eū mulier habens alabastrū vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recūbentis: & cætera, vsq; ad illud vbi ait, Dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. Nunc iam de muliere, atq; vnguento pretioso quod in Bethania gestū est, consideremus. Lucas enim quamuis simile factū cōmemoret, nomēq; conueniat eius apud quē conuiuabatur Dominus: nam & ipsum Simonē dicit: tamen qa non est contra naturā vel cōtra morē hominū, vt si potest vnus homo habere nomina duo, multò magis possint & vnū nomen habere homines duo, potius credibile est aliū fuisse illū Simonē non leprosum, in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. Nam nec Lucas in Bethania rē gestam dicit quam narrat. Et quamuis non cōmemoret ciuitatē aut castellū vbi factū sit: tamen nō videtur in eodē loco versari eius narratio. Nihil itaq; aliud intelligendū arbitror, nisi nō quidem aliam fuisse mulierē, quæ peccatrix tūc accessit ad pedes Iesu, & osculata est, & lauit lachrymis, & tersit capillis, & vnxit vnguēto. Cui Dominus adhibita similitudine de duobus debitoribus, ait dimissa esse peccata multa, quoniam dilexit multū. Sed eandē Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet q; Lucas narrauit, cū primò accedens cū illa humilitate & lachrymis meruit peccatorū remissionē. Nā hoc & Ioannes, quāuis non sicut Lucas quēadmodū factū esset narrauerit, tamē ipsam Mariam cōmendans cōmemorauit, cū iam de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, antequam veniret in Bethaniā. Quod ita ibi narrat: Erat autē qdam, inquit, languens Lazarus à Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria autē erat q̄ vnxit Dominū vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Hoc dicens Ioannes attestatur Lucæ, q. hoc in domo Pharisæi cuiusdam Simonis factum esse narrauit. Iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est, q. ad Lucæ narrationem nō pertinet, sed pariter narratur à tribus, Ioanne scilicet, Matthæo & Marco. Inter istos igitur tres, Matthæum, Marcum & Ioannem, quemadmodum hoc conueniat attendamus, de quibus nō est dubium quòd eandem rem narrent gestam in Bethania, vbi etiam discipuli, quod omnes tres commemorant, murmurauerunt aduersus mulierem tanquam de perditione pretiosissimi vnguenti. Quod ergo Matthæus & Marcus caput Domini vnguento illo perfusum dicūt, Ioannes autē pedes, regula illa ostenditur nō esse contrarium quam demonstrauimus, cùm de quinque panibus pasceret turbas. Ibi enim quia non defuit qui & quinquagenos & centenos discubuisse commemoraret, cùm alius quinquagenos tantum dixerit, nō potuit videri contrarium. Potuisset autem si alius centenos tantum posuisset, sicut alius quinquagenos, & tamen debuit inueniri vtrumq; factum esse. Quo exemplo informari nos oportuit, sicut illic admonui, etiam vbi singuli Euangelistæ singula commemorant, vtrūque factum intelligere: Proinde & hic non solum caput, sed & pedes Domini accipiamus perfudisse mulierem. Nisi fortè quoniam Marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat, tam quisque ab surdus & calumnioſus est, vt aliquid in vase fracto neget remanere potuisse, vnde etiam pedes perfunderet. Sed cū iste cōtenderit sic esse fractū, vt nihil ibi residui fieret, nitens aduersus veritatē Euangelij: quanto melius & religiosius cōtendit alius non esse ita fractū vt totū effunderet, nitens pro veritate Euangelij. Ille autē calūniator si tā pertinaciter cæcus est, vt Euangelistarū concordiā de alabastro fracto frangere conetur, prius accipiat perfusos pedes antequā illud fractū esset, vt in integro remaneret: vnde etiā caput perfunderetur, vbi fractura illa totū effunderet. A capite quippe nobis ordinatè consuli agnoscimus, sed ordinatè etiā nos à pedibus ad caput ascendimus. Cætera facti huius nullā mihi videntur habere quæstionē. Quod enim alij dicunt discipulos murmurasse de vnguēti effusione pretiosi, Ioannes autē Iudā cōmemorat, & ideo quia fur erat, manifestū puto esse discipulorū nomine eūdem Iudā significatū, locutione illa quā de Philippo in quīque panib. insinuauimus plurali numero pro singulari vsurpato. Potest etiā intelligi quòd & alij discipuli aut senserint hoc, aut sibi dixerint, aut eis Iuda dicētę persuasum sit, atq; omniū voluntatē Matthæus & Marcus etiā verbis expresserint: sed Iudas propterea dixerit, qa fur erat, cæteri verò propter pauperū curā, Ioannē autē de solo illo id cōmemorare voluisse, cui⁹ ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimādam.

Lucæ 7. f. 36.

Mat. 26. a. 3. Mar. 14. a. 4.

Ioan 12. a. 4.

Ioan. 6. a. 7.

Capvt LXXX. Cœna suprema.

Sequitvr Matthæus: Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotū, & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradā? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos, &c. vsque ad illud, vbi ait: Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha. Nihil in hoc capitulo contrariū putari potest Marco & Lucæ, qui hoc idē similiter narrant. Quod enim dicit Matthæus, Ite in ciuitatē ad quendā, & dicite ei, Magister dicit, tempus meū propè est, apud te facio Pascha cū discipulis meis: cū significat quē Marcus & Lucas dicunt patrēfamiliās vel dominū domus, in qua eis cœnaculum demonstratū est, vbi pararent Pascha. Quod ergo interposuit Matthæus, Ad quendā: tanquā ex persona sua studio breuitatis illud compēdio voluit insinuare. Si enim diceret dixisse Dominū, Ite in ciuitatē, & dicite ei: Magister dicit, tēpus meum propè est, apud te facio Pascha: tanquā ciuitati dicendum esset, acciperetur. Ac per hoc nō ex Domini, cuius mādatum narrabat, sed ex sua persona interposuit, ad quendā iussisse Dominum vt irēt, ne haberet necesse totum dicere, cùm hoc illi ad insinuandam iubentis sententiam sufficere videretur. Nam neminem sic loqui, vt dicat, Ite ad quendam, quis nesciat? Si enim diceret, Ite ad quemcunque, aut, ad quemlibet: posset esse integra locutio: sed non esset certus homo ad quem mitterentur, cùm eum certum ostendant, quamuis tacito eius nomine, Marcus & Lucas. Sciebat quippe Dominus ad quem mitteret. Et vt eum etiam illi quos mittebat inuenire possent, præmonuit quod indicium sequerentur, de homine gestante aquæ lagenam vel amphorā, vt eum secuti ad domum quā volebat, venirent. Cùm itaque non hic posset dici, Ite ad quemlibet: quod integritas quidem locutionis admittit, sed hoc loco rei huius quæ insinuabatur veritas non admittit: quanto minus hic dici potuit: Ite ad quendam, quod omnino nunquam recta locutione dici potest. Sed planè discipulos à Domino, non ad quemlibet, sed ad quendam hominem, id est, ad certum aliquem missos esse manifestum. Quod nobis ex persona sua rectè potuit Euāgelista narrare, vt diceret: Misit eos ad quendam, vt diceret ei, Apud te facio Pascha. Potuit etiam sic, Misit eos ad quendam dicens, Ite dicite ei, apud te facio

Mat. 26. b. 2.

Mat. 14. b. 13.

Lucæ 22. b. 10.

Hoc in Græcis non habet locum. Mat. 26. b. 18.

Mat. 26.

Pascha. Ac per hoc cũ verba Domini Matthæus posuisset dicentis, Ire in ciuitatẽ; interposuit ipse, ad quẽdã: nõ quia hoc Dominus dixerit, sed vt ipse nobis insinuaret tacito nomine fuisse quẽdã in ciuitate ad quẽ Domini discipuli mittebantur, vt præparatẽt Pascha. Ac si post hanc ex persona sua interpositionẽ duorum verborum, sequitur ordidẽ verborũ Domini dicẽtis: Et dicite ei, Magister dicit. Iã enim si quæras cui rectè respondetur, illi cuidã homini ad quẽ misisse insinuauit Euangelista, cùm ex persona sua interposuisset, ad quẽdã: minus quidẽ vsitata locutio, sed tamẽ sic intellecta integerrima est. Aut si habet aliquid proprietatis Hebræa lingua, qua perhibetur scripsisse Matthæus, vt etiã totũ ex persona Dñi dictum locutionis integritate non careat, viderint qui nouerunt. Sanè ita posset etiã Latinè dici, si diceretur, Ire in ciuitatẽ ad quendã quẽ vobis demonstrauerit homo, qui vobis occurrerit lagenã aquæ portãs: hoc modo iubenti sine ambiguitate posset obtẽperari. Velut etiã si diceret, Ite in ciuitatẽ ad quendã qui manet illo aut illo loco, in tali vel tali domo, cũ expressione loci & designatione dom⁹; posset intelligi, posset fieri. His autẽ atque huiusmodi cæteris tacitis indiciis qui dicit, Ite ad quendã & dicite ei, ideo non potest audiri, quia certũ aliquẽ vult intelligi, cùm dicit, ad quẽdã: & non exprimit quomodo dignoscatur. Quòd si ex persona Euangelistę dictũ illud interpositũ acceperimus, erit quidẽ necessitate breuitatis subobscura locutio, sed tamẽ ĩtegra. Quod verò Marcus lagenã quã dicit Lucas amphoram, ille vasis genus, ille modũ significauit: vterque tamen veritatẽ sententiæ custodiuit. Sequitur Matthæus, Vespere autẽ facto discũbebat cum duodecim discipulis. Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis, quia vnus vestrũm me traditurus est. Et contristati valde, cœperũt singuli dicere, Nũquid ego sum Domine? & cætera, vsque ad illud vbi ait, Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Numquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. In his quæ cõsideranda nunc proposuim⁹, nihil afferunt quæstionis etiam cæteri Euangelistæ, qui talia commemorant.

Marci 14. b. 13. Lucæ 22. b. 10 Mat. 26. b. 20.

Marci 14. b. 17. Lucæ 22. b. 14 Ioan. 13. c. 21.

A antequã panẽ daret, deinde posteaquã panẽ dedit: illud quod superiùs dixit, præoccupauit vt solet: illud verò quod ordine suo posuit, non commemorauerat superiùs. Vtrumque autẽ coniunctũ hanc sententiam facit, quæ & illorũ est. Ioannes autẽ de corpore & sanguine Dñi hoc loco nihil dixit, sed planè alibi multo vberius hinc Dominũ locutũ esse testatur. Nũc verò cùm Dominũ à cœna surrexisse & pedes discipulorũ lauisse cõmemorasset, reddita etiã ratione, cur eis hoc fecerit, in qua Dominus adhuc clausẽ significauerat per testimonium scripturæ, ab eo se tradi qui manducaret eius panẽ, venit ad hunc locũ quẽ tres cæteri pariter insinuãt. Cùm hęc dixisset, inquit, Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebãt ergo, sicut idẽ ipse Ioannes subnectit, adinuicẽ discipuli hęsitantes, de quo diceret. Et contristati, sicut Matthæus & Marcus dicunt, cœperunt ei singillatim dicere, Nũquid ego sum? At ipse respondens ait, sicut Matthæus sequitur, Qui intingit mecum manũ in paropside, hic me tradet. Et sequitur idẽ Matthæus ita subnectens, Filius quidẽ hominis vadit sicut scriptũ est de illo. Vę autẽ homini illi per quẽ filius hominis tradetur: bonũ erat ei si natus non fuisset homo ille. In his & Marcus hoc etiã ordine consonat. Deinde Matthęus subiũgit: Respondens autẽ Iudas qui tradidit eũ dixit, Nũquid ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Etiã hic nõ expressum est, vtrũ ipse esset. Potest enim adhuc intelligi, tãquã dixerit, Tu dixisti, non ego dixi. Potuit etiam hoc dici sic à Iuda, & à Domino responderi, vt non omnes aduerterent. Deinde sequitur Matthæus & inserit mysterũ corporis & sanguinis à Domino discipulis datũ, sicut & Marcus & Lucas. Sed cùm tradidisset calicem rursus de traditore suo locutus est, q̃ Lucas prosequitur dicens, Verũtamen ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa. Et quidẽ filius hominis secũdũ quod definitum est vadit. Veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Hic iam intelligendum est illud consequi quod Ioannes narrat, isti autem prætermiserũt, sicut Ioannes quædam prætermisit, quæ illi dixerunt. Cùm ergo post traditum calicem dixisset Dominus, quod à Luca positum est, Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa, & cætera; coniungitur illud secundum Ioannem: Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est? Respondit Iesus, Ille cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Scariotis. Et post buccellam tunc introiuit in illum satanas. Hic videndum est ne non solum Lucæ, qui iam dixerat intrasse satanam in cor Iudæ, quando pactus est tunc cum Iudæis, vt eum accepta pecunia traderet: sed etiam sibi ipsi Ioannes repugnare videatur, quia iam dixerat superius, antequam istam buccellam acciperet: Et cœna facta cùm iam diabolus immisisset in cor vt traderet eum Iudas. Quomodo enim intrat in cor, nisi immittendo iniquas persuasiones cogitationum iniquarum? Sed nunc intelligere debemus à diabolo Iudam plenius esse possessum: sicut cõtrà in bono, illi qui iam acceperant Spiritum sanctum, quando eis post resurrectionem insufflauit dicens: Accipite Spiritum sanctum, postea cum cùm desuper missus esset die Pentecostes, vtique plenius acceperũt. Post buccellam ergo tunc introiuit in eum satanas. Et sicut contextim Ioannes ipse commemorat, dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad

Ioan. 6. c. 48. Ioan. 13. a. 2.

Ibid. c. 21.

Mat. 26. b. 22. Mar. 14. c. 19.

Ps. 40. c. 10.

Lucæ 22. a. 21.

Lucæ 22. a. 3.

Ioan. 13. a. 2.

Ioan. 20. c. 22. Act. 2. a. 1.

Ioan. 13. b. 27.

quid

quid dixerit ei. Quidã enim putabant, q̃a loculos habebat Iudas, quia dixit ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diẽ festũ, aut egenis vt aliquid daret. Cùm ergo accepisset ille buccellã, exiit continuò. Erat autẽ nox. Cũ ergo exisset, dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Et si De⁹ clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ in semetipso, & cõtinuò clarificabit eũ. Filioli, adhuc modicũ vobiscũ sum. Quæretis me, &, sicut dixi Iudæis, Quò ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis dico modò: Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt oẽs, quia mei discipuli estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Simon Petrus, Domine quò vadis? Respondit ei Iesus, Quò ego vado non potes me modò sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Simon Petrus: Quare nõ possum te sequi modo? Animã meã pro te ponã. Respõdit Iesus, Animã tuã pro me pones? Amẽ amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges.

CAPVT II. Negatio Petri.

Hoc de p̃dicta negatione sua Petro non solus Ioannes, ex cuius Euangelio modo ista interposui, sed & cęteri tres cõmemorant. Nõ sanè oẽs ex vna eadémq; occasione sermonis ad eã cõmemorandã veniunt. Nã Matthæus & Marcus pari prorsus ordine, & eodẽ narrationis suæ loco eã subnectunt ambo, posteaquã Dominus egressus est ex illa domo, vbi manducauerant Pascha. Lucas vero & Ioannes, antequam inde esset egressus. Sed facilè possemus intelligere, aut illos duos ea recapitulando posuisse, aut istos præoccupando: nisi magis moueret quod tã diuersa, non tãtum verba, sed etiã sententias Domini p̃mittunt, quibus permotus Petrus illã p̃sumptionẽ proferret, vel cũ Domino vel pro Domino moriendi: vt magis cogãt intelligi ter eũ expressisse præsumptionẽ suã diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à Domino respõsum, quod eũ esset ante galli cantũ ter negaturus. Neque enim incredibile est aliquantum disiunctis interuallis tẽporis petrũ cõmotũ esse ad præsumendum, sicut ad negandũ: vel ei Dominũ aliquid ter similiter respondisse: quandoquidẽ etiã contextim, nullis aliis interpositis rebus aut verbis, post resurrectionẽ ter illũ interrogauerit, vtrũ eũ amet, & ei ter hoc idem respõdenti, etiã ipse mandatũ de pascendis ouibus suis vnũ idémque ter præceperit. Hoc autem esse credibilius, quod ter ostenderit præsumptionem suã petrus, & de trina sua negatione ter à Domino audierit, ex ipsis Euangelistarũ verbis, quæ à Domino dicta diuersẽ ac diuersa cõmemorant, sic probatur. Ecce meminerimus quod nunc interposui ex Euangelio Ioãnis, hoc certè dixerat, Filioli, adhuc modicũ vobiscũ sum: Quæretis me, &, sicut dixi Iudæis, quo ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus, Domine quo vadis? Nempe hic manifestum est ex illis verbis motum esse Petrum vt diceret, Domine quo vadis? quia dicentem audierat, quo ego vado vos non potestis venire. Respondit Iesus eidem Petro: Quo ego vado non potes me sequi modò, sequeris autem postea. Tunc ille, Quare non possum, inquit, sequi te modò? Animam meã pro te ponam. Huic præsumptioni respondit Dominus futuram eius negationem. Lucas autem cùm cõmemorasset dixisse Dominum, Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquãdo cõuersus, cõfirma fratres tuos. Tunc subiecit Petrum respondisse, Domine tecũ paratus sum & in carcerem & in mortẽ ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Quã hoc aliud sit, aliud illud vnde Petrus ad præsumendũ permotus sit, quis non videat? At verò Matthæus, Et hymno dicto, inquit, exierunt in montẽ Oliueti. Tũc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est enim: Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis. Postquàm autẽ resurrexero, pręcedã vos in Galilæã. Sic prorsus & Marcus, qui habet etiã hæc verba, vel sententiã similẽ illis, vel quibus secũdũ Ioannẽ, vel quibus secundũ Lucã, Petrus retulit præsumptionẽ suã. Et hic ergo ita sequitur: Respõdens autẽ Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nũquã scãdalizabor. Ait illi Iesus: Amẽ dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiãsi oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Similiter & oẽs discipuli dixerũt. Hæc penè ipsis verbis etiã Marcus commemorat, nisi quòd non generaliter, sed distinctius, quẽadmodum futurũ esset, expressit dictũ à Domino, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prius quàm bis gallus vocẽ dederit, ter me es negaturus. Cùm itaq; omnes dicant, prædixisse Dominũ quòd eũ Petrus esset negaturus antequã gallus cantaret, non autẽ oẽs dicant quoties gallus cantaret, Marcus hoc solus narrauit expressius. Vnde nonnullis videtur non congruere cæteris, quia parũ attendunt, & maximè eorũ obnubilatur intentio, cùm aduersus Euangeliũ animo induuntur hostili. Tota enim Petri negatio, trina negatio est: In eadẽ nãq; permansit trepidatione anitai, propositóque mẽdacij, donec admonitus quid ei prædictum sit, amaro fletu & cordis dolore sanaretur. Hæc autem tota, id est, trina negatio, si post primũ galli cantũ inciperet, falsũ dixisse viderẽtur tres, quorũ Matthæ⁹ dixit, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cãtet, terme negabis. Lucas autẽ, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Ioannes autẽ: Amen amen dico tibi, non cantabit gall⁹ donec ter me neges. Diuersis enim verbis & verborũ ordine candẽ explicauerũt sententiã dixisse Dominũ, quòd antequã gallus cantaret, ter eũ Petrus esset negaturus. Rursus si totã trinã negationẽ antè peregisset quàm cãtare gallus inciperet, superfluò dixisse Marcus deprehẽderetur ex persona Domini, Amẽ dico tibi, quia tu hodie in nocte hac prius quàm gall⁹ bis vocẽ dederit, ter me negaturus es. Quid enim attinebat dicere, Prius quàm bis, quando si antè primum galli cantũ tota illa trina negatio cõpleretur, simul & ante secundũ, & ante tertiũ, & ante omnes galli cãtus eiusdẽ noctis cõpleta inueniretur, quæ ante ipsum primũ cõpleta probaretur? Sed quia ante primũ galli cãtũ cœpta est illa trina negatio, attenderunt illi tres, nõ quando eã cõpleturus esset Petrus, sed quando futura esset, & quãdo cœptura: id est, quia trina, & quia ante galli cantũ, quãquã in animo eius, & ante primũ galli cantũ tota possit intelligi. Quãuis enim verbis negantis ante primũ cœpta, ante secundũ autẽ galli cantum peracta sit tota illa trina negatio, tamẽ affectione animi & timore Petri ante primum tota ‡ cœpta est. Nec interest quantis morarum interuallis trina voce enunciata sit, cùm cor eius etiam ante primum galli cantum tota possederit: tam magna scilicet formidine imbibita, vt posset Dominum, non solùm semel, sed & iterum & tertiò interrogatus negare. Vt rectiùs diligentiúsque attendentibus, quomodo iam mœchatus est mulierem in corde suo qui eam viderit ad concupiscendum; sic Petrus quandocunque verbis

Ioan. 21. c. 15.

Ioan. 13. d. 33.

Lucæ 22. d. 31.

Mat. 26. c. 31. Zach. 13. b. 7. Marci 14. c. 26. Mat. 26. c. 33. Mar. 14. d. 31.

Mat. 26. c. 34. Lucæ 22. d. 34. Ioan. 13. d. 38.

Mar. 14. d. 30.

al. coniecit.

Mat. 5. d. 28

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV EVANGELISTARVM, LIBER III.

TAM quoniam omnium quatuor narratio in eo versatur loco, in quo necesse est eos vsque in finem pariter ambulare, nec multum digredi ab inuicem, sicubi fortè alius aliud commemorat, quod alius prętermittit; videtur mihi expeditius nos demonstrare posse omnium Euangelistarum conuenientiam si ab hoc iam loco omnium omnia contexamus, & in vnã narrationem faciémque digeramus. Sic ergo arbitror commodius faciliúsque id quod suscepimus explicari, vt aggrediamur narrationem omnia cõmemorantes, cum eorundem Euangelistarum attestatione, quid ex his omnibus quisque quod potuit aut quod voluit commemorauit: vt tamen ab omnib. hæc omnia dicerentur, quæ demonstranda sunt in nullo esse sibi contraria.

CAPVT I. Inde proditio.

HINC igitur incipiamus secundum Matthæum: Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Hæc & Marcus Lucásque commemorant. Quod enim Lucas de calice bis cõmemorauit, prius

Mat. 26. c. 26. Mar. 14. c. 22. Lucæ 22. b. 14.

ederet timorem, quem tã vehementem animo cõceperat, vt perdurare posset vsq; ad tertiã Domini negationem, tota trina negatio ei tempori deputanda est, quando eũ trinæ negationi sufficiẽs timor inuasit. Ex quo etiã, si post primũ galli cantũ inciperent pulsato interrogationibus pectore verba illa negationis erumpere, nec sic absurdè atq; menda citer ante galli cantũ ter negasse diceretur, quando ante galli cantũ tantus timor obsederat mentem, qui eũ posset vsq; ad tertiã negationem perducere. Multo minus igitur mouere debet, quia trina negatio etiã trinis negantis vocibus ante galli cantũ cœpta, etsi non ante primũ galli cantum peracta est. Tanquã si alicui diceretur, hac nocte antequàm gallus cantet, ad me scribes epistolã, in qua mihi ter cõuiciaberis: nõ vtique si eã ante omnẽ galli cantũ scribere inciperet, & post primũ galli cantũ finiret, ideo dicendũ erat falsum fuisse prædictũ. Marcus ergo de ipsarum vocũ interuallis planius elocutus est, qui dicit ex persona Domini: Prius quàm bis gallus vocem dederit, ter me negaturus es. Ita gestũ esse apparebit, cùm ad eundẽ locũ narrationis Euangelicæ venerimus, vt etiam illic ostendatur Euangelistas sibi cõgruere. Si autẽ quæruntur ipsa omnino narrationis verba quæ Petro Dominus dixerit, neq; inueniri possunt, superfluo quæruntur, cùm sentẽtia eius propter quã cognoscendam verba proferũtur, etiã in diuersis Euangelistarũ verbis possit esse notissima. Siue ergo diuersis sermonũ Domini locis cõmotus Petrus singillatim ter enunciauerit præsumptionẽ suam, & ter ei Dominus suã negationẽ prædixerit, sicut probabiliùs indicatur: siue aliquo narrandi ordine possint omniũ Euangelistarũ cõmemorationes in vnũ redigi, quibus demonstretur semel Dominũ prædixisse Petro præsumenti quod eũ negaturus esset: nulla hic Euangelistarũ repugnantia deprehendi poterit, sicut nulla est.

Mar.14.d. 30.

CAPVT III. Quæ post cœnam.

NVNC ergo quantum possumus, ipsum ex omnibus ordinẽ iã sequamur. Cùm itaque secũdũ Ioannẽ hoc Petro prædictũ esset, sequitur idẽ Ioannes, & conserit Domini sermonẽ, dicentis: Non turbetur cor vestrũ. Creditis in Deũ, & in me credite: in domo patris mei, mãsiones multæ sunt, &c. Sermonis eius præclara maximéque sublimia diu narrat, donec cõtextim veniat ad illum locum, vbi ait Dominus, Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui; & ij cognouerunt, quia tu me misisti, & notum eis feci nomen tuum: & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Cùm autem facta esset contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, sicut Lucas commemorat, dixit eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocãtur. Vos autẽ non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nónne qui recumbit? Ego autem in medio vestrũm sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mẽsam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicãtes duodecim tribus Israël. Ait autem Dominus Simoni, sicut Lucas ipse subiungit: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis, Quãdo misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculũ, tollat, similiter & perã: & qui non habet, vendat tunicã suã, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc q̃ scriptũ est, oportet impleri in me: Et quòd cum iniustis deputatus est. Et enim ea quę sunt de me, finẽ habent. At illi dixerunt, Domine ecce gladij duo hîc. At ille dixit eis, Satis est. Et hymno dicto, sicut Matthæus Marcúsque commemorant, exierunt in montẽ Oliueti. Túc dixit illis Iesus: Omnes vos scãdalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est enim: Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis. Postquàm autẽ resurrexero, præcedã vos in Galilęam. Respondens autẽ Petrus, ait illi: Etsi oẽs scandalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor. Ait illi Iesus: Amẽ dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cãtet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Hæc secũdũ Matthæũ inseruimus: sed & Marci penè ipsa & totidem verba sunt, nisi quia distat illud quod de galli cantu iam suprà enodauimus.

Ioan.14 a.1

Ioan.17.d. 25.

Lucæ 22.c. 25.

CONTEXIT igitur narrationẽ Matthæus, & dicit: Tunc venit Iesus cũ illis in villã, quæ dicitur Gethsemani. Hoc dicit & Marcus: hoc & Lucas non expressè nominato prædio, cùm ait: Et egressus ibat secundũ consuetudinẽ in montẽ Oliuarũ. Secuti sunt autẽ illũ & discipuli. Et cùm puenisset ad locũ dixit illis: Orate ne intretis in tentationẽ. Iste locus est, cuius nomẽ illi dixerunt Gethsemani. Ibi fuisse intelligimus hortum quẽ cõmemorat Ioannes, ita narrans: Hæc cùm dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis, trãs torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Deinde secundũ Matthęum dixit discipulis suis, Sedete hîc, donec vadã illuc & orẽ. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mæstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: sustinete hîc & vigilate mecũ. Et progressus pusillũ, procidit in faciẽ suã, orans & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verũtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis vna hora vigilare mecũ? Vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ: Spiritus quidẽ prõptus est, caro autẽ infirma. Iterũ secundò abiit & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibã illũ, fiat voluntas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormiẽtes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertiò, eundẽ sermonẽ dicens. Tũc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite: Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradet. Hæc etiam Marcus, eóque prorsus modo atque ordine conserit, aliquãto breuius quasdam constringens sententias, & aliquid magis aperiens. Nam videtur hic sermo secundum Matthæum tanquam sibiipsi contrarius, quòd post tertiam orationem venit ad discipulos suos, & dixit illis, Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradet. Quomodo enim suprà dixit, Dormite iam, & requiescite: cum connectat: Ecce appropinquauit hora: & ideo dicat, Surgite, eamus. Qua velut repugnantia commoti qui legunt, conantur ita pronuntiare quod dictum est, Dormite iam & requiescite: tanquam ab exprobrante, non à permittente sit dictum. Quod rectè fieret, si esset necesse. Cùm verò Marcus ita hoc commemorauerit, vt cum dixisset, Dormite iam & requiescite: adiungeret, Sufficit: & deinde inferret,

Esa 53.d.12.

Mat 26 c. 30.

Marci 14.c. 27

Zach.13.c.7.

Mat.26.d. 36.

Marci 14.d. 32.

Lucæ 22.d. 39.

Ioan.18.a.1

Mat.26.d. 36.

Marci 14.c. 41.

Venit

Venit hora, ecce tradetur filius hominis: vtique intelligitur post illud quod eis dictum est, Dormite iam & requiescite: siluisse Dominum aliquantulum, vt hoc fieret quod permiserat: & tunc intulisse, Ecce appropinquauit hora. Ideo post illa verba secundum Marcũ positum est, Sufficit, id est, quòd requieuistis iam sufficit. Sed quia commemorata nõ est ipsa interpositio silentij Domini, propterea coarctat intellectum, vt in illis verbis alia pronunciatio requiratur. Lucas autem prætermisit quoties orauerit: dixit sanèq; isti tacuerũt, & orantẽ ab angelo confortatũ, & prolixius orãtis sudorem fuisse sanguineũ, & guttas decurrẽtes in terrã. Cùm ergo dicit, Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, non expressit quota oratione: in nihilo tamẽ illis duobus repugnat. Ioãnes verò posteaquam in hortum ingressum dicit cũ discipulis suis, non cõmemorat quid illic egerit, donec eius traditor cum Iudæis ad eum cõprehendendũ veniret. Tres igitur isti eandem rem ita narrauerunt, sicut etiã vnus homo ter posset loqui cum aliquanta varietate, nulla tamẽ aduersitate. Lucas enim quãtũ ab eis progressus, id est, auulsus fuerit vt oraret, manifestiùs aperuit, dicẽs quantum iactus est lapidis. Porrò autem Marcus primò ex verbis suis idẽ narrauit rogasse Dominũ, vt si fieri posset, transiret ab eo illa hora, id est, passionis, quã calicis nomine mox significauit. Deinde verba ipsa Domini sic enunciauit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Quibus verbis si adiũgas quod illi duo dixerũt, & quod ipse etiã Marcus ex persona sua pariter suprà posuit, ita sentẽtia manifestatur, Pater si fieri potest, Omnia enim tibi possibilia sunt, trãsfer calicem istũ à me: ne quis eum putaret patris minuisse potestatem, cùm ait, Si fieri potest: non enim dixit, Si facere potes: sed, Si fieri potest.

Lucæ 22.c. 41.

Ioan.18.a.1.

Mar.14.d. 36.

Fieri autem potest quod ille voluerit. Sic itaque dictũ est, Si fieri potest: ac si diceretur, Si vis. Manifestauit enim Marcus quo intellectu accipiendũ sit, Si fieri potest, quãdo ait, Omnia tibi possibilia sunt. Et quod cõmorauerunt eũ dixisse, Verùm non quod ego volo, sed quod tu: tantundẽ valet, quãtũ si & ita dicatur, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat satis ostendit nõ ex impossibilitate, sed ex volũtate patris dictũ esse, Si fieri potest: præsertim quia Lucas & hoc ipsum planiũ intimauit. Non enim ait, Si fieri potest: sed, Si vis. Cui apertiori sententiæ apertius iungitur quod Marcus posuit, vt ita dicatur: Si vis, omnia enim tibi possibilia sunt, trãsfer à me calicem istũ. Quòd autem ipse Marcus, nõ solùm pater, sed Abba pater eum dixisse cõmorat, hoc est abba Hebraicè, quod est Latinè pater. Et fortasse Dominus propter aliquod sacramẽtũ vtrũque dixerit, volens ostendere illã se tristitiã in persona sui corporis, id est, Ecclesiæ suscepisse: cui factus est angularis lapis, veniẽti ad eũ partim ex Hebræis, ad quos pertinet, quod ait Abba; partim ex gentibus, ad quas pertinet, quod ait pater. Etiã Paulus apostolus nõ prætermittens hoc sacramentũ, In quo clamamus, inquit, abba pater. Et iterũ ait, Misit Deus spiritũ suũ in corda vestra, clamãtẽ Abba pater. Oportuit enim vt bonũ magister & verus saluator infirmioribus cõpatiens, in seipso demõstraret, nõ debere suos martyres desperare, si qũa fortè cordibus eorũ irreperet sub tẽpus passionis ex humana fragilitate tristitia: cùm eã vincerẽt voluntati suæ præponendo voluntatem Dei: quia ille scit quid expediat, quibus consulit. De qua tota re nõ nũc tempus est vt vberius disseratur: agitur enim modò de conuenientia Euangelistarum, in quorum diuersitate verborum salubriter discimus, non aliud in verbis ad audiendam veritatem, quàm sententiam loquentis esse requirendam. Hoc est enim pater, quod abba pater: sed ad sacramentũ intimandũ, planius est abba pater: ad vnitatẽ significandam sufficit pater. Et Dominum quidẽ abba pater dixisse credendũ est, sed tamen non eluceret sententia, nisi aliis dicentibus tãtum pater, demonstraretur sic esse illas duas ecclesias ex Iudæis & Græcis, vt etiam vna sit. Ex illo ergo intellectu dictũ est, Abba pater: quo idem Dominus alibi ait, Habeo alias oues quæ non sunt ex hoc ouili: gentes vtique significans, cùm haberet oues etiã in populo Israël. Sed quia secutus adiecit, Oportet me & eas adducere, vt fit vnus grex & vnũ pastor: quãtũ valet ad Israëlitas & gẽtes, abba pater: tãtũ ad vnũ gregẽ, solũ pater.

Ephes.2.

Rom.8. Gal.4.

Ioan.10.

CAPVT V. Apprehensus Iesus.

ADHVC ergo ipso loquente, sicut dicũt Matthæus & Marcus, ecce Iudas vnus ex duodecim venit, & cũ eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signũ, dicens: Quẽcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi primò, quod ait Lucas, Iuda osculo filium hominis tradis? Deinde quod Matthæus, Amice ad quid venisti? Deinde dixit, quod Ioãnes cõmemorat, Quem quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eũ, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierũt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterũ ergo eos interrogauit, Quem quæritis? Illi autẽ dixerũt, Iesum Nazarenum. Respõdit Iesus, Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, finite hos abire: vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Videntes autẽ, sicut Lucas dicit, ij qui circa ipsum erãt, quod futurũ erat, dixerunt ei: Domine si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex ipsis (quod omnes quatuor dicũt) seruũ principis sacerdotũ, & amputauit auriculam eius, sicut Lucas & Ioannes dicunt, dexteram. Qui autẽ percussit, secundum Ioannem Petrus erat: quem percussit autẽ, Malchus vocabatur. Deinde quod Lucas dicit, Respõdens Iesus ait, Sinite vsque huc: & adiunxit quod Matthæus commemorat, Conuerte gladium tuum in locum suũ: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi modò plus quã duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? His verbis adiungi potest, quod illum eo loco dixisse Ioannes cõmemorat, Calicẽ quẽ dedit mihi pater, non vis vt bibã illum? Tunc, sicut Lucas dicit, tetigit auriculam illius qui percussus erat, & sanauit eũ. Nec moueat quasi contrarium sit, quod Lucas dixit, interrogãtibus discipulis, si percuterẽt in gladio, Dominũ respõdisse, Sinite vsque huc: quasi post illam percussionẽ ita dictũ fuerit, vt placuerit ei vsque huc factũ, sed amplius fieri noluerit: cùm in verbis quę Matthæus posuit, intelligatur potius totũ factũ, quo vsus est gladio Petrus, Domino displicuisse. Illud enim verius est, quòd cùm eũ interrogassent, dicentes, Domine si percutimus in gladio? tunc respondit, Sinite vsque huc: id est, nõ vos moueat quod futurũ est, permittẽdi sunt hucusque progredi: hoc est, vt me apprehendant, & impleantur quæ de me scripta sunt. Sed inter moras verborũ interrogantiũ Dominum, & illius respõdentis, Petrus defensionis auiditate, & maiori pro Dño cõmotione percussit: sed nõ potuerunt etiã simul dici, quæ simul fieri potuerunt. Non enim diceret, Respõdẽs autem Iesus, nisi illorũ interrogationi respõderet, non facto Petri. Nam de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus solus dixit. Vbi etiam non dixit Matthæus,

Mat.26.c. 47.

Marci 14. c. 43.

Lucæ 22.c. 48

Mat.26 c. 50.

Ioan.18.a 5.

Sap.17.b.12.

Lucæ 22. c. 49.

Ioan.18.b. 10.

Respondit Iesus Petro, Conuertere gladium tuũ: sed
dixit, Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuũ; quod
A
post factum apparet dixisse Dominũ. Illud verò quod
Lucas posuit, Respondens autem Iesus ait, Sinite vsq;
huc: illis qui interrogauerãt responsum esse accipiẽdũ
est. Sed quia, vt diximus, inter verba interrogantium,
& respondentis Domini, facta est vno ictu percussio,
hoc ordine iudicauit esse narrandũ, vt etiam inter ver-
ba interrogationis & responsionis eam insereret. Non
est ergo contrariũ hoc ei quod dixit Matthæus, Om-
nes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt: id est,
qui vsi fuerint gladio. Videri autem posset cõtrarium,
si Dominus ex illa respõsione, Sinite vsque huc, saltẽ
vsq; ad vnum, nec ipsum lethale vulnus, vsum tamen
gladij spõtaneum approbasse videretur. Quamquam
etiam Petro dictum totũ congruenter intelligi possit,
vt sic connectatur, & quod Lucas & quod Matthæus
retulit, quẽadmodum suprà commemoraui, Sinite vs-
que huc: &, Conuerte gladium tuum in locum suum.
Omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribunt,
&c. Quomodo autem sit intelligendum, Sinite vsque
huc, iam exposui: & si aliter melius potest, ita sit, dum
tamen Euangelistarum veritas constet. Postea sequi-
Mat.26.c. 55. tur Matthæus, & commemorat eum in illa hora dixis-
se turbis: Tanquã ad latronem existis cum gladiis &
fustibus cõprehẽdere me. Quotidie apud vos sedebã
Lucæ 22.f. 53. docens in templo, & non me tenuistis. Tunc addidit
etiam verba quæ Lucas ponit, Sed hæc est hora vestra,
& potestas tenebrarũ. Hoc autem totum factum est,
sicut Matthæus dicit, vt implerentur scripturæ Pro-
Marci 14.c. 50. phetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt,
sicut & Marcus dicit. Sequebatur autem illum vnus
adolescens amictus sindone, sicut idem Marcus cõme-
morat. Et cùm tenuissent eum, reiecta sindone nudus
Capvt vi. profugit ab eis. Ait illi tenentes Iesum duxerũt ad
C
Quæ apud pontifices, Mat.26.f. 57.* Ioan 18.c. 23.* Mar.14.f. 53.* Lucæ 22.f. 54.*
Caiphã principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores
conuenerant, sicut Matthæus dicit. Sed primum ad
Annam ductus est, socerum Caiphæ, sicut Ioannes di-
cit. Marcus autem & Lucas nomen non dicunt põti-
ficis. Ductus est autem ligatus, cùm adessent in illa tur
ba Tribunus & cohors, & ministri Iudæorum, sicut Io-
annes cõmemorat. Petrus autẽ sequebatur eũ à longè
vsque in atriũ principis sacerdotum. Et ingressus intrò
sedebat cum ministris, vt videret finem rei, sicut dicit
Matthæus, Et calefaciebat se ad ignem, sicut in eo lo-
co narrationis dicit Marcus. Hoc & Lucas cõmemo-
rat, quòd Petrus sequebatur à lõgè. Accenso autẽ igne
in medio atrio, & circumsedẽtibus illis, erat Petrus in
medio eorũ. Et Ioannes dicit, quòd sequebatur eũ Si-
mõ Petrus, & alius discipulus. Discipulus autẽ ille ali⁹
erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atriũ põ-
tificis, sicut Ioannes dicit. Petrus autem stabat ad ostiũ
D
foris, secundum eundem Ioannem. Exiit ergo discipu-
lus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, &
introduxit Petrum, sicut idẽ Ioannes dicit. Sic enim
factũ est, vt intus esset & Petrus in atrio, sicut & alij
dicunt. Principes autem sacerdotũ & omne conciliũ,
sicut Matthæus dicit, quærebãt falsum testimoniũ cõ
tra Iesum, vt eũ morti traderent: & non inuenerunt,
cùm multi falsi testes accessissent. Conuenientia enim
testimonia non erant, sicut Marcus dicit, cùm eundẽ
locũ cõmemoraret. Nouissimè autẽ venerũt duo falsi
testes, sicut dicit Matthæus, & dixerũt: Hic dixit, Pos-
sum destruere templũ Dei, & post triduum reædificare
illud. Alios autem Marcus cõmemorat dixisse: Nos
audiuimus eũ dicentẽ. Ego dissoluã templum hoc ma
nu factum: & post triduum aliud non manu factum
ædificabo: & ideo non erat conueniens testimoniũ il-

lorum: sicut idem Marcus ibidem dicit. Et surgẽs prin
ceps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti
A
aduersum te testificãtur? Iesus autem tacebat. Et prin-
ceps sacerdotũ ait illi, Adiuro te per Deũ viuum, vt di-
cas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu
dixisti. Hæc Matthæus. Marcus autem eadem aliis ver-
bis dicit, nisi quòd tacet quòd eum adiurauerit prin-
ceps sacerdotum: sed tantum valere ostendit, quod ei
dicit Iesus, Tu dixisti: quantum si diceret, Ego sum. Se
quitur enim, vt ait idem Marcus: Iesus autem dixit illi,
Ego sum. Et videbitis filium hominis à dextris seden-
tem virtutis, & venientem cum nubibus cæli. Hoc di-
cit etiam Matthæus, sed non dicit respõdisse Iesum, E-
go sum. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta
sua, dicens, Blasphemauit, quid adhuc egemus testib⁹?
quod Matthæus commemorat. Et sequitur, Ecce nũc
audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi res-
B
pondentes dixerunt: Reus est mortis. Hoc etiam testa-
tur & Marcus. Et sequitur Matthæus, Tunc expuerunt
in faciem eius, & colaphis eum ceciderũt. Alij autem
palmas in faciem ei dederunt, dicentes, prophetiza
nobis Christe, quis est qui te percussit? Hoc dicit &
Marcus. Commemorat etiam quòd ei faciem velauer-
unt. De his quoque Lucas attestatur. Hæc intelligi-
tur passus Dominus vsque ad mane in domo prin-
cipis sacerdotũ, quò prius adductus est, vbi etiam Pe-
trus tẽtatus est. Sed de Petri tentatione, quæ inter has
Domini contumelias facta est, non eodem ordine om
nes narrant: nam ipsas primò commemorãt Matthęus
& Marcus, deinde Petri tentationẽ. Lucas verò expli- Mat.26.g. 69.
cat prius tentationem Petri, tũ demũ has Domini cõ- Mar.14.g. 66.
tumelias. Ioannes autem incipit Petri tẽtationẽ dice- Lucæ 22.f. 56.
re, & interponit quædam de contumeliis Domini, & Ioan.18.c.
adiungit quòd inde missus est ad Caipham pontificẽ: 17.&c.25.
C
& inde recapitulat, vt explicet quã cœperat tentatio-
nẽ Petri in domo quò primò adductus est, & redit ad
ordinẽ, vbi ostẽdit quemadmodum ductus sit Domi-
nus ad Caipham. Sic ergo Matthæus sequitur: Petrus Mat.26.g.
verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eũ vna ancilla 69.
dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras? Et ille negauit
coram omnibus dicens, Nescio quid dicis. Exeũte au-
tem illo ianuã, vidit eum alia ancilla, & ait iis qui erãt
ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit
cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pu-
sillum accesserũt, qui stabant & dixerunt Petro, Verè
& tu ex illis es, nam & loquela tua manifestũ te facit.
Tũc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset homi-
nem: & continuò gallus cantauit, Hoc dicit Matthæ⁹.
Intelligitur autem quòd posteaquam exiit foras, cũ iã
semel negasset, gallus cantauit primus, quod Matthæ⁹
tacet, & Marcus dicit. Non autem foris ante ianuam
iterum negauit, sed cùm rediisset ad focum. Quando Mat.14.g.
autem redierit, non opus erat commemorare. Marcus 68.
ergo sic illud narrat: Et exiit foras ante atrium, & gall⁹
cantauit. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœ
pit dicere circumstantibus, quia hic ex illis est. At ille
iterum negauit. Hæc verò ancilla non eadem, sed alia
est, sicut dicit Matthæus. Sanè hoc quoq; intelligitur,
quia in secunda negatione à duobus cõpellatus est, &
ab ancilla scilicet, quam commemorant Matthæus &
Marcus, & ab alio quem commemorat Lucas. Sic enĩ Lucæ 22.f.
hoc narrat Lucas: Petrus verò sequebatur eum à lon- 54.
gè. Accenso autem igne in medio atrio, & circumse-
dentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem
cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, &
eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At il-
le negauit eum dicens, Mulier non noui illum. Et
post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis es?

Hoc ergo

Hoc ergo quod Lucas ait, Et post pusillum: iam egres-
sus erat Petrus ianuam, & primus gallus cantauerat.
A
Iámque redierat, vt quemadmodum dicit Ioannes, ad
focum stãs iterum negaret. Ioannes enim in prima ne-
gatione Petri, nõ solùm de primo galli cantu tacet si-
cut cæteri, excepto Marco, sed etiã quòd sedentem ad
Ioan 18 c. 17. ignem cognouerit ancilla, nõ cõmemorat. Hoc enim
tãtum ait: Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Numquid
& tu de discipulis es hominis istius? Dicit ille, Nõ sum.
Deinde interponit quæ gesta sunt cũ Iesu in eadẽ do-
mo, quæ cõmemoranda arbitratus est, ita narrãs: Sta-
bant autẽ serui & ministri ad prunas, quia frigus erat:
& calefaciebãt se. Erat autẽ cum eis & Petrus, stans &
calefaciẽs se. Hic ergo intelligitur, iam exisse foras Pe-
trum, & redisse. Primò enim sedebat ad ignem, postea
iam rediens, stare cœperat. Sed fortè ait aliquis: Non-
dum exierat, surrexerat autẽ exiturus. Hoc potest di-
cere, qui putat foris ante ianuam secundò interrogatũ
Ioan.18.d. 19. negasse. Videamus ergo Ioannis sequentia: Pontifex
ergo, inquit, interrogauit Iesum de discipulis suis, &
doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palàm locutus
sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in tem-
plo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locu-
tus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui
audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce ij sciunt quæ
dixerim ego. Hæc autem cùm dixisset, vnus assistens
ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respõdes
pontifici? Respondit ei Iesus, Si malè locutus sum, te-
stimoniũ perhibe de malo: si autem bene, quid me cæ-
dis? Et misit eũ Annas ligatũ ad Caiphã pontificẽ. Hic
sanè ostenditur quòd Annas pontifex erat: nõdũ enim
missus erat ad Caiphã, cũ iã illi diceretur, Sic respon-
des pontifici? Et hos duos, Annã & Caiphã põtifices,
cõmemorat etiã Lucas in initio Euangelij sui. His di-
Lucæ 3, a 2. ctis Ioannes redit ad q̃ cœperat de negatione Petri: id
est, ad eandẽ domũ, vbi gesta sunt quæ narrauit: & vn-
de ad Caiphã missus est Iesus, ad quẽ ab initio duceba-
tur, sicut dicit Matthæus. Cõmemorauit autẽ ista Ioã-
nes quæ interposuit recapitulans de Petro, & ad eam
narrationẽ rediens, ita dicit, vt cõpleat trinã negatio-
Ioan.18.c. 25. nẽ. Erat autẽ Simon Petrus stans, & calefaciens se. Di-
xerunt ergo ei. Nũquid & tu ex discipulis eius es? Ne-
gauit ille & dixit, Nõ sum. Hoc igitur loco inuenim⁹,
nõ ante ianuam, sed ad focũ stantem, secundò negasse
Petrũ: quod fieri non posset, nisi iã rediisset, posteaquã
al. exiret. foras exierat. Neq; enim iã exierat, & foris eũ vidit al-
tera ancilla: sed cum exierat, eũ vidit: id est, cùm sur-
gereret vt exiret, animaduertit eum, & dixit iis qui erant
ibi, id est, qui simul erant ad ignẽ intus in atrio, Et hic
Mat.26.g. 71. erat cum Iesu Nazareno. Ille autem qui foras exie-
rat, hoc audito, rediens iurauit illis contrà nitentibus,
quia non nouit hominem. Nam & Marcus sic ait de
Mar.14.g. 69. eadem ancilla: Et cœpit dicere circumstantibus, quia
D
hic ex illis est. Dicebat enim non illi, sed iis qui illo
exeunte ibi remanserant, sic tamen vt ille audiret.
Vnde rediens, & rursus ad ignem stans, resistebat ne-
gando verbis eorum. Deinde in eo quod Ioannes ait,
Dixerunt, Numquid & tu ex discipulis eius es? quod
redeunti & stanti dictum intelligimus, hoc quoque
confirmatur, non illã tantum alteram ancillam, quam
commemorant in hac secunda negatione Matthæus
& Marcus, sed alium quem commemorat Lucas,
cum Petro id egisse. Vnde & Ioannes dicit, Dixerunt
ergo ei. Quapropter siue posteaquam illo exeunte di-
xit ancilla his, qui secum erant in atrio, quia hic ex il-
lis est, hoc audito ille regressus est, vt se quasi purga-
ret negando: siue, quod est credibilius, non audiuit
quid de illo dictum fuerit, cùm foras exiret, & post-
caquã rediit, dixerunt ei ancilla & ille alius, quẽ Lu- Lucæ 22.f.
cas cõmemorat, Numquid & tu ex discipulis eius es? 58.
& dixit, Non sum; pertinacius insistente illo, de quo
Lucas ait, atq; dicente, Et tu de illis es: cui Petrus ait,
O homo non sum. Liquidò tamen colligitur, collatis
de hac re omnibus Euangelistarũ testimoniis, nõ an-
te ianuã secundò Petrũ negasse, sed intus in atrio ad
ignẽ. Matthæũ autẽ & Marcũ, qui cõmemorauerunt
exisse eũ foras, regressum eius breuitatis causa tacuis-
se. Nunc iam de tertia negatione inspiciamus eorum
congruentiã, quã Matthæum solũ iam explicasse me-
minerimus. Sequitur ergo Marcus & dicit, Et post pu- Mar.14.g.
sillum rursus qui astabant, dicebant Petro, Verè & tu 70.
ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cœpit ana-
thematizare & iurare: Quia nescio hominem istum
quẽ dicitis. Et statim iterũ gallus cantauit. Lucas au-
tẽ ita secutus, hoc idẽ narrat: Et interuallo facto qua- Lucæ 22.f.
B
si horæ vnius alius quidã affirmabat, dicens, Verè & 59.
hic cũ illo erat, nã & Galilæ⁹ est. Et ait Petrus, Homo
nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente,
cantauit gallus. Ioannes secutus de tertia Petri nega-
tione, ita explicat: Dicit ei vnus ex seruis põtificis, co- Ioan.18.c.
gnatus eius cuius abscidit Petr⁹ auriculã, Nónne ego 26.
te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus, &
statim gallus cantauit. Quod igitur Matthæus & Mar-
cus dicunt, Post pusillum: quantũ esset hoc temporis,
manifestat Lucas dicendo, Et interuallo facto quasi
horæ vnius. De hoc autẽ interuallo tacet Ioannes. Itẽ
quod Matthæus & Marcus non singulari, sed plurali
numero enunciant eos, qui cum Petro agebant, cum
Lucas vnum dicat, Ioannes quoque vnum, cúmque
cognatum eius, cui abscidit Petrus auriculam: facile
est intelligere, aut pluralem numerum pro singulari,
vsitata locutione vsurpasse Matthæum, & Marcum:
aut quòd vnus maximè tanquam sciens, & qui eum
C
viderat, affirmabat, cæteri autem secuti eius fidem,
Petrum simul vrgebant. Vnde duos Euangelistas cõ-
pẽdio pluralem numerum posuisse: alios autem duos
cum solum significare voluisse, qui præcipuus in hoc
erat. Iam verò illud quod Matthæus ipsi Petro dictũ
fuisse asserit, Verè & tu ex illis es, nam & loquela tua
manifestum te facit: sicut Ioannes eidem Petro dictũ
asseuerat, Nónne ego te vidi in horto cum illo? Mar-
cus autẽ inter se illos de Petro locutos dicit, Verè ex
illis est, nam & Galilæus est: sicut & Lucas, nõ Petro,
sed de Petro dicit, Alius quidã affirmabat dicens, Ve-
rè & hic cũ illo erat, nã & Galilæus est. Aut sententiã
intelligimus tenuisse eos qui cõpellatũ dicunt Petrũ:
tantundem enim valuit quod de illo corã illo diceba-
tur, quantũ si illi diceretur: aut vtroq; modo actũ vel
dictum, & alios illo, alios alio modo commemorasse.
Galli autem cantum post tertiam negationem secun-
dum intelligimus, sicut Marcus expressit. Sequitur
ergo Matthæus ita dicens, Et recordatus est Petrus Mat.26.g.
verbi Iesu quod dixerat, Priusquã gallus cantet, ter- 75.
me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Marcus Mar.14.g.
autem ita dicit, Recordatus est Petrus verbi quod 72.
dixit ei Iesus, Priusquàm gallus cantet bis, ter me Lucæ 22.g.
negabis: & cœpit flere. Lucas autem sic ait, Et con- 61.
uersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est
Petrus verbi Domini, sicut dixit, quia priusquàm
gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Pe- Ioan.18.c.
trus fleuit amarè. Ioannes de recordatione & fletu 27.
Petri tacet. Sanè in eo quod ait Lucas, quòd conuer-
sus Dominus respexit Petrum: quomodo accipien-
dum sit, diligentiùs considerandum est. Quamuis e-
nim dicantur etiam interiora atria, tamen in exterio-
re atrio fuit Petrus inter seruos, qui simul se ad ignem

calefaciebant. Non est autem credibile quòd vbi audiebatur Dominus à Iudæis, vt corporalis fieret illa
Mat 26.g. 86. respectio. Namque cùm dixisset Matthæus, Tunc expuerunt in faciē eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit: secutus est dicens, Petrus verò sedebat foris in atrio. Quod nō diceret, nisi illa cū Domino intus agerentur: & quātū colligitur in narratione Marci, non solùm in interioribus, sed etiam in superioribus domus agebantur.
Mar 14.g. 66. Nam posteaquā Marcus talia narrauit, secutus ait, Et cùm esset Petrus ī atrio deorsum. Sicut ergo eo quòd Matthæus ait, Petrus verò sedebat foris in atrio; ostendit quòd illa intus agerētur: sic eo quod dicit Marcus, Et cùm esset Petrus in atrio deorsum, ostēdit non solū in interioribus, sed etiam in superioribus gesta quæ dixerat. Quomodo ergo respexit Petrū Dominus facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinitus facta, vt ei veniret in mentē quoties iam negasset, & quid ei Dominus prædixisset, atq; ita misericorditer Domino respiciente pœniteret eū, & salubriter fleret: sicut quotidie dicimus, Domine respice me. Et respexit eū Dominus, qui de aliquo periculo vel labore diuina misericordia liberatus est. Et sicut
Ps.12.a.4.& 6.a.5. dictū est, Respice & exaudi me, & conuertere Domine, & libera animā meā: ita dictū arbitror, Conuersus Dominꝰ respexit Petrū, & recordatus est Petrus verbi Domini. Denique cùm frequentius soleant Euangelistę in narrationibus suis ponere Iesum quàm Dominū, modò Lucas Dominū posuit dicens, Conuersus Dominus respexit Petrū, & recordatus est Petrus verbi Domini. Matthæus autē & Marcus, quia de ista respectione tacuerunt, non verbi Domini, sed verbi Iesu eum recordatū esse dixerunt: vt etiam ex hoc intelligamus illam respectionem à Iesu, non humanis oculis, sed diuinitus factam.

CAPVT VII. Quę mane apud Caipham. Mat. 27.a.1. SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Mane autē facto, consiliū inierunt oēs principes sacerdotū & seniores populi aduersus Iesum, vt eū morti traderēt: Et
Mar. 15.a.1. vinctū adduxerunt eū, & tradiderunt Pontio Pilato p̄sidi. Marcus similiter, Et confestim mane, inquit, cōsiliū facientes summi sacerdotes cū senioribus & scribis & vniuerso cōcilio vincientes Iesum duxerunt & tradiderūt Pilato. Lucas autē posteaquā cōpleuit narrando Petri negationē, recapitulauit quæ cū Dño ge-
Lucæ 22.g. 63. sta sunt, iā vt apparet, circa mane, atq; ita cōtexuit narrationē: Et viri qui tenebant illū illudebāt ei cędētes, & velauerunt eū, & percutiebant faciē eius, & interrogabant eū dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eū. Et vt factus est dies, cōuenerunt seniores plebis & principes sacerdotū & scribæ, & duxerunt illū in conciliū suum D dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, nō credetis mihi: si autē & interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autē oēs, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus
Lucæ 23.a.1. testimoniū? Ipsi enim audiuimus de ore eiꝰ. Et surgens omnis multitudo eorū duxerūt eū ad Pilatū.
Mat.26 f. 63. Hæc omnia narrauit Lucas, vbi intelligitur q̄ etiam
mar.14.g. 62. Matthæus & Marcus narrauerunt, quòd interrogatus sit Dominus, vtrū ipse esset filius Dei, & q̄ dixerit, Dico vobis, amodò videbitis filiū hominis sedētē à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cæli, iā lucescente die gestū quādo Lucas dicit, Et vt factꝰ est dies:
Lucæ 22.g. 66. atq; ita narrat similia, & si quid etiam ipse cōmemorat quod illi tacuerunt. Nocte autem intelligimus per

falsos testes adtū esse cū Domino, q̄ breuiter cōmemo
Mat.26 f. 61. rauerunt Matthæus & Marcus, Lucas tacuit, qui enar
Mar.14.f. 57. rauit quæ circa mane sunt gesta. Nā & illi, id est, Matthæus & Marcus, contexuerunt narrationē in iis quæ cū Domino acta sunt vsq; ad mane: sed postea redierunt ad narrandā Petri negationē: qua terminata redierunt ad mane, vt inde cætera contexerent, quousq; perducerēt quæ cū Domino acta erant, sed nondum cōmemorauerant q̄ mane factū esset. Ioannes quoq; cùm ea quæ cum Domino gesta sunt ex quanta parte
Ioan 18.c. 28. visum est, & Petri negationē totā cōmemorasset, Adducunt ergo, inquit, Iesum ad Caiphā in prætorium. Erat autē mane: vbi intelligimꝰ aut aliquā fuisse causam, quę coēgerit Caiphā esse in p̄torio, nec esse præsentē, cùm alij principes sacerdotū haberent de Domino quæstionē, aut in domo eius fuisse prætorium: tamen ad ipsum ab initio ducebatur, ad quē in extremo perductus est. Sed quia iā tanquā conuictū reum
B adducebant, Caiphæ autē iā antea visum fuerat vt Iesus moreretur, nulla mora interposita est, quin occidēdus Pilato traderetur. Quæ igitur per Pilatū cum Dño gesta sunt, ita Matthæus narrat. Ac primum excurrit inde, vt commemoraret exitū Iudæ traditoris,
Mat. 27.a.3. quē solus narrauit, ita dicēs: Tunc vidēs Iudas qui eū tradidit, quia dānatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argēteos principibus sacerdotū & senioribus dicēs, Peccaui tradens sanguinē iustū. At illi dixerūt,
Act.1.c.18. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tēplo, recessit, & abiens laqueo se suspēdit. Principes autē sacerdotū acceptis argēteis, dixerunt, Nō licet eos mittere in corbonā, quia pretiū sanguinis est. Consilio autē inito, emerunt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinorū: propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, vsq; ad hodiernū diem.
C Tunc impletū est q̄ dictū est per Hieremiā prophetā dicentē: Et acceperunt triginta argenteos pretiū ap-
Zach.11.c. 12. pretiati, quē appretiauerunt filij Israël, & dederūt eos in agrū figuli, sicut constituit mihi Dñs. Si quis autem mouet quòd hoc testimoniū nō inuenitur in scriptura Hieremiæ prophetæ, & ideo putat fidei, Euangelistæ aliquid derogandū, primò nouerit non omnes codices Euangeliorū habere, q̄ per Hieremiā dictū sit, sed tantūmodo per Prophetā. Possemus ergo dicere his potius codicibus esse credēdū, qui Hieremiæ nomen non habent. Dictū est enim hoc per Prophetam, sed Zachariam: vnde putatur, codices esse mendosos qui habēt nomē Hieremiæ, quia vel Zachariæ habere debuerunt, vel nullius, sicut quidā, sed tantum per Prophetā dicētē, qui vtiq; intelligitur Zacharias. Sed vtatur ista defensione, cui placet: mihi autē cur non placeat, hæc causa est, q̄a & plures codices habēt Hieremiæ nomē: & qui diligētius in Græcis exēplaribus Euangeliū consideraueruntin antiquioribus Græcis ita se perhibēt inuenisse: & nulla fuit causa cur adderetur hoc nomen, vt mēdositas fieret. Cur autē de nōnullis codicibus tolleretur, fuit vtiq; causa, vt hoc audax imperitia faceret, cū turbaretur quæstione, quòd hoc testimoniū apud Hieremiā nō inueniret. Quid ergo intelligēdū est, nisi hoc actū esse secretiore cōsilio prouidētię Dei, qua mētes Euangelistarū sunt gubernatæ? Potuit enim fieri, vt animo Matthæi Euāgeliū conscribētis pro Zacharia Hieremias occurrerit, vt fieri solet: quod tamē sine vlla dubitatione emēdaret, saltē ab aliis admonitꝰ, qui ipso adhuc in carne viuēte, hoc legere potuerunt, nisi cogitaret recordationi suæ, quæ sancto Spiritu regebatur, non frustra occurrisse aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia ita Dominus hoc scribi constituit. Cur autē ita constituerit

Dominus,

Dominus, prima illa causa vtilissima debet facillimè A cogitari: etiam sic esse insinuatum, ita omnes sanctos Prophetas vno spiritu locutos, mirabili inter se cōsensione cōstare, vt hoc multo amplius sit, quàm si omniū omnia Prophetarū vno vnius hominis ore dicerentur: & ideo indubitanter accipi deberi quæcūque per eos
Ieremi.1. Spiritus sanctus dixit, & singula esse omniū, & omnia singulorum. Cùm igitur, & quæ dicta sunt per Ieremiā tam sint Zacharię quàm Ieremię; & quæ dicta sunt per Zachariam, tam sint Ieremiæ, quàm Zachariæ: quid opus erat vt emendaret Matthęus, cùm aliud pro alio sibi nomē occurrens, à se scriptū relegisset? Ac nō potius sęquens authoritatem Spiritus sancti, à quo mētem suam regi plus nobis ille vtique sentiebat, ita hoc scriptum relinqueret, sicut eum admonēdo constituerat ei Dominus: ad informandos nos, tantam verborū suorum inter Prophetas esse concordiam, vt non absurdè, imò cōgruētissimè etiam Ieremiæ deputarem⁹ quod per Zachariam dictum reperiremus. Si enim hodie quisquā volens alicuius verba indicare, dicat nomē alterius à quo dicta nō sint: qui tamen sit amicissimus & familiaritate coniunctissimus illi cuius verba dicere voluit: & continuò recordatus aliū ꝓ alio se dixisse, ita se colligat atque corrigat, vt tamē dicat, bene dixi, quid aliud intuens nisi tantam inter ambos esse cōcordiam, inter illum scilicet cuius verba dicere voluit, & aliū cuius ei nomen pro illius nomine occurrit, vt tale sit hoc istū dixisse, quale si ille dixisset: quāto magis hoc de Prophetis sanctis intelligendū & maximè commendandum fuit, vt omnium libros tanquā vnius vnum librum acciperemus: in quo nulla rerum discrepātia crederetur, sicut nulla inueniretur, & in quo maior esset constantia veritatis, quàm si omnia illa vnus homo quamlibet doctissimus loqueretur. Quòd ergo hinc argumētum sumere conantur vel infideles vel imperiti homines, quasi ad ostendendam dissonantiam C sanctorum Euangelistarū, hæc potius debent assumere fideles & docti ad ostendendā vnitatem sanctorum etiā Prophetarū. Est & alia causa: quæ mihi videtur alio tempore diligentiùs pertractanda, ne amplius sermonē protendamus, quàm huius operis terminādi necessitas flagitat, cur hoc nomen Ieremiæ in testimonio Zacharię sic manere permissum vel potius sancti
Ier.32.b.9. Spiritus authoritate præceptum sit. Est apud Ieremiā, quòd emerit agrū à filio fratris sui, & dederit ei argentū, non quidē sub hoc nomine pretij quod positum est apud Zachariā, triginta argenteis, verūtamē agri emptio non est apud Zachariam. Quòd autē prophetiā de triginta argēteis ad hoc interpretatꝰ sit Euāgelista, quod modò de Domino cōpletum est, vt hoc esset pretiū eius, manifestū est: sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto quod Ieremias dicit, hinc potuit misticè significari: vt nō hic Zachariæ nomē poneretur qui dicit triginta argenteis, sed Ieremiæ, qui dicit de agro empto: vt lecto Euangelio atque inuento nomine Ieremiæ, lecto autē Ieremia & non inuento testimonio de triginta argēteis, inuento tamen de agro empto, admoneatur lector vtrumque cōferre, & inde sensum enodare prophetiæ, quomodo pertineat ad hoc quod in Domino impletū est. Nā illud quod subiecit huic te-
mat.27b.9. stimonio Matthæus cùm ait, Quē appretiauerūt filij Israël, & dederunt eos in agrū figuli, sicut constituit mihi Dñs: nec apud Zachariā nec apud Ieremiā reperitur. Vnde magis ex persona ipsius Euāgelistę, accipiēdū est, elegāter & mysticè insertū, quia hoc ex Domini reuelatione cognouerat, ad hāc rē quæ de Christi pre-
Ier.32.c.14. tio facta est huiusmodi pertinere prophetiā. Liber q̄ppe empti agri apud Ieremiā iubetur mitti in vas fictile,

Aug.tom.4.

& emitur hic de prætio Domini ager figuli, & hoc ad sepulturani peregrinorum, tanquam ad permansionē quietis eorum qui in hoc seculo peregrinantes cōsepeliuntur Christo per baptismū. Nā & illā emptionem agri hoc significare Ieremię dixit Dominus, quia erit permansio de captiuitate liberatorū in illa terra. Hæc tamquā delineanda arbitratus sum, cùm admonerē quid in his propheticis testimoniis in vnum redactis & Euangelicæ narrationi collatis, diligentiusattētiusque requiratur. Hæc interposuit Matthæus de Iuda traditore. DEINDE sequitur & dicit: Iesus autem CAPVT VIII. Quæ apud Pilatum. Mat.27.b. 11. sterit ante præsidem, & interrogauit eum pręses dicēs, Tu es rex Iudæorū? Dicit ei Iesus, Tu dicis. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotū & senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respōdit ei vllum verbū, ita vt miraretur præses vehemēter. Per diē autē solēnem consueuerat præses dimittere populo vnum
B vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus, Quem vultis dimittā vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiā tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illū vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum ꝓpter eum. Principes autem sacerdotū & seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam, Iesum verò perderēt. Respondens autem præses ait illis, Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerūt, Barrabam. Dixit illis Pilatus, Quid ergo faciā de Iesu, qui dicitur Christꝰ? Dicūt oēs, Crucifigatur. Ait illis pręses, Quid enī mali fecit? At illi magis clamabāt, dicētes, Crucifigatur. Videns autē Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus corā populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti hu-
C ius, vos videritis. Et respōdēs vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tūc dimisit illis Barrabā, Iesum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Hæc narrauit Matthæus per Pilatū gesta de Domino. Marcus quoq; penè iisdem verbis & rebus cōcinit. Verba autē Pilati, quibus respondit populo petenti, vt solēniter vnus vinctus dimitteretur, ita refert: Pilatus autē respōdit eis, & dixit, Vultis dimittā vobis regē Iudæorū? Matthęus autē sic ait, Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quē vultis dimittam Mar. 15.a. 9. vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Nulla quæstio est, quòd tacet ipsos petisse vt aliquis eis dimitteretur. Sed quæri potest quæ verba Pilatus dixerit vtrū quæ à Matthęo, an quæ à Marco referūtur? Aliud Mat.27.b. 17. enī videtur esse, Quē vultis dimittam vobis, Barrabā an Iesum, qui dicitur Christus? aliud, Vultis dimittam vobis regē Iudęorū? Sed quia Christos, reges dicebant, & q̄ dixit illum an illum, manifestū est eū quærisse an vellent sibi dimitti regē Iudæorū, id est, Christum, nihil interest sententiæ, quod hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solùm volēs dicere quod ad Iesum pertinebat, quandoquidem in eorū responsione satis & ipse ostēdit, quem sibi dimitti voluerint. Pōtifices, inquit cōcitauerūt turbā, vt magis Barrabam dimitteret eis. Sequitur autem & dicit: Pilatus autem iterū rqspondens, ait illis, Quid ergo vultis faciā regi Iudæorum? Marci.15.b. 12. Vnde iam satis apparet quòd id Marcus velit ostendere, dicendo, regē Iudæorū, quod Matthæus dicendo, Christū. Non enī dicebātur Christi, reges, nisi Iudæorū: nam in eo etiam loco Matthæus ait, Dicit illis Pi- Mat 27 c 22. Marci 15.b. 13. latus, Quid igitur faciā de Iesu, qui dicitur Christus? Ergo sequitur Marcus, At illi iterū clamauerūt, Crucifige eū. Quod ille ait, Dicūt oēs, Crucifigatur. Et le-

O

Marcus, Pilatus verò dicebat eis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, Crucifige eum. Hoc Matthæus non dicit, sed quoniam dixit, Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: dixit etiã eum lauisse manus coram populo, vt innocentem se à sanguine iusti significaret: quod item & Marcus & alij tacent. Satis ostendit etiam Matthæus egisse præsidem cum populo, vt dimitteretur. Quod breuiter significauit Marcus in eo, quòd refert Pilatum dixisse, Quid enim mali fecit? Deinde sic etiã ipse concludit, quæ per Pilatum cũ Domino gesta sunt. Pilat⁹ autẽ, inquit, volens populo satisfacere, dimisit illis Barabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. Hæc apud præsidem gesta narrauit Marcus. Lucas apud Pilatum gesta sic narrat: Cœperunt autẽ accusare illum, dicentes, Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Hoc illi duo Euãgelistæ non dixerunt, cùm tamen dicerent quòd eum accusabant. Ergo iste etiam ipsa crimina quæ falsò obiecerunt, aperuit. Tacuit autem quod ei dixit Pilatus, Non respondes quicquam? Vides in quantis te accusant? Sed planè sequitur, & dicit quod etiã illi dixerũt, Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait, Tu dicis. Hoc autem Matthæus & Marcus cõmemorauerunt antequam dicerent cõpellatum Iesum quòd eis accusantib⁹ nõ responderet. Nihil autem interest veritatis, quo ordine Lucas ista retulit: quemadmodũ nihil interest si alius aliquid tacet, quod alius cõmemorat: quemadmodũ in consequentibus dicit: Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, Cõmouit populũ docens per vniuersam Iudæam, & incipiẽs à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodẽ, qui & ipse Hierosolimis erat in illis diebus. Herodes autẽ viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eum, eo quòd audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ illũ multis sermonibus. At ipse nihil respõdebat. Stabant etiã principes sacerdotũ & scribæ, constãter accusantes eũ. Spreuit autẽ illum Herodes cũ exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nã antea inimici erant adinuicem. Hæc omnia, id est, quòd à Pilato ad Herodẽ Dominus missus est, & quę ibi gesta sunt, Lucas solus indicat, etiãsi aliquid ibi ait simile, quod in aliis narrationum locis etiã apud alios possit inueniri. Cæteri autẽ ea tantùm dicere voluerũt quæ apud Pilatum gesta sunt, quousq; Dominus crucifigendus traderetur. Rediens ergo Lucas ad ea quæ apud pręsidem gerebantur, vnde digressus erat, vt narraret quod apud Herodẽ actum est, ita sequitur: Pilatus autẽ conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominẽ quasi auertentem populũ, & ecce ego coram vobis interrogans, nullã causam inueni in homine isto ex iis in quibus eum accusatis. Hic intelligimus eum pręteriisse quemadmodũ à Domino quęsierit, quid accusatoribus respõderet. Sed, neq; Herodes, inquit. Nã remisi vos ad illũ, & ecce nihil dignum morte actũ est ei. Emẽdatũ ergo illum dimittã, Necesse autem habebat dimittere eis per diẽ festum vnum. Exclamauit autẽ simul vniuersa turba dicens, Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam, qui erat propter seditionẽ quandã factam in ciuitate & homicidiũ missus in carcerẽ.

Mat. 27. c. 24.
Mar. 15. b. 14.
Lucæ 23. a. 2.*
Lucæ 23. c. 13.

Iterum autẽ Pilatus locutus est ad illos volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes, Crufige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ, & dimittam. At illi instabãt vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorũ. Matthæus huic conatui Pilati, quo sæpius cum eis egit, volẽs vt dimitteretur Iesus, paucissimis verbis satis attestatus est vbi ait: Vidẽs autẽ Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: quod nõdiceret nisi multũ ille nisus esset: quãuis tacuerit, quoties hoc efficere tẽtauerit, vt erueret Iesum furori eorũ. Et Lucas ita cõcludit quod actum est apud præsidẽ. Et Pilatus, inquit, adiudicauit fieri peritionẽ eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidiũ & seditionem missus fuerat in carcerẽ, quẽ petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum. Nunc eadem secundũ Ioannẽ consideremus: id est, quæ per Pilatũ facta sunt. Et ipsi, inquit, non introierunt in prætoriũ, vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quã accusationẽ affertis aduersus hominẽ hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Hic videndũ est, ne contrarium sit ei, quod Lucas dicit, certa in eum dicta esse crimina. Et dicit quæ dicta sunt. Cœperunt autem, inquit, accusare illum dicentes, Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentẽ se Christũ regem esse. Quod verò nunc secundũ Ioãnem cõmemoraui, videtur Iudæi noluisse dicere crimina, cùm dixisset eis Pilatus, Quã accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? Responderũt enim, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Videlicet vt eorum authoritatem secutus, quid ei obiiceretur desineret quærere: sed ob hoc tantũ nocentẽ credere:, quòd sibi ab eis tradi meruisset. Ergo intelligere debem⁹, & hoc dictũ esse, & illud quod Lucas cõmemorauit. Multa enim dicta, & multa respõsa sunt. Vnde cuique eorum quãtum visum est decerpsit, & in narratione sua posuit, quod satis esse iudicauit. Nam etiã ipse Ioãnes dicit quędã quæ obiecta sunt, quæ suis locis videbimus. Itaq; sequitur: Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eũ vos, & secundum legẽ vestrã iudicate eũ. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquã. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significãs qua morte esset moriturus. Introiit ergo iterũ in prætoriũ Pilat⁹, & vocauit Iesum & dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Et respõdit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Et hoc nõn videtur cõuenire illi quod ab aliis commemoratũ est. Respondit Iesus, Tu dicis: nisi in consequentibus ostẽderet & illud dictũ esse, Vnde ostendit ea quæ nunc dicit à cæteris potius Euangelistis tacita quàm à Domino dicta nõ esse. Attende ergo cætera. Respondit, inquit, Pilatus: Nũquid ego Iudæus sum? Gens tua & põtifices tui tradiderunt te mihi: Quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meũ non est de mundo hoc: Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei vtique decertarent vt nõ traderer Iudæis. Nũc autẽ regnũ meũ nõ est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis quia rex sum ego. Ecce quãdo ventũ est ad id, quod alij Euangelistæ cõmemorauerunt. Sequitur ergo † idẽ, dicẽte adhuc Domino, quod cæteri tacuerũt: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimoniũ perhibeã veritati. Omnis q est ex veritate, audit vocẽ meã. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset, iterũ exiit ad Iudęos, & dicit eis, Ego nullã inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnũ dimittam

Mat. 27. b. 11.
Mar. 15. a. 2.
Lucæ 23. a. 3.
Ioã. 18. c. 38.
al. item.

dimittã vobis in Pascha. Vultis ergo dimittã vobis regẽ Iudæorũ? Clamauerũt rursum omnes, dicentes, Nõ hũc, sed Barrabã. Erat autẽ Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesũ, & flagellauit. Et milites plectentes coronã de spinis, imposuerũt capiti eius, & veste purpurea circũdederũt eũ, & veniebãt ad eũ, & dicebãt, Aue rex Iudæorũ, & dabãt ei alapas. Exiit iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eũ vobis foras, vt cognoscatis quia in eo nullã causã inuenio. Exiit ergo Iesus portans coronã spineã, & purpureũ vestimẽtũ, & dicit eis, Ecce homo. Cùm ergo vidissent eum põtifices & ministri, clamabãt dicẽtes, Crucifige crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderũt ei Iudęi, Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia filiũ Dei se fecit. Hoc potest cõgruere ei, q̃ Lucas cõmemorat in accusatione Iudæorũ dictũ, hũc inuenimus subuertentẽ gentem nostrã, vt adiũgatur, Quia filium Dei se fecit. Sequitur ergo Ioannes & dicit: Cùm ergo audisset Pilatus hũc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est prætoriũ iterũ, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autẽ respõsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te: & potestatẽ habeo dimittere te? Respõdit Iesus, Non haberes potestatẽ aduersus me vllã, nisi tibi datũ esset de super. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autẽ clamabant dicentes, Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Omnis enĩ qui se regẽ facit, contradicit Cęsari. Huic potest cõgruere quod Lucas in eadẽ accusatione Iudæorũ ita narrat: cùm dixissent, Inuenim⁹ eũ subuertentẽ gentẽ nostrã: adiecit, Et prohibentem tributa dari Cęsari, & dicentem se Christum regem esse. Ex quo soluitur illa quæstio, qua putari poterat Ioannem dixisse, nullum à Iudæis Domino crimen obiectum, quando responderũt & dixerunt ei. Si non esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eum. Sequitur ergo Ioannes & dicit, Pilatus autem cùm audiuisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotus, Hebraicè autem Gabatha. Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Hæc narrauit Ioannes per Pilatum gesta.

Ioan. 19. a. 21.
Lucæ 23. a. 2.
Ioan. 19. b. 8.
Ioan. 18. c. 30.
Ioan. 19. c. 31.

CAPVT IX. Passio Domini, Mat. 27. d. 27.

CONSEQVENS est iam, vt ipsam Domini passionem secundum quatuor Euangelistarum testimonia videamus, quam Matthæus sic incipit: Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortẽ: & exuentes eum, chlamydem coccineam circũdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum, illudebant, dicentes. Aue rex Iudæorum. Hoc Marcus in eodẽ loco narrationis ita dicit: Milites autem duxerunt eum intrò in atrium prætorii, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponũt ei plectentes spineam coronam: & cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum: & ponẽtes genua, adorabãt eum. Intelligitur itaque quod Matthæus ait, Chlamydem coccineam circũdederunt ei hoc Marcum dixisse, indutum purpura. Pro regia enim purpura, chlamys illa coccinea ab illudẽtibus adhibita erat: & est rubra quædam purpura cocco simillima. Potest etiam fieri, vt purpuram etiam Marcus commemorauerit, quã chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Lucas hoc prætermisit. Ioannes autẽ antequã diceret, quòd eũ Pilat⁹ crucifigendũ tradiderit, cõmemorauit hoc dicẽs, Tũc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, & flagellauit: & milites plectẽtes coronã de spinis, imposuerũt capiti eius, & veste purpurea circundederũt eũ, & veniebãt ad eũ, & dicebãt, Aue rex Iudæorũ: & dabãt ei alapas. Vnde apparet Matthæũ & Marcũ recapitulãdo istud cõmemorasse, nõ quòd tunc factũ sit, cùm eũ Pilatus iã crucifigẽdũ tradidisset. Ioannes enĩ apud Pilatũ dicit hæc gesta satis euidenter, vnde isti q̃ prætermiserunt recoluerũt. Ad hoc pertinet etiã quòd cõsequenter dicit Matthęus: Et expuẽtes in eũ acceperunt arũdinẽ, & percutiebãt caput eius. Et postquã illuserũt ei, exuerunt eũ chlamydẽ, & induerunt eũ vestimẽtis eius, & duxerunt eũ vt crucifigerẽt. Hoc quod exuerunt chlamidem, & induerunt eum vestimentis eius, in fine factum intelligitur cùm iam duceretur. Marc⁹ hoc ita dicit: Et postquam illuserunt ei, exuerunt illũ purpuram, & induerunt eum vestimentis suis.

Ioan. 18. a. 29.
Ioan. 19. a. 3
Mat. 27. d. 30.
Mat. 15. b. 20.

CAPVT X. Simon Cyrenæus. Mat. 27. d. 32. Marci 15. b. 21.

SEQVITVR ergo Matthæus & dicit: Exeũtes autẽ inuenerunt hominẽ Cyrenęũ, nomine Simonẽ, hũc angariauerũt vt tolleret crucẽ eius. Marcus quoq; Et educũt illũ, inquit, vt crucifigerent eũ: Et angariauerunt prætereuntem quẽ piã Simonem Cyrenæum venientẽ de villa, patrẽ Alexãdri & Rufi, vt tolleret crucẽ eius. Hoc Lucas ita dicit: Et cùm ducerẽt eum, apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenensem venientẽ de villa, & imposuerũt illi crucẽ portare post Iesũ. Ioãnes autem sic narrat: Susceperunt autem Iesum & eduxerunt eum, & baiulans sibi crucẽ exit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha, vbi eum crucifixerunt. Vnde intelligitur quõd ipse sibi portabat crucẽ, cùm exiret in locum memoratum. Simon autem illi in itinere angariatus est, de quo tres commemorant, cui postea data est crux portanda vsque ad locum. Ita vtrumque factum inuenimus, primò id quod Ioannes dicit, deinde quod cæteri trẽs.

Lucæ 23. d. 26.
Ioan. 19. c. 16.

CAPVT XI. Vinũ myrrhatum. Mat. 27. d. 33. Lucæ 23. c. 33. Ioan. 19. c. 17. Mat. 15. b. 23.

SEQVITVR itaque Matthæus: Et venerunt, inquit, in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. De hoc loco apertissimè consentiunt. Deinde adiungit idem Matthæus: Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum: & cùm gustasset, noluit bibere. Hoc Marcus ita narrat: Et dabant ei bibere vinũ myrrhatum, & non accepit. Hoc intelligendum est Matthæum dixisse, cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit. MYRRHATUM enim vinum amarissimum est. Quamquam fieri possit vt fel & myrrha vinum amarissimum redderent. Quod ergo ait MARCUS, Non accepit: intelligitur, non accepit vt biberet. Gustauit autem, sicut MATTHÆUS testis est: vt quod idẽ MATTHÆUS ait, Noluit bibere: hoc MARCUS dixit, Non accepit: tacuit autem quod gustauerit.

CAPVT XII. Vestiũ partitio. Mat. 27. d. 35. Mar. 15. c. 24. Lucæ 23. e. 34. al. spectant, Ioan. 19. d. 23.

SEQVITVR MATTHÆUS: Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes, & sedentes seruabant eum. Hoc idem MARCUS sic: Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Hoc Lucas sic ait: Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes, & stabat populus † expectans. Breuiter à tribus dictum est. Ioannes autem distinctius hoc explicat quemadmodum gestum sit. Milites ergo, inquit, cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta

Psal. c. 19.

mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.

CAPVT XIII. Hora passionis. Mat.27.c. 37. Mar.15.c. 25.

SEQVITVR Matthæus: Et imposuerũt super caput eius causam ipsius scriptã: Hic est Iesus rex Iudęorum. Marcus autẽ, priusquã hoc dixisset, Erat autẽ, inquit, hora tertia, & crucifixerũt eũ: hoc enim subiũgit cùm de vestiũ diuisione dixisset. Quæ res diligentissimè cõsideranda est, ne magnũ faciat errorẽ. Sũt enĩ qui arbitrẽtur hora quidẽ tertia Dominũ crucifixum. A sexta autẽ hora tenebras factas vsq; ad nonã, vt cõsũptæ intelligãtur tres horæ ex quo crucifixus est, vsq; ad tenebras factas. Et posset quidẽ hoc rectissimè intelligi, nisi Ioãnes diceret, hora quasi sexta pilatũ sedisse pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autẽ Gabatha. Sequitur enĩ, Erat autẽ parasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle tolle, crucifige eũ. Dixit eis Pilatus, Regẽ vestrũ crucifigã? Respõderũt pontifices, Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Tũc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Si igitur hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigẽdus Iudæis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut verba Marci nõ intelligentes quidã putauerunt? prius enĩ, qua hora crucifigi potuerit vidcamus, deinde videbimus cur hora tertia crucifixũ dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cùm traditus est crucifigendus à Pilato sedente, vt dictũ est, pro tribunali. Non enĩ iã plena sexta erat, sed quasi sexta: id est, peracta quinta, aliquid etiã de sexta esse cœperat. Nũquã autẽ isti dicerẽt quĩta & quadrãs, aut quinta & tri ẽs, aut quinta & semis, aut aliquid huiusmodi. Habẽt enĩ istũ morẽ scripturæ, vt à parte totũ ponãt, maximè in temporib. Sicut de octo illis diebus, post, quos eũ dicũt ascẽdisse in montẽ, quorũ medios intuentes Matthæus & Marcus dixerũt, Post dies sex: præsertim quia tã moderatè idẽ Ioannes locutus est, vt non diceret sexta, sed quasi sexta. Quòd si ita nõ diceret, sed tantũmodo sextã diceret, possẽm⁹ nos ita intelligere, quemadmodũ loqui solent scripturę, sicut dixi, à parte totum: vt peracta quinta & inchoata sexta gererentur hæc quæ narrata sunt in crucifixione Domini nostri, donec cõpleta sexta illo pẽdẽte fierẽt tenebræ, quibus tres Euangelistæ attestãtur, Matthæus, Marcus & Lucas. Quæramus iam consequenter, cur Marcus cùm commemorasset quòd crucifigẽtes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortes super eis quis quid tolleret: secutus adiunxerit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Iam certè dixerat: Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius. Sicut etiam & cæteri attestantur, quòd eo crucifixo vestimenta diuisa sunt. Si ergo eius rei gestę tempus voluit commemorare Marcus, sufficeret dicere, Erat autem hora tertia: vt quid adiunxit, & crucifixerunt eum: nisi quia voluit aliquid recapitulando significare, quod quæsitum inueniretur: cùm scripturą ipsa illis temporibus legeretur, quibus vniuersæ ecclesiæ notum erat qua hora Dominus ligno suspensus sit, vnde posset huius vel error corrigi, vel mendacium refutari. Sed quia sciebat à militibus suspensum Dominum, non à Iudæis, sicut Ioannes apertissimè dicit, occultè ostendere voluit eos magis crucifixisse qui clamauerunt vt crucifigeretur, quàm illos qui ministeriũ principi suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia cùm clamauerũt Iudæi vt Dominus crucifigeretur, & veracissimè demõstratur tũc eos crucifixisse quando clamauerunt: maximè quia nolebant videri se hoc fecisse, & propterea cum Pilato tradiderant, quod eorum verba satis indicant, secũdum Ioannem. Cùm enim dixisset eis Pilatus, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Respõderũt & dixerũt ei, Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eũ vos, & secundũ legẽ vestrã iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi, Nobis nõ licet interficere quẽquã. Quod ergo maximè videri fecisse nolebãt, hoc eos hora fecisse tertia Marcus ostẽdit, verissimè indicãs magis fuisse Domini necatricẽ linguã Iudæorũ, quàm militũ manus. Quisquis autẽ dixerit, non fuisse horã tertiã, cùm hoc Iudæi primitùs clamauerũt, insanissimè se ostẽdit inimicũ Euangelii. Nisi fortè aliter potuerit eandem dissoluere questionẽ: nõ enim habet vnde cõuincat nõ fuisse tunc horã tertiam, & ideo veridico Euangelistæ potius credendũ quàm contentiosis suspicionibus hominũ. Vnde inquis, probas horã tertiã fuisse? Respondeo, quia credo Euangelistis. Quibus & tu si credis, ostẽdẽ quemadmodũ & hora sexta & hora tertia potuerit Dñs crucifigi? De sexta enĩ vt fateamur, narratione Ioãnis vrgemur: tertiã Marcus cõmemorat, quibus si vterq; nostrũ credit, ostẽdẽ tu aliter, q̃madmodũ fieri vtrũq; potuerit, & libentissimè acquiescã. Nõ enĩ sententiã meã, sed Euangelii diligo veritatẽ. Atq; vtinã etiam plures ab aliis inueniantur huius exitus quæstionis. Quod donec fiat, vtere mecũ isto si placet. Si enim nullus alius exitus poterit inueniri, solⁱ iste sufficiet. Si autẽ potuerit, cùm demõstratus fuerit, eligemus. Tantùm nõ potest consequũs esse, vt quilibet omniũ quatuor Euãgelistarũ mentitus sit, aut in tãto & tã sancto culmine authoritatis errauerit. Si autẽ quis dixerit, se inde cõuincere nõ fuisse horã tertiã, cùm illud Iudæi clamauerũt, quia postea quã dixit idẽ Marcus, Pilatus autẽ iterũ respondens ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum: non interponitur aliquid morarum ab eodem Marco in eius narratione, & continuò ad id peruenitur, vt traderetur ad crucem Dominus à Pilato, quod Ioannes hora quasi sexta factum esse commemorat. Intelligat qui hoc dicit, multa prætermissa esse quæ in medio gesta sunt, cùm Pilatus ageret quærens quomodo eum à Iudæis eriperet, & aduersus eorum insanissimam voluntatem, quibuscunque modis potuit instantissimè niteretur. Matthæus enim ait: Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Tunc fuisse dicimus horam tertiam. Quod autem Matthæus sequitur & narrat, Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: & in conatibus Pilati ad eripiendum Dominum Iesum & in tumultu Iudæorum contrà nitentium, cõsumptum tempus duarum horarum intelligimus, & cœptam fuisse sextam qua nondum terminata gesta sunt, quæ ab eo tempore quo Pilatus Dominum tradidit vsque ad tenebras factas narrãtur. Quod autem Matthæus suprà cõmemorat, Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illũ vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum: postea sederat pro tribunali Pilatus, sed inter illa quæ prius gesta narrabat, recordatus Matthæus quod de Pilati vxore dixit, voluit hoc ibi interponere, vt præstrueret qua maximè causa Pilatus nec nouissimè volebat eum tradere Iudæis. Lucas autem narrat cùm dixisset Pilatus, Emẽdatum ergo illum dimittam: exclamasse vniuersam turbam, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Sed fortasse nondum dixerant, crucifige. Iterum autẽ Pilatus secundum eundem Lucam locutus est ad illos volens dimittere Iesum: ait illi succlamabant dicẽtes, Crucifige crucifige illum. Tũc intelligitur fuisse hora tertia. Quod autem sequitur Lucas & dicit, Ille autẽ tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullã causam

Mat.27.c. 45. Mar.15 c. 33. Lucæ 23 f. 44. Ioan.19.c. 14.

Mar.15.c.33.

Lucæ 9.d. 28.

Mat.17. a.2. Mat 9 a.2. Ioan.19.c. 14.

Mat.27.c. 45. Mar.15 c. 33. Lucæ 23 f. 44. Mar.15.c. 25.

Ioan.18.c. 30.

Mat.15.b. 13.

Ioan.19.c. 14.

Mat.27.c. 22.

Ibid.c.19.

Lucæ 23.c. 16.

causam mortis inuenio in eo: corripiã ergo illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebãt voces eorũ. Satis etiã ipse significat magnũ tumultũ fuisse: & post quantum morarũ spatiũ illis tertiò dixerit, Quid enĩ mali fecit? licet intelligere quantũ indagandæ veritati satis est: & postea quod ait, Instabãt vocib⁹ magnis, & inualescebãt voces eorũ: quis nõ videat ideo factum, quia videbãt Pilatũ nolle eis tradere Dominũ? Et quia hoc magnopere nolebat, nõ vtiq; in momẽto tẽporis cessit, sed vel duæ horæ & aliquid amplius in illa cũctatione trãsierũt. Ioannẽ quoque interroga, & vide quanta fuerit Pilati illa cunctatio & recusatio tã fœdi ministerii. Idẽ nãque multò explicatiùs ea narrat, quãuis nec ipse vtiq; dicat omnia, in quibus duę horæ & de sexta aliquid præterfluxit. † Tũc cùm flagellasset Iesum & à militibus veste illusoria, multisque illusionib⁹ malè tractari permisisset: credo vt hoc modo saltẽ corũ furorẽ mitigaret, ne vsq; ad mortẽ sæuire pertenderẽt. Exiit iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eũ vobis foras, vt cognoscatis quia in eo nullã causam inuenio. Exiit ergo Iesus portãs spineã coronã & purpureũ vestimẽtum. ET dicit eis, Ecce homo: vt illa velut ignominiosa specie visa placarentur. Sed adiungit & dicit, Cùm ergo vidissent eũ pontifices & ministri, clamabant dicẽtes, Crucifige crucifige eũ. Tũc horam tertiã fuisse dicimus. Attende quæ sequũtur: Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo causam. Responderũt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori: quia filiũ Dei se fecit. Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est prętoriũ iterũ, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autẽ respõsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respõdit Iesus, Non haberes potestatẽ aduersus me vllã, nisi tibi datũ esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. Exinde Pilatus quærebat dimittere eũ. In hoc igitur quòd quærebat Pilatus dimittere eũ, quantũ tẽporis putamus esse cõsumptũ, quãta prætermissa quæ vel à Pilato dicebãtur, vel à Iudęis cõtradicebantur, quousque dicerent Iudæi vnde ille commoueretur & cederet? Ita enim sequitur, Iudæi autẽ clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus ergo cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta. Ab illa ergo voce Iudæorum qua primum dixerunt, Crucifige, cùm esset horã tertia diei, vsque ad hoc quòd sedit pro tribunali, per medias † moras cũctationis Pilati, & tumultuãtium Iudæorum, duæ horæ prætierierant, & peracta quinta, iam de sexta aliquid cœperat. Dicit ergo Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle tolle, crucifige eũ. Sed neque iam commotus Pilatus timore calumniæ facilè cedebat. Tunc enim vxor eius ad eum miserat sedentem pro tribunali: quod præoccupauit Matthæus, qui hoc solus commemorauit antequam ad eum locum narrationis veniret: vt ibi hoc poneret, vbi opportunum iudicauit. Tentans itaque adhuc Pilatus, nec quid proficeret dixit eis: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ vt crucifigeretur. Et dum pergit, & dum crucifigitur cum duobus latronibus, dum vestes eius diuiduntur, & † in sortem illa tunica mittitur, atq; inter hæc variis conuiciis illuditur: Simul enim cùm illa gererẽtur, & cõuicia iaciebãtur, cõpleta est hora sexta, & factę sunt tenebræ, quas Matthæus & Marc⁹ & Lucas cõmemorãt. Iã itaq; corruat impia pertinacia, & credat Dominũ Iesũ Christũ, & tertia hora crucifixũ lingua Iudęorũ, & sexta manibus militũ: quia in tumultu Iudæorũ & Pilati æstibus, duę atq; amplius horæ prætierierũt à voce qua dixerũt, Crucifige. Sed ipse Marcus, qui maximè breuitatis sectator est, breuiter voluit intimare Pilati voluntatẽ & cognatũ pro Domini vita. Cùm enĩ dixisset, At illi iterũ clamauerũt, Crucifige eũ: vbi ostendit quòd iã clamauerunt, cùm vellẽt sibi dimitti Barrabã: adiunxit, Pilat⁹ verò dicebat eis, Quid enim mali fecit? Hoc modo breuiter insinuauit q̃ ẽiu gestũ est. Memor tamen etiã ipse quid veller intelligi, nõ ait, Pilatus verò dixit eis: sed ait, Pilatus verò dicebat eis, Quid enĩ mali fecit? Quia si diceret, dixit: quasi semel dictũ intelligeremus. Quia verò ait, dicebat: satis intimauit intelligẽtibus, multis modis & sępe dictũ esse, quousq; inciperet hora sexta. Cogitemus ergo quàm breuiter hoc dixerit Marcus in cõparatione Matthæi, quàm breuiter Matthæus in cõparatione Lucæ, quàm breuiter Lucas in cõparatione Ioannis, cùm tamẽ alia atq; alia quisq; cõmemoret: quàm deniq; breuiter ipse Ioãnes in cõparatione rerũ quæ gestæ sunt, & morarũ cũ illa gererentur, & sine insania resistẽdi credamus duas horas, & quiddã in illo interuallo trãsire potuisse. Quisquis autẽ dixerit, potuisse Marcũ si ita esset, eo tẽpore dicere fuisse horã tertiã, quo erat hora tertia, cùm vox Iudæorũ de crucifigẽdo Domino sonuisset, dicere etiã quòd eũ tũc ipsi crucifixerint, nimis superbè leges narratoribus veritatis imponit. Sic enim potest dicere, si hæc ipse narraret, eo modo eodẽmq; ordine ab omnibus debuisse narrari quo ipse narrauit. Dignetur ergo cõsilio Marci Euãgelistæ superati cõsiliũ suũ, qui eo loco id ponẽdũ iudicauit, quo loco diuina inspiratione suggestũ est. Recordationes enim eorũ eius manu gubernatæ sunt, qui gubernat aquam, sicut scriptũ est, qualiter illi placuerit. Fluitat enĩ humana memoria per varias cogitationes, nec in cuiusquã potestate est quid & quãdo ei veniat in mentẽ. Cùm ergo illi sãcti & veraces viri quasi fortuita recordationũ suarum propter narrationis ordinẽ occultæ Dei potestati, cui nihil fortuitũ est, cõmisissent, nõ oportet quenquã hominũ dicere lõgè abiectũ ab oculis Dei & longè peregrinãtẽ, hoc loco poni debuit, quod valde ignorat, cur eo loco Deus poni voluerit. Quia & si obuelatũ est Euãgeliũ nostrũ, vt ait Apostolus, in iis qui pereũt obuelatũ est. Et cùm dixisset, Aliis quidem sumus odor vitæ in vitam, aliis ordor mortis in mortẽ: subiecit statim, Et ad hæc quis idoneus? id est, quis idoneus est intelligere quàm iustè fiat. Quod idem Dominus dicit, Ego veni, vt qui non vident videant, & qui vidẽt cæci fiant. Ipsa est enim altitudo diuitiarum scientiæ & sapientiæ Dei, qua fit ex eadem massa, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Et dicitur carni & sanguini, O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Quis ergo & in hac recognoscit intellectum Domini, aut quis consiliarius illi fuit, vbi sic gubernauit corda reminiscentium Euangelistarum, & in ecclesię fastigio tanto authoritatis culmine sublimauit, vt per hæc ipsa quæ in eis contraria videri possunt, multi excæcarentur dignè traditi in concupiscẽtias cordis sui, & in reprobum sensum, & multi exercerentur ad elimandũ pium intellectum secundũ occultã omnipotẽtis iustitiã. Dicit enim Propheta Domino: Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuę: vir imprudẽs non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Peto autẽ & admoneo eos qui hæc legũt per nos adiuuante Domino cla-

Mat.27.c. 45. Mar.15.c. 33. Lucæ 23.f. 44.

Ioan.19.c. 14.

Marci 15.b. 13.

Ioan.19.c. 14.

Mat.27.c. 19.

Ioan.19.c. 13.

Mat.27.c. 45. Mar.15.c. 33.

Ioan.9.g.39.

Rom. 11. p. 33.

Ibid.9.c.20. Ibid.11.d. 34.

Rom.1.d. 28.

Psal.91.b.6.

al. Tamen.

al. horæ.

forte, sors in illam tunicam.

borata, vt huius sermonis quē hoc loco interponēdū arbitratus sum, in omni simili quæstionū difficultate meminerint, ne sæpius eadē repetēda sint. Facilè autē videbit qui sine impietatis duritia voluerit attendere, quàm opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit: vt ibi quisq; recordetur qua hora Iudæi crucifixerūt Dominū, qui volebāt in Romanos vel principes vel milites trāsferre ipsum facinꝰ, vbi factū ministrorū militū cōmemoratū est. Ait enī: Et crucifigētes eū diuiserūt vestimēta eius, mittētes sortē super eis quis quid tolleret. Qui hoc fecerūt nisi milites, sicut Ioānes manifestat? Ergo ne quisquā cogitationē tāti criminis (auersꝰ) à Iudæis, in milites illos cōuerteret, Erat autē, inquit, hora tertia, & crucifixerūt eū: vt illi eū potius crucifixisse inueniātur, quos hora tertia vt crucifigeretur clamare potuisse, diligēs inquisitor inueniet, cùm aduerterit hoc quod à militibꝰ factū est, hora sexta factū esse. Quāquā nō desint qui parasceuē, quā Ioānes cōmemorauit dicēs, Erat autē parasceue paschæ, hora ferè sexta, horā diei tertiā velint intelligi, qua sedit Pilatꝰ pro tribunali: vt eadē tertia cōplera videatur, quando crucifixus est: atq; illo iam pendente in ligno, alię tres horæ peractæ sint, & reddiderit spiritum: vt ab ea hora qua defunctus est, id est, diei sexta, tenebrę fierent vsq; ad nonā. Dicūt enī die quidē illo quē dies sabbati sequebatur parasceuen fuisse paschæ Iudæorū: quod ab eodē sabbato iā inciperēt azyma: sed tamen verū pascha, q; iā in passione Dñi gerebatur, nō Iudęorum, sed Christianorū, cœpisse præparari: id est, parasceuē habere, ab hora noctis nona, in eo q; Dominus à Iudæis occidēdꝰ præparabatur. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Ab illa ergo nona noctis hora vsq; ad eius crucifixionē occurrit hora parasceues sexta, secūdū Ioannē, & hora diei tertia secundū Marcū: vt non Marcus horam illā recordatam recapitulando commemorauerit, qua clamarunt Iudæi, Crucifige crucifige: sed eam prorsus horā tertiam dixerit, qua Dñs est fixus in ligno. Quis fidelis non huic fauceat solutioni quæstionis? si modò possit aliquis articulus coniici ab hora nona noctis, vnde cœpisse parasceuen paschæ nostri, id est, præparationem mortis Christi, cōgruenter intelligamus. Si enim dicamus eam cœpisse quando à Iudæis apprehensus est Dominus, adhuc noctis primæ partes erant. Si quando ad domum perductus est soceri Caiphæ, vbi & auditus est à principibus sacerdotum, adhuc gallus non cantauerat, quod ex Petri negatione colligimus, quæ cùm iam audiretur facta est. Si autem quando Pilato traditus est, iam mane fuisse apertissimè scriptum est, restat ergo vt intelligamus tunc cœpisse istam parasceuen paschæ: id est, prępara-tionē mortis Domini, quando responderūt omnes principes sacerdotum apud quos primum audiebatur, & dixerunt, Reus est mortis: quod apud Matthæum & Marcum inuenitur: vt recapitulando intelligantur de Petri negatione postea dixisse, quod antea factum erat. Non enim absurdè coniicitur, tępore eo quando, vt dixi, reum mortis pronūciauerunt, horam nonam noctis esse potuisse: ex qua hora vsque ad horā qua sedit Pilatus pro tribunali, quasi hora sexta fuit, non dici, sed parasceues: id est, prępara-tionis immolationis Domini, quod verum pascha est: vt plena sexta eiusdem parasceues, quæ plena dici tertia occurrebat, Dominus suspenderetur in ligno. Siue ergo hoc potius intelligendum eligatur, siue quòd Marcus tertiā horam recoluerit, eāque maximè ad cōdemnationem Iudęorum in Domini crucifixione commemorare voluerit, qua intelligūtur clamare potuisse vt crucifigeretur: vt ipsos potius crucifixisse acciperemus,

Mv.15.c. 36.
Ibid.c.24.
Ioan.19.d. 23.
Mar.15.c. 33.
Ioan.19.c. 14.
Mat.26 f. 65.
Marci 14.c. 64.
Mat.27.c. 45.
Mat.15 c. 35.

A quàm eos quorū manibꝰ in ligno suspēsus est: sicut ille Centurio magis accessit ad Dominū, quàm illi amici quos misit: proculdubiò quæstio soluta est de hora dominicę passionis, quæ maximè solet & cōtētiosorū cōcitare impudētiam, & infirmorū imperitiā perturbare. SEQVITVR Matthæus & dicit: Tūc crucifixi sunt cū eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Et Marcus similiter & Lucas. Nec Ioānes aliquid facit quæstionis, quamuis latrones eos nō dixerit. Ait enī, Et cū eo alios duos, hinc & hinc, mediū autē Iesū. Esset autē cōtrariū, si cùm illi dixissent, latrones, iste diceret innocētes. SEQVITVR Matthæus & dicit, Prætereuntes autē blasphemabant eū, mouentes capita sua, & dicētes, Vah qui destruis tęplū, & in triduo illud reædificas. Salua temetipsū, si filius Dei es, descende de cruce. Huic Marcꝰ penè ad eadē verba cōsonat. Sequitur deinde Matthæus & dicit: Similiter & principes sacerdotū illudētes cū scribis & senioribus dicebāt, Alios saluos fecit, seipsū nō potest saluū facere. Si rex Israël est, descēdat nunc de cruce, & credimus ei. Cōfidit in deū, liberet nūc eū si vult. Dixit enim, quia filius Dei sum. Marcꝰ & Lucas quamuis alia verba dicāt, ad eandē tamen sentētiā cōcinunt, cùm alius prętermittit, q; alius cōmemorat. De principibus enim sacerdotū quòd insultauerint Domino crucifixo pariter nō tacent, quamuis seniores taceuit Marcꝰ: Lucas autē quia principes dixit, nec addidit sacerdotū, magis nomine generali oēs primates cōplexꝰ est, vt ibi possint intelligi & scribæ & seniores. SEQVITVR Matthæus & dicit, Idipsum autē & latrones qui crucifixi erāt cū eo, improperabāt ei. Nec Marcꝰ discrepat, hoc idē dicēs aliis verbis. Lucas autē potest putari repugnare, nisi genus locutionis satis vsitatū nō obliuiscamur. Ait enim Lucas, Vnus autē de iis qui pendebāt latronibus blasphemabat eū dicens, Si tu es Christus, saluū fac temetipsum & nos. Et sequitur idē ipse, atq; ita cōtexit: Respondens autem alter increpabat illū dicēs, Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memento mei cùm veneris in regnum tuum. Et dicit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, Quomodo ergo sicut Matthæus dicit, Latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Vel sicut Marcus dicit, Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei: quando quidem vnus eorum conuiciatus est, secundum Lucę testimonium, alter & cōpescuit eum, & in Dominum credidit; nisi intelligamus Matthæum & Marcum breuiter perstringentes hunc locum, pluralem numerū pro singulari posuisse. Sicut & in epistola ad Hebræos legimus pluraliter dictum, Clauserūt ora leonum: cùm solus Daniel significari intelligatur; Et pluraliter dictū, Secti sunt: cùm de solo Esaia tradatur. In Psalmo etiam quod dictum est, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in vnum, &c. pluralem numerū pro singulari positum, in actibus Apostolorū exponitur. Nam reges propter Herodem, principes propter Pilatum intellexerunt, qui testimonium eiusdem Psalmi adhibuerunt. Sed quia & pagani solent calumniari Euangelio, videant quemadmodum locuti sint authores eorū, Phædras, Medeas & Clytæmnestras, cùm singulę fuerint. Quid autem vsitatius, verbi gratia, quàm vt dicat aliquis, & rustici mihi insultant, etiam si vnus insultet. Tunc enim esset contrariū quod Lucas de vno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuiciatos Domino. Ita enim nō posset sub numero plurali vnus intelligi. Cùm verò dictum est, latrones, vel qui cum eo crucifixi erant,

Mat.8.a.f.
Lucæ 7.a.f.
CAPVT XIII. Mat 27.c. 38.
Mat.15.c. 27.
Lucæ 23.c. 33.
Ioan.19.c. 18.
CAPVT XV. Mat.27.c. 39.
Mar.15.c. 29.
Mat.27.c. 41.
Sap 2.d.18.
Psal.21.b.9
Mat.15.c.31.
Lucæ 23.c. 35.
CAPVT XVI. Latronum insultatio.
Mat.27.c. 44.
Mat.15.c.32
Lucæ 23.f. 39.
Heb.11.g. 33.
Ibid.37.
Psal.2.a.2.
Act. 4.c.26

fixi erāt, nec additū est ambo, non solùm si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiā quia vnus hoc fecit, potuit vsitato locutionis modo p pluralē numerū singularis significari. SEQVITVR Matthæus & dicit: & sexta autē hora tenebræ factę sunt super vniuersam terrā vsq; ad horā nonā. Hoc & duo alii cōtestantur. Addidit autē Lucas etiā vnde factæ sint tenebræ: id est, solē obscuratū. Sequitur Matthæꝰ: Et circa horā nonā clamauit Iesus voce magna dicēs, Eli, eli lāmazabatani: hoc est, Deus meus, Deus meus, quid dereliquisti me? Quidā autē illic stantes & audiētes dicebant, Heliā vocat iste. Marcus penè ad eadē verba, ad eandē tamen sentētiā nō penè, sed omnino cōsentit. Sequitur Matthæꝰ Et cōtinuò currens vnus ex eis acceptā spōgiā impleuit aceto, & imposuit arūdini, & dabat ei bibere. Sic & Marcus dicit, Currens autē vnus & implens spongiam aceto, circūponēnsq; calamo, potū dabat ei dicēs, Sinite videamus si veniat Helias ad deponēdū eum, Quod quidē de Helia, nō ipsum qui obtulit spōgiā cū aceto, sed cæteros dixisse Matthæus narrauit. Ait enī, Cæteri verò dicebāt, Sine videamus an veniat Helias liberans eū: vnde intelligimus & illū & cæteros hoc dixisse. Lucas autē antequā de latronis insultatione narraret, hoc de aceto ita cōmemorauit, Illudebāt autē ei & milites accedētes & acetū offerētes illi dicētes, Si tu es rex Iudæorū, saluum te fac. Semel cōplecti voluit q; à militibꝰ factū & dictum est. Vbi mouere nō debet, quòd nisi vnū eorum dicit acetum obtulisse. Genus enī locutionis tenuit, de quo suprà tractauimus, pluralē pro singula riponēs. Hoc autē de aceto etiā Ioānes cōmemorauit, vbi ait: Postea sciēs Iesus quia iā omnia cōsūmata sunt, vt cōsummaretur scriptura, dixit, Sitio. Vas autē positum erat aceto plenum. Illi autē spōgiam plenam aceto hyssopo circumponētes obtulerūt ori eius. Sed quod apud eundem Ioannem inuenitur dixisse, Sitio: & quia vas ibi erat aceto plenum, nō mirum est si cæteri tacuerunt. SEQVITVR Matthæus: Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Marcus similiter: Iesus autem emissa voce magna exspirauit. Lucas autem qui ipsa voce magna dixerit, declarauit. Dixit enim: Et exclamans voce magna Iesus ait, Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum: & hæc dicens expirauit. Ioannes verò sicut tacuit illā vocem primam, Eli, Eli, quam Matthæus & Marcus retulerunt; tacuit etiam istam quam Lucas solus commemorauit, illi autē duo nomine vocis magnæ significauerunt: id est, pater in manus tuas commendo spiritum meum: q; cum voce magna dixisse & ipse Lucas similiter attestatus est, vt intelligeremus hāc fuisse vocem magnam, quam Matthæus & Marcus cōmemorauerunt. Sed dicit Ioannes quod nullus illorum trium dicit eum dixisse, Cōsummatum est: cùm acetū accepisset, quod eum ante ipsam vocem magnam dixisse intelligimus. Hæc sunt enim verba Ioānis: Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Inter illud quod ait, Consummatum est; & illud quod ait, Et inclinato capite tradidit spiritum: emissa est illa vox magna quam tacuit iste, cæteri autem tres commemorauerunt. Hoc enim apparet esse ordinis, vt antè diceret, Consummatum est: cùm perfectum in illo esset quod de illo prophetatum erat: & tāquam ad hoc expectaret, qui vtique cùm vellet moreretur, deinde cōmendans tradidit spiritum. Sed quouis ordine quilibet arbitretur dici potuisse hoc magnopere cauendum est, ne cui videatur quisquā Euāgelistarum alteri repugnare, si vel tacuit quod alius dixit, aut dixit quod alius tacuit. SEQVITVR Matthæus: Ecce velum

CAPVT XVII. Potus aceti. Mat.27.c. 45.
Mar.15 c. 33.
Lucæ 23 f. 44.
Mat 27.c. 42.
Mar.15.c. 34.
Mat 27.f. 48.
Mar.15.d. 36.
Mat.27.f. 49.
Lucæ 23.c. 36.
Ioan.19.c. 28.
CAPVT XVIII. Extrema vox. Mat.27.f. 50.
Mar.15.d. 37.
Lucæ 23.f. 46.
Ioan.19.f. 30.
CAPVT XIX. Velum scissum. Mat.27.f. 51.

tēpli scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. Et Marcus sic: Et velū tēpli scissum est in duo, à sursum vsq; deorsum. Lucas autē similiter hoc ait: Et velū tēpli scissum est mediū, sed nō codē ordine. Volēs enim miraculū miraculo adiūgere, cùm dixisset, Sol obscuratus est: cōtinuò subiūgēdū existimauit, Et velū tēpli scissum est mediū: præoccupans videlicet q; expirante Dño factum est, vt deinde recapitulās exequeretur & de potu aceti, & de illa voce magna, & de ipsa morte, quæ ante scissionē veli post tenebras facta intelligūtē. Matthæus enī, qui cùm dixisset, Iesus autem iterū clamās voce magna emisit spiritū: cōtinuò subiecit, Et ecce velū tēpli scissum est: satis expressit tūc esse scissum, cùm Iesus emisisset spiritū. Si autē nō addidisset. Et ecce; sed simpliciter dixisset, Et velū tēpli scissum est: incertū esset vtrū ipse & Marcus hoc recapitulando cōmemorassent, Lucas autē ordinē tenuisset: an Lucas recapitulasset quod illi ordine posuissent. SEQVITVR Matthæꝰ: Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumēta aperta sūt, & multa corpora sanctorū qui dormierāt surrexerūt, & exeuntes de monumentis post resurrectionē eius venerunt in sanctā ciuitatem, & apparuerunt multis. Hæc quæ solus dixit, nō est metuēdum ne cuiquā cæterorū repugnare videātur. Sequitur idē ipse, Cēturio autē & qui cū eo erāt custodiētes Iesum, viso terræ motu & iis quę fiebāt, timuerūt valde, dicētes: Verè filius Dei erat iste. Marcus sic: Videns autem Cēturio qui ex aduerso stabat, quia sic clamās expirasset, ait: Verè homo hic filius Dei erat. Lucas sic: Videns autē Cēturio q; factū fuerat, glorificauit Deū dicens, Verè hic homo iustus erat. Nō est cōtrariū quod Matthæus viso terræmotu dicit admiratū Centurionē, & eos qui cum illo erant, cùm Lucas dicat hoc eū admiratum, quòd emissa illa voce expirasset, ostendēs quia in potestate habuerit quando moreretur. In eo quippe quòd idem Matthęus non solùm dixit, Viso terræmotu; sed etiam addidit, Et iis quæ facta erant: integrū locum fuisse demonstrauit Lucæ, vt discerēt Centurionem ipsam Domini mortem fuisse miratum, quia & hæc inter illa est quæ tunc mirabiliter facta erant. Quanquam & si Matthęus illud non addidisset, intelligendum erat, cùm multa miranda facta fuerint, & omnia Centurio, & qui cum eo erant mirari potuerint, liberum fuisse narrantibus quid quisque illū miratum cōmemorare voluisset. Nec eos sibi repugnare, cùm alius illud, alius illud diceret fuisse miratum, quando omnia fuerat ille miratus. Quod autem alius ait, Cēturionem dixisse, Verè filius Dei erat iste: alius autem, Verè homo hic filius Dei erat: non mouebit eum cui non exciderunt tam multa superiùs similiter dicta & exposita. Ad vnam quippe sententiam vtraq; verba concurrunt, nec quod alius tacuit, Homo, alius dixit, vllo modo cōtrarium est. Magis quòd Lucas nō ait, Centurionē dixisse, filius Dei erat: sed, iustus erat: potest putari diuersum: sed vel vtrumque dictum à Centurione intelligere debemus, & aliud illos, aliud istum commemorasse: vel fortasse Lucam exprimere voluisse sententiam Centurionis, quomodo dixerit Iesum filium Dei. Fortè enim non eum vnigenitū æqualem patri Centurio intellexerat, sed ideo filiū Dei dixerat, quia iustum crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filii Dei. Quod autē etiam ipse Lucas dicit, Videns autem Cēturio quod factū erat: in eo genere inclusit omnia quæ in illa hora mirabiliter facta erant, tanquam vnū mirabile factum commemorans, cuius quasi membra & partes erant omnia illa mirāda. Iam verò quod Matthęus addidit, eos qui cum Centurione erant; alii autē hoc tacuerunt: cui non apparet ex

Mat.15.d. 38.
Lucæ 23 f. 45.
CAPVT XX. Cēturio miratus.
Mat 27.f. 51.
Ibid.f.54.
Mar.15.d. 39.
Lucæ 23.g. 47.
Mat.27.f. 54.
Marci 15.d. 39.
Lucæ 23. g. 47.
Mat.27.f. 54.

notissima regula non esse contrarium, cùm alius dicit quod alius tacet? Et quod Matthæus dixit, timuerunt valde, Lucas autem non dixit, timuit; sed glorificauit Deum: quis non eum intelligat timendo glorificasse?

Luca 23.g. 47.

CAPVT XXI. Mulieres à longè. Mat. 27.f.55. Mar. 15.d. 40.

SEQVITVR Matthæus: Erāt autē ibi mulieres multæ à lōgè, quæ secutę erāt Iesum à Galilæa ministrātes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorū Zebæi. Marcus sic: Erāt autē mulieres de longè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater & Salome & cùm esset in Galilæa sequebātur eū, & ministrabāt ei, & aliæ multæ quæ simul cū eo ascēderāt Hierosolymā. Inter hos nihil video quod cōtrariū possit putari. Quid enī interest ad veritatē, quòd quasdā mulieres pariter, quasdā singuli nominauerūt?

Luca 23.g. 48.

Lucas quoq; ita narrationē cōtexit: Et omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebāt, percutiētes pectora sua reuertebātur. Stabāt autē omnes noti eius à lōgè, & mulieres quæ secutæ erāt eū à Galilæa hęc videtes. Vnde superioribꝰ duobus de mulierū præsentia satis cōstitit, quamus nullam earū nominatim exprimat. De turba etiam quæ simul aderat, & videtes quæ fiebāt, tundebāt pectora sua &

Mat. 27.f.54.

reuertebātur: cōsentit Matthæus, quamuis seorsū adnexuerit, Cēturio autē & qui cū eo erāt. Quapropter tātū modo de notis eius qui stabāt à lōgè solus inuenit dixisse. Nā & Ioannes cōmemorauit de præsentia feminarū antequā Dominus emisisset spiritū, ita narrās:

Ioan. 19.c. 25.

Stabat autē iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cùm vidisset autē Iesus matrē & discipulū stātē quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus: deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in sua. Qua in re nisi apertissimè Matthæus quoq; & Lucas mariā Magdalene nominassent, possemus dicere, alias à lōgè, alias iuxta crucē fuisse. Nullus enī eorū præter Ioānē matrē Dñi cōmemorauit. Nūc ergo quomodo intelligitur eadem Maria Magdalene, & à longè stetisse cū aliis mulieribus, sicut Matthæus & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse, sicut Ioannes dicit; nisi quia in tanto interuallo erant, & vt iuxtà dici possent, quia in conspectu eius præstò aderant, & à longè in comparatione turbæ propinquius circūstantis cum Centurione & militibus. Possumus etiam intelligere, quòd illæ quæ simul aderant cū matre Dñi, postquam eam discipulo commēdauit, abire iam cœperant, vt à densitate turbæ se exuerent, & cętera quæ facta sunt longiùs intuerentur: vt cæteri Euangelistæ qui post mortem Domini eas commemorauerunt, iā longè stantes commemorarent.

CAPVT XXII. Ioseph tollit corpus. Mat. 27.g. 57. Mar. 15.d. 42.

SEQVITVR Matthæus: Cùm serò autem factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatū, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus Iesu. Marcus sic: Et cùm iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnū Dei, & audacter introuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus autē mirabatur si iam obisset. Et accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cùm cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Lucas sic:

Lucæ 23.g. 50.

Et ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudæę, qui expectabat & ipse regnum Dei, hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Ioannes autem posteaquam narrauit de cruribus fractis eorū qui cū Domino crucifixi erant, & de latere Domini lancea

A percusso, quod totū solus dixit, sic iūgit etiā de Ioseph cōsentiēs cæteris ita narrās: Post hæc autē rogauit Pilatū Ioseph ab Arimathia, eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autē propter metū Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatꝰ. Venit ergo & tulit corpus Iesu. In hoc nihil extat in quo aliquis eorū alicui repugnare videat. Sed aliquis forsitā quærat, quomodo à semetipso Ioānes ipse nō discrepet, contestans cū cæteris quòd Ioseph petierit corpꝰ Iesu, & solus dicēs quòd occultus fuisset discipulus Domini propter metū Iudæorū. Meritò enim mouet, cur ille qui propter timorē occultus discipulus erat, ausus sit petere corpꝰ eiꝰ, q̄ nullus eorū qui eū palā sequebātur, auderet. Sed intelligendū est, istū fiducia dignitatis hoc fecisse, qua prædit ꝰ poterat familiariter intrare ad Pilatū. In extremo autē illo officio funeri exhibēdo minus curasse de Iudæis, quamuis soleret in Domino audiēdo eorū † inimicitias deuitare.

Ioan. 19.f. 38.

† al. infidiat.

B SEQVITVR Matthæus: Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone mūda, & posuit in monumēto suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnum ad ostiū monumēti, & abiit. Marcus sic: Ioseph autē mercatus sindonem, & deponēs eū inuoluit sindone, & posuit eū in monumēto q̄ erat excisum de petra, & aduoluit lapidē ad ostiū monumenti. Lucas sic: Et depositū inuoluit in sindone, & posuit eū in monumento exciso, in quo nōdū quisquā positus fuerat. Ex his tribus nulla quæstio dissensionis oriri potest. Ioannes autē sepulturā Domini, non à solo Ioseph, sed à Nicodemo quoq; curatā fuisse cōmemorat. Cōsequēter enim à Nicodemo incipiēs, ita narrat: Venit autē & Nicodemꝰ qui venerat ad Iesū nocte primū, ferens mixturā myrrhæ & aloës quasi libras centū. Deinde sequitur adiungēs ipsum Ioseph & dicit: Acceperūt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eū

CAPVT XXIII. Sepultura Domini. Mat. 27.g. 59. Mar. 15.d. 46.

Luca 23.g. 53.

Ioan. 19.g. 39.

C linteis cū aromatibꝰ, sicut mos Iudæis est sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumētū nouū, in quo nondū quisquā positus erat. Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, posuerunt Iesum. Neque hic aliquid repugnat rectè intelligentibus. Neque enim illi qui de Nicodemo tacuerunt, affirmauerunt à solo Ioseph Dominum sepultum, quamuis solius cōmemorationē fecerint: aut quia illi vna sindone à Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi & alia lintea potuisse afferri à Nicodemo & superaddi: vt verum narraret Ioannes, quòd nō vno linteo, sed linteis inuolutus sit: quamuis & propter sudarium quod capiti adhibebatur, & institas quibus totū corpus alligatum est, quia omnia de lino erant, etiamsi vna sidō ibi fuit, verissimè dici potuit, ligauerūt eum linteis. Lintea quippe generaliter dicūtur quæ lino texuntur.

D SEQVITVR Matthæus: Erat autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedētes cōtra sepulchrū. Quod Marcus ita dicit Maria autē Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur. Vnde nihil eos ex hoc dissentire manifestū est. Sequitur Matthæꝰ: Altera aūt die quæ est post parasceuē, cōuenerūt principes sacerdotū & Pharisæi ad Pilatū dicētes, Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque ad diē tertiū, ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eū, & dicāt plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiā, ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierūt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. Hoc solus Matthæus narrat, nullo aliorum narrāte aliquid quod huic videatur esse contrarium. Deinde sequitur idem Matthæus & dicit: Vespere autem sabbati quæ lucebat

CAPVT XXIIII. Appariitiones. Mat. 27.g. 61. Mar. 15.d. 47. Mat. 27.g. 62.

Mat. 28.a.1.

lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrū. Et ecce terræmotus factꝰ est magnus. Angelus enim Domini descēdit de cælo, & accedens reuoluit lapidē, & sedebat super eū. Erat autē aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. Præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autē angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos. Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est, quæritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite & videte locū vbi positus erat Dominus. Et citò euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæā, ibi eū videbitis: ecce prędixi vobis. Hic Marcus cōsonat. Sed potest mouere, quomodo secūdū Matthæū, angelus super lapidē sedebat reuolutū à monumento. Marcus enim introeuntes eas in monumētū dicit vidisse iuuenē sedētē in dextris coopertū stola candida, & obstupuisse: nisi intelligamus aut Matthæum tacuisse de illo angelo quē intrantes viderunt: Marcum verò de illo tacuisse, quē foris viderunt sedentē super lapidē: vt duos viderint, & à duobus singillatim audierint quæ dixerunt angeli de Iesu: prius ab illo quē foris viderunt sedentē super lapidē, deinde ab illo quē viderunt intrantes in monumentū sedentē à dextris, quò vt intrarent, illius qui foris sedebat verbis exhortatæ sunt dicentis, Venite & videte locū vbi positus erat Dominus. Quò venientes, vt dictum est, & intrantes viderunt eū, de quo Matthæus tacet, Marcus autē loquitur, sedentē à dextris, à quo talia similiter audierunt. Aut certè intrātes in monumentū in aliqua septa macerię debemus accipere, qua cōmunitū locū tū c fuisse credibile est in aliquo spatio ante petrā, qua excisa locus factus fuerat sepulturæ: vt ipsum viderint in eodē spatio sedētē à dextris, quē dicit Matthæus sedentē super lapidē, quē terræmotu ab ostio monumenti reuoluerat: id est, à loco

Mar. 16. a. 1

Mat. 28.a.2.

Mar. 16.a. 2.

Luc. 24. a. 1 Ioan. 20. a. 1.

A quod ait, Valde mane: tanquam sol ipse videretur iam super terras: sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare tēperius aliquid faciendū. Cùm enim dixerimus manè, nē putent iā sole supra terrā cōspicuo nos dicere, ad hoc plerū q; addimꝰ valde manè: vt illud quod etiā albescente vocatur, intelligāt: quamquā & hoc vsitatū sit, vt post galli cantū sæpe repetitū cùm cōiectari homines cœperint diē iā propinquare, dicant, iā manè est: & cùm post hoc verbū attēderint, & iā oriente, id est, iam de proximo aduenente in has partes sole, cælū rubescere vel albescere viderint, addant qui dicebāt, manè est, & dicant, valde manè est: Quid autem interest dū siue illo siue isto modo nihil aliud intelligamus à marco appellatū manè, nisi quod Lucas appellauit diluculū: & hoc valde manè, quod ille valde diluculo: & q̄ Ioannes, manè cùm adhuc tenebræ essent, sole autē iā oriente: id est, ortu suo iā cælū illuminate incipiēte. Quomodo ergo his tribus cōgruat Matthęus, qui nec diluculo, nec manè, sed vespere ait sabbati quæ lucescit in prima sabbati: attētiùs indagandū est. A parte quippe prima noctis quæ est vespera, ipsam noctē voluit significare Matthæus, cuius noctis fine venerunt mulieres ad monumētū. Ea verò causa intelligitur eandē noctē sic appellasse, quia iam à vespere licebat afferre aromata, transacto vtiq; sabbato. Ergo quoniā sabbato impediebantur, vt non antè facerēt, ab eo tēpore nominauit noctē, ex quo eis licere cœpit vt facerent quodcunque vellent tēpore eiusdē noctis. Sic itaq; dictū est, Vespere sabbati: ac si diceretur, nocte sabbati: id est, nocte quæ sequitur diē sabbati: q̄ ipsa verba eius satis indicant. Sic enim ait: Vespere autē sabbati, quæ lucescit in prima sabbati: quod fieri non potest, si tantūmodo primā noctis particulā, id est, solū initium noctis, intellexerimus dicto vespere

B

C significatā. Neq; enim ipsum initium lucescit in prima sabbati, sed ipsa nox q̄ luce incipit terminari. Nā terminus primę partis noctis, secūdę partis initiū est, lux autem terminus totius noctis est. Vnde non potest dici vesper lucescens in prima sabbati, nisi nomine vesperi nox ipsa intelligatur, quam lux terminat. Et vsitatus loquendi modus diuinæ scripturę est, à parte totum significare. A vespere ergo noctem significauit, cuius extremum est diluculum. Diluculo enim venerunt illæ mulieres ad monumentum. Ac per hoc ea nocte venerunt, quæ significata est nomine vesperi. Tota enim significata est eo nomine, vt dixi, & ideo quacunque eius noctis parte venissent, ea vtique nocte venissent. Cùm ergo venerunt parte eius noctis extrema, ea proculdubio noctē venerunt. Vespere autem quæ lucescit in prima sabbati, non potest nisi tota ipsa nox intelligi. Eo igitur vespere venerunt, quæ ipsa nocte venerunt.

Ibid. b. 8.

Mat. 28. b. 8.

D Ipsa autē nocte venerūt, quæ noctis ipsius quāuis extrema parte venerūt. Nā & ipsum triduū quo Dominus mortuus est & resurrexit, nisi isto loquēdi modo, quo à parte totum dici solet, rectè intelligi non potest. Hinc magna redditur ratio verbi Domini. Ipse quippe ait, Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Computentur autem tempora, siue ex quo tradidit spiritum, siue ex quo sepultus est, & non occurrit ad liquidum nisi ad medium diem, hoc est, vt sabbatum totum diem accipiamus, id est, cum sua nocte: illos autem qui eum in medio posuerunt, id est, parasceuen, & primā sabbati, quem diē Dominicū dicimus, à parte totum intelligamus. Quid enim iuuat quod quidā his angustiis coarctati, & istū locutionis modū, id est, à parte totū, in sanctarū scripturarū soluendis quæstionibus plurimū va-

Mat. 12. d. 40. Ionæ 2. a. 3.

lere nescientes, noctē voluerunt annumerare tres illas horas à sexta vsq; ad nonā, quibus sol obscuratus est, & diē tres horas alias, quibus iterū terris est redditus, id est, à nona vsq; ad eiꝰ occasum. Sequitur enim nox futuri sabbati, qua cū suo die cōputata, erūt iam duę noctes & duo dies. Porro autē post sabbatū sequitur nox primi sabbati, id est, illucescētis diei Dominicę, in qua tunc Dominus resurrexit. Erunt ergo duæ noctes & duo dies, & vna nox: etiāsi tota posset intelligi; nec sic ostenderemus quod illud diluculū pars eius extrema sit. Quapropter nec annumeratis illis sex horis quarū tribus sol contenebratus est, & tribus eluxit, constabit ratio triū dierū & triū noctiū. Restat ergo vt illo scripturarū vsitatissimo loquēdi modo, quo à parte totū intelligitur, inueniamꝰ extremū diē tēpus parasceues, quo crucifixus & sepultus est Dominus, & ex ipsa extrema parte totū diē cū sua nocte, qui iā peractus fuerat, accipiamus: medium verò, id est, sabbati diē, non à parte, sed integrè totū: tertiū rursus à parte sua prima, id est, à nocte totū cū suo diurno tēpore: ac sic erit triduū, quemadmodū illi octo dies post quos ascendit in montē, quorū medios integros attendentes Matthæus & Marcus dixerunt, Post sex dies: quod Lucas dixit, Post octo dies. Nunc iā cætera videamus, quemadmodū Matthæo congruant. Lucas enim apertissimè duos angelos dicit visos fuisse à mulieribus quæ venerūt ad monumentū, quorū singulos intellexeramus commemoratos à duobus: vnū à Matthęo, id est, illū qui extra monumentū sedebat in lapide: alterū à Marco, id est, illū qui intra monumentū sedebat à dextris. Sed Lucas ita narrat: Et dies erat parasceues, & sabbatū illucescebat. Subsecutæ autē mulieres quæ cū ipso venerant de Galilæa, viderunt monumentū, & quēadmodū positū erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & sabbato quidē siluerunt secundū mandatū. Vna autē sabbati valde diluculo venerunt ad monumentū portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidē reuolutū à monumento, & ingressæ nō inuenerunt corpus Domini Iesu. Et factū est dū mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cùm timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis, viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius, & regressæ à monumento nunciauerūt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Quomodo ergo singuli visi sunt sedentes, vnus secundum Matthæum, foris super lapidem: & alter secundum Marcum intus à dextris: cùm secundum Lucam duo steterunt secus illas, quamuis similia dixerint? Possumus quidem adhuc intelligere vnum angelum visum à mulieribus, & secundum Matthæum, & secundum Marcum, sicut suprà diximus: vt eas ingressas in monumentum sic accipiamus, in aliquod scilicet spatium quod erat in aliqua maceria communitum, vt intrari posset ante illum saxeum sepulchri locum, atque ibi vidisse angelum sedentem supra lapidem reuolutum à monumento, sicut dicit Matthæus, vt hoc sit sedentem à dextris, quod dicit Marcus: deinde intus ab eis dum inspicerent locum in quo iacebat corpus Domini, visos alios duos angelos stantes, sicut dicit Lucas, similia locutos ad earum exhortandum animum & ædificandam fidem. Sed videamus & illa quæ Ioannes dicit, vtrum vel quemadmodum his cōgruant. Sic ergo narrat Ioannes: Vna autem sabbati

Mat. 17. a 1. Mar. 9. a. 2. Lucæ 9. d. 28.
Lucæ 24. a. 4.
Mat. 28. a. 2.
Mat. 16. a 5. Lucæ 23. 3. 54.
Lucæ 24. a. 1.
Mat. 17. c. 23. Lucæ 9. c. 22. Mat. 9. c. 31.
Mat. 28. a. 2
Mar. 16. a 5. Lucæ 24. a. 4.

A Maria Magdalene venit mane cùm adhuc tenebrę essent ad monumentū, & vidit lapidem sublatū à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonē Petrū, & ad aliū discipulū quem amabat Iesus, & dicit eis, Tulerūt Dominū de monumento, & nescimus vbi posuerunt eū. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerūt ad monumentū. Currebāt autē duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentū. Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eū, & introiuit in monumentū, & vidit linteamina posita & sudariū quod fuerat sup caput eius, non cū linteaminibꝰ positū, sed separatim inuolutū in vno loco. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentū, & vidit, & credidit. Nōdum enim sciebat scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterū ad semetipsos discipuli.

B Maria autē stabat ad monumētū foris plorans. Dū ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentū, & vidit duos angelos in albis sedētes, vnū ad caput & vnū ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicūt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominū meū, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantē, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autē ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. In hac Ioānis narratione

C dies vel tempus quo ventum est ad monumentum, cum cæteris conuenit. Illud etiam quòd duo angeli visi sunt, concordat cum Luca. Sed quòd ille stantes dicit angelos visos, iste autem sedentes, & cætera quæ illi non dicunt, quomodo hinc possint intelligi non discrepare à cæteris, & quo ordine gesta sint, nisi diligenter considerentur, repugnantia possunt videri. Quapropter hæc omnia quæ circa tempus resurrectionis Domini facta sunt, secundum omnium Euangelistarum testimonia in vnam quandam narrationē, quantum nos Dominus adiuuerit, quēadmodū geri potuerint, ordinemus. Prima sabbati valde diluculo, sicut omnes consentiunt, ventum est ad monumentum. Iam factum erat quod solus Matthæus commemorat de terræmotu & lapide reuoluto conterritisq; custodibus, ita vt in parte aliqua velut mortui iacerent. Venit autem, sicut Ioannes dicit, Maria Magdalene, sine dubio cum cæteris mulieribus quæ Domino ministrauerant, plurimum dilectione feruentior, vt non immeritò Ioannes solam commemoraret, tacitis eis quæ cum illa fuerunt, sicut alij testantur. Venit ergo, & vt vidit lapidem sublatum à monumento, antequam aliquid diligentius inspiceret, non dubitans ablatum inde esse corpus Iesu, cucurrit, sicut dicit idē Ioannes, & nunciauit Petro atque ipsi Ioanni. Ipse est enim discipulus quem amabat Iesus. At illi currere cœperunt ad monumentum, & præueniens Ioannes inclinauit se & vidit posita linteamina, nec intrauit. Petrus autem consecutus intrauit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum. Deinde & Ioannes intrauit, & vidit similiter, & credidit quod Maria dixerat sublatum

Ioan. 20. a.
Lucæ 24. a. 4.
Ioan. 20. a. 11.

A sublatū esse Dominum de monumento. Nondū enim sciebat scripturā, qa oportebat eū à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterū ad semetipsos discipuli. Maria autē stabat ad monumentū foris plorans: id est, ante illū saxei sepulchri locum, sed tamen intra illud spatium quod iā ingressæ fuerant: hortus quippe illic erat, sicut idē Ioannes cōmemorat. Tunc viderunt angelū sedētē à dextris sup lapidē reuolutū à monumēto, de quo angelo narrāt Matthæus & Marcus. Tunc eis dixit, Nolite timere vos: scio enim quòd Iesum q crucifixus est quæritis. Nō est hic, surrexit enim sicut dixit: venite & videte locum vbi positus erat Dominus. Et citò eūtes dicite discipulis eius, qa surrexit, & ecce pcedet vos in Galilæā, vbi eum videbitis, ecce pdixi vobis. Quibꝰ similia Marcus quoq; nō tacuit. Ad hæc verba Maria dū fleret inclinauit se & prospexit in monumētum, & vidit duos angelos, sicut dicit Ioannes, in albis sedentes: vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat

B corpus Iesu. Dicūt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eū. Hīc intelligendi sunt surrexisse angeli, vt etiā stantes viderētur, sicut eos Lucas visos fuisse cōmemorat, & dixisse secundum eundē Lucam timētibus mulieribus & vultum in terram declinantibus, Quid quēritis, viuentē cum mortuis? Nō est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cū adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere à mortuis. Et recordatæ sunt verborū eius. Post hæc cōuersa est retrorsum Maria, & vidit Iesum stantē, sicut dicit Ioannes, & nō sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quē quæris? Illa existimans quia hortulanꝰ esset, dicit ei, Domine si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eū tollā. Dicit ei Iesus, Maria. Cōuersa illa dicit ei, Rabboni,

C quod dicitur magister. Dicit ei Iesus, Noli me tāgere, nōdum enim ascendi ad patrē meū. Vade autē ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrē meum & patrē vestrum, Deū meum & Deum vestrum. Tunc egressa est à monumento: hoc est, ab illo loco vbi erat horti spatium ante lapidem effossum: & cum illa aliæ, quas secundum Marcum inuaserat tremor & pauor, & nemini quicquam dicebant. Tunc iam secundum Matthæum, Ecce Iesus occurrit illis dicens, Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Sic enim colligimus, & angelorum allocutionem bis numero eas habuisse, venientes ad monumētū, & ipsius Domini: semel scilicet illic quādo Maria hortulanum eum putauit: & nunc iterum cùm eis occurrit in via, vt eas ipsa repetitione firmaret, atq; à timore reerearet. Tunc ergo ait illis, Nolite timere, ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Venit ergo Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidit Dominum, & hæc ei dixit. Non solùm ipsa, sed & aliq, quas Lucas commemorat, quæ nunciauerunt hæc discipulis vndecim, & cæteris omnibus. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non credebāt illis. His & Marcus attestatur. Nam & posteaquam commemorauit eas trementes & pauentes exisse à monumento, & nemini quicquam dixisse, adiunxit, quòd resurgens Dominus apparuerit mane prima sabbati, primò Mariæ Magdalenæ de qua ciecerat septem dæmonia: & quia illa vadens nunciauit iis qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus: & quia illi audientes quòd viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Sanè Matthæus etiam illud inseruit, abscedentibus mulieribus quæ illa omnia viderant & audierant, venisse etiam

Ioan. 19. g. 41.
Mat 28. a. 5.
Marci 16. b. 6.
Ioan. 20. c. 12.
Lucæ 24. a. 4.
Mat. 17. c. 23
Mar. 9. c. 31. Lucæ 9. c. 22. Ioan. 20. c. 14.
Mat. 16. b 8. Mat. 28. b. 9.
Ioan. 20. c. 13. Mat. 28. b. 10.
Lucæ 24. b. 10.
Mat. 16. b. 8.
Mat. 28. c. 11.

A quosdam in ciuitatem de illis custodibus qui iacuerant velut mortui, & nunciasse principibus sacerdotū omnia quæ facta erant, hoc est, quæ etiā illi sentire potuerunt. Illos verò cōgregatos cū senioribus cōsilio accepto, pecuniā copiosam dedisse militibus, vt dicerent quòd discipuli eius venissent, cúmq; furati essent illis dormientibus: pollicentes etiā securitatē à præside qui eos custodes dederat: & illos accepta pecunia fecisse sicut erant edocti, diuulgatúmq; esse verbū istud apud Iudæos vsq; in hodiernū diem. Iam post resurrectionē, quēadmodū apparuerit Dominus discipulis, considerandū est, non solū vt clucescat etiā ex hac re conuenientia quatuor Euangelistarū, verùm etiam vt cū Paulo apostolo cōsonent, qui de hac re in prima ad Corinthios epistola ita loquitur: Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundū scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas, & quia apparuit Cephæ, & postea vndecim: deinde apparuit plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent vsq; adhuc, quidā autē dormierūt: postea apparuit Iacobo, deinde Apostolis omnibus: nouissimè autē omnium tanquā abortiuo apparuit & mihi. Hunc autē ordinē nullus Euangelistarū tenuit. Vnde considerandū est, vtrū ordo quē illi tenuerunt, huic non aduersetur. Nā nec ille omnia, nec isti omnia dixerunt. Quæ autē dixerunt omnes, vtrū nihil inter se pugnent tantum videndū est. Lucas enim solus quatuor Euangelistarū, non dicit à mulieribus visum Dominū, sed tantūmodo angelos. Matthæus autē dicit quòd eis occurrerit redeuntibus à monumento. Marcus quoque dicit primò visum esse Mariæ Magdalenæ, sicut & Ioannes: sed quomodo ab eis sit visus non dicit, quod explicatur à Ioanne. Lucas autē non solùm

C tacet, vt dixi, eum apparuisse mulierib⁹, sed etiā duos, quorū vnus fuit Cleophas, talia dicit locutos cum illo antequam agnoscerent eum, tanquam mulieres nihil se aliud quàm angelos vidisse nunciauerint, quid dicebant eum viuere. Ita nim narrat: Ecce duo ex illis ibāt ipsa die in castellū quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus: & ipsi loquebantur ad inuicē de his omnibus quæ acciderant. Et factū est dū loquerentur, & secū quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorū tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Hierusalem & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & ser-

D mone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt. Hæc secundum Lucam ita narrant, vt meminisse ac recolere potuerunt quod à mulieribus dictū erat, vel à discipulis qui cucurrerant ad monumentum, quando eis nunciatum est, quòd ablatum inde sit corpus eius. Et ipse quidem Lucas Petrum tantùm dicit cucurrisse ad monumentū, & pro-

CAPVT XIV. Euangelia cū Pauli narratione cōferuntur.
1. Cor. 15. a. 3.
Lucæ 24. a. 4.
Mat 28. b. 9.
Mar. 16 b 9. Ioan. 20. c. 14.
Lucæ 24. b. 13.
Lucæ 24. b. 12.

cumbentē vidisse linteamina sola posita, & abiisse secū mirantē quod factū fuerat. Hoc autē de Petro cōmemorat, prius quàm narret de his duob⁹ quos inuenit in via, posteaquā narrauit de mulieribus quæ viderāt angelos, & ab eis audierant quòd resurrexisset Iesus: tamquā tunc Petrus ad monumentū cucurrerit. Sed intelligitur hoc Lucas recapitulādo posuisse de Petro. Túc enim cucurrit Petrus ad monumentū, quando & Ioānes, cùm tantummodo à mulieribus, præcipuè à Maria Magdalena nunciatū eis fuerat de corpore ablato. Túc autē illa nunciauerat, quando vidit lapidē auulsum à monumento: & postea facta sunt hæc de visione angelorum, atq; ipsius Domini, qui bis numero apparuerat mulieribus, semel ad monumentū, & iterū occurrens reuertentibus à monumento. Hoc autē antequā duobus illis in via visus fuisset, quorū erat vnus Cleophas. Nāque & Cleophas loquens cū Domino quē nondū agnoscebat, non Petrū dixit isse ad monumentum: sed abierunt quidā ex nostris, inquit, ad monumentū, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Quod & ipse recapitulando intelligitur dixisse, illud scilicet, quod primò mulieres nūciauerāt Petro & Ioanni de ablato corpore Domini. Ac per hoc cùm ipse Lucas Petrum diceret cucurrisse ad monumētū, & Cleopham dixisse ipse retulerit, q̄ quidam eorum ierāt ad monumētum, intelligitur attestari Ioanni, quòd duo ierint ad monumentum: sed Petrū solū primò cōmemorauerit, quia illi primitùs Maria nunciauerat. Item potest mouere quòd Petrum non intrantē, sed procumbentem dixit idē Lucas vidisse sola linteamina, & discessisse mirantē, cùm Ioānes dicat se potius ita vidisse, hoc est, discipulū illū quē diligebat Iesus, non intrasse in monumētū quò prior venerat, sed cùm se inclinasset vidisse posita linteamina: sed & seipsum postea dicit intrasse. Ita & Petrus intelligendus est primò procumbens vidisse, q̄ Lucas cōmemorat, Ioannes tacet: pòst autē ingressus, sed ingressus tamen antequam Ioannes intraret, vt omnes verū dixisse sine vlla repugnantia reperiantur. Ordo ergo rerū qui esse potuit, quēadmodū Domin⁹ excepto quòd tam mulieribus locutus erat, etiā maribus discipulis visus fuerit, secundum testimonia non solùm quatuor Euangelistarum, sed etiam Pauli apostoli contexendus & demonstrandus est. Omnium ergo virorum primò apparuisse intelligitur Petro ex his dumtaxat omnibus quos Euāgelistæ quatuor & Paulus apostolus commemorauerūt. Cæterū si apparuerit alicui eorum priusquā Petro, quod omnes tacuerunt, quis vel dicere audeat vel negare? Neq; enim & Paulus dixit, apparuit primò Cephæ: sed, Apparuit, inquit, Cephæ, postea duodecim, deinde apparuit plus quàm quingentis fratribus simul. Sic autē non apparet quibus duodecim, quemadmodum nec quibus quingentis. Fieri enim potest vt de turba discipulorum fuerint isti duodecim nescio qui. Nā illos quos Apostolos nominauit, non iam duodecim, sed vndecim diceret, sicut nonnulli etiam codices habēt, quod credo perturbatos homines emendasse, putantes de illis duodecim Apostolis dictum, qui iam Iuda extincto vndecim erant. Sed siue illi codices veriùs habeant qui vndecim habent, siue alios quosdam duodecim discipulos Paulus velit intelligi, siue sacratum illum numerum etiam in vndecim stare voluerit, quia duodenarius in eis numerus ita mysticus erat, vt non posset in locum Iudæ nisi alius, id est, Matthias ad conseruandum sacramētum eiusdem numeri subrogari. Quodlibet ergo eorum sit, nihil inde existit quod veracati vel istorū alicui veracissimo narratori repugnare videatur: probabiliter tamen creditur posteaquam Petro apparuit,

Ioan.20.a. 2.
Ioan.20.c. 14.
Marc.8 b. 10.
Lucæ 24. d. 24.
Lucæ 24. b. 12.
Ioan. 20. b. 6.
1.Cor.15.a.5.
Act.1. d. 26.

deinde apparuisse istis duobus, quorū erat vnus Cleophas, de quibus Lucas totum narrat. Marcus autē breuiter ita perstringit: Post hæc autem, inquit, duobus ex eis ambulantibus, ostensus est in alia effigie cūtibus in villā. Castellū quippe illud non absurdè accipimus etiā villā potuisse appellari, quod nunc iam appellatur ipsa Bethleem, quę ciuitas antea vocitata est: quamuis nunc sit honoris amplioris, nomine Domini, qui in illa nat⁹ est, sic per ecclesias omniū gentium diffamato: & in codicibus quidē Græcis magis agrum inuenimus quàm villā. Agri autē nomine non castella tantū, verūetiā municipia & colonię solent vocari extra ciuitatē, quæ caput & quasi mater est cęterarū, vnde metropolis appellatur. Quod autem ait Marcus, eis in alia effigie Dominū apparuisse: hoc Lucas dicit, quod eorū oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Oculis quippe eorū acciderat aliquid, q̄ ita manere permissum est vsque ad fractionē panis certi mysterij causa, vt eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic eū nō nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrāte monstratur. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis q̄ oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorū oculi passi sunt: non veritate fallente, sed ipsis veritatē percipere non valentibus, & aliud quàm res est opinantibus, ne quisquā se Christū agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps nō est, id est, ecclesiæ, cuius vnitatē in sacramento panis cōmēdat Apostolus, dicens, Vnus panis, vnum corpus multi sumus: vt cùm eis benedictū panē porrigeret, aperirentur oculi eorū, & agnoscerēt eū. Aperirentur vtiq; ad eius cognitionē, remoto scilicet impedimento quo tenebātur ne eū agnoscerent. Neq; enim clausis oculis ambulabāt, sed inerat aliquid, quo non sinerentur agnoscere q̄ videbant, quod scilicet & caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia Dominus non poterat transformare carnē suā, vt alia reuera esset effigies quàm solebant illi contueri, quandoquidē & ante passionē suā transformatus est in monte, vt facies eius clarescereret sicut sol. Quale vult enim corpus de qualicunq; corpore, verū de vero fecit, qui de aqua vera verū vinū fecit. Sed nō ita fecerat cùm apparuit illis duobus in alia effigie. Nō enim aliter quàm erat, sed sicut erat apparuit eis, quorū oculi tenebantur ne agnoscerent eū. Non autē incōgruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorū à satana factū fuisse, ne agnosceretur Iesus: sed tamē à Christo est facta permissio vsq; ad sacramentū panis: vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentū inimici, vt Christus possit agnosci. Nam ipsos esse istos de quibus & Lucas narrat, credēdum est, quia dicit Marcus ipsos euntes nunciasse cæteris: sicut Lucas dicit eos surgentes eadem hora, regressos esse Hierusalē, & inuenisse congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni: & tunc etiam ipsos narrasse quæ gesta erant in via, & quomodo eum cognouerunt in fractione panis. Iam ergo erat fama quòd resurrexerat Iesus, ab illis mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iam apparuerat. Hoc enim isti duo inuenerunt loquentes ad quos in Hierusalem venerunt: fieri itaque potuit vt timore prius in via noluerint dicere, quòd eum audierant resurrexisse, quando tantummodo angelos dixerunt visos esse mulieribus. Ignorantes enim cum quo loquerentur, meritò possent esse solliciti, ne quid passim de Christi resurrectione iactantes in manus incederent Iudæorum. Quod autem ait Marcus, Annunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt: cùm Lucas dicat, quod iam inde loquebantur verè resurrexisse Dominum, & Simoni apparuisse:

Lucæ 24.b. 13.
Mar.16.c. 12.
Ibid.
Lucæ 24.c. 16.
Lucæ 24.c. 33.
1.Cor.10.c. 17.
Lucæ 24.c. 31.
Mat.17.a.2.
Mar.16.c. 13.
Lucæ 24.c. 34.

apparuisse: quid intelligendū est, nisi aliquos ibi fuisse qui hoc nollent credere? Cui autē non eluceat prætermisisse Marcū quā Lucas narrādo explicauit: hoc est, quæ cū illis locutus fuerit Iesus antequàm agnoscerēt eū, & quomodo eū in fractione panis agnouerīt? Quādoquidē mox vt dixit eis apparuisse in alia effigie euntibus in villā: cōtinuò cōiunxit, Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderūt. Quasi possent nūciare quē non agnouerant: aut possent agnoscere, quibus alia effigies eius apparuerat. Quomodo ergo eum agnouerint, vt nūciare possent, Marcus sine dubio prętermisit. Quod ideo memoriæ commendandū est, vt assuescamus aduertere Euangelistarū morē ita prætermittentiū quæ non cōmemorant, & cōiungentiū quæ cōmemorant, vt eis qui vsum in hac cōsideratione nō habent, non aliunde maximè error oriatur, quo putēt eos non sibi congruere. Lucas ergo sequitur & dicit: Dū hæc autē loquuntur, Iesus stetit in medio eorū, & dixit eis, Pax vobis, ego sum, nolite timere. Cōturbati verò & conterriti existimabant se spiritū videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Hāc ostēsionē Domini post resurrectionē intelligitur & Ioannes cōmemorare sic loquens: Cùm esset ergo sero die illo vna sabbatorū, & fores essent clausę vbi erant discipuli cōgregati propter metū rudæorū, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Et hoc cùm dixisset, ostēdit eis manus & latus. Ac p̄ hoc his verbis Ioannis possunt coniungi ea quæ Lucas dicit, idē autē Ioānes prętermittit. Ita enim Lucas sequitur: Adhuc autē illis nō credentibus & mirantibus præ gaudio dixit, Habetis hīc aliquid quod manducetur? At illi obtulerūt ei partē piscis assi & fauū mellis. Et cùm manducasset corā eis, sumens reliquias dedit eis. His item verbis possunt adiungi quæ Lucas tacet, dicit autem Ioannes: Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterū, Pax vobis. Sicut misit me pater & ego mitto vos. Hoc cùm dixisset, insufflauit & dixit eis, Accipite Spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorū detinueritis, detenta sunt. His rursus adiungamus quæ Ioannes prætermisit, Lucas cōmemorat: Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscū, quoniā necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniā sic scriptū est, & sic oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitētiā & remissionē peccatorū in omnes gentes, incipiētibus ab Hierusalē. Vos autem estis testes horū. Et ego mittā promissum patris mei in vos, vos autē sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Ecce quomodo cōmemorauit & Lucas promissionem Spiritus sancti, quam non inuenimus à Domino factam, nisi in Euāgelio Ioannis. Quod non prætereunter aduertendum est, vt meminerimus quemadmodum sibi Euangelistæ inuicem attestantur, de quibusdam etiam quę ipsi non dicunt, & tamen dicta nouerunt. Post hæc Lucas quæ gesta sunt omnia prætermittit, nec omnino commemorat, nisi quando Iesus ascendit in cælum: atque id tamen ita coniungit quasi hoc sequatur hæc verba quæ dixit: cùm hoc gestum sit vna sabbatorū, quo die Dominus resurrexit, illud autem quadragesimo die, sicut idem ipse Lucas in Apostolorum actibus narrat. Quod autem dicit Ioannes, non cum illis fuisse tunc

Lucæ 24.f. 36.
Ioan.20.c. 19.
Lucæ 24.f. 41.
Ioan.20.f. 20.
Lucæ 24.f. 44.
Psal. 18.a. 7.
Act.1.b.8. Ioan.14.d. 26.& 15.d. 25.
Lucæ 24.g. 51.
Act.1.b.9. Ioan.20.f. 24.

apostolū Thomā, cùm secundū Lucā duo illi, quorum erat vnus Cleophas, regressi Hierusalem inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cū ipsis erant: proculdubio intelligendū est quòd inde Thomas exierit antequā eis Dominus hæc loquētib⁹ appareret. Hinc iā Ioannes aliā cōmemorat sui demōstrationē, à Domino discipulis factā pòst dies octo, vbi erat & Thomas qui prius eū nō viderat. Et post dies octo, inquit, iterū erāt discipuli eius intus, & Thomas cū eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei, Dominus meus & Deus meus. Dixit ei Iesus, Quia vidisti me, credidisti. Beati qui non viderūt, & crediderunt. Hanc secundā Domini visionem erga discipulos factā, id est, quā secūdo loco Ioannes commemorat, apud Marcū possemus agnoscere, breuiter eā sicuti assolet perstringentem, nisi moueret quod ibi ait, Nouissimè recūbētibus illis vndecim apparuit: nō ideo quia Ioannes tacuit recūbentes, potuit enim hoc prætermittere: sed quia iste dixit, Nouissimè: quasi vltrà iā non eis apparuerit, cū adhuc Ioannes tertiam sit eius narraturus demonstrationē ad mare Tiberiadis. Deinde quod dicit idē Marcus, Exprobrās illis incredulitatē illorū & duritiā cordis, quia his qui viderant eū, resurrexisse nō crediderant: illis videlicet duobus quibus euntib⁹ in villā apparuit, posteaquā resurrexit, & Petro cui primitùs eū apparuisse apud Lucā vestigatū est: fortasse & Mariæ Magdalenæ & aliis mulieribus quę cū illa erant, quādo eis & ad monumētū apparuit, & inde redeuntibus in itinere occurrit. Nā ita cōtexit narrationē idē Marcus, cùm cōmemorasset breuiter de duobus illis quibus apparuit in villā eū tibus, quòd nūciassent cęteris, nec illis creditū esset. Nouissimè, inquit, recūbentibus illis vndecim apparuit exprobrans incredulitatē eorū & duritiā cordis, quia his qui viderant eū resurrexisse nō crediderant. Quomodo ergo nouissimè quasi iam vltrà eū non viderint? Nouissimū quippe illud est, quòd Dominū Apostoli in terra viderunt, quando ascendit in cælū, quod factū est quadragesimo die post eius resurrectionē. Nūquid nam tunc exprobraturus erat quòd nō credidissent eis qui eum viderant resurrexisse, quando iā & ipsi post resurrectionē totiēs eū viderant, & maximè ipso die resurrectionis eius, id est, vna sabbati iam circa noctem, sicut Lucas Ioannésque commemorant? Remanet igitur vt intelligamus eundem diem resurrectionis eius, id est, vnam sabbati, quando eum post diluculum vidit Maria & aliæ cum illa mulieres: quando etiam Petrus, quando & illi duo quorum vnus erat Cleophas, quos videtur etiam idem Marcus commemorare: quando apparuit iam circa noctem illis vndecim, præter Thomam, & qui cum eis erant, quādo eis & istis quod viderant narrauerunt: nunc etiam Marcum more suo breuiter commemorare voluisse, & ideo dixisse, Nouissimè: quia ipso die hoc nouissimum fuit, iam incipiente nocturno tempore, posteaquam illi de castello, vbi eum in fractione panis agnouerant, redierunt in Hierusalem, & inuenerunt, sicut dicit Lucas, illos vndecim, & eos qui cum illis erant, iam colloquentes de resurrectione Dñi, & quòd visus fuerit Petro: quibus & ipsi narrauerunt quod in via gestum erat, & quomodo eum cognouerint in fractione panis. Sed erant ibi vtique non credentes: vnde verum est quod Marcus dicit, Nec illis crediderunt. His ergo iam, sicut Marcus dicit, discumbentibus, & adhuc inde, sicut Lucas dicit, loquentibus, stetit in medio eorum

Mar.16 c. 14.
Ioan. 21.a.x.
Marci 16. c. 14.
Lucæ 24 c. 35.
Mat.16.d. 19.
Act.1.b 9.
Lucæ.24. a. 1.
Ioan.20.a. 1.

Ioan. 20 g. 27. Dominus, & ait illis, Pax vobis: sicut dicunt Lucas & Ioannes. Fores autē clausæ erant cùm ad eos intrauit, q̃ solus Ioānes cōmemorat. Verbis itaq; Domini quæ tunc eū locutū esse discipulis Lucas Ioannésque dixerunt, interponitur & illa exprobratio de qua Marcus dicit, quòd nō crediderint eis qui eū resurrexisse viderāt. Sed hoc rursus mouet, quomodo discūbētibus vndecim dicit Dominū apparuisse Marcus, si illud tēpus est diei Dominici iā noctis initio, q̃ Lucas Ioannésq; meminerūt. Apertè quippe Ioānes dicit, nō cū eis tūc fuisse apostolū Thomā, quē credimus exiisse inde antequā Dominus ad eos intraret, posteaquā illi duo redeuntes de castello, cum ipsis vndecim collocuti sunt, sicut apud Lucā inuenitur. Sed Lucas in sua narratione dat locū, quo possit intelligi dum hæc loquerentur prius inde exisse Thomā, & postea Dominū intrasse. Marcus autē qui dicit, Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit, etiā Thomā illic fuisse cogit fateri. Nisi fortè quāuis vno abscente, vndecim tamē voluit appellare, q̃a eadem tunc Apostolica societas hoc numero nūcupabatur, antequā Matthias in locū Iudæ subrogaretur. Aut si hoc durū est sic accipere, illud ergo accipiamus, post multas demonstrationes eius, quib. per dies quadraginta discipulis præsentatus est, cum etiā nouissimè recūbentibus illis vndecim apparuisse, id est, ipso quadragesimo die: & quoniā iam erat ab eis ascēsurus in cælū, hoc eis illo die maximè exprobrare voluisse, q̃a his qui viderant eū resurrexisse non crediderant, antequā ipsi eū viderēt: cùm vtiq; post ascēsionē suā prædicantibus illis Euangeliū, etiā gētes quod non viderūt fuerant credituræ. Post illā quippe exprobrationem, secutus ait idē Marcus, Et dixit eis, Euntes in mūdū vniuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, cōdēnabitur. Hoc ergo prædicaturi, quoniā qui non crediderit condēnabitur: cū id vtiq; nō crediderit q̃ non viderat, nónne ipsi primitùs fuerant obiurgandi, quòd antequàm Dominū vidissent, nō crediderūt eis quib. prius apparuisset? Hāc autē nouissimā fuisse corporaliter in terra repræsentationē Domini Apostolis, etiā illud admonet vt credamus, quod ita sequitur idē Marcus: Signa autē eos qui crediderint, hæc sequētur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquent nouis, serpentes tollent, & si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Super ægros manus imponēt, & bene habebunt. Deinde subiūgit: Et Dñs quidē Iesus postquā locutus est eis, assumptus est in cælū, & sedit à dextris Dei. Illi autē ꝓfecti, prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem cōfirmante sequētibus signis. Cùm ergo dicit, Et Dominus quidē postquā locutus est eis, assumptus est in cælū: satis videtur ostēdere nouissimū cum illis in terra hūc eum habuisse sermonem, quamuis non omnimodo ad id coarctare videatur. Nō enim ait, Postquā hæc locutus est eis: sed, Postquam locutus est eis: vnde admittit, si necessitas cogeret, non istam fuisse nouissimam locutionem, nec istum fuisse nouissimum diē, quo eis in terra præsens fuit, sed ad omnia quæ cū eis omnibus illis diebus locutus est, posse pertinere quod dictum est, Postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Sed quia ea quæ suprà diximus, magis suadent hunc nouissimum diem fuisse, quàm vt intelligantur vndecim, qui Thoma absente decē fuerunt: ideo post hanc locutionem quam Marcus commemorat, adiūctis etiam consequenter illis verbis, vel discipulorum vel ipsius, quæ commemorantur in actibus Apostolorum, credēdum est assumptum Dominum in cælum, quadragesimo scilicet die post diē resurrectionis eius.

Mat. 1. d. 26.

Mar. 16. c. 15.

Ibid. d. 17.

Act. 1. a. 4.

A Ioannes autē quamuis fateatur multa se prætermisisse quæ fecit Iesus, voluit tamē etiā tertiā eius repræsentationē discipulis post resurrectionē factā cōmemorare ad mare Tiberiadis, septem scilicet discipulis, Petro, Thomæ, Nathanaēli, filiis Zebedæi, & aliis duobus quos nominatim nō expressit, cùm piscarētur: quādo iussu eius retia mittentes in dexterā partē, extraxerunt magnos pisces centū quinquaginta tres: quādo etiam Petrū ter interrogauit vtrū ab illo amaretur, & ei pascendas cōmendauit oues suas, & de eius ipsius passione prædixit, & de ipso Ioanne ait, † Si eū volo manere donec veniā. Ad hoc Ioannes Euangeliū suū terminauit. Iā nunc quærendū est, quando primū visus sit à discipulis in Galilæa, quia & hoc quod tertiò narrat Ioānes, in Galilæa factū est ad mare Tiberiadis: quod facilè videt qui recolit illud miraculū de quinque panibus, q̃ ita narrare incipit idē Ioannes: Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: vbi autē putari potest primū à discipulis post resurrectionem videri debuisse, nisi in Galilæa, si recolantur verba illi angeli, qui secundū Matthæū venientibus ad monumentū mulieribus ita loquitur, Nolite timere vos, scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis, non est hīc, surrexit enim sicut dixit. Venite & videte locū vbi positus erat Dominus; & citò euntes dicite discipulis eius q̃a surrexit: & ecce p̃cedit vos in Galilæam, ibi eū videbitis, ecce prædixi vobis. Itē secundū Marcū siue ipse sit angelus siue alius, Nolite, inquit, expauescere, Iesum quæritis Nazarenū crucifixū, surrexit, non est hīc. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæā. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Hæc verba ita videntur cōsonare, quòd Iesus non erat se demonstraturus post resurrectionē discipulis suis, nisi in Galilæa. Quā demōstrationē discipulis nec ipse Marcus cōmemorauit, q̃ eū dixit mane prima sabbati apparuisse primò Mariæ Magdalenæ, & illā nunciasse discipulis iis qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, illos autē non credidisse. Post hæc deinde duobus ex his apparuisse euntibus in villā, & illos cæteris nunciasse, quod factum est, sicut Lucas & Ioannes coattestantur, in Hierusalem, eodē ipso die resurrectionis, iā noctis initio. Deinde venit ad illā eius manifestationē, quā nouissimā dicit, recumbentibus illis vndecim. Post hanc dicit eum assumptum in cælum, quod factum scimus in monte Oliueti, non longè ab Hierusalem. Nusquam igitur commemorat Marcus completum, quod ab angelo prænunciatum esse testatur. Matthæus verò nihil aliud dicit, nec vllum alium locum omnino commemorat, vel antea vel postea, vbi discipuli posteaquàm resurrexit, viderint Dominum, nisi in Galilęa secundum angeli prædictionem. Denique cùm insinuasset quid ab angelo mulieribus dictum sit, & illis abeuntibus subiecisset, quid de corruptis ad mentiendum custodibus gestum sit: continuò tamquam nihil aliud sequeretur, quia & reuera sic erat dictum ab angelo, Surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis: vt nihil aliud sequi debuisse videatur, Vndecim autem, inquit, discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ita Matthæus clausit Euangelium suū.

Ioan. 21. d. 25.

Ibid. a. 1.

Ibid. d. 22.

Ioan. 6. a. 5.

Mat. 28. a. 5.

Mat. 16. b. 6.

Lucæ 24. c. 33.

Ioan. 20. c. 19.

Ac per

Ac per hoc si aliorum consideratæ narrationes ad diligētiorem inquisitionem non compellerēt, nihil aliud arbitraremur nisi Dominum post resurrectionē nusquam præter in Galilæa primū esse à discipulis visum. Item, si Marcus de illa prænunciatione angeli tacuisset, posset cuiquam putari Matthæus ideo dixisse discipulos abiisse in Galilæā in mōtem, atque ibi adorasse Dominū, vt impletū videretur quod ipse per angelū mandatum ac prænunciatū esse narrauerat. Nunc autē & Lucas & Ioannes satis diluci dè manifestantes ipso die resurrectionis eius visum esse Dominum in Hierusalē à discipulis suis, vnde ita longè est Galilæa, vt vno die ab eis vtroq; loco videri non posset: & Marcus illā quidam prædictionem angeli similiter narrans, in Galilæa verò visum à discipulis Dominū post resurrectionē nusquam cōmemorans: vehementer cogit quęrere quemadmodum dictum sit, Ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Nam & ipse Matthæus si omnino non diceret, vndecim discipulos abiisse in mōtem in Galilæā, vbi constituerat eis Iesus, & illic eum vidisse atq; adorasse, nihil ex hac prædictione cōpletū ad literam putaremus, sed totū figurata significatione prædictū. Sicut illud secūdum Lucam, Ecce hodie & cras eiicio dæmonia, & sanitates perficio, & tertiā die consummor: quod ad literam certum est non esse cōpletum. Item si angelus dixisset, præcedit vos in Galilæā, ibi primùm eū videbitis: aut, ibi tantùm eū videbitis: aut, non nisi ibi eum videbitis: cæteris Euangelistis Matthæus sine dubio repugnaret. Cùm verò dictū est, Ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis: nec expressum est quādo id futurum esset, vtrū quàm primum antequā alibi ab eis visus esset: an posteaquam eum alicubi etiam præterquam in Galilæa vidissent: idque ipsum quòd discipulos Matthæus dicit isse in Galilæā in montē, non exprimit diē, nec narrandi ordinē ita contexit, vt necessitatē ingerat nihil aliud intelligendi, q̃ hoc primitùs factū: non aduersatur quidem narrationibus cæterorum, & dat eis intelligēdis atque accipiendis locū. Verūtamen quòd Dominus nō vbi primum se demonstraturus erat, sed in Galilæa, vbi necessariò postea visus est, se videndum mandauit, & per angelum dicentem, Ecce præcedit vos in Galilæā, ibi eū videbitis: & per seipsum dicens, Itē nūciate fratribꝰ meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt: quemuis fidelē facit intentum ad quærendum in quo mysterio dictum intelligatur. Sed prius considerandum est quādo etiā corporaliter in Galilæa videri potuerit dicente Matthæo, Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerunt: quidam autē dubitauerūt. quia enim non ipso die quo resurrexit manifestū est, nam in Hierusalē visum esse eo die initio noctis Lucas, & Ioannes apertissimè consonant, Marcus autē nō apertè. Quando ergo viderunt Dominū in Galilæa? non secū dū id quod dicit Ioannes ad mare Tiberiadis: tūc enim septē fuerunt, & piscantes inuenti sunt: sed secundū id quod dicit Matthęus, vbi erāt vndecim in monte, quo eos secundū prædictionem angeli Iesus præcesserat. Nā ita narrare apparet, quòd illic eum repererint, quia vtique secundum constitutum præcesserat. Non ergo ipso die quo resurrexit, neque in consequentibus octo diebus, post quos dicit Ioānes discipulis apparuisse dominū, vbi eum primò vidit Thomas, qui eum non viderat die resurrectionis eius. Nam vtique si intra eosdē octo dies eū in monte Galilęę iā illi vndecim viderant, quomodo post octo dies eū primū vidit Thomas qui in illis vndecim fuerat? Nisi fortè quis dicat, nō illos vndecim q̃ iā tunc Apostoli vocabātur, sed discipulos illic vndecim fuisse, ex multo numero discipulorū? Soli quippe adhuc vocabantur Apostoli illi vndecim, sed non soli erant discipuli. Potest ergo fieri vt nō omnes, sed aliqui eorum ibi fuerint: alij verò discipuli cū eis, ita vt vndecim complerentur: ac sic non ibi fuisse Thomā, qui post illos dies octo primò Dominū vidit. Marcus quippe quando illos vndecim memorauit, nō vtcūque vndecim, sed illis, inquit, vndecim apparuit. Lucas etiam, Regressi sunt, inquit, Hierusalē, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cū ipsis erāt. Et iste ostendit, illos vndecim, hoc est, Apostolos fuisse. Nam cùm adiunxit, Et eos qui cum ipsis erant: satis vtique declarauit eminentiùs illos vndecim appellatos cum quibus erant cæteri, ac per hoc illi intelliguntur qui iam vocabantur Apostoli. Hoc proinde fieri potuit, vt ex numero Apostolorum & aliorum discipulorum, vndecim discipuli complerētur, qui viderant intra illos octo dies in Galilæa monte Iesum. Sed occurrit aliud quod obsistat. Ioannes enim quando cōmemorauit non in monte ab vndecim, sed ad mare Tiberiadis à septem piscātibus visum esse Dominum: Hoc iam tertiò, inquit, manifestatus est Iesus discipulis, cū resurrexisset à mortuis. Si autem acceperimus intra illos octo dies antequam Thomas eū vidisset, ab vndecim quibusque discipulis Dominum visum, non erit hoc ad mare Tiberiadis tertiò manifestatum esse, sed quartò. Quod quidem cauendū est, ne quis existimet tertiò Ioannē dixisse, tāquā tres solæ factæ fuerint manifestationes eius. Sed hoc intelligendus est Ioānes ad numerum retulisse dierū, nō ad numerum ipsarū manifestationum, nec cōtinuorum dierū, sed per interualla, sicut idē ipse testatur. Nam primo ipso die resurrectionis suæ, excepto quòd à mulieribus visus est, id est, quod in Euāgelio claret, ter se manifestauit, semel Petro, iterū duobus illis quorū vnus erat Cleophas, tertiò plurimis iam inde colloquentibus noctis exordio. Sed hoc totū Ioānes ad vnum diem referēs semel cōputat: iterū autem, hoc est, alio die, quando eum vidit & Thomas: tertiò verò ad mare Tiberiadis, hoc est, tertio die manifestationis eius, nō tertia manifestatione. Ac per hoc post hæc omnia cogimur intelligere factū esse, quòd eū in monte Galilęę secundū Matthæū discipuli vndecim viderunt, quò eos secundū constitutum præcesserat, vt impleretur etiam ad literā quod & per angelum & per seipsum prædixerat. Inuenimus itaque apud quatuor Euangelistas decies commemoratum Dominum visum esse ab hominibus post resurrectionē. a Semel ad monumētum mulieribus. b Iterū eisdē regredientibus à monumēto in itinere. c Tertiò Petro. Quartò duobus euntibus in castellū. d Quintò pluribus in Hierusalem vbi non erat Thomas. e Sextò vbi eum vidit Thomas. f Septimò ad mare Tiberiadis. g Octauò in monte Galilęę secundum Matthæum. Nonò quod dicit Marcus, h Nouissimè recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi. i Decimò in ipso die, non iam in terra; sed eleuatum in nube, cùm in cælum ascenderet; quod Marcus & Lucas cōmemorant. Marcus quidem post illud, quòd eis discumbentibus apparuit, ita continuans vt diceret: Et Dominus quidē postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Lucas autem prętermissis omnibus quę per quadraginta dies agi ab illo cū discipulis potuerūt, illi primo diei resurrectionis eius quādo in Hierusalē plurib⁹ apparuit, cōiūgit tacitè nouissimū diem quo ascēdit in cęlū, ita narrans: Eduxit autē illos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est cùm benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Viderunt ergo eum præter quod in

Mar. 16. b. 7.

Lucæ 24. c. 33.

Ioan. 20. c. 13.

Mat. 16. b. 7.

Mat. 28. c. 16.

Lucæ 13.

Lucæ 16.

Mat. 28. c. 16.

Lucæ 24. c. 33.

Ioan. 20. c. 13.

Ioan. 21. a. 1.

Mar. 16. c. 14.

Lucæ 24. c. 33.

a Ioan. 20. c. 11.
b Mat. 28. b. 9.
c Lucæ 24. c. 35. & c.
15 & f. 36.
d Ioan. 20. c. 19.
e Ibid. f. 26.
f Ioan. 21. a. 1.
g. Mat. 28. c. 16.
h Mar. 16. c. 14.
i Ibid. d. 19. & Lucæ 24. g. 51. & Act. 1. a. 4.

terra viderant, etiam cùm ferretur in cælum. Totiens ergo in Euangelicis libris commemoratus est ab hominibus visus antequam ascendisset in cælum, in terra scilicet nouies, & in aëre semel ascendens. Sed nõ omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur. Crebra enim erat eius cum illis cõuersatio per dies quadraginta priusquam ascenderet in cælum, non tamen eis per omnes quadraginta dies cõtinuos apparuerat. Nam post diẽ primum resurrectionis eius, alios octo dies interuenisse dicit Ioannes, post quos eis rursus apparuit. Tertiò autem ad mare Tiberiadis, fortassis continuò consequenti die, nihil enim repugnat: & deinde quando voluit constituens eis, quod & antè prædixerat, vt eos in Galilæę montem præcederet: atque omnino per illos quadraginta dies quotiẽs voluit, quibus voluit, quẽ admodũ voluit: sicut Petrus dicit, quando cum Cornelio, & iis qui cum illo fuerãt prædicabat: Qui simul, inquit, mãducauimus & bibimus cum illo posteaquã resurrexit à mortuis per dies quadraginta: nõ quòd quotidie per dies quadraginta cũ illo manducassent & bibissent, nã erit cõtrariũ Ioanni, qui octo illos dies interposuit q̃bus eis visus nõ est, vt tertiò manifestaretur ad mare Tiberiadis. Inde iã etiamsi quotidie illis visus & cũ illis conuiuatus est, nihil repugnat. Et fortasse ideo dictum est, per quadraginta dies, qui quater deni sunt in mysterio vel totius mundi vel totius temporalis seculi, quia & illi primi decẽ dies in quibus erãt illi octo dies à parte totum possunt more scripturarũ non dissonè cõputari. Conferatur ergo, & quod ait apostolus Paul⁹, vtrũ nihil afferat quæstionis: Resurrexit, inquit, tertio die secundum scripturas, & apparuit Cephæ: nõ dixit primò apparuit Cephæ: nam esse cõtrariũ, quod primò mulieribus apparuisse in Euangelio legitur: Postea, inquit, vndecim quibuslibet qua hora libet, ipso tamẽ resurrectionis die: deinde apparuit plusquã quĩgentis fratribus simul. Siue isti cũ illis vndecim erant cõgregati clausis ostiis ꝓpter metũ Iudæorũ, vnde cũ exisset Thomas venit ad eos Iesus: siue post octo illos dies quãdolibet: nihil habet aduersi. Postea, inquit, apparuit Iacobo. Non tunc autem primò accipere debemus visum esse Iacobo, sed aliqua propria manifestatione singulariter. Deinde Apostolis omnib⁹. Nec illis tunc primũ, sed iam vt familiariùs conuersaretur cum eis vsq; ad diem ascensionis suæ. Nouissimo autẽ omniũ, inquit, quasi abortiuo apparuit & mihi. Sed hoc iã de cælo post non paruũ tempus ascẽsionis suæ. Nũc iam videamus quod distuleramus, cuius mysterij gratia secundũ Matthæũ & Marcum resurgens ita mandauerit: Pręcedã vos in Galileã, ibi me videbitis. Quod & si cõpletum est, tamen post multa completũ est, cũ sic mandatum sit, quamquam sine præiudicio necessitatis, vt aut hoc solum, aut hoc primũ expectaretur fieri debuisse. Proculdubiò ergo quoniam vox est ista nõ Euangelistæ narrantis, quod ita factum sit, sed angeli ex mandato Domini & ipsius postea Domini, Euãgelistæ autem narrãtis, sed quòd ita ab angelo & à Domino dictum sit, Propheticè dictum accipiendum est. Galilæa namque interpretatur vel transmigratio vel reuelatio. Prius itaque secũdum trãsmigrationis significationem, quid aliud occurrit intelligendum, Præcedet vos in Galilæam, ibi cũ videbitis: nisi quia Christi gratia de populo Israël trãsmigratura erat ad gẽtes? Quib⁹ Apostoli prædicantes Euangeliũ nullo modo crederetur, nisi eis ipse Dominus viam in cordibus hominũ præpararet. Et hoc intelligeretur, præcedet vos in Galilæã. Quod autem gaudentes mirarentur diruptis & euictis difficultatib⁹, aperiri sibi ostiũ in Domino per illuminationem fidelium, hoc intelligitur, ibi eum videbitis: id est, ibi eius membra inuenietis, ibi viuum corpus eius in iis qui vos susceperint agnoscetis. Secundum illud autem quòd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendũ est, sed in illa in qua æqualis est patri: quam promisit apud Ioannem dilectoribus suis, cùm diceret, Et ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Non vtique secundũ id quod iam videbant, & quod etiam resurgens cum cicatricibus, non solùm videndũ, sed etiam tangendũ postmodum ostendit, sed secũdum illam ineffabilem lucem qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, secundũ quam lucet in tenebris, & tenebræ eum nõ comprehenderunt. Illuc nos præcessit, vnde ad nos veniens non recessit, & quò nos præcedẽs non deseruit. Illa erit reuelatio tanquam vera Galileę: cùm similes ei erimus, ibi eum videbimus sicuti est. Ipsa erit etiam beatior transmigratio ex istq seculo in illã æternitatem, si eius præcepta sic amplectamur, vt ad eius dexteram segregari mereamur. Tũc enim ibunt sinistri in combustionem æternam, iusti autem in vitã æternam. Hinc illuc transmigrabunt, & ibi eum videbunt, quomodo non vident impij. Tolletur enim impius vt nõ videat claritatem Domini: & impij lumen non videbunt. Hæc est autem, inquit, vita æterna, vt cognoscant te vnum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, sicut in illa æternitate cognoscetur, quò seruos perducet per formam serui, vt liberi contemplentur formam Domini.

Ioan. 21. d. 25. Act. 1. a. 3. Ioan. 20. f. 26. Ioan. 21. a. 1. Act. 10. f. 41. 1. Cor. 15. a. 4. Mat. 28. b. 9. Ioan. 20. e. 19. & 1. 26. 1. Cor. 15. a. 7. Act. 9. a. 3. & 22. Mat. 26. c. 32. Mar. 14. c. 28. Mat. 28. a. 7. Mar. 16. b. 7.

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV EVANGELISTARVM, LIBER IIII.

Prologus.

NVNC quoniam Matthæi narrationem contextim considerantes, & ei tres alios conferentes, vsque in finem in nullo eos vel sibi vel inter se repugnare docuimus, Marcũ similiter videamus, vt exceptis iis quæ cũ Matthæo dixit, de quibus iam quod disserendum videbatur absoluimus, cætera eius inspecta atque collata, nulli eorum repugnare monstrentur vsque ad cœnam Domini. Nam inde iam omnia omnium quatuor quemadmodum sibi conueniant vsque in finem considerata tractauimus.

CAPVT I. Ex Euangelio Marci. Mar. 1. a. 1*

SIC ergo incipit Marcus: Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta, &c. vsq; ad illud vbi ait, Et ingrediuntur Capharnaũ, & statim Sabbatis ingressus synagogam docebat eos. In hac tota contextione omnia superiora cum Matthæo considerata sunt, Hoc autem Marcus, quia ingressus Capharnaum in synagogam eorũ docebat eos Sabbatis, cum Luca dixit: sed nihil habet quæstionis. Lucæ 4. c. 31.

CAPVT II. De dæmoniaco. Mar. 1. b. 22. *

SEQVITVR Marcus & dicit, Et stupebant super doctrina eius: Erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ. Et erat in synagoga eorũ homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos, &c. vsque ad eum locum vbi ait, Et erat prædicãs in synagogis eorum, & omni Galilæa, & dæmonia eiiciens. Et in hoc toto loco quamuis sint quædam quæ cum solo Luca dixit, tamẽ iam tractata sunt cùm Matthæi narrationem continuam teneremus, quia in ipsum ordinem sic incurrerãt, vt ea prætermittenda non arbitrarer. Sed Lucas de spiritu immundo ait quòd sic exierit ab homine, vt nihil ei noceret: Marcus autem, Et discerpens eum, inquit, spiritus immundus, exclamans voce magna exiit ab eo. Potest ergo videri contrarium Lucæ 4. c. 31. Mar. 1. c. 26.

trarium, quomodo eum discerpẽs, vel, sicut aliqui codices habent, conuexans eũ, cui nihil nocuit secundũ Lucam? Sed & ipse Lucas, Et cùm proiecisset illum, inquit dæmoniũ in medium, exiuit ab illo nihilque ei nocuit. Vnde intelligitur hoc dixisse Marcũ, conuexãs eum, quod Lucas, cùm Proiecisset eũ in medium, nihilq; ei nocuit hoc: intelligitur, quia illa iactatio mẽbrorum atque vexatio non eum debilitauit, sicut solẽt exire dæmonia, etiam quibusdã mẽbris ꝗamota vexatione elisis. SEQVITVR idẽ Marcus: Et venit ad eum leprosus de precãs eũ, & genuflexo dixit, Si vis, potes me mundare, &c. vsq; ad illud vbi ait, Et clamabãt dicentes, Tu es filius Dei: & vehemẽter cõminabatur eis ne manifestarent illum. Huic quod vltimum posuimus simile aliquid & Lucas dicit, sed sine aliqua repugnantiæ quæstione. Sequitur Marcus: Et ascẽdens in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum, & fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prędicare. Et dedit illis potestatẽ curãdi infirmitates, & eiiciendi dęmonia. Et imposuit Simoni nomẽ Petrus, &c. vsque ad illud vbi ait, Et abiit & cœpit prędicare in Decapoli quãta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. De nominibus discipulorum iam & antea me locutum scio, cùm Matthæi sequerer ordinem: & hîc rursus admoneo, ne quisquã putet nũc accepisse nomen Simonem, vt Petrus vocaretur, & sit cõtrariũ Ioanni qui longè antè illi dictum esse cõmemorat, Tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus. Ipsa enim verba Domini cõmemorauit quibus ei nomẽ imposuit. Marcus autẽ hoc loco id recapitulando cõmemorauit, cùm ait, Et imposuit Simoni nomẽ Petrus. Cùm enim vellet nomina duodecim Apostolorũ enumerare, & necesse haberet Petrũ dicere, breuiter insinuare voluit quòd nõ hoc anteà vocaretur, sed hoc ei Dñs nomen imposuerit: nõ tũc, sed quando Ioannes ipsa verba Domini posuit. Cætera nihil cuiquã repugnant & antea iam pertractata sunt. SEQVITVR Marcus: Et cùm transcẽdisset Iesus in naui rursus trãs fretum, conuenit turba multa ad illum, & erat circa mare, &c. vsque ad illud vbi ait, Et conuenientes Apostoli ad Iesum renunciauerunt illi omnia quæ egerant & docuerant. Hoc vltimũ dixit cum Luca, in nihilo discordans, cætera iã antea tractata sunt. Sequitur Marcus: Et ait illis, Venite seorsum in desertum locũ, & requiescite pusillũ, &c. vsque ad illud vbi ait, Quanto autẽ eis prędicipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabãtur, dicentes, Bene oĩa fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. In his cũ Luca Marc⁹ nihil est quod repugnare videatur omnib⁹. Et superiora omnia iã consideraui mus, quãdo eos Matthæo cõfẽrebamus. Sed cauẽdũ est ne quisquam arbitretur, hoc quod in vltimo ex Euangelio Marci posui, repugnare omnibus, qui cũ aliis eius plerisq; factis & dictis ostendunt scisse quid ageretur in hominibus: id est, quòd eũ cogitationes & voluntates eorũ latere nõ poterant: sicut apertissimè Ioannes dicit, Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset oẽs, & quia opus ei nõ erat, vt quis testimoniũ perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Sed quid mirum si præsentes hominũ voluntates videbat, qui etiam futuram negationem Petro prænunciauit, quam tũc vtiq; non habebat, quando pro illo vel cum illo paratũ se mori præsumebat? Quæ cùm ita sint quomodo huic eius tantæ scientiæ & præscientiæ nõ est contrariũ quod Marcus dicit, Præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis prędicipiebat, tãto magis plus prædicabãt. Si enim sciebat eos, sicut ille qui notas habebat & præsentes & futuras hominũ voluntates, tãto magis prædicaturos, quãto magis prædicarent eis prędicipiebat: vt quid hoc prædicipiebat, nisi quia pigris volebat ostendere, quanto studiosius quantoq; feruentiùs eũ prædicare debeant, quibus iubet vt prædicent, quãdo illi qui prohibebantur, tacere non poterant. SEQVITVR Marcus: In illis diebꝰ iterũ cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, &c. vsque ad illud vbi ait, Respõdit illi Ioannes dicẽs, Magister, vidimus quendã in nomine tuo eiicientem dæmonia qui non sequitur nobiscum; & prohibuimus eum. Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me: Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Hoc Lucas similiter narrat, nisi quòd ipse non dicit, Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. Nulla est ergo inter eos quæstio cuiusquam repugnantiæ. Sed videndum est ne hoc illi sententiæ Domini putetur contrariũ vbi ait, Qui mecũ nõ est, aduersum me est: & qui mecum non colligit, spargit. Quomodo enim iste nõ erat aduersus eum qui cum illo nõ erat, de quo Ioannes sugessit, quòd cũ illis eum nõ sequebatur, si aduersus illũ est qui non est cũ illo: aut si aduersus illũ erat, quomodo dicit discipulis, Nolite prohibere: qui enim nõ est aduersus vos, pro vobis est? An hoc interesse aliquis dicet, quia hic discipulis ait, Qui non est aduersus vos, pro vobis est: ibi autem de seipso locutus est, Qui mecũ non est, aduersus me est: quasi verò possit cũ illo non esse qui discipulis eius tanquam mẽbris eius sociatur: alioquin quomodo verum erit, Qui vos recipit, me recipit: &, Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Aut potest etiã non esse aduersus eũ, qui fuerit aduersus discipulos eiꝰ? Nã vbi erit illud, Qui vos spernit, me spernit: &, Quãdo vni ex minimis meis nõ fecistis, neq; mihi fecistis. &, Saule Saule quid me persequeris? cùm discipulos eiꝰ persequeretur? Sed nimirũ hoc vult intelligi, in tãtum cum illo non esse aliquem, in quantum est aduersus illũ: & in tantũ aduersus illũ non esse, in quantũ cũ illo est. Exẽpli gratia, sicut iste ipse qui in nomine Christi virtutes faciebat, & in societate discipulorum Christi non erat, in quantũ operabatur virtutes in illius nomine, in tantũ cum ipsis erat, & aduersus eos nõ erat: in quantũ verò eorũ societati non adhęrebat, in tantum cum ipsis non erat, & aduersus eos erat. Sed quia illi hoc eũ facere prohibuerãt, in quo cũ ipsis erat, dixit eis Dñs, Nolite ꝓhibere. Illud enim prohibere debuerunt, quod extra eorũ erat societatẽ, vt illi vnitatem Ecclesiæ suaderent, non illud in quo cum illis erat, nomen scilicet magistri & Domini eorum in dæmoniorũ expulsione commendans. Sicut catholica ecclesia facit, non improbans in hęreticis sacramẽta cõmunia; in his enim nobiscũ sunt, & aduersus nos non sunt: sed improbat & prohibet diuisionem ac separationẽ, vel aliquam aduersam pacem veritatiq; sentẽtiam: in hoc enim aduersus nos sunt, quia in hoc nobiscum nõ sunt, & nobiscum non colligunt, & ideo spargunt. SEQVITVR Marcus & dicit: Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquę in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis nõ perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua, abscide illã: bonũ est tibi debilẽ introire in vitam, q̃ duas manus habẽtem ire in gehennam, ignem inextinguibilẽ, vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguitur: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Habete in vobis salẽ, & pacem habete inter vos. Hæc Marcus Dñm

Lucæ 4. f. 35. al. amputatis aut euulsis. CAPVT III. Petrus Cephas. Mar. 1. d. 40. & 3. b. 12. Lucæ 4. f. 35. Mar. 3. b. 13. Mar. 5. b. 10. Suprà lib. 2. cap. 17. & 53. Ioan. 1. f. 42. Marci 3. c. 16 CAPVT IIII. Iussi tacere. Mat. 5. c. 21. & 6. d. 30. Lucæ 9. a. 10. Mar. 6. d. 31. & 7. d. 36. Ioan. 2. d. 24. Mat. 26. c. 34. Marci 7. d. 36. Mat. 12. c. 30. Lucæ 11. c. 23. Mar. 9. f. 39. Mat. 10. d. 40. Mat. 25. d. 40. Luc. 10. c. 16. Mat. 25. d. 45. Act. 9. a. 4. CAPVT V. Contrarietas exclusa. Mar. 8. a. 1. & 9. f. 38. Lucæ 9. f. 46. CAPVT VI. De eodem. Mar. 9. f. 41. Mat. 5. c. 30. & 18. a. 8. Mar. 9. g. 50.

loquetũ, posteaquam illum qui in nomine eius eiiciebat dæmonia, & cum discipulis non eum sequebatur, vetuit prohiberi, eũtextim cõmemorat, aliqua ponens quæ nullus alius Euangelistarum posuit; aliqua verò quæ Matthæus quoque posuit, & aliqua itidẽ quæ & Matthæus & Lucas. Sed illi ex aliis occasionibus, & in alio ordine rerum, non hoc loco vbi de illo suggestum est, qui cum discipulis Christi non eũ sequebatur, & dæmonia in eius nomine eiiciebat. Vnde mihi videtur etiã hoc loco Dominus secundũ Marci fidem ideo dixisse quæ alis etiam locis dixit, quia satis pertinebant ad hanc ipsam eius sententiã, qua vetuit prohiberi virtutes in nomine suo fieri, etiam ab illo qui cum discipulis cum non sequebatur. Sic enim contexit: Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Quisquis enĩ potum dederit vobis calicẽ aquę in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suã. Vnde ostendit etiam illum de quo Ioannes suggesserat, & vnde iste eius sermo exortus est, quòd non ita separabatur à societate discipulorũ, vt eam tamquã hæreticus improbaret: sed sicut solent homines nõdũ audere Christi suscipere sacramenta, & tamen nomini fauere Christiano, ita vt Christianos etiam suscipiant, & non ob aliud eis, nisi quia Christiani sunt, obsequãtur, de qualibus dixit, quòd non perdunt mercedem suam. Non quia iam tuti atque securi sibi debent videri ex hac beneuolentia, quã erga Christianos habent, etiãsi Christi baptismo non abluãtur, nec vnitati eius incorporẽtur: sed quia ita iam Dei misericordia gubernentur, vt ad eã quoq; peruenianr, atque ita securi de hoc seculo abscedant. Qui profectò & priusquã Christianorũ numero socientur vtiliores sunt, quã ij qui cũ iam Christiani appellentur, & Christianis sacramentis imbuti sint, talia suadent, vt eos quibus ea persuaserint secum in æternam illam pœnam pertrahãt. Quos mẽbrorum corporaliũ nomine tãquam manum vel oculũ scandalizantem iubet erui & abscindi à corpore: hoc est, ab ipsa vnitatis societate, vt sine his potius veniatur ad vitam, quàm cum eis eatur in gehennam. Hoc ipso autem separantur à quibus separantur, quòd eis mala suadentibus, hoc est, scandalizantibus nõ cõsentitur. Et si quidem omnibus bonis cũ quibus eis,† societas est, etiam de hac peruersitate innotescunt, ab omniũ penitùs societate, atq; ab ipsa diuinorum sacramentorum participatione separantur. Si autẽ quibusdam ita noti sunt, pluribus autem ista eorum est ignota peruersitas, ita tolerandi sunt, sicut antè ventilationem paleæ tolerẽtur in area: vt neque illis ad iniquitatis cõmunionem consentiatur, neque propter illos bonorũ societas deseratur: hoc faciunt qui habent in seipsis salẽ, & pacem habent inter se. SEQVITVR Marcus: Et in de surgẽs venit in fines Iudæę vltra Iordanem, & conueniunt iterũ turbæ ad eum, & sicut consueuerat iterum docebat illos, &c. vsque ad illud vbi ait, Omnes enim ex eo quod abũdabat illis miserunt, hæc verò de penuria sua, omnia quæ habuit misit, totum victum suum. In hac tota contextione omnia superiora considerata sunt, ne quid viderentur habere contrariũ, quãdo cum Matthæi ordine cæteros confetebamus. Hoc autem de vidua paupercula quæ duo minuta misit in gazophylaciũ, duo soli dicunt, Marcus & Lucas, sed sine vlla quæstione cõcordant. Hinc iã vsque ad cœnã Domini, vnde omniũ omnia cõsiderata tractauimus, nõ dixit & Marcus quòd cogat eũ alicui cõparari ad inquirendũ, ne quid repugnare videatur. NVNC ergo deinceps Lucæ Euãgeliũ ex ordine pertractemus, exceptis eis quæ habet cum Matthæo Marcoq; communia, quoniam illa iam omnia pertractata sunt. Sic ergo incipit Lucas: Quoniã quidem multi conati sunt ordinare narrationẽ quæ in nobis cõpletæ sunt rerũ, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assecuto à principio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile: vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatẽ. Hoc principiũ ad Euãgelij narrationẽ nondum pertinet. Admonet autem vt nouerimus eundem Lucam etiã illum librum scripsisse, qui Actus Apostolorum vocatur: non solùm quia Theophili nomen etiã illic inest: nã posset fieri, vt & alius aliquis Theophilus esset, & si idem ipse esset ab alio ad illum aliquid scribereturr, sicut à Luca Euangelium: sed quia & ibi ita exorsus est vt diceret, Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Thophile, quę cœpit Iesus facere & docere, vsque in diem quo Apostolos elegit per Spiritum sanctum, mandans iussit prędicare Euangelium: dedit intelligi quòd iã scripserit Euangelij librũ vnum ex quatuor, quorum est in ecclesia sublimis authoritas. Nec ideo quia dixit de omnib. se fecisse sermonem, quæ cœpit Iesus facere & docere vsque in diem quo mandauit Apostolis, putari debet omnia scripsisse in Euangelio suo quæ Iesus cum Apostolis in terra versatus fecit & dixit: ne sit contrarium Ioanni, qui ait multa alia fecisse Iesum, quæ si scriberẽtur, mũdum totũ nõ potuisse capere illos libros. Cũ etiã cõstet ab aliis euãgelistis nõ pauca narrata, quę Lucas ipse narrãdo nõ attigit: de omnib⁹ ergo fecit sermonẽ, eligẽdo de omnib⁹ vnde faceret sermonẽ: quæ iudicauit apta & cõgrua sufficere officio dispensationis suæ. Et quòd dicit, multos conatos ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum: videtur significare nonnullos qui non potuerunt hoc susceptũ munus implere. Ideo autem dicit sibi visum esse ex ordine diligẽter scribere, quoniã multi conati sunt: sed eos debemus accipere quorum in ecclesia nulla extat authoritas, quia id quod conati sunt, implere minimè potuerunt. Iste autem non solùm vsque ad resurrectionem ascensionemq; Domini perduxit narrationẽ suam, vt in quatuor authoribus Euãgelicæ scripturæ dignum labore suo haberet locum, verùm etiã deinceps quæ per Apostolos gesta sunt, quæ sufficere credidit ad ædificandã fidem legẽtium vel audientiũ, ita scripsit, vt solus eius liber fide dignus haberetur in Ecclesia de Apostolorũ actibus narrantis, reprobatis omnib⁹ qui nõ ea fide qua oportuit, facta dictáque Apostolorũ ausi sunt scribere. Eo quippe tempore scripserũt Marcus & Lucas, quo nõ solũ ab ecclesia Christi, verùm etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt. SIC ergo narrare Lucas incipit Euangeliũ: Fuit in diebus Herodis regis Iudæę, sacerdos quidã nomine Zacharias de vice Abia & vxor illi de filiabus Aarõ, & nomẽ ei⁹ Elisabeth, &c. vsque ad eũ locum vbi ait. Vt cessauit autẽ loqui, dixit ad Simonem, Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturam. Hoc totum non habet vllam repugnantiæ quæstionem. Ioannes quidẽ videtur simile aliquid dicere, sed illud longè aliud est, quod factũ est post resurrectionem Domini ad mare Tiberiadis. Ibi enim non solùm ipsum tempus valde diuersum est, sed etiã res ipsa plurimum distat. Nam retia illic in dexterã partem missa, centũ quinquagintatres pisces ceperũt, magnos quidẽ. Sed pertinuit ad Euangelistã dicere, quòd cùm tam magni essent, retia nõ sunt dirupta, respicientem scilicet ad hoc factũ, quod Lucas cõmemorat, vbi præ multitudine piscium retia rumpebãtur. Iam cætera simi lia Ioanni Lucas non dixit, nisi circa Domini passionem & resurrectionem: qui totus locus à cœna ipsius vsque

Mat. 10. d. 42.
Mar. 18. c. 6.
Lucæ. 17. a. 2.
Mar. 9. f. 40.
Lucæ 1. a. 1.
Act. 1. a. 1.
Ioan. 21. d. 25.
Act. 1. a. 1.
Lucæ 1. a. 1.
Capvt VII. Marci 10. a. 1.
Mar. 12. d. 44.
Lucæ 21. a. 1
Capvt VIII. Ex Euangelio.
Mat. 13. d. 30.
Mat. 9. g. 50.
Capvt IX. De captura piscium.
Lucæ 1. a. 5.
Lucæ 5. a. 4.
Ioan. 21. a. 1.
al. notitia.

vsque ad finem, sic à nobis tractatus est, vt omniũ collatis testimoniis nihil eos dissentire doceremus.

Capvt X. Ex Ioanne. IOANNES est reliquus, qui iam non restat cui cõferatur. Quicquid enim singuli dixerunt, quę ab aliis nõ dicta sunt, difficile est vt habeant aliquam repugnantiæ quæstionem. Ac per hoc liquidò cõstat tres istos, Matthæum scilicet, Marcũ & Lucam maximè circa humanitatem Domini nostri Iesu Christi esse versatos, secũdum quam & rex & sacerdos est. Et ideo Marcus, qui in illo mysterio quatuor animalium, hominis videtur demõstrare personã, vel Matthæi magis comes videtur, quia cũ illo plura dicit propter regiam personam quæ incomitata esse nõ solet, quod in primo libro cõmemoraui: vel quod probabilius intelligitur, cũ ambob⁹ incedit. Nam quãuis Matthæo in plurib⁹, tamen in aliis nõnullis Lucæ magis cõgruit: vt hoc ipso demonstraretur, ad leonẽ & ad vitulũ, hoc est, & ad regalẽ quam Matthæus, & ad sacerdotalem quã Lucas insinuat personam id quod Christus homo est, pertinere, quã figuram Marcus gerit pertinẽs ad vtrumq;. Diuinitas verò Christi qua æqualis est patri, secundũ quod verbum est & Deus apud Deum, & verbum caro factum est vt habitaret in nobis, secundum quod ipse & pater vnũ sunt, à Ioannè maximè cõmendanda suscepta est, qui sicut aquila in his quæ Christus sublimius locutus est, immoratur, nec in terram quodammodo nisi rarò descendit. Denique quamuis matrem Christi se nosse planè testetur, tamẽ nec in eius natiuitate cũ Matthæo & Luca aliquid dicit, nec eius baptismũ cum tribus cõmemorat, sed tantummodo ibi testimoniũ Ioannis altè sublimitérque cõmendãs, relictis eis pergit cum illo ad nuptias in Canam Galilææ: vbi quamuis ipse Euãgelista matrem eius fuisse cõmemoret, ille tamen dicit, Quid mihi & tibi est mulier? non repellens de qua suscepit carnẽ, sed suã tũc maximè insinuans diuinitatẽ, aquam conuersurus in vinum, quę diuinitas illam etiam feminam fecerat, nõ in illa facta erat. Inde post paucos dies factos in Capharnaum, rediit ad templum, vbi eum cõmemorat dixisse de templo corporis sui. Soluite templũ hoc, & in tribus dieb⁹ excitabo illud: vbi maximè insinuat, non solùm quia Deus erat in tẽplo verbum caro factũ, verumetiã quia eandem carnem ipse resuscitauit, non vtique nisi secũdum id quod vnum est cum patre, nec separabiliter operatur. Cùm cæteris locis fortassis omnibus scriptura nõ dicat, nisi quòd De⁹ illũ suscitauerit: nec alicubi sic expressum est quòd cũ Deus resuscitarit Christũ, etiã ipse se suscitauit, quia cũ patre vnus Deus est, sicut hoc loco vbi ait, Soluite templum hoc, & in trib. dieb⁹ suscitabo illud. Inde cũ illo Nicodemo quàm magna, quàm diuina locut⁹ est? Inde rursus pergit ad testimoniũ Ioannis, & commendat amicum sponsi nõ gaudere nisi propter vocẽ sponsi. Vbi admonet animã humanã nõ de seipsa fibilucere nec beati, nisi incõmutabilis participatione sapiẽtiæ. Inde ad mulierẽ Samaritanã, vbi cõmemoratur aqua vnde qui biberit non sitiet in æternum. Inde rursus in Cana Galilæę, vbi fecerat de aqua vinũ: ibi eum cõmemorat dixisse regulo, cuius filius infirmabatur, Nisi signa & prodigia videritis: non creditis: vsque adeò super omnia mutabilia volens mentem credentis attollere, vt nec ipsa miracula, quæ quamuis diuinitùs de mutabilitate corporum fiunt, à fidelibus quæri velit. Inde Hierosolymã redit, fit sanus triginta octo annorũ languidus, Ex hac occasione quę dicuntur quamdiu dicuntur: ibi dictum est, quærebãt eum Iudæi interficere, quia non solùm soluebat sabbatũ, sed & patrem suũ dicebat Deum, æqualem se faciẽs Deo: vbi satis ostenditur quàm non vsitatè sicut solẽt sancti homines dicere, dixerit patrem suũ Deum, sed quòd ei sit æqualis insinuans: quippe paulò superiùs dixerat eis de sabbato calumniantibus, Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor: ibi exarserunt: nõ quia patrem suum diceret Deum, sed q; ei æqualis vellet intelligi, dicendo, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor: consequens esse ostendẽs, vt quoniam pater operatur & filius operetur, quia pater sine filio non operatur. Ibi enim & paulò pòst ait, iã illis ob hoc irascentibus: Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Inde tandẽ descendit Ioãnes ad illos tres cum eodem Domino in terra gradientes, vt quinque panibus quinque milia pascantur: vbi tamẽ solus cõmemorat, quòd cùm vellent eũ regẽ facere, solus fugit in montem, Qua in re nihil mihi aliud videtur animã rationalẽ cõmonere voluisse, nisi eo se nostræ menti rationiq; regnare quo est in excelsis, nulla cũ hominibus cõmunione naturæ solus, quia vnicus patri. Hoc autem mysteriũ deorsum repentes carnales homines fugit, quia valde sublime est: vnde illos & ipse fugit in mõtem, qui regnum eius terreno animo requirebant: vnde & alibi dicit, Regnum meũ non est de hoc mundo. Neque etiam hoc nisi Ioãnes cõmemorat, volatu quodãmodo æthereo supereminẽs terris, & gaudẽs luce solis iustitię. Ab illo itidem monte post miraculum de quinque panibus factũ, cum iisdem tribus paululũ remoratus, donec mare transirent quando ambulauit super aquas, continuò rursus se in verbũ Domini attollit, quàm magnũ, quàm prolixum, quàm diuinum, supernũ & excelsum, & ex occasione panis exortum, cùm dixisset turbis, Amẽ amẽ dico vobis, quęritis me, non quia signa vidistis, sed quia edistis de panibus, & satiati estis: operamini nõ cibũ q; perit, sed q; permanet in vitam: & ęternã inde iã talia diuitissimè atq; excellẽtissimè. Tũc ab ista verbi celsitudine ęciderũt, q; post eũ deinceps nõ ambulauerũt, cui sanè inhæserũt qui potuerũt intelligere, Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest: quia vtiq; & carni spiritus prodest: & solus spiritus prodest: caro autem sine spiritu nihil prodest. Deinde suis fratribus, id est, cognatis carnis suæ suggerentibus vt ascendat ad diẽ festum, quo possit innotescere multitudini, quanta altitudine respondit, Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratũ. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Hoc est ergo, Tẽpus vestrum semper est paratum: quia vos diem istum cõcupiscitis, de quo Propheta dicit, Ego autem nõ laboraui subsequens te Domine, & diem hominis nõ cõcupiui tu scis: hoc est, volare ad lucẽ verbi, & concupiscere illum diem quem videre concupiuit Abraham, & vidit & gauisus est. Inde iam ad diẽ festũ cùm ascẽdisset in templum, quæ illum Ioannes locutũ esse cõmemorat, quàm mirabilia, quàm diuina, quàm excelsa: quòd ipsi venire non possent quò esset iturus: quòd & ipsum nossent, & vnde esset scirẽt, & esset verus qui eũ miserit, quẽ illi nescirẽt: tanquam diceret, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. Quo quid aliud voluit intelligi, nisi secundũ carnẽ notũ se illis esse potuisse & gẽte & patria, secundũ diuinitatem autẽ incognitum? Ibi etiam de dono Spiritus sancti locutus, ostendit quis esset, quando munus altissimũ dare potuisset. Rursus † illuc de Oliueti mõte regredientẽ, quæ & quanta narrat locutũ, post veniã illi adulterę datã, quę velut lapidanda oblata illi à tentatoribus fuerat, quando digito scribebat in terra: tanquam illos tales in terra scribendos significaret, nõ in cęlo, vbi monuit discipulos vt se scriptos esse gauderẽt. Aut quòd se humiliando, quod

Capvt X. Ex Ioanne.
Supra lib. 1. cap. 3. & 6.
Apoc. 4. b. 6
Mat. 1. a. 1.
Lucæ 3. c. 23
Ioan. 1. b. 14
Idem 10. f. 31
Ioan. 2. a. 1.
Ibid. b. 12.
Ioan. 3. a. 1.
Ioan. 4. a. 5.
Ibid. f. 46.
Ioan. 5. a. 1.
Ibid. c. 18.
Ibid. c. 19.
Mat. 14. b. 13
Marci 6. e. 32
Lucæ 9. a. 10
Ioan. 6. a. 15.
Ioan. 18. f. 36
Ibid. 16. b. 19
Ibid. d. 26.
Ibid. 6. g. 63.
Ibid. 7. a. 6.
Ier. 17. c. 16
Ioan. 8. g. 56
Ibid. 7. b. 10.
Ioan. 8. a. 2
al. illic.

capitis inclinatione mõstrabat, signa in terra faceret: aut quòd iam tẽpus esset vt in terra quæ fructũ daret, non in lapide sterili, sicut antea, lex eius conscriberetur. Ergo post hæc lucem mundi se dixit, & qui eũ sequeretur non ambulaturũ in tenebris, sed habiturum lucem vitæ. Dixit etiã se esse principiũ, quod & loqueretur eis. Quo nomine vtique se distinxit ab illa luce quam fecit, tanquã lux per quam facta sunt omnia: vt illud quod se dixerat lucem mundi, nõ sic acciperetur quemadmodũ discipulis ait, Vos estis lux mũdi. Illi enim tanquam lucerna, quæ nõ est ponẽda sub modio, sed super candelabrum, sicut & de Ioãne Baptista, Ille erat, inquit, lucerna lucens & ardẽs: sed ipse sicut principium, de quo dictum est, Nos omnes de plenitudine eiº accepimº. Ibi dixit se filiũ esse veritatis quæ nisi liberauerit, nemo erit liber. Inde posteaquã illuminauit à natiuitate cæcũ, ex ipsa occasione in prolixo eius sermone demoratur Ioannes, de ouibus & pastore, & ianua, & potestate ponendi animã suam & iterũ sumendi eam, in quo excellentissimam potestatem suæ diuinitatis ostendit. Inde cùm encænia in Hierosolymis fierent, cõmemorat ei dixisse Iudæos, quousque animã nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Atque inde sumpta opportunitate sermonis quæ etiã sublimia dixerit, narrat. Ibi dixit, Ego & pater vnũ sumus. Inde iã resuscitatum ab eo Lazarũ prædicat, vbi dixit, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me nõ morietur in æternũ. In quibº verbis quid nisi altitudinẽ diuinitatis eius cognoscimus, cuius in æternum participatione viuemus? Inde iterũ Ioãnes occurrit in Bethania Matthæo & Marco, vbi factũ est illud de vnguento pretioso, quo pedes eius à Maria caputq; perfusum est: atque hinc deinceps vsque ad passionẽ & resurrectionẽ Domini cum tribus Euangelistis Ioannes graditur, sed in locis eisdem narratione versante. Cæterum quod ad sermones Domini attinet, non cessat se attollere in ea quæ ille abhinc etiã sublimiter diuturneq; locutus est. Nã & quando eũ voluerũt videre gentiles per Philippũ & Andream, habuit excelsum sermonẽ, quem aliorum Euangelistarum nullus inseruit. Ibi præclara iterum de luce illuminãte & lucis filios faciente cõmemorat. Deinde in ipsa cœna, de qua Euangelistarum nullus tacuit, quàm multa & quã excelsa verba eius Ioannes cõmemorat? quæ alij tacuerunt, nõ solùm de cõmendatione humilitatis, quando pedes discipulorum lauit, sed cùm expressus per buccellã traditor eius exiisset, remanentibus cũ illo vndecim, in sermone ipsius mirabiliter stupẽdo, maximeq; diuturno, idem Ioannes immoratus est, vbi dixit, Qui videt me, videt & patrẽ: vbi multa locutus est de Spiritu sancto paracleto quẽ missurus eis erat, & de sua clarificatione quã habuit apud patrem priusquã mundus esset: & quod vnũ nos faceret in se, sicut ipse & pater vnũ sunt: nõ vt ipse & pater & nos vnũ, sed nos vnũ sicut ipsi vnũ. Multaq; alia mireq; sublimia, de quibus disserere sicut dignũ est, etiamsi essemus idonei, in hoc tamen opere non id nos suscepisse quis non aduertat? Quod alibi fortasse reddẽdum est, hîc certè nõ est expetendũ. Cõmendare quippe volumus amatoribº verbi Dei, & studiosis sanctæ veritatis, quamuis eiusdem Christi, qui verus & verax est, annunciator atque prædicator Ioãnes in Euangelio suo fuerit, cuius & cæteri tres qui scripserũt Euangeliũ, & cæteri Apostoli, qui nõ quidẽ ipsam narrationẽ scribendã susceperunt, in ea tamen prædicatione sui officij munus impleuerunt: lõgè tamen hunc in Christi altiora subuectũ, ab ipso initio libri sui rarò fuisse cum cæteris, id est, primò circa Iordanem propter testimonium Ioannis Baptistæ: inde trans mare Tiberiadis, quando turbas de quinque panibus pauit, & super aquas ambulauit: tertiò in Bethania, vbi vnguento pretioso fidelis femin ędeuotione perfusus est: donec inde illis occurreretad passionis tẽpus, quod cum eis erat necessariò narraturus: vbi tamẽ ipsam Dominicã cœnam, de qua nullus eorum tacuit, multo opulentiùs tanquã de cellario Dominici pectoris, vbi discũbere solebat, exhibuit. Ipsum deinde Pilatum verbis altioribus percutit, dicens regnum suum non esse de hoc mundo, regẽmque se natum, & ad hoc venisse in hunc mũdum, vt testimonium perhibeat veritati: Mariam quoque post resurrectionem mystica altitudine vsitans, Noli me, inquit, tãgere: nõdũ enim ascẽdi ad patrem. Discipulis etiã insufflando dedit Spiritum sanctum, ne ipse spiritus qui trinitati consubstantialis & coæternus est, tantummodo patris esse, non etiam filij spiritus putaretur. Postremò suas oues Petro se amanti, eúmque amorem ter confitenti commendans, dicit eundem Ioannem sic se velle manere donec veniat: vbi etiam mihi videtur alto docuisse mysterio, †istam ipsam Ioannis Euangelicam dispẽsationem, qua in lucem liquidissimam verbi sublimiter fertur, vbi trinitatis ęqualitas & incommutabilitas videri potest, & qua maximè proprietate distat à cæteris homo, cuius susceptione verbũ caro factũ est, perspicuè cerni cognosciq; nõ posse, nisi cùm ipse Dominus venerit: ideo sic manebit donec veniat, manebit autẽ nunc in fide credentium, tunc autem facie ad faciẽ cõtemplandũ erit, cùm apparuerit vita nostra Christus, & nos cum ipso apparebimus in gloria. Quisquis autẽ arbitratur, homini vitam istã mortalem adhuc agenti posse contingere, vt amoto atque discusso omni nubilo phãtasiarum corporaliũ atque carnalium serenissima incõmutabilis veritatis luce potiatur, & mente penitùs à consuetudinẽ vitæ huius alienata illi constãter & indeclinabiliter hæreat, nec quid quærat, nec quis quærat intelligit. Credat ergo potius sublimi authoritati minimeq; fallaci, quãdiu sumus in corpore peregrinari nos à Domino, & ambulare per fidẽ, nõdũ per speciẽ: ac sic perseueranter retinens atq; custodiẽs fidem, spẽ & charitatẽ, intendat in speciẽ ex pignore quod accepimus sancti Spiritus, q nos docebit omnẽ veritatẽ, cũ Deus qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra per inhabitantẽ spiritũ eius in nobis. Prius autẽ quàm viuificetur hoc quod mortuũ est propter peccatum, proculdubiò corruptibile est, & aggrauat animã, & si quando adiuta excedit hanc nebulã qua tegitur omnis terra, id est, hanc carnalẽ caliginem, qua tegitur omnis vita terrena, tãquã rapida coruscatione perstringitur: & in suam infirmitatẽ redit, viuente desiderio quo rursus erigatur, nec sufficiente munditia qua figatur, Et quanto quisque hoc magis potest, tanto maior est: quanto autẽ minus, tanto minor. Si autem nihil adhuc tale mens hominis experta est, in qua tamẽ habitat Christus per fidẽ, instare debet minuendis finiendisque cupiditatibus huius seculi, moralis virtutis actione tanquã in comitatu triũ illorũ Euangelistarum cũ mediatore Christo ambulãs. Eúmque qui filius Dei semper est, propter nos filium hominis factũ, vt sempiterna virtus eius & diuinitas nostræ infirmitati & mortalitati cõtemperata de nostro nobis in se atque ad se faceret viam, cũ magna spei lætitia fideliter teneat. Ne peccet, à rege Christo regatur. Si fortè peccauerit, ab eodẽ sacerdote christo expietur, atq; ita in actione bonæ cõuersationis & vitæ nutritus, pẽnis geminæ dilectionis tãquã duabº alis validis euectus à terris, ab eodem ipso Christo verbo illuminetur,

Matt.5.b.14
Ioan.5.f.35.
Ioan.1.b.16
Ibid.8.f.37
Ibid.9 a 1
Ibid.10.a.1.
Ibid.e a2.
Ioan.11 c.25
Ibid.12.a.1.
Matt.26.a.6
Mar.14.a.3
Ioã.12.c.20
Ibid.13.a.1
Ibid.14.a.9
Ibid.17.a.1. & 11.
Ioan.1.d.29
Ibid 6.a.1. & b.19.
Ibid.11.a.1
Matt.26.a.2
Mar.14.a.1
Lucæ 22.a.1
Ioan.13.a.1
Ibid.18.f.36
Ioan.10.d. 27.
Ibid.21.c.15
al. ferretam.
1.Cor.13.d. 12.
Col.3.a.4.
1.Cor.5.a.6
Ioan.16.b.13
Rom.4.d.14 & 8.c.11.
2.Cor.4.c.13
Sap.9.d.15
2.sent.dist. 35.cap.quod autẽ & dist. 37. cap.cùm ergo.
Sap.1.d.13. Eccl.11.b. 14.
2.sent.dist. 36 cap. & ideo.& cap. quod autẽ.
2.sent.di.32. cap.præterea.
1.Ioã.2.a.2.

minetur, verbo quod in principio erat, & verbum apud Deum erat, & Deus erat verbũ. Et si per speculũ & in ænigmate, longè tamen sublimius ab omni similitudine corporali. Quapropter quãuis in illis tribus actiuæ, in Ioannis autem Euangelio dona contẽplatiuę virtutis eluceant eis qui hæc dignoscere sunt idonei, tamen & hoc Ioannis, quoniam ex parte est, sic manebit donec veniat quod perfectum est. Et alij quidẽ datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alius diem Domino sapit, alius de pectore Domini liquidius aliquid bibit, alius leuatus vsque ad tertium cælum ineffabilia verba audit, omnes tamen quamdiu sunt in corpore peregrinantur à Domino, & omnibus bonæ spei fidelibus in libro vitæ scriptis seruatur quod dictum est: Et ego diligam eum, & ostendam meipsum illi: veruntamen in hac peregrinatione quantum in rei huius intelligẽtia vel scientia quisque profecerit, tanto magis caueat diabolica vitia, superbiam & inuidentiam. Meminerit hoc ipsum Euangelium Ioannis quàm multo amplius erigit ad contemplationem veritatis, tam multò amplius præcipere de dulcedine charitatis. Et quia illud præceptum verissimum ac saluberrimũ est, quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus; qui Euangelista Christum longè cæteris altius commendat, apud eum discipulis pedes lauat.

Ioan.1.a.1.
1.Cor.13.d. 12.
1.Cor.13.c. 10.
2.Cor.12.a. 8.
2 Cor.12.a. 2
1.Cor.3.
Ioan.14 c. 21.
Eccl 3.c.21.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE DIVERSIS QVÆSTIONIBVS OCTOGINTA TRIBVS.

D. Augustinus lib. 1. Retractat. cap. 26.

Est etiam inter illa quæ scripsimus quoddam prolixum opus, quod tamen vnus deputatur liber, cuius est titulus, De diuersis quæstionibus octogintatribus. Cum autem dispersæ fuissent per chartulas multas, quoniam ab ipso primo tẽpore conuersionis meæ, posteaquã in Africã venimus, sicut interrogabar à fratribus, quãdo me vacantem videbant, nulla à me seruata ordinatione dictatæ sunt, iussi eas iam episcopus colligi, & vnum ex eis librũ fieri, adhibitis numeris, vt q; quisq; legere voluerit, facilè inueniat. Harũ quæstionũ est I, vtrũ anima à seipsa sit. II, de libero arbitrio. III. vtrum Deo auctore sit homo deterior. IIII, quæ sit causa vt sit homo deterior. V, vtrũ animal irrationale beatũ esse possit. VI, de malo. VII, quæ propriè in animante anima dicatur. VIII, vtrũ per se anima moueatur. IX, vtrũ corporeis sensibus percipi veritas possit. In qua illud quod dixi, Omne quod corporeº sensus attingit, q & sensibile dicitur, sine vlla intermissione tẽporis cõmutatur. Sine dubio verũ quidem non est in corporibus resurrectionis incorruptibilibº, sed nunc ea nullus nostri corporis sensus attingit, nisi fortè diuinitùs tale aliquid reuelatur. X, vtrũ corpus à Deo sit. XI, quare Christũs de femina natus sit. XII, loco, vbi titulus est, Sententia cuiusdã sapientis, non est mea, sed quia per me innotuit quibusdã fratribus, qui tunc à me ista diligentissimè colligebãt, & placuit eis, inter nostra eã scribere voluerũt. Est autẽ cuiusdã Fõtei Carthaginensis, [qui de vita Bracmanarũ aliquã ta conscripsit,] de mente mundanda ad videndũ Deũ, quod Paganus quidem scripsit, sed Christianus baptizatus mortuus est. XIII, quo documento constet homines bestiis excellere. XIIII, non fuisse corpus Domini nostri Iesu Christi phantasma. XV, de intellectu. XVI, de filio Dei. XVII, de scientia Dei. XVIII, de trinitate. XIX, de Deo & creatura. XX, de loco Dei. XXI, vtrum Deus auctor mali non sit. Vbi videndum est, ne malè intelligatur quod dixi, Mali auctor nõ est, quia omnium quæ sunt auctor est: quia inquantum sunt, intantum bona sunt. Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorũ, quæ vtique malum est iis qui puniuntur. Sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est, Deus mortem non fecit: cùm alibi scriptum sit, Mors & vita à Domino Deo est. Malorum ergo pœna quæ à Deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei operibus est, quoniã iustum est vt mali puniãtur, & vtique bonũ est omne quod iustũ est. XXII, Deum non pati necessitatem. XXIII, de patre & filio. Vbi dixi quòd eã ipse genuerit, qua sapiens dicitur, sapientiam: sed melius istam quæstionẽ in libro postea De trinitate tractauimus. XXIIII, vtrum & peccatum & rectè factum, in libero sit voluntatis arbitrio. Quod ita esse omnino verissimũ est. Sed vt ad rectè faciendũ liberũ sit, Dei gratia liberatur. XXV, de cruce Christi. XXVI. de differentia peccatorum. XXVII, de prouidentia. XXVIII, quare Deus mundũ facere voluerit. XXIX, vtrũ aliquid sit sursum aut deorsum in vniuerso. XXX, vtrum omnia in vtilitatem hominis creata sint. XXXI, eũ qui vt vult viuit, beatũ esse. Nec ipsa mea est, sed Ciceronis: verũtamen quia & hæc per me innotuit fratribus, inter ista quæ colligebant scripserunt eã, volentes nosse quẽadmodum virtutes animi ab illo diuisæ ac definitæ sint. XXXII, vtrũ rẽ vllã alius alio magis intelligat, atque ita ciusdẽ rei per infinitũ eat intelligentia. XXXIII, de metu. XXXIIII, vtrum non aliud amãdũ sit quàm metu carere. XXXV, quid amandum sit. In qua illud quod dixi, id esse amandum, quod nihil est aliud habere, quàm nosse, non satis approbo. Neque enim Deũ non habebant, quibus dictum est: Nescitis quia templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis? nec tamen eum nouerant, vel non sicut noscendus est nouerant. Item quod dixi, Nemo igitur beatam vitam nouit, & miser est. Nouit, dixi, quomodo noscenda est. Nam quis eam penitùs nescit, eorum dumtaxat qui iam ratione vtuntur, quandoquidem beatos se esse velle nouerunt? XXXVI, de nutrienda charitate. Vbi dixi, Deus igitur & animus quo amatur, charitas propriè dicitur purgatissima & consummata, si nihil aliud amatur. Quod si verum est, quomodo ergo Apostolus ait, Nemo vnquam carnem suam odio habuit? Et ex hoc admonet vt diligantur vxores. Sed ideo dictum est, propriè dilectio dicitur, quoniam caro diligitur quidem, nec tamen propriè, sed propter animam cui subiacet ad vsum. nam & si propter seipsam videtur diligi, cùm eam nolumus esse deformem, ad aliud referendum est decus eius, ad illud scilicet, à quo decora sunt omnia. XXXVII, de semper nato. XXXVIII, de conformatione animæ. XXXIX. de alimentis. XL, cùm animarum natura vna sit, vnde hominum diuersæ voluntates. XLI, cùm omnia Deus fecerit, quare nõ æqualiter fecerit. XLII, quemadmodum Dei sapientia Dominus Iesus Christus & in vtero matris fuerit & in cælis. XLIIII, quare filius Dei in homine apparuerit, & Spiritus sanctus in columba. XLIIII, quare tanto pòst venit Dominus Iesus Christus. Vbi cùm generis humani tan-

Tũllius Off. I.
1.Cor.3.d. 17.
Eph.5.f.29
Mat.3.d.16.

quã vniᵒ hominis ætates cõmemorarẽ; dixi: Nec oportuit venire diuinitùs magistrum, cuius imitatione in
Gal.3.d.23. mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Et adiunxi ad hoc valere q; Apostolus dicit, sub lege tanquã sub pædagogo paruulos custoditos. Sed potest mouere cur alibi dixerimus, Christũ in generis humani sexta ætate tanquã in senectute venisse. Hoc ergo q; de iuuentute dictũ est, ad vigorẽ feruorẽ q; fidei refertur, quæ per dilectionẽ operatur: illud autẽ de sene-
Ibid.5.2.6. ctute ad tẽporũ numerũ. Potest enim intelligi vtrũq; in vniuersitate hominũ, q; non potest in ætatibus singulorũ. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuẽtus & senectus, in animo autem potest: illa propter alacritatẽ, ista propter grauitatẽ. XLV, aduersus mathematicos. XLVI, de ideis. XLVII, vtrum aliquãdo cogitationes nostras videre possimus. Vbi quod dixi, angelica corpora, qualia nos speramᵒ habituros, lucidissima atque ætherea esse credendũ est. Si hoc sine mẽbris quæ nunc habemus, & sine substantia, quãuis incorrupti-
Lib.22. cap. 29. bilis, tamen carnis accipiatur, erratur. Multo autẽ melius in opere De ciuitate Dei, quæstio ista tractata est, de vidẽdis cogitationibus nostris. XLVIII, de credibilibus. XLIX, quare filij Israël sacrificabãt visibiliter pecorum victimas. L, de æqualitate filij. LI, de homine facto ad imaginẽ & similitudinẽ Dei. Vbi quid est quod dixi, Homo sine vita nõ rectè appellatur, cum dicatur homo etiã cadauer hominis? Ergo saltẽ dicere debui, nõ propriè dicitur: vbi dixi, non rectè dicitur. Itẽ dixi, Neq; inscitè distinguitur, quòd aliud sit imago & si-
1.Cor.11.b.7 militudo Dei, aliud ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, sicut hominẽ factũ accipimus. Quod non ita intelligendũ est, quasi homo non dicatur imago Dei, cùm dicat Apostolus, Vir quidẽ non debet velare caput, cùm sit imago & gloria Dei: sed dicitur etiã ad imaginẽ Dei, quod vnigenitus non dicitur, qui tantummodò imago
Gen.6.b.6. est non ad imaginẽ. LII, de eo quod dictũ est: Pœnitet me fecisse hominẽ. LIII, de auro & argẽto quod Israëlitæ ab Ægyptiis acceperunt. LIIII, de eo quod scriptũ
Exodi 3 g. 22. & 12 e 35 est, Mihi autẽ adhærere Deo, bonũ est. Vbi quod dixi,
Psal.72.27. Quod autem est omni anima melius, id Deũ dicimus,
Cant.6.c.6 magis dici debuit, omni creato spiritu melᵒ. LV, de eo quod scriptũ est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta cõcubinæ, & adolescentularũ nõ est numerus. LVI, de annis quadragintasex ædificati templi. LVII, de centum
Mat 24.c.36 quinquaginta tribus piscib. LVIII, de Ioanne Baptista. LIX, de decẽ virginib. LX, de die autẽ illo & hora nemo
Matt 14.b. 18.* scit, neq; angeli cælorũ, neque filius hominis, nisi solus
Ioan.6.a. 10 * pater. LXI, de eo quod scriptũ est in Euangelio, turbas Dominum in eremo pauisse de quinque panibus. Vbi q; dixi duos pisces duas illas significare personas, regiã scilicet & sacerdotalẽ, ad quas etiã sacrosancta illa vnctio pertinebat: dicendũ potius fuit, maximè pertinebar, quoniã vnctos aliquãdo legimus & prophetas. Itẽ
Lucæ 3.f.25 quod dixi, Lucas qui tãquã ascẽdentẽ post abolitionẽ peccatorũ sacerdotẽ Christũ insinuauit, per Natham ascẽdit ad Dauid: quia Nathan propheta missus erat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem pœnitendo impetrauit. Non sic accipiendum est tanquam ipse fuerit Nathan propheta, qui filius Dauid: quia nec hic dictũ est, quia ipse propheta missus erat: sed dictum est, Quia Nathan propheta missus erat, vt
Ioan.1.a.1 mysterium non in eodem homine, sed in eodem no-
Lucæ 23.f. 43. mine intelligatur. LXII, de eo quod scriptum est in Euãgelio, quòd baptizabat Iesus plures quàm Ioannes, quãuis ipse nõ baptizaret, sed discipuli eius. Vbi quod
De cõs. dist. 4.c. baptismi 4. fen: di. 4. cap. sunt & alij. dixi, Latro ille cui dictum est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, qui nec ipsum baptismũ acceperat. Hoc quidem & alijs ante nos rectores sanctæ

A ecclesiæ posuisse in suis literis inuenimus, sed quibus documentis satis possit ostẽdi quòd non fuerit baptizatᵒ ille latro, ignoro. De qua re in posterioribus quibusdã opusculis nostris diligẽtiùs disputatum est, ma- Lib.3.cap.6
ximè in eo quod ad Vincentium Victorem de animæ Ioan. 4.a.7.
origine scripsimus. LXIII, de verbo. LXIIII, de muliere * Ibid.12.f.43
Samaritana. LXV, de resurrectione Lazari. LXVI, de eo *
q; scriptũ est, An ignoratis fratres, scientibus enim le- Rom.7.a.1
gẽ loquor, qa lex dominatur homini, inquãtũ tempus viuit? vsq; ad eũ locũ in quo scriptũ est, Viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Vbi illud quod ait Apostolus, Scimus autẽ quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum: exponere volẽs, dixi, id est, carni cõsentio, nõdũ spiritali gratia liberatus. Quod non sic accipiẽdũ est, quasi spiritalis homo iã sub gratia constitutus, etiã de seipso non possit hæc dicere: [Venũdatus sum sub peccato. Quod enim ope- Rom.e.7.14
ror non intelligo. Non enim quod volo bonũ hoc ago,
B sed quod odio malũ illud facio: & cætera quæ sequuntur, vsq; ad eũ locũ vbi dictũ est: Miser ego homo, quis Rom.7.d.14
me liberabit de corpore mortis huius?] Quod postea didici, sicut iam sum antè confessus. Rursus exponens quod ait Apostolus: Corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ. Mortuũ, inquã, corpus dicit, quãdiu tale est, vt indigentia rerũ tẽporaliũ molestet animã. Sed multo melius mihi postea visum est, ideo mortuum corpus dictũ, quod habeat iã moriendi necessitatẽ, quam nõ habuit ante peccatũ. LXVII, de eo quod scriptũ est, Existimo enim quòd indignæ sint passiones huius tẽporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis: vsq; ad id quod dictum est: Spe enim salui facti sumus. Vbi cùm exponerẽ quod scriptũ est, Et ipsa creatura liberabitur à seruitute interitᵒ: dixi, Et ipsa creatura, id est, ipse homo, cùm iã signaculo imaginis propter peccatũ amisso remansit tantũmodo creatura. Quod non ita accipiẽdũ est quasi totũ amiserit homo quod habebat ima
C ginis Dei. Nã si omnino nõ amisisset, non esset propter quod diceretur, Reformamini in nouitate mentis ve- Rom. 12.a.2
stræ. Et, In eandem imaginẽ transformamur. Sed rur- 2. Cor. 3. d. 18.
sum si totũ amisisset, nihil maneret vnde diceret, Quã- Psal. 38.9.
quã in imagine ambulet homo, tamen vanè cõturbatur. Itẽ quòd dixi spiritaliter summos angelos viuere, infimos verò animaliter: audacius dictũ est de infimis quàm vt possit vel scripturis sanctis, vel ipsis rebus ostẽdi: quia & si forsitã potest, difficillimè potest. LXVIII, de eo quod scriptũ est, O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Vbi dixi, Quia etiã si leuioribus quisq; peccatis, aut certè quãuis grauioribus & multis, tamẽ magno gemitu & dolore pœnitendi misericordia Dei dignus fuerit, nõ ipsius est, qui si relinqueretur interiret, sed miserẽtis Dei qui eius precibus doloribũsq; subue-
D nit. Parum est enim velle, nisi Deus misereatur: sed Deus non miseretur qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit ad pacem. Hoc dictum est post pœnitentiam. Nam est misericordia Dei etiam ipsam præueniens voluntatem, quæ si non esset, non præpararetur voluntas à Domino. Ad eam misericordiam pertinet & ipsa vocatio quæ etiã fidem præuenit. De qua paulò pòst cùm agerem dixi. Hæc autem vocatio quę siue in singulis hominibus siue in populis atque in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profundæ Domini ordinationis est. Quò pertinet etiam illud, In vtero sanctificaui te, & cùm Hier.1.b.5 Rom.9.c.13
esses in renibus patris tui, vidi te. Et: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, &c. Quamuis testimonium illud, Mal.1.a.3.
Cùm esses in renibus patris tui, vidi te, vnde mihi tanquam scriptum sit, occurrerit, nescio. LXIX, de eo quod scriptum est, Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit

1.Cor.15.g. 54. subiecit omnia. LXX, de eo quod Apostolus dicit, Absorpta est mors in victoriã: vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, virtus peccati lex. LXXI, de eo quod scriptum
Gal.6.a.2. est, Inuicẽ onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. LXXII, de tẽporibus æternis. LXXIII, de eo q;
Philip.2.a.7 scriptũ est, Et habitu inuẽtus vt homo. LXXIIII, de eo
Col.1.b.14. quod scriptũ est in epistola Pauli ad Colossenses, In quo habemᵒ redẽptionẽ & remissionẽ peccatorũ, qui est imago Dei inuisibilis. LXXV, de hæreditate Dei.
Iac.1.d.20. LXXVI, de eo quod apostolus Iacobus dicit, Vis autẽ scire ô homo inanis, quia fides sine operibus otiosa est. LXXVII, de timore, vtrũ peccatũ sit. LXXVIII, de pulchri-
Exodi 7. d. 22.* tudine simulachrorũ. LXXIX, quare magi Pharaonis fecerunt miracula quædam sicut Moyses famulus Dei. LXXX, Aduersus Apollinaristas. LXXXI, de quadragesi-
Heb.12.b.6 ma & quinquagesima. LXXXII, de eo quod scriptũ est, Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. LXXXIII, de coniugio in
B eo quod Dominus ait, Si quis dimiserit vxorem suam
Mat.19.b.9. excepta causa fornicationis. Hoc opus sic incipit.

QVAEST. I. Vtrũ anima à septa sit.

MNE verũ à veritate verũ est, & omnis anima eo anima est quo vera anima est. Omnis igitur anima à veritate habet vt omnino anima sit. Aliud autem anima est, aliud veritas. Nã veritas falsitatẽ nũquã patitur, anima verò sæpe fallitur. Nõ igitur cùm à veritate anima est, à seipsa est. Est autem veritas Deus, Deũ igitur habet authorẽ vt sit anima. OMNE quod
Ioan.14.a.6. fit, ei à quo fit par esse nõ potest. Alioquin iustitia, quę
QVAEST. II. De libero arbitrio. sua cuiq; tribuere debet, de rebus auferatur necesse est. Hominem ergo Deus cùm fecit, quamquam optimũ fecerit, non tamen id fecit quod erat ipse. Melior au-
Gen.1.d.31 tem homo est qui volũtate, quàm qui necessitate bo-
C nus est. Voluntas igitur libera danda homini fuit.

NVLLO sapiente homine authore fit homo deterior. Non enim parua ista culpa est, imò tanta est quæ
QVAEST. III. Vtrum Deo authore sit homo deterior. in sapientem quemuis hominem cadere nequeat. Est autem Deus omni homine sapiente præstãtior. Multo minus igitur Deo authore fit homo deterior. Multo enim præstantior Dei voluntas, quàm hominis sapientis est. Illo autem authore cùm dicitur, illo volẽte dicitur. Est ergo vitium volũtatis quo est homo deterior, quod vitium si longè abest à Dei voluntate, vt
QVAEST. IIII. Quæ sit causa vt homo fit deterior. ratio docet, in quo sit quærendum est. VT sit homo deterior aut in ipso causa est, aut in alio aliquo, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est. Aut si ita accipitur in nihilo, quòd homo ex nihilo factus est, vel ex iis quæ ex nihilo facta sunt, rursum in ipso erit causa, quòd eius quasi materies est nihilum. Si in alio aliquo: vtrum in Deo, an in quolibet alio homine, an in D
eo quod neque Deus, neque homo sit. Sed nõ in Deo, bonorum enim Deus causa est. Si ergo in homine, aut vi, aut suasione. Sed vi nullo modo, ne sit Deo valentior. Siquidem Deus ita optimè hominem fecit, vt si vellet manere optimus nullo resistente impediretur. Suasione autem alterius hominis si concedimus hominem deprauari, rursum quærendum erit, suasor ipse à quo deprauatus sit. Non enim potest prauus non esse talium suasor. Restat nescio quid, quòd nec Deus, nec homo sit, sed tamen hoc quidquid est, aut vim intulit, aut suasit. De vi hoc respõdetur quod suprà: de suasio-
QVAEST. V. Vtrũ animal irrationale beatum esse possit. ne autem quicquid est, quia suasio non cogit inuitum, ad eiusdem hominis volũtatem causa deprauationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadẽte deprauatus sit. ANIMAL quod caret ratione, caret scientia. Nullum autem animal quod scientia caret,

A beatũ esse potest. Nõ igitur cadit in animalia rationis expertia vt beata sint. OMNE quod est, aut est cor- QVAEST. VI. De malo.
poreũ, aut incorporeũ. Corporeũ sensibili, incorporeũ autẽ intelligibili specie cõtinetur. Omne igitur quod 1.Cor.8.
est, sine aliqua specie nõ est. Vbi autẽ aliqua species, ne cessariò est aliquis modus, & modus aliquid boni est. Summũ ergo malũ nullũ modũ habet, caret enĩ omni bono. Nõ est igitur, quia nulla specie cõtinetur, totũq; hoc nomẽ mali de speciei priuatione repertũ est. ANIMA aliquãdo ita dicitur, vt cùm à mẽte intelligat, ve- QVAEST. VII. Quæ propriè in animãte anima dicatur.
luti cùm dicimᵒ hominẽ ex anima & corpore cõstare. Aliquando ita vt excepta mente dicatur. Sed cùm excepta mente dicitur, ex iis operibᵒ intelligitur quæ habemus cum bestiis communia. Bestiæ namque carent ratione, quæ mentis semper est propria.

MOVERI per se animã sentit, qui sentit in se esse vo- QVAEST. VIII. Vtrũ per se anima moueatur.
luntatẽ. Nam si volumus, nõ alius de nobis vult. Et iste motus animæ spontaneus est, hoc enim ei tributũ est à Deo: qui tamẽ motus, non de loco in locũ est tanquã corporeis. Localiter enĩ moueri corporis propriũ est. Et cùm anima volũtate, id est, illo motu qui localis nõ est, corpus suum tamen localiter mouet, non ex codẽ mõstratur & ipsa localiter moueri. Sicut videmᵒ à cardine moueri aliquid per magnũ spatiũ loci, & tamen ipsum cardinẽ nõ moueri loco. OMNE quod cor- QVAEST. IX. Vtrum corporeis sensibus veritas percipi possit.
poreus sensus attingit, quod & sensibile dicitur, sine vl la intermissione tẽporis cõmutatur: velut cùm capilli capitis nostri crescunt, vel corpus vergit in senectutẽ, aut in iuuentã efflorescit, perpetuò id fit, nec omnino intermittit fieri. Quod autẽ nõ manet, percipi nõ po- 1.Rett.26.
test: illud enim percipitur quod scientia cõprehẽditur. Cõprehendi autẽ non potest quod sine intermissione mutatur. Nõ est igitur expectãda sinceritas veritatis à sensibus corporis. Sed ne quis dicat esse aliqua sẽsibilia
C codẽ modo semper manentia, & quæstionẽ nobis de sole atq; stellis afferat, in quibus facilè cõuinci nõ potest, illud certè nemo est qui nõ cogatur fateri, nihil es se sẽsibile quod nõ habeat simile falso, ita vt internosci nõ possit. Nam vt alia prætermittã, omnia quæ per corpus sentimus, etiã cùm ea non adsunt sensibus, imagines tamẽ eorũ patimur tãquam prorsus adsint, vel in sõno, vel in furore. Quod cùm patimur omnino vtrũ ea ipsis sensibus sentiamus, aut imagines sensibilium sint, discernere nõ valemus. Si igitur sunt imagines sẽsibiliũ falsæ, quæ discerni ipsis sensibᵒ nequeunt, & nihil percipi potest, nisi quod à falso discernitur, non est constitutum iudicium veritatis in sensibus, quamobrẽ saluberrimè admonemur auerti ab hoc mundo, qui profectò corporeus est & sensibilis, & ad Deum, id est veritatem, quæ intellectu & interiore mente capitur, quæ semper manet & eiusdem modi est, quæ non habet imaginem falsi, à qua discerni non possit, tota alacritate conuerti. OMNE bonum à Deo. Om- QVAEST. X. Vtrũ corpus à Deo sit. Iac.1.c.17.
ne speciosum bonum, inquantum speciosum est: Et omne quod species cõtinet speciosum est. Omne autem corpus vt corpus sit, specie aliqua continetur. Om
ne igitur corpus à Deo. DEVS cùm liberat, nõ QVAEST. XI. Quare Christus de femina natus sit. Lucæ 1.
partem aliquam liberat, sed totum liberat, quod fortè in periculo est. Sapientia ergo & virtus Dei, qui dicitur vnigenitus filius, homine suscepto liberationem hominis indicauit. Hominis autem liberatio in vtroque sexu debuit apparere. Ergo quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, consequens erat 1.Rett.c.a.26
vt feminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille vir QVAEST. XII
de femina natus est. AGITEÔ, inquit, miseri mortales, hoc agite ne vnquam polluat hoc do- Sententia cuiusdam sapientis
micilium malignus spiritus, ne sensibus immixtus infestet animæ sanctitatẽ, lucẽmque mentis obnubilet. PONTEI.

Serpit hoc mulũ per omnes aditꝰ sensuales, dat se figuris, accõmodat coloribus, adhæret sonis, latet in ira, in fallacia sermonis, odoribꝰ se subiicit, infudit saporibꝰ, ac turbidi motus illuuie tenebrosis affectionibus tenebrat sensus, quibusdã nebulis implet omnes meatus intelligẽtiæ, per quos expãdere lumẽ rationis radius mẽtis solet. Et quia radius æthereę lucis est, in eoq; speculũ diuinæ præsentiæ, in hoc enĩ Deus, in hoc volũtas innoxia, in hoc rectè factĩ meritũ relucet, Deus vbiq; pręsens est. Tunc autẽ vnicuiq; nostrũ simul est, cùm mentis nostræ illibata puritas in eius præsentia se esse putauerit. Vt enĩ visus oculorũ si fuerit vitiatus, quicquid videre nõ potuerit, adesse nõ putat: frustra enim circũstat oculos præsens imago rerũ, si oculis integritas desit: ita etiã Deus qui nusquam deest, frustra pollutis animis pręsens est, quẽ videre mẽtis cæcitas non potest. INTER multa quibus ostẽdi potest, hominẽ ratione bestiis antecellere, hoc omnibꝰ manifestum est, quòd beluæ ab hominibus domari & mansuefieri possunt, homines à beluis nullo modo. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus. Et si fallit, veritas nõ est. Est autem veritas Christus. Non igitur phantasma fuit corpus eius. OMNE quod se intelligit, cõprehendit se. Quod autẽ se cõprehendit, finitũ est sibi. Et intellectus intelligit se: Ergo finitus est sibi. Nec infinitus esse vult, quamuis possit, Quia notus sibi esse vult, amat enim se. DEVS omnium quæ sunt, causa est. Quod autẽ omniũ rerũ causa est, etiã sapientiæ suæ causa est: nec vnquã Deus sine sapiẽtia sua: Igitur sempiternę sapientię suæ causa est sempiterna: nec tẽpore prior est quàm sua sapientia. Deinde si patrem sempiternũ esse inest Deo, nec fuit aliquãdo nõ pater, nunquã sine filio fuit. OMNE præteritũ iam nõ est: Omne futurũ nondũ est: Omne igitur & præteritũ & futurũ deest. Apud Deũ autẽ nihil deest: nec præteritũ igitur nec futurũ, sed omne pręsens est apud Deum.

QVAEST. XIII. Quo documẽto cõstet homines bestiis antecellere.

QVAEST. XIIII. Non fuisse corpus Christi phãtasma Ioan 14.

QVAEST. XV. De intellectu.

QVAEST. XVI. De filio Dei.

QVAEST. XVII. De scientia Dei.

OMNE quod est, aliud est quo constat, aliud quo discernitur, aliud quo cõgruit. Vniuersa igitur creatura si & est quoquo modo, & ab eo quod omnino nihil est, plurimũ distat, & suis partibus sibimet cõgruit, causam quoq; eius trinã esse oportet, qua sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. Creaturæ autẽ causam, id est, authorem, Deũ dicimus, Oportet ergo esse trinitatẽ qua nihil præstantius, intelligentius & beatius inuenire perfecta ratio potest. Ideóque etiam cùm veritas quæritur, plusquam tria genera quæstionũ esse nõ possunt, vtrum omnino sit, vtrum hoc an aliud sit, vtrũ approbandum improbandúmve sit. QVOD incõmutabile est, æternum est: semper enim eiusdem modi est. Quod autem commutabile est, tempori obnoxium est. Non enim semper eiusdem modi est, & ideo æternum non rectè dicitur. Quod enim mutatur, nõ manet: quod non manet, nõ est æternum. Idque inter immortale & æternum interest, quòd omne æternum immortale est, non omne immortale satis subtiliter æternum dicitur: quia & si semper aliquid viuat, tamẽ si mutabilitatem patiatur, non propriè æternũ appellatur, quia nõ semper eiusdem modi est: quamuis immortale, quia semper viuit, rectè dici possit. Vocatur autem ęternum interdum etiam quod immortale est. Illud verò quod & mutationem patitur, & animæ pręsentia cùm anima non sit viuere dicitur, neq; immortale vllo modo & multo minus æternum intelligi potest. Æternum enim cùm propriè dicitur, neq; quicquam præteritum quasi transierit, neque quicquã futurum quasi nõdum sit, sed quicquid est, tantũmodo est. DEVS non alicubi est. Quod enim alicubi est, continetur loco: quod continetur loco, corpus est.

QVAEST. XVIII. De trinitate.

QVAEST. XIX. De Deo & creatura.

Dan 7. g. 27

QVAEST. XX. De loco dei

Deus autẽ nõ est corpus: Non igitur alicubi est: & tamẽ quia est, & in loco nõ est, in illo sunt potius omnia, quàm ipse alicubi: nec tamẽ ita in illo vt ipse sit locus. Locꝰ enim in spatio est quod lõgitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur, nec Deꝰ tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus nõ est. Locus tamẽ Dei abusiuè dicitur tẽplũ Dei, non quòd eo cõtineatur, sed quòd ei præsens sit. Id autẽ nihil melius, quàm anima mũda intelligitur. QVISQVIS omniũ quæ sunt author est, & ad cuius bonitatẽ id tãtùm pertinet vt sit omne q̃ est, nõ esse ad eũ pertinere nullo pacto potest. Omne autẽ quod deficit, ab eo quod est esse deficit, & tẽdit in nõ esse. Esse aũt & in nullo deficere bonũ est, & malũ est deficere. At ille ad quẽ non esse nõ pertinet, nõ est causa deficiendi, id est, tendẽdi ad nõ esse: quia, vt ita dicam, essendi causa est. Boni igitur tantũmodo causa est, & propterea ipse summũ bonũ est. Quocirca mali author nõ est, qui omniũ quæ sunt author est, quia in quãtũ sunt, in tantũ bona sunt.

Lib 8 de Genesi ad literã, cap 26.

Psal. 5. b. 8.

QVAEST. XXI. Vtrũ Deus author mali non sit.

1. Reti. 26.

VBI nulla indigentia, nulla necessitas. Vbi nullus defectus, nulla indigẽtia. Nullꝰ autẽ defectus in Deo, nulla ergo necessitas. OMNE castũ castitate castum est, & omne æternũ æternitate æternum est, & omne pulchrũ pulchritudine, & omne bonũ bonitate: ergo & omne sapiens sapiẽtia, & omne simile similitudine. Sed duobus modis castũ castitate dicitur, vel quòd eã gignat, vt ea sit castũ castitate quã gignit, & cui principiũ atq; causa est vt sit. Aliter autẽ † vt participatione castitatis quidq; castũ est, quod potest aliquando esse nõ castũ, atque ita de cæteris intelligendũ est. Nã & anima æternitatẽ vel intelligitur vel creditur cõsequi, sed æterna æternitatis participatione fit. Non autẽ ita æternus Deus, sed quòd ipsius æternitatis est author. Hoc & de pulchritudine & de bonitate licet intelligi. Quamobrẽ cùm sapiẽs Deus dicitur, & ea sapiẽtia sapiens dicitur, sine qua eũ vel fuisse aliquando, vel esse posse nefas est credere, non participatione sapientię sapiẽs dicitur, sicuti anima, quæ & esse, & nõ esse sapiẽs potest, sed quòd, ipse eã genuerit qua sapiens dicitur, sapiẽtiã. Itẽ illa quæ participatione sunt, vel casta, vel æterna, vel pulchra, vel bona, vel sapientia, recipiunt, vt dictum est, vt possint nec casta esse, nec æterna, nec pulchra, nec bona, nec sapientia. At ipsa castitas, æternitas, pulchritudo, bonitas, sapientia, nullo modo recipiũt aut corruptionẽ, aut, vt ita dicã, tẽporalitatem, aut turpitudinẽ, aut malitiã. Ergo etiã illa quæ participatione similia sunt, recipiunt dissimilitudinẽ. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit, vt cùm similitudo patris filius dicitur, quia eius participatione similia sunt quæcunque sunt vel inter se vel Deo similia: ipsa est enim species prima, qua sunt, vt ita dicam, speciata, & forma qua formata sunt omnia, ex nulla parte patri potest esse dissimilis. Idem igitur quod pater: ita vt iste filius sit, ille pater: id est, iste similitudo, ille cuius similitudo est: iste substantia, ille substantia, ex quo vna substantia. Nam si non vna est, recipit dissimilitudinem similitudo, quod fieri posse omnis verissima negat ratio.

QVAEST. XXII. Deũ non pati necessitatem.

QVAEST. XXIII. De patre & filio.

al. cùm.

QVICQVID casu fit, temere fit. Quicquid temere fit, non fit prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non prouidentia vniuersus mundus administratur. Si non prouidentia vniuersus mundus administratur, est ergo aliqua natura atque substantia quæ ad opus prouidẽtiæ non pertinet. Omne autem quod est, in quantum est, bonum est. Summè enim est illud bonũ, cuius participatione sunt bona cætera. Et omne quod mutabile est, non per seipsam, sed boni immutabilis participatione in quantum est, bonũ est. Porrò illud

QVAEST. XXIIII. Vtrũ peccatum & rectè factum in libero sit voluntatis arbitrio.

1. Reti. 26.

Lib. 6. de tũnit. cap. 2.

illud bonũ, cuius participatione sunt bona cętera quęcunque sunt, non per aliud, sed per seipsum bonũ est, quã diuinã etiã prouidentiã vocamus. Nihil igitur casu fit in mundo. Hoc constituto, consequens videtur, vt quicquid in mundo geritur, partim diuinitùs geratur, partim nostra volũtate. Deus enim quouis homine optimo & iustissimo lõgè atq; incõparabiliter melior & iustior est. Iustus autẽ regẽs & gubernãs vniuersa, nullã pœnã cuiquã sinit immeritò infligi, nullũ præmiũ immeritò dari. Meritũ autẽ pœnæ, peccatũ; & meritũ præmij, rectè factũ est. Nec peccatum autem nec rectè factum imputati cuiquam iustè potest, qui nihil fecerit propria voluntate. Est igitur & peccatum & rectè factum in libero voluntatis arbitrio.

QVAEST. XXV. De cruce Christi.

SAPIENTIA Dei hominẽ ad exemplũ quo rectè viueremus, suscepit. Pertinet autẽ ad vitã rectam, ea quæ non sunt metuẽda, non metuere. Mors autẽ metuẽda non est. Oportuit ergo idipsum illius hominis, quem Dei sapientia suscepit, morte mõstrari. Sunt autẽ homines qui quãuis mortẽ ipsam non timeant, genus tamen aliquod ipsius mortis horrescunt. Nihilominus autẽ vt ipsa mors metuenda non est, ita etiam nullũ genus mortis bene & rectè viuenti homini metuendum est. Nihilominus igitur hoc quoque illius hominis cruce ostendendũ fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidolosius.

QVAEST. XXVI. De differẽtia peccatum.

ALIA sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est virtuti, imperitia cõtraria est sapiẽtiæ, malitia cõtraria est bonitati. Quisquis igitur nouit quid sit virtus & sapientia Dei, potest existimare quę sint peccata venialia. Et quisquis nouit quid sit bonitas Dei, potest existimare quibus peccatis certa pœnã debeatur & hic & in futuro seculo. Quibꝰ bene tractatis, probabiliter iudicari potest, qui nõ sint cogendi ad pœnitẽtiam luctuosam & lamentabilem, quamuis peccata fateantur: & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi sacrificium obtulerint Deo, spiritum contribulatum per pœnitentiam.

QVAEST. XXVII. De prouidẽtia.

2. Cor. 2. d. 16.

Lib. 11. de Genesi ad literam, ca. 6.

FIERI potest vt per malum hominẽ diuina prouidẽtia & puniat, & opituletur. Nã Iudæorum impietas & Iudæos supplantauit, & gentibus saluti fuit. Item fieri potest, vt diuina prouidentia per hominẽ bonũ & dãnet & adiuuet, sicut ait Apostolus: Aliis sumꝰ odor vitæ in vitam, aliis autẽ odor mortis in mortẽ. Sed cùm omnis tribulatio aut pœna impiorũ sit, aut exercitatio iustorũ, quia cadẽ tribula & paleas concidit, & frumẽta à paleis exuit, vnde tribulatio nomen accepit: rursus cùm pax & quies à molestiis tẽporalibus & bonos lucretur, & corrũpat malos: omnia hæc diuina prouidẽtia pro meritis moderatur animarũ: sed tamen non sibi eligũt boni ministeriũ tribulationis, nec mali amãt pacẽ. Quare ipsi quoq; per quos id † agit quod ignorant, non iustitiæ quæ refertur ad Deum, sed maleuolentiæ suæ mercedẽ accipiũt. Quẽadmodũ nec bonis imputatur, quòd ipsis prodesse volẽtibus nocetur alicui, sed bono animo beneuolẽtiæ præmium tribuitur: ita etiã cætera creatura pro meritis animarũ rationalium vel sentitur vel latet, vel molesta vel commoda est. Summo enim Deo cuncta bene administrãte quæ fecit, nihil inordinatum in vniuerso, nihílque iniustũ est, siue scientibus siue nescientibus nobis: sed in patre offenditur anima peccatrix: tamẽ quia pro meritis ibi est, vbi talem esse decet, & ea patitur quæ talẽ pati æquum est, vniuersum regnum Dei nulla sui fœditate deformat. Quamobrem quoniã non omnia nouimus quæ de nobis bene agit ordo diuinus, in sola bona voluntate secundum legẽ agimus, in cæteris autẽ secundum legẽ agimur, cùm lex ipsa incommutabilis maneat, & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur. Gloria igitur in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. QVI quærit quare voluerit Deus mũdũ facere, causam quærit voluntatis Dei. Sed omnis causa efficiens est. Omne autẽ efficiens maius est, quàm id quod efficitur. Nihil autẽ maius est volũtate Dei. Nõ ergo eius causa quærenda est. QVÆ sursum sunt sapite. Ea quæ sursum sunt sapere iubemur, spiritalia scilicet, quæ nõ locis & partibus huius mũdi sursum esse intelligẽda sunt, sed merito excellẽtiæ suæ, ne in eius mũdi parte figamus animũ nostrũ, quo vniuerso nos debemus exuere. Sursum enim aut deorsum in huius mundi partibus est. Nam vniuersus nec ipse habet sursum aut deorsum. Corporeus est enim, quia omne visibile corporeum est. Nihil autẽ in vniuerso corpore sursum aut deorsum est. Cũ enim in sex partes motus fieri videatur, qui rectus dicitur, id est, qui circularis non est, in anteriora & posteriora, in dexteriora & sinisteriora, in superiora & inferiora, nulla omnino ratio est, cur vniuerso corpori ante ac post nihil sit, & dextera ac læua, sit autem sursum ac deorsum. Sed eo considerantes decipiuntur quòd sensibus & consuetudini difficilè obsistitur. Nõ enim tam facilis est nobis conuersio corporis, quæ fit, si quis capite deorsum moueri velit, quàm facilis est à dextra in læuã, vel ab anteriore in posteriorẽ partẽ. Quamobrẽ remotis verbis secũ animo satagendum est, vt hoc cernere valeat. VT inter honestum & vtile interest, ita & inter fruendũ & vtendũ. Quamquã enim omne honestũ vtile, & omne vtile honestũ esse, subtiliter defendi queat, tamen quia magis propriè atq; vsitatiùs honestũ dicitur, quod propter seipsum expetendum est, vtile autẽ quod ad aliud aliquid referendum est: secundum hanc differentiam nũc loquimur, illud sanè custodientes, vt honestũ & vtile nullo modo sibimet aduersentur: Aduersari enim hæc sibi aliquando imperitè ac vulgariter existimãtur. Frui ergo dicimur ea re de qua capimus voluptatẽ. Vtimur ea quã referimus ad id vnde voluptas capienda est. Omnis itaque humana peruersio est, quod etiã vitiũ vocatur, fruẽdis vti velle, atque vtẽdis frui. Et rursus omnis ordinatio, quæ virtus etiam nominatur, fruendis frui, & vtendis vti. Fruendũ est autẽ honestis, vtendum verò vtilibus. Honestatem voco intelligibilem pulchritudinẽ, quã spiritalẽ nos propriè dicimus, vtilitatẽ autẽ diuinã prouidẽtiã. Quapropter quanquã sint multa pulchra visibilia quæ minus propriè honesta appellantur, ipsa tamen pulchritudo ex qua pulchra sunt quæcunq; pulchra sunt, nullo modo est visibilis. Item multa vtilia visibilia, sed ipsa vtilitas ex qua nobis prosunt quæcũque prosunt, quam diuinam prouidentiam dicimus, visibilis non est. Notum sanè sit visibilium nomine omnia corporalia contineri. Oportet ergo frui pulchris inuisibilibus, id est, honestis. Vtrum autem omnibus alia quæstio est, quamquam fortasse honesta non nisi quibus fruendum est, dici deceat. Vtilibus autem vtendum est omnibus vt quoquo eorum opus est. Et frui quidem cibo & qualibet corporali voluptate non adeò absurdè existimantur & bestiæ: vti autem aliqua re non potest nisi animal quod rationis est particeps. Scire namquẽ quò quidque referendum sit, non datum est rationis expertibus, sed neque ipsis rationalibꝰ stultis. Nec vti quisq; potest ea re quæ quò referẽda sit nescit, nec qsq; potest scire nisi sapiẽs. Quare abuti rectiꝰ dici solẽt q̃ nõ bene vtũt. Nõ enim cuiquã pdest id quo malè vtitur, & q̃ nõ prodest, nõ vtiq; vtile est. Vtile autẽ q̃quid est vtẽdo est vtile, ita nemo vtitur nisi vtili. Non ergo vtitur, quisquis malè vtitur.

al. agitur.

Lucæ 2. b. 14.

QVAEST. XXVIII. Quare Deus mundũ fecerevoluerit.

QVAEST. XXIX. Vtrum aliquid sit sursum aut deorsum in vniuerso.

Col. 3. a. 2.

QVAEST. XXX. Vtrũ omnia in vtilitatẽ hominis creata sint.

Perfecta igitur hominis ratio, quæ virtus vocatur, vtitur primò seipsa ad intelligẽdum Deũ, vt eo fruatur, à quo etiã facta est. Vtitur autẽ cæteris rationalibus animantibus ad societatẽ, irrationalibus ad eminentiam. Vitã etiã suã ad id refert vt fruatur Deo, ita enim beata est. Ergo & ipsa vtitur, quę profectò inchoat miseriã per superbiã, si ad seipsam, non ad Deũ referatur. Vtitur etiã corporibus quibusdã viuificandis ad beneficentiã: sic enim vtitur suo corpore, quibusdã assumendis vel respuendis ad valetudinẽ, quibusdã tolerandis ad patientiam, quibusdã ordinandis ad iustitiam, quibusdã considerandis ad aliquod veritatis documentũ. Vtitur etiam iis à quibus se abstinet ad tẽperantiã. Ita omnibus & sensis & non sensis vtitur, nec aliquid tertiũ est. Iudicat autẽ de omnibus quibus vtitur, de solo Deo non iudicat, quia secundũ Deum de cæteris iudicat, nec eo vtit, sed fruitur. Neq; enim ad aliquid aliud Deus referendus est: quoniam omne quod ad aliud referẽdũ est, inferius est quàm id ad quod referendũ est. Nec est aliquid Deo superius, non loco, sed excellentia suæ naturę. Omnia ergo quę facta sunt, in vsum hominis facta sunt, quia omnibus vtitur iudicãdo ratio, quæ homini data est. Et ante lapsum quidẽ non vtebatur tolerandis, nec post lapsum vtitur, nisi conuersus, & quanquam ante mortẽ corporis, iã tamen quãtum potest Dei amicus, quia libenter seruus.

QVAEST. XXXI. Sentẽtia Ciceronis, quẽ admodũ virtutes animi ab illo diuisæ ac definitæ sint.

VIRTVS est animi habitus naturæ modo atq; rationi consentaneus. Quare omnibus partibus eius cognitis tota vis erit simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quatuor, prudentiam, iustitiã, fortitudinẽ temperantiã. Prudentia est rerũ bonarũ & malarũ & neutrarũ scientia. Partes eius, memoria, intelligentia, prouidentia. Memoria est per quã animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia, per quam ea perspicit quæ sunt. Prouidentia, per quã futurũ aliquid videtur antequã factũ est. Iustitia est habitus animi, communi vtilitate conseruata, suã cuique tribuens dignitatem. Eius initium est à natura profectũ: deinde quædã in consuetudinẽ ex vtilitatis ratione venerunt: postea res & à natura profectas & cõsuetudine probatas, legum metus & religio sanxerunt. Natura ius est, quod non opinio genuit, sed quædã innata vis inseruit, vt religionem, pietatẽ, gratiã, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Religio est quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cærimoniámque affert. Pietas per quam sanguine coniunctis patriæque beneuolens officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur. Vindicatio per quam vis aut iniuria, & omnino omne quod offuturum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. Obseruantia per quam homines aliqua dignitate antecellẽtes, cultu quodam & honore dignamur. Veritas per quam immutata ea quæ sunt aut fuerunt aut futura sunt dicuntur. Consuetudine autem ius est quod aut leuiter natura iactatum aluit, & maius fecit vsus, vt religionem: & si quid eorum quæ antè diximus, à natura profectum, maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit. Quod genẽ pactum est, par, lex, iudicatum. Pactum est quod inter aliquos conuenit. Par quod in omnes æquale est. Iudicatum de quo alicuius aut aliquorum iam sententiis constitutum est. Lege ius est, quod in eo scripto quod populo expositum est vt obseruet, continetur. Fortitudo est cõsiderata periculorum susceptio, & laborũ perpessio. Cuius partes, magnificentia, fidentia, patientia, perseuerantia. Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadã & splendida propositione cogitatio atq; administratio. Fidentia est per quã magnis & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiduciæ cũ certa spe collocauit. Patiẽtia est honestatis aut vtilitatis causa rerũ arduarũ aut difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Perseuerantia est in ratione bene cõsiderata stabilis & perpetua permansio. Tẽperãtia est rationis in libidinẽ atq; alios nõ rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes, continentia, clemẽtia, modestia. Continentia est per quã cupiditas, cõsilij gubernatione regitur. Clementia per quã animi temerè in odium alicuius illecti concitatíque comitate retinentur. Modestia per quã pudor honestus claram & stabilẽ cõparat authoritatem. Atq; hæc omnia propter se solũ, vt nihil adiungatur emolumenti, petenda sunt. Quod vt monstretur, neq; ad hoc nostrũ institutũ pertinet, & à breuitate pcipiẽdi remotũ est. Propter se autẽ vitãda sunt, non ea modò quæ iis cõtraria sunt, vt fortitudini ignauia, & iustitiæ iniustitia: verumetiã illa quæ propinqua videntur & finitima esse, absunt autẽ longissimè: quod genus fidẽtiæ cõtrariũ est diffidentia, & ea re vitium est audacia non contrarium, sed appositũ ac propinquũ, sed tamen vitiũ est. Sic vnicuique virtuti finitimũ vitiũ reperietur, aut certo iã nomine appellatũ, vt audacia quæ fidentiæ, pertinacia quæ perseuerãtiæ finitima est, superstitio quæ ad religionẽ propinqua est, aut sine vllo certo nomine: quæ omnia vti contraria rerũ bonarũ in rebus vitãdis reponentur. Ac de eo quidẽ genere honestatis quod omni ex parte propter se petitur, satis dictũ est. Nũc de eo in quo vtilitas quoque adiungitur, quod tamen honestũ vocamus, dicẽdũ videtur. Sunt igitur multa quæ nos cum dignitate, tũ fructu quoq; suo ducunt. Quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens de aliquo fama cũ laude. Dignitas, alicuius honestatis & cultu & honore & verecũdia digna authoritas. Amplitudo est potentia, aut maiestas, aut aliquarũ copiarũ magna abundãtia. Amicitia, voluntas erga aliquẽ rerũ bonarum, illiusipsius causa quẽ diligit, cũ eius pari voluntate. Hic quia de ciuilibus causis loquimur, fructus ad amicitiã adiungimus, vt eorũ quoque causa petenda videatur, ne fortè qui nos de omni amicitia dicere existimarint, reprehendãt. Quãquam sunt qui propter vtilitatẽ modò petendã putẽt amicitiam, sunt qui propter se solùm, sunt qui & propter se & propter vtilitatem. Quorum quid verissimè statuatur, alius locus erit considerandi.

Iustitia quid sit, & vnde.

Natura ius quid.

Consuetudo quid.

Fortitudo quid sit.

Partes fortitudinis.

Temperantia quid.

Partes temperantiæ.

QVAEST. XXXII. Vtrũ remvllam alius alio magis intelligat, atq; ita eiusdem rei per infinitũ eat intelligentia.

QVISQVIS vllam rem aliter quàm ea res est intelligit, fallitur. Et omnis qui fallitur, id in quo fallitur non intelligit. Quisquis igitur vllã rem aliter quàm est intelligit, non eã intelligit. Nõ ergo potest quicquã intelligi, nisi vt est: Nos autẽ aliquid nõ ita vt est intelligimus, velut hoc ipsum nihil intelligi, quod nõ ita vt est intelligitur. Quare nõ est dubitãdũ esse perfectã intelligentiã, qua præstãtior esse non possit, & ideo non per infinitũ ire, qa quæque res intelligitur, nec eã posse alium alio plus intelligere.

QVAEST. XXXIII. De metu.

NVLLI dubiũ est non aliã metuendi esse causam, nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratũ. Quare quisquis hoc ipsum non metuere amauerit atq; habuerit, quis metus est ne id possit amittere? Multa enim quæ amamus & habemẽ, metuimẽ amittere, ita ea custodimus metu: nõ metuere autẽ nemo potest custodire metuendo. Itẽ quisquis amat nõ metuere atq; id nõdũ habet, sperãtq; se habiturũ, nõ eũ oportet metuere ne nõ adipiscatur. Hoc.n. metu nihil aliud metuitur quàm idẽ metẽ. Porrò metẽ omnis aliquid fugit, & nulla res seipsam fugit: nõ igitur metuitur metus. Sed si quis existimat nõ rectè dici quòd

quò metẽ aliquid metuat, cùm anima potius ipso metu metuat: illud attendat, quod cognitu facile est, nullũ metũ esse nisi futuri & imminẽtis mali. Necesse est autẽ vt qui metuit, aliquid fugiat. Quisquis itaq; metuere metuit, est profectò absurdissimus, quia fugiendo habet idipsum quod fugit. Nã quoniã nõ metuitur nisi ne aliquid mali accidat, metuere ne accidat metẽ, nihil aliud est nisi amplecti quod respuis. Quod si repugnãs est, sicuti est, nullo prorsus modo metuit, quisquis nihil aliud amat quàm nõ metuere. Et propterea nemo potest hoc solũ amare, & nõ habere. Vtrũ autẽ hoc solũ amandũ sit, alia quæstio est. Iã quẽ non exanimat metus, nec cupiditas eũ vastat, nec ęgritudo macerat, nec ventilat gestiens & vana lætitia. Si enim cupit, quia nihil aliud est cupiditas nisi amor rerũ trãseũtiũ, metuat necesse est, ne aut amittat eas cùm adeptus fuerit, aut nõ adipiscatur: nõ autẽ metuit, nõ ergo cupit. Itẽ si angitur animi dolore, necesse est etiã metu agitetur: quoniã quorũ malorũ præsentium est anxietudo, eorũ est imminentiũ metus. Metu autẽ caret, ergo & anxietudine. Itẽ si lætetur inaniter, de iis rebẽ lætatur, quas potest amittere, quare metuat necesse est ne amittat. Sed nullo modo metuit, nullo modo igitur lætatur inaniter.

QVAEST. XXXIIII. Vtrum non aliud amandũ sit, quàm metuendũ.

SI vitiũ est nõ metuere, nõ est amãdũ. Sed nemo beatissimus metuit, & nemo beatissimẽ in vitio est. Nõ est itaq; vitiũ non metuere. At audacia vitiũ est. Nõ ergo quisquis non metuit, audax est, quãquã omnis qui audet, nõ metuat. Item cadauer omne nõ metuit. Quapropter cùm cõmune sit non metuere beatissimo & audaci & cadaueri, sed beatissimus id habeat per trãquillitatẽ animi, audax per temeritatẽ, cadauer quia omni sensu caret, neq; nõ amãdũ est non metuere, quoniã beati esse volumus, neq; solũ amãdũ quoniã audaces & exanimes esse nolumẽ.

QVAEST. XXXV. Quid amandum sit.

QVONIAM quicquid nõ viuit non metuit, neque vita carendum quisquã persuaserit, vt metu etiã carere possimus, amãdũ est sine metu viuere. Sed rursus, quia vita metu carẽs, etiã si intelligẽtia careat, nõ est appetenda, amãdũ est, sine metu cũ intellectu viuere. Id ne solũ amandũ? an amor quoq; ipse amãdus est? Ita verò, quando sine hoc illa nõ amãtur. Sed si propter alia quę amãda sunt amor amatur, non rectè † amor dicitur. Nihil enim aliud est amare, quàm propter seipsam rẽ aliquã appetere. Nũquid igitur per seipsũ amor appetẽdẽ est, cùm quãdo desit quod amatẽ, ea sit indubitata miseria? Deinde cùm amor motẽ quidã sit, neq; vllus sit motus nisi ad aliquid, cùm quærimus quid amandum sit, quid sit illud ad quod moueri oporteat, quærimus. Qu.re si amãdus est amor, non vtique omnis amandus est. Est enim & turpis, quo animus seipso inferiora sectatur, quæ magis propriè cupiditas dicitur, omnium scilicet malorum radix. Et ideo non amandum est, quod manenti & fruenti amori auferri potest. Cuius ergo rei amor amãdus est, nisi eius quæ non potest deesse dum amatur? Id autẽ est, quod nihil est aliud habere quàm nosse. Porrò aurũ & omne corpus non hoc est habere quod nosse, non itaque amãdum est. Et quoniã potest aliquid amari, nec haberi, non solùm ex his quæ amãda non sunt, vt pulchrum aliquod corpus, sed etiã eorum quæ amãda sunt, vt beata vita: & rursus potest aliquid haberi, nec amari, vt cõpedes: iure quæritur vtrum possit quispiã id quod habere nihil est nisi nosse, nõ amare, cùm habeat, id est, nouerit. Sed cùm videamus nonnullos, non ob aliud, verbi gratia, discere numeros, nisi vt eadem disciplina pecuniosi fiãt, aut hominibus placeant; quam cùm didicerint, ad eundẽ finem referunt; quem sibi cùm discerent, proposuerãt: neque vllã disciplinã aliud sit habere quàm nosse: fieri potest, vt habeat quisq; aliquid, quod habere, hoc sit quod nosse, neq; amet tamẽ: quãquã bonũ quod nõ amatur nemo potest perfectè habere vel nosse. Quis enĩ potest nosse quantũ sit bonũ quo nõ fruitur? Nõ autẽ fruitur, si nõ amat: nec habet igitur quod amãdum est, qui nõ amat: etiã si amare possit, qui nõ habet. Nemo igitẽ beatã vitã nouit, & miser est: quoniã si amãda est, sicuti est, hoc est eã nosse quod habere. Quæ cùm ita sint, quid est aliud beatè viuere, nisi æternum aliquid cognoscẽdo habere? Æternũ est enim, de quo solo rectè fiditur, quod amãti auferri nõ potest: idq; ipsũ est, quod nihil sit aliud habere quàm nosse. Omniu enim rerũ præstantissimũ est quod æternũ est: & propterea id habere nõ possumus, nisi ea re qua præstantiores sumus, id est, mẽte. Quicquid autẽ mente habetur, noscẽdo habetur, nullumq; bonũ perfectè noscitur, quod nõ perfectè amatur, neq; vt sola mẽs potest cognoscere, ita & amare sola potest. Nãq; amor appetitus quidã est. Et videmus etiã cæteris animi partibẽ inesse appetitũ, qui si mẽti rationiq; cõsẽtiat, in tali pace & trãquillitate vacabit mẽte cõtẽplari quod æternũ est. Ergo etiã cæteris suis partibus amare animus debet hoc tã magnũ quod mente cognoscendũ est. Et quoniã id quod amatur, afficiat ex se amantẽ necesse est, fit vt sic amatũ quod æternũ est, æternitate animũ afficiat: quo circa ea demũ vita beata, quæ æterna est. Quid verò æternũ est, & quod æternitate animũ afficiat, nisi Deẽ? Amor autẽ rerũ amandarũ, charitas vel dilectio melius dicitur. Quare omnibus cogitationũ viribus considerandũ est saluberrimũ illud præceptũ, Diliges Dominũ Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: & illud quod ait Dominus Iesus, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Amare quid sit.

Cupiditas.

1. Retr. 26

1. Retr. 26

Mat. 22. d. 37 Deut. 6. a. 5

Ioan. 17. a. 3

QVAEST. XXXVI. De nutriendacharitate.

CHARITATEM voco motũ animi, quo amantur ea quæ nõ sunt præ ipso amãte cõtẽnenda: id est, quod æternũ est, & quod amare ipsum æternũ potest. Deus igitur & animus quo amatur, charitas propriè dicitur purgatissima & cõsummata, si nihil aliud amatur: hãc & dilectionẽ dici placet. Sed cùm Deẽ magis diligitur quàm animus, vt malit homo eius esse quàm suus, tũc verè animo summeq; consulitur consequẽter & corpori, nobis id non curantibus aliquo appetitu satagẽte, sed tãtum prõpta & oblata sumentibus. Charitatis autẽ venenũ est, spes adipiscendorũ aut retinẽdorũ tẽporaliũ. Nutrimentũ eius est, imminutio cupiditatis. † Perfectio, nulla cupiditas. Signũ profectus eius, imminutio timoris, signum perfectionis eius nullus timor: quia & radix est omniũ malorũ cupiditas, & cõsummata dilectio foras mittit timorẽ. Quisquis igitur eã nutrire vult, instet minuẽdis cupiditatibus. Est autem cupiditas, amor adipiscendi aut obtinẽdi temporalia. Huius minuendæ initium est, Deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. Ad sapientiã enim tenditur, & nihil verius eo quod dictum est, Initium sapientiæ timor Domini. Nemo est quippe qui nõ magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem; quando quidẽ videmus etiam immanissimas bestias à maximis voluptatibus absterreri dolorum metu: quod cùm in earundem consuetudinem verterit, domitæ & mansuetæ vocantur. Quapropter quoniam inest homini ratio, quæ cùm seruit cupiditati peruersione miserabili, vt homines non timeantur, suggerit latere posse commissa, & ad tegenda occulta peccata, astutissimas fallacias comparat: eo fit, vt homines, quos nondum delectat pulchritudo virtutis, nisi pœnis à peccando deterreantur, quæ verissimè per sanctos & diuinos viros prædicantur, & quod celãt hominibus,

al. Amari.

al. Perfectio.

1. Tim. 6. b. 20.

1. Ioã. 4. c 18 Cupiditas.

Prou. 1. a. 7. & 9. a. 10. Eccl 1 b 16. Ps. 110. b 10 Iob 28. d. 28

Deo celati nõ posse constituant, difficilius domentur quàm feræ. Vt autẽ timeatur Deus, diuina prouidẽtia A regi vniuersa persuadendũ est: non tã rationibus, quas qui potest inire, potest etiã & pulchritudinẽ sẽtire virtutis, quàm exẽplis vel recentib⁹ si qua occurrũt, vel de historia, & ea maximè quę ipsa diuina prouidẽtia procurãte, siue in vetere, siue in nouo Testamento excellentissimã authoritatẽ religionis recepit: simul autẽ agẽdũ est & de pœnis peccatorũ, & de præmiis rectè factorũ. Iã verò cùm aliqua nõ peccãdi cõsuetudo, q̃ onerosum putabatur, facile esse persuaserit: incipiat gustari dulcedo pietatis, & cõmẽdari pulchritudo virtutis, vt charitatis libertas prę seruitute timoris emineat. Tũc iã persuadendũ est fidelib⁹ præcedẽtibus regenerationis sacramentis, quæ necesse est plurimũ moucãt, quid intersit inter duos hões, veterẽ & nouũ, exteriorẽ & interiorẽ, terrenũ & cælestẽ: id est, inter eum qui bona carnalia & tẽporalia, & eũ qui spiritalia & ęterna B sectatur: monendumq́; ne peritura beneficia & transeuntia expectent à Deo, quibus & improbi homines abũdare possũt: sed firma & sempiterna, pro quib⁹ accipiendis omnia quæ in hoc mundo bona putantur & mala, penitùs cõtẽnenda sunt. Hic præstãtissimũ illud & vnicũ exẽplum Dominici hominis proponẽdũ est, qui cùm se tot miraculis tãtã rerũ potestatẽ habere mõstraret, & ea spreuit quæ magna bona, & ea sustinuit quæ magna mala imperiti putãt: quos mores & disciplinã, ne tãto minus quisquã aggredi audeat, quãto illud magis honorat, & de pollicitationibus atq; hortationibus eius, & de imitãtiũ multitudine Apostolorũ, martyrũ, sanctorumq́; innumerabilium, quàm nõ sint illa desperanda ostendendum est. At vbi fuerint carnalium voluptatum illecebræ superatæ, cauendum est ne surrepat atq; succedat cupiditas placendi hominibus aut per aliqua facta mirabilia, aut per difficilẽ cõtinentiam siue † patientiam: aut per aliquam largitionem, al. sapientiã. aut nomine scientiæ vel eloquentiæ. In eo genere est & cupiditas honoris: contra quæ omnia proferantur ea, quæ scripta sunt de laude charitatis, & de inanitate iactantiæ: doceatúrque quàm sit pudendum eis placere velle, quos nolis imitari. Aut enim boni non sunt, & nihil magnum est à malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni sunt, virtute boni sunt: virtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. Qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem, qui malos, non dignus est laude. Si autem placere hominibus ideo vis, vt eis prosis ad diligendum Deum, non iam hoc, sed aliud cupis. Qui autem placere cupit, necessarium adhuc habet timorem. Primum, ne occultè peccando inter hypocritas à Domino computetur. Deinde si benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans perdat quod daturus est Deus. Sed deuicta ista cupiditate, cauenda superbia est. Difficile est enim vt dignetur consociari hominibus, qui eis placere iam non desiderat, & plenum se virtutibus putat. Itaque adhuc necessarius est timor, ne illud etiam quod videtur habere, auferatur ab eo: & manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. Quapropter Dei timor al. sapientiã. non solùm inchoat, sed etiam perficit † sapiẽtem. Is est Mat. 22. d. 39. autem qui summè diligit Deum, & proximũ tãquam se ipsum. Quæ autem in hoc itinere pericula difficultatésque metuendæ sint, & quibus remediis vti oporteat, alia quæstio est.

QVÆST. XXXVII. De semper nato.

MELIOR est semper natus, quàm qui semper nascitur: quia qui semper nascitur, nondũ est natus: & nũquam natus est, aut natus erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natũ esse. Ac per hoc nũquam filius, si numquam natus: filius autẽ quia natus, semper est filius: semper igitur natus.

QVÆST. XXXVIII. De consortione animæ.

CVM aliud sit natura, aliud disciplina, aliud vs⁹, & hæc in vna anima intelligãtur nulla diuersitate substãtiæ: itẽ cùm aliud sit ingeniũ, aliud virtus, aliud trãquillitas, similiter vnius eiusdẽq; substãtiæ: & cùm anima sit alteri⁹ substãtiæ, quàm Deus, quanquã ab illo facta: ipse autẽ De⁹ sit sacratissima illa & multis verbo, re paucis cognita trinitas: diligentissimè inuestigãdũ est, q̃ait Dominus Iesus, Nemo venit ad me, nisi quẽ pater attraxerit: &, Nemo venit ad patrẽ, nisi per me: &, Ipse vos in omnẽ veritatem inducet. QVID est quod accipit eã rẽ quã cõmutat? vt animal cibũ. Quid est quod accipitur, & cõmutatur? vt idẽ cibus. Quid est quod accipit, & nõ cõmutatur? vt oculis lux, & sonus auribus. Sed hęc per corpus accipit anima. Quid est autẽ quod per seipsam accipit, & cõmutat in se? vt aliã animã, quã recipiendo in amicitiã sui similẽ facit. B Et quid est quod per seipsam accipit, & nõ cõmutat? vt veritatẽ. Quare cognoscẽdũ est & quid sit Petro dictũ, Macta & mãduca: & quid in Euangelio, Et vita erat lux hominũ. Ex diuersis visis diuersus appetitus animarum est, ex diuerso appetitu diuersus adipiscendi successus, ex diuerso successu diuersa cõsuetudo, ex diuersa cõsuetudine diuersa est voluntas. Diuersa autem visa ordo rerũ facit: occultus quidẽ, sed sub diuina prouidẽtia, certus tamen. Nõ itaq; ob hoc putandũ est diuersas esse naturas animarũ, quia diuersæ sunt volũtates cùm etiã vnius animæ voluntas pro tẽporũ diuersitate varietur. Siquidẽ alio tẽpore diues esse cupit, alio tẽpore cõtemptis diuitiis sapiens esse desiderat. Et in ipso tẽporaliũ appetitu alio tempore vni homini negotiatio, & alio tẽpore militia placet.

Ioũ. 6. c. 44. & 14. a. 6. & 16. b. 13.

QVÆST. XXXIX. De alimentis.

Act. 19. b. 13.

Ioan. 1. a. 4.

QVÆST. XL. Cùm animarum natura vna sit, vnde hominũ diuersæ volũtates.

QVÆST. XLI. Cùm omnia Deus fecerit, quare nõ æqualia fecit.

QVIA non essent omnia, si essent æqualia: nõ enim essent multa rerũ genera, quibus conficitur vniuersitas: primas & secundas, & deinceps vsq; ad vltimas ordinatas habens C creaturas: & hoc est quod dicitur, omnia. QVOMODO verbum hominis, quod & si multi audiunt, totum audiunt singuli? QVIA ille venit vt exemplũ viuendi demõstraret hominib⁹, iste, vt donũ ipsum, ad quod bene viuendo peruenitur, significaret, apparuit. Vtrũq; autẽ visibiliter factũ est propter carnales, ab iis quæ oculis corporeis cernuntur, ad ea quæ mẽte intelligũtur, sacramentorũ gradibus trãsferendos. Nã & verba sonant & transeunt, nec tamen ea quæ verbis significãtur, cùm aliquid diuinũ atq; æternũ loquẽdo exponitur, similiter transeunt.

QVÆST. XLII. Quomodo Christus & in vtero matris fuerit, & in cælis.

QVÆST. XLIII. Quare filius Dei in homine apparuit, & Spiritus sãctus in columba.

QVIA omne pulchrũ à summa pulchritudine est, quod Deus est: temporalis autem pulchritudo rebus decedentibus succedentibũsque peragitur. Habet autem decorem suũ in singulis quibusque hominibus singula quæque ętas ab infantia vsque ad senectutem. Sicut ergo absurdus est, qui iuuenilem tantùm ætatem vellet esse in homine D temporibus subdito, inuideret enim cęteris pulchritudinibus quæ cæteris ętatibus suas vices atque ordinem gerunt: sic absurdus est qui in ipso vniuerso genere humano vnam ætatem desiderat: nam & ipsum tanquam vnus homo ætates suas agit. Nec oportuit venire diuinitùs magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Ad hoc valet quod Apostolus dicit: Sub lege tanquam 2. Petr. 26. sub pædagogo paruulos custoditos, donec veniret cui seruabatur, qui per Prophetas promissus erat. Aliud enim est quod diuina prouidentia quasi priuatim cum singulis agit: aliud quod generi vniuerso tanquam publicè consulit. nam & quicunque singuli ad certam sapientiam peruenerunt, non nisi eadem veritate suarum singillatim ętatum opportunitate illustrati sunt: à qua veritate vt populus sapiens

Gal. 3. d. 25.

fieret,

QVÆST. XLV. Aduersus Mathematicos.

Sap. 13. a. 1. * Lib. 8. De Ciuit. Dei cap. 6.

fieret, ipsius generis humani opportuna ætate homo susceptus est. NON eos appellarunt Mathematicos veteres, qui nunc appellantur, sed illos qui temporum numeros motu cæli ac siderum peruestigarũt: de quib⁹ rectissimè dicitur in scripturis sanctis. Iterũ nec his debet ignosci: si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare seculum, quomodo huius dominũ non facilius inuenerunt? Mens enim humana de visibilib⁹ iudicãs, potest agnoscere omnibus visibilibus seipsam esse meliorem. Quæ tamen cùm etiam se propter defectum profectumq́; in sapiẽtia fatetur esse mutabilem, inuenit supra se esse incõmutabilem veritatem: atque Psal. 62. a. 9 ita adhęrens post ipsam, sicut dictũ est, Adhæsit anima mea post te: beata efficitur, intrinsecus inueniẽs etiam omniũ visibilium creatorem atque Dominũ, non quærens extrinsecus visibilia, quamuis cælestia: quæ aut nõ inueniuntur, aut cum magno labore frustra inueniuntur, nisi ex eorum quæ foris sunt pulchritudine, inueniatur artifex qui intus est, & prius in anima superiores, deinde in corpore inferiores pulchritudines operatur. Aduersus eos autem qui nunc appellãtur Mathematici, volẽtes actus nostros corporibus cælestib⁹ subdere, & nos vendere stellis, ipsumq́; pretium, quo vẽdimur, à nobis accipere, nihil verius & breuius dici potest, quàm eos non respondere, nisi acceptis constellationibus. In constellationibus autem notari, partes æquales trecentas sexaginta dicunt habere significũ circulum: motum autẽ cæli per vnam horã fieri in quindecim partibus, vt tanta mora quindecim partes orianturquantam tenet vna hora: quæ partes singulæ sexaginta minutas habere dicuntur. Minutas autẽ minutarum iam in constellationibus, de quibus futura prædicare se dicunt, non inueniunt. Conceptus autem gemi norũ quoniam vno concubitu efficitur, attestantibus medicis, quorum disciplina multo est certior atq; manifestior, tam paruo puncto temporis contingit, vt in duas minutas minutarum non tendatur. Vnde ergo in geminis tanta diuersitas actionũ & euentuum & volũtatum, quos necesse est eãdem constellationem conceptionalem habere, & amborũ vnam constellationẽ dare Mathematicos, tanquàm vnius hominis? Si autẽ ad genitales constellationes se tenere voluerint, ab ipsis geminis excluduntur, qui plerumque ita post inuicem funduntur ex vtero, vt hoc temporis interuallum rursus ad minutas minutarum reuertatur, quas tractãdas in cõstellationibus nũquã accipiũt nec possunt tractare. Cũ autẽ multa vera eos prędixisse dicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates erroresque eorũ: sed non intenti, nisi in ea quæ illorũ respõsis prouenerunt, ea quæ non prouenerunt obliuiscũtur: & ea cõmemorant, quę non arte illa, quę nulla est, sed quadã obscura rerũ sorte contingunt. Quod si pe- D ritiæ illorum volunt tribuere, dicant artificiosè diuinare etiã mortuas mẽbranas scriptas quaslibet, de quibus plerumq; pro vtilitate sors exit. Quòd si nõ arte de codicibus exit sæpe versus futura prænuncians, quid mirũ si etiam ex animo loquẽtis, nõ arte, sed sorte exit aliqua prædictio futurorum?

QVÆST. XLVI. De Ideis. Lib. 7. De Ciuit. Dei cap. 28.

IDEAS Plato primus appellasse perhibetur: non tamen si hoc nomen, antequam ipse institueret, non erat, ideo vel res ipsæ non erant, quas ideas vocauit, vel à nullo erant intellectæ: sed alio fortasse atq; alio nomine ab aliis atq; aliis nũcupatæ sunt. Licet enĩ cuiq; rei incognitæ, quæ nullũ habeat vsitatũ nomẽ, quodlibet nomẽ imponere. Nã non est verisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonẽ: aut istas, quas Plato, vt dictũ est, ideas vocat, quæ cũque res sint, non intellexisse. Siquidẽ tanta in eis vis constituitur, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo A possit. Credibile est etiam præter Græciam fuisse in aliis gentibus sapientes: quod etiam Plato ipse nõ solũ peregrinando sapientię perficiendæ gratia satis testatus est, sed etiã in libris suis commemorat. Hos ergo si qui fuerũt, nõ existimandũ est ideas ignorasse, quamuis alio fortasse eas nomine vocauerint. Sed de nomine hactenus dictũ sit, rem videamus, quæ maximè cõsideranda atque noscenda est, in potestate constitutis vocabulis, vt quod volet quisque, appellet rem quã cognouerit. Ideas igitur Latinè possumus vel formas vel species dicere: vt verbum è verbo trãsferre videamur. Si autem rationes eas vocemus, ab interpretandi quidẽ proprietate discedimus. Rationes enĩ Græcè λόγος appellantur, nõ ideæ: sed tamẽ quisquis hoc vocabulo vti voluerit, à re ipsa non † errabit. Sunt namque ideæ al. abhurrea principales formæ quædam, vel rationes rerum, stabiles atq; incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternę, ac semper eodem modo sese habentes, quæ in diuina intelligentia continentur. B Et cùm ipsæ neque oriãtur, neque intereant, secũdum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Anima verò negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit: id est, ipsa mẽte atque ratione, quasi quadã facie vel oculo suo interiore atq; intelligibili. Et ea quidẽ ipsa rationalis anima nõ omnis & quælibet, sed quæ sancta & pura fuerit, hæc asseritur illi visioni esse idonea: id est, quæ illũ ipsum oculũ quo videntur ista, sanũ & & sincerũ, & serenũ, & similẽ his reb⁹ quas videre intẽdit, habuerit. Quis autẽ religiosus & vera religione imbut⁹, quãuis nõdũ possit hæc intueri, negare tamẽ audeat, imò nõ etiã profiteatur, oĩa quæ sunt, id est, quæcũq; in suo genere propria quadã natura cõtinẽtur, vt sint, Deo authore esse procreata, eóq; authore omnia C quæ viuũt viuere: atq; vniuersalẽ rerũ incolumitatẽ, ordinẽq; ipsũ quo ea quæ mutãtur, suos tẽporales cursus certo moderamine celebrãt, summi Dei legibus cõtineri & gubernari? Quo cõstituto atq; cõcesso, quis audeat dicere deũ irrationabiliter oĩa cõdidisse? Quod si rectè dici & credi nõ potest, restat vt oĩa ratione sint cõdita: nec eadẽ ratione homo, qua equus: hoc enim absurdũ est existimare. Singula igitur ,ppriis sunt creata rationibus. Has autẽ rationes, vbi arbitrãdũ est esse, nisi in ipsa mẽte creatoris? Nõ enim extra se quicquã positũ intuebatur, vt secũdũ id cõstitueret quod cõstituebat, nã hoc opinari sacrilegũ est. Quòd si hę rerum omniũ crẽãdarũ creatarũmve rationes in diuina mẽte cõtinentur, neq; in diuina mente quicquam, nisi æternũ atq; incommutabile potest esse: atq; has rerũ rationes principales appellat ideas Plato: nõ solũ sunt ideę, sed ipsæ veræ sunt quia æternæ sunt, & eiusmodi atq; incommutabiles manent: quarum participatione fit, vt sit quicquid est, quoquo modo est. Sed anima rationalis inter eas res, quæ sunt à Deo cõditæ, oĩa superat & Deo proxima est, quando pura est: eiq; in quãtum charitate cohæserit, in tãtum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodam modo & illustrata cernit, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principale, quo excellit, id est, per intelligẽtiã suam, istas rationes, quarũ visione fit beatissima. Quas rationes, vt dictũ est, siue ideas, siue formas, siue species, siue rationes licet vocare, & multis appellare cõceditur nominib⁹, sed paucissimis videre quod verum est.

QVÆST. XLVII. Vtrum aliquando cogitationes nostras videre possimus.

QVÆR I solet quomodo post resurrectionem atque immutationẽ corporis, quæ sanctis promittitur, cogitationes nostras videre possimus. Coniectura itaque capienda est ex ea parte corporis nostri, quæ plus habet lucis. Et quoniã angelica corpora, qualia nos habituros speramus,

lucidissima atque ætherea esse credẽdum est, & multi motus animi nostri nunc agnoscuntur in oculis, probabile est, quòd nullus motꝰ animi latebit, cùm totũ fuerit corpus æthereum, in cuius comparatione isti oculi caro sunt. CREDIBILIVM tria sunt genera: alia sunt quæ semper creduntur & nunquam intelligũtur, sicut est omnis historia, temporalia & humana gesta percurrens. Alia mox vt creduntur, intelligũtur: sicut sunt omnes rationes humanæ, vel de numeris, vel de quibuslibet disciplinis. Tertiũ, quæ primò creduntur, & postea intelliguntur: qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mũdo sunt corde, quod sit præceptis seruatis, quæ bene viuendo accipiuntur. QVIA sunt etiã sacra spiritalia, quorum imagines carnalem populũ celebrare oportebat, vt præfiguratio noui populi seruiuteveteris fieret, quorũ duorũ populorũ differentiam etiam in vnoquoque nostrũm licet aduertere, cùm quisque ab vtero matris veterem hominem necesse est agat, donec veniat ad inuenilem ætatem: vbi iam nõ est necesse carnaliter sapere, sed potest ad spiritalia voluntate conuerti, & intrinsecus regenerari. Quod ergo in vno homine rectè educato, ordine naturæ, disciplinâque contingit, hoc proportione in vniuerso genere humano fieri per diuinã prouidentiã, peragiq; pulcherrimum est.

QVÆST. XLVII. De credibilibus.

QVÆST. XLIX. Quare filij Israel sacrificarunt visibiliter pecorum victimas. Lib. 10. De Ciuit. Dei, cap. 5. & 6.

DEVS quem genuit, quoniam meliorem se generare nõ potuit (nihil enim Deo melius) generare debuit æqualẽ. Si enim voluit, & non potuit, infirmus est: si potuit, & non voluit, inuidus est. Ex quo conficitur æqualem genuisse filium. CVM exteriorem & interiorem hominem diuina scriptura cõmemoraret, & in tantum eos discernat, vt ab Apostolo dictum sit, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, quæri potest, vtrũ vnushorum factꝰ sit ad imaginẽ & similitudinẽ Dei. Nã illud stultũ est quærere, si vnus, quis horũ? Quis enim dubitat eũ potius qui renouatur, quàm eũ qui corrũpitur, dicere? Vtrũ autem ambo, magna quæstio est: nam si exterior homo est Adam, & interior Christus, bene ambo intelliguntur. Sed cùm Adã, sicut à Deo factus est, bonus nõ manserit, & diligendo carnalia, carnalis effectꝰ sit, nõ absurdè videri potest, hoc ipsum ei fuisse carere imaginẽ Dei, & similitudinem amittere: ac per hoc ipse renouatur, & ipse est etiã interior: quomodo ergo est ipse & exterior? An secundũ corpus, vt interior sit secundũ animã, & interior sit resurrectio & renouatio, quæ nunc fit secundũ mortẽ prioris vitæ, id est, peccati, & secũdũ regenerationẽ nouæ vitæ, id est, iustitiẽ? Quos itẽ duos homines sic appellat vt vnũ veterẽ, quẽ debemus exuere, alterum nouum: & eũ induẽdum cõmemoret, quorũ rursus illũ appellat imaginẽ terreni hominis, quia secundũ peccatum primi hominis geritur, qui est Adam: alterum imaginem cælestis hominis, quia secundũ iustitiam secundi hominis geritur, qui est Iesus Christus. Exterior autem homo, qui nũc corrũpitur, futura resurrectione renouabitur, cùm istam mortẽ persoluerit, quam naturæ debet, lege illa, quæ in paradiso per præceptũ data est. Quomodo autem non sit incongruum, quòd dicitur etiam corpus factũ ad similitudinem Dei, facilè intelligit, qui diligenter attendit quod dictũ est, Et fecit Deus omnia bona valde. Nemo enim dubitat quòd sit ipse primitùs bonus. Multis enim modis dici res possunt similes Deo: aliæ secundũ virtutẽ & sapientiã factæ, quia in ipso est virtꝰ & sapientia nõ facta: aliæ in quantũ solũ viuũt, quia ille summè & primè viuit: aliæ in quantũ sunt, quia ille summè & primitus est. Et ideo quę tãtũmodo sunt, nec tamẽ viuũt aut sapiũt, nõ perfectè, sed exiguè sunt ad similitudinem eius, quia & ipsa bona sunt in ordine suo, cùm sit ille super omnia bonus, à quo omnia bona procedunt. Omnia verò quæ viuunt & non sapiunt, paulo amplius participãt similitudinem. Quod enim viuit, etiam est: non autem quicquid est, etiã viuit. Iam porrò quæ sapiunt, illi similitudine proxima sunt, vt in creaturis nihil sit propiquiꝰ. Quod enim participat sapientiæ, & viuit & est: quod autem viuit, necesse est vt sit, non necesse est vt sapiat. Quare cùm homo possit particeps esse sapientiæ secundũ interiorem hominẽ, secundum seipsum ita est ad imaginẽ Dei, vt nulla natura interposita formetur, & ideo nihil sit Deo coniũctius. Et sapit enim, & viuit, & est; qua creatura nihil est melius. Quò d si exterior homo vita illa accipitur, qua per corpus sentimus quinque notissimis sensibus, quos cum pecoribus habemus cõmunes: nam & ipsa molestiis sensibilibus quæ persecutionibus ingerũtur, corrũpi potest: nõ immeritò & ipse homo particeps dicitur similitudinis Dei, nõ solùm quia viuit, quod etiã in bestiis apparet, sed amplius quod ad mentem conuertit se regentẽ, quẽ illustrat sapientia, quod in bestiis non potest ratione carentibus. Corpus quoque hominis, quia solùm inter animalium terrenorũ corpora, non pronũ in aluum prostratũ est, cùm sit visibile, & ad intuendũ cælum erectum, quod est principiũ visibilium, quãquam non sua, sed animæ præsentia viuere cognoscatur, tamen nõ modò quia est, & inquãtum est, vtiq; bonũ est: sed etiam quia tale est, vt ad cõtemplandũ cælum sit aptius, magis in hoc ad imaginẽ & similitudinem Dei, quàm cætera corpora animaliũ factũ iure videri potest. Tamẽ quia homo sine vita nõ rectè appellatur, non corpus solũ homo exterior, neq; sola vita, quæ in sensu est corporis, sed vtrũq; simul rectius fortasse intelligitur. Neq; inscitè distinguitur, q̃ aliud sit imago & similitudo Dei qui etiã filius dicitur: aliud ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, sicut hominem factũ accipimus. Sunt etiã qui nõ frustra intelligãt duo dicta esse ad imaginẽ & similitudinẽ: cũ si vna res esset, vnũ nomen sufficere potuisse asserunt. Sed ad imaginẽ mentem factã volũt, quæ nulla interposita substantia, ab ipsa veritate formatur, qui etiam spiritus dicitur: nõ ille Spiritus sanctus, qui est eiusdem substantiæ, cuius & pater & filius, sed spiritꝰ hominis. Nã ita hos discernit Apostolus: Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis & nemo scit quid agatur in Deo, nisi spiritus Dei. Item de spiritu hominis dicit: Saluũ faciat spiritum vestrũ, & animam & corpus. Et iste enim factus est à Deo, sicut & cætera creatura. Scriptũ est enim in Prouerbiis hoc modo: Scito quoniam Dominus corda hominũ nouit, & qui finxit spiritũ omnibus, ipse scit omnia. Ergo iste spiritus ad imaginẽ Dei nullo dubitante factus accipitur, in quo est intelligentia veritatis; hæret enim veritati nulla interposita creatura. Cætera hominis ad similitudinem facta videri volũt: quia omnis quidem imago similis est, nõ autẽ omne quod simile est, etiã imago propriè, sed fortè abusiuè dici potest. Sed cauendum in talibus ne quid nimis asseuerãdum putetur, illa re sanè salubriter custodita, ne quoniã corpus quodlibet per localia spatia porrectum est, aliquid tale credatur esse substantia Dei. Nã res quę in parte minor est q̃ in toto, nec dignitati animæ cõuenit, quãto minus maiestati Dei? DIVINÆ scripturæ à terreno & humano sensu ad diuinũ & cælestẽ nos erigentes, vsque ad ea verba descenderũt, quibus inter se stultissimorũ etiã vtitur cõsuetudo. Itaque earũ etiã affectionum nomina quas animus noster patitur quas longissimè à Deo esse seiunctas iã qui melius sapit intelligit, non dubitauerunt illiviri perquos locutus est

QVÆST. L. De homine facto ad imaginem & similitudinem Dei. Gen. 1. d. 27. 2. Cor. 4. d. 16. Lib 11. De Trinit. ca. 1. col. 3.

Col. 3. b. 9. 1. Cor. 15. c. 40.

Gen. 1. d 31.

QVÆST. LI. De æqualitate filij.

QVÆST. LII. De eo quod dictum est, Pœnitet me fecisse hominem. Gen. 6. b. 7. Lib. 15. De Ciuit. Dei. cap. 25.

Spiritus

Spiritus sanctus, opportunissimè in libris ponere. Vt verbi gratia, quoniã difficillimum est vt homo aliquid vindicet sine ira, vindictam Dei quæ omnino sine perturbatione fit, irã tamen vocandã iudicauerũt. Item quia coniugis castitatem zelando viri custodire cõsueuerunt, illam Dei prouidentiã per quam præcipitur atq; agiturne anima corrũpatur, & deos alienos sequẽs quodammodo meretricetur, zelum Dei appellauerũt. Sic & manum Dei, vim qua operatur: & pedes Dei, vim qua in omnia custodiẽda & gubernanda pertendit: & aures Dei vel oculos Dei, vim qua omnia percipit atque intelligit: & faciẽ Dei, vim qua se manifestat atq; dignoscitur: & cætera in hũc modum, propterea scilicet quia nos ad quos sermo fit, & manibus solemꝰ operari, & pedibꝰ incedere, & quò fert animus peruenire, & auribus atque oculis cæteris q̃ sensibus corporis corporalia percipere, & facie innotescere: & si quid aliud ad hanc tanquã regulã pertinet. Hoc modo igitur quoniam mutare cœptum aliquod & in aliud trãsferre non facilè solemus nisi pœnitendo, quanquã diuina prouidentia serena mente intuentibus appareat cũcta certissimo ordine administrare, accõmodatissimè tamẽ ad humilẽ humanam intelligentiam ea quæ incipiũt esse neq; perseuerant quantũ perseueratura sperata sunt, quasi per pœnitentiã Dei dicũtur ablata.

QVÆST. LIII. De auro & argento quod ab Ægyptiis filij Israel acceperunt. Exod. 12. c. 35.

QVIS QVIS duorum testamẽtorũ dispensationes, pro tẽporũ cõgruẽtia, generis humani diligenter ætatibus distributas intuetur, satis quãtũ existimo intelligit, quid propriè priori ætati generis humani, quid posteriori conueniat. Diuina enim prouidentia, pulchrè omnia moderante, ita viuersa generationum series ab Adam vsque ad finem seculi administratur, tanquam vnius hominis à pueritia vsque ad senectutem temporis sui tractum ætatis gradibus terminantis. Et ideo virtutum etiam gradus in morib. donec veniatur ad summã hominis perfectamq; virtutem, oportet eũ distinguere, qui diuinis lectionibus piè animũ intendit: ne fortè cũ inuenerit aliquãdo paruis parua, aliquãdo maiora maioribus imperari, reputans in cõparatione maiora peccata esse illa quæ minora sunt, non arbitretur decuisse vt talia Deus hominibus imperaret. Sed nunc de virtutũ gradibus nimis longum est disputare. Verumtamẽ quod ad præsentem quæstionẽ discutiẽdam satis est, quantum ad decipiendũ attinet, summa & perfecta virtus est neminem decipere, atque illud exhibere quod dictũ est, Sit in ore vestro est, est nõ nõ. Sed quia hoc eis imperatum est quibus iam regnum cælorũ promissum est; magna autẽ virtus est hæc implere maiora, quibus debetur hoc præmium, Regnũ enim cælorũ vim patitur, & qui vim faciunt, diripiũt illud: quærendum est quibus gradibus ad istã summitatem perfectionémque veniatur: in quibus vtiq; gradibus inueniũtur illi, quibus adhuc terrenũ regnũ promittebatur, quo promisso tãquã paruuli præluderent, & ab vno Deo abundãter, qui est omnium Dominus, interim terrenis gaudiis, quibus adhuc inhiabant, impetratis, inde proficientes & in spiritu succrescẽtes auderent etiã sperare cælestia. Sicut ergo summa & propè diuina virtus est, neminem decipere: sic vltimũ vitiũ est, quẽlibet decipere. Ab hoc vltimo vitio ad illã summam virtutem tendentibus gradus est, neminẽ quidẽ, vel amicũ, vel ignotũ, sed tamen inimicum aliquãdo decipere. Vnde etiã illud à Poëta dictũ propè iã prouerbij cõsuetudinẽ obtinuit, bonus an virtus quis in hoste requirat? Sed quoniã & ipse hostis potest plerũque iniustè decipi, veluti cùm pactũ aliquod fit de temporali pace, quas inducias vocant, & non seruatur fides, & cætera talia: multo est purgatior summæq; illi virtuti propinquior, qui quanquam velit hostem decipere, nõ eũ tamen decipit nisi authoritate diuina. Deꝰ enim nouit vel solus, vel certè longè excellentiùs quàm homines atque sinceriùs, qua quisq; pœna præmióve sit dignus. Quapropter Deus quidem per seipsum neminẽ decipit. Est enim pater veritatis, & veritas, & spiritꝰ veritatis: dignis tamen digna distribuens (quoniã hoc quoque pertinet ad iustitiã & veritatem) vtitur animis pro meritis & dignitatibus, quę sunt in gradibus earũ, vt si quisquam dignꝰ est decipi, nõ solùm per seipsum eum non decipiat, sed neque per talem hominem, qui iam congruenter diligit, & custodire persistit, Sit in ore vestro est est, non non: neque per angelũ, cui non cõuenit persona fallaciẽ: sed aut per talem hominem, qui nõdum se huiusmodi cupiditatibus exuit: aut per talẽ angelum, qui pro suæ volũtatis peruersitate vel ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationẽ purgationẽq; eorum, qui secundum Deum renascuntur, in ismis naturæ gradibꝰ ordinatus est. Legimus enim deceptũ regem Achab falso vaticinio pseudo prophetarum. Et ita legimus, vt neque sine diuino iudicio factum inueniamus, quoniã dignus erat ille sic decipi: neque per eum angelũ, quem deceptionis officiũ suscipere nõ deceret: sed per angelũ erroris, qui sibi vltrò tales partes imponi cum lætitia postulauit, Quibusdã enim scripturarum locis, apertius aliquid exponitur, quod diligens & pius lector etiam in aliis locis, in quibus minus aperitur intelligat. Deus enim noster sic ad salutem animarũ diuinos libros Spiritu sancto moderatus est, vt nõ solùm manifestis pascere, sed etiã obscuris exercere nos vellet. Ex hac igitur ineffabili atque sublimi rerũ administratione, quæ fit per diuinã prouidẽtiam, quasi transcripta est naturalis lex in animã rationalẽ, vt in ipsa vitæ huius conuersatione moribũsque terrenis homines talium distributionũ imagines seruent. Hinc est quod iudex damnatũ percutere indignũ sua persona & nefariũ iudicat, eiꝰ tamẽ iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatꝰ est in officio, vt percutiat legũ moderatione damnatum, qui posset etiam innocẽtem sua crudelitate percutere. Nam neque per seipsum hoc iudex facit, neque per principem vel aduocatum, aut aliquẽ in officio suo, cui tale ministeriũ non cõuenienter imponitur. Hinc est etiã, q̃ irrationalibus animantibus vrimur ad eas res, quas per homines agi nefariũ est. Nã vtique dignum est furi morsu lacerari: id tamẽ homo nõ per seipsum agit, aut per filiũ, aut per domesticum, aut etiã per famulũ suũ, sed per canẽ, quã bestiam talia facere pro naturæ suæ gradibꝰ decet. Cùm igitur quosdam pati aliquid deceat, quod alios facere nõ deceat, ministeria quędã sunt media quibꝰ digna iniungũtur officia: vt eis vtens ipsa iustitia, nõ solũ talia pati quẽque imperet, qualia pati eũ decet, sed etiam iis faciẽtibus, quos talia facere nõ minus decet. Quapropter cùm & Ægyptij deceptione digni essent, & populus Israël pro illa ætate generis humani in tali adhuc gradu morũ cõstitutus esset, vt non indignè hostẽ deciperet: factũ est vt iuberet Deus, vel potius pro illorũ cupiditate permitteret, vt vasa aurea & argentea, quibus adhuc † terrenæ rei appetitores inhiabant: & peterent ab Ægyptiis non reddituri, & acciperent quasi reddituri. Quã & mercedẽ tam diuturni laboris atque operis pro taliũ animarũ gradu nõ iniustã Deus esse voluit, & pœnam illorum, quos dignè fecit amittere id, quod reddere debuerũt. Nõ itaq; deꝰ deceptor est, quod credere nefariũ & impiũ esse quis non intelligat? sed meritorũ & personarũ iustissimus distributor, faciens quædam per seipsum, quę illo solo digna sunt, eique soli conueniũt: sicuti est illuminare

Ioan 14. a. 6. & b. 17.

Mat 5. f. 37.

3 Reg. 22. a. 6.

Mat. 5. f. 37.

Mat. 11. b. 12.

Aeneid 2.

Lib 1. de Ciuit. Dei, cap. 21. & 26.

3. Sent. dist. 37 c. si verò. Exod. 3. g. 22.

al terrenõ regni.

animas, & seipsum eis ad perfruendum præbendo, sapientes beatásque præstare: alia per seruientē sibi creaturā, integerrimis legibus pro meritis ordinatā quędā eorum iubens, quædam permittens, vsq; ad pasterum administrationem, sicut Dominus in Euāgelio dicit, & vsque ad fœni decorem, vsque ad numerū etiā capillorum nostrorum diuina prouidentia pertendente atque veniente. De qua etiam dictū est, Pertendit à fine vsq; ad fine fortiter, & disponit omnia suauiter. Quod autem per animarum ministeria suis legibus seruiētia Deus puniat, & dignè digna supplicia retribuat, cū ipse trāquillissimus maneat, apertissimè scriptum est, Ipsum quoque qui puniri debeat, condemnas, & exterū existimas à tua virtute. Virtus enim tua iustitiæ initiū est, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim tu ostendis, qui non crederis esse in virtute consumatus, sed in iis qui sciunt audaciam traducis. Tu autem Dominus virtutū cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia dispo B nis nos. Item quòd primo in terrenis rebus sit gradus ad cœlestem iustitiā, qui iam infirmioribus imperatur Dñs ostendit, cùm ait, Si in alieno fideles non fuistis, vestrū quis dabit vobis? Et quòd pro suis gradibus animæ doceantur, & ipse Dominus demonstrat dicens, Multa habeo vobis dicere, sed nūc nō potestis portare illa: Et Apostolus cùm ait: Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: lac vobis potū dedi non escam, neque enim poteratis, sed neq; adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales. Quod enī in istis secundū gradus suos actū est, hoc in vniuerso genere humano agi cognoscimus, vt alia carnali populo, alia spiritali, pro temporū congruentia iuberētur. Non ergo mirum si hostem † decipi dignū, decipere iussi sunt, qui erant adhuc digni hostē decipere. Nō enim iā erāt idonei quibus diceretur, Diligite inimicos C vestros: sed tales erant quibus tantummodo dici poterat, Diliges proximū tuum, & oderis inimicum tuum. Adhuc enim ille proximus quàm latè intelligendus esset, non erat tēporis tradere. Inchoatio ergo quædā facta est sub pędagogo, vt magistro perfectio seruaretur, cùm tamen idē Deus, & pædagogū paruulis dederit legem illam scilicet per famulum suum, & magisterium grandioribus: id est, Euangelium per vnicum suum.

Mat. 10. d. 29. Lucæ 12. d. 27. Sap. 8. a. 1. Sap. 12. b. 15. Lucæ 16. c. 12. Ioan. 16. b. 12. 1. Cor. 3. a. 1. † al. deceptione. Lucæ 6. d. 27. Mat. 5. g. 43. Deut. 23.

QVÆST. XLIIII. De eo quod scriptum est, Mihi autem adhærere Deo bonum est. Psal. 72 d. 28.

OMNE quod est, aut eodem modo semper est, aut non. Et omnis anima omni corpore melior est. Melius est enim omne quod viuificat q̄ id quod viuificatur. Corpus autē ab anima viuificari, nō à corpore animā, nemo ambigit. Quod autē corpus nō est, & tamē aliquid est, aut anima est, aut ea melius aliquid. Deterius enim omni corpore nihil est, quia & si materiam quis dixerit vnde ipsum corpus fit: rectè, quoniā caret omni specie, nihil dicitur. Rursus inter corp' & animā, quod melius sit corpore, deterius anima, non inuenitur. Si D quid enim esset mediū, aut viuificaretur ab anima, aut viuificaret animā aut neutrum. Aut viuificaret corp', aut viuificaretur à corpore, aut neutrū. At quicquid viuificatur ab anima, corpus est. Si quid autē viuificat animā, melius est quàm anima. Rursum quo viuificatur corpus, anima est: quod viuificatur à corpore, nihil est. Neutrū verò, id est, nullius vitæ intelligens, nullámq; vitam tribuens, aut omnino nihil est, aut aliquod corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius. Sed vtrum quid tale sit in rerum natura, alia quæstio est. Nūc interim ratio comperit, nihil corpus & animam esse quod sit corpore meli', anima deteri'. Quod autē est omni anima melius, id Deū dicim', cui quisquis cū intelligit iunctus est. Quod enim intelligitur verū est, nec omne quod creditur verū est. Quicquid autē verū

1 Reg. c. 26.

est atq; à sensib. & à mēte seiunctū est, credi tantū, nō tamē sentiri aut intelligi potest. Deo igitur iunctū est A quod intelligit Deū. Intelligit autē rationalis anima Deū. Nā intelligit quòd semper eiusmodi est, neq; vllā patitur mutationē. At & corpus per tēpus & locos, & anima ipsa rationalis quò aliquando sapiens, aliquādo stulta est, mutationem patitur. Quod autē semper eodē modo est, melius profectò est quàm id quod non ita est. Nec quicquam est melius rationali anima, nisi Deus. Cùm igitur intelligit aliquid quod semper eodē modo sese habet: ipsum sine dubio intelligit. Hęc autē est ipsa veritas, cui quia intelligēdo anima rationalis iungitur, & hoc bonū est animæ, rectè accipitur id esse quod dictum est, Mihi autē adhærere Deo bonum est.

Ps. 72. d. 28.

QVÆST. LV. De eo quod scriptum est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Cant. 6. b 7. Matt. 6. a. 2. & b. 16.

DENARIVS numerus potest significare vniuersitatis scientiam. Quæ si ad interiora & intelligibilia referatur, quę senario numero significantur, fit quasi decies sexies, quod est sexaginta. Si ad terrena & corruptibilia quæ octonario numero significari possunt, fiūt decies octies, quod est octoginta. Reginę ergo sunt animę regnantes in intelligibilibus & spiritalibus. Cōcubinę quæ mercedē accipiunt terrenorum, de quibus dictū est. Acceperunt mercedem suam. Adolescētulæ quarum non est numerus, quarū non est determinata sciētia, & diuersis dogmatibus periclitari possunt: vt numerus, quod dictū est, significet certam & indubitatā confirmationem scientiæ.

QVÆST. LVI. De annis quadragintā sex ædificationis tēpli. Ioā. 2. d. 20. In Enchiridio cap. 86. Lib. 4. de trinit. cap. 5.

SEX, nouē, duodecim, decem & octo, hæc in vniuerso fiūt quadraginta quinque. Adde ergo ipsum vnum, fiunt quadraginta sex: hoc sexies, fiunt ducenta septuaginta sex. Dicitur autē conceptio humana sic procedere & perfici, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequētibus nouem diebus conuertatur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta lineamēta omniū mē C brorum, & hinc iam reliquo tempore vsq; ad tempus part', magnitudine augeatur. Quadraginta ergo quinque diebus, addito vno, quod significat summam: quia sex & nouem & duodecim & decem & octo in vnum coactis, fiunt quadraginta quinque: addito ergo, vt dictum est, vno, fiunt quadraginta sex. Qui cum fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducēti septuaginta sex: id est, nouem menses & sex dies, qui computantur ab octauo Cal. Aprilis, quo die conceptus Dominus creditur, quia eodem die etiam pastus est, vsque ad octauum Cal. Ianuarias, quo die natus est. Non ergo absurdè quadraginta sex annis dicitur fabricatū esse templū quod corpus eius significabat: vt quot anni fuerūt in fabricatione tēpli, tot dies fuerīt in corpore Dominici perfectione.

Ioā. 2. d. 20.

QVÆST. LVII. De centum quinquaginta trib' piscibus. Ioan. 21. b. 11. 1. Cor. 3. d. 23. Ibid. 11. a. 3.

OMNIA vestra, vos autē Christi, Christus autem Dei. Si à capite numerentur, inueniuntur vnū, duo, tria, quatuor. Item, Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autē Christi Deus. Si eodē modo numerentur inueniuntur similiter vnum, duo, tria & quatuor. Porrò vnū & duo & tria & quatuor simul ducta fiūt decem. Quapropter disciplinam quæ insinuat conditorem Deum, & cōditam creaturam, rectè significat denarius numerus. Et cùm corpus perfectum atque inexterminabile subditur animæ perfectæ atq; inexterminabili, rursusq; ipsa subditur Christo, & ille Deo, nō tāquā dissimilis aut alterius naturæ, sed tāquā patri filius, hoc totū eodē numero denario rectè significatur, quod post resurrectionē corporis speratur futurū in æternū. Et fortasse propterea q̄ cōducuntur ab vineā, denariū accipiunt mercedis nomine. Sicut autē vnū & duo & tria & quatuor simul decem fiunt, sic vnū & duo & tria & quatuor quater ducta quadraginta

Mat. 20. a. 2.

fiunt.

Lib. 7. de Genesi ad literā, cap. 21.

Si autē quaternarius numerus rectè corpus significat, propter quatuor notissimas naturas, quib' cōstat: A siccā & humidā, frigidā & calidā: & quòd progressio à pūcto ad lōgitudinē, à lōgitudine ad latitudinē, à latitudine ad altitudinē, soliditatē corporis facit, quę rursus quaternario numero cōtinetur: nō absurdè intelligitur quadragenarius numerus tēporalē dispensationē significare, quæ pro salute nostra gesta est, cùm Dominus corpus assumpsit, & visibiliter hominibus apparere dignatus est. Vnū enī & duo & tria & quatuor, quæ significāt creatorē & creaturā, quater ducta, id est, per corpus tēporaliter demōstrata, fiunt quadraginta. Nā inter quatuor & quater, hoc interest, quòd quatuor in statu sunt, quater in motu. Ergo vt quatuor referūtur ad corpus, ita quater refertur ad tempus: insinuaturq; sacramentū corporaliter & tēporaliter gestū, propter eos qui corporū amore implicati erant, & temporibus subditi. Quadragenarius ergo numerus, vt dictū est, B tēporalē ipsam dispensationē nō incōgruē significare creditur. Et fortasse hoc est, quòd quadraginta dies

Matt. 4. a. 2.

Dñs ieiunauit, seculi huius, quod motu corporū & tēporibus agitur, ostendens inopiā: & quadraginta dies

Act. 1. a. 3.

post resurrectionē cū discipulis fuit, hāc ipsam illis credo dispensationē tēporalē, quā pro salute nostra gessit, insinuans. Quadragenarius autem numerus, partibus suis, quæ illū metiūtur, cōputatis, vsque ad quinquagenariū numerū peruenit: idipsum cōmendās; quādo quidē ipsæ partes, quæ illū metiuntur, æquales inter se sunt: quia cū æquitate administrata, corporalis & visibilis tēporalis actio, perfectionē homini comparat. Quæ perfectio, sicut dictū est, denario numero significatur: sicut quadragenarius numerus, æqualib' suis partib' in summā redactis, denariū numerū parit, quoniā ad quinquagenariū, sicut supra scriptum est, peruenit. Vnū enim quod habent quadraginta quadragies, C & duo quod habēt vicies, & quatuor quod habent decies, & quinq; quod habēt octies, & octo quod habēt quinquies, & decē quod habent quater, & viginti q; habent bis, simul ducta fiūt quinquaginta. Nullus enī alius numerus metiri per partes æquales quadragenariū numerū potest, præter hos quos enumerauimus, & computatos ad quinquagenarium numerū duximus.

Act. 1. b. 9. & 2. a. 1.

Peractis ergo Dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, id est, commendans eis quod pro nobis temporaliter gestum est ascendit in cælum: & post alios decem dies misit Spiritum sanctū, quo perficerentur spiritaliter ad inuisibilia capienda, qui visibilibus temporalibusque crediderunt. Ipsis videlicet decem diebus post quos misit Spiritum sanctum, eandem perfectionem quæ per Spiritum sanctū confertur denario numero indicans. Quem quadragenarius, computatis æqualibus partibus suis edit, & D fit quinquagenarius: sicut temporali dispēsatione cū æquitate administrata peruenitur ad perfectionē, quā denarius numerus significat, qui denarius simul cum quadragenario quinquagenarium facit. Ergo quoniā perfectio quæ fit per Spiritum sanctum, quamdiu adhuc in carne ambulamus, quamuis non viuamus carnaliter, cum ipsa dispensatione temporali copulatur, rectè videtur quinquagenarius numerus ad ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atque perfectam: quæ tēporalis dispensationis fidem atque æternitatis futuræ spem charitate amplexatur, id est, quasi quadragenarium numerum denario numero copulans. Hæc autē ecclesia ad quam pertinet quinquagenarius numerus, siue quia ex tribus generibus hominum eligatur, Iudæis & gentibus & carnalibus Christianis, siue quia sacramento trinitatis imbuitur, numero quo significatur ter ducto, ad centenariū & quinquagenariū peruenit. Quinquaginta enī ter ducta fiunt centū quinquaginta. Quò cū addideris ipsa tria, quia insignē & eminēs debet esse quod in nomine patris & filii & Spiritus sancti lauacro regenerationis abluitur, fiūt centū quinquaginta tres. Qui numer' piscīū inuenitur, quia in dexterā partē missa fūt retia, & ideo magnos, id est perfectos & regno cælorū aptos habet. Nā illa similitudo reticuli nō in dexteram missi, simul cepit bonos & malos, qui separatur in litore. Nunc enī intra retia pręceptorū & sacramētorū Dei, in ecclesia quæ nunc est, simul boni maliq; versantur. Fiet autē separatio in fine seculi, tāquā in fine maris, id est, in litore: cùm regnant iusti primò tēporaliter, sicut in Apocalypsi scriptū est: deinde in æternum in illa ciuitate quæ ibi describitur, vbi iàm cōquiescētē dispensatione tēporali, quæ quadragenario numero significatur; denarius remanet, quā mercedē sancti vbi operātur in vinea percepturi B sunt. Potest etiā si numerus iste cōsideretur, occurrere ad ecclesiæ sanctitatē, quæ per Dominū nostrū Iesum Christū facta est: vt quoniā septenario numero creatura cōstat, cùm ternarius animæ & quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis ducatur ad tria septies: quia & pater misit filiū, & pater in filio est, & dono Spiritus sancti de virgine nat' est: & hæc sūt tria, pater & filius & Spiritus sanctus. Septies autē ipse homo tēporali dispensatione susceptus est vt fieret sempiter'. Fit ergo summa numeri viginti vnū: id est, tria septies. Hęc autē hominis susceptio ad liberationē valuit ecclesiæ, cui caput est Christ', Et ipsa ecclesia propter animā & corpus in eodē septenario numero reperitur. Ducūtur ita q; vigintiunum septies propter eos qui per Dominicū hominē liberantur, & fiūt simul cē tum quadraginta septē. Cui additur senarius numerus signū perfectionis, quia partibus suis, quæ illū metiuntur, cōstat, ita vt nihil minus nihilq; amplius inueniatur. Metitur quippe illū vnū quod habet sexies, & duo quæ habet ter & tria quæ bis habet: quæ simul ducta, vnū & duo & tria, sex fiunt. Quod fortasse ad illud etiā sacramentū pertinet, quòd Deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad cētū ergo & quadraginta septē cùm sex addideris, quod est signū perfectionis, fiunt centū quinquaginta tria: qui numerus piscīū inuenitur: postea quam iussu Domini in dexteram partem missa sunt retia, vbi peccatores qui ad sinistram pertinent, non inueniuntur.

Mat. 28 d. 19. Ioan. 21. b. 11. Mat. 13. f. 48 Apoc. 21. b. 7. Eph. 3. c. 13. Gen. 2. a 2.

QVÆST. LVIII. De Ioanne Baptista. Mat. 11. b. 9

IOANNES Baptista cōsiderata scriptura quæ de illo in Euangelio legitur, multis probabilibus documētis nō absurdè creditur prophetiæ gestare personā, & eo maximè quod de illo Dominus dicit, Plusquàm Propheta. Hic siquidē totius prophetiæ quæ ab exordio generis humani vsq; ad aduentū Domini, de Domino facta est, imaginē gestat. Est autē Euangelii persona in ipso Domino, quæ per prophetiā prænunciabatur, cuius augetur prædicatio per vniuersum orbē terrarū ab ipso Domini aduētu: prophetia autē, minuit' postquā id quod prænunciabat aduenit. Itaque Dominus dicit, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem Baptistā, ab hinc regnū Dei prædicatur. Et Ioannes ipse, Illū, inquit, oportet crescere, me autem minui. Quod & diebus quibus nati sunt, & mortibus quibus passi sunt, figuratum est. Nascitur namque Ioannes, ex quo dies incipiunt minui: nascitur Dominus, ex quo dies incipiūt crescere. Capite ille minuitur, dum occiditur: hic verò attollitur in cruce. Postquā ergo prophetia ipsa in Ioanne constituta digito ostendit præsentem, quem venturum ab exordio generis humani cecinerat, incipit minui, atque inde crescere prædicatio regni Dei.

Lucæ 16. d. 16. Ioan. 3. d. 30. Ioan. 1. d. 26 Mat. 3. a. 3.

Et ideo baptizauit Ioãnes in pœnitentiã, finitur enĩ vetus vita vsq; ad pœnitentiã, atq; inde incipit noua. Nõ autẽ tantũ in iis qui propriè Prophetæ appellari sunt, sed in ipsa veteris Testamẽti historia prophetia non sinere colligitur ab eis qui piè quærũt, & ad hæc inuestigãda diuinitùs adiuuantur. Maximè tamẽ illis euidentioribus rerũ figuris apparet: quòd Abel iustus à fratre interficitur, & Dominus à Iudæis: quòd arca Noë, tãquã in diluuio seculi ecclesia gubernatur: quòd Isaac immolandus Deo ducitur, & aries pro illo in sentibus tanquã crucifixus agnoscitur: quòd in duob⁹ Abrahæ filiis, vno de ancilla, altero de libera, duo testamẽta intelligũtur: quòd duo populi in geminis, Esau scilicet & Iacob, præmonstrãtur: quòd Ioseph à fratribus persecutionẽ passus, ab alienis honoratur: sicut Domin⁹ Iudæis persequẽtibus, apud gẽtes clarificatus est. Longũ est cõmemorare singula, cùm ita cõcludat Apostolus, & dicat: Hęc autẽ in figura cõtingebãt eis, scripta sunt autẽ propter nos, in quos finis seculorũ deuenit. Finis autẽ seculorũ tanquam senectus veteris hominis, cũ totũ genus humanũ tãquã vnum hominẽ constituerit, sexta ætate signatur, qua Dominus venit. Sũt enĩ ætates sex etiã in vno homine: infantia, pueritia, adolescẽtia, iuuentus, grauitas, & senectus. Prima itaq; generis humani ætas est ab Adã vsq; ad Noë. Secunda, à Noë vsque ad Abrahã: qui articuli sunt euidẽtissimi & notissimi. Tertia, ab Abrahã vsq; ad Dauid: sic enĩ Mattæus euãgelista partitur. Quarta, à Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ in Babyloniã. Quinta, à trãsmigratione in Babyloniã vsque ad aduentũ Domini. Sexta, ab aduẽtu Domini vsq; in finẽ seculi sperãda est: qua exterior homo tãquã senectute corrumpitur, qui etiã vetus dicitur, & interior renouatur de die in diẽ. Inde requies sempiterna est, quæ significatur sabbato. Huic rei cõgruit quòd hominẽ sexto die factus est ad imaginẽ & similitudinem Dei. Nemo autẽ ignorat hominum vitã iã aliquid administrãtem, cognitione & actione fulciri: nam & actio temeraria est sine cognitione, & sine actione ignaua cognitio. Sed prima vita hominis, cui nulla administratio rectè creditur, quinq; sensib⁹ corporis dedita est: qui sunt visus, auditus, olfactus, gust⁹, tact⁹. Et ideo duæ primæ ætates generis humani denis generationibus desiniũtur, tãquã infantia & pueritia: quinario scilicet geminato, quoniã generatio vtroque sexu propagatur. Sunt ergo generationes decẽ ab Adã vsq; ad Noë, & inde vsq; ad Abrahã aliæ decem, quas duas ætates infantiã & pueritiã generis humani esse diximus. Adolescẽtia verò & iuuentus & grauitas, id est, ab Abrahã vsq; ad Dauid, & inde vsq; ad transmigrationẽ in Babyloniã, & inde vsq; ad aduẽtum Domini, quatuordenis generationibus figurantur: septenario geminato ad eandem generationẽ vtriusq; sexus, cùm quinario qui est in sensibus corporis, actio & cognitio addita fuerit. Senectus autẽ solet etiam tantum tenere temporis, quantum reliquæ omnes ætates. Nam cùm à sexagesimo anno senect⁹ dicatur incipere, & possit humana vita vsque ad centum viginti annos peruenire, manifestum est solam senectutem posse tam longã esse, quàm omnes ætates cęteræ priores sũt. Ætas igitur vltima generis humani, quæ incipit à Domini aduentu, vsque in finem seculi quibus generationib⁹ cõputetur incertum est: & hoc vtiliter Deus voluit latere, sicut in Euangelio scriptum est, & Apostolus attestatur dicens, diem Domini tãquam furẽ in nocte esse venturum. Sed tamen sexta ætate visitatum esse genus humanum humili Domini aduentu, superius distinctis generationibus edocetur. Qua visitatione incepit manifestari prophetia, quæ superioribus quinque ętatibus latuit: cuius prophetiæ persona quoniã Ioannes gestabat, vt suprà dictũ est, ideo ex senibus parentibus nascitur, tanquã senescẽte seculo prophetia illa innotescere incipiat: & quinq; mẽsibus se occultat mater eius, sicut scriptũ est, Oecultabat se Elisabeth mẽsibus quinq;. Sexto autẽ mẽse visitatur à Maria matre Dñi, & exultãs infans in vtero eius, tãquam primo aduentu Domini quo in humilitate apparere dignatus est, prophetia manifestari incipiat: sed tãquã in vtero: id est, nondũ tã euidenter, vt omnes sicut in lucẽ manifestũ esse fateãtur: quod futurũ credimus secundo aduentu Domini, quo in claritate venturus est: cuius aduentus præcursor speratur Helias, sicut huius Ioãnes fuit. Et ideo dicitur à Domino, Helias iã venit, & multa ei homines fecerũt, & si vultis scire ipse est Ioãnes Baptista, qui vẽturus est. Quia in eodẽ spiritu & in eadẽ virtute, & tãquã præcedẽtis præconis officio & hic iã venit, & ille vẽturus est. Propterea & istũ Ioannẽ per spiritum quo pater eius vates impletus est, dicitur præcursorem Domini futurũ in spiritu & virtute Heliæ. Peractis autẽ Maria cũ Elisabet mẽsibus tribus, discedit. Quo numero mihi videtur significari fides trinitatis, & baptisma in nomine patris & filii & Spiritus sancti, quo per humilẽ Domin⁹ aduentũ genus humanũ imbuitur, & futuro aduentu claritatis eius exrollitur. INTER parabolas à Domino dictas solet quęrẽtes multũ exercere ista quæ de decẽ virginibus posita est. Et multi quidẽ hinc multa senserũt, quæ nõ sunt præter fidẽ: sed quomodo partibus omnibus eius cõueniat expositio, id elaborandũ est. Legi etiam in quadã scriptura ex earũ genere quæ apocryphæ nominantur, nõ quòd sit contra catholicã fidem, sed huic loco mihi minus cõgruere visa est, cõsideranti omnes huius similitudinis partes. De qua tamen expositione temere nihi audeo iudicare, ne fortè nõ eius incõueniẽtia mihi angustias fecerit, sed mea tarditas in ea conuenientiã nõ inuenerit. Quid autẽ mihi videatur nõ absurdè hoc loco accipi, quantũ potero breuiter & diligẽter exponã. Interrogatus igitur Dominus noster secretò à discipulis de cõsummatione seculi, inter multa alia quę locutus est, hoc quoq; dixit: Tũc simile æstimabitur regnũ cælorũ decẽ virginibus, quæ acceperunt lãpades suas & venerunt obuiã sponso. Quinque autẽ ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lãpadibus suis, non sumpserũt oleũ secum: prudẽtes autẽ acceperunt oleũ secum in vasis suis cum lãpadibus. Tardãte autẽ spõso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, surgite obuiam ei. Tunc surrexerunt virgines illæ, & aptauerunt lãpades suas. Et dixerunt illæ stultæ ad sapiẽtes, Date nobis de oleo vestro, quia lãpades nostræ extinguuntur. Responderunt autem sapientes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis. Et dũ irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè autem veniunt, & reliquæ virgines dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico vobis, Nescio vos. Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horã. Decem vtique numerus virginum, quarum quinque admittuntur, quinq; excluduntur, bonorum & malorum discretionẽ significat. Quapropter si virginitatis nomen honorabile est, cur receptis exclusisq; cõmune est? Deinde quid sibi vult numerus in vtraque parte quinarius? Quid autem significat oleum, mirum videtur. Item quòd sapientes petentibus non cõmunicant: cùm & inuidere fas non sit eas quæ ita perfectæ sunt, vt à spõso recipiãtur, quo nomine

Gen.4.d.22.
Gen.4.b.8
Ibid.7.a.1.
Ibid.22.2.a.3.
Gal.4.c.22.
Gen.25.c.23.
Ibid.45.c.8.
1.Cor.10.a.6.
Lib.de Gen. cõtra Manic. cap.23.
Mat.1.c.17
2.Cor.4.d.16.
Gen.2.d.27
Mat.1.c.17
Mat.24.a.2
1.Thess.5.a.2
Lucæ 1.d.39
Mat.17.b.12
Lucæ 1.f.56
QVÆST. LIX. De decẽ virginibus. Mat.25.a.1.
Mat.25.a.1.*

nomine nullo dubitante Dominus Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandũ ex eo quod habent, præscribente illa sententia eiusdẽ Domini dicentis, Omni poscenti te tribue. Quid est autẽ quod possit dando non sufficere vtrisq;? Hæc maximè augent quæstionis difficultatem, quanquam & cætera diligẽter cõsiderata vt omnia in vnam rationẽ concurrant, nihílque in vnam partem dicatur quod impediat aliam, magna cautio ad hibenda est. Videtur itaque mihi quinque virgines significare quinque partitam continentiam à carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus à voluptate oculorũ, à voluptate aurium, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangẽdi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio cõsciẽtiæ, partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur quinque dicũtur sapientes, & quinque stultæ; vtręque tamen virgines, quia vtraque cõtinentia est, quãuis diuerso fomite gaudeat. Lampades autẽ sunt quia manibus gestantur, opera quæ secundũ continentiã istam fiunt. Dictũ est autẽ, Luceant opera vestra coram hominibus. Omnes verò acceperũt lãpades suas, & venerunt obuiã sponso. Intelligendũ est ergo Christi nomine censeri de quibus agitur. Non enim possunt qui Christiani nõ sunt, sponso Christo venire obuiã. Sed quinque fatuæ acceptis lãpadibus suis, non sumpserũt oleũ secum. Multi enim quamuis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tamen nõ habent, dũ cõtinenter non viuunt, nisi in laudibus hominũ. Nõ ergo habent oleum secum. Nã ipsam lætitiam oleo significati arbitror. Propterea vnxit, inquit, te Deus tuus oleo exultationis. Qui autẽ nõ propterea gaudet quia Deo intrinsecus placeet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt secum oleũ in vasis suis cum lampadibus: id est lætitiam bonorum operũ in corde atque conscientia posuerũt, sicut Apostolus monet: Probet autẽ se homo, inquit, & tunc in semetipso habebit gloriã, & nõ in altero. Tardante verò sponso dormitauerunt omnes: qui ex vtroque genere continẽtium hominum, siue eorũ qui corã Deo exultãt, siue eorũ qui in laudibus hominũ acquiescunt, moriũtur hoc interuallo tẽporis, donec sub aduẽtu Domini fiat resurrectio mortuorũ. Media autẽ nocte: id est, nullo sciente aut sperante, quippe cùm ipse Dominus dicat De die autẽ illa & hora nemo scit: & Apostolus, Dies Domini tanquã fur in nocte ita veniet: ex quo significatur eũ penitùs latere cũ venerit. Clamor factus est, Ecce spõsus venit, surgite obuiam ei. In ictu oculi & in nouissima tuba omnes resurgemus. Ergo surrexerũt omnes virgines illæ, & aptauerunt lãpades suas: id est, rationes reddendas operum suorũ. Oportet enim nos exhiberi ãte tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque quod gessit in corpore, siue bonũ siue malũ. Et dixerũt stultę ad sapiẽtes, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguũtur. Quorũ enim facta aliena laude fulciũtur, eadẽ subtracta deficiunt, & de consuetudine id semper inquirũt vnde gaudere anim⁹ solet. Itaque hominũ qui corda non vident, testimoniũ volunt habere apud Deũ qui cordis inspector est. Sed quid respõderũt sapiẽtes? Ne fortè nõ sufficiat nobis & vobis. Vnusquisq; enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quisquã adiuuatur apud Deũ, cui secreta cordis apparẽt, & vix sibi quisque sufficit vt ei testimoniũ perhibeat cõsciẽtia sua. Quis enim gloriabitur mũdũ se habere cor? Inde est quod Apostolus ait: Mihi autẽ minimũ est vt à vobis iudicer, aut abhumano die, sed neque memetipsũ iudico. Quapropter cùm de seipso quisque aut non omnino aut vix possit

Mat.5.f.42
Lucæ 6.d.30
Mat.5.b.16
Psal.44.b.8
Gal.6.a.4.
Mat.24.c.36
1.Thes.5.a.2
1.Cor.15.g.52.
2.Cor.5.b.10.
Prou 20.b.7
1.Cor.4.a.3.

veram ferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare, cùm sciat nemo quid agat in homine nisi spiritus hominis? Ite magis ad vendentes & emite vobis. Non consiliũ dedisse putandę sunt, sed crimen earũ ex obliquo cõmemorasse. Vendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando, animas in errorẽ mittunt, & eis vana gaudia tãquã fatuis conciliãdo, aliquam de his mercedẽ, siue ciborũ, siue pecuniæ, siue honoris, siue alicuius commodi tẽporalis accipiũt non intelligentes quod dictum est. Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est autem obiurgari à iusto quàm à peccatore laudari. Emendabit me, inquit, iustus in misericordia & arguet me, oleũ autem peccatoris non impinguet caput meum. Ite ergo magis ad vendẽtes & emite vobis: id est, videamus nunc quid vos adiuuant qui vobis laudes vendere consuerunt & vos in errorẽ inducere, vt non coram Deo, sed ab hominibus gloriam quærereretis. Euntibus autẽ illis emere, venit sponsus: id est, inclinantibus se illis in ea quæ foris sunt & solitis gaudere quærẽtibus, quia gaudia interna nõ nouerant, venit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant, id est, quibus bonũ corã Deo testimoniũ cõscientia perhibebat: intrauerunt cum eo ad nuptias: id est, vbi munda anima puro & perfecto sempiternóque Dei verbo fœcundata copulatur. Et clausa est ianua id est, receptis illis qui sunt in angelicam vitam immutãdi. Omnes enim, inquit, resurgemus, sed nõ omnes immutabimur: clausus est aditus ad regnũ cælorũ. Nõ enim post iudiciũ patet precũm aut meritorũ locus. Nouissimè autem veniunt & reliquæ virgines dicentes, Domine Domine aperi nobis. Non dictũ est, q; emerint oleũ, & ideo intelligẽdæ sunt nullo iam remanẽte de alienis laudibus gaudio in angustiis & magnis afflictionibus redire ad implorationẽ Dei. Sed magna est eius seueritas post iudicium, cuius ante iudiciũ ineffabilis misericordia prærogata est. Itaq; respondẽs ait, Amen dico vobis quòd nescio vos. Ex illa scilicet regula qua nõ habet ars Dei, hoc est sapientia Dei, vt intrẽt in gaudiũ eius qui nõ corã Deo, sed vt placerent hominibus visi sunt aliquid secundum præceptum eius operari. Atque ita cõcludit, Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam. Non modò illius vltimi temporis quo vẽturus est spõsus, sed suæ quisq; diẽ dormitionis & horã nescit. Quisquis autẽ paratus est vsque ad somnũ, id est, vsque ad mortem quæ omnibus debetur, paratus etiã inuenietur cùm illa vox media nocte sonuerit qua oẽs euigilaturi sunt. Quod verò spõso dixit obuiam venire virgines: sic intelligendũ puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa: tanquã si omnibus Christianis in ecclesiã concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cùm ex ipsis filiis cõgregatis cõstet ea quæ dicitur mater. Nũc enim despõsata est ecclesia, & virgo est ad nuptias perducenda: id est, cùm se continet à corruptione seculari. Illo autem tempore nubet, cùm vniuersa mortalitate in ea pereũte, immortali coniunctione † fruetur. Desponsaui, inquit, vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Vos, inquit, virginem: à plurali ad singularem cõcludens. Ideo & virgines dici possunt, & virgo. Cur autem quinq; dictæ sint, vt mihi videtur expositum est. Sed videmus nunc in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Et nunc ex parte, tunc autẽ ex toto. Ipsum autẽ in ęgnigmate & ex parte nũc in scripturis aliquid cernere, quod tamẽ sit secundũ catholicã fidẽ, ex illo pignore contingit quod accepit virgo ecclesia humili aduẽtu spõsi sui, quæ illi vltimo aduẽtu cùm veniet in claritate nuptura est, cùm iã facie ad faciẽ cõtuebitur. Dedit enim nobis pignus Spiritũ sanctũ, sicut dicit Apostolus Et ideo ista

1.Cor.2.c.12.
Esa.3.c.12.
Psal.140.a.5
Mat 25.a.12
al. fœtatur.
2.Cor.11.a.2
1.Cor.13.d.12.
2.Cor.1.d.22.& 5.a.5.

QVÆST. LX. De die autē illo & hora nemo scit, neq; angeli cælorū, neq; filius hominis, nisi pater solus. Mat.24.d.36

expositio nihil certum intuetur, nisi vt secundū fidē sit, neque aliis præiudicat qui eam nihilominus secundū fidem exponere potuerint. SICVT scire Deus dicitur etiam cùm scientem facit, sicut scriptum est, Tēptat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum. Nō enim sic dictum est hoc, quasi nesciat Deus, sed vt ipsi sciant quātum in Domini dilectione profecerint, quod nisi tentationibus quæ accidunt, non plenè ab hominibus agnoscitur. Et ipsum tentat, pro eo positū est quod tentari sinit. Sic & cùm dicitur, nescire: aut p eo dicitur, quod non approbat: id est, in disciplina & doctrina sua non agnoscit, sicut dictū est, Nescio vos: aut pro eo quod vtiliter nescientes facit, id quod scire inutile est. Ideo bene accipitur, id quod dictum est, solū scire patrē: sic dictū esse, quia facit filiū scire. Et quod dictum est, nescire filiū: sic dictū esse, quia facit nescire homines: id est, nō prodit eis quod inutiliter scirent. QVINQVE panes hordeacei quibus in monte Dominus turbas pauit, significāt veterē legē: siue quia nondū spiritalib. sed adhuc carnalibus data est: id est, quinque corporis sensibus deditis, nam & ipsæ turbæ quinque milia hominū fuerūt: siue quia per Moysen lex data est, Moyses enim quinque libros scripsit. Et quòd hordeacei erant panes, bene significant, vel ipsam legē, quæ ita data erat, vt in ea vitale animę alimētū corporalib. sacramētis obtegeretur: hordei. n. medulla tenacissima palea tegitur: vel ipsū populū nōdū expoliatū carnali desiderio, quod tāquam palea cordi eius inhærebat: id est, nondū corde circūcisum, ita vt nec trituratione tribulationū, cùm per deserta quadraginta annis duceretur, intellectu reuelato carnalia integumenta deponeret, sicut nec hordeum areæ tritura illo paleari tegmine exuitur. Itaq; illi populo cōgruēter lex talis data est. Duo autē pisces qui saporem suauē pani dabant, duas illas personas videtur significare quibus populus ille regebatur, vt per eas consiliorū moderamē acciperet, regiā scilicet & sacerdotalē, ad quas etiā sacrosancta illa vnctio pertinebat: quarū officium erat procellis ac fluctib. popularibus nunquā frangi atque corrūpi, & violētas turbarū contradictiones tanquam aduersantes vndas sæpe dirumpere, interdū eis custodita sua integritate cedere, prorsus more piscū tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versari. Quæ tamē duæ personæ Dominum nostrum præfigurabant. Ambas enim solus ille sustinuit, & non figuratè, sed propriè solus impleuit. Nā & rex noster est Iesus Christus, qui nobis pugnandi & vincendi demōstrauit exēplū, in carne mortali peccata nostra suscipiens, tētationibus inimici, neq; illecebrosis, neq; terribilib. cedēs. Postremò exuēs se carne, principat. & potestates expoliās fiducialiter, & triūphans eas in semetipso. Itaq; ipso duce ab oneribus & laborib. huius peregrinationis nostræ tāquā ab Ægypto liberamur, & persequētia nos peccata sacramēto baptismatis nobis euadentib. obruūtur, & quādiu in spe sumus eius promissionis quā nōdū videm., tāquā per deserta ducimur, cōsolāte nos in sanctis scripturis verbo Dei, sicut illos manna de cælo. Et eodem ipso duce in Hierusalē cælestem, tanquā in terrā promissionis introduci nos posse præsumimus, & in æternū ibi regnante ipso & custodiente seruari. Ita Dominus noster Iesus Christus ostenditur rex noster. Ipse est etiā sacerdos noster in æternū secūdum ordinem Melchisedec, qui seipsum obtulit holocaustū pro peccatis nostris, & eius sacrificij similitudinem celebrandā in suæ passionis memoriā cōmendauit, vt illud quod Melchisedec obtulit Deo, iam per totum orbem terrarum in Christi ecclesia videam. offerri. Ergo quoniam rex

Col.2.e.15.

Psal.109.a.4

Gen.14.d.18

A noster peccata nostra suscepit, vt nobis pugnandi & vincendi demonstraret exemplū, eorundēm peccatū susceptionē regiamq; personam Matthæus euāgelista significans generationem eius quę est secundū carnem ab Abraham suscipiēs, qui pater est populi fidelis, & successionē prolis deorsum versus enumerās peruenit ad Dauid, in quo regni stabilimentum manifestissimum apparet: atque inde per Salomonē, natū de illa in qua pater eius peccauerat, stirpem regiam prosecutus vsque ad generationem Dñi perducit. Lucas verò alius euangelista, quoniam & ipse generationem Domini, quæ secūdum carnem est, sed in sacerdotali persona explicandā suscepit, ad quam personam pertinet mūdatio & abolitio peccatorū, non à principio libri, sicut Matthæus, sed ab illo loco vbi baptizatus est Iesus, vbi peccatorum nostrorum mundationē præfigurauit, incipit parētū eiⁿ originē gradatim prosequi, neq; deorsum versus, sicut ille qui eū ad susceptionem B peccatorum tanquā descendentem ostēdebat, sed sursum versus tāquā is qui eum post abolitionē peccatorum tanquā ascendentem insinuabat, nec eos parētes quos ille nominans. Alia enim erat origo sacerdotalis, quæ per vnum ex filiis Dauid, sicuti assolet de tribu sacerdotali matrimoniū sortientem, effecerat, vt Maria de vtraq; tribu, id est, de regia & sacerdotali cognationem duceret. Nam & quando censiti sunt Ioseph & Maria, scriptū est eos fuisse de domo: id est de genere Dauid. Et Elisabeth quæ nihilominus cognata Marię scribitur, erat de tribu sacerdotali. Sicut autē Matthæus, tanquam descendentem ad suscipiēda peccata nostra regem Christum insinuans, per Salomonem à Dauid descendit, quia Salomon de illa in qua Dauid peccauerat, natus est: ita Lucas qui tanquā ascendētē post abolitionē peccatorū sacerdotē Christum insinuat, p C Nathan ascendit ad Dauid, quia Nathan propheta missus fuerat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionē pœnitendo impetrauit. Itaque posteaquā transiit Lucas personā Dauid, nō dissonat à Matthæo in nominibus † generatorum. Nam eos nominat ascēdens à Dauid vsque ad Abrahā, quos ille descendens ab Abraham vsque ad Dauid. A Dauid enim in duas familias, regiā & sacerdotalem origo illa distributa est quarum duarū familiarum, sicut dictū est, regiam descendens Matthęus, sacerdotalē ascendens Lucas secutus est: vt Dominus noster Iesus Christus rex & sacerdos noster & cognationem duceret de stirpe sacerdotali, & non esset tamen de tribu sacerdotali, hoc est, de tribu Leui, sed esset de tribu Iuda, hoc est, de tribu Dauid, ex qua tribu nemo intēdit altari. Ideo & filⁿ Dauid maximè dicitur secūdū carnē, quia & Lucas ascēdens, & Matthæus descendens, in Dauid sibi obuiā facti sunt. Oportebat enim vt euacuaturus sacrificia, quę secundū ordinem Aarō in Leuitico sacerdotio fiebāt, non esset de tribu Leui, ne ad ipsam tribū, & ad ipsum sacerdotiū quod temporaliter vmbra erat futuri, pertinere videretur mūdatio peccatorū, quam Dominus oblatione holocausti sui, quod in veteri sacerdotio figurabatur, impleuit: & holocausti eius imaginem ad memoriā passionis suæ in ecclesia celebrandā dedit, vt esset sacerdos in æternū, non secundum ordinem Aarō, sed secundū ordinem Melchisedec. Cuius rei sacramentū diligētiùs adhuc cōsiderari potest. Sed propter duos pisces in quibus duas personas, regiā & sacerdotalem figuratas esse diximus, hactenus hinc tractatum esse sufficiat. Quòd autem super fœnū turba illa discubuit, significat eos qui Testamentū vetus acceperant, quia regnum eisdem temporale & Hierusalem tēporalis promittebatur, in spe carnali collocatos fuisse. Omnis enim

Mat.1.a.1.*

Lucæ 3.e.23 *

Mat.3.c.13.

Lucæ 2.a.4.

Ibid.1.d.36. 1.Reg.16.

1.Reg.13.a.1

al. generationis. Nam eos.

Heb.6.d.20 Psal.109.a.4

Esa.40.b.6.

A enim caro fœnū, & claritas hominis vt flos fœni. Quod autē de reliquiis fragmentorū duodecim cophini bucellarū repleti sūt, significabat de ipsiⁿ legis à apertione & disputatione quā Iudæi reliquerāt & deseruerāt, repletos fuisse discipulos Domini, in quib. duodenarius numerus principatū tenet. Nōdū enim erat scriptura noui Testamenti, quando Dominus quasi frangendo & aperiēdo quod durū & clausum erat in lege discipulos impleuit, cùm eis post resurrectionē aperuit scripturas veteres, incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretans illis in omnibus scripturis quæ de ipso erāt. Nā & tunc eū duo illorum in panis fractione cognouerūt. Et ideo secunda pastio populi quæ de septē panibus facta est, ad noui Testamenti prædicationē rectè intelligitur pertinere. Non enim ab aliquo Euangelista dictū est, quòd isti panes hordeacei, vt sic de illis quinq; dixit Ioānes. Hæc ergo pastio de panib. septē ad gratiam pertinet ecclesiæ, quæ notissima illa B septenaria sancti Spiritus operatione cognoscitur. Et ideo nō hic duo pisces fuisse scribuntur, sicut in veteri lege, vbi duo soli vngebātur, rex & sacerdos: sed pauci pisces: id est, qui primi Dño Iesu Christo crediderunt, & in eius nomine vncti sunt, & missi ad prædicationē Euangelii, & ad sustinendū turbulentum mare huius seculi, vt pro ipso magno pisce, id est, pro Christo legatione fungerētur, sicut Paulus apostolus dicit. Neq; in ipsa turba quinq; millia hominū fuerunt, sicut illic vbi carnales legē accipientes, id est, quinque sensibus carnis dediti significantur: sed quatuor millia potius, quo numero significantur spiritales, propter quatuor animæ virtutes quibus in hac vita spiritaliter viuitur, prudentiā, tēperātiam, fortitudinem, & iustitiā. Quarū prima est cognitio rerū appetēdarū & fugiendarū. Secunda refrenatio cupiditatis ab iis quæ tēporaliter delectāt. Tertia firmitas animi aduersus ea quæ temporaliter molesta sūt. Quarta quæ per cæteras omnes diffunditur, dilectio Dei & proximi. Sanè & ibi quinq; milia hominū, & hic quatuor millia exceptis mulieribus & pueris fuisse memorantur: quod mihi videtur ad hoc pertinere, vt intelligamus, & in populo veteris Testamenti fuisse quosdā infirmos ad implendā iustitiā quæ secundū legē est in qua iustitia apostolus Paulus sine querela se cōuersatū esse dicit. Fuisse itē alios qui facilè seducerentur in cultū idolorū. Quę duo genera, id est, infirmitatis & erroris, mulierū & puerorū nominibus figurata sunt. Infirmus est enim mulierum sexus ad actiones, & facilis ad lusū pueritia. Quid autē lusui puerili tam simile est, quàm idola colere? quādo & Apostolus ad hoc retulit hoc genus superstitionis, cùm ait: Neque idolis seruiamus, quemadmodum quidē eorum, sicut scriptū est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Mulieribus ergo similes erant, qui in laboribus expectationis quousq; ad promissa Dei peruenirent, non viriliter perseuerātes tentauerunt Deū. Pueris autē, qui sederunt mānducare & bibere, & surrexerunt ludere. Nō solùm autem ibi, sed etiā in populo noui Testamēti qui non perdurant occurrere in virum perfectum, vel infirmitate virium, vel mentis leuitate, mulieribus & pueris cōparandi sunt. Nam illis dicitur, Si tamen initium substātiæ eius vsque in finem firmum retineamus: illis autem, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia infantes estote, vt sensibus perfecti sitis. Et ideo neque in veteri neque in nouo Testamēto tales admittuntur ad numerum, sed siue ibi quinque millia, siue hic quatuor millia, exceptis mulieribus & pueris fuisse dicuntur. Quamuis verò & illic & hic propter ipsum Christum qui assiduè in scripturis mons appellatur, vt congruē-

Lucæ 24.d.27.*

Phil.3.b.6

1.Cor.10.b.7.

Exod.32.b.6

Eph.4.c.13.

Heb.5.c.14.

1.Cor.14.d.20.

Mat.14.c.21 Ibid.15.d.38

August.to.4.

ter in mōte vterq; populus pascereturⁿ: hic tamē nō in fœno discūbitur: sed in terra. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines & Hierusalē terrenā, carnali spe & desiderio tegitur: hic autē remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui Testamenti, spei permanentis firmamentū, tanquā ipsius mōtis soliditas, nullo fœno interposito cōtinebat. Et quoniā rectissimè dicit Apostolus, Prius autē antequā veniret fides, sub lege custodiebamur. HOC significare videtur & DOMINVS cùm dicit de his quos quinq; panibus pasturus erat: Nō opus habēt ire, sed date illis vos manducare. Sub his autē verbis figuraliter tāquā custodia detinētur, cùm hoc admonuissēt discipuli vt dimitteret eos. Huiⁿ verò turbæ quę ad septē panes pertinet, vltrò se misereri dixit, quòd iā tertiⁿ dies esset ex quo ei iciuni hæsissent. In toto enim sęculo generis humani tertiū tēpus est quo fidei Christianæ gratia data est. Primū est ante legē, secundū sub lege, tertium sub gratia. Et quoniā quartū adhuc restat, quo ad plenissimā pacem Hierusalē cælestis vēturi sumus, quò tendit quisquis rectè credit in Christū, propterea se dicit turbā illā reficere Dominus ne deficiant in via. Ista est enim dispēsatio qua nobis Dominus tēporaliter & visibiliter in homine apparere dignatus est, & dedit nobis pignⁿ Spiritū sanctum, cuiⁿ operatione septenaria vegetaremur, Apostolica authoritate quasi paucorum piscium sapore cōiuncto. Hæc ergo dispēsatio quid aliud agit, nisi vt ad palmā supernæ vocationis sine defectu virtū peruenire possimus? Per fidē enim ambulamus, & nō per speciē, Et ipse apostolus Paulus nundū se dicit cōprehēdisse regnū Dei, sed ea quæ retrò sunt oblitus, in ea quæ antè sunt extentus secundū intentionē sequor, inquit, ad palmam supernæ vocationis. Verumtamen in quod peruenimus, in eo ambulemus, quia tertio die C Domino adhærentes & ab illo pasti, non deficiemus in via. Etiā hic sanè peruenire ad comedendi finē turba non potuit, sed relictę sunt escæ. Non enim frustra de futuro dictū est, Putāsne veniens filius hominis inueniet fidē super terram? Et credo ita futurū, propter mulieres & pueros, sed tamen septē sportas reliquiæ fragmentorum impleuerūt, ad quas ecclesia septiformis, quæ in Apocalypsi etiā describitur, pertinet, id est, omnis qui perseuerauerit vsque in finem. Ille enim qui dixit, Putāsne veniens filius hominis, inueniet fidē super terrā? significauit quidē in extremo cōuiuio relinqui posse & deseri escas suas. Sed quoniam ipse item dicit, Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit: significauit non de futuram ecclesiam, quæ septenario numerō eosdem septem panes abundantiùs recipiat, & latitudinē cordis, quæ ipsam perseuerātiam in sportis videtur significare, contineat.

Mat.14.d.16.

Ibid.15.d.32

2.Cor.5.d.23.& 5.a.5.

Phil.3.c.14.

2.Cor.5.b.7

Phil.3.c.13.

Luc. 18.b.8.

Apoc.1.a.4.

Mat.24.b.13

QVÆST. LXII. De eo quod scriptum est in Euangelio quia baptizabat Iesus plures quàm Ioannes: quamuis ipse non baptizaret, sed discipuli eius.

D QVÆRITVR vtrum qui baptizati sunt illo tempore, quo scriptum est Dominum per discipulos suos baptizasse plures quàm Ioānes, acceperint Spiritum sanctum. Alio enim loco Euangelii sic dicitur: Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus, Et facillimè quidē ita respōdēt, quod Dominus Iesus, qui etiam mortuos suscitabat, poterat neminem illorum mori sinere, donec post eius clarificationem, id est, resurrectionem à mortuis, & ascensionem in cęlum acciperent Spiritum sanctum. Sed occurrit animo latro ille cui dictum est, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso: qui nec ipsum baptismum acceperat. Quamquam Cornelius, & qui cum eo ex gentibus crediderant, Spiritum sanctū etiam priusquam baptizarentur acceperint, non tamē vdeo quomodo & ille latro sine Spiritu sancto dicere potuerit, Memento mei Domine dum veneris in

Ioan.4.a.2.

Ioan.7.f.39

1 Reg.26.

Lucæ 23.f.43.

Act.1.g.44.

regnum tuum. Nemo enim dicit Dominus Iesus, ait
1.Cor.12.a.3 Apostolus, nisi in Spiritu sancto. Cuius fidei fructum
ipse Domin⁹ mõstrauit dicẽs, Amen dico tibi, hodie
Luc.23.f. 43. mecũ eris in paradiso. Quomodo ergo ineffabili po-
testate dominãtis Dei atque iustitia deputatũ est etiã
al. habito. baptismũ credenti latroni, & pro accepto †habitũ in
animo libero, quod in corpore crucifixo accipi nõ po-
terat. Sic etiã Spiritus sanctus latenter dabatur ante
Domini clarificationẽ: post manifestationẽ autẽ diui-
nitatis eius manifestius dat⁹ est. Et hoc dictũ est, Spiri
Ioan.7.f.39. tus autem nondũ erat datus: id est, nondũ sic appare-
rat vt omnes eum datũ esse faterẽtur. Sicut etiã Domi-
nus nondum erat clarificatus inter homines, sed tamẽ
clarificatio eius æterna nũquã esse destitit: sicut & ad-
uẽt⁹ eius ea ipsa dicitur demõstratio in carne mortali.
Ioan.1.b.11. Nã illuc venit vbi erat, quia in sua propria venit, & in
hoc mundo erat, & mũdus per ipsum factus est. Sicut
ergo Dominiaduẽtus intelligitur demõstratio corpo-
B ralis, tamen ante hanc demõstrationẽ ipse in omnibus
Act.2.a.1. prophetis sanctis tanquã Dei verbũ & Dei sapiẽtia lo-
cutus est: sic & aduentus Spiritus sancti, demonstratio
Spiritus sancti est ipsis etiã oculis carneis, quãdo visus
est ignis diuisus super eos, & cœpẽrũt loqui linguis. Nã
si nõ erat in hominibus Spiritus sanctus ante Domini
Psal.50. visibilẽ clarificationẽ, quomodo dicere potuit Dauid,
Et Spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me? Aut quomodo
impleta est Elisabeth & Zacharias vir eius vt prophe-
Luc.1.d.41 & f.67.& cap.2.d.27 tarẽt, & Anna & Simeon, de quibus omnibus scriptũ
est quòd impleti sũt Spiritu sancto, vt illa quæ in Euã-
gelio legimus dixerint? Vt autẽ quædã latẽter, quædã
verò per creaturã visibilem visibiliter Deus operetur,
pertinet ad gubernationẽ prouidẽtię qua omnes diui-
nę actiones, locorũ tẽporũmque ordines, distinctione
pulcherrima peragũtur, cùm ipsa diuinitas nec tenea-
tur nec migret locis, nec tendatur varietũrue tẽporib⁹.
Quomdo autẽ ipse Dominus secũ habebat vtiq; Spi-
ritũ sãctũ in ipso homine quẽ gerebat, quãdo vt bapti-
Mat.3.c.13. zaretur venit ad Ioannẽ, & tamen posteaquã baptiza-
tus est, descendere in eũ Spiritus sanctus visus est in
colũbæ specie: sic intelligendũ est & ante manifestũ &
visibilem aduentum Spiritus sancti quoscunque ho-
mines sanctos eum latenter habere potuisse. Ita sanè
hoc diximus, vt intelligamus etiam ista ipsa visibili
demõstratione Spiritus sancti, qui aduentus eius di-
citur, ineffabili vel etiam incogitabili modo largius
in hominum corda plenitudinẽ eius infusam.

QVÆST. LXIII. De verbo. Ioan.1.a.1. In principio erat verbum. Quod Græce λόγος dici-
tur, Latinè & rationem & verbun significat. Sed hoc
loco melius verbũ interpretamur vt significetur non
solùm ad patrem respectus, sed ad illa etiam quæ per
verbum facta sunt, operatiua potentia. Ratio autem
& si nihil per illam fiat, rectè ratio dicitur.

QVÆST. LXIIII. De muliere Samaritana. EVANGELICA sacramenta in Domini nostri
Iesu Christi dictis factisque signata non omnibus pa-
tent, & ea nonnulli minus diligenter, minúsq; sobriè
interpretando, afferunt plerumque pro salute perni-
ciem, & pro cognitione veritatis, errorem: inter quæ
Ioan.4.a.5. illud est sacramentum quod scriptum est, Dominum
hora diei sexta venisse ad puteum Iacob, fessũmq; ab
itinere sedisse & à muliere Samaritana potum petis-
se, & cætera quæ in eodem scripturarum loco discu-
tienda & pertractanda dicuntur. De qua re id primò
tenendum est, quod in omnibus scripturis summa vi-
gilantia custodiri oportet, vt secundum fidem sit sa-
cramenti diuini expositio. Hora igitur dici sexta ve-
nit ad puteum Dominus noster. Video in puteo tene-
brosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere
mundi huius infimas partes, id est, terrenas, quò venit
A Domin⁹ Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis hu
mani, tanquã in senectute veteris hominis, quo iube-
mur exui, vt induamur nouo, qui secundum Deũ crea-
Eph. 4.f. tus est. Nã sexta ætas senectus est, quoniã prima infan-
tia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuẽ-
tus, quinta grauitas. Veteris itaq; hominis vita, quæ se-
cundũ carnẽ temporali conditione peragitur, sexta æ-
tate senectutis cõcluditur. Qua senectute, vt dixi, hu-
mani generis Dominus noster & creator nobis & re-
parator aduenit, vt moriente scilicet vetere homine,
nouũ in se cõstitueret, quẽ exutũ labe terrena in cæle-
stia regna transferret. Ergo nunc puteus, vt dictũ est,
mũdi huius terrenũ laborem, & errorẽ tenebrosa pro-
funditate & obscuritate significat, & quoniã exterior:
est homo vetus, & nouus interior: dictũ est enim ab
Apostolo: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed
2.Cor.4.d. 16. interior renouatur de die in diem: rectissimè omnino,
B quoniã omnia visibilia ad exteriorẽ hominem perti-
nent, quibus Christiana disciplina renunciatur: hora
sexta venit Dominus ad puteũ, id est, medio die, vnde
iã incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quoniã
& nobis vocatis à Christo visibilũ delectatio minuit,
vt inuisibiliũ amore homo † exterior recreatus, ad in-
al. interior. teriorẽ lucem quæ nunquã occidit, reuertatur, secun-
Ibid.d.18. dũ Apostolicã disciplinã, non quærens quæ videntur,
sed quæ nõ videntur: quæ enim videntur, temporalia
sunt; quæ autẽ non videntur, æterna sunt. Quòd autẽ
fatigatus venit ad puteũ, infirmitatẽ carnis significat:
quòd sedit, humilitatem: quia & imbecillitatẽ carnis
pro nobis suscepit, & homo hominibus tam humiliter
Esa.53.a.3. apparere dignatus est. De hac infirmitate carnis Pro-
pheta dicit: Homo in plaga positus, & sciens ferre im-
becillitatem. De humilitate verò Apostolus loquitur
Phil.2.a.8. dicẽs: Humiliauit se, factus subditus vsque ad mortẽ.
C Quanquã illud quòd sedit, quoniam solẽt sedere do-
ctores, possit alio intellectu nõ humilitatis modestiã,
sed magistri demonstrare personã. Sed quæri potest,
quare à muliere Samaritana, quæ hydriæ aqua implẽ-
dæ gratia venerat, bibere postulauerit, cùm ipse postea
spiritalis fontis affluentiã se petentibus dare posse præ-
dicauerit? Sed scilicet sitiebat Dominus mulieris illius
fidẽ, quæ quoniã Samaritana erat, & solet Samaria i-
dololatriæ imaginẽ sustinere. Ipsi enĩ separari à popu-
lo Iudæorũ, simulachris mutorum animãlium, id est,
vaccis aureis animarum suarum decus addixerant.
Venerat autem Dominus noster Iesus, vt gentiũ mul-
titudinem, quæ simulachris seruiebat, ad munimen-
tum fidei Christianæ & incorruptæ religionis addu-
ceret. Non est enim, inquit, opus sanis medicus, sed Mat.9.b.12.
malè habentibus. Forum ergo fidem sitit pro quibus
sanguinem fudit. Dixit ergo ad eam Iesus: Mulier, da Ioa.4.a.8.*
D mihi bibere. Et vt noueris quid sitiebat Dominus no-
ster, post paululum veniunt discipuli eius, qui perre-
xerant in ciuitatem vt cibos emerent, & dicunt ei:
Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis, Ego habeo escã
manducare, quam vos nescitis. Dicunt ergo discipuli
eius ad alterutrum: Nunquid aliquis attulit ei man-
ducare? Dixit eis Iesus: Cibus meus est, vt faciam eius
voluntatem qui me misit, & vt perficiam opus eius.
Numquid hic intelligitur alia volũtas patris qui eum
misit, & opus eius quod se perficere velle respondit,
nisi vt nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore
conuerteret? Qualis est ergo cibus eius, talis & potus.
Quapropter hoc in illa muliere sitiebat, vt faceret in
ea voluntatem patris, & perficeret opus eius. Sed car-
naliter intelligens respondit: Tu cùm sis Iudæus, quo-
modo à me bibere petis, cùm sim mulier Samarita-
na? Non enim conuuntur Iudæi Samaritanis. Cui
Dominus

Dominus noster dixit, Si scires donũ Dei, & quis est
qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses ab eo, & A
dedisset tibi aquã viuã: vt hinc ei ostẽderet, non se talẽ
aquã petisse qualẽ ipsa intellexerat, sed quia ipse sitiebat
fidẽ eius, eidem sitienti Spiritum sanctũ dare cu-
piebat. Hanc enim rectè intelligimus aquam viuam, q;
est donum Dei, sicut ipse ait, Si scires donũ Dei. Et si-
cut idẽ Ioannes euangelista testatur alio loco dicens,
Ioan.7.f.37. quòd stabat Iesus & clamabat, Si quis sitit, veniat &
bibat: qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina
de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Cõsequenter omnino
qui credit, inquit, in me, flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ: quia primò credimus vt hæc dona merea-
mur. Hæc ergo flumina aquæ viuæ quę illi mulieri vo-
lebat dare, merces est fidei quã prius in illa sitiebat. Cu
ius aquæ viuæ interpretationẽ ita subiicit: Hoc autem,
inquit, dicebat de spiritu quẽ accepturi erãt hi qui in
eũ credituri erãt. Nondũ autẽ erat spiritus datus, quia
Ibid.f.39. B Iesus nondum erat glorificatus. Hoc itaque donũ spi-
ritus sancti est, quod post suam clarificationẽ dedit ec-
Ps.67.c.19. clesiæ, sicut alia scriptura dicit, Ascendens in altum,
captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Sed
Eph.4.b.8.
adhuc illa mulier carnaliter sapit. Sic enim respondit,
Domine, neq; hauritorium habes, & puteus altus est,
vnde mihi habes dare aquã viuam? Numquid tu ma-
ior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteũ,
& ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Nunc ve-
rò iã Dominus exponit quid dixerit, Omnis, inquit,
qui biberit de aqua ista, sitiet iterum: quia autẽ biberit
de aqua quam ego dedero, nõ sitiet in sempiternum:
sed aqua illa quã dedero, fiet in eo fons aquæ salientis
in vitam æternam. Sed adhuc mulier prudentiã carnis
amplectitur. Quid enim respondit? Domine, da mihi
hanc aquã, vt neque sitiã, neq; veniã huc haurire. Di-
cit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Cùm
sciret eam virum nõ habere, cur hoc dixerit, quæritur: C
Namq; cùm mulier dixisset, Non habeo virum: dicit
ei Iesus, Bene dixisti, non habere te virum: quinque
enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus
vir: hoc verum dixisti. Sed non sunt hæc carnaliter ac-
cipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanę simi-
les esse videamur. Sed de illo dono Dei si aliquid iam
gustauimus, spiritaliter ista tractemus. Quinq; viros,
quinque libros qui per Moysen ministrati sunt, non-
nulli accipiũt. Quod autẽ dictũ est, Et nunc quem ha-
Ioan.4.c.18 *. bes non est tuus vir: de seipso Dominũ dixisse intelli-
gunt, vt iste sit sensus: Primò, quinq; libris Moysi, qua-
si quinque viris seruisti: nũc autem quem habes, id est,
quem audis, qui loquor tecum, non est tuus vir, quia
nondũ in eum credidisti. Sed quoniam nondũ credẽs
Christo, adhuc vtiq; illorum quinque virorum, id est,
quinque librorum copulatione tenebatur, potest mo-
uere quomodo dici potuerit, quinque viros habuisti,
quasi nunc eos iam non haberet, cùm adhuc vtique
ipsis subdita viueret? Deinde cùm quinq; libri Moysi
Ioan.5.g.46 nihil aliud, quàm Christum prædicent, sicut ipse ait,
Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, ille e-
nim de me scripsit: quomodo potest intelligi à quin-
que illis libris recedere hominem vt ad Christum
transeat, cùm ille qui credit in Christum, non relin-
quendos quinque illos libros, sed spiritaliter intelli-
gendos multo auidiùs amplectatur? Est ergo alius in-
tellectus, vt quinque viri intelligantur quinque cor-
poris sensus: Vnus qui ad oculos pertinet, quo lucem
istam visibilem, & quoslibet colores formásque cor-
porum cerninus. Alter aurium, quo vocum & om-
nium sonorum momenta sentimus. Tertius est na-
rium, quo varia odorum suauitate delectamur. Quar-
tus in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, & omniũ
saporũ habet examẽ. Quintus per totũ corpus tangẽ-
do diiudicat calida & frigida, mollia & dura, leuia &
aspera, & quicquid aliud est quod tangendo sentimus.
Istis itaq; carnalibus quinque sensibus, prima hominis
ętas imbuitur necessitate naturæ mortalis, qua ita post
peccatũ primi hominis nati sumus, vt nondũ reddita
luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalem vi-
tã sine vlla veritatis intelligẽtia transeamus. Tales ne-
cesse est esse infantes & paruulos pueros, qui nondum
possunt accipere rationẽ. Et quia naturales sunt isti sẽ-
sus qui primã ætatẽ regunt, & Deo artifice nobis tri-
buti sunt, rectè dicuntur viri: id est, mariti, tanquã le-
gitimi: quoniã non eos error vitio proprio, sed Dei ar-
tificio natura cõtribuit. Cùm autem quisq; peruene-
rit ad eã ætatem, vt iam possit capax esse rationis, si ve-
ritatẽ statim cõprehendere potuerit, non iã illis sensi-
B bus rectoribus vtetur, sed habebit virũ, spiritum ratio-
nalẽ, cui sensus illos in famulatũ redigat, seruituti su-
biiciens corpus suum: cùm anima nõ iã quinque viris,
id est, quinque corporis sensibus subdita est, sed verbũ
diuinum habet legitimũ virum, cui copulata est & in-
hærens: cùm & ipse spiritus hominis hæserit Christo,
quia caput viri Christus est, amplexu spiritali æterna 1.Cor.11.a.3
vita sine vllo separationis timore perfruitur. Quis nos
enim separare poterit à charitate Christi? Sed quoniã Rom.8.g.35.
illa mulier errore tenebatur, qui significabat multitu-
dinẽ seculi vanis superstitionibus subiugati, post tem-
pora illa quinque carnaliũ sensuũ, quibus pri ma ætas,
vt diximus, regitur, non eã verbum Dei acceperat in
coniugẽ, sed cõplexu adulterino diabolus obtinebat.
Itaq; illi Dominus dicit, videns eã carnalẽ, id est, car-
naliter sapere, Vade voca virũ tuum, & veni huc: id est,
remoue te ab affectione carnali in qua nunc constitu-
ta es, vnde nõ potes intelligere quæ loquor: Et voca
C virũ tuum, id est, spiritu intelligentiæ prẽsens esto. Est
enim animæ quasi maritus quodammodo spiritus ho-
minis, qui animalem affectionẽ tanquã coniugẽ regit.
Nõ ille Spiritus sanctus qui cũ patre & filio incõmuta
bilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur:
sed spiritus hominis, de quo Apostol⁹ dicit, Nemo scit 1.Cor.2.c.11
quæ sunt in hõe nisi spiritus hominis. Nã ille Spiritus
sanctus, spiritus Dei est. De quo iterũ dicit sic, Et quæ
Dei sunt nemo scit, nisi spiritus Dei. Hic ergo spiritus
hominis cùm prẽsens est, id est, intentus est, & se pieta
te subiicit Deo, intelligit homo quæ spiritaliter dicũ-
tur. Cùm autẽ diaboli error, tanquam absente intelle-
ctu, in anima dominatur, adulter est. Voca ergo, in-
quit, virum tuum, id est, spiritum qui in te est, quo
potest homo intelligere spirtialia si eum lux veritatis
illustret. Ipse assit cùm loquor tibi, vt spiritalem possis
accipere aquam. Et cùm illa diceret, Non habeo vi-
D rum: Bene, inquit, dixisti. Quinque enim viros ha-
buisti: id est, quinque sensus carnis, qui te in prima æ-
tate rexerunt, & nunc quem habes non est tuus vir,
quia non est in te spiritus qui intelligit Deum, cum
quo legitimum possis habere connubium, sed error
diaboli potius dominatur, qui te adulterina contami-
natione corrumpit. Et fortasse vt intelligentibus indi-
caret, quinque memoratos corporis sensus quinque
virorum nomine significari, post quinque responsio-
nes carnales ista mulier sexta responsione nominat
Christum. Nam prima eius responsio est, Tu cùm sis Ioan.4.b.9.
Iudæus, quomodo à me bibere petis? Secunda, Do- *.
mine neque quo haurias habes, & puteus altus est.
Tertia, Domine da mihi de hac aqua, vt neque sitiã,
neque veniam huc haurire. Quarta, Non habeo vi-
rum. Quinta, Video quia propheta es, patres nostri

in monte hoc adorauerunt. Nam & ista responsio carnalis est. Carnalibus enim datus fuerat locus terrenus vbi adorarent, spiritales autē in spiritu & veritate oraturos Domin⁹ dixit. Quod posteaquā locut⁹ est, sexta mulieris responsio Christum fatetur omnium istorum esse doctorem. Dicit enim, Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus: cùm venerit, ipse nobis annūciabit omnia. Sed adhuc errat, quia eum quem venturū sperat, venisse nō videt. Veruntamen misericordia Domini nunc error iste tamquam adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, Ego sum, qui tecum loquor. Quo audito illa non respondit, sed statim relicta hydria sua abiit in ciuitatem festinans, vt euangelium & Domini aduentum, non tantùm crederet, sed etiam prēdicaret. Nec hoc quòd relicta hydria discessit, negligēter prætereundum est: hydria enim fortasse amorē seculi huius significat, id est, cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginē puteus gerit, hoc est, de terrena conuersatione hauriunt voluptatē: qua percepta iterū in eius appetitum inardescāt, sicut de aqua illa qui biberit, inquit, sitiet iterū. Oportebat autem vt Christo credens, seculo renunciaret, & relicta hydria cupiditatem secularē se reliquisse monstraret, non solùm corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confessura & prædicatura quod credidit.

Rom.10. b. 10.

QVAESTIO LXV. De resurrectione Lazari.

QVAMQVAM secundum Euangelicam historiā resuscitatū Lazarum plena fide teneamus, tamen & in allegoria significare aliquid nō dubito. Neq; cùm res factæ allegorizantur, gestæ rei fidem amittunt. Sicut duorū filiorū Abrahæ allegoriā Paulus exponit, duo esse testamenta. Nūquid ideo, aut Abrahā nō fuit, aut illos filios non habuit? Ergo & in allegoria accipiamus Lazarū in monumento, animā terrenis peccatis obrutā: id est, omne humanū genus: quam alio loco Dominus per ouem perditā significat, propter quā liberandā relictis nonagintanouem in montibus, descendisse se dicit. Quod autem interrogat dicens, Vbi eum posuistis? vocationē nostram quæ fit in occulto, arbitror significari. Prædestinatio enim vocationis nostræ occulta est: cuius secreti signum est interrogatio domini quasi nescientis, cùm ipsi nesciamus: sicut dicit Apostolus, Vt cognoscam sicut & cognitus sum: Vel quòd ignorare se peccatores alio loco Dominus ostēdit dicēs, Nō noui vos. Quod significabat Lazarus sepult⁹, quia & in disciplina & in præceptis eius non sunt peccata. Huic interrogationi simile est illud in Genesi, Adā vbi es? quoniā peccauerat & se absconderat à facie Dei. Quam occultationē hic sepultura significat: vt peccantis habeat similitudinem, moriens: sepultus, abscōditi à facie Dei. Auferte autē lapidē quod ait, illos puto significari, qui venientibus ad ecclesiā ex gentibus, onus circumcisionis imponere volebant, contra quos multipliciter scribit Apostolus. Vel eos qui in ecclesia corruptè viuūt, & offensioni sunt credere volentibus. Dicit illi Martha, Domine iam quarta dies est, & putet. Vltimū quatuor elementorū terra est. Significat ergo putorem terrenorum peccatorum, id est, cupiditatum carnaliū. Terra es, inquit Adæ Dominus, cùm peccasset, & in terram ibis. Et sublato lapide exiit de monumento inuolutus manibus & pedibus, & facies eius tecta erat sudario. Quod autem exiit de monumento, animam significat recedentē à carnalibus vitiis. Quod verò institis obuolutus, hoc est, quòd etiam à carnalibus recedentes & mente seruientes legi Dei, adhuc tamen in corpore constituti alieni à molestiis carnis esse non possumus, dicente Apostolo, Mente seruio legi Dei, carne autem lege peccati.

Gal.4. c.22.
Lucæ 15.a.4
Ioan.11.c. 34.*
1.Cor. 13 d. 12.
Mat.7.d.23.
Gen.3.b.10.
Gen 3. d.19.
Rom.7.d.12 & 25.

A Quod autē facies eius sudario tecta erat, hoc est, quòd in hac vita plenam cognitionē habere non possumus, sicut Apostolus dicit, Nunc videmus perspeculū in ænigmate, postea autem facie ad faciem. Et dixit Iesus, Soluite eū & sinite ire: hoc est quod post hanc vitā auferētur omnia velamēta, vt facie ad faciem videamus. Quantū autē interfit inter hominē quem Dei sapiētia gestabat, per quē liberati sumus, & cæteros homines, hinc intelligitur, quòd Lazarus nisi exiens de monumento nō soluitur: id est, etiā renata anima nisi resolutione corporis libera ab omni peccato & ignorātia esse non potest, quamdiu per speculū & in ænigmate videt Dominum. Illius autem linteamina & sudarium, qui peccatum non fecit, & nihil ignorauit, in monumento inuenta sunt. Ipse enim solus in carne non tantùm in monumento non est oppressus, vt aliquod peccatum in eo inueniretur, sed nec linteis implicatus, vt eum aliquid lateret, aut ab itinere retardaret.

1.Cor. 13.d. 12.
Ioan.20.b.7
Esa. 53.c.9.

B APOSTOLVS in hac similitudine in qua de viro & muliere loquitur, quoniā mulier tenetur lege viri, tria quædā considerāda cōmendat, mulierem, virū, & legē. Mulierem scilicet subiugatā viro per vinculū legis, quo vinculo morte viri liberat, vt cui vult nubat. Sic enim dicit, Mulier enim sub viro viuo marito iūcta est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, euacuata est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autē mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege, vt nō sit adultera si fuerit cū alio viro. Hucusq; similitudo est. Deinde incipit rē loqui, cui explanādæ ac probandæ similitudinē induxit. In qua etiam re tria similiter attendenda sunt, homo, peccatū, lex. Tādiu enim dicit sub lege esse hominē, quādiu viuit peccato, quemadmodū tādiu mulier sub lege viri est, quādiu viuit vir. Hoc autē peccatum hic intelligendū est

QVAEST. LXVI. De eo quod scriptū est, An ignoratis fratres, scientibus enim legē loquor, &c. vsque ad cū loco cū in quo scriptū est, Ita vt seruiamus, innouitate spiritus, &c.
Rom.7.a.1.*.

C quod accessit per legem. Quod peccatum dicit supra modū esse, quoniā cùm iā appareat esse peccatum, fit tamen & adiuncta præuaricatione cumulatius. Vbi enim nō est lex, nec prēuaricatio. Et hoc est q̄ dicit, vt fiat supra modū peccator, aut peccās peccatum per mandatū. Quapropter legē quamuis à peccādo prohibeat, non tamen sic dicit datam vt liberaret à peccato, sed vt demonstraret peccatum, cui seruiens anima debet se ad gratiam liberatoris conuertere, vt à peccato liberetur. Per legem enim cognitio peccati. Et alio loco dicit, Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Vbi ergo non est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Quod quidem ad hoc vtile est, vt sentiat anima seipsam non sibi sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo de tumescente atque extincta omni superbia,

Rom.4.c.15
Rom.7.b.13
Rom.5.c.21.
Rom.7.b.13

D subdatur liberatori suo, sinceritérque homo dicat, Adhæsit anima mea post te: quod est iam non esse sub lege peccati, sed in lege iustitiæ. Lex autem peccati dicitur, non quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur. Ideo etiam lex mortis, quia stipendium peccati mors, aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex. Peccando enim ad mortem labimur. Vehementius enim peccamus lege prohibenti, quàm si nulla lege prohiberemur. Accedente autem gratia, idipsum quod lex onerosè iusserat, iam sine onere ac libentissimè implemus. Lex ergo peccati & mortis: id est, quæ imposita est peccantibus atque morientibus iubet tantùm ne concupiscamus, & tamen concupiscimus. Lex autem spiritus vitæ quæ pertinet ad gratiam, & liberat à lege peccati & mortis, facit vt non concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam serui legis per timorem, sed amici per charita-

Ps.62.a.9.
Rom.6.d.23
1.Cor.15.g. 56.
Rom.8.a.2.

charitatē, & serui iustitiæ vnde illa lex promulgata est. Iustitiæ autē non seruiliter, sed liberaliter seruiēdum est, id est, charitate potius, quàm timore. Ideóq; verissimè dictū est, Legem ergo euacuamus per fidē? absit: sed legē statuimus. Hoc enim efficit fides q̄ lex iubet. Statuitur ergo lex per fidem. Quæ fides si nō sit, iubet tantùm lex, & non implentes iussa, reos tenet, vt eos gementes & non valentes implere quæ iussa sunt ad gratiā liberatoris aliquando cōuertat. Cùm ergo tria quædā in illa similitudine videamus, mulierē, virū, & legē: & rursum in hac re propter quam similitudo adhibita est, tria, animā, peccatum & legem peccati, hoc solum hic diuersum est, quòd in illa similitudine vir moritur vt nubat mulier cui volet, & à lege viri soluatur: hic autem ipsa anima moritur peccato vt nubat Christo, cùm autem moritur peccato, moritur etiam legi peccati. Itaque ait, Fratres mei, & vos mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis

Rom.5 d.31.
Rom.7.a.4.*.

B resurrexit, vt fructificemus Deo. Cùm enim essemus in carne, inquit, id est, carnalibus desideriis obstricti teneremur, passiones peccatorum quæ per legē sunt, operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti. Aucta concupiscentia quam lex prohibet, vbi non erat fides, & ad cumulum peccatorū præuaricationis crimen est adiectū: quia vbi non est lex, nec prēuaricatio. Has dicit passiones quæ per legē sunt operatæ in mēbris nostris, vt fructū ferrent morti. Sub istis passionibus tanquā sub viro dominātē, agebat anima antequam veniret gratia per fidē. His ergo passionib⁹ moritur qui iam seruit mente legi Dei, quamuis ipsæ passiones nondū mortuę sint quamdiu carne seruit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia, quòd eū nō vincat nec captiuū ducat, donec mortificetur totū q̄ consuetudine praua roboratum est, & vnde corpus etiam nunc mortuū esse dicitur, quam-

Rom.4.c.15

C diu non perfectè seruit spiritui. Continget autem vt perfectè seruiat, cùm fuerit & ipsum mortale corpus viuificatum. Ex quo comprehendimus quatuor esse differentias etiam in vno homine, quibus gradatim peractis in vita æterna manebitur. Et quia enim oportebat atq; id iustū erat, vt posteaquam natura nostra peccauit amissa beatitudine spiritali, quæ paradisi nomine significatur, animales carnalēsque nasceremur, prima est actio ante legem, secūda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace. Ante legem actio est, cùm peccatū ignoramus, & sequimur carnales concupiscentias. Sub lege est actio, cùm iam prohibemur à peccato, & tamen cōsuetudine eius victi peccamus, quoniā nos nondū adiuuat fides. Tertia actio est, quando iam plenissimè credimus liberatori nostro, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordiam diligendo, iam non vincimur delectatione consuetudinis malæ, cùm ad peccatum nos ducere nititur: sed tamen adhuc eā interpellantē patimur, quāuis ei non tradamur. Quarta est actio, cùm omnino nihil est in homine quod resistat spiritui, sed omnia sibimet concorditer iuncta & connexa, vnum aliquid firma pace custodiūt. Quod fiet mortali corpore viuificato, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem. Ad primā actionē demonstrandam ista testimonia interim occurrunt. Per vnum hominem peccatum in hunc mūdum intrauit, & per peccatum mors, & sic per omnes homines pertransiit, in quo omnes homines peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum in hoc mundo fuit. Peccatum autem non deputabatur cùm lex non esset. Et itetum, Sine lege enim peccatum mortuum est: ego autem viuebam aliquando sine lege. Quod autem hic

1.Cor. 15.g. 55.
Rom.5.c.12.
Rom.7.b.8.

A dicit, mortuum est: hoc est quod superiùs dicit, nō deputabatur, id est, latebat. Quod manifestat in consequentibus dicens, Sed peccatum, vt appareat peccatū: per bonū operatum est mihi mortem: id est, per legē: quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Si ergo hic ait, vt appareat peccatū: manifestū est quòd superiùs ideo dicebat, mortuū & non deputari, quia non apparebat antequā lege prohibente ostenderetur. Ad secūdam actionē ista testimonia conueniunt: Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Accessit enim & præuaricatio quę nō erat. Et illud quod iā commemoratum est: Cùm essemus enim in carne, passiones peccatorū quæ per legē sunt, operabantur in mēbris nostris, vt fructū ferrent morti. Et illud: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebam nisi lex diceret, Non cōcupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum, operatum est in me

1.Tim.1.b.8
Rom.5.d. 20.
Rom.7. a.5.*.
Exod. 20.c. 17.

B omnem concupiscentiam. Et paulo pòst: Aduenientę, inquit, mādato peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum, fefellit me, & per illud occidit. Quod ergo ait, Mortuus sum: vult intelligi, mortuum me esse cognoui: quia iam etiam præuaricatione peccat qui videt per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Quod autem ait, Fefellit me peccatum, occasione accepta per mandatum: siue quia suasio delectationis ad peccandum vehementior est cùm adest prohibitio: siue quia etiam si quid homo fēcerit secundum iussa legis, si adhuc non sit fides, quæ in gratia est, vult sibi hoc tribuere non Deo, & superbiēdo plus peccat. Sequitur ergo & dicit: Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum

C est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccator, aut peccatum delinquens per mandatum. Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum: id est, carni consentio, nondum spiritali gratia liberatus, venundatus sub peccato: id est, peccatis pretio temporalium voluptatum. Quod enim operor, ignoro: id est, non agnosco esse in præceptis veritatis, vbi est vera scientia. Secundum hanc locutionem dicit Dominus peccatoribus, Non noui vos. Nō enim eum aliquid latet, sed quia peccata non inueniuntur in regulis præceptorum quas habet veritas, ideo ipsa veritas peccatoribus dicit, Non noui vos. Sicut enim tenebræ oculis non videndo, ita peccata mente ignorando sentiūtur. Ex ista locutione dictum arbitror in Psalmis, Delicta quis intelligit? Non enim

1 Petr.2.c.
Mat.7.d.23.
Ps.18.d.13.

D quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc ago, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam malum mihi adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliā legem in membris meis repugnantē legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Hucusq; sunt verba hominis sub lege cōstituti, nondum sub gratia: qui etiamsi nolit peccare, vincitur à peccato. Inualuit enim consuetudo car-

Rom.7.d.15.
Rom.7.d.19 *.

cl. naturale. nalis & † naturale vinculum mortalitatis, quo de Adã propagati sumus. Imploret ergo auxilium qui sic positus est, & nouerit suum fuisse quòd cecidit, non suum esse, quòd surgit. Iam enim liberatus agnoscens gratiã
Rom.7.d.24 liberatoris sui dicit, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominũ nostrũ. Et incipiunt iã verba dici hominis sub gratia constituti, in actione quã tertiam demonstrauimus, quæ habet quidẽ reluctantẽ mortalitatem carnis, sed non vincentem atq; captiuantẽ ad cõsensionẽ peccãdi. Sic enim dicit: Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Nul-
Ibid.8.a.2.* la ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ: id est, per desideria carnalia, ideo enim nõ implebatur lex, q̃ ipsius iustitiæ nõdũ erat charitas, quæ dilectione teneret interiora mentis, ne ad peccatum delectatione rerũ tẽporaliũ traheretur. Ergo infirmabatur lex per carnẽ: id est, non efficiebat iustos deditos carni. Sed Deus filium suũ misit in similitudinem carnis peccati. Non enim caro peccati erat, quæ non de carnali delectatione nata erat, sed tamen inerat ei similitudo carnis peccati, quia mortalis caro erat. Mortem autẽ nõ meruit Adã nisi peccando. Sed quid fecit Dominus? De peccato damnauit peccatũ in carne: id est, suscipiẽdo carnẽ hominis peccatoris, & docendo quemadmodũ viueremus, peccatum in ipsa carne dãnauit, vt eternorũ charitate spiritus flagrans non duceretur captiuus in consensionẽ libidinis: vt iustitia, inquit, legis impleretur in nobis qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secundũ spiritũ. Itaq; præcepta legis per charitatẽ impleta sunt, quæ per timorẽ non poterant. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiũt: id est, carnalia bona pro summis bonis cõcupiscunt: qui autẽ secundum spiritũ, quæ sunt spiritus sentiunt. Prudentia enim carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax, quia prudentia carnis inimica est in Deũ. Ipse ostendit cur dixerit, inimica: ne quis putaret ex aduerso aliud venire principium. Subiungit enim & dicit: Legi enim Dei nõ est subiecta, nec enim potest. Ergo facere contra legem, hoc est, inimicum esse in Deum: non quia Deo aliquid nocere potest, sed sibi
Act.9.a.5. nocet quisquis resistit voluntati Dei: hoc est enim aduersus stimulũ calces mittere, vt Paulo apostolo, cùm adhuc Ecclesiam persequeretur, diuinitùs dictum est. Sic est autem dictum, Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: tanquã si diceretur, Nix non calefacit, nec enim potest. Quamdiu enim nix est, non calefacit: sed reso lui potest & feruere vt calefaciat: sed cũ hoc facit, iam nix non est. Sic & prudentia carnis dicitur, cùm anima pro magnis bonis tẽporalia bona concupiscit. Quamdiu enim appetitus talis inest animæ, legi Dei subiecta esse non potest: id est, non potest implere quæ lex iubet. Sed cùm spiritalia bona desiderare cœperit, & temporalia cõtemnere, desinet esse carnis prudentia, & spiritui non resistet. Eadem namque anima cùm inferiora appetit, prudentiam carnis habere dicitur: cùm superiora, prudentiam spiritus: non quia prudentia carnis substantia est qua induitur anima vel exuitur, sed ipsius animæ affectio est, quæ omnino esse desinet, cùm se totã ad superna conuerterit. Qui autẽ in carne sunt, inquit, Deo placere nõ possũt: id est, q̃ voluptatibus carnis acquiescũt. Ne quis enim de his dictum putaret qui de hac vita nondum excesserunt, opportunissimè subiunxit, Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu. Vtique adhuc in hac vita con-

A stitutis loquitur. In spiritu enim erant, quia in fide & spe & charitate spiritaliũ rerũ acquiescebãt. Si tamẽ, Rom.8.b.9.
inquit, spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autẽ spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Si autẽ Christus in vobis, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatum, spiritus autẽ vita est propter iustitiã. Mortuũ corpus 1.Reth.16.
dicit, quamdiu tale est, vt indigentia rerũ corporaliũ molestet animam, & quibusdã motibus ex ipsa indigentia veniẽtibus, ad appetẽda terrena solicitet. Quibus tamen quãuis existentibus mens ad illicita faciẽda non consentit, quæ iã seruit legi Dei, & sub gratia cõstituta est. Ad hoc enim valẽt quod suprà dictũ est, Rom.7.d.25
Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et ille homo nunc describitur esse sub gratia, qui nondum habet perfectam pacem, q̃ corporis resurrectione & immutatione est futura. Restat ergo vt de ipsa pace dicat resurrectionis corporis, quæ quarta est actio, si tamen eam actionẽ dici oportet q̃ summa requies est.
B Sequitur enim & dicit: Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantẽ spiritum eius in vobis. Hic & de resurrectione corporis euidentissimum testimonium est, & satis apparet, quamdiu in hac vita sumus, non deesse molestias per mortalem carnẽ, neque titillationes quasdam delectationum carnalium. Quamuis enim non cedat, qui sub gratia constitutus, mente seruit legi Dei, tamen carne seruit legi peccati. His gradibus homine perfecto, nulla substantia inuenitur malum. Neq; lex mala est quæ ostendit homini in quibus peccatorum vinculis iaceat, vt per fidẽ implorato liberatoris auxilio, & solui, & erigi, & firmissimè cõstitui mereatur. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pugna est cum voluptatibus huius
C seculi. In secũda quæ sub lege est, pugnamus, sed vincimur. In tertia pugnamus & vincimus. In quarta non pugnamus, sed perfecta & æterna pace requiescimus. Subditur enim nobis q̃ inferius nostrũ est, q̃ ꝓpterea non subdebat, q̃ a superiorẽ nobis deseruerat Deũ.

QVÆST. LXVII. De eo quod scriptum est Existimo enim quòd non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis, &c.

Hoc capitulum obscurũ est, quia non satis hîc apparet, quã nunc vocet creaturam. Dicitur autẽ secundum catholicã disciplinã creatura, quicquid fecit & condidit Deus pater, per vnigenitum filium, in vnitate Spiritus sancti. Ergo non solùm corpora, sed etiam animæ nostræ & spiritus creaturæ nomine continentur. Sic autem dictũ est: Ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus, in libertatem gloriæ filiorũ Dei: quasi nos non simus creatura, sed filij Dei, in quorum gloriẽ libertatem liberabitur à seruitute creatura. Item dicit: Scimus enim quia omnis creatura congemiscit & dolet vsque adhuc, non solùm autem illa: sed nosipsi, tan-
D quam aliud simus nos, aliud omnis creatura. Totum ergo capitulum particulatim considerandum est. Existimo enim, inquit, quòd indignæ sint passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: hoc manifestum est. Dixerat enim superius: Si au- Rom.8.c.13.
tẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quod fieri non potest sine molestia, cui patientia necessaria est. Quò pertinet & quod paulò antè ait: Si tamẽ com Ibid.c.17.
patimur, vt & conglorificemur. Quod itaque ait: Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat: hoc eum puto dicere. Nam & hoc ipsum quod in nobis dolet, cùm facta carnis mortificamus, id est, cùm esurimus aut sitimus per abstinentiam, dum frenamus delectationem concubitus per castitatem, dum iniuriarum lacerationes, & contumeliarũ aculeos per patientiam sustinemus, dũ neglectis atq; reiectis voluptatibus nostris profructu matris

Ecclesiæ

Ecclesiæ laboramus: quicquid in nobis in hac atque huiusmodi attritione dolet, creatura est. Doler enim A
corpus & anima, quæ vtique creatura est, & expectat reuelationem filiorum Dei: id est, expectat quãdo appareat quod vocatum est, in ea gloria ad quam vocatũ
3.Sen.di.11. est. Quia enim filius Dei vnigenitus nõ potest appellari creatura, quandoquidem per ipsum facta sunt o-
cap.1. Ioan.1.a.3. mnia quæcunque Deus fecit, distinctè etiam nos vocamur creatura ante illam euidentiã gloriæ, & distinctè vocamur filij Dei, quamuis hoc adoptione mereamur: nam ille vnigenitus natura filius est: ergo expectatio creaturæ, id est, expectatio nostra reuelationem filiorũ Dei expectat: id est, expectat quando appareat q̃ promissum est, quando re ipsa manifestum fit quod
1.Ioã.3.a.2. nunc spe sumus. Filij enim Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimꝰ autem quoniã cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est: Ipsa est reuelatio filiorũ Dei, quã nunc expectat expe-
B ctatio creaturæ: non quòd creatura reuelationẽ expectet alterius naturæ, quæ non sit creatura, sed ipsa qualis nunc est, expectat quando sit qualis futura est: tanquã si diceretur, Operante pictore subiectis sibi coloribus, & ad opus eius paratis, expectatio colorũ manifestationẽ imaginis expectat. Non quia tunc sunt alij, & alij erunt, aut non colores erunt, sed tantũ quòd a-
Eccl.1.a.2. liam dignitatẽ habebunt. Vanitati enim, inquit, creatura subiecta est, hoc est illud, Vanitas vanitatum, &
Gen.3.c.17. omnia vanitas. Quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui dictum est, In labore manducabis panem tuũ. Vanitati ergo creatura subiecta est, non sponte. Bene additũ est, nõ spõte: homo quippe sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatũ itaq; fuit spontaneũ, contra præceptũ facere veritatis: peccati autẽ pœna, subiici fallaciẽ. Non ergo, spõte creatura subiecta est vanitati, sed propter eũ qui subiecit eã in spe, id est, propter eius iustitiã
C atq; clementiam, qui neq; impunitũ reliquit peccatũ, neq; insanabilẽ voluit esse peccantẽ. Quia & ipsa crea-
1.Reth.c.26. tura, id est, ipse homo, cùm iã signaculo imaginis propter peccatũ amisso remansit tantũmodo creatura: & ipsa itaq; creatura, id est, & ipsa quæ nondũ vocatur filiorũ forma perfecta, sed tantũ vocatur creatura, liberabitur à seruitute interitus. Quod itaque ait, Et ipsa liberabitur: facit intelligi, & ipsa quẽadmodũ & nos, id est, & de ipsis non est desperandũ qui nondũ vocantur filij Dei, quia nondũ crediderunt, sed tantùm crea-
tura: quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur à ser-
1.Ioã.3.a.2. uitute interitus, quemadmodũ nos qui iam filij Dei sumus, quamuis nondum apparuerit quid erimus. Liberabuntur ergo à seruitute interitus in libertatem gloriæ filiorum Dei, id est, & ipsi erunt ex seruis liberi, & ex mortuis gloriosi in vita perfecta, quam habebunt filij Dei. Scimus enim quia omnis creatura congemiscit & dolet vsque adhuc. Omnis creatura in homine numeratur, non quòd in eo sint omnes angeli, & supereminentes virtutes ac potestates, aut cælum & terra & mare & omnia quæ in eis sunt, sed quia omnis creatura partim spiritalis est, partim animalis, partim corporalis. Quod vt ab inferioribus consideremus, corporalis creatura per loca tenditur, animalis autem viuificat corporalem, spiritalis animalem regit, & tunc bene regit, cùm ipsa regendam se subiicit Deo. Cùm autem transgreditur præcepta eius, laboribus & ærumnis per eadem ipsa quæ regere poterat implicatur. Qui ergo viuit ex corpore, carnalis homo vel animalis vocatur: carnalis, quia carnalia sectatur: animalis autem, quia fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quam non regit spiritus neque coercet intra metas naturalis ordinis, quia & ipse se non subdit regendum Deo. Qui autem spiritu animam regit, & per animam corpus, quod facere non potest, nisi Deum habeat & ipse rectorẽ, quoniã sicut caput mu-
1.Cor.11.d.3 1.Reth.26. lieris vir, ita caput viri Christus est, vocatur spiritalis. Quæ vita cum aliqua molestia nunc agitur, pòst autẽ nullã patietur. Et quoniã summi angeli spiritaliter viuunt, infimi autẽ animaliter, bestiæ verò & omnia pecora carnaliter, corpus autẽ non viuit, sed viuificatur: omnis creatura in homine est, q̃ & intelligit spiritu, & sentit anima, & localiter corpore mouetur. Omnis itaque creatura in homine congemiscit & dolet. Non enim totã, sed omnẽ dixit: tanquã si quis dicat, quoniã solẽ omnes homines videt qui sunt incolumes, sed nõ toti vident, quia tantũ oculis videt: ita in homine, omnis creatura est, quia & intelligit & viuit & corpus habet, sed non tota creatura in ipso est, quia sunt præter
B ipsum & angeli, qui intelligant & viuant & sint, & pecora quæ viuant & sint, & corpora quæ tantummodo sint, cùm ipsum viuere magis sit, quàm non viuere, & ipsum intelligere magis sit quàm sine intellectu viuere: Cũ ergo miser homo cõgemiscit & dolet, omnis creatura congemiscit & dolet vsq; adhuc. Vsque adhuc autẽ rectè dixit: quia etiãsi sunt aliqui iã in sinu Abrahæ, & latro ille cum Domino in paradiso constitutus, illo Lucæ 16.d.
die quo credidit dolere desiterit, tamen vsque adhuc 23. Ibid.cap 23.
omnis creatura congemiscit & dolet, quia in iis qui nõ- f.44.
dũ liberati sunt, omnis est, propter spiritũ & animam & corpus. Non solũ autẽ, inquit, omnis creatura congemiscit & dolet, sed & nosipsi: id est, non solum in homine corpus & anima & spiritus simul dolent ex difficultatib. corporis, sed & nosipsi, exceptis corporibus, in nobis ipsis congemiscimus primitias habentes spiritus. Et bene dixit, primitias habẽtes spiritus: id est, quorũ iã spiritus tanquã sacrificiũ oblati sunt Deo, & di-
C uino charitatis igne comprehensi sunt. Hę sunt primitię hominis, quia veritas primũ spiritũ nostrũ obtinet, vt per hunc cætera cõprehendantur. Iã ergo habet primitias oblatas Deo qui dicit: Mente seruio legi Dei, Rom.7.d.25
carne autẽ legi peccati. Et qui dicit, Deꝰ cui seruio in Rom. 1.a.9. Mat.26.d.
spiritu meo. Et de quo dicitur: Spiritus quidẽ prõptus 41.
est, caro autẽ infirma. Sed quoniã adhuc dicit: Infelix Rom.7.d. 24.
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ibid.8.c.11.
Et adhuc talibus dicitur, Viuificabit & mortalia corpora vestra propter manentem spiritũ in vobis, nondũ 1.Cor.15.g.
est holocaustũ: erit autẽ cũ absorbebitur mors in victo- 55.
riã, cum ei dicetur: Vbi est mors contentio tua, vbi est mors aculeus tuus? Nunc ergo, inquit, non solum omnis creatura, id est, cum corpore, sed etiam nosipsi primitias habentes spiritus: id est, nos animæ, quæ iam primitias mẽtes nostras obtulimus Deo, in nobisipsis congemiscimus: id est, præter corpus, adoptionem
D expectantes redemptionem corporis nostri: id est, vt & ipsum corpus accipiens beneficium adoptionis filiorum, qua vocati sumus, totos nos liberatos, transactis omnibus molestiis, ex omni parte Dei filios esse manifestet: spe enim salui facti sumus: spes autem quæ videtur, nõ est spes. Tũc ergo erit res quæ nũc spes est, 1.Ioã.3.a.2.
cùm apparuerit quid erimus: id est, similes illi, quoniã videbimus eum sicuti est. Hoc capitulum si hoc modo vt tractatũ est aperiatur, nõ incidimus in illas molestias quibus pleriq; homines dicere coguntur, omnes angelos sublimésque virtutes in dolore & gemitibus esse, antequàm nos penitus liberemur, quoniã dictum Rom.8.d.22.
est: Omnis creatura congemiscit & dolet. Quamuis enim adiuuẽt nos per suas sublimitates dum obtẽperant Deo, qui pro nobis etiam vnicũ filium suũ dignatus est mittere: tamen sine gemitu & dolorib. id facere

credendi sunt, ne miseri existimentur, feliciórque sit
Lucæ 16. c. 23. de numero nostro Lazarus ille qui iam in Abrahę sinu
requiescit: præsertim qa dixit, eadẽ creaturã quæ con-
gemiscit & dolet, vanitati esse subiectã, q de summis
& excellentibus virtutũ potestatũmq; creaturis nefas
est credere. Deinde liberandã eã dixit à seruitute inte-
ritus, quo illos cecidisse qui in cælis agunt vitã beatis-
simam, non possumus credere: tamen nihil temere cõ-
firmandũ est, sed pia diligẽtia etiã atq; etiã verba diui-
na tractãda sunt: ne fortè quæ congemiscit & dolet, &
vanitati subiecta est, possit aliquo modo alio intelligi,
vt de summis angelis quàm diu nostræ infirmitati ius-
su Domini nostri opitulantur, non impiè possit existi-
mari. Sed siue illa quam executi sumus, siue alia aliqua
huius capituli expositio proferatur: id tãtùm cauendũ
est, ne violet aut vulneret catholicã fidẽ. Scio enim va-
nos hæreticos de hoc capitulo multa impia & inepta
QVÆST. LXVIII. De eo quod scriptũ est: O homo tu quis es qui respondeas Deo. Rom. 9. c. 20. *
iactasse. CVM videatur Apostolus corri-
puisse curiosos, dicendo, O homo tu quis es qui respõ-
deas Deo, de hoc ipso illi quæstionem mouẽt, & in ea
sententia non desinunt esse curiosi, qua obiurgata est
ipsa curiositas: & impij quidẽ cũ contumelia, vt dicãt
Apostolũ in soluẽda quæstione defecisse, & obiurgas-
se quærentes, quia non poterat quod quærebatur ex-
ponere. Nonnulli autẽ hæretici quia nõ decipiũt, nisi
cũ scientiã quam non exhibent pollicentur, & auer-
santes legi & Prophetis, quæcunq; de illis Apostolus
sermoni suo inseruit falsa & à corruptoribus immissa
esse criminantur, etiã hæc inter ipsa quæ interpolata
dicunt, numerare maluerunt, & negare Paulũ dixisse,
O homo tu quis es qui respondeas Deo! Quoniam †si
al. si in ipsis dicantur. ipsis dicatur ad decipiendos homines calumniantibus
proculdubio tacebunt, nec audebunt vllã de volũtate
omnipotentis Dei imperitis quos decipere cupiunt,
scientiã pollicẽri. Qui dã autẽ bona & pia mente scri-
pturas legentes quærunt, quid hic possit vel maledicẽ-
tibus vel calumniantibus respõderi. Sed nos & autho-
ritati Apostolicæ salubriter inhærentes, & libros quos
catholica disciplina custodit falsatos esse nequaquam
existimantes, sentiamus quod verum est, indignos nos
& infirmos esse ad intelligenda diuina secreta quibus
ista clauduntur, & eis murmurantibus & indignanti-
bus quòd consilia Dei non discunt cùm dicere cœpe-
rint: Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat:
Ibid. 19. quid adhuc quæritur? Nã voluntati eius quis resistit?
Cùm his ergo verbis si aut calumniari scripturas, aut
latebrã peccatorũ suorũ quærere cœperint, vt præce-
al. insinuatur. pta contẽnant quibus ad vitã bonam †peruenitur, ne-
spondeamus fidentissimè: O homo, tu quis es qui re-
spondeas Deo! Nec eos reueriti sanctũ canibus dem⁹,
Mat. 7. a. 6. aut proiiciam⁹ margaritas nostras ante porcos: si tamẽ
iã ipsi canes & porci non sumus, & de meritis anima-
rũ reuelante Spiritu sancto, sublime aliquid, & à vul-
gari cõiectura remotissimũ, vel ex parte atq; in ænig-
mate suspicemur. Nõ enim Apostol⁹ hoc loco sanctos
prohibuit à quærendo, sed eos qui nondũ sunt in cha-
Eph. 3. d. 18. ritate radicati & fundati, vt possint cõprehendere cum
omnibus sanctis latitudinem, lõgitudinẽ, altitudinem
& profundũ, & cætera quæ in eodem loco exequitur.
Non ergo prohibuit à quærendo qui dicit: Spiritalis
autem omnia iudicat, ipse autem à nemine iudicatur.
1. Cor. 2. c. 12. Et illud præcipuè: Nos autem non spiritum huius
mũdi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt scia-
mus quæ à Deo donata sunt nobis. Quos ergo prohi-
buit nisi luteos atque terrenos, qui nondum intrinse-
cus regenerati atque nutriti, imaginem illius hominis
2. Cor. 15. f. 45. portant, qui primus factus est de terra terrenus? Et
quia ei à quo factus est noluit obtemperare, in id la-

A psus est vnde factus est, meruitque post peccatum au-
dire: Terra es, & in terrã ibis. Talibus igitur hominib⁹ Gen. 3. d. 19. Rom. 9. c. 20. *
dicit Apostolus: O homo, tu quis es q respõdeas Deo!
Nũquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit, quare sic me fe-
cisti? Quamdiu ergo figmentũ es, nondũ perfectus fi-
lius, quia nondũ hausisti plenissimã gratiã qua nobis
data est potestas filios Dei fieri, qua possis audire: Iã Ioan. 1. b. 11.
non dicã vos seruos, sed amicos: tu quis es qui respon- Ioan. 15. c. 15.
deas Deo, & velis Dei nosse cõsilium? Qui si hominis
tibi æqualis nosse voluisses, impudenter faceres, nisi
prius in amicitiam recipereris. Sicut ergo portauimus 1. Cor. 15. f. 45. Col. 3. b. 9.
imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cælestis, exuen-
tes nos veterẽ hominẽ & induentes nouum, vt non di-
catur nobis quasi luteo figmento, Nũquid dicit figmẽ-
tũ ei qui se finxit, quare me sic fecisti? & vt manifestũ
sit, non sanctificato spiritui, sed carnali luto ista dici,
vide quid sequitur: Aut nõ habet potestatem figulus
luti ex eadẽ conspersione facere aliud quidẽ vas in ho-
B norẽ, aliud in contumeliã? Ex quo ergo in paradiso na-
tura nostra peccauit, ab eadẽ diuina prouidentia, non
secundũ cælũ, sed secundũ terrã, id est, non secundum
spiritũ, sed secundũ carnẽ mortali generatione forma-
mur, & omnes vna massa luti facti sumus, q est massa
peccati. Cùm ergo meritum peccando amiserimus, &
misericordia Dei remota, nihil aliud peccantibus nisi
æterna dãnatio debeatur, quid sibi vult homo de hac
massa, vt Deo respondeat & dicat, quare me sic fecisti?
si vis ista cognoscere, noli esse lutum, sed efficere filius
Dei per illius misericordiã, qui dedit potestatẽ filios
Dei fieri credentibus in nomine eius. Nõ enim, quod Ioan. 1. b. 11.
tu cupis, antequã credant, diuina datur nosse cupien-
tibus: Merces enim cognitionis meritis redditur, cre-
dendo autẽ meritũ cõparatur. Ipsa autẽ gratia quę da- Rom. 5. a. 2.
ta est per fidẽ, nullis nostris meritis præcedentibus da-
ta est. Quod est enim meritum peccatoris & impij?
C Christus autẽ pro impiis & peccatoribus mortuus est,
vt ad credendũ non merito, sed gratia vocaremur, cre-
dendo autẽ etiã meritũ collocaremus. Peccatores igi-
tur credere iubentur, vt à peccatis credẽdo purgẽtur.
Nesciunt enim quid rectè viuendo visuri sint. Qua-
propter cùm videre non possunt, nisi rectè viuant, nec
rectè viuere valeant, nisi credant, manifestum est à fi-
de incipiendum, vt præcepta quibus credentes à secu-
lo hoc auertuntur, cor mundum faciant vbi videri
Mat. 5. a. 8. Deus possit. Beati enim mũdo corde, quia ipsi Deum
videbunt: & per prophetiam canitur, In simplicitate
Sap. 1. a. 1. cordis quærite illum. Quapropter rectè dicitur ho-
minibus in vetustate vitæ manentibus, & propterea
tenebrosum oculum animæ gẽrentibus: O homo tu
quis es qui respondeas Deo! Num quid dicit figmen-
tum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut non
D habet potestatem figulus luti, ex eadem conspersio-
ne facere aliud quidem vas in honorem, aliud in
1. Cor. 5. b. 7. contumeliam? Expurga vetus fermentum, vt sis no-
1. Cor. 3. a. 2. ua conspersio, & in ea ipsa non adhuc paruulus in
Christo vt lacte potandus sis: sed perueni ad virum
Ibid. 2. b. 5. perfectum, vt sis inter illos de quibus dicitur: Sa-
pientiam loquimur inter perfectos. Tunc demum
rectè & non præposterè audies, si qua sunt de ani-
Exod. 5. b. 6. marum occultissimis meritis, & de gratia vel iustitia,
secreta omnipotentis Dei. Nam de Pharaone facilè
respondetur, prioribus meritis quibus afflixit in re-
gno suo peregrinos, dignum effectum cui obdurare-
tur cor, vt nec manifestissimis signis iubentis Dei cre-
deret. Ex eadem ergo massa, id est, peccatorum, & va-
sa misericordiæ protulit, quibus subueniret cùm eum
deprecarentur filij Israël: & vasa iræ quorum suppli-
cio illos erudiret, id est, Pharaonem & populum eius:
quia

quia quamuis essent vtrique peccatores, & propterea
ad vnam massam pertinerent, aliter tamen tractandi
A erant qui vni Deo ingemuerant vt eis subueniret, & a-
liter illi quorum iniustis oneribus ingemuerant. Per-
tulit ergo in multa patiẽtia vasa iræ, quæ perfecta sunt
in perditionem. Et eo ipso quo ait, In multa patientia:
satis significauit priora corũ peccata in quibus eos per-
tulit, vt opportunè tunc vindicaret, quando de illorũ
Ro. 9. c. 23. * vindicta subueniendũ erat his qui liberabantur: & vt
notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ
quæ præparauit in gloriam. Hic fortasse conturbatus
ad illam quæstionẽ redis, Cuius vult miseretur, & quẽ
Ibid. d. 19. vult obdurat: quid adhuc cõqueritur? Voluntati enim
eius quis resistit? Prorsus cuius vult miseretur, & quẽ
vult obdurat. Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non
potest. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ip-
si peccatores cùm propter generale peccatũ vnã mas-
sam fecerint, nõ tamen nulla est inter illos diuersitas.
Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quamuis
B nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatio-
ne, & itẽ præcedit in aliis peccatoribus quo digni sint
Rom. 1. d. 28 obtusione. Habes eundem Apostolum alibi dicentẽ,
Quoniã non probauerunt Deũ habere in notitia, de-
dit illos Deus in reprobũ sensum. Quod eos dedit in
Exod. 7. d. 28. reprobũ sensum, hoc est, quòd indurauit cor Pharao-
nis. Quod autem illi non probauerunt Deũ habere in
notitia, hoc est, quòd digni exstiterũt qui darentur in
reprobum sensum: tamen verũ est, quia nõ volentis ne
Rom. 9. d. 16 que currentis, sed miserentis est Dei. Quia etiamsi
1. Rem. c. 26. leuioribus quisque peccatis, aut certè quamuis grauio
ribus & multis, tamen magno gemitu & dolore pœni-
tendi, misericordia Dei dignus fuerit, non ipsius est,
qui si relinqueretur, interiret, sed miserentis Dei qui e-
ius precibus doloribũsq; subuenit. Parum est enim vel
le, nisi Deus misereatur, sed Deus non miseretur qui ad
C pacem vocat, nisi volũtas præcesserit, quia in terra pax
Lucæ 2. b. 14 hominibus bonæ voluntatis. Et quoniã nec velle quis-
quã potest, nisi admonitus & vocatus, siue intrinsecus,
vbi nullus hominũ videt, siue extrinsecus per sermonẽ
sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur vt etiã
Phil. 2. b. 13. ipsum velle Deus operetur in nobis. Ad illã enim cœ-
Lucæ 14. d. 16. nam quam Dominus dicit in Euangelio præparatam,
nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt: neque illi
qui venerunt, venire possent nisi vocarentur. Itaq; nec
illi debent sibi tribuere qui venerunt: quia vocati ve-
nerunt: nec illi qui noluerunt venire debent alteri tri-
buere, sed tantùm sibi, quoniam vt venirent, vocati e-
rant in libera voluntate. Vocatio ergo ante meritũ vo-
luntatem operatur. Propterea & si quisquam sibi tri-
buit quòd venit vocatus, non sibi potest tribuere quòd
vocatus est: qui autem vocat⁹ non venit, sicut non ha-
buit meritum præmij vt vocaretur, sic inchoat meritũ
D supplicij cùm vocatus venire neglexerit. Ita erũt duo
Psal. 100. a. 1 illa, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.
Ad misericordiam pertinet vocatio: ad iudicium perti
net beatitudo eorum qui venerũt vocati, & suppliciũ
eorũ qui venire noluerunt. Nũquid ergo latebat Pha-
raonem quantum boni consecutæ fuerint terræ illæ
Gen. 12. d. 33. per aduentum Ioseph? Illius ergo rei gestæ cognitio,
vocatio eius fuit, vt populum Israël misericorditer tra-
Eccl. 5. b. 6. & 7. d. 18. ctans nõ esset ingratus. Quod autẽ huic vocationi ob-
temperare noluit, sed exercuit crudelitatem in eis, qui-
bus humanitas & misericordia debebatur, meruit pœ-
nã vt induraretur illi cor, & tantã cæcitatẽ mentis pa-
teretur, vt tot & tantis, tamq; manifestis Dei signis nõ
crederet: quo posset eius supplicio, siue obdurationis,
siue vltimæ visibilis submersionis erudiri populus, cu-
ius afflictione ille & occultæ obtusionis, & manifestæ
submersionis meritũ sibi cõpararet. Hęc autẽ vocatio,
A quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atque 1. Petr. 2. a.
in ipso genere humano per tẽporum opportunitates o-
peratur, altæ & profundæ ordinationis est. Quò perti-
net etiam illud, In vtero sanctificaui te, & cùm esses in Hier. 1. b. 5. Malach. 1. a. 3.
renibus patris tui, vidi te. Et, Iacob dilexi, Esau autem
odio habui: cũ dictum sit antequam nascerentur. Nec
comprehendi potest, nisi fortè ab eis qui diligunt Deũ Deut. 6 a. 5. Leuit. 19. d. 18.
ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & Mat. 22. d. 37.
diligunt proximos suos tanquam seipsos. Tanta enim
charitate fundati possunt iã fortasse cũ sanctis cõpre- Eph. 3. d. 18.
hendere longitudinem, latitudinem, altitudinem, &
profundũ. Illud tamen constantissima fide retinendũ,
neque quicquam Deum iniustè facere, neque vllam
esse naturã quæ nõ Deo debeat id quod est, quia Deo
debetur omne decus & pulchritudo & congruentia
partiũ. Quam si penitùs prosecutus fuerit, & vsque ad
omnes reliquias de rebus detraxeris, remanet nihil.
B QVI filium Dei patri æqualem non esse contendũt QVÆST. LXIX. De eo quod scriptum est Tũc & ipse filius subiectus erit, qui illi subiecit omnia.
solent vsurpare familiarius hoc testimonium, vbi ait
Apostolus: Cùm autem ei omnia subiecta fuerint, tũc
& ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, vt
sit Deus omnia in omnibus. Nõ enim posset eis error
oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis
non intellectis. Dicũt enim: Si æqualis est, quomodo
subiectus erit ei? Quod vtique simile est illi Euangeli-
cę quęstioni, Si ęqualis est, quomodo maior est pater?
Ipse enim Dominus ait, Quoniã pater maior me est. 1. Cor. 15. d. 28. * Lib. 1. de Trinit. cap. 8.
Regula autẽ catholicæ fidei sic se habet, vt cũ aliqua
in scripturis dicuntur de filio, quòd sit minor patre, se- Ioan. 14. d. 29.
cundũ susceptionẽ hominis intelligantur. Cùm verò
ea dicũtur quibus demõstratur æqualis, secundum id
quod Deus est accipiãtur. Apparet ergo quemadmo-
dum dictum sit, Pater maior me est. Et, Ego & pater v-
num sumus. Et, Deus erat verbum, & verbũ caro factũ Ioan. 10. f. 30.
est. Et, Non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, Ioan. 1. a. 1. b. 14.
& semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs. Sed Phil. 2. a. 6.
quoniam multa etiã secundũ proprietatem personæ,
excepto quod attinet ad susceptionẽ hominis, de illo
ita dicuntur, vt patrẽ non aliud q̃ patrem, & filium nõ
aliud quàm filium intelligi oporteat, putant hæretici
in iis quæ ita dicuntur atq; intelliguntur, æqualitatem
esse nõ posse. Scriptũ est enim: Omnia per ipsum facta Ioan. 1. a. 2.
sunt vtiq; per filiũ, hoc est per verbum Dei. A quo, nisi
à patre? Nusquam autem scriptum est, quòd filius per
patrẽ aliquã creaturã operatus sit. Itẽ scriptũ est, quòd
imago patris sit filius: nusquã autem scriptũ, est quòd Col. 1. b. 15.
imago filij sit pater. Deinde quòd ille genitor, ille ge-
nitus, & cætera huiuscemodi, quæ non ad æqualitatẽ
substantiæ, sed ad proprietatem pertinent personarũ:
in quibus illi æqualitatẽ cùm dicũt esse nõ posse, quo-
niam ad hæc penetranda crassiores mentes adhibent,
põdere authoritatis vrgendi sunt. Si enim in his nõ po-
sit intelligi æqualitas eius perquẽ facta sunt omnia, &
eius à quo facta sunt, imaginis, & ei⁹ cui⁹ imago est, ge-
niti & genitoris: nullo modo Apostolus contentioso- Phil. 2. a. 6.
rum hominũ ora cõcludens ipsum etiam verbũ pone-
ret, dicẽs: Non rapinam arbitratus est esse ęqualis Deo.
Cùm ergo ea quæ ad distinctionẽ patris & filij scripta
sunt, partim propter personarũ proprietatem, partim
propter susceptionẽ hominis ita scripta sint: dũ tamen
diuinæ substãtiæ patris & filij deitas & vnitas & ęqua-
litas maneat: rectè quæritur in hoc loco, vtrũ secundũ
personarũ ꝓprietates, an secundũ hominis susceptionẽ
Apostolus dixerit: Tũc & ipse filius subiectus erit ei q 1. Cor. 15. d. 28.
illi subiecit omnia. Solet circũstantia scripturę illumi-
nare sentẽtiã, cùm ea quæ circa scripturã sunt, prę sen-
tẽ quæstionẽ cõtingẽtia diligẽti discussione tractãtur.

Inuenimus itaque ita ventum esse ad hunc locum, vt
Ibid. c. 20.* suprà diceret: Nũc autem Christus surrexit à mortuis
primitiæ dormientium. Agebat enim de surrectione
mortuorum, quod in Domino secundũ susceptionem
hominis factũ est, quãquam apertissimè sequatur & di
cat: Quoniam quidem per hominẽ mors, & per homi
nẽ resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adã omnes
moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabũtur. V-
nusquisque autem in suo ordine, initiũ Christus: dein
de ij qui sunt Christi in præsentia eius: deinde fi-
Psal. 109. d. 2. nis cùm tradiderit regnũ Deo & patri, cùm euacua-
uerit omnẽ principatũ, & omnẽ potestatẽ & virtutẽ.
Oportet enim illũ regnare, donec ponat omnes inimi
cos suos sub pedib⁹ suis. Nouissimè inimica destruetur
mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cũ autẽ
diceret, quòd omnia subiecta sunt, manifestũ est quia
præter eũ qui subiecit illi omnia. Cùm autẽ ei omnia
subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiectus erit ei qui
illi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Ma
nifestũ est ergo hoc secundum susceptionẽ hominis di
ctũ. Sed alia in hoc capitulo, cuius totũ textum cõme-
moraui, solẽt habere quæstionem, primò quod dictũ
1. Cor. 15. d. 24. est, Cùm tradiderit regnũ Deo & patri: quasi nũc non
Lib. 1. de Tri nit. cap. 8. & 10. teneat regnũ pater. Deinde quod dictum est, Oportet
eũ illũ regnare, donec ponat inimicos suos sub pedib.
suis: quasi postea non sit regnaturus, & ad hoc valeat
quod suprà dictum est, Deinde finis. Quod sacrilega
opinione sic accipiũt, quasi finem dixerit cõsumma-
tionẽ regni eius: cùm scriptũ sit in Euangelio, Et regni
Lucæ 1. c. 33. eius non erit finis. Postremò quod dictũ est, Cùm autẽ
ei omnia subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiect⁹ erit
ei qui illi subiecit omnia: sic volũt intelligi, quasi nũc
aut aliquid filio nõ sit subiectũ, aut patri nõ sit ipse sub
iect⁹. Genere igitur locutionis soluitur quæstio. Sic e-
nim plerũq; scriptura loquitur, vt quod semper est, tũc
fieri dicatur in aliquo, cũ in eo cognosci cœperit. Ita
enim dicimus in oratione: Sanctificetur nomen tuũ:
Mat. 6. b. 9. quasi aliquãdo sanctũ nõ sit. Ergo sicut sanctificetur,
est sanctũ esse innotescat: ita quoq; cũ tradiderit regnũ
Deo & patri: id est, cùm patrẽ regnare mõstrauerit, vt
per speciẽ manifestationemq; clarescat, quod nunc à
fidelibus creditur & ab infidelib⁹ nõ putatur. Euacua-
bit autẽ omnẽ principatũ & potestatẽ, manifestando
vtiq; regnũ patris, vt omnibus notum sit, nullum prin-
cipum & potestatũ, siue cælestium, siue terrestriũ, per
se habuisse aliquid principatus & potestatis, sed ab illo
ex quo sunt omnia, nõ solùm vt sint, verumetiã vt or-
dinata sint. In illa enim manifestatione nulli spes ali-
Rom. 11. d. 36. qua remanebit in quoquã principe, aut in quoquã ho-
mine: quod etiã nũc ꝓpheticè canitur: Bonũ est spera-
re in Domino, q̃ sperare in homine. Bonũ est sperare in
Domino, q̃ sperare in principibus, vt ista meditatione
Psal. 117. b. 8. anima iam in regnũ patris assurgat, nec cuiusquã po-
testatem præter illum magnificẽs, nec sua sibi ipsi per
niciosissimè blandiens. Tradet ergo regnũ Deo & pa-
tri, cùm per illum per speciẽ cognoscetur pater. Regnũ
enim eius sunt in quibus nũc regnat per fidem. Aliter
enim dicitur regnũ Christi, secundũ potestatem diui-
nitatis, secundum quod ei cũcta creatura subiecta est,
& aliter regnum eius dicitur Ecclesia, secũdum pro-
prietatem fidei quæ in illo est, secũdum quod orat qui
dicit, Possideo nos. Neque enim non ipse possidet om-
nia, secũdũ quod dicitur etiam illud, Cùm serui essetis
Rom. 6. d. 20 peccati, liberi eratis iustitiæ. Euacuabit ergo omnem
principatum & omnem potestatem & virtutẽ, vt nulli
patrem intuenti per filium opus sit, aut libeat in cuius-
Psl. 109. a. 2. quam creaturæ, vel in sua conquiescere potestate. O-
portet enim eum regnare, donec ponat omnes inimi-

A cos suos sub pedib⁹ suis: id est, oportet regnum eius in
tantũ manifestari, donec omnes inimici eius ipsum re
gnare fateantur. Hoc enim intelligitur, sub pedibus ei⁹
futuros inimicos, Quod si de iustis acceperimus, ideo
dictum est inimicos, quia ex iniustis iustificãtur, & ei
credendo subduntur. De iniustis autem qui ad iusto-
rum beatitudinem futuram nonperueniẽt, sic accipiẽ-
dũ est: quoniã & ipsi eum regnare, ipsa regni eius ma-
nifestatione cõfusi fatebuntur. Ergo oportet eũ regna-
re, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis:
nõ ita dictũ est, quasi cùm posuerit inimicos suos sub
pedibus suis, nõ sit postea regnaturus: sed oportet eum 1. Cor. 15. d.
regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedi- 25.
bus suis. Oportet eum, inquit, ad tantam euidentiam
regnũ suũ pducere, donec inimici ei⁹ nullo modo au-
deãt negare quòd regnet. Nã scriptum est: Ita oculi
nostri ad Deum nostrũ, donec misereatur nostri. Nec Psal. 122. a. 1.
ideo tamen cùm misertus nostri fuerit, oculos ab eo de
B bemus auertere. In tantum enim est beatitudo nostra,
in quantum eius contẽplatione perfruimur. Sic ergo
& hoc dictum est: Oculorum nostrorum intentio ad
Dominum nõ porrigitur, nisi vsque ad impetrationẽ
misericordiæ ipsius, non vt posta inde auertatur, sed vt
nihil inde amplius requirat. Donec, ergo pro eo positũ
est, vt non amplius, intelligas. Quo enim amplius, id
est, vsque ad quã maiorem manifestationem manife-
stabitur regnum Christi, nisi quousque omnes inimi-
ci eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius
manifestari, aliud nõ amplius permanere. Non ampli⁹
manifestari, est nõ fieri manifestius: non amplius per-
manere, non fieri perseuerantius. Quando autem ma-
ni festius erit regnum Christi, quàm cùm omnibus
claruerit inimicis? Nouissimè inimica destruetur Psal. 109. a. 2.
mors. Non enim erit aliud quod destruatur, postea-
quã mortale hoc induerit immortalitatẽ. Omnia enĩ
C subiecit sub pedibus eius: hoc est, vt eriã mortem de-
struat. Cùm autem dixerit, quia omnia subiecta sunt:
dixit vtique Propheta in Psalmis, manifestum est quia
præter eum qui subiecit illi omnia, patrem vult intelli
gi omnia filio subiecisse, sicut multis locis idem Domi-
nus in Euangelio cõmendat & prædicat, non solùm
propter formam serui, sed etiam propter principium
de quo est, & de quo æqualis est ei de quo est. Amat e- Col. 2. b. 9.
nim ad vnum principium de quo est referre omnia tã-
quam imago eius, sed in quo inhabitat omnis plenitu
do diuinitatis. Cùm autem ei omnia subiecta fuerint,
tũc & ipse filius subiectus erit ei q̃ illi subiecit omnia.
Non quasi modò nõ ita sit, sed tunc manifestum erit, 1. Cor. 15. d.
secundum locutionem superiùs tractatam, vt sit Deus 28.
omnia in omnibus. Ipse est finis quem superiùs cõme-
morauit, cùm totum primò breuiter vellet conclude-
re, deinde quasi membratim explicare & exponere.
D Loquebatur enim de resurrectione vbi ait, Initium
Christus, deinde ij qui sunt Christi in præsentia eius,
deinde finis. Ipse scilicet finis est, vt sit Deus omnia in
omnibus. Aliter enim dicitur finis qui pertinet ad cõ-
summationem, aliter qui pertinet ad cõsumptionem.
Aliter enim finitur tunica texẽndo, aliter cibus come
dendo. Deus autem omnia in omnibus dicitur, vt ne 1. Cor. 4. b. 7.
mo eorum qui ei cohærent, amet aduersus eum suam
propriam volũtatem, manifestumq; sit omnibus quod
idẽ Apostolus alio loco dicit, Quid autẽ habes quod
non accepisti? Sunt item qui sic intelligant hunc lo-
cum, Oportet eum regnare, donec ponat omnes ini-
micos suos sub pedibus suis: vt sub alia significatione 1. Cor. 15. d.
positũ hic dicant, regnare; non sub ea qua positum est 24.
regnum, de quo ait, Cùm tradiderit regnũ Deo & pa-
tri: vt illud sic appellauerit regnum, quo vniuersam
creaturam

creaturã Deus regit: hoc autẽ sic appellauerit regnare, A
vt intelligatur tãquã aduersus hostẽ exercitũ ducere,
vel defendere ciuitatẽ. Vt ideo dixerit, Oportet eũ re-
gnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus
suis: quia talis regni quale habent principes armatorũ,
nulla erit causa, hoste ita subiecto vt rebellare nõ pos-
Lucæ 1. c. 33. sit. Nã vtiq; dictum est in Euangelio, Et regni eius non
erit finis: secundũ quod regnat in æternũ: secundũ au-
tẽ id quod aduersus diabolũ sub eo militatur, tamdiu
erit vtique ista militia, donec ponat omnes inimicos
suos sub pedibus suis: postea verò non erit, cùm pace
perpetua perfruemur. Hæc autẽ ita dicta sint, vt noue-
rimus diligentiùs etiã illud considerari oportere, secũ-
dũ quid regnet nũc Dominus dispensatione sacramẽ-
ti sui per incarnationẽ atq; passionẽ. Nã secundũ id q;
verbũ Dei est, tam sine fine quàm sine initio, & sine in-
Ioan. 1. b. 14 termissione est regnũ eius. Secundũ id autẽ quòd ver-
bũ caro factũ est, cœpit regnare in credẽtib. per fidem B
incarnationis suæ. Vnde est etiam illud, Dominus re-
Psal. 95. c. 10 gnauit à ligno. Hinc autem euacuauit omnẽ principa-
tum & omnẽ potestatem & virtutẽ, dũ nõ per clarita-
tem eius, sed per humilitatẽ salui fiunt credentes in eũ.
Mat. 11. d. 25 Hoc est absconditũ à sapientibus & prudẽtibus, & re-
2. Cor. 1. 21. uelatũ paruulis, quoniã placuit Deo per stultitiã præ-
dicationis saluos facere credẽtes. Neq; quicquã se in-
1. Cor. 2. a. 2. ter paruulos scire dicit Apostolus, nisi Iesum Christũ,
& hunc crucifixũ: Qua ꝓdicatione tãdiu opus est, do-
nec ponantur omnes inimici sub pedibus eius: id est,
ipsi humilitati eius, quam pedũ nomine significari ar-
bitror, cedat atq; subdatur omnis superbia secularis, si-
cut ex maxima parte iã factũ est, & quotidie fieri vide-
mus. Sed quo fine ista fiunt? Vt tradat regnum Deo &
patri, id est, vt nutritos fide incarnationis suæ, perdu-
cat ad speciẽ quæ æqualis est patri. Iã enim eis qui cre-
diderant, loquebatur, cùm diceret, Si mãseritis in ver- C
Ioan. 8. d. 31. al. critis. bo meo, verè discipuli mei † estis, & cognoscetis veritã-
tem, & veritas liberabit vos. Regnũ enim tradet patri,
cùm per id regnabit in contemplantibus veritatẽ, quo
æqualis est patri, & per se vnigenitũ, per speciem faciet
Phil. 2. a. 7. videri patrem. Nunc enim per hoc regnat in credenti-
bus, quo seipsum exinaniuit formã serui accipiẽs. Tũc
autẽ tradet regnũ Deo & patri, cùm euacuauerit om-
nem principatum & potestatem & virtutẽ. Vnde eua-
cuauit, nisi humilitate & patiẽtia & infirmitate? Quis
al. Dei. enim principatus non euacuetur, cum filius † hominis
propterea regnat in credentibus; quia eũ principes se-
culi iudicauerunt? Quæ potestas non euacuetur, cum
ipse per quẽ facta sunt omnia, propterea regnat in cre-
dentibus, quia ita subiectus est potestatibus, vt diceret
Ioã. 19. b. 11. homini, Non haberes in me potestatẽ, nisi data tibi es-
set desuper? Quæ virtus non euacuetur, cum ipse per
quẽ cæli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, quia D
vsque ad crucẽ mortẽmque infirmatus est? Hoc autẽ
modo filius regnat propriè in fide credentium. Non
enim pater dici aut credi potest vel incarnatus, vel iu-
dicatus, vel crucifixus. Per speciem autem qua æqualis
est patri, cum patre regnat in contemplantibus veritã-
tem. Quòd autẽ tradet regnum Deo & patri, à fide in-
carnationis suæ ad speciẽ deitatis perducens eos qui si-
bi nunc credunt, non ipse amittit, sed vterq; se vnum
ad fruendum contemplantibus præbet. Tamdiu autẽ
opus est, vt in hominibus nondum valentibus æqua-
litatem patris & filij perspicua mentis luce contueri,
per hoc regnet Christus quod tales capere possunt, &
quod propriè ipse suscepit, id est, incarnationis humi-
litatẽ, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis:
id est, donec omnis superbia secularis incarnationis
eius humilitati subdatur. Sanè quod dictum est, Tunc

& ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia:
quãuis secundũ susceptionem hominis dicatur, quia
inde est quæstio nata cũ ageret de resurrectione mor-
tuorũ: tamen rectè quæritur vtrũ secundũ ipsum tan-
tùm dictũ sit, q; est caput Ecclesiæ, an secundũ vniuer- 1. Cor. 11. a. 3
sum Christũ, annumerato, corpore & mẽbris ei⁹. Cùm Eph. 5. f. 23.
enim ait ad Galatas, Non dicit & seminibus, tam quã Gal. 3. c. 16.
in multis, sed tãquã in vno, & semini tuo q̃d est Chri-
stus: ne ipsum hoc loco solũ intelligeremus Christum,
qui de Maria virgine est natus: postea dicit, Omnes e- Ibid. d. 28.
nim vos vnũ estis in Christo Iesu. Si autẽ vos Christi,
ergo Abrahæ semen estis. Et ad Corinthios cùm de
charitate diceret; de mẽbris corporis similitudinẽ du-
cens: Sicut enim corpus vnum est, inquit, & mẽbra ha- 1. Cor. 12. b.
bet multa, omnia autẽ mẽbra corporis cũ sint multa, 12.
vnũ est corpus, ita & Christus. Non dixit, ita & Chri-
sti, sed ita & Christus, ostendẽs Christum rectè appel-
lari etiam vniuersum, hoc est caput cum corpore suo,
quod est Ecclesia. Et multis scripturarũ locis inueni-
mus Christum etiam hoc modo appellari, vt cum om-
nibus suis mẽbris intelligatur, quibus dictum est, Vos
estis corpus Christi & membra. Non ergo absurde sic
intelligimus: Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui il-
li subiecit omnia: vt filium non solum caput Ecclesiæ,
sed omnes cum eo sanctos intelligamus, qui sunt vnũ
in Christo, vnum semen Abrahæ. Subiectũ autẽ secũ-
dum contẽplationẽ sempiternæ veritatis, ab obtinen-
dam beatitudinem, nullo motu animi, nulla parte cor-
poris resistente, vt in illa vita nemine amãte propriam
potestatem, sit Deus omnia in omnibus.

Q V Æ R I solet quid sit, Tunc fiet illud quod scri- Q V Æ R S T.
ptum est, Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors LXX.
contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus au- De eo quod Apostolus dicit, Absorpta est mors in victoriã, vbi est mors contentio tua, &c.
tem mortis peccatum, virtus autem peccati lex. Mor-
tem significari arbitror hoc loco carnalem consuetu-
dinẽ quæ resistit bonæ voluntati delectatione bonorũ
temporalium fruendorum. Non enim diceretur. Vbi
est mors contentio tua: si non restitisset & repugnasset. 1. Cor. 15. g. 54.*
Ipsius contentio etiam illo loco describitur, Caro Gal. 5. c. 17.
concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-
nem. Hæc enim inuicem sibi resistunt & aduersantur,
vt non quæcunque vultis illa faciatis. Fit ergo per san-
ctificationem perfectam, vt omnis carnalis appetitus
spiritui nostro illuminato & viuificato, id est, bonæ
voluntati subiiciatur. Et sicut nunc videmus multis
puerilibus delectationibus nos carere, quæ nos pue-
ros, si denegarentur, acerrimè cruciabant: ita creden-
dum est de omni carnali delectatione futurum esse,
cùm perfecta sanctitas totum hominem reparauerit.
Nunc autem quamdiu est in nobis quod resistat bo-
næ voluntati, auxilio Dei per bonos homines & bo-
nos angelos indigemus, vt donec sanetur vulnus no-
strum, non ita molestet vt perimat etiam bonam vo-
luntatem. Hanc autem mortem peccato meruimus,
quod peccatum erat ante omnimodo in libero arbi-
trio, cùm in paradiso nullus dolor denegata delecta-
tione voluntati bonæ hominis resistebat, sicuti nũc.
Verbi gratia, si quisquam existat quem nunquam de-
lectauit venatio, omnimodo liber est vtrum venari
velit an nolit, nec eum cruciat quisquis hoc prohibet.
At si ista libertate malè vsus, venatus fuerit cõtra pro-
hibentis imperium, paulatim surrepens delectatio,
mortificat animam, vt si se abstinere velit, absq; mo-
lestia & sine angore non possit, cùm id antè tota sani-
tate non ageret. Ergo aculeus mortis peccatum est,
quia peccato facta est delectatio, quæ iam possit resi-
stere bonæ voluntati, & cum dolore cohiberi. Quam
delectationem, quia in defectu est animæ deterioris

effectæ, iure mortem vocamus. Virtus autē peccati lex est, quia multo sceleratius & flagitiosius quæ lex prohibet cōmittūtur, quàm si nulla lege prohiberentur. Tūc itaq; absorpta erit mors in victoriā, cùm per sanctificationē in omni parte hominis, perfecta delectatione spiritualiū, delectatio carnalis obruetur. Q VÆST. LXXI. De eo quod scriptum est Inuicē onerate vestra portate, & sic implebitis legē Christi. Gal.6. a.2. Ioan.13. d. 34. & 15 b.12. Q VIA veteris Testamenti custodia timorem habebat, non potuit apertiùs significari noui Testamenti donū esse charitatem, quam hoc loco Apostolus dicit: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim Christi legē dicere intelligitur, qua ipse Dominꝰ p̄cepit vt nos inuicem diligamus, tantū in ea sententia p̄cepti pōdꝰ cōstituens vt diceret, In hoc cognoscitur, quoniā discipuli mei estis, si vos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officiū est, inuicem onera nostra portare. Sed hoc officiū q̄ sempiternū non est, perducet sanè ad beatitudinem æternā, in qua nulla erūt nostra onera, quæ inuicē portare iubeamur. Nūc verò cū in hac vita, id est, in hac via sumus, onera inuicē nostra portemus, vt ad eā vitā quæ caret omni onere peruenire possimus. Sicut enim de ceruis nonnulli taliū cognitionū studiosi scripserunt, cùm fretū ad insulā transeūt pascuarū gratia, sic se ordinant, vt onera capitū suorū quæ gestant in cornibus super inuicem portent, ita vt posterior sup anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et q̄a necesse est vnū esse qui cæteros præcedēs, non ante se habeat cui caput inclinet, vicibus id agere dicūtur: vt lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit, post omnes †recedat, & ei succedat cuiꝰ ferebat caput, cùm ipse præiret. Ita inuicem onera sua portantes, fretū transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatem. Istā fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon, cùm ait, Ceruus amicitię & pullus gratiarū tuarū colloquā tur tecū. Nihil enim sic probat amicū, quemadmodū oneris amici portatio. Nec tamen inuicem onera nostra portaremus, si vnū tempus esset infirmitatis amborū, qui onera sua sustinent, aut vnū infirmitatis genus: sed diuersa tempora & diuersa genera infirmitatis faciunt, vt onera nostra portare inuicem valeamus. Verbi gratia, Iram fratris tui tūc portabis, cùm tu aduersus eū non irasceris, vt rursus eo tempore quo te ira pręoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua supportet. Hoc exemplum ad id pertinet, cùm diuersa sunt tempora portantium onera sua, quamuis ipsa diuersa non sit infirmitas. In ambobus enim ab inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum videndum est. Veluti si quis loquacitatem in se vicerit, & pertinaciam nondum vicerit, alius verò adhuc loquax sit, sed iam pertinax non sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus, si vno accidat tempore, tolerare se inuicem non valent, cùm aduersum se intenditur. Nam aduersus aliquem tertium, & duo irati sibi conueniunt, & se tolerant: quanquā nec tolerare se inuicem dicēdi sunt, sed potius se inuicem consolari: sicut & tristes de re vna magis se portant & quasi incumbunt sibi, quàm si vnus tristis esset & alius gauderet. Si autem aduersus se tristes sint, prorsus se tolerare non possunt. Et ideo in huiusmodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa ægritudo, de qua vis aliū per te liberari, & sic suscipienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatem miseriæ valeat. Quemadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Non enim se proiicit vt ambo iaceant, sed incuruat tantùm vt iacentem erigat. Neque vlla res officiosum istum laborem ad portāda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cùm cogitamus quanta pro nobis pertulerit Dns. Hinc enim admonens Apostolus ait: Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediēs patri vsque ad mortē, mortē autē crucis. Superiùs enim dixerat, Non quæ sua sunt vnusquisque intendens, sed ea quæ aliorū. Huic sententię cōtexuit q̄ dictū est, nā ita sequitur: Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Ad hoc dumtaxat, vt quemadmodū ille in eo q̄ verbum caro fact ū est, & habitauit in nobis, & sine peccato cùm esset, peccata nostra suscepit, nō attendit sua, sed nostra: ita & nos libenter ad eius imitationē, inuicē onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiā illa cogitatio, quia ille suscepit hominē, nos autē homines sumus: & considerare debemus, quòd ægritudinem siue animæ siue corporis quā in alio homine videmus, etiā nos habere potuimꝰ aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi cuius infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, si fortè nos in ea essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet q̄ ipse Apostolus ait: Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem. Omnibus omnia factus est, cogitando scilicet etiā in eo vitiose esse potuisse vnde cupiebat aliū liberari. Cōpatiendo enim potius id agebat, non mentiendo, sicut quidā suspicantur, & hi maximè qui suis mēdaciis defendendis quæ negare nō possunt, alicuius magni exēpli patrociniū quærunt. Deinde etiam illud cogitādū, nullū esse hominē qui non possit habere aliquod bonū quod tu nōdū habes, etiamsi lateat, in quo sine dubio possit te esse superior. Quæ cogitatio ad contundēdā edomandāmque superbiā valet, ne arbitreris quoniā tua bona †quidē eminent & apparent, ideo alterū nulla habere quæ lateāt, & fortassis maioris ponderis bona quibus te superat nescientem. Non enim fallit nos, aut adulatione potius, vti Apostolus iubet cùm dicit, Nihil per contentionē neq; per inanē gloriā, sed in humilitate mentis alter alterum existimātes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare vt non existimemus, sed nos existimare fingamus: sed verè existimemus aliquid occultum esse posse in alio quo nobis superior sit, etiamsi bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem, non solùm æquo animo, sed etiam libentissimè sustinere. Nullo modo autem de quoquam homine incognito ferenda sententia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmiùs sustinemus, quia bona eorum nos delectant & tenent. Nullius itaque repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur, atque ita tractetur, vt recipi possit. Illum enim receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia consilia nostra refundere audeamus. Et si quisquam est qui se non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocetur, descendendum est ad eum, & offerendum illi quadam comitate & submissione animi quod petere per se ipse non audet. Sanè quamuis rarius, tamen aliquoties accidit, vt eius quem volumus in amicitiam recipere, prius nobis innotescant mala quàm bona, quibus offensi & quodammodo repercussi relinquimus eum, & ad bonorum eius quæ fortè occultiora sunt indagationem non perueniemus. Admonet itaque Dominus noster Iesus Christus, qui nos vult effici imitatores suos, vt eius infirma

Ceruorum natura. Plin.lib 8. cap 32.

al. redeat.

Prou.5. d.19

Phil.2.a.5.

Ibid.a 4.

Ioan.13.b.12.

1.Cor.9.d. 22.

Philip.2.a.3.

infirma toleremus, vt ad quædam sana in quorum delectatione acquiescamus per charitatis toleratiam perducamur. Ait enim: Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Ideoq; si propter Christi charitatem etiam eum qui ex parte, vel omnino fortassis ægrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per verbū Dei: quanto minus eum, qui propter nos videri potest totus ægrotus: quia quædam eius sanitas in primo ingressu amicitiæ non potuimus sustinere, & quod est grauius, cū offensione animi de toto homine ausi sumus temerariam præiudicij ferre sententiam, non timētes quod dictū est: Nolite iudicare, vt non iudicemini. Et in qua mensura mēsi fueritis; in eadem remetietur vobis. Sępè autem illa quæ bona sunt, prius apparent: in quibus etiā temerarium beneuolētiæ iudiciū cauendū est, ne cùm totum bonū putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securū & impara tū te inueniant, & grauius offendant: vt eū quē temerè dilexeras, acerbius oderis, quod nefas est: quia etiamsi nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala, prius eminerent, tolerāda tamen erant, donec omnia cū illo ageres, quibus talia sanari solent: quāto magis cùm ea bona præcesserunt, quæ tanquā pignora nos debent ad posteriora tolerāda cōstringere? Ipsa est ergo lex Christi, vt inuicē onera nostra portemus: Christū autem diligēdo, facilè sustinemus infirmitatem alterius: etiam quem nōdum propter bona sua diligimus. Cogitamus enim quia ille, quē diligimꝰ, Dominus propter eū mortuꝰ sit. Quā charitatē apostolꝰ Paulus nobis ingessit, cùm diceret: Et peribit infirmus in tua sciētia frater, propter quē Christꝰ mortuus est: vt si illum infirmū propter vitiū, quo infirmus est, minus diligimus, illum in eo consideremus, qui mortuꝰ est propter illū. Christum autē non diligere, nō infirmitas, sed mors est. Quapropter ingenti cura, & implorata Dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus propter infirmum, cùm infirmum debeamus diligere propter Christum. Q VÆRI potest quomodo ab ipso apostolo Paulo dictū sit, Ante tempora æterna. Si enim tempora, quomodo æterna? Nisi fortè ante omnia tempora intelligi voluit: quia si dixisset ante tempora, neque addidisset, æterna: posset accipi, ante quædam tempora, quæ ante se haberent alia tempora. Æterna autem maluit dicere, q̄ omnia, fortassis ideo, quia tempus non cœpit ex tempore. An tēpora æterna æuum significauit, inter quod & tēpus hoc distat, quòd illud stabile est, tēpus autē mutabile? M VLTIS modis habitum dicimus. Vel habitum animi, sicut est cuiuscūq; disciplinæ perceptio, vsu roborata atq; firmata: vel habitū corporis, secūdùm quē dicimus aliū alio esse succulētiorem & validiorē, quæ magis propriè habitudo dici solet: vel habitum eorū, quę mēbris nostris accōmodantur extrinsecùs: secundùm quem dicimus vestitum, calciatum, armatum, & si quod eiusmodi est. In quibus omnibus generibus (siquidem nomen hoc ductū est ab illo verbo, quod est habere) manifestum est in ea re dici habitum quæ accidit alicui, vt ita eam possit etiam non habere: nam & doctrina accidit animo, & succus ac robur corpori: & vestis atque arma, non dubium est quin accidant mēbris nostris: ita vt & imperitus possit esse animus, si ei doctrina nō accideret: & exile atq; languidum corpus, sine succo viscerū & robore: & nudꝰ sine veste, & inermis sine armis, & pede nudo sine calciamētis esse homo potest. Habitus ergo in ea re dicitur, quæ nobis vt habeatur accidit. Verūtamē hoc interest, q̄ quædā eorū quæ accidūt nobis vt habitum faciant, non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutāt, in seipsa integra & in conuulsa manentia: sicuti ipsa sapientia, cùm accidit homini, nō ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientē facit. Quædam verò sic accidūt, vt & mutent & mutentur: sicuti cibus ipse amittens speciē suam, in corpus nostrum vertitur: & nos refecti cibo, ab exilitate atque languore in robur atque valentiam commutamur. Tertium verò genus est, cùm ipsa quæ accidunt, mutantur vt habitum faciant, & quodāmodo formantur ab eis, quibus habitum faciunt, sicuti est vestis: nam cùm reposita vel proiecta est, nō habet eam formam, quam sumit cùm induitur atque inducitur membris. Ergo induta accipit formam, quam nō habebat exuta: cùm ipsa membra, & cùm exuuntur, & cū induuntur, in suo statu maneant. Potest esse & quartum genus, cùm ea quæ accidunt, ad faciendum habitū, nec ea mutant quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutantur: sicut annulus in digito, si non nimis subtiliter attendatur. Verumtamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimum. Cùm ergo Apostolus de vnigenito Dei filio loqueretur, quantum pertinet ad eius diuinitatem, secundùm id quod verissimus Deus est, æqualem dixit esse patri, quod nō ei fuit tāquam rapinam, id est quasi alienum appetere, si semper manens in ea æqualitate, noller hominē indui, & hominibus vt homo apparere: sed semetipsum exinaniuit, non formam suam mutans, sed formā serui accipiens: neque conuersus aut transmutatus in hominem, amissa incommutabili stabilitate, sed tanquā verū hominem suscipiēdo, ipse susceptor in similitudinem hominum factus, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit, habitu inuētus est vt homo; id est, habendo hominē, inuentus est vt homo. Nō enim poterat inueniri Deus ab iis, qui cor immundū habebant, & verbū apud patrē videre non poterāt, nisi hoc suscipiēdo quod possent videre, & per quod ad illud lumē interius ducerentur. Iste autē habitus nō est ex primo genere: nō enim manens in se natura hominis, naturā Dei cōmutauit. Neque ex secundo: non enim immutauit homo Deū, & mutatus est ab illo. Neq; ex quarto: nō enim sic assumptus est homo, vt neq; ille mutaret Deū, nec ab ipso mutaretur. Sed potius ex tertio: sic enim assumptus est, vt cōmutaretur in melius, & ab eo formaretur ineffabiliter excellētius atq; coniūctius quàm vestis, cū ab homine induitur. Hoc ergo nomine habitus satis significauit Apostolus quemadmodū dixerit in similitudinem hominū factus: quia non trāsfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cùm indutus est hominem, quem sibi vniēs quodammodo atque conformans, immortalitati æternitatiq; sociaret. Sed illum habitum, qui est in perceptione sapientię vel potius disciplinæ, Græci ἕξιν vel χέσιν vocant. Hūc autē, secūdùm quē dicimus vestitū, vel armatum, χῆμα potius vocant. Ex quo intelligitur de isto genere habitus locutum Apostolum, quandoquidem in Græcis exemplaribus χήματι scriptum est, quod nos in Latinis habitu habemꝰ. Quo nomine oportet intelligi nō mutatū esse verbū susceptione hominis, sicuti nec mēbra veste induta mutātur: quanquā illa susceptio ineffabiliter susceptū suscipienti copulauerit: sed quantū verba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intelligatur Deus humanæ fragilitatis assumptione, electum est vt Græcè χῆμα, & Latinè diceretur habitus illa susceptio. I MAGO & æqualitas & similitudo distinguēda sunt: quia vbi imago, cōtinuò similitudo, non cōtinuò æqualitas. Vbi æqualitas, cōtinuò similitudo, nō continuò imago. Vbi similitudo, non continuò imago, non continuò æqualitas: vt in speculo est imago hominis, quia de illo expressa

Matth. 9. b. 12.

Matth. 7. a. 1

Gal. 6. a. 2.

1. Cor. 8. d. 11.

Q VÆST. LXXII. De tēporibus ęternis. Tit. 1. a. 3. Lib. 12. de ciuitate dei cap. 16, 19.

Q VÆST. LXXIII. De eo quod scriptū est Philip. Et habitu inuētus est vt homo.

2. sent. dist. 6. ca. Ne autem.

Philip. 2. a. 6.

Q VÆST. LXXIIII. De eo quod scriptum est in epistola Pauli ad Coloss. In quo habemus redēptionem & remissionē peccatorū, qui est imago Dei inuisibilis. Coloss. 1. b. 14.

Lib. 7. de Trinitate cap. 3.

est etiam necessariò similitudo, non tamen æqualitas: quia multa desunt imagini, quæ tamen insunt illi rei, de qua expressa est. Tbi æqualitas, cõtinuò similitudo, non cõtinuò imago; velut in duobus ouis paribꝰ, quia inest æqualitas, inest & similitudo: quæcunque enim assunt vni, assunt & alteri: imago tamẽ nõ est, quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, non cõtinuò imago, non continuò æqualitas: omne quippe ouum omni ouo, in quantum ouũ est, simile est; sed ouum perdicis, quamuis in quantum ouũ est, simile est ouo gallinæ, nec imago tamen eius est, quia de illo expressum nõ est: nec æquale, quia breuius est, & alterius generis animantium. Sed vbi dicitur, nõ continuò: vtique intelligitur, quia esse aliquãdo potest. Potest ergo esse aliqua imago, in qua sit etiam æqualitas: vt in parentibus & filiis inueniretur imago & æqualitas & similitudo, si interuallum tẽporis defuisset, nã & de parente expressa est similitudo filij, vt rectè dicatur imago, & potest esse tanta, vt rectè etiam dicatur æqualitas, nisi quòd parens tempore præcessit. Ex quo intelligitur & aliquãdo æqualitatem nõ solùm similitudinẽ habere, sed etiam imaginem: quod in superiori exemplo manifestum est. Potest etiam aliquãdo similitudo esse ęqualitas, quamuis non sit imago: vt de duobus ouis paribus dictũ est. Potest etiam similitudo & imago esse quãuis non sit æqualitas: vt in speculo ostendimus. Potest & similitudo esse, vbi & æqualitas & imago sit; sicut de filiis cõmemorauimus, excepto tempore, quo procedunt parentes. Sic enim æqualem syllabã syllabæ dicimus: quãuis altera præcedat, altera subsequatur. In Deo autẽ quia cõditio tẽporis vacat: non enim potest rectè videri Deus in tẽpore generasse filiũ per quẽ condidit tẽpora: consequens est, vt non solùm sit imago eiꝰ, quia de illo est, & similitudo, quia imago: sed etiam æqualitas tanta, vt nec temporis quidem interuallum impedimentũ sit. SICVT Apostolus ad Hebræos dicit, Testamentum testatoris morte firmatur propterea mortuo pro nobis Christo, nouum Testamentum firmatũ esse asserit: cuius similitudo vetus Testamentum erat, in quo mors testatoris per victimã præfigurabatur. Si ergo quæratur quomodo simus secundùm eiusdem Apostoli verba cohæredes Christi, & filij atque hæredes Dei, cùm etiam hæreditas morte decessoris firma teneatur, nec vllo alio modo posit hæreditas intelligi. Respõdetur, ipso quidem mortuo factos nos esse hęredes, quoniã filij eiꝰ etiã dicti sumꝰ. Non ieiunant, inquit, filij sponsi, quamdiu cũ illis est spõsus. Hæredes ergo eius dicimur, quia reliquit nobis pacis Ecclesiasticæ possessionẽ per fidem tẽporalis dispensationis, quam in hac vita possidemus, quod testatus est, dicens: Pacem meã do vobis, pacem relinquo vobis. Cohæredes autem eius efficiemur, cùm in finẽ seculi mors absorbebitur in victoriam: tunc enim similes ei erimus, quando videbimus eũ sicuti est. Quã hæreditatem non eius patris morte adipiscimur, qui mori non potest, quandoquidem ipse sit hæreditas nostra, secundùm illud quod scriptum est, Dominus pars hęreditatis meæ. Sed quoniã cùm vocati sumus adhuc paruuli, & ad spiritalia contemplanda minùs idonei, vsq; ad humillimas nostras cogitationes se diuina miseratio porrexit, vt quomodocũq; cernere niteremur, quod nõ euidẽter atq; perspicuè cernebamus, idipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cũ facie ad faciẽ cernere cœperimus. Conuenienter ergo dicitur moriturũ esse quod auferetur: cũ autẽ venerit quod perfectũ est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodãmodo moritur pater in ænigmate, & idẽ ipse sit hæreditas, cùm facie ad faciẽ † videtur: nõ quia ipse moritur, sed imperfecta in eum nostra visio perfecta visione perimitur: & tamen nisi illa prior nos nutriret, ad † illã plenissimam & euidentissimam non efficeremur idonei. Quod si etiam de Domino Iesu Christo, nõ secũdùm verbum in principio Deũ apud Deũ, sed secundùm puerũ, qui proficiebat ætate ac sapientia, pius intellectꝰ admittit, propria illa susceptione seruata, quæ communis ei cũ cæteris hominibus nõ est, cuius tanquam morte possideat hæreditatem, manifestũ est. Nõ enim nos cohæredes eius esse possumus, nisi & ipse hęres sit. Si autem pietas hoc non admittit, vt primò ex parte videret homo dominicus, deinde ex toto, quanquã in sapientia proficere dictus sit, in corpore suo intelligatur hæres: id est Ecclesia, cuius cohæredes sumꝰ, quamuis ex nobis cõstet, quemadmodũ filij eius matris dicimur. Sed rursum quæri potest, cuiꝰ morte facti simus & nos etiã hæreditas Dei, secũdùm illud, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hæreditatem autẽ tuã, nisi fortè huius mundi, quo prius tanquam dominante tenebamur. Pòst autem cùm dicimus, Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo: possidet nos Christus mor tuo illo, qui nos possidebat: cũ ei renunciamus, morimur illi, & ipse nobis. QVONIAM Paulus apostolus prædicãs iustificari hominẽ per fidem sine operibus, non bẽnè intellectus est ab eis, qui sic acceperũt dictum, vt putarent, cùm semel in Christum credidissent etiamsi malè operarentur, & facinorosè flagitioseq; viuerent, saluos se esse posse per fidem, Locus iste huius Epistolæ eundem sensum Pauli apostoli quomodo sit intelligendus exponit. Ideoq; magis Abrahæ vtitur exemplo, vacuam esse fidem, si nõ bene operetur quoniam Abrahæ exemplo etiã Paulus apostolus vsus est, vt probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cùm enim bona opera commemorat Abrahæ quæ eius fidem comitata sunt, satis ostẽdit Paulum apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominẽ per fidem sine operibus, vt si quis crediderit nõ ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potiꝰ, vt nemo meritis priorum bonorũ operum arbitretur se peruenisse ad donũ iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christũ credentibus Iudæi præferre cupiebant, quòd dicebãt se meritis bonorũ operum quæ in lege sunt ad Euangelicã gratiam peruenisse: ideoq; scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quòd incircumcisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde apostolus Paulus dicit, posse hominẽ sine operibus præcedentibus iustificari per fidem: nam iustificatus per fidem, non potest nisi iustè deinceps operari, quãuis antea nihil operatus iustè, ad fidei iustificationẽ peruenerit: nõ merito bonorũ operũ, sed gratia Dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, cùm iã per dilectionẽ bene operatur. Quòd si cùm crediderit mox de hac vita decesserit, iustificatio fidei manet cũ illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequẽtibus, quia in hac vita esse non sinitur. Vndemanifestum est quod Paulus apostolus dicit, Arbitramur enim hominẽ iustificari per fidem sine operibus. Non tamen ita intelligendũ est, vt accepta fide, si vixerit, dicamus eũ istum, etiam si malè vixerit. Ideo exemplo Abrahæ & apostolus Paulus vtitur, quia sine operibus legis, quã non acceperat, per fidem iustificatus est: & Iacobus, quia fidẽ ipsius Abrahæ opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quẽadmodũ intelligẽdũ sit, quod Paulus apostolus prædicauit. Nam qui putant istã Iacobi apostoli sententiam contrariã esse illi Pauli apostoli sententiæ, possunt arbitrari etiã ipsum Paulũ sibi esse contrarium, quia dicit alio loco, Non enim audi-

QVAEST. LXXV. De hæreditate Dei. Hebr.9.d. 16.
Rom.8.c.17
Matth.9.b. 15.
Ioan.14.d. 27.
1.Cor.15.g. 54.
1.Ioan.3.a.2.
Psal.15.b.5.
1.Cor 13 c. 10.
ad possidetur.
al.nliam.
Ioan.1.a.1. Luc.2.i.40.
Psalm 2.c.8.
Gal.6.d.14.
QVAEST. LXXVI. De eo quod apostolus Iacobus 2. cap. dicit, Vis autem scire ô homo inanis, quia fides sine operibꝰ otiosa est. Iacobi 2.b. 20.
Rom.3.d.28
Ibid.4.a.1.
1.Cor.15.b. 10.
Rom.3.d.28
Rom.2.b.15

tores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco, Sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum, Si enim secundũ carnem vixeritis, moriemini; si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quæ sint autẽ facta carnis, quæ operibus spiritalibus mortificanda sunt, alio loco demonstrat, dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditię, impudicitia, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnũ Dei non possidebunt. Et ad Corinthios ait, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnũ Dei possidebunt. Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quibus sententiis manifestissimè docet, non eos prętorito bono opere ad fidei iustificationẽ peruenisse: nec meritis eorũ istã gratiã datam, quando dicit, Et hęc quidẽ fuistis: sed cũ dicit, Qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt: satis ostendit, iam ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idẽ apostolus Paulus satis aperteq; pdicat, rectè viuẽdum omnibus, qui in Christo crediderunt, ne ad pœnas perueniãt. Quod & ipse Dominus commemorat, dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorũ: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cęlorũ. Et alibi, Vt quid dicitis mihi, Dñe Dñe, & non facitis quæ dico vobis? Et omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eũ viro prudenti, q ædificauit domũ suã supra petrã, &c. Et q audit verba mea hæc, & non facit ea, similabo eũ viro stulto, q ædificauit domũ suã sup arenã, &c. Quapropter non sunt sibi cõtrariæ duorũ apostolorum sentẽtiæ, Pauli & Iacobi, cùm dicit vnus, iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus: & alius dicit, inanẽ esse fidẽ sine operibꝰ: qa ille dicit de operibus, quæ fidem præcedũt; iste de iis quæ fidẽ sequũtur: sicut etiã ipse Paulus multis locis ostendit. OMNIS perturbatio, passio: omnis cupiditas, perturbatio: omnis igitur cupiditas passio. Omnis autẽ passio, cùm est in nobis, ipsa passione patimur: & in quãtũ passio est, patimur. Omnis igitur cupiditas, cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur: & in quãtũ cupiditas est patimur. Omnis aũt passio, in quãtũ ipsa passione patimur, non est peccatũ: sic & si patimur timorẽ, nõ est peccatũ: tanquã si diceretur, Si bipes est, nõ est pecus. Si ergo ppterea hoc non est cõsequẽs, qa multa sunt pecora bipedia: propterea & illud non est cõsequens, quia multa sunt peccata quæ patimur. Hoc enim contrà dicitur, non esse consequẽs, vt si patimur timorẽ, ideo nõ sit peccatũ. Tu autem dicis cõsequẽs esse, vt si patimur timorẽ, non sit peccatum: cùm tamẽ † cõcedas aliqua esse peccata quæ pætimur. ARS illa summa omnipotẽtis Dei, p quem ex nihilo facta sunt omnia, quæ etiã sapientia eius dicitur: ipsa operatur etiã per artifices, vt & pulchra atq; congruẽtia faciant: quamuis non de nihilo, sed de aliqua materia operentur, velut ligno, aut marmore, aut ebore, & si quod aliud materiæ genus manibus artificis subditur. Sed ideo isti nõ possunt de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur: cùm tamẽ eos numeros, & lineamentorũ conuenientiam, quæ per corpus corpori imprimunt, in animo accipiant ab illa summa sapientia, quæ ipsos numeros & ipsam conuenientiam longè artificiosius vniuerso mũdi corpori impresserit, q de nihilo fabricatũ est: in quo sunt etiã corpora animaliũ, quæ iã de aliquo, id est de elementis mundi fabricantur: sed longè potentius excellẽtiusq;, quã cùm artifices homines easdẽ figuras corporũ & formas in suis operibus imitãtur. Non enim omnis numerositas humani corporis inuenitur in statua, sed tamẽ quęcũque ibi inueniũtur, ab illa sapientia per artificis manũ traiiciuntur, quæ ipsum corpus humanum naturaliter fabricat. Nec ideo tamen pro magno habẽdi sunt, qui talia opera fabricant, aut diligunt: quia minoribus rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhæret ipsi summæ sapientiæ, vnde istas potẽtias habet: quibus malè vtitur, dũ foris eas exercet: illa enim, in quibus eas exercet, diligens, interiorẽ earum formam stabilem negligit, & inanior infirmiorque efficitur. Qui verò talia opera etiam coluerunt, quantum deuiauerint à veritate, hinc intelligi potest, quia si ipsa animalium corpora colerent, quæ multo excellentius fabricata sunt, & quorum sunt illa imitamenta, quid eis infelicius diceremus?

OMNIS anima partim priuati cuiusdam iuris sui potestatẽ gerit, partim vniuersitatis legibꝰ sicut publicis coërcetur & regitur. Quia ergo vnaquæq; res visibilis in hoc mundo habet potestatẽ angelicã sibi ppositam, sicut aliquot locis diuina Scriptura testatur, de ea re cui præposita est, aliter quasi priuato iure agit, aliter tanquã publicè agere cogitur. Potẽtior est enim parte vniuersitas, quoniã illud q priuatim agit, tantũ agere finitur, quantũ lex vniuersitatis finit. Sed vnaquæque anima tanto est pietate purgatior, quanto priuato suo minus delectata, legẽ vniuersitatis intuetur, eiq; deuotè ac libẽter obtẽperat. Est enim lex vniuersitatis, diuina sapientia. Quanto igitur etiã humana anima deserto Deo, suis honoribꝰ, vel sua potestate fuerit delectata, tãto magis subditur talibus potestatibus, quę priuato suo gaudẽt, & honorari ab hominibus sicut dij cupiũt: quibus diuina lege sæpe cõceditur, vt eis quos sibi secundũ eorũ merita subiugauerint, priuato illo iure etiã miraculorũ aliquid pstent, in his rebus exhibendorũ, quibus sunt infimo, sed tamen ordinatissimo potestatũ gradu prępositæ: sed vbi diuina tanquã publica lex iubet, vincit vtiq; priuatã licentiã: quanquã & ipsa priuata licentia, nisi vniuersalis potestatis diuinæ permissione nulla esset. Ideoq; fit, vt sancti Dei serui, quando hoc donũ eos habere vtile est, secundum publicam & quodammodo imperialem legem, hoc est, summi Dei potestatem imperent infimis potestatibus ad quædam visibilia miracula facienda: in illis enim Deus ipse imperat, cuius templum sunt: & quem contempta sua priuata potestate, ardentissimè diligunt. In magicis autẽ imprecationibus, ad illecebram deceptionis, vt sibi subiugent eos quibus talia concedunt, præstant effectum precibus & † ministeriis eorum, priuato illo iure largientes, quod sibi licet largiri honorantibus, se sibique seruientibus, & quædam secum in sacramentis suis pacta seruantibus. Et quando videntur imperare magi, per sublimiorum nomina, inferiores terrent: & nonnulla visibilia quæ propter infirmitatem carnis magna videntur hominibus non valentibus æterna cõtueri, quæ per seipsum præstat dilectoribus suis verus Deus, mirantibus exhibent. Hæc autem permittit

Gal.5.a.6.
Rom.8.b.13
Gal.5.c.19.
1.Cor.6.b.9
Matth.7.c. 22.
Luc.6.g.46.
Matth.7.d. 24.
Ibidem.
Rom.3.d.28
Iacobi 2.d. 20.
QVAEST. LXXVII. De timore, vtrum peccatum sit.
al.misteriis.
QVAEST. LXXVIII. De pulchritudine simulachrorum.
QVAEST. LXXIX. Quare magi pharaonis fecerunt quædam miracula, sicut Moyses famulus Dei
Exodi 7.b.
al.conflet.

Deus, iustè omnia moderans, vt pro cupiditatibus & electionib⁹ suis, seruitutes eorũ libertatesq; distribuat. Et si quando inuocatione summi Dei, aliquid pro suis malis cupiditatibus impetrãt, vindicta est illa, nõ gratia. Non enim frustra dicit Apostolus, Tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ. Quorũdã enim peccatorũ perpetrãdorũ facilitas, pœna est aliorũ præcedentiũ. Quod autẽ Dominus dicit, Non potest satanas satanã excludere: ne fortè quisquam vtens nominibus aliquarũ infimarũ potestatũ, cũ dæmoniũ exclusẽrit, falsãm putet esse istã Domini sententiã: ad hoc intelligat dictũ, quia hoc modo satanas, etiamsi corpori aut corporis sensibus parcit, ideo parcit, vt ipsius hominis voluntati per impietatis errorẽ triũpho maiore dominetur. Hoc aũt modo non exit Satanas, sed potius in intima ingreditur, vt in eo sic operetur, quemadmodũ dicit Apostolus: Secundùm principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filiis diffidẽtiæ. Nõ enim sensus corporis eorũ turbabat atq; torquebat, aut eorũ corpora collidebat, sed in eorũ voluntate, vel potius cupiditate regnabat. Quòd autẽ dicit pseudoprophetas multa signa & prodigia facturos, ita vt fallant etiã, si fieri potest, electos: admonet vtique vt intelligamus quædã miracula etiã sceleratos homines facere, qualia sãcti facere non possunt, nec tamẽ ideo potioris loci apud Deum esse arbitrandi sunt: nõ enim acceptiores erãt Deo, quàm populus Israël, magi Ægyptiorũ, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebãt: quãuis Moyses in virtute Dei maiora potuerit. Sed ideo non omnibus sanctis ista tribuũtur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona esse, quàm in operibus iustitiæ, quibus æterna vita cõparatur. Propterea Dominus prohibet hinc gaudere discipulos, cùm ait: Nolite in hoc gaudere, quoniã spiritus vobis subiiciuntur: sed in hoc gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis. Cùm ergo talia faciunt magi, qualia nonnunquã sãcti faciunt, talia quidẽ visibiliter esse apparent, sed & diuerso fine & diuerso iure fiunt. Illi enim faciũt, quærentes gloriã suam, isti quærentes gloriã Dei, & illi faciunt per quædã potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata cõmercia vel beneficia: isti autẽ publica administratione, iussu eius cui cuncta creatura subiecta est. Aliter enim cogitur possessor equũ dare militi, aliter eũ tradit emptori, vel cuilibet donat vel commodat. Et quemadmodũ pleriq; mali milites, quos imperialis disciplina condemnat, signis imperatoris sui nonnullos possessores terrẽant, & ab eis aliquid, quod publicè non iubetur, extorquent: ita nõnũquam mali Christiani, vel schismatici, vel hæretici ꝑ nomen Christi aut verba aut sacramenta Christiana exigũt aliquid à potestatibus, quib⁹ honori Christi cedere indictum est. Cùm autem malis iubentibus cedunt voluntate, ad seducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicę iustitię. Nec mirum est quòd hæc signa valent, cùm ab eis adhibẽtur, quando etiam cùm vsurpantur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentissimi imperatoris valẽt. Ex quibus fuit ille, de quo discipuli Domino nũciauerunt, quòd in nomine eius eiiceret dæmonia, quamuis cum eis eum non sequeretur. Cùm autem non cedunt his signis huiusmodi potestates, Deus ipse prohibet occultis modis, cũ id iustum atque vtile iudicat. Nã nullo modo vlli spiritus audent hæc signa contemnere: contremiscunt enim hæc, vbicunque illa prospexerint. Sed nescientibus hominibus aliud iubetur diuinitùs, vel ad confundendos malos, cùm eos oportet confundi: sicut de Sceuæ filiis in Actibus apostolorũ legimus, quibus ait immundus spiritus: Iesum scio, & Paulũ noui, vos aũt qui estis? vel ad admonendos bonos, vt proficiant in fide, atq; ista nõ iactanter, sed vtiliter possint: vel ad discernenda dona membrorum Ecclesiæ, sicut Apostolus ait, Nunquid oẽs virtutes, nunquid oẽs habẽt dona curationũ? Propter has igitur causas plerunq;, vt dictũ est, nescientibus hominibus iubetur diuinitùs, vt his signis adhibitis, huiusmodi potestates voluntati hominũ nõ obtẽperẽt. Vt autẽ mali bonis sæpe temporaliter nocẽant, potestatẽ in eos accipientes, ad maiorẽ fit bonorũ vtilitatẽ propter exercitationẽ patiẽtię. Itaq; anima Christiana semper inuigilet in tribulationib⁹ suis sequi voluntatẽ Domini sui, ne ordinationi Dei resistẽdo acquirat sibi grauius iudiciũ. Quod enim ipse Dominꝰ agens hominẽ Pontio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dicere, Non haberes in me potestatẽ, nisi data esset tibi desuper. Nõ ergo eius voluntas cuius malitię potestas in bonos datur, sed eius voluntas à quo hæc potestas datur, debet nobis esse charissima. Quoniam tribulatio patientiã operatur, patientia probationem, probatio verò spem: spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per sanctũ Spiritũ qui datus est nobis.

Cvm quidã hæretici, qui Apollinaristæ ex Apollinari quodam authore suo dicti esse perhibẽtur, assererent Dominũ nostrũ Iesum Christũ in quantũ homo fieri dignatus est, nõ habuisse humanam mentem, inhærentes eis nonnulli, & eos studiosè audiẽtes, delectati sunt quidẽ ea peruersitate, qua ille hominẽ in Deo minuebat, dicens eum non habuisse mentem, hoc est rationalẽ animã, qua homo à pecoribus secundùm animum differt. Sed cùm secũ ipsi cogitarent, fatendũ esse, si ita est, vt vnigenitus Dei filius, sapientia & verbum patris, per quod facta sunt omnia, beluam quandam cum figura humani corporis suscepisse credatur, displicuerunt sibi, non tamen ad correctionẽ, vt redirent ad veritatis viam, totumq; hominem à sapientia Dei susceptum esse confiterentur, nulla diminutione naturæ: sed ampliore vsi audacia, ipsam etiã animã totumq; vtile hominis alienantes ab eo, solã carnẽ humanã eũ suscepisse dixerunt, adhibentes etiã testimoniũ ex Euangelio, imò illã sentẽtiã non intelligendo peruersi, confligere audẽt aduersus catholicã veritatem, dicẽtes scriptũ esse, Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Sub his enim verbis ita verbũ volunt carni esse copulatũ atq; concretũ, vt nulla ibi nõ solũ mens, sed nec anima humana intersistat.

Quibus primò respondẽdum est: ideo sic esse illud in Euangelio positum, quia vsque ad visibilem carnem, assumptio illa humanæ naturæ à Domino facta est, atque in tota illa vnitate susceptionis principaliter verbum est, extrema autem atque vltima caro. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei qui sese humiliauerit, & quousque humiliauerit exprimens, verbum carnemq; nominauit: prætermittens animæ naturam, quæ verbo inferior est, carne verò præstantior. Magis enim commendat humilitatem, quia dictum est: Verbum caro factum est: quàm si diceretur, verbum homo factum est. Nam si † nimis hæc intuentur verba, potest alius non minus peruersus ex istis verbis ita calumniari fidei nostræ, vt dicat ipsum verbum cõuersum & commutatum esse in carnem, & verbũ esse destitisse: quia scriptum est, Verbum caro factum est: sicut caro humana

Rom.5.d.26
Mat.3.d.24.
Ephes.2.a.
Matth.24.b.24.
Exod.7.b.11.
Luc.10.d.20.
Luc.9.f.49.
Act.19.c.15.
Lib.3 de Trinit.ca.7.
1.Cor.12.d.25.
Luc.3.b.6.
Psal.64.a.3.
Ioan.17.a.2.
Lib.14.de ciuit.Dei, ca.2.& lib.22 cap.19.
Gen.46.c.22.
Exod.1.a.5.
Lib.16 de ciuit.Dei, cap.40.
Iob 1.9.12.
Ioan.19.b.11.
Rom.5.a.4.
QVÆST. LXXX. Aduersus Apollinaristas.
Ioan.1.b.14.
Ioan.1.c.28.
Ioan 1.b.14.
Lib. 14.de ciuit.Dei, ca.2.
Ioan.1.b.14.
al. minus.

mana cùm fit cinis, non est caro & cinis, sed ex carne cinis. Et secundũ loquendi modũ consuetudinémq; celebriorem, quicquid fit q, nõ erat, desinit esse quod erat. Nec tamen ita hæc verba intelligimus, sed etiam ipsi nobiscũ ita intelligũt, vt manens verbũ quod est, ex eo quod accepit formã serui, non ex eo q, in illã formã aliqua mutatione conuersum est, dictũ sit: Verbũ caro factũ est. Deinde si vbicunq; caro fuerit nominata & anima tacita, sic intelligendũ est, vt anima ibi nõ esse credatur, nec illi habeant animã de quibus dictum est: Et videbit omnis caro salutare Dei. Et illud in Psalmo: Exaudi preces meas, ad te omnis caro veniet. Et illud in Euangelio: Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde intelligitur, solere homines per nominationẽ solius carnis significari, vt secũdùm hãc locutionẽ etiã illud possit intelligi: vt quod dictũ est, Verbũ caro factũ est: nihil sit dictũ, nisi verbum homo factũ est. Sicut enim à parte totũ, plerunque nominata sola anima homo intelligitur, sicut est illud: Tot animæ descẽderunt in Ægyptũ: sic rursùs à parte totum, etiam nominata sola carne homo intelligitur, sicut sunt ista quæ posuim⁹. Proinde quẽadmodũ nos huic obiectioni eorũ quã ex Euangelio proponunt, ita respõdemus, vt nullus hominũ ita desipiat, vt putet nos per hæc verba cogi ad credendũ & confitendũ, quòd mediator Dei & hominum homo Christus Iesus animam humanam non habuit: sic quæro quomodo ipsi respondẽat tam manifestis obiectionibus nostris, quibus ostendimus per innumerabiles locos euangelicæ Scripturæ narratũ de illo ab Euangelistis, quòd in his affectionibus fuerit, quæ sine anima esse non possunt. Non enim ea profero, quæ ipse Dominus tã multa cõmemorat: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ: &, Potestatẽ habeo ponendi animã meam, & iterũ sumendi eam: &, Maiorẽ dilectionẽ nemo habet, quàm vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Quæ mihi peruicax contradictor potest dicere figuratè à Domino dicta: sicut multa in parabolis eum locutũ esse manifestũ est. Nam etsi ista non ita sunt, non tamen opus est pugnaciter agere, vbi habemus Euãgelistarum narrationes, per quas eum & natũ de Maria virgine cognouimus, & comprehensum à Iudæis, & flagellatum, & crucifixum atque interfectum, & sepultum in monumento: quæ omnia sine corpore intelligerè facta nemo potest. Nec fictè aut figuratè accipienda quisquam vel dementissimus dixerit, cùm dicta sint ab eis, qui res gestas vt meminerant, narrauerũt. Sicut ergo ista corpus eum habuisse testantur, sic eum indicant habuisse animam affectiones illæ, quæ non possunt esse nisi in anima: quas nihilominus eisdem Euangelistis narrantibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & cõtristatus, & exhilaratus, & multa talia innumerabilia. Sicut etiam illa quæ coniũcta simul officia & corporis & animæ ostendunt: sicut sunt quòd esuriuit, quòd dormiuit, quòd fatigatus ab itinere sedit, & alia huiusce modi. Non enim possunt dicere, etiam in veteribus libris dictam esse iram Dei & lætitiam, & nonnullos huius generis motus: nec ideo tamen esse consequens, vt Deum habuisse animam credendum sit. Dicta sunt enim illa prophetici imaginationibus, nõ narratoria manifestatione: nam & membra Dei dicta sunt, & manus, & pedes, & oculi, & facies, & similia. Et quemadmodum ista non indicãt eum habere corpus, sic nec illa animam. Quemadmodum autem narratum aliquid, vbi nominata sunt manus Christi, & caput, & cætera quæ indicant eius corpus: ita etiã quæ de animi affectionibus eodem narrationis tenore nominata sunt, indicãt eius animam. Stultum est autem credere narranti Euangelistæ quòd manducauerit, & non ei credere quòd esurierit. Etsi enim non est consequens, vt omnis qui manducat, esuriat: nam & angelum legimus manducasse, sed esurisse non legimus: neque vt omnis qui esurit manducet, si aut officio aliquo se cohibeat, aut desit ei cibus facultasq; manducandi: tamen cùm vtrũq; narrat Euangelista, vtrumq; credendũ est, quia vtrumq; sicut rerum gestarũ index factũ gestumq; conscripsit. Sicut autẽ quia manducauit, sine corpore intelligi non potest: sic quia esuriuit, sine anima fieri non potuit. Nec illa nos terret inanis atq; inepta calumnia, quia inuidiosè resistentes aiunt: Ergo sub necessitate positus fuit, si has affectiones animi veras habuit. Facilè quippe respõdemus: Ergo sub necessitate positus fuit, quia cõprehensus, flagellatus, crucifixus & mortuus est: vt tandem sine pertinacia, si volunt, intelligant, sic eũ passiones animi, hoc est affectiones, volũtatis dispẽsatione, veras tamẽ, vt placuit, suscepisse, quẽadmodũ passiones corporis eadẽ dispẽsationis volũtate sine vlla necessitate suscepit. Quemadmodũ nos non voluntate morimur, sic & non volũtate nascimur: ille autẽ voluntate vtrũq;, vt oportebat exhibuit, & tamen verissimè exhibuit. Sicut ergo necessitatis nomine nec nos nec illos quisquã auellit à fide verissimæ passionis, per quã corpus eius ostenditur: sic & nos ipso nomine necessitatis nemo deterret à fide verissimæ affectionis, per quã animã eius agnoscimus: nec ipsos debet deterrere à consentiendo catholicę fidei, si non eos deterret exitiabilis pudor mutãdæ, quãuis falsæ, diu tamen & cũ temeritate defensæ sentẽtiæ.

Omnis sapientiæ disciplina, quæ ad homines eruditẽdos pertinet, est creatorẽ creaturamq; dignoscere, & illũ colere dominantẽ, istã subiectam fateri. Est aũt creator Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: & ideo Trinitas, pater & filius & Spiritus sanctus. Creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima: partim visibilis, sicut corpus. Inuisibili ternari⁹ numerus tribuitur: quare diligere Deũ tripliciter iubemur: ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mẽte. Corpori quaternarius numerus, ꝑpter euidentissimã naturã eius; id est, calidã & frigidã, humidã & siccã. Vniuersæ ergo creaturæ tribuitur septenarius. Quapropter omnis disciplina dignoscẽs & discernẽs creatorẽ atq; creaturã, denario numero insinuatur, quæ disciplina, quãdiu corporeis motibus tẽporaliter significatur, credẽdo constat, & rerũ gestarũ venientiũ atq; trãseuntium authoritate quasi lacte paruulos nutrit: vt idoneos faciat cõtẽplationi, quæ non venit & transit, sed semper manet: in qua quisq; narratis sibi rebus diuinitùs temporaliter ꝑ salute hominũ gestis, siue gerẽdis quæ adhuc futura prædicantur, si permanserit in fide & promissa sperauerit, & quæ diuina authoritas ꝓcepit infatigabili charitate implere curauerit, rectè agit virã huius necessitatis & tẽporis, quę numero quadragenario cõmendatur. Quoniã denarius numerus qui totã insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero qui corpori tribuitur multiplicatus, quia per motum corporalis administratio geritur, qua dictũ est fidem constare, quadragenarium numerum conficit. Ita impetrat etiam stabilem & nullius temporis indigentem sapientiam, quæ denario numero commendatur, vt ad quadraginta addãtur decem, quia & partes æquales quadragenarij numeri simul ductæ ad quinquaginta peruenìunt. Partes autem æquales habet quadragenarius numerus, primo quadraginta in singulis, deinde viginti in binis, decem in quaternis, octo in quinis, quinque in octonis, quatuor in denis, duas in vicenis.

Phil.2.a.7.
Lib.14.de ciuit.Dei, ca.2.& lib. 22 cap.19.
1.Tim.2.b.5.
Matt. 26. d. 38
Ioã.10.c.17.
Ioã.15.b.13.
Mat.8.b.10.
Mar.3.a.5.
Matth.4.a. 2 & 8.c.22.
Ioan. 4.a.6.
Gen.18.b.8.
Matth 4.a. 2.& 9.b.11. & 1.c 89.
QVÆST. LXXXI. De quadragesima & quinquagesima.
Rom. 11.d. 36.
Matt. 22. d. 37.
Deut.6.a.5.
1.Cor. 3.d.3.

Vnum ergo & duo & quatuor & quinque & octo & decem & viginti simul ducta efficiunt quinquaginta. Quapropter sicut quadragenarius numerus æqualibus suis partibus cõputatis parit amplius denariũ numerũ, & fit quinquagenarius: sic tẽpus fidei rerũ pro salute nostra gestarũ & gerendarũ, cum æquitate vitæ actũ, impetrat intellectũ stabilis sapientiæ, vt non solũ credendo, sed etiã intelligendo disciplina firmetur.

1.Ioan.3.a.2. Et ideo ea quæ nunc est Ecclesia, quãuis filij Dei simꝰ, ante tamen quàm appareat quid erimus, in laboribus & afflictionibus agit, & in ea iustus ex fide viuit. Nisi enim credideritis, inquit, non intelligetis. Et hoc est tẽpus quo ingemiscimus & dolemus, expectantes redẽptionẽ corporis nostri, q; quadragesima celebratur. Scimus autẽ quoniã cùm apparuerit, similes ei erimꝰ: quoniam videbimus eum sicuti est. Cùm additur denarius quadragenario, vt non solũ credere quæ pertinent ad fidem, sed etiã perspicuã veritatem intelligere mereamur. Talis Ecclesia in qua nullus erit mœror, nulla permixtio malorũ hominũ, nulla iniquitas, sed lætitia & pax & gaudium, quinquagesimæ celebratione præfiguratur. Propterea posteaquã Dominus noster Iesus Christus resurrexit à mortuis, quadraginta diebus peractis cũ discipulis suis, eadẽ ipsa scilicet per hunc numerũ insinuata tẽporali dispẽsatione, quæ ad fidẽ pertinet, ascendit in cælũ: & decẽ aliis diebꝰ peractis misit Spiritũ sanctũ: id est, vt nõ ad humana & tẽporalia, sed ad diuina & æterna cõtuẽda quodã amoris & charitatis spiramento & incẽdio quadragenario denarius adderetur. Et hoc iam totum, id est quinquagenarius numerus dierũ, lætitiæ celebratione signandus est. Hæc autem duo tempora, id est vnum laboris & solicitudinis, alterum gaudij & securitatis, etiã retibus missis in mare Dominus noster significat. Nã & ante passionem de reticulo dicitur misso in mare, quia tantũ piscũ ceperunt, vt vix ad litus trahendo perducerent, & vt retia rũperentur. Non enim missa sunt in dexterã partẽ: habet enim multos malos Ecclesia huiꝰ tẽporis: neque in sinistram, habet enim etiã bonos: sed passim, vt permixtionem bonorũ malorumq; significarent. Quòd autẽ rupta sunt retia, charitãte violata, multas hæreses exiisse significat. Post resurrectionem verò, cùm vellet Ecclesiam futuri temporis præmonstrare, vbi omnes perfecti atq; sancti futuri sunt, iussit mitti etiã retia in dexterã partẽ: & capti sunt ingentes pisces centum quinquagintatres, mirãtibus discipulis quòd cùm tã magni essent, retia nõ sunt dirupta. Horũ magnitudo magnitudinẽ sapientiæ iustitiæque significat, numerus verò, ipsam disciplinam, & temporali dispẽsatione, & æterna regeneratione perfectam, quam diximus quinquagenario numero commendari. Quia enim tunc non erit opus corporalibus adiumentis, & animo continebitur fides atque sapientia, quia animo ternarium numerum tributum diximus, quinquaginta ducimus ter, & fiunt cẽtum quinquaginta: cui numero trinitas additur, quia omnis illa perfectio in nomine patris & filij & Spiritus sancti consecrata est: ita fiunt centum quinquagintatres, qui numerus piscium ad dexteram partem captorum inuenitur.

Abac.2.a.4. Rom.1.c.17 Gal.3.b.12. Esa.7.b.9. Rom.8.c.23. 2.Ioan.3.a.2 Act.1.a.3. Act.2.a.1. Luc.5.b.6. Ioan.21.a.6.

QVAEST. LXXXII. De eo quod scriptum est Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autẽ omnẽ filium quẽ recipit. Hebr.12.b.7.

MVLTI murmurantes sub disciplina Dei, quæstionem mouent, cùm vident iustos sæpe graues molestias secundùm hanc vitã pati: quasi propterea nihil eis prosit quòd Deo seruiunt, quia vel communes labores, atque indifferenter corporum atque damnorum & contumeliarum cæterorumque omnium, quæ mala mortales putant, vel etiam cæteris ampliores patiuntur propter verbum Dei atq; iustitiam, quæ onerosa peccantibus in eius prædicatores tumultuosas seditiones aut insidias aut odia concitat. Quibus respõdetur, quia si vita ista sola esset hominum, aut nihil prodesse, aut etiam nocere iustã vitnon vsquequaq; absurdè videretur: quanquã non defuerint, qui iustitiæ suauitatem, & internũ eius gaudiũ cũ corporalibus omnibus laboribus & molestiis, quas genus humanũ pro cõditione suę mortalitatis patitur, cũ omnibus etiã quæ propter ipsam iustitiã in eos qui iustè viuunt, iniuriosissimè cogitantur, ita cõpensarẽt, vt sequestrata spe futuræ vitæ iocundius & lætius præ amore veritatis torquerentur, quàm luxuriosi præ cupiditate ebrietatis epulentur. Sed iis tamen qui putant iniustũ Deũ, cùm iustos in doloribus & laboribus vident: aut certè si non audent iniustum Deũ dicere, vel res humanas non curare arbitrantur, vel semel statuisse necessitates fatorum, contra quas nec ipse aliquid facit, ne ordinem rerũ à se dispositum inconstãtia turbare credatur: aut aliquid aliud opinãtur, quod Deus in aliquo inualidus non possit à iustis ista mala prohibere: dicendum est, nullam fuisse futuram iustitiam in hominibus, si res humanas non curat Deus: quia omnis ista hominũ iustitia, quã & tenere animus humanus rectè faciendo potest, & peccando amittere, non imprimeretur animæ, nisi esset aliqua incõmutabilis iustitia, quæ integra inueniretur à iustis, cũ ad eã conuerterentur: integra relinqueretur à peccantibus, cùm ab eius lumine auerterentur. Quæ iustitia incõmutabilis vtiq; Dei est, nec eam porrigeret ad illustrandos ad se conuersos, si res humanas nõ curaret. Si verò propterea grauia perpeti iustos non sineret, quia cõtra ordinẽ rerũ à se dispositũ nollet venire, nec ipse iustus esset: non quia dispositionẽ suã seruare non vult, sed q; ita disposuit ipsum ordinẽ rerum, vt immeritis pœnis iusti affligantur. In aliquo autẽ Deũ esse inualidum ad repellenda mala quæ iusti patiuntur, quisquis opinatur, ideo desipit, quia nõ intelligit, sicut nefas est iniustum Deũ dicere, ita nefas esse, omnipotentẽ negare. Quibus pro tẽpore susceptæ quæstionis breuiter constitutis, quia & esse Deũ & iustũ atq; omnipotentem esse, perniciosissimæ iniquitatis est dubitare: nulla causa probabilior occurrit, cur iusti homines laborẽt plerũq; in hac vita, nisi quia hoc eis expedit. Alia est enim quæ nunc est iustitia hominũ ad recipiendã sempiternã salutẽ, alia tunc in paradiso constituti hominis esse debuit ad retinendã & non amittẽdã sempiternã salutẽ. Sicut enim iustitia Dei, est vtilia præcipere, & inobedientibus pœnas, obedientibus autem præmia distribuere: ita iustitia est hominis, præceptis vtilibus obedire. Sed quoniã sic est in animo beatitudo, vt in corpore sanitas, quẽadmodũ in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona valetudo amittatur, alia verò vt amissã recuperetur: sic in toto statu hominis, alia tunc præcepta data sunt, ne amitteret immortalitatem, alia nunc præcipiuntur, vt eam recipiat. Et sicut in valetudine corporis, si quis præceptis medici, quibus eadem bona valetudo custodienda est, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta vt sanari possit: quæ sæpe nõ sufficiunt si talis est morbus, nisi adhibeãtur à medico quædam adiutoria, plerunque aspera & dolores importantia, quæ tamen valent ad recuperãdam salutem: vnde fit vt homo, quãuis iam obtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non solum ipso morbo nondum sanato, verùm etiam de adiutorio medicinæ: ita homo per peccatum lapsus in huius vitę morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo sempiternam custodiret ac teneret salutem, secunda præcepta æger accepit: quibus obtemperans iam

iam quidem non absurdè dicitur iustè viuere, sed tamen molestias quas patitur, vel de ipso morbo nondũ sanato patitur, vel de adiutorio medicinæ. Cui adiutorio deputatur quod scriptum est, Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Qui verò non obtemperãtes præceptis saluberrimis iniquè viuũt, augent etiam atque etiam morbos suos: & aut ex ipsis patiuntur innumerabiles miseriarum labores doloresq; etiam in hac vita: aut pœnis quoque adhibitis, vt quod sanum non est, tangatur & doleat, in quo malo sint, misericorditer admonentur: vt ad medicinã cõuersi per gratiã Dei sani fiant. Quæ omnia si contempserint, id est præcepta verborum & dolorum, iustam post hanc vitam sempiternam damnationem merebuntur. Ideoq; ille potest dicere iniustè ista fieri, qui solam vitam mortalẽ quã nunc agimus, esse existimans, quæ diuinitùs prædicta sunt futura non credit, pensurus grauissima supplicia perseuerãtiæ peccatorum atq; infidelitatis suæ.

Hebr.12.b.6.

QVAEST. LXXXIII. De coniugio in eo quod nominus ait, Si quis dimiserit vxorem suã excepta causa fornicationis, &c. Math.5.c.32. Mar.10.a.4. Luc.16.d.18 1.Cor.7.b.10.

SI Dominus dimittendæ coniugis solam causam fornicationis admittit, & paganum cõiugium dimitti prohibet, consequens est vt paganismus fornicatio nõ deputetur. Solam autem fornicationis causam exceptam facere Dominum cùm de dimittenda coniuge loquitur in Euangelio, manifestum est. Paganum ergo coniugium hinc non prohibetur dimitti, quia cùm Apostolus de hac re consilium daret, vt fidelis volentem secum esse coniugem infidelem, nõ dimittat, ait: Ego dico, non Dominus: vt Dominus intelligatur nõ quidem iubere vt dimittatur, ne contra iussum eius consiliũ dare videatur Apostolus, sed tamen permittere, vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur; sed consilij voluntate liberè faciat. Veruntamen si quisquam asserat solam illam fornicationem Dominum admittere ad causam relinquendæ coniugis, quæ vulgò dicitur fornicatio; id est quæ concubitu illicito perpetratur: hoc potest dicere Dominum cùm de hac re loqueretur, de vtroque fideli dixisse, & marito & vxore: vt si ambo fideles sint, neutri liceat alterum relinquere, nisi causa fornicationis: vbi non potest paganismus intelligi; quia vterque fidelis est. Sic enim & Apostolus videtur distinguere, cùm ait: His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere: quòd si recesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Vbi etiam intelligitur, quòd si vna illa causa qua sola relictio coniugij permittitur, mulier à viro recesserit, innupta perseuerare debet: aut si se non continet, viro potius reconciliari vel correcto vel certè tolerando, quàm alteri nubere. Sequitur autem & dicit: Et vir vxorem non dimittat: breuiter eandem formam intimans in viro, quam præcipiebat in femina. Quibus ex præcepto Domini insinuatis ita sequitur: Cæteris autem ego dico, non Dominus: Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, nõ dimittat illam: & mulier si habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Vbi dat intelligi Dominum de his locutum, vt neuter alterum dimitteret, si fideles ambo essent.

1.Cor.7.b.10.

Ibid.b.11.

F I N I S.

DOMINO BEATISS. ET VENERABILITER SINCERISSIMA CHARITATE AMPLECTENDO PATRI SIMPLICIANO, AVGVSTINVS IN DOMINO SALVTEM.

PLENAS bonorum gaudiorum literas, quòd sis memor mei, meq; vt soles diligas, magnæq; gratulationi tibi sit quicquid in me donorũ suorum Dominus conferre dignatus est misericordia sua, nõ meritis meis, missas munere sanctitatis tuæ accepi, in quibus affectum in me paternum de tuo benignissimo corde non repentinum & nouum hausi, sed expertum, sanè cognitumq; repetiui, Domine beatissime & venerabiliter sincerissima charitate amplectẽde. Vnde autem tanta exorta est felicitas literario labori nostro, quo in librorum quorũdam conscriptione sudauimus, vt à tua dignatione legerentur: nisi quia Dominus, cui subdita est anima mea, consolari voluit curas meas, & à timore recreare, quo me in talibus operibꝰ necesse est esse solicitum, nec vbi fortè indoctior vel incautior, quamuis in planissimo campo veritatis offendam. Cùm enim tibi placet quod scribo, noui cui placeat, quoniam quis te inhabitet noui. Idem quippe omnium numerum spiritalium distributor atque largitor per tuam sententiam confirmabit obedientiam meam. Quicquid enim habent illa scripta delectatione tua dignum, in meo ministerio dixit Deus, Fiat, & factum est: in tua verò approbatione vidit Deus, quia bonum est. Quæstiunculas sanè quas mihi enodandas iubere dignatus es, etsi mea tarditate implicatus non intelligerem, tuis meritis adiutus aperirem. Tantum illum quæso, vt pro mea infirmitate depreceris Deum, & siue in iis quibus me exercere benignè paternéque voluisti, siue in aliis quæcunque nostra in tuas sanctas manus fortè peruenerint, quia sicut Dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solùm curam legentis impendas, sed etiam censuram corrigentis assumas. Vale.

Gen.1.d.3.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI
AD SIMPLICIANVM MEDIOLANEN. ECCLESIÆ EPISCOPVM, DE SOLVTIONE QVARVNDAM QVÆSTIONVM EX EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS, LIBER PRIMVS.

D. Augustinus initio libri 2. Retract.

LIBRORVM quos episcopus elaboraui, primi duo sunt ad Simplicianum ecclesiæ Mediolanensis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis quæstionibus, quarũ duas ex epistola Pauli apostoli ad Romanos, in primum librum contuli. Harum prior est de eo quod scriptũ est, Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit. Vsq; ad illud vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. In qua illa Apostoli verba, Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, &c. quibus caro contra spiritũ confligere ostenditur, eo modo exposui, tanquam homo describatur adhuc sub lege, nondũ sub gratia cõstitutus. Longè enim postea & spiritalis hominis (& hoc probabilius) esse posse illa verba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est, ab eo loco vbi ait, Nõ solùm autẽ, sed & Rebecca ex vno cõcubitu habẽs Isaac patris nostri: vsque ad illud vbi ait, Nisi Dñs Sabaoth reliquisset nobis semẽ, sicut Sodoma facti essem⁹, & sicut Gomorrha similes fuissem⁹. In cuius quæstionis solutione laboratũ est quidẽ ꝓ libero arbitrio volũtatis humanæ, sed vicit Dei gratia. Nec nisi ad illud potuit peruenirí, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostol⁹, Quis enim te discernit? quid autem habes quod nõ accepisti? si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Quod volens etiã martyr Cyprianus ostẽdere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens: In nullo gloriandũ, quando nostrũ nihil est. In secundo libro tractãtur cæteræ quæstiones, & pro nostra quantulacunque facultate soluũtur, quę sunt omnes de Scriptura quæ Regnorũ appellatur.

Rom 7. b.7.

Ibid. 9. c. 10.

Esa. 1. c. 9.

1. Cor 4. b. 7

1. Reg. 10. b. 16. c. 14. Li. 2. quæst. 1.

Harũ prima est de eo quod scriptum est, Et insiliit spiritus Domini in Saul: cùm alibi dicatur, Et spiritus Domini malus irruit in Saul. Quam cùm exponerem dixi, Quamuis sit in cuiusq; potestate quid velit, non est tamen in cuiusquam potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cùm volumus fit, vbi prius & maximè est ipsum velle. Sine vllo quippe interuallo temporis præstò est voluntas ipsa cùm volumus, sed hãc quoque ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cùm præparatur voluntas à Domino. Secũda quæstio est, quomodo dictum sit: Pœnitet me quòd constituerim regem Saul. Tertia, vtrum spiritus immundus qui erat in Pythonissa, potuerit agere vt Samuel à Saule videretur, & loqueretur cum eo. Quarta, de eo quod scripum est: Intrauit rex Dauid, & sedit ante Dominum. Quinta, de eo quod dixit Hælias, O Domine testis huius viduę cum qua ego inhabito apud ipsam, tu malè fecisti, occidere filium eius. Hoc opus sic incipit:

1. Reg. 15. c. 11.

Ibid. 28. b. 7. *

2. Reg. 7. c. 18.

3. Reg. 17. d. 20.

PRAEFATIO.

GRATISSIMAM planè atq; suauissimam interrogationum tuarum dignationem mihi, pater Simpliciane, misisti: quibus nisi respondere conarer, non solum contumax, verumetiam ingratus existerem. Et illa quidem quæ de Paulo apostolo dissoluenda proposuisti, iam à nobis erãt vtcunque discussa literisq; mandata. Sed tamen eadem ipsa verba Apostolica tenoremq; sententiarum, non contentus inquisitione atque explicatione præterita, ne quid in ea negligẽtiùs pręterissem, cautiùs attẽtiùsq; rimatus sum. Non enim tu ea percõtanda censeres, si eorum intellectus facilis atq; expeditus foret.

NAM ex eo loco vbi scriptum est, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Vsque ad eum locũ, vbi ait, Igitur lex volenti mihi bonũ est: & cætera, credo vsque ad illud, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrum: primã nos voluisti enodare quęstionem. Quo loco videtur mihi Apostolus trãsfigurasse in se hominem sub lege positum, cuius verbis ex persona sua loquitur. Et quia Paulò antè dixerat, Euacuati sum⁹ à lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus & nõ in vetustate literę: atque ita per hæc verba quasi reprehẽdisse legem posset videri, subiecit statim. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatũ non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces. Hic rursus mouet, Si lex non est peccatum, sed insinuatrix peccati, nihilominus his verbis reprehenditur: quare intelligendũ est, legẽ ad hoc datã esse, non vt peccatum insereretur neq; vt extirparetur, sed tãtum vt demonstraretur, quo animam humanã quasi de innocentia securam ipsa peccati demõstratione reã faceret. Vt quia peccatum sine gratia Dei vinci non posset, ipsa reatus solicitudine ad percipiendam gratiã conuerteretur. Itaque non ait, Peccatũ nõ feci, nisi per legem: sed, Peccatum nõ cognoui, nisi per legem. Neque rursus ait, Nam cõcupiscentiã nõ habebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces: sed ait, Concupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces. Vnde apparet cõcupiscẽtiam per legem nõ insitã, sed demonstratam. Consequẽs autem erat, vt quoniã nõdum accepta gratia concupiscentiæ resisti nõ poterat, augeretur etiã: quia maiores vires habet concupiscentia crimine præuaricationis adiuncto, cùm etiã contra legem facit, quàm si nulla lege prohiberetur. Consequenter itaque subiũgit, Occasione autẽ accepta peccatũ per mandatum, operatum est in me omnẽ concupiscentiã. Erat enim & ante legem, sed nõ omnis erat, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Vnde alio loco dicit, Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Quod autẽ adiungit, Sine lege enim peccatũ mortuum est: pro eo positũ est, ac si diceret, latet hoc est, mortuũ putatur: quod paulò post euidẽtiùs dictum est. Ego autem, inquit, viuebam sine lege aliquãdo: id est, nulla ex peccato morte † terrebar, quia non apparebat, cùm lex non esset. Adueniente autem manda to, peccatũ reuixit, hoc est apparuit, Ego autẽ mortu⁹ sum: id est, mortuũ me esse cognoui, vel quia reat⁹ prę uaricationis certũ mortis suppliciũ comminatur. Sanè q; ait, Peccatũ reuixit aduenientę mandato: satis significauit hoc modo, aliquãdo vixisse peccatũ, id est notũ fuisse, sicut arbitror in præuaricatione primi hominis qui & ipse mãdatũ acceperat. Nã & alio loco dicit, Mulier autem in præuaricatione seducta est. Et iterũ, In similitudinẽ præuaricationis Adæ, q; est forma futuri. Nõ enĩ potest reuiuiscere nisi quod vixit aliquando

Q V Æ S T. I.

Rom. 7. b. 7. *

2. Retract. cap. 1.

Rom. 7. a. 6.

Exod. 20. c. 17. Deut. 5. c. 21

Rom. 7. b. 7. *

Rom. 7. b. 7. *

Rom. 4. c. 15. Ibid. 7. b. 8.

ad. rember.

Gen. 8. c. 17. 1. Tim. 2. d. 15. Gen. 3. a. 6. Rom. 5. c. 14.

quãdo. Sed mortuum fuerat, id est occultatum, cùm mortales nati sine mandato legis homines viuerẽt, sequẽtes concupiscentiã carnis sine vlla cognitione, quia sine vlla prohibitione. Ergo ego, inquit, viuebã sine lege aliquãdo. Vnde manifestat, nõ ex persona sua ꝓpriè, sed generaliter ex persona veteris hominis se loqui. Adueniente aũt mandato peccatum reuixit, ego autẽ mortuus sum: & inuentũ est mihi mandatũ quod erat in vitam, hoc esse in mortẽ. Mandato enim si obediatur, vtiq; vita est. Sed inuẽtum est esse in mortẽ, dũ fit contra mãdatum, vt non solum peccatum fiat quod etiam ante mandatum fiebat, sed hoc abundantius & perniciosius, vt iam à sciente & præuaricãte peccetur. Peccatum enim, inquit, occasione accepta per mãdatum, fefellit me, & per illud occidit. Peccatũ non legitimè vtens lege, ex prohibitione aucto desiderio, dulcius factum est, & ideo fefellit. Fallax enim dulcedo est quã plures atq; maiores pœnarum amaritudines consequũtur. Quia ergo ab hominibus nõdum spiritalẽ gratiã percipiẽtibus suauius admittitur quod vetatur, fallit peccatũ falsa dulcedine. Quia verò etiã accedit reatus præuaricationis, occidit. Itaq; lex quidẽ sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Iubenda enim iubet, & grohibenda prohibet. Quod ergo bonũ est, mihi factum est mors? Absit. In malè vtente quippe vitiũ est, non in mandato ipso quod bonũ est: Quoniã bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Malè autem vtitur lege, qui nõ se subdit Deo pia humilitate, vt per gratiam lex possit impleri. Itaq; ad nihil aliud accipit legem qui non ea legitimè vtitur, nisi vt peccatum eius quod latebat ante prohibitionẽ, apparere incipiat per præuaricationẽ. Et hoc supra modum, quia iã nõ solũ peccatum fit, sed etiam cõtra mandatũ. Sequitur ergo & adiungit, Sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonum mihi operatũ est mortẽ, vt fiat supra modũ peccator, aut peccatum per mandatum. Vnde manifestat quo sensu dixerit superiùs: Sine lege enim peccatum mortuum est: non quia non erat, sed quia non apparebat. Et quomodo dictum sit, Peccatũ reuixit: nõ vt esset quod erat & ante legem, sed vt appareret quoniam fiebat contra legem: quãdoquidem hoc loco ait, Sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatũ est mortẽ. Nõ enim ait, vt fit peccatũ: sed, vt appareat peccatũ. Deinde subiũgit causam, cur ita fit. Scimus enim inquit, quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. In quo satis ostẽdit, nõ posse impleri legẽ nisi à spiritali⁹ q; nõ fiũt nisi per gratiã. Spiritali enĩ legi quãto fit quisque similior, id est quãto magis & ipse in spiritalẽ surgit affectũ, tanto eam magis implet. Quia tanto magis ea delectatur, iã non sub eius onere afflictus, sed in eius lumine vegetatus, quia præceptũ Domini lucidũ est illuminãs oculos, & lex Domini immaculata cõuertens animas: Gratia donante peccata, & infundente spiritum charitatis, quo & non sit molesta, & sit etiam iucũda iustitia. Sanè cùm dixisset, Ego autem carnalis sum: cõtexuit etiam qualis carnalis. Appellati sunt enĩ ad quendam modũ carnales, iam etiam sub gratia cõstituti, iã redẽpti sanguine Domini, & renati per fidẽ. Quibus idem Apostolus dicit, Ego fratres non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, nõ escam. Quod dicẽs, vtique ostendit iã renatos fuisse per gratiã qui erant paruuli in Christo & lacte potandi, & tamen eos adhuc carnales vocat. Qui autẽ nondũ est sub gratia, sed sub lege, ita carnalis est, vt nõdũ sit renatus à peccato, sed venũdat⁹ sub lege à peccato: quoniã pretiũ mortiferę voluptatis amplectitur dulcedinẽ illã qua fallitur, & delectatur etiã contra legẽ facere, cùm tanto magis libet, quanto minus licet. Qua suauitate frui non potest quasi pretio cõditionis suæ, nisi cogatur tanquam emptũ mancipiũ seruire libidini. Sentit enim se seruum dominantis cupiditatis, qui prohibetur, & se rectè ꝓhiberi cognoscit, & tamẽ facit. Quod enim operor, ait, ignoro. Nõ ita hic dictum est, ignoro: quasi peccare se nesciat. Nã cõtrarium erit quod dixit, Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonũ mihi operatũ est mortẽ. Et illud superiùs, Sed peccatũ non cognoui, nisi per legẽ. Quomodo enim apparet, aut quomodo cognouit quod ignorat? Sed ita dictũ est, quomodo dicturus est Dominus impiis, Nõ noui vos. Neque enim aliquid Deum latet, quando vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Sed dicimur aliquando ignorare, quod nõ approbamus. Ita ergo ait, Quod enim operor, ignoro: id est, non approbo. Quod consequẽter ostẽdit dicẽs: Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Quod ergo ait, odi: hoc ait, ignoro: quia & quibus dicturus est Dominus, Nõ noui vos: de his illi dicitur, Odisti Domine omnes qui operantur iniquitatẽ. Si autẽ quod nolo hoc facio, cõsentio legi, quoniã bona est. Hoc enim non vult quod & lex: nam hoc vetat lex. Consentit ergo legi, non in quãtum facit quod illa prohibet, sed in quantũ non vult quod facit. Vincitur enim nondũ per gratiam liberatus, quamuis iam per legem & nouerit se malè facere, & nolit. Quod verò sequitur & dicit, Nunc autem iam nõ ego operor illud, sed id quod inhabitat in me peccatũ: non ideo dicit, quia non consentit ad faciendũ peccatum, quãuis legi consentiat ad hoc improbãdã. Loquitur enim ad huc ex persona hominis sub lege constituti, nondũ sub gratia, qui profectò trahitur ad malè operãdũ, concupiscentia dominãte atq; fallẽte dulcedine peccati prohibiti, quãuis ex parte notitia legis hoc improbet. Sed propterea dicit, Non ego operor illud, quia victus operatur. Cupiditas quippe id operatur, cui superanti cedit. Vt autẽ non cedatur, sitq; mẽs hominis aduersus cupiditatem robustior, hæc gratia facit, de qua pòst dictur⁹ est: Scio enim, inquit, quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonũ. Ex eo quod scit, cõsentit legi: ex eo autem quod facit, cedit peccato. Quòd si quærit aliquis vnde hoc scit quod dicit habitare in carne sua non vtique bonũ, id est peccatũ? vnde nisi ex traduce mortalitatis & assiduitate voluptatis? Illud est ex pœna originalis peccati, hoc est ex pœna frequẽtati peccati. Cum illo in hanc vitã nascimur, hoc viuẽdo addimus. Quę duo, scilicet tanquam natura & cõsuetudo, coniũcta, robustissimã faciunt & inuictissimã cupiditatẽ quam vocat peccatũ, & dicit habitare in carne sua, id est dominatum quẽdã & quasi regnũ obtinere. Vnde est illud in Psalmo, Elegi abiici in domo Dñi, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum: quasi nõ habitet, quãuis ibi sit, qui abiect⁹ ibi est vbicũq; sit: vnde insinuat habitationẽ cũ quodã principatu intelligẽdam. Si autẽ per gratiã fiat in nobis, quod alio loco dicit, Vt non regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, iam nec habitare propriè dicitur. Velle enĩ, inquit, adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio. His verbis videtur nõ rectè intelligentibus velut auferre liberum arbitriũ. Sed quomodo aufert, cùm dicat, velle adiacet mihi? Certè enĩ ipsũ velle in potestate est, quoniã adiacet nobis: sed quod perficere bonũ non est in potestate, ad meritum pertinet originalis peccati. Nõ enim est hæc prima natura hominis, sed delicti pœna, per quã facta est ipsa mortalitas, quasi secunda natura, vnde nos gratia liberat cõditoris subditos sibi per fidẽ. Sed istæ nũc voces

A

Rom. 7. b. 9. *

B

1. Tim. 1. b. 8.

Rom. 7. b. 13. *

C

Matth. 7. b. 10. Psal. 33. c. 17.

Psal. 5. b. 6. Rom. 7. c. 16. *

2. Retract. cap. 1.

Psal. 18. c. 8.

D

Rom. 7. c. 14. *

Rom. 6. c. 12.

Rom. 7. d. 18 *

1. Cor. 3. a. 1.

Psal. 83. d. 11.

sunt sub lege hominis constituti, nondum sub gratia. Non enim quod vult facit bonum, qui nondũ est sub gratia, sed quod non vult malum hoc agit superante concupiscentia, non solùm vinculo mortalitatis, sed malæ consuetudinis roborata. Si autem quod nõ vult hoc facit, iã nõ ipse operatur illud, sed quod habitat in eo peccatum: sicut superiùs dictum est & expositũ. Inuenio ergo, inquit, legẽ mihi volẽti facere bonũ, quoniã mihi malũ adiacet: id est, inuenio legem, bonũ mihi esse cũ volo facere quod lex habet, quoniam mihi malũ adiacet ad facilè faciendũ: quia superiùs quod ait, Velle adiacet mihi: ad facilitatẽ dixit. Quid enĩ facilius homini sub lege cõstituto, q̃ velle bonũ & facere malũ? Nam & illud sine difficultate vult, quãuis nõ tã facilè faciat, quàm facilè vult: & hoc quod odit facilè habet, quamuis id nolit: sicut præcipitatus sine difficultate venit in ꝓfundũ, quãuis id nolit atq; oderit. Hoc dixi propter verbũ quod ait adiacet. Perhibet igitur testimoniũ legi, quòd bona sit, homo sub ea positus & nõdũ gratia liberatus. Perhibet omnino eo ipso quòd se reprehẽdit facere cõtra legẽ: & inuenit eam bonam sibi esse, volens facere quod illa iubet, & concupiscentia superante non valens: atque ita se præuaricationis reatu implicatũ videt, ad hoc vt gratiã liberatoris imploret. Condelector enim, inquit, legi Dei secũdùm interiorem hominem. Ei vtique legi, quæ dicit, Non cõcupisces. Video autem, inquit, legem aliam in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me sub lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Legẽ appellat in membris suis, onus ipsum mortalitatis, in quo ingemiscimus grauati. Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animam. Per quod fit etiam sæpe, vt inuitè delectet quod licet. Quam sarcinã prementem & vrgentẽ ideo legem appellat, quia iure supplicii diuino iudicio tributa & imposita est ab eo qui præmonuit hominem, dicens: Quã die mãducaueritis, morte moriemini. Hæc lex repugnat legi mentis dicenti, Nõ cõcupisces: cui condelectatur homo secundùm interiorem hominẽ: & antequã sit quisque sub gratia, ita repugnat, vt & captiuet eũ sub lege peccati, id est sub semetipsa. Cũ enim dicit, Quæ est in membris meis: hanc ostẽdit candẽ esse de qua superiùs ait, Video aliam legem in mẽbris meis. Hoc autem totũ ideo dicitur, vt demonstretur homini captiuo non esse præsumendũ de viribus suis. Vnde Iudæos arguebat tãquam de operibus legis superbè gloriantes, cùm traherentur cõcupiscentia ad quicquid illicitum est, cùm lex de qua gloriabantur, dicat, Non cõcupisces. Humiliter ergo dicendũ est † homini victo, damnato, captiuo, & nec saltẽ accepta lege victori, sed potius præuaricatori humiliter exclamãdũ est, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominũ nostrum. Hoc enim restat in ista mortalivita libero arbitrio, nõ vt impleat homo iustitiã cùm voluerit, sed vt se supplici pietate cõuertat ad eum, cuius dono eã possit implere. In hac ergo tota quã tractauimus apostolici cõtextione sermonis, quisquis putat sensisse Apostolum quòd mala sit lex, quoniam dicit, Lex subintrauit, vt abundaret delictũ: &, Ministratio mortis in literis figurata lapideis: &, Virtus peccati lex: &, Mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: &, Passiones peccatorum quæ per legẽ sunt operabantur in mẽbris nostris, vt fructũ ferrẽt morti. Nunc verò & euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literæ: & alia si qua huiusmodi Apostolũ dixisse inuenimus, attẽdat ideo esse ista dicta, quia lex auget concupiscentiã ex prohibitione, & reũ obligat

Exod. 20. c. 15.
1. Cor. 5. a. 2. Sap. 9. d. 15.
Gen. 2. c. 17.
Rom 7. d. 25 *.
al. ab homine.
Rom. 5. d. 20.
2. Cor 3 b. 7. 1. Cor. 15. g. 56.
Rom 7. a 4.
Ibid. a. 5.

A ex præuaricatione, iubendo quæ implere homines ex infirmitate non possunt, nisi ad Dei gratiam pietate conuertant. Et ideo sub illa esse dicũtur quibus dominatur. Eis autẽ dominatur quos punit: punit aũt præuaricatores omnes. Porrò qui acceperunt legem, præuaricãtur eam, nisi per gratiam consequãtur posse quod iubet. Ita fit, vt non dominetur eis qui iam sub gratia sunt, implẽtibus eam per † gratiam, qui erant sub eius timore † damnati. Nam si illa quæ dicta sunt mouent, vt putetur Apostolus legem reprehendere, quid agim⁹ ex eo quod dicit, Cõdelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem, hoc enim dicens, legem vtique laudat. Quod cùm illi audiunt, respondent, hoc loco Apostolum de alia lege dicere, id est, de lege Christi, nõ de illa quæ data est Iudæis. Quærimus ergo ab eis, de qua lege dicat, Lex autem subintrauit vt abundaret delictum? Respondent, de illa proculdubio, quam Iudæi acceperunt. Vide ergo vtrũ ipsa sit de qua dicitur, Occasione accepta peccatum per mandatũ, operatũ est in me omnẽ concupiscẽtiam. Quid est enim aliud, Operatũ est in me omnẽ cõcupiscẽtiam: quam id quod ibi est, Vt abũdaret delictũ? Vide quoq; vtrũ cõsonet etiam illa sententia, Vt fiat supra modũ peccator aut peccatũ peccans per mandatũ: hoc est enim, vt fiat supra modũ peccatũ, quod est, Vt abundaret delictũ. Si igitur ostẽderimus bonũ esse mandatũ, vnde occasione accepta peccatũ operatum est omnẽ concupiscentiã, vt fieret supra modum: simul ostendemus bonã esse legem quæ subintrauit vt abũdaret delictũ: id est, vt operaretur peccatum omnem cõcupiscentiã, & fieret supra modũ. Audiant ergo eũdem Apostolũ dicentem, Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est, Absit. Hoc, inquiũt, de lege Christi dictũ est: hoc est, de lege gratiæ. Respondeant itaque de qua intelligant illud quod sequitur, Sed ego peccatum non cognoui, nisi per legẽ.

al. charitatẽ. al. dãnandi.
al. dominãti.
al. dominatur.
Rom. 5. d. 20.
Rom. 7. b. 7. *

B C Nam concupiscẽtiam nesciebam, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiã. Ecce verborũ ipsa cõtextio faris indicat de qualege dixerit, Lex peccatũ est? Absit: de illa scilicet, ꝗ cui⁹ mãdatũ occasio fuit peccato, vt operaretur omnẽ cõcupiscentiã. De illa ergo quæ subintrauit vt abũdaret delictũ, quam putant illi malam. Sed quid apertius, quàm id quod paulò pòst ait, Itaque lex quidem sancta, & mãdatũ sanctum & iustum & bonum? Hoc rursus dicunt non de illa lege quæ Iudæis data est, sed de Euãgelio dictũ est. Manichæorum est enim tam ineffabiliter cæca ista peruersitas. Non enim attẽdunt quod apertissimum & manifestissimũ sequitur: Quod ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum per bonũ mihi operatum est mortem, vt fiat supra modũ peccator aut peccatũ per mãdatum. Hoc est per mandatum sanctum & iustum & bonum, quod tamen subintrauit vt abundaret peccatum; hoc est, vt fieret supra modum peccatum. Cur ergo ministratio mortis dicitur, si bona est lex? Quia peccatum vt appareat peccatũ, per bonum mihi operatum est mortem. Nec mireris cùm de ipsa prædicatione Euangelij dictũ sit, Christi odor bonus sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. Aliis quidem odor vitæ in vitam, aliis autem odor mortis in mortẽ. Ad Iudęos enĩ dicta est lex ministratio mortis, ad quos & in lapide scripta est ad eorũ duritiã figurandã, nõ ad eos qui legem per charitatem implent. Plenitudo enĩ legis, charitas. Ipsa enim lex quæ in literis est figurata lapideis, dicit: Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, &c. Quam legẽ dicit Apostolus impleri per charitatem, ita loquens:

Ibid. b. 12.
Rom. 5. d. 20
2. Cor. 3. b. 7.
2. Cor. 2. d. 15
Rom. 13. c. 10.
Deut. 5. b. 17

Qui

Rom. 13. c. 8. Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam non adulterabis, non homicidiũ facies, non furaberis, non cõcupisces: & si q̃ est aliud mãdatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum: quia & hoc in eadẽ lege scriptũ est. Cur virtus peccati lex, si lex bona est? Quia peccatum per bonum operatũ est mortẽ, vt fiat supra modũ, hoc est maiores vires ex præuaricatione cõcipiat. Cur mortui sumus legi per corpus Christi, si bona est lex? Quia mortui sumus legi † damnanti, liberati ab eo affectu quẽ lex punit & damnat. Vsitatius enĩ vocatur lex, quando † minatur, & terret & vindicat. Ita q̃ idẽ præceptum timẽtibus lex est, amãtibus gratia est. Inde est illud in Euãgelio, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Eadẽ quippe lex quæ per Moysẽ data est, vt formidaret, gratia & veritas per Iesũ Christũ facta est, vt impleretur. Sic ergo dictũ est, Mortui estis legi: ac si diceretur, Mortui estis supplicio legis per corpus Christi, per quod sũt delicta donata, quæ legitimo supplicio cõstringebãt. Cur passiones peccatorũ quæ per legẽ sunt, operabãtur in mẽbris nostris vt fructificarẽt morti, si lex bona est? Quia illas hic voluit intelligi peccatorũ passiones, de quibus iã sæpe dictũ est: augmentũ concupiscentiæ, de prohibitione: & reatũ pœnę, de præuaricatione: hoc est, quia per bonũ operatũ est mortẽ, vt fiat supra modum peccator, aut peccatũ per mandatũ. Cur liberati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ, si lex bona est? Quoniã lex litera est eis qui non eã implent per spiritum charitatis, quò pertinet Testamentũ nouũ. Ita q̃ mortui peccato liberantur à litera, qua detinentur rei qui non implent quod scriptũ est. Lex enĩ quid aliud quã sola litera est eis qui eã legere nouerunt, & implere non possunt? Nõ enim ignoratur ab eis quibus cõscripta est, sed quoniã in tantũ nota est, in quantũ scripta legitur, non in quãtum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus nisi litera, quę litera nõ est adiutrix legentiũ, sed testis peccantiũ. Ab eius ergo damnatione liberãtur, qui per spiritum innouãtur, vt iã nõ sint obligati literę ad pœnã, sed intellectui per iustitiã copulati. Inde est & illud, Litera occidit, spiritus autẽ viuificat. Lex enim tantummodo lecta & non intellecta vel non impleta, vtiq; occidit, tunc enim appellatur litera. Spiritus autem viuificat, quia plenitudo legis est charitas, quæ fusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis.

Matth. 22. d. 39.
1. Cor. 15. g. 56.
Rom. 7. a. 4.
al. dominãti
al. dominatur.
Ioan. 1. b. 17.
Rom. 13. c. 10.
Rom. 5. a. 5.
2. Cor. 3. b. 6.

QVÆST. II.

SED iam vt arbitror tempus est ad aliam transire quæstionem, quam sic proposuisti, vt ab eo quod scriptum est, Non solũ autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cùm enim nondum nati essent, neque aliquid egissent bonũ aut malum: vsque ad id quod scriptum est, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus: tota ipsa contextio disseratur, & profectò est latebrosior. Sed certè qualem te erga me noui iubere mihi vt aperirẽ, ista non possem, nisi à Domino deprecareris vt possẽ. Quo adiutorio fidentior factus, aggredior. Et primò intẽtionem Apostoli quæ per totam epistolam viget, tenebo, quam cõsulam. Hęc est autem, vt de operum meritis nemo glorietur, de quibus audebant Israëlitæ gloriari, quòd datæ sibi legi seruissent, & ex hoc Euãgelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percepissent, quia legi seruiebant: vnde nolebãt eandem gratiam dari gentibus tanquam indignis, nisi Iudaica sacramenta susciperent. Quæ orta quæstio in apostolorum Actibus soluitur. Non enim intelligebãt, quia eo ipso quòd gratia est Euangelica, operibus non debetur. Alioquin gratia iã nõ est gratiã. Et multis locis hoc sæpe testatur, fidei gratiã præponens operibus, nõ vt opera extinguat, sed vt ostẽdat nõ esse opera præcedentia gratiã, sed consequẽtia: vt scilicet nõ se quis arbitretur ideo percepisse gratiã, quia bene operatus est, sed bene operari nõ posse, nisi per fidẽ perceperit gratiã. Incipit autẽ homo percipere gratiã, ex quo incipit Deo credere, vel interna vel externa admonitione motus ad fidẽ. Sed interest quibus articulis tẽporũ vel celebratione sacramentorũ gratia plenior & euidentior infundatur. Nõ enim catechumeni nõ credũt, aut verò Cornelius nõ credebat Deo, cùm eleemosynis & orationibus dignũ se præberet cui angelus mitteretur: sed nullo modo ista operaretur, nisi antè credidisset: nullo modo autẽ credidisset, nisi vel secretis per visa mentis aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur. Sed in quibusdã tãta est gratia fidei, quãta non sufficit ad obtinẽdũ regnũ cælorũ, sicut in catechumenis, sicut in ipso Cornelio antequã sacramẽtorũ participatione incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdã verò tanta est, vt iã corpori Christi & sancto Deo tẽplo deputetur. Templũ enim Dei sanctum est, inquit Apostolus, quod estis vos. Et ipse Dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnũ cælorũ. Fiũt ergo inchoationes quędã fidei, cõceptionibus similes, non tamen solùm cõcipi, sed etiã nasci opus est, vt ad vitã perueniatur æternã. Nihil horũ tamẽ sine gratia misericordiæ Dei, quia & opera si qua sunt bona, cõsequuntur, vt dictũ est, illã gratiam, non præcedũt. Quã rẽ persuadere Apostolus volẽs, quia sicut alio loco dicit, Gratia enim Dei salui facti sumus, & nõ ex nobis, sed Dei donũ est, nõ ex operibus, ne fortè quis extollatur: de his qui nondũ nati erant, documẽtũ dedit. Nemo enim potest dicere, quòd operibus promeruerat Deũ Iacob nondũ natus, vt diuinitus diceretur, Et maior seruiet minori. Ergo nõ solũ, inquit, Isaac promissus est, cùm dictũ est, Ad hoc tẽpus veniã, & erit Saræ filius: qui vtiq; nullis operibus promeruerat Deũ vt nasciturꝰ promitteretur, vt in Isaac vocaretur semen Abrahæ: id est, illi pertinerẽt ad sortem sanctorum quæ in Christo est, qui se intelligerent filios promissionis, non superbiẽtes de meritis suis, sed gratiæ vocationis deputantes quòd cohæredes essent Christi. Cũ enim promissum est vt essent, nihil vtiq; meruerant qui nondũ erant: sed & Rebecca ex vno concubitũ habens Isaac patris nostri. Vigilantissimè ait, Ex vno concubitu: gemini enim concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, si quisquam fortè diceret, ideo talis natus est filius, quia pater ita erat affectus illo tempore quo eũ seuit in vtero matris: aut ita erat mater affecta cùm eum concepit. Simul enim ambos vno tempore ille seuit, eodem tempore illa concepit. Ad hoc commendandum ait, Ex vno concubitu: vt nec astrologis daret locum, vel eis potius quos genethliacos appellauerunt, qui de natalibus nascentium mores & euenta coniectant. Quid enim dicant, cur vna conceptione sub vno vtique temporis pũcto, eadem dispositione cæli & siderum, vt diuersa singulis annotari omnino nõ possent: tanta in illis geminis diuersitas fuerit, prorsus non inueniunt: & facilè animaduertunt si volunt, responsa illa quæ miseris venditant, à nullius artis expositione, sed fortuita suspicione proferri. Sed vt de re quæ agitur potius loquamur, ad frangendam auque deiiciendam superbiam hominum ingratorum gratiæ Dei, & audentium gloriari de meritis suis, ista cõmemorantur. Cùm enim nondum nati fuissent, neque aliquid egissent bonum aut malum, non ex operibus, sed

Rom. 11. b. 6
Act. 10. a. 1
1. Cor. 3. d. 17.
Ioan 3. a. 5.
Ephes. 2. b. 8
Gen. 25. c. 25.
Gal. 4. d. 28
Gen. 21. b. 12
Rom. 9. c. 10. *
Gen. 25. c. 23. *
Ibid. f. 29.
Esa. 1. c. 9.
Act. 15. b. 7.

ex vocante dictũ est ei, quia maior seruiet minori. Vocãtis est ergo gratia, percipientis verò gratiã consequẽ-
ter sunt opera bona, nõ quæ gratiam parient, sed quæ
gratia pariantur. Non enim vt ferueat calefacit ignis,
sed quia feruet. Nec ideo bene currit rota vt rotunda
sit, sed quia rotũda est: sic nemo propterea bene operat'
vt accipiat gratiã, sed quia accepit. Quomodo enim
potest iustè viuere qui nõ fuerit iustificat'? Quomodo
sanctè viuere, qui nõ fuerit sanctificatus? Vel omnino
viuere, qui nõ fuerit viuificatus? Iustificat autẽ gratia,
vt iustificatus possit viuere iustè. Prima est igitur gra-
Rom.4. a.4. tia, secũda operatio bona, sicut alio loco dicit, Ei autẽ
qui operatur, merces nõ imputatur secũdùm gratiam,
sed secũdùm debitũ: sicut illa immortalitas post opera
2.Tim. 4.b. 8. bona, si tamen vel ipsa ex debito poscitur. Sicut idẽ ait,
Bonũ certamen certaui, cursũ cõsummaui, fidẽ seruaui: de cætero superest mihi corona iustitiæ, quã reddet
mihi Dominus in illa die iustus iudex. Fortè enĩ quia
dixit, reddet: iã fit ex debito: cùm verò ascendens in al-
tũ captiuauit captiuitatẽ, non reddidit, sed dedit dona
Ephes.4.b.8. hominibus. Vnde enim ipse Apostolus tanquã debitũ
reddi sibi præsumeret, nisi prius indebitã gratiã perce-
pisset, qua iustificatus bonũ agonẽ certaret: Fuit enim
2.Tim. 4. b. blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericor-
7. diã consecutus est, vt ipse testatur: credens vtiq; in eũ
1.Tim.1.c. qui iustificat, non piũ, sed impium, vt iustificando piũ
13. faciat. Non ex operibus, inquit, sed ex vocãte dictũ est
ei, Quia maior seruiet minori. Ad hoc pertinet quod
ait, Cùm enim nedũ nati fuissent, neque aliquid egis-
sent bonũ aut malũ, vt posset dici, Nõ ex operibus, sed
ex vocãte. Vnde occurrit animo quærere, cur dixerit,
Vt secundùm electionẽ propositũ Dei maneret? Quo
modo est enim iusta, aut qualiscũque omnino electio,
vbi nulla distantia est? Si enim nullo merito electus est
Iacob nondũ natus & nihil operatus, nec omnino eli-
gi potuit nulla existente differentia qua eligeretur: itẽ
si nullo merito improbatus est Esau, quia & ipse non-
dũ natus & nihil operat' erat, cùm diceretur, Et maior
seruiet minori: quomodo eius improbatio iusta dici
potest? Qua ergo discretione, quo æquitatis examine
quod sequitur intelligimus, Iacob dilexi, Esau autem
Malich 1.a 3. odio habui? Quod quidẽ scriptũ est in Propheta, qui
longè posterior prophetauit quàm illi nati & mortui
sunt: sed tamen illa sententia videtur commemorata
qua dictum est, Et maior seruiet minori: antequã nati
& aliquid operati essent. Vnde igitur ista electio, vel
qualis electio, si nondum natis, nondumque aliquid
operatis nulla sunt momenta meritorum? An fortè
sunt aliqua naturarum? Quis hoc intelligat, ex vno
patre, & ex vna matre, & ex vno concubitu, & ex vno
creatore? An quemadmodum ex eadem terra idem
creator produxit diuersa animantium atque gignen-
tium genera: ita ex eodem hominum coniugio atque
complexu produxit in geminis diuersam prolem, vnã
quam diligeret, alteram quam odisset? Nulla ergo e-
lectio est antequã esset quod eligeretur. Si enim bo-
nus factus est Iacob vt placeret, vnde placuit antequã
1.Retra.cap. 22.et 1 sent. dist. 41.cap. Opinati. fieret, vt bonus fieret? Non itaque electus est vt fieret
bonus, sed bonus factus eligi potuit. An ideo secundũ
electionem, quia omnium Deus præscius etiam futu-
ram fidem vidit in Iacob nondum nato, vt quamuis
Gal.3 b.10. nõ ex operibus suis iustificari quisque mereatur, quã-
doquidem bene operari nisi iustificatus non potest,
tamen quia ex fide iustificat gentes Deus, nec credit
aliquis nisi libera voluntate, hanc ipsam fidei volun-
tatem futuram præuidens Deus, etiam nondum na-
al. quem iustificet eligat? tum præscientia † qua iustificaret elegerit. Si igitur e-
lectio per præscientiam, præsciuit autem Deus fidem

A Iacob; vnde probas quia nõ etiã ex operibus elegit eũ? Si propterea quia nondũ nati erant, & nondũ aliquid egerant bonũ seu malũ, ita etiã nondũ crediderat aliquis eorum. Sed sicut præscientia vidit crediturũ, ita præscientia videre poterat operaturũ: vt quomodo dicitur electus propter fidẽ futurã quã præsciebat Deus, sic alius possit dicere, propter futura opera potius electũ, quæ nihilo minus præsciebat Deus. Quapropter vnde ostẽdit Apostolus, non ex operibus dictum esse, Maior seruiet minori: sed si quoniã nondũ nati erant, non solũ nõ ex operibus, sed nec ex fide dictũ est, quia vtrũque deerat nondũ natis? Non igitur ex præsciẽtia voluit intelligi factã electionẽ minoris, vt maior ei seruiret. Volens enim ostendere nõ ex operibus factam, propterea intulit, dicens: Cùm enim nondũ nati fuissent, neq; aliquid egissent bonum seu malũ. Alioquin poterat ei dici, sed iã sciebat Deus, quis quid esset actu-
B rus. Quamobrẽ vnde illa electio facta sit quærit': quia si nõ ex operibus, quæ non erãt in nondũ natis, nec ex fide, quia nec ipsa erat, vnde igitur? An dicendum est quòd nulla electio fuerit nõ existẽte aliqua diuersitate in vtero matris vel fidei vel operũ, vel quorumlibet omnino meritorũ? Sed dictũ est, Vt secundũ electionẽ propositum Dic maneret. Et ideo quærimus, quia di-
Rom.9.c. 11.* ctũ est: nisi fortè sic est distinguenda sententia, non vt intelligamus tanquã ideo non ex operibus, sed ex vocãte dictũ sit, Maior seruiet minori: vt secundùm electionẽ propositum Dei maneret: sed ita potius, vt hoc de nundũ natis & nondũ aliquid operatis exemplum datũ accipiatur, ne aliqua electio hic possit intelligi. Cùm enim nondũ nati essent, neque aliquid egissent, siue bonũ siue malum, vt secundùm electionẽ propositũ Dei maneret; id est, neq; aliquid egissent bonũ aut malũ, propter ipsam actionẽ electio aliqua fieret eius
C qui bene egerat. Cùm ergo nulla esset electio bene agentis, secũdùm quã maneret propositũ Dei, nõ ex operibus, sed ex vocante, id est ex eo qui vocãdo ad fidẽ gratia iustificat impiũ, dictũ est ei, quia maior seruiet minori. Non ergo secundùm electionẽ propositũ Dei manet, sed ex proposito electio; id est, nõ quia inuenit Deus opera bona in hominibus quæ eligat, ideo manet propositũ iustificationis ipsius: sed quia illud manet vt iustificet credentes, ideo inuenit opera quæ iam eligat ad regnũ cælorũ. Nam nisi esset electio, non es-
Rom.8.f.33. sent electi; nec rectè diceretur, Quis accusabit aduersus electos Dei? Non tamẽ electio præcedit iustificationẽ, sed electionẽ iustificatio. Nemo enim eligitur, nisi iã distãs ab illo qui reiicitur. Vnde quod dictũ est,
Ephes.1.4.a. Quia elegit nos Deus ante mundi constitutionẽ: non video quomodo sit dictũ, nisi præscientia. Hìc autem quod ait, Non ex operibus, sed ex vocante dictum est
D ei quia maior seruiet minori: non electione meritorum, quæ post iustificationem gratiæ proueniunt, sed liberalitate donorum Dei voluit intelligi, ne quis de operibus extollatur. Gratia enim Dei salui facti sumus: & hoc non ex nobis, sed Dei donum est: nõ ex
Ephes.2.b.8 operibus, ne fortè quis extollatur. Quæritur autem, vtrum vel fides mereatur hominis iustificationem, an verò nec fidei merita præcedant misericordiam
In lib.de perseuerantia, cap.59. & 61. Dei, sed & fides ipsa inter dona gratiæ numeretur: quia & hoc loco cùm dixisset, Non ex operibus; non ait, sed ex fide dictum est ei, quia maior seruiet minori: ait autem, sed ex vocante. Nemo enim credit qui non vocatur. Misericors autem Deus vocat, nullis hoc vel fidei meritis largiens, quia merita fidei sequuntur vocationem potius, quàm præcedant.
Rom. 10. c. 14. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Et quomodo audient sine prædicante? Nisi ergo vocando

cãdo præcedat misericordia Dei, nec credere quisquã
potest, vt ex hoc incipiat iustificari, & accipiat facultatẽ bene operãdi. Ergo ante omne meritũ est gratia. Et
Rom.5. b. 8. enim Christus pro impiis mortuus est. Ex vocante igitur minor accepit, non ex vllis meritis operũ suorũ, vt
maior ei seruiret: vt etiã quod scriptũ est, Iacob dilexi,
Malach.1.a. 3. ex vocante sit Deo, non ex operãte Iacob. Quid deinde Esau quòd seruit minori, & quod scriptũ est, Esau autẽ odio habui: quibus malis suis hoc meruit, cùm & ipse nondũ natus fuisset, neq; aliquid egisset boni aut mali, quãdo dictũ est, Et maior seruiet minori? An fortè quẽadmodũ illud de Iacob nullis meritis bonæ actionis dictũ est, ita Esau nullis meritis malæ actionis odiosus? Si enim quia præsciebat Deus futura eius opera mala, propterea eũ prædestinauit vt seruiret minori, propterea prædestinauit & Iacob vt ei maior seruiret, quia futura eius bona opera præsciebat, & falsũ
B est iã quod ait: Nõ ex operibus. Si autẽ verũ est, quòd nõ ex operibus, & inde hoc probat, quia de nondũ natis nondumq; aliquid operatis hoc dictũ est: vnde nec ex fide, quæ in nondũ natis similiter nondũ erat, quo merito Esau odio haberet' antequã nasceretur? Quòd enim fecit Deus ea quæ diligeret, nulla quæstio est. Si autẽ dicamus eũ fecisse quę odisset, absurdũ est, occurrente alia Scriptura & dicente, Neq; enim odio habẽs
Sap.11.d.25. aliquid cõstituisses, & nihil odisti horum quæ fecisti. Quo enĩ merito sol fact' est sol, aut quid offẽdit luna vt tãto illo esset inferior, vel quid promeruit vt sideribꝰ cæteris tanto clarior crearetur? Sed hæc omnia bona creata sunt quæq; in genere suo. Nõ enĩ diceret Deus, Solẽ dilexi, lunã autem odio habui: aut, Lunã dilexi, stellas autẽ odio habui: sicut dixit, Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui: sed illa omnia dilexit, quamuis excellẽtiæ diuersis gradibus ordinata, quoniam vidit Deus quia bona sunt, cùm dicto eius sunt instituta: vt autem
C odisset Esau, nisi in iustitię merito iniustum est. Quod
Gen.1.*. si concedimus, incipit & Iacob iustitiæ merito diligi. Quod si verũ est, falsum est, quòd nõ ex operibus, An fortè ex iustitia fidei? Quid ergo te adiuuat? Cùm enĩ nondũ nati fuissent, quando quidẽ in nondũ nato nec iustitia fidei poterat esse? Vidit itaq; Apostolus quid ex his verbis posset animo audientis vel legentis occurrere, statimq; subiecit. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Et quasi docens quomodo absit, Moysi enim dicit, inquit, Miserebor cui
Exod.33.d. 19. misertus ero, & misericordiam præstabo cui misertus fuero. Quibus verbis soluit quæstionem, an potius arctius colligauit? Idipsum est enim quod maximè mouet: si miseretur cui misertus erit, & misericordiam præstabit cui misericors fuerit, cur hæc misericordia defuit Esau, vt etiam ipse per illam esset bonus, quemadmodum per illam bonus factus est Ia-
D Rom.9.d.15 cob? An ideo dictum est, Miserebor, cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero: quia cui misertus erit Deus vt eum vocet, misericors miserebitur eius vt credat: & cui misericors fuerit vt credat, misericordiam præstabit, hoc est faciet eum misericordem, vt etiam bene operetur? Vnde admonemur, nec ipsis operibus misericordiæ quemquã oportere gloriari & extolli, quòd eis quasi suis Deum promeruerit: quando quidem vt haberet ipsam misericordiam ille præstitit qui misericordiam præstabit, cui misericors fuerit. Quòd si eam credendo se meruisse quis iactitat, nouerit cum sibi præstitisse vt crederet, qui miseretur inspirãdo fidem, cuius miser-
1.Cor.4.b.7 tus est, vt adhuc infideli vocationem impertiret. Iam enim discernitur fidelis ab impio. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid

A gloriaris quasi nõ acceperis? Rectè quidẽ hoc. Sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau vt nõ sic vocaretur, vt & vocato inspiraretur fides, & credens misericors fieret vt bene operaretur? An fortè quia noluit? Si ergo Iacob ideo credidit quia voluit, nõ ei Deꝰ donauit fidẽ, sed eã sibi ipse volendo præstitit, & habuit aliquid quod nõ accepit. An quia nemo potest credere nisi velit; nemo velle nisi vocetur, nemo autẽ sibi potest præstare vt vocetur, vocãdo Deus præstat & fidẽ: quia sine vocatione nõ potest quisquã credere, quãuis nullus credat inuitus? Quomodo enim credent ei quẽ
Rom. 10. c. 14. non audierũt? Aut quomodo audient sine prædicante? Nemo itaq; credit nõ vocatus, sed nõ omnis credit vocatus. Multi enĩ sunt vocati, pauci verò electi. Vtiq; iq; q vocantẽ nõ contẽpserunt, sed credendo securi sunt,
Matth.20.b. 16. volẽtes autẽ sine dubio crediderunt. Quid est ergo q sequitur, Igitur non volẽtis neque currentis, sed miserẽtis est Dei? An quia nec velle possumus nisi vocati, & nihil valet velle nostrum, nisi vt perficiamus adiuuet Deus? Opus est ergo velle & currere. Nõ enim frustra diceretur, Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis.
Luc.2.b.14. Et sic currite vt cõprehendatis. Non tamẽ volẽtis ne-
1. Cor. 9. d. 24. que currentis, sed miserẽtis est Dei, vt q volumus adipiscamur, & quò volumus perueniamus. Noluit ergo Esau & non cucurrit, sed & si voluisset & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiã velle & currere vocãdo præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus. Vt velimus enim & suũ esse voluit & nostrũ: suũ vocando, nostrũ sequẽdo. Quod autẽ voluerimus solus præstat; id est posse bene agere, & semper beatè viuere. Veruntamẽ Esau nõdũ natus, nihil horũ posset velle seu nolle. Cur ergo in vtero positus improbatus est? Reditur enim ad illas difficultates,
C nõ solùm sua obscuritate, sed etiã nostra tã multa repetitione molestiores. Cur enim est improbatus Esau nondũ natus, qui nec credere poterat vocanti, nec cõtemnere vocationẽ, nec boni vel mali aliquid operari? Si præscientia Dei futuræ malę voluntatis eius, cur nõ & Iacob præsciẽtia Dei approbatus est futuræ bonę volũtatis eius? Quod si semel cõcesseris, potuisse quẽquã vel approbari vel improbari ex eo quod nondũ in illo erat, sed quia Deus futurũ esse præsciebat, conficitur eũ potuisse etiã ex operibus approbari, quæ in illo Deꝰ futura esse præsciebat, quamuis nõdum esset aliquid operatus: & omnino te nihil adiuuabit quòd nõdum nati erant, cùm dictum esset, Et maior seruiet minori: vt hinc ostendas non ex operibus dictum, quia nondum quisquam erat aliquid operatus. Illa etiam verba si diligenter attẽdas, Igitur non est volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: non hoc Apostolus
Rom.9.d. 16.* propterea tantum dixisse videbitur, quòd adiutorio
D Dei ad id quod volumus perueniamus, sed etiam ex illa intentione qua & alio loco dicit, Cum timore &
Philip.2 b. 12. tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Vbi satis ostendit etiam ipsam bo-
2.sent.dist. 26.cap. Voluntatem. nam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Nam si propterea solum dictum est, Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quia voluntas hominis sola non sufficit vt iustè rectèque viuamus, nisi adiuuemur misericordia Dei: potest & hoc modo dici, Igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ voluntatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos velle, nisi Deus misereatur. Illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deũ misereri nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, et-

Phil.2.b.13. iã volumus: ad eandẽ quippe misericordiã pertinet vt velimus. Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona volũtate. Nã si quæramus, vtrum Dei donũ sit voluntas bona, mirũ si negare quisquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona vocationẽ, sed vocatio bonã voluntatẽ, propterea vocãti Deo rectè tribuitur quòd bene volumus, nobis verò tribui nõ potest quòd vocamur. Nõ igitur ideo dictũ est putandũ, non volentis neque currentis, sed miserẽtis est Dei; quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius, quia nisi eius vocatione nõ volumus. Sed si vocatio ista ita est effectrix bonæ volũtatis, vt omnis eã vocatus sequatur, quomodo verũ erit, Multi vocati, pauci electi? Quod si verũ est, & non consequẽter vocationi vocatus obtẽperat, atq; vt obtemperet in eius est positũ voluntate, rectè etiã dici potest, Igitur nõ miserentis Dei, sed volẽtis atque currentis est hominis: quia misericordia vocantis nõ sufficit, nisi vocati obedientia cõsequatur. An fortè illi qui hoc modo vocati nõ consentiunt, possent alio modo vocati accõmodare fidei voluntatẽ, vt & illud verũ sit, Multi vocati, pauci electi: vt quãuis multi vno modo vocati sint, tamẽ quia nõ omnes vno modo assecti sunt, illi soli sequãtur vocationẽ, qui ei capiẽdæ reperiũtur idonei: & illud non minus verũ sit. Igitur nõ volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocauit, quomodo aptũ erat eis qui secuti sunt vocationẽ? Ad alios autẽ vocatio quidẽ peruenit: sed quia talis fuit qua moueri nõ possent, vt eã capere apti essent, vocati quidẽ dici potuerunt, sed nõ electi: & nõ iã similiter verũ est, Igitur non miserẽtis Dei, sed volentis atq; currentis est hominis: quoniã non potest effectus misericordiæ Dei esse in hominis potestate, vt frustra ille misereatur si homo nolit: quia si vellet etiã ipsorũ misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptũ esset, vt & moverentur & intelligerent & sequerẽtur. Verũ est ergo, Multi vocati, pauci verò electi. Illi enim electi, qui cõgruenter vocati: illi autẽ qui nõ congrue-bant neq; contẽperabantur vocationi, nõ electi quia non secuti, quamuis vocati. Item verũ est, Non volentis neq; currẽtis, sed miserentis est Dei: quia etiam si multos vocet, corũ tamẽ miseret, quos ita vocat quomodo eis vocari aptũ est vt sequãtur. Falsum est autem si quis dicit, Igitur non miserentis Dei, sed volẽtis atq; currentis est hominis: quia nullius Deus frustra miseretur: cuius autẽ miseretur, sic eum vocat quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respuat. Hic dicet aliquis, Cur ergo Esau non sic est vocatus vt vellet obedire? Videmus enim alios aliter iisdẽ rebus demonstratis vel significatis ad credendum moveri. Sicut exempli gratia, Simeon in Dominum nostrum Iesum Christum adhuc infantem paruulum credidit, spiritu ei reuelante cognoscens. Nathanaël ad vnam sententiam quam ab illo audiuit, Priusquã te Philippus vocaret, cùm esses sub arbore fici vidi te, respondit, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Quod tanto pòst quia confessus est Petrus, meruit audire, quòd beatus esset, & quòd ei darẽtur claues regni cælorum. Miraculo facto in Cana Galilææ, quod initium signorum Iesu Ioannes euangelista commemorat, aqua in vinũ conuersa, crediderunt in eum discipuli eius: multos loquẽdo incitauit ad fidem, multi nec suscitatis mortuis crediderunt: de cruce atque morte eius conterti-ti etiam discipuli turbarunt, & tamen latro tunc credidit, cùm eum non præstantiorem videret in operibus, sed cõsortio crucis æqualem. Vnus etiam de numero discipulorum post eius resurrectionem, nõ tam viuentibus membris quàm recentibus cicatricibus

Matth.22.b.14.

Luc.23.d.25.

Ioan.1.f.45.

Matth.16.c.16.

Ioan.2.b.11.

Luc.23.f.40.

Ioan.10.g.27.

credidit. Multi ex eorũ numero à quib⁹ crucifixus est, qui videntes eũ miracula facientẽ cõtempserant, discipulis eũ prædicantibus & in nomine eius talia facientibus crediderũt. Cùm ergo alius sic, alius autẽ sic moueatur ad fidẽ, eademq; res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumq; moueat, aliũ nõ moueat: quis audeat dicere defuisse Deo modũ vocandi, quo etiã Esau ad eã fidẽ mentẽ applicaret voluntatemq; coniungeret, in qua Iacob iustificatus est? Quòd si tanta quoq; potest esse obstinatio volũtatis, vt contra omnes modos vocationis obdurescat mẽtis auersio, quæritur etiã vtrũ de diuina pœna sit ipsa duritia? Cùm enim Deus deserit nõ sic vocando, quomodo ad fidẽ moueri potest, quis etiã dicat modũ, quo ei persuaderetur vt crederet, etiã omnipotenti defuisse? Sed quid hoc quærim⁹, cùm ipse subiũgat Apostolus: Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitaui, vt ostendã in te potẽtiã meã, & vt annũcietur nomen meũ in vniuersa terra? Hoc autẽ subiecit Apostolus documentũ, quo probaret quod suprà dixerat: Igitur nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Tanquã enim ei diceretur: Vnde hoc doces? Dicit enim Scriptura, inquit, Pharaoni: Quia ad hoc te excitaui, vt ostendã in te potentiã meã, & vt annũcietur nomẽ meũ in vniuersa terra. Vtiq; hic ostẽdit quòd non volẽtis neq; currentis, sed miserentis est Dei: concluditq; ita, Ergo cui⁹ vult miseretur, & quẽ vult obdurat: cùm superiùs non vtrunq; dictũ sit. Neque enim quomodo dictũ est, Non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: sic etiã dictũ est, Non volentis neq; contẽnentis, sed obdurantis est Dei. Vnde datur intelligi quod infrà vtrumq; posuit, Ergo cuius vult miseretur, & quẽ vult obdurat; ita sententiæ superiori posse cõgruere, vt obduratio Dei sit nolle misereri: vt nõ ab illo irrogetur aliquid quod sit homo deterior, sed tantũ quo sit melior nõ erogetur. Quod si sit nulla distinctione meritorũ, quis non erũpat in eam vocẽ quam sibi ipse obiecit Apostolus? Dicis itaq; mihi, quid adhuc cõqueritur? Nã voluntati eius quis resistit? Conqueritur enim Deus sæpe de hominibus sicut per innumerabiles apparet scripturarũ locos, quòd nolint credere & rectè viuere. Vnde fideles & faciẽtes voluntatẽ Dei, cõuersari dicuntur sine querela, quòd de illis non queratur Scriptura. Sed quid cõqueritur, ait: Nã voluntati eius quis resistit, quãdo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat? Et tamen intueamur superiora, & inde nostram, quantum ipse Dominus adiuuat, sentẽtiam dirigamus. Ait enim paulò antè: Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Sit igitur hoc fixum atq; immobile in mente sobria pietate atque stabili fide, quòd nulla est iniquitas apud Deum: atque ita tenacissimè firmissimeq; credatur, idipsum quòd Deus cuius vult miseretur, & quem vult obdurat; hoc est, cuius vult miseretur, & cuius non vult nõ miseretur, esse alicuius occultæ, atq; ab humano modulo inuestigabilis æquitatis, quæ & in ipsis rebus humanis terrenisq; contractibus animaduertenda est. In quibus nisi supernæ iustitiæ quędam impressa vestigia teneremus, nunquam in ipsum cubile ad penetrale sanctissimum atq; castissimum spiritalium præceptorum, nostræ infirmitatis suspiceret atque inhiaret intentio. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. In ista igitur siccitate vitæ conditionisq; mortalis, nisi aspergeretur desuper velut tenuissima quædam aura iustitiæ, citius arescerẽmus, quàm sitiremus. Quapropter cùm dando & accipiendo inter se hominum societas connectatur, dentur autem & accipiantur debita vel non debita, quis non videat

Act.2.f.37. & 4.a.4.

1.sent.dist.4.c.1.cap.1. Rom.9.d.19.

Conclusio quæstionis.

Matth.5.a.6.

videat iniquitatis argui neminem posse, qui quod sibi debetur, exegerit: nec eũ certè, qui quod ei debetur, donare voluerit? Hoc autem non est in eorum qui debitores sunt, sed in ei⁹ cui debetur arbitrio. Hæc imago, vel vt suprà dixi vestigiũ, negotiis hominũ de fastigio summo æquitatis impressum est. Sũt igitur omnes homines, quandoquidẽ, vt Apostolus ait, In Adã omnes moriuntur, à quo vniuersum genus humanum origo ducitur offensionis Dei, vna quædã massa peccati, suppliciũ debens diuinæ summæq; iustitiæ, quod siue exigatur, siue donetur, nulla est iniquitas. A quibus autem exigẽdum, & quibus donandum sit, superbè iudicant debitores: quemadmodũ conducti ad illam vineã iniustè indignati sunt, cùm tantundẽ aliis donaretur, quantum illis redderetur. Itaque huius impudentiam quæstionis ita retũdit Apostol⁹: Homo tu quis es, qui respõdeas Deo? Sic enim respõdet Deo cũ ei hoc displicet quod de peccatoribus conqueritur Deus: quasi quenquam Deus peccare cogat, si tantummodo quibusdã peccantibus misericordiam iustificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdam, quia non eorum miseretur, non quia impellit, vt peccent: eorum autem non miseretur, quibus misericordiam non esse præbendam, æquitate occultissima & ab humanis sensib⁹ remotissima iudicat. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius. Cõqueritur autẽ iustè de peccatorib⁹ tanquã de his quos peccare ipse nõ cogit. Simul etiam vt hi quorũ miseretur, hanc quoque habeãt vocationem, vt dũ cõqueritur Deus de peccatoribus, cõpungãtur corde, atq; ad eius gratiam conuertantur. Iustè ergo conqueritur & misericorditer. Sed si hoc mouet, quod volũtati eius nullus resistit, quia cui vult, subuenit, & quẽ vult deserit: cũ & ille subuenit, & ille quẽ deserit ex eadem massa sint peccatorũ, & quamuis debeat vterque suppliciũ, ab vno tamẽ exigatur, alteri donetur: si hoc ergo mouet, Homo tu quis es, qui respondeas Deo? Arbitror enim sub eadẽ significatione positũ, quod dictũ est, homo, sub qua & illud dicitur, Nónne homines estis, & secũdùm hominẽ ambulatis? Ibi enim carnales & animales notãtur hoc nomine, quibus dicitur, Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: & illud. Nondum enim poteratis, sed neq; adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales: & illud, Animalis autẽ homo nõ percipit quæ sunt spiritus Dei. Hic ergo dicitur, Homo tu quis es q. respõdeas Deo? Nũquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut nõ habet potestatẽ figulus luti, ex eadẽ cũspersione facere aliud quidem vas in honorẽ, aliud in cõtumeliã? Eo ipso fortasse satis ostendit se homini carnali loqui, quoniã hoc limus ipse significat, vnde prim⁹ homo formatus est: & quia omnes vt iam cõmemorauí, secundũ eũdem Apostolũ in Adam moriuntur, vnã dicit esse cõspersionem omniũ. Et quamuis aliud vas fiat in honorem, aliud in contumeliã, tamẽ & illud quod fit in honorem, necesse est vt carnale esse incipiat, atque inde in spiritalem consurgat ætatem. Quandoquidem iam in honorem facti erãt: & in Christo iam nati erãt. Sed tamẽ quoniã paruulos in Christo adhuc allo quitur, etiam ipsos carnales appellat, dicens: Nõ potui loqui vobis quasi spiritalib⁹, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escã. Neq; n. poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis. Adhuc enim estis carnales. Quamuis ergo carnales eos esse dicat, tamẽ etiã in Christo natos, & in illo paruulos, & lacte potãdos. Et quod adiungit, Nec adhuc quidẽ potestis: ostendit proficiẽtes futurũ esse vt possint, quia iã in eis spiritaliter renatis, gratia fuerat inchoata. Ergo iã vasa

1.Cor.15.c.22.

1.sen. dist.4. cap. His tamen.

Matth.20.a.1.

Rom.9.c.20.

1.sent.dist.4 Cũ prædestinatio.

Rom.11.d.33

1.Cor.3.a.3.

Ibid.a.1.

2.Cor.2.d.14.

1.Cor.15.c.22.

1.Cor.3.a.1.

erant in honorem facta, quibus adhuc tamen rectè diceretur, Homo tu quis es, qui respõdeas Deo? Et si talibus rectè dicitur, multo rexiùs eis qui vel nõdum ita regenerati sunt, vel etiã in cõtumeliam facti. Illud tãtummodo inconcussa fide teneatur, quòd nõ sit iniquitas apud Deũ: qui siue donet, siue exigat debitum, nec ille à quo exigit, rectè potest de iniquitate eius cõqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari, Et ille enim, nisi quod debetur, nõ reddit: & ille nõ habet, nisi quod accepit. Sed cnitendũ est hoc loco si Dominũ adiuuet videre, quemadmodum & illud verum sit quod scriptũ sit, Nihil odisti eorũ quæ fecisti: & illud, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Si enim propterea Esau odio habuit, quia vas factũ erat in contumeliã, & aliud vas in honorem, aliud in cõtumeliam idẽ figulus facit, quomodo nihil odisti horũ quæ fecisti? Ecce enim odit Esau, quod vas ipse fecit in cõtumeliã. Qui nodus ita soluitur, vt intelligamus omniũ creaturarũ esse artificem Deum: Omnis autẽ creatura Dei bona est, & omnis homo in quantũ homo est, creatura est, non in quãtũ peccator est: Est ergo creator De⁹, & corporis & animi humani. Neutrũ horum malum, & neutrum odit De⁹. Nihil enim odit eorũ quæ fecit. Est autem animus præstãtior corpore, Deus verò & animo & corpore, vtriusq; effector & conditor, nec odit in homine, nisi peccatũ. Et autẽ peccatũ hominis inordinatio atq; peruersitas, id est à præstantiore cõditore auersio, & ad condita inferiora cõuersio. Nõ igitur odit Deus Esau hominẽ, sed odit Deus Esau peccatorẽ, Sicut dicitur de Domino in sua propria venit, & sui eũ nõ receperũt. Quibus itẽ ipse dicit, Vos propterea non auditis, quia non estis ex Deo. Quomodo sui, quomodo nõ ex Deo? Nisi quia illud dictũ est de hominibus quos ipse Dominus fecerat, illud de peccatoribus quos ipse Dñs arguebat: idẽ tamen ipsi & homines & peccatores, sed homines Dei cõditione, peccatores ꝓpria volũtate. Cur ergo Iacob dilexit, nũquid peccator nõ erat? Sed dilexit in eo nõ culpã quã delebat, sed gratiam quã donabat. Nã & Christus pro impiis mortuus est, nõ tamen vt impij mortui permanerent, sed vt iustificati ab impietate conuerterẽtur, credentes in eum qui iustificat impium. Odit enim Deus impietatem. Itaque in aliis eã punit per damnationẽ, in aliis adimit per iustificationẽ, quemadmodũ ipse iudicat esse faciẽdũ illis iudiciis inscrutabilib⁹. Et quòd ex numero impiorũ, quos nõ iustificat, facit vasa in cõtumeliã, non hoc in eis odit quod facit: quippe in quãtum impij sunt, execrabiles sunt, in quãtum autem vasa fiunt, ad aliquẽ vsum fiũt, vt per eorum ordinatas pœnas, vasa quæ fiunt in honorẽ proficiãt. Nõ itaque odit Deus, nec in quantũ homines sunt, nec in quantũ vasa fiunt: id est, nec quod in eis fecit creando, nec quod in eis facit ordinando. Nihil enim odit eorum quæ fecit. Sed tamen quòd vasa eos facit perditionis, ad vsũm correctionis aliorum facit. Odit enim in eis impietatem, quã ipse nõ fecit. Sicut enim iudex in homine odit furtũ, sed nõ odit quod datur ad metallũ: illud enim fur, hoc iudex facit: ita Deus quòd ex cõspersione impiorũ facit vasa perditionis, nõ odit quod facit, id est opus ordinationis suæ, in pœna debita pereũtiũ, in qua occasionem salutis illi quorũ miseretur inueniant. Sic Pharaoni dictũ est, Ad hoc te excitaui, vt ostendã in te potẽtiã meã, vt annũcietur nomẽ meũ in vniuersa terra. Hæc demõstratio potẽtiæ Dei, & annũciatio nominis ei⁹ in vniuersa terra, ꝓdest eis vt timeãt, vt vias suas corrigãt, quibus vocatio talis cõgruit. Sic cõsequenter dicit: Si autẽ volens Deus ostẽdere iram, & demonstrare potentiã suã, attulit in multa patiẽtia

Sap.11.d.25.

Malach.1.a.3.

1.Tim.4.b.4

Peccatum.

Ioan.1.b.11.

Ioan.8.f.47

Rom.5.b.6.

Rom.4.a.5.

Sap.11.d.25.

Exo.9.d.16.

Rom.9.d.22

vasi iræ, quæ perfecta sunt in perditionē: subauditur, Tu quis es qui respondeas Deo? Vt recurrente sententia ad verba superiora, iste sit sensus: Si volens Deus ostendere iram, attulit vasa iræ, tu quis es qui respōdeas Deo? Non autē solū volens ostendere irā, & demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia vasa iræ, quę perfecta sunt in perditionem: sed etiam quod sequitur: Vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Quid enim pdest vasis perfectis in perditionem, quòd ea patiēter Deus sustinet, vt ordinanter disperdat, vtatúrque illis ad instrumentum salutis aliorū, quorum miseretur? Sed illis vtique prodest, ad quorū salutē istis sic vtitur: vt, sicut scriptum est, Iust⁹ manus lauet in sanguine peccatoris; id est, mundetur ab operibus malis per timorem Dei, cùm videt supplicia peccatorū, Quod ergo volens Deus ostendere irā attulit vasa iræ, valet ad vtilem aliis præstandum timorem, & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Etenim obduratio, illa impiorum vtrunque demonstrat: & quid timendum sit, vt quisque pietate conuertatur ad Deū: & quantæ agendæ sint gratiæ misericordiæ Dei; qui in aliorum pœna quid aliis donet ostēdit. Si autem illa quam de aliis exigit non est iusta pœna, nihil donat aliis à quibus eam nō exigit. Quia verò illa iusta est, & nulla est iniquitas apud vindicantem Deum, quis sufficiat agere gratias ei qui hoc remittit, quod si vellet exigere, nemo se rectè diceret nō debere? Quos & vocauit nos, inquit, non solū ex Iudæis, sed etiam ex gētibus; id est, vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriā. Non enim omnes Iudæos, sed ex Iudæis: nec omnes omnino homines gentiū, sed ex gētibus. Vna est enim ex Adam massa peccatorū & impiorū, in qua & Iudæi & gentes remota gratia Dei ad vnam pertinent cōspersionem. Si enim figulus luti ex eadem conspersione facit aliud vas in honorem, aliud vas in contumeliā: manifestū est autē quòd ex Iudæis sunt alia vasa in honorem alia in contumeliā, sicut ex gentibus: sequitur vt ad vnam cōspersionem omnes pertinere intelligātur. Deinde incipit reddere attestationes † Prophetæ, singulis generibus conuerso ordine. Prius enim dixit cōuersos ex Iudæis, posterius ex gentibus. Prius autē reddit testimoniū pro gentibus, deinde pro Iudæis. Etenī sicut Osee dicit: Vocabo non plebem meā, plebē meā, & non dilectam meam, dilectam meam: & erit in loco vbi dictum est, non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei viui: de gentibus intelligitur dictū, quia nō habebāt destinatū vnum sacrificiorum locum, sicut Iudæi in Hierusalem. Missi sunt autem ad gentes Apostoli, vt in loco suo quinque crederent, & vbicunque credidissent, ibi sacrificium laudis offerrēt, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Esaias autem, inquit, clamat pro Israël: Ne rursus omnes Israëlitæ in perditionem missi credantur, docet & inde facta alia vasa in honorē, alia in contumeliā. Si fuerit, inquit, numerus filiorū Israël quasi arena maris, reliquiæ saluæ fiēt. Cætera ergo turba, vasa perfecta ad perditionem. Verbū enim cōsummans & breuiās, inquit, faciet Dominus super terram; id est, vt cōpendio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruationes, quibus illa multitudo seruiliter onerata premebatur. Per gratiā quippe nobis verbū cōsummās & breuiās fecit super terrā, dicens: Iugū meū lene est, & sarcina mea suauis est. Quod & paulò pòst hic dicitur, Propè est verbū in ore tuo & in corde tuo, hoc est verbū fidei quod prædicam⁹: quia si cōfitearis in ore tuo, quia Domin⁹ est Iesus, & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autē cōfessio fit ad salutem. Hoc est verbum consummans & breuians quod fecit Deus super terram, qua consummatione atque breuiatione, latro iustificatus est, qui defixis in cruce omnibus membris, & habens libera hæc duo, corde credidit ad iustitiā, ore confessus est ad salutē, statimq; audire meruit: Hodie mecū eris in paradiso. Cōsequerentur enim bona opera eius, si percepta gratia diu inter homines viueret. Sed tamen non ea præcesserāt, vt eandem gratiam mereretur, ex latrocinio fixus in cruce, ex cruce in paradisum translatus est. Et sicut prædixit, inquit, Esaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Quod hîc ait, Reliquisset nobis semen, hoc ibi, Reliquiæ saluæ fient. Cæteri autem tanquā perditionis vasa debito supplicio pericrūt. Et vt nō oēs perissent sicut Sodoma & Gomorrha, nō meritum eorum fecit, sed gratia Dei relinquentis semen, vnde alia messis in toto orbe cōsurgeret. Hoc & paulò pòst, Sic ergo, inquit, & in hoc tēpore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autē gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israël, hoc non est cōsecutus, electio autē cōsecuta est, cæteri verò excæcati sunt. Cōsecuta sunt vasa misericordiæ, excæcata sunt vasa iræ: ex eadem tamen cōspersione, sicut in plenitudine gentiū. Est locus quidam Scripturæ ad rē de qua nūc agimus, maximè necessarius, eadem quæ tractata sunt, mira cōtestatione cōfirmans, in eo libro qui ab aliis Iesus Sirach, ab aliis Ecclesiasticus dicitur, in quo ita scriptū est: Et omnes homines de solo, & ex terra vnde Adam creatus est: In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit vias eorum. Et ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex his sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit: & cōuertit illos ad dissentionem illorū, quasi lutū figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere. Omnes viæ ei⁹ secundùm dispositionem eius, sic homo in manu illius q se fecit, & reddet illi secundùm iudicium suū. Contrarium malo bonum est, & contra mortem vita est, sic & contra virum iustum peccator. Et sic intuere omnia opera Altissimi. Duo contra duo, vnum contra vnum. Primò hîc cōmendata est disciplina Dei: In multitudine, inquit, disciplinæ Deus separauit eos: vnde, nisi à beatitudine paradisi? Et immutauit vias eorū, vt iā tanquam mortales viuerent. Tūc facta est vna massa omnium, veniens de traduce peccati & pœna mortalitatis, quamuis Deo formante & creante quæ bona sunt in omnibus. Est enim species & cōpago corporis in tāta membrorum concordia, vt inde Apostolus ad charitatem obtinēdam similitudinē duceret in omnibus. Est etiam spiritus vitalis terrena membra viuificans, omnisq; natura hominis, dominatu animæ & famulatu corporis conditione mirabili temperata: sed cōcupiscentia carnalis de peccati pœna iam regnās, vniuersum genus humanum tanquā totam & vnam conspersionem originali reatu in omnia permanente cōfuderat. Et tamen sequitur, Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos in dissentionē ipsorum. Tanquā Apostolo dicente: An nō haber potestatē figulus luti ex eadem conspersione facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Ideoq; illud quod contexitur, nec ab ea similitudine vacat: Quasi lutum, inquit, figuli in manu ipsi⁹ plasmare illud & disponere: omnes viæ eius secundùm dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fecit. Sed quia dicit Apostol⁹: Nūquid iniquitas apud Deū? Vide & hîc quid adiungat

Psalm. 57. b. & c.

Rom. 9. c. 24.

Ibid. c. 24.

al. prophetæ.

Osee 2. d. 23. & 1. Pe. 2. 10.

Osee 1. d. 10

Ioan. 1. b. 12.

Esa. 10. f. 27

Matth. 11. d. 30

Rom. 10. b. 8.

Deu. 30. c. 14.

Luc. 23. f. 43.

Ibid. f. 28.

Esa. 1. f. 29.

Rom. 11. a. 5.

Rom. 9. c. 11

Esa. 45. b. 9.

Hier. 18. a. 6

Sap. 15. b. 7.

Rom. 9. c. 14

adiungat: Reddet illi, inquit, secundùm iudicium suū. Sed cùm dānatis iusta tribuūtur supplicia, tamē quia hoc & ipsum in vsum conuertitur, quo illi proficiant quibus præbetur misericordia, attēde reliqua: Contrarium, inquit, malo bonum est, & contra mortem vita: sic & cōtra virum iustum peccator: & sic intuere omnia opera Altissimi, duo contra duo, vnum cōtra vnū: vtique vt ex deteriorum comparatione emineant proficiantq; meliora, quæ tamen per gratiā meliora sunt. Tanquam diceret: Reliquiæ saluæ fient. Sequitur & dicit ex persona reliquiarum: Et ego nouissimus vigilaui, & quasi qui racematur post vindemiatores. Et vnde probat, quia non ex meritis suis, sed ex misericordia Dei? In benedictione, inquit, Dei & ipse sperauī, & quasi qui vindemiat, repleui torcular. Quamuis enim nouissimus vigilauerit, tamē quia erunt, vt dictum est, nouissimi primi, in benedictione Domini sperās, ex reliquiis Israël racematus populus impleuit torcular ex vbertate vindemiæ, quę toto orbe terrarum prouenit. Nulla igitur intentio tenetur Apostoli, & omnium iustificatorū, per quos nobis intellectus gratiæ demōstratus est, nisi vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Quis enim discutiat opera Domini, ex eadē conspersione vnūm damnantis, alterū iustificantis? Liberū voluntatis arbitrium plurimum valet; imò verò est quidē, sed in venundatis sub peccato quid valet? Caro, inquit, cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnem, vt nō ea quæ vultis faciatis. Præcipitur vt rectè viuamus: hac vtique mercede proposita, vt in æternum beatè viuere mereamur. Sed quis potest rectè viuere & bene operari, nisi iustificatus ex fide? Præcipitur vt credamus, vt dono accepto Spiritus sancti per dilectionē bene operari possim⁹. Sed quis potest credere, nisi aliqua vocatione, hoc est aliqua rerū testificatione tāgatur? Quis habet in potestate tali viso attingi mētē suā, quo eius voluntas moueatur ad fidē? Quis autē animo amplectitur aliquid quod eū nō delectat? Aut quis habet in potestate vt vel occurrat quod eū delectare possit, vel delectet eū occurrerit? Cū ergo nos ea delectāt quibus proficiam⁹ ad Deū inspiratur hoc & præbetur gratia Dei, nō nutu nostro & industria aut operū meritis cōparatur: quia vt sit nutus voluntatis, vt sit industria studij, vt sint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur: ppterea petere iubemur vt accipiamus, & quærere vt inueniamus, & pulsare vt aperiatur nobis. Nōne aliquādo ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida, & plenè nulla, imò omnino interdum ita nulla vt neq; hoc in nobis cum dolore aduertamus, quia si vel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia & petere & quærere & pulsare ille cōcedit, q vt hæc faciamus, iubet? Igitur nō volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: quādoquidē nec velle nec currere, nisi eo mouēte atque excitante poterimus. Quòd si electio hic fuit aliqua, vt sic intelligamus quod dictū est, Reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt: nō vt iustificatorum electio fiat ad vitā æternam, sed vt eligantur q iustificentur: certè ita occulta est hæc electio, vt in eadē cōspersione nobis prorsus apparere non possit: aut si apparet quibusdā, ego in hac re infirmitatē meā fateor. Non enim habeo quod intuear in cligēdis hominibus ad gratiā salutarē, si ad examē huius electionis aliqua cogitatione permittor, nisi vel maius ingenium, vel minora peccata, vel vtrūque addamus etiāsi placet honestas vtilesq; doctrinas. Quisquis ergo fuerit quàm minimis peccatis irretitus atq; maculatus (nā nullis quis potest?) & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligendus videtur ad gratiā. Sed cùm hoc statuero, ita me ridebit ille qui infirma mūdi elegit vt confundat forti, & stulta mūdi, vt confundat sapientes, vt eum intuens & pudore correctus, ego irridēā multos & præ quibusdam peccatoribus castiores, & præ quibusdā piscatoribus oratores. Nōnne aduertimus multos fideles nostros ambulātes viam Dei, ex nulla parte ingenio comparari, non dicā quorundam hæreticorum, sed etiam minorum? Item non videmus quosdam homines vtriusq; sexus in cōiugali castitate viuētes sine querela, & tamen vel hæreticos vel paganos, vel etiam in vera fide & vera Ecclesia sic tepidos, vt eos miremur meretricum & histrionum subitò conuersorū, non solum patientia & temperantia, sed etiam fide, spe, charitate, superari? Restat ergo vt voluntates eligantur, sed volūtas ipsa nisi aliquid occurrerit quod delectet atque inuitet animum, moueri nullo modo potest. Hoc autem vt occurrat, nō est in hominis potestate. Quid volebat Saul⁹ nisi vt inuaderet & traheret, vinceret & necaret Christianos? Quā rabida voluntas, quàm furiosa, quàm cæca; qui tamē vna desuper voce prostratus, occurrēte vtique tali viso, quo mens illa & volūtas refracta sæuitia retorquerētur & corrigeretur ad fidem, repētè ex Euangelij mirabili persecutore mirabilior prædicator effectus est. Et tamē quid dicemus? Nūquid iniquitas est apud Deū? exigentem à quo placet, donantem cui placet: qui nequaquā exigit indebitum, nequaquā donat alienum. Nunquid iniquitas est apud Deū? Absit. Quare tamē & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis es? debitum si nō reddis, habes quod gratuleris: si reddis, non habes quod queraris. Credamus tantum, etsi capere nō valemus: quoniam qui vniuersam creaturam & spiritalem & corporalē fecit & cōdidit, omnia in numero & pōdere & mēsura disponit, sed inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Dicamus halleluia, & collaudemus canticum, & non dicamus, quid hoc? vel quid hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt.

Matt. 7. b. 7.

Rom. 9. d. 16

Rom. 11. a. 5.

1. Cor. 1. d. 27.

Rom. 9. c. 11. 4.

Sapiet. d 28.

Rom 11. d. 33.

D. AVRELII AVGVSTINI AD SIMPLICIANVM MEDIOLANENSIS ECCLESIÆ EPISCOPVM, DE SOLVTIONE *quarundam quæstionum ex libris Regum, Liber secundus.*

PRAEFATIO.

SATIS de Apostolo me ad proposita respōdisse existimo, nunc ad ea quæ de libris Regnorum requisisti aliud volumē aggrediar, quæ sicut multa & propè omnia veterum librorum, figuratiora sunt, & mysteriorū velaminib⁹ inuoluta. Quamuis enim ex eo quod transierimus ad Christum, auferatur velamen, tamen videmus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Velamen quippe omnimodo intercludit aspectū, ænigma verò tanquam per speculum, sicut idem Apostolus ait: Videmus nunc per speculum & in ænigmate: nec euidētissimam detegit speciem, nec prorsus obtegit veritatem. Aggrediar ergo & ista, duce Domino, tuis potius subleuatus orationibus, quàm iussionibus aggrauatus. Præsertim quia ex epistola tua hoc te intellexi quærere, quid hæc in prophetia significent: in quo reuera obtemperarem, nisi mihi esset difficillimū: quia & de tota eorundem contextione librorum ducenda est intentio, & si esset promptior intellectus, magnitudo tamen operis impediret: quæ si subeunda est, prolixius otium tempusque flagitat: sed nunc ipsas rerum proprietates gestarum, quæ his verbis quorum à te facta commemoratio, significantur, quomodo intelligerem nosse dignatus es & meis literis aperiri.

2. Cor. 3. c. 5. 13

1. Cor. 13. d. 12.

QVÆST. I.

ET primùm quidem quod de primo Regnorũ libro iussisti vt exponerem quomodo dictum sit, Et insiluit spiritus Domini in Saul: cùm alibi dicat, Et insiluit spiritus Domini malus in Saul. Ita enim scriptũ est: Et factum est cùm cõuerteret humerum suum vt iret à Samuel, conuertit Deus in Saul cor aliud, & venerũt omnia signa illa die: & venit inde in collem, & ecce chorus prophetarum in obuiam illi, & insiluit in illũ spiritus Domini, & ꝓpheraui in medio eorum. Prædixerat enim hęc illi Samuel cùm eũ iussus vnxisset. Et hoc quidem non puto habere aliquid quæstionis. Spiritus enim vbi vult spirat: & spiritum prophetiæ, nullarum animarum potest maculare cõtactus: Attingit enim vbiq; propter suam mũditiã. Afficit enim omnes, non eodem modo, sed alios per informationẽ spiritus eorundẽ hominum, vbi rerum demonstrantur imagines: alios per fructum mẽtis ad intelligentiam: alios vtraque inspiratione: alios etiam nesciẽtes. Sed per informationẽ spiritus duob⁹ modis. Aut per somnium, sicut non solùm plerique sancti, sed & Pharao & Nabuchodonosor rex vidit quod nemo eorum intelligere valebat, sed tamen vterque videre poterat. Aut per demonstrationem in ecstasi, quod nõnulli Latini †stuporem interpretantur, mirum si propriè, sed vicinè tamen, cùm sit mentis alienatio à sensib⁹ corporis, vt spiritus hominis diuino spiritu assumptus capiendis atq; intuendis imaginibus vacet, sicut Danieli demonstratum est quod non intelligebat, & Petro illud vas submissum de cælo quatuor linteis: nã & ipse quid illa demonstratio figuraret postea cognouit. Per fructũ autẽ mentis ad intelligentiam vno modo, cùm hęc ipsa quę demõstrantur imaginibus quid significẽt & quò pertineant reuelãtur, quæ certior prophetia est: nã magis ipsam vocat Apostolus prophetiã, sicut Ioseph meruit intelligere, quod Pharao nõ potuit nisi videre, & Daniel exponit regi, quod ille cernit & nescit. Cùm verò ita mens afficitur, vt non rerũ imagines coniecturali examinatione intelligat, sed res ipsas intueatur, sicut intelligitur sapiẽtia & iustitia omnisq; incõmutabilis & diuina species, ad prophetiã de qua nũc agimus nõ pertinet. Vtroque aũt munere prophetię donantur hi, qui & rerũ imagines in spiritu vident, & quid valeant simul intelligunt: aut certè manifestis locutionibus in ipsa demonstratione informãtur, sicut in Apocalypsi quędã exponũtur. Nescientes aũt afficit prophetiæ spiritus, sicut Caiphas cùm esset põtifex prophetauit de Domino, quòd expediret vnũ mori pro tota gente, cũ aliud in verbis quæ dicebat attẽderet, quæ non se à seipso dicere nesciebat. Abundant in sanctis libris exempla: & res tuæ prudẽtiæ notissimas loquor. Nõ enĩ ista discis à me, sed in eis me percõtando probas, & cognoscere cupiens proficientẽ, & corrigere paratus errantẽ. Hoc autẽ verbo quod positum est, Et insiluit in eũ spiritus: tanquã ex abdito diuinitatis secreto repentinus significatur afflatus. Horũ igitur modorũ quónam potius affectũ esse intelligamus Saul, satis apparet ex eo quod ibi scriptũ est, Cõuertit Deus in Saul cor aliud. Sic enim aliam cordis affectionem significat, quia cõuertendo fecit Deus vt imaginũ significantium & prę figurãtium capax fieret, ad propheticam diuinationẽ. Tantum autẽ distat inter prophetiã prophetarũ, sicũt Esaias, sicut Hieremias, & cæteri huiusmodi fuerunt, atque istam transitoriam quæ in Saul apparuit, quantũ distat inter loquelam humanam cùm loquũtur homines, & cùm eadem loquela humana propter necessarium prodigium asina locuta est, in qua sedebat Balaam propheta: accepit enim hoc ad tempus illud iumentum, vt Deus quod statuerat demonstraret, non vt habitu perpetuo inter homines bestia loqueretur.

1 Reg. cap. 10. b. 10. & 16. c. 14.

Ioan. 3. a. 8.

Sap. 7. d. 24.

Gen. 41. a. 1.

Dan. 2. a. 1. & 4. a. 1.

al. pauorem.

Act. 10. b. 11

1. Cor. 13. a. 1

1. Reg. 10. b. 9.

A Aut si hoc exemplum maiore differentia remotũ est. multo minus mirandum est homini reprobo datã fuisse ad momẽtum temporis affectu transitorio prophetiã, quando ille dederat qui & asinam cùm voluit loqui fecit. Magis enim distat pecus ab homine, quã homo reprobus ab electis, sed tamẽ ab hominibus. Non enim si quisquã dixerit aliquid quod ad sapiẽtiam pertinet, continuò sapiens existimãdus est: sicut nec quisquam, si aliquando prophetauerit iam inter prophetas numerabitur: cùm & Domin⁹ in Euãgelio dicat quosdã cũ gaudio verbũ excipere, & radicis altitudinẽ non habere, sed esse temporales. Ideoq; sicut consequens indicat lectio, factũ est in parabolam: Sic & Saul inter prophetas. Hoc igitur mirari desinamus, cùm in hominibus apparet diuinitus aliquid, quorũ vel merituũ vel habitum excedit, cùm forte vult Deus cuiusdam significationis gratia tale aliquid demonstrari. Si autẽ hoc mouet quòd postea Saul malo spiritu inuadente præfocabatur, qui prius prophetiæ spiritũ acceperat, neq; hoc mirandũ est. Illud enim factum est ex dispensatione aliquid significandi, hoc ex merito vindicãdi. Nec mouere nos debent hæc alternantia in animo humano, hoc est in creatura mutabili: præsertim eo tempore quo caro corruptibilis mortalisq; portatur. Aut nõ videmus in ipso Petro, vt indicat Euangelium, extitisse tantam confessionem vt audire meruerit: Beatus es Simon Bar Iona, quia nõ reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Et paulò pòst tã carnaliter eũ de Domini passione sensisse, vt statim audiret: Vade post me Satana, scandalum mihi es: nõ enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominũ. Et fortasse aliquãto interius intelligentibus tantum valet ad visa illa mẽtis hæc differentia, qua Petrus primò intellexit Deo patre reuelante, quòd filius Dei esset Christus, & postea ne moreretur extimuit: quantum valet ad † inuestiganda visa, quæ in spiritu hominis alienata mente imaginariè fiũt, reuelatio prophetiæ, qua primò afflatus est Saul, & cõmixtio spiritus mali, quo postea premebatur. Iam verò illud quòd etiam malus appellatus est spiritus Domini, sic intelligitur, quomodo dictũ est Domini est terra: tanquam creatura, in eius posita potestate. Aut si propterea non congruit hoc locutionis exemplum, quia terra nõ est mala, omnis enim creatura Dei bona est: illud congruat, quòd ipse Saul iam reprobus & sceleratus atque ingratus sancto Dauid, persecutor etiam eius, cum sæuissimæ inuidiæ facibus agitaretur, tamẽ adhuc Christus Domini dicebatur, sicut eum appellauit ipse Dauid cùm vindicauit extinctum. Sed magis arbitror malignũ spiritum à quo ipse vexabatur Saul, ideo dictum spiritum Domini, quòd occulto Domini iudicio Saulẽ vexabat. Vtitur enĩ De⁹ ministris etiam spiritib⁹ †malis ad vindictam malorũ, vel ad bonorum probationem, alio modo ad illam rẽ, alio ad istã. Quamuis enim inde sit quisque malignus spiritus Domini, quia mala voluntate nocere appetit, tamen nocendi potestatem non accipit nisi ab illo sub quo sunt omnia, certis & iustis meritorum gradibus ordinata: quia sicut nõ est mala voluntas à Deo, sic nõ est potestas nisi à Deo. Quanquam enim sit in cuiusq; potestate quid velit, non est tamẽ in cuiusque potestate quid possit vel facere cuiquã vel à quoquã pati. Nã & ipse filius vnicus Dei passurus ad tempus humiliter homini superbè loquenti & dicenti, quòd potestatẽ haberet occidendi eũ vel dimittẽdi: Nõ haberes, inquit, in me potestatẽ, nisi data tibi esset desuper. Diabolus etiã volens nocere iusto viro Iob, nocendi quidem voluntas diabolo erat, sed tamẽ à Domino Deo potestatem

Mat. 13. c. 19

1. Reg. 10. c. 12.

1. Reg. 16. c. 14.

Mat. 16. c. 11

Ibid. d. 23.

al. distinguenda.

Psal. 23. a. 1.

1. Tim. 4. b. 4.

2. Reg. 1. c. 14.

2. sent. dist. 44. cap. Sed pluribus.

al. immundis.

2. Retract. cap. 1.

Rom. 13. a. 1.

Ioan. 19. b. 11.

Ioan. 10. f. 49.

Num. 22. c. 28.

potestatẽ petebat, dicẽs: Mitte manũ tuã & tange carnẽ eius: quãuis hoc esset, si ꝑmitteret, ipse factur⁹, ipsã etiã ꝑmissionẽ petebat hoc modo, & manũ Dñi appellabat ꝑmissam à Dño manũ suã, id est ipsam potestatẽ quã volebat accipere. Cui cõgruit illud in Euangelio, q̃ Dñs discipulis suis ait, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticũ. Dict⁹ est ergò spirit⁹ Dei malus, hoc est minister Dei ad faciẽdũ malũ in Saul, q̃ eũ pati iudex omnipotẽtissim⁹ iudicabat: quoniã spiritus ille volũtate qua mal⁹ erat, nõ erat Dei: creatura verò qua conditus erat, & potestas quam nõ sua, sed Domini omnium æquitate acceperat, Dei erat. Verba etiam ipsa scripturarum ita se habent: Et perrexit, inquit, Samuel & abiit in Ramatha, & spirit⁹ Dñi recessit à Saul, & apprehẽdit eũ spiritus malignus à Domino, & suffocabat eũ. Et dixerũt pueri Saul ad eũ: Spiritus Domini malign⁹ suffocat te. Hoc igitur à pueris eius quomodo sit dictũ, Spiritus Dñi malign⁹, superiora verba indicant narrantis Scripturæ & dicentis: Spiritus malignus à Domino. Secundũ enim hoc inquit, à Domino, quia per seipsum velle nocere habebat, id est, comprehendere Saul; posse aũt nõ habebat, nisi summa iustitia sineret. Si enim iustè vindicat Deus, quemadmodũ ipse dicit Apostolus, cùm tradit homines in cõcupiscentias cordis eorũ, nõ mirum si nihilominus iustè vindicãs tradit eos etiam in concupiscẽtias aliorũ nocere volentiũ, sua semper incõmutabili æquitate seruata. Animaduertendũ sanè est cũ additamento dici, spiritus Dei malus. Cùm autẽ tantũmodo dicitur, spiritus Dei: etiãsi non addatur, bonus: ex hoc intelligitur bonus. Vnde apparet bonũ spiritũ secũdũ substantiã, malũ autẽ secundùm ministeriũ dici spiritũ Dei. Quã quam quæri adhuc possit, vtrũ cùm spiritus Dei dicitur, & ex hoc ipso iã & si nihil addatur intelligitur bonus, ille intelligatur qui est in Trinitate consubstãtialis patri & filio Spiritus sanctus, de quo dicitur: Vbi autẽ spiritus Domini, ibi libertas. Et iterum: Nobis autẽ reuelauit Deus per spiritum suum. Et illud, Sic & quæ Dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Et multis locis hoc modo dicitur spiritus Dei, & intelligitur Spiritus sanctus, etiãsi non addatur: quoniam ea quæ circunstant, satis indicant de quo dicatur, ita vt aliquando nec Dei addatur, & intelligatur tamẽ ille spiritus Dei principaliter sanct⁹. Nã quẽ aliũ cõmemorat vbi dicit, Ipse spiritus testimoniũ dat spiritui nostro quia sum⁹ filij Dei: Et ipse spiritus adiuuat in infirmitatẽ nostrã. Et hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Et diuisiones donationum sunt, idem autẽ spiritus. His enim omnibus sentẽtiis, nec Dei, nec sanctus est additũ, & tamẽ ipse intelligitur. Sed tamẽ nescio vtrum manifesto aliquo exẽplo probari possit, alicubi spiritum Dei dictũ sine aliquo additamento, vbi spiritus ille sanctus non significetur, sed aliquis quãuis bonus, creatus tamen & conditus. Quæ proferuntur enim dubia sunt, & indigent clariore documẽto, sicut illud quod scriptũ est, Spiritus Dei ferebatur super aquas. Nã & ibi Spiritũ sanctũ accipere quid impediat, non inuenio. Cùm enim aquarũ nomine illa materies insinuetur informis quæ de nihilo facta est, vnde omnia fierent, quid prohibet intelligere Spiritũ sanctum cõditoris, quòd superferebatur huic materiæ, non locorũ gradibus interualliq; spatiorũ, quod nequaquã de vlla re incorporea rectè dicitur, sed excellentia & eminentia dominantis super omnia volũtatis, vt omnia conderentur: præsertim cùm ea locutio, sicut illarum scripturarum mos est, etiam propheticũ quoddã sonet mysterium, quo futuri baptismatis ex aqua & Spiritu sancto nascituri populi præfigurarentur. Non

Iob. 2. b. 5.

Luc. 22. d. 31.

1. Reg. 16. c. 23.

Rom. 1. c. 24

2. Cor. 3. d. 17.

1. Cor. 2. c. 10.

Ibid. c. 11.

Rom. 8. c. 19

Ibid. c. 26.

1. Cor. 12. b. 11.

Ibid. a. 4.

Gen. 1. a. 2. De Genesi ad litteram lib. 6. cap. 8.

A ergo cogit quod dictum est, Et spiritus Dei ferebatur super aquas: illum intelligere spiritum, sicut nonnulli intelligunt, quo mundi moles vniuersa ista corporea velut animatur, ad ministerium quorunq; gignẽtium & in sua specie continendarũ corporaliũ creaturarum. Creatura est enim quicquid est tale. Illud etiã q̃ scriptũ est, Quoniã spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ: non desunt qui eũdẽ spiritũ velint accipere, inuisibilem scilicet creaturã cũcta visibilia vniuersali quadã conspiratione vegetantem atq; continentẽ. Sed neque hic video quid impediat intelligere Spiritum sanctũ, cùm ipse Deus dicat apud Prophetã: Cælũ & terrã ego impleo. Non sine suo Spiritu sancto implet De⁹ cælũ & terrã. Quid ergo mirũ si de Spiritu sancto eius dictũ est: Repleuit orbem terrarum? Alter enim replet sanctificando, sicut de Stephano dicitur: Repletus est Spiritu sancto: & de cæteris talibus. Aliter autẽ replet sanctificante gratia, sicut quosdã sanctos: aliter attestãte atq; ordinante † præsentia, sicut omnia. Quamobrẽ nescio vtrum certo aliquo documento scripturarum possit ostendi, cùm sine vllo additamento dicitur, spiritus Dei vel spiritus Domini, aliquid aliud significari quàm spiritum sanctũ. Sed etsi est fortè aliquid quod in præsenti nõ occurrat, illud certè arbitror non temerè dici: quotiẽs in sanctis eloquiis cõmemoratur spiritus Dei, neq; additur aliquid, siue ille patri & filio consubstantialis spiritus sanctus, siue aliqua creatura inuisibilis intelligat, malũ tamẽ nõ posse intelligi nisi addatur etiã malus. Malo enim quia bene vtitur Deus ad ministeriũ iudicij sui, appellatur etiã ipse spiritus Dei, ad vindictã malorũ & disciplinã & probationẽ bonorũ. Nec illud mouere iã nos debet q̃ postea scriptũ est, cũdẽ saulẽ spiritu Dei super se facto prophetasse, quoniã post bonũ spiritum spiritus malus, & rursum, post malum bon⁹. Hoc enim fit non mutabilitate spiritus sancti qui est incõmutabilis cũ patre & filio, sed mutabilitate animi humani, Deo cuncta distribuente, siue malis pro merito damnationis vel emendationis, siue bonis pro largitate gratiæ suæ. Quanquã videri possit etiã idem fuisse Dei spiritus semper in saul: malus aũt illi, quòd eius sanctitatis capax non esset. sed nõ rectè hoc videt. Tutior est enim ille sensus & verior, vt pro mutabilitate affectionis humanæ spiritus Dei bonus bene afficiat vel ad prophetiam vel ad opus quodlibet aliud in munere diuino, afficiat autẽ malus male: qui propter ministeriũ diuinæ æquitatis omnia distribuẽtis & omnib⁹ rectè vtentis dicitur & ipse spiritus Dei, ꝑsertim quia dictũ est, Recessit ab eo spirit⁹ Dei, & apprehẽdit eũ spiritus malignus à Domino. Nullo enim pacto potest idẽ videri recessisse & apprehendisse. Porrò autẽ in nõnullis exẽplaribus & eis maximè quæ de lingua Hebræa ad verbum videtur expressa, inuenitur spiritus Dei, sine additamẽto posit⁹, & intelligitur malus ex eo quòd arripiebat saul, & reficiebat eũ Dauid tangendo citharã. Manifestũ est tamen, ideo nõ additũ malus, q̃a paulò superiùs iã dictũ erat, & de vicinitate scripturæ subaudiri intelligi poterat. Ita enim in huiusmodi exemplaribus legitur: Igitur quandocunque spiritus Domini arripiebat saul, tollebat Dauid citharam & percutiebat manu sua, & refocillabatur saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. siue ergo quod hîc nõ est dictum, spiritus Dei: sed tãtummodo, spiritus malus: quod ibi minus dictũ erat, tanquam redditũ apparet, siue quia superius ita positum erat, Et dixerunt serui saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitat te: Iubeat Dominus nostet, & serui tui qui coram te sunt quærant hominẽ scientem psallere citharã, vt quando arripuerit te spiritus

Sap. 1. b. 7.

Hieron. 1. c. 24.

Act. 4. b. 8.

al. præsentia.

1. Reg. 19. d.

Ibid. c. 16.

Ibid. c. 14.

Ibid. d. 44.

Ibid. c. 15.

Dei malus psallat manu sua, & leuius feras: non opus
1.Reg.18.c. 10. erat cùm rursum diceretur quandocunq; spiritus Dei
A arripiebat Saul, addere malum, quia notũ erat de quo
tunc diceretur. Verùtamen illa quæstio maior est &
non transitoria animi intentione rimanda, quòd cùm
Saul persequeretur Dauid innocentem, plenus inui-
Ibid.d.23. dia, & liuore vesanus factus est super eũ spiritus Dei, &
ambulabat ingrediens & prophetabat. Non enim po-
test hic nisi spiritus bonus intelligi, per quẽ sanctũ Pro-
phetæ futurarũ rerũ imagines & visa cernebant, nõ ex
eo tantũ quia dictũ est, Et prophetabat: nã in exẽplari-
bus quæ sunt ex Hebræo, hoc quoq; inuenitur de spi-
2.Reg.18.c. 10. ritu malo dictũ ita: Post diẽ autẽ alterũ inuasit spiritus
Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ.
Et in aliis diuinarũ scripturarum locis sæpe inuenitur,
quòd prophetia non tãtũ bona, sed etiã mala dicatur:
3.Reg.18.c. 19.& d.21. & 23.& g. 40. & prophetæ dicti sunt Baalim, & exprobratũ est qui-
busdã quia prophetabant in Baal. Nõ ergo necesse est
B intelligi propterea bonũ spiritum, qui factus est super
Saul postea, quia dictũ est: Et ambulabat ingrediẽs &
prophetabat. Sed quia sine additamento positum est:
Factus est spiritus Dei super eũ. Non enim sicut in illo
loco dictũ erat suprà, Spiritus Dei malus: vt ex hoc pos-
sit etiã in consequẽtibus subaudiri: quinimo superio-
ra magis magisq; attestantur illũ spiritũ Dei bonũ fuis-
se & verè propheticũ. Dauid enim erat cũ Samuele, &
1.Reg. 19.d. 20.* misit Saul nũcios qui apprehenderent Dauid. Quo-
niã autẽ Samuel erat inter prophetas & cœtũ prophe-
tarũ qui illo tempore prophetabant, nuncij qui missi
sunt accepto eodẽ spiritu prophetauerũt, missisq; aliis
hoc contigit, & tertiis nihilominus: postea cùm & ipse
Saul venisset, factus est etiã sup eũ spiritus Dei, & am-
bulabat ingrediẽs & prophetabat. Cùm enim dicitur,
Et factus est super ipsos spiritus Dei, & prophetabant
& ipsi, idem vtique erat spiritus qui erat in prophetis,
C inter quos & Samuel inuentus est, & ex hoc vtiq; ne-
cesse est intelligi illum bonum spiritum. Atque ideo
quæstio diligenter discutiẽda est, quomodo & illi qui
missi essent ad tenendum hominem & ad necẽ addu-
cendũ, tali spiritu affici meruerunt, & Saul ipse qui mi-
serat veniens & ipse sanguinem innocentem quærens
effundere, accipere meruit illum spiritũ, & prophetare.
Hic nimirũ occurrit illud quod apostolus Paulus
aperti ssimè exponit supereminentẽ viã demonstrans:
1.Cor.13.a. 2.* Si linguis hominũ loquar, inquit, & angelorũ, charitatẽ autẽ non habeã, factus sum velut æramentũ sonãs
aut cymbalũ tinniens. Et si habuero prophetiã omnẽ,
& sciero omnia sacramenta & omnem scientiã, & ha-
buero omnẽ fidẽ, ita vt montes transferã, charitatem
autẽ non habeã, nihil sum. Et si distribuero omnẽ sub-
stãtiam meam, & si tradidero corpus meum ita vt ar-
deam, charitatem autem non habeam, nihil mihi pro-
D debitur: Non noui vos. In hoc enim cognoscetur, in-
quit, qa discipuli mei estis, si vos inuicẽ diligatis. Exẽ-
1.Cor.12.a. 7.* plum vtiq; huius Saul, resistit superbis nonnullis hæ-
reticis: qui vel aliquid boni de muneribus sancti Spi-
ritus negant posse dari eis qui ad sanctorum sortes nõ
pertinent: cùm eis dicimus, habere illos posse sacra-
mentum baptismi, quod cùm ad Ecclesiam catholi-
cam veniunt, non est in eis vllo modo violandum, aut
quasi non habeant tradendum: sed tamen eos non ide-
o saluti debere cõfidere, quia nõ improbamus quod
illos accepisse concedimus, sed oportere cognoscere
vnitatis societatem vinculo charitatis ineundam: si-
ne qua omnino quicquid habere potuerint, quamuis
per se sanctum ac venerandum, ipsi tamen nihil sunt,
tanto indigniores effecti vitæ æternæ præmio, quan-
to illis donis non bene vsi sunt, quæ in hac vita, quæ
transitoria est, acceperunt. Non autem bene vtitur,
nisi

ritatem, sine qua illa munera non nihil sunt, sed nihil
eis prosunt. Prophetia quippe sine charitate, sicut iam
demõstratũ est, nõ perducit ad regnum Dei: charitas
verò sine prophetia vtiq; perducit ad regnũ Dei. Cùm
enim loquens de mẽbris Christi, ait, Nunquid omnes
Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? indubitanter
ostendit etiam eũ qui prophetiam non habet, posse in
membris Christi numerari. Vbi quã locum haberet, si
charitatẽ, sine qua homo nihil est, non haberet? Nullo
autẽ modo ita diceret, quando de mẽbris ageret qui-
bus Christi corpus impletur: Nunquid omnes habent
charitatẽ: quẽadmodũ dixit, Nũquid omnes Apostoli?
Nunquid omnes Prophetæ? Nũquid omnes virtu-
tes? Nunquid omnes dona habent curationũ? Et cęte-
ra huiusmodi. Sed dicit aliquis, posse quidem fieri vt
prophetiã quisque non habeat, & tamen habeat cha-
ritatem, atq; ideo Christo annumeratus inhæreat: sed
fieri non posse, vt prophetiam habeat, & non habeat
charitatẽ: nihil enim est homo habens prophetiã sine
charitate. Ita fortasse quemadmodũ possumus dicere,
nihil esse hominẽ habentem animam sine mente: non
quia possit inueniri homo qui mentẽ non habeat ha-
bens animam, sed quia nihil esset si inueniri posset. Sic
etiã dici potest, si corpus figuram habeat, colorem nõ
habeat, videri non potest: nõ quia sit corpus cui desit
color, sed quia si esset, cerni non posset. Ita fortasse dic-
tũ est, quòd si quis habeat prophetiã, & charitatẽ nõ
habeat, nihil est: non quia potest in quoquã prophetia
esse sine charitate, sed quia si esset, prodesse nõ posset.
Opus est igitur ad soluendã istam quæstionẽ, vt osten-
damus aliquẽ reprobũ hoc donũ habuisse prophetiæ:
quòd si aliũ neminem inueniremus, hoc iste ipse Saul
satis ostenderet. Sed tamen ille etiam Balaam repro- Num.22.a.5 & 24.a.1.
bus apparet: non enim eum tacet Scriptura diuino iu-
dicio esse dãnatũ: & tamen prophetiã habebat: & quia
charitas ei deerat, inerat voluntas maledicẽdi populo
Israëlitico, quã hostis pretio comparauerat, qui eũ ad
maledicendũ mercede conduxerat, dono tamen illo
prophetandi quo aspergebatur, benedicebat inuitus.
Nec verba illa parũ attestantur huic sententiæ quæ in
Euãgelio scripta sunt, multos dicturos in illa die, Do- Matt.7.c.22
mine Domine † coram te mãducauimus & bibimus, al. in nomine tuo.
& in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo
virtutes multas fecimus: quibus tamen dicturus est:
Non noui vos, recedite à me operarij iniquitatis. Non
enim eos mentiẽtes putabimus ista dicturos in illo iu-
dicio, vbi nullus erit fallendi locus, aut vllam vocẽ ta-
liũ legimus, dicentiũ: Dileximus te. Poterunt ergo di-
cere, In nomine tuo prophetauimus, cùm sint impro-
bi & reprobi: non autem poterunt dicere, dilectionem
quã mandasti tenuimus. Nam si dicent, non eis respõ-
D debitur: Non noui vos. In hoc enim cognoscetur, in- Ioanis.13.d.35
quit, qa discipuli mei estis, si vos inuicẽ diligatis. Exẽ-
plum vtiq; huius Saul, resistit superbis nonnullis hæ-
reticis: qui vel aliquid boni de muneribus sancti Spi-
ritus negant posse dari eis qui ad sanctorum sortes nõ
pertinent: cùm eis dicimus, habere illos posse sacra-
mentum baptismi, quod cùm ad Ecclesiam catholi-
cam veniunt, non est in eis vllo modo violandum, aut
quasi non habeant tradendum: sed tamen eos non ide-
o saluti debere cõfidere, quia nõ improbamus quod
illos accepisse concedimus, sed oportere cognoscere
vnitatis societatem vinculo charitatis ineundam: si-
ne qua omnino quicquid habere potuerint, quamuis
per se sanctum ac venerandum, ipsi tamen nihil sunt,
tanto indigniores effecti vitæ æternæ præmio, quan-
to illis donis non bene vsi sunt, quæ in hac vita, quæ
transitoria est, acceperunt. Non autem bene vtitur,
nisi

1.Cor.13.b. 4. nisi charitas, & charitas omnia tolerat, atque ideo non
A scindit vnitatem, cui° ipsa est fortissimum vinculum.
Non enim & seruus ille non accepit talentum, aut ali-
Matth 25.c. 29. quid aliud intelligitur talẽtum quàm munus aliquod
diuinum: sed qui habet dabitur ei, qui autẽ non habet,
& quod habet auferetur ab eo: quod non habet auferi
non potest, sed aliud non habet vt meritò auferatur
quod habet. Non habet charitatem vtendi, vt auferatur
quicquid aliud habet quod sine charitate non pro-
dest. Non igitur mirum est, regẽ Saul & eo tẽpore quo
primum vnctus est, accepisse spiritum prophetandi, &
postea cùm esset propter inobediẽtiam reprobatus, re-
cedẽte ab eo spiritu Domini arreptũ esse maligno spi-
ritu à Domino: qui etiam ipse spiritus Domini appel-
latus est propter ministerium, quia omnib° etiam spi-
ritibus malis benè vtitur Dominus, vel ad damnatio-
nem quorundam, vel ad emendationẽ, vel ad proba-
Rom.13.a.1. tionẽ: & quamuis non sit malignitas à Domino, non
B 2.Reg.26.b. 11. est tamen potestas nisi à Deo. Dictum est etiam, sopor
Domini occupauerat milites eiusdem Saul, cùm Da-
uid hastam & cyphum abstulisset à capite dormientis:
non quia tũc sopor in Domino erat vt ipse dormiret,
sed quia ille sopor qui tunc homines apprehenderat,
nutu Dei erat infusus, ne Dauid & seruorũ eius in eo
1.Reg.19.d. 24. loco præsentia sentiretur. Neq; illud mirũ est rursum
eundẽ Saul accepisse spiritũ prophetiæ cùm perseque-
retur iustũ, & eũ cõprehẽsurus & necaturus venisset in
locũ vbi erat cõgregatio prophetarũ. Sic enim satis mõ
stratũ est, neminẽ de tali munere iã securum esse debe-
re, tanquã sit acceptissimus Deo, si non habeat charita-
tẽ: quando quidẽ illud donũ & Sauli dari potuit pro-
pter arcanũ quidẽ alicuius sacramenti, sed tamen dari
potuit reprobato, inuido & ingrato & reddenti mala
pro bonis, & ne post ipsam quidẽ acceptionẽ spiritus
QVAEST. II. correcto in melius atque mutato. AGE iam videa-
C 1 Reg. 15.c. 11. mus quomodo dictũ sit, Pœnitet me quod cõstituerim
regẽ Saul. Quæris enim, non vtique in taliũ verborũ
intellectu rudis, sed rudimẽta explorans mea paterno
studio & benigna cura, quomodo pœniteat aliquid
Dominum, in quo sit omnis præsentia. Ego verò cum
hoc de Deo dicitur, indignũ aliquid dici arbitrarer, si
aliquid dignum inueniretur q; de illo diceretur. Cùm
verò verba omnia quibus humana colloquia conferũ-
tur illius sempiterna virtus & diuinitas mirabiliter at-
que incunctanter excedat, quicquid de illo humanit°
dicitur quod etiã hominib° aspernabile videatur, ipsa
humana admonetur infirmitas, etiã illa quę cõgruen-
ter in Scripturis sanctis de Deo dicta existimat, huma-
næ capacitati aptiora esse quàm diuinæ sublimitati, ac
per hoc etiam ipsa transcẽdẽda esse saniore intellectu,
sicut ista qualicunque transcensa sunt. Quis est enim
hominum, cui non occurrat in Deo cuncta præscien- D
te, pœnitentiã esse non posse? Et certè tamen hæc duo
verba sunt, pœnitẽtia & præscientia, quorũ quia vnũ
cõgruè credimus in Deo, id est præscientiã, negamus
in eo esse pœnitentiã. Cùm verò aliquis liquidiore cõ-
sideratione ista pertractans, quæsierit quemadmodũ
vel ipsa præscientia Deo congruat, & inuenerit huius
etiã verbi notionẽ illius ineffabili diuinitate longè la-
teq; superari, non miraretur vtrũq; de illo propter ho-
mines dici potuisse, de quo vtrũque propter ipsum in-
cõgruè diceretur. Quid est præscientia, nisi sciẽtia fu-
turorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia
supergreditur tempora? Si enim in sciẽtia res ipsas ha-
bet, non sunt ei futuræ, sed præsentes; ac per hoc non
iam præscientia, sed tantùm scientia dici potest. Si au-
tem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita &
apud eum nondum sunt quæ futura sunt, sed ea præ-

uenit sciendo. Bis ergo ea sentit, vno quidẽ modo se-
cundùm futurorũ præscientiam, altero verò modo se-
cundũ præsentiũ scientiã. Aliquid ergo tẽporaliter † al. accidit.
accedit sciẽtiæ Dei, quod absurdissimũ atq; falsissimũ
est. Nec enim potest quæ ventura prænoscit nosse cùm
venerint, nisi bis innotescant, & prænoscẽdo antequã
sint, & cognoscendo cùm iã sunt. Ita fit, vt, quod lõgè
à veritate seclusum est, temporaliter aliquid † accedat al. accidat.
scientiæ Dei, cùm tẽporalia quæ præsciuntur etiã præ-
sentia sentiũtur, quę non sentiebantur antequã fierẽt,
sed tantũmodo præsciebantur. Si verò etiã cùm vene-
rint quæ præsciebantur esse futura, nihil noui † acce- al. accedet.
dit scientiæ Dei, sed manebit illa præscientia sicut erat
etiã priusquã venirent, quæ præsciebantur, quomodo
iã præscientia dicetur, quando non est rerũ futurarũ?
Iã enim præsentia sunt quæ futura cernebat, & paulò
pòst erunt præterita. Præteritarũ autẽ rerũ sicut præ-
sentiũ nullo modo potest dici præsciẽtia. Reditur er-
go ad id vt fiat rebus iam præsentibus sciẽtia, quæ eis-
dẽ rebus futuris erat præscientia: & cùm ea quæ præ-
scientia erat prius, postea scientia fiat in Deo, admit-
tit mutabilitatẽ & temporalis est, cùm sit De° qui ve-
rè summeq; est, nec vlla ex parte sit mutabilis, nec vllo
motu nouitio temporalis. Placet ergo vt non dicamus
præscientiã Dei, sed tantũmodo sciẽtiã, quæramus &
hoc quomodo. Non enim scientiã solemus dicere in
nobis, nisi cũ sensa & intellecta memoria retinemus:
id est, cùm meminimus aliquid sensisse nos vel intelle
xisse, vt id cũ volumus recolamus. Quòd si ita in Deo
est, vt possit propriè dici, intelligit & intellexit, sentit
& sensit; admittit tempus, & subrepit nihilominus illa
mutabilitas quæ longè à Dei substãtia remouẽda est:
& tamen & scit Deus & præscit Deus ineffabili mo-
do, sic eũ & pœnitet ineffabili modo. Cũ enim sciẽtia
C Dei longè distet ab humana scientia, ita vt irridẽda sit
cõparatio, vtraq; tamẽ scientia vocatur: & hæc quidẽ
humana talis est, vt dicat de illa Apostolus, etiã scien- 1.Cor.13.c.8
tia destruetur: quod nũllo modo rectè de scientia Dei
dici potest. Sic & ira hominis turbida est & non sine
cruciatu animi: ira verò Dei de qua dicitur in Euan-
gelio, Sed ira Dei manet super eum: & Apostolus, Re- Ioan.3.d.36.
uelabitur enim ira Dei de cælo super omnem impieta- Rom.1.b.18
tẽ: illo in tranquillitate iugiter manente, in creatura
subdita exercet admirabili æquitate vindictã. Miseri-
cordia quoq; hominis habet nõnullã cordis miseriã,
vnde etiã in Latina lingua nomẽ accepit. Nã inde est Rom.12.c.15.
etiam, quòd non solũ gaudere cũ gaudẽtibus, sed etiã Psal.85.a.5.
flere cũ flentibus hortatur Apostolus. Quis autẽ sano
capite dixerit vlla miseria tangi Deũ, quẽ tamen vbiq;
Scriptura multæ misericordiæ esse testatur? Ita & zelũ
humanũ nõ sine peste liuoris intelligimus: zelantẽ ve-
rò Deum non ita, sed eodem verbo, non eodem mo-
do. Longum est percurrere cætera, & sunt innumera-
bilia, quibus ostenditur multa diuina iisdem nomini-
bus appellari quibus humana, cùm incomparabili di-
uersitate seiuncta sint: nec tamen frustra eadem sunt
rebus vtrisque indita vocabula, nisi quia hæc cognita
quæ in quotidiana consuetudine versantur, & experi-
mentis vsitatioribus innotescunt, nonnullam ad in-
telligenda illa sublimia præbent viam. Cùm enim dẽ-
sero de humana scientia mutabilitatem, & transitus
quosdam à cogitatione in cogitationem, cùm reco-
limus vt cernamus animo quod in contuitu eius pau-
lò antè non erat, atque ita de parte in partem crebris
recordationibus transilimus: vnde etiam ex parte di-
cit esse Apostolus nostram scientiam. Cùm ergo hæc
cũcta detraxero, & reliquero solam viuacitatem certæ 1.Cor.13.c.9
atq; inconcussæ veritatis vna atq; æterna contempla-

tione cuncta collustrantis: imò non reliquero, non enim habet hoc humana scientia, sed pro viribus cogitauero: insinuatur mihi vtcunq; scientia Dei: q̃ tamẽ nomen ex eo q̃ sciendo aliquid non latet hominẽ, potuit esse rei vtriq; cõmune: quãquã & in ipsis hominibus solet discerni à sapientia scientia, vt etiam Apostolus dicit, Alij quidẽ per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundũ eundẽ spiritũ. In Deo autẽ nimirũ non sunt hæc duo, sed vnũ: & in hominibus quidẽ hæc ita discerni probabiliter solent, vt sapiẽtia pertineat ad intellectum æternorũ, scientia verò ad ea quæ sensibus corporis experimur. Sed licet alius aliam differentiã proferat, nisi tamen diuersa essent, non sic ab Apostolo distinguerentur. Quod sanè si ita est, vt nomen scientiæ rebus quas per sensum corporis experimur deputatum sit, nulla est omnino scientia Dei. Non enim Deus per seipsum ex corpore & anima cõstat, sicut homo. Sed melius dicitur aliã esse scientiam Dei, & non eiusdem generis cuius ista est quæ hominum dicitur: sicut etiam idipsum quod Deus dicitur, longè aliud est, quàm quemadmodũ dictum est, quia stetit in synagoga deorum. Tamen ad non latere quoquo modo pertinet communicatio ipsa vocabuli. Sic etiã de ira hominis detraho turbulentum motũ, vt remaneat vindictæ vigor, atq; ita vtcunq; assurgo in notitiã illius quæ appellatur ira Dei. Item de misericordia si auferas cõpassionẽ, cùm eius quẽ miserearis participatus es miseriæ, vt remaneat trãquilla bonitas subueniendi & à miseria liberandi, insinuatur diuinæ misericordiæ qualiscunq; cognitio. Zelũ quoq; Dei non repudiemus & aspernemur, cùm scriptũ inueniamus: sed auferamus de humano zelo pallidã tabẽ doloris, & morbidã perturbationẽ animi: remaneatq; illud solũ iudiciũ, quo corruptio castitatis impunita esse nõ sinitur, & assurgimus vt incipiamus aliquo modo capere zelũ Dei. Quapropter cùm legimus etiã Dominũ dicentẽ, Pœnitet me: cõsideremus quid id esse soleat. In hominibus opus pœnitendi est, cũ proculdubio reperitur voluntas mutãdi: sed in homine cũ dolore animi est: reprehẽdit enim in se quod temere fecit. Auferamus ergo ista quæ de humana infirmitate atq; ignorãtia veniunt, & remaneat solũ velle, vt nõ ita sit aliquid quẽadmodũ erat, sic potest aliquantulũ intimari mẽti nostræ, qua regula intelligatur quod pœnitet Deum. Cùm enim pœnitere dicitur, vult nõ esse aliquid sicut fecerat vt esset: sed tamen & cùm ita esset, ita esse debebat: & cùm ita esse iam non sinitur, iã non debet ita esse, perpetuo quodã & trãquillo æquitatis iudicio, quo Deus cũcta mutabilia incõmutabili voluntate disponit. Sed quoniã præscientiã & scientiam cũ laudo solemus dicere in hominibus, iramq; ipsam solet humanũ genus in magnis potestatibus timere potius quàm reprehendere, congruẽter putamus talia dici de Deo. Qui autem zelat, & quem aliquid pœnitet, quoniã vel culpari solet vel in se culpam corrigere: atq; ideo cum reprehensione ista dici de hominibus, propterea mouet cùm legimꝰ esse aliquid in Deo ciusmodi. Sed illa Scriptura omnibus consulens propterea magis & ista ponit, ne illa quæ placent sic intelligãtur in Deo, quomodo consueuerunt in hominibus intelligi. Per hæc enim quæ displicent cùm ea nõ audeamus sic intelligere in Deo vt inueniuntur in homine, discimus etiã illa sic quærere quæ apta esse atq; cõuenientia putabamus. Nã si propterea nõ est illud de Deo dicẽdũ, quia in homine displicet, non dicamus incõmutabilẽ Deũ, quia de hominibus cum reprehensione dictũ est: non enim est illis commutatio. Item quædam in homine sunt laudabilia, in Deo autem esse non possunt, sicut

1. Cor. 12. a. 8.

1. Reg. 15. c. 11.

Psal. 81. a. 1

A pudor, quod ætatũ viridiorũ magnũ est ornamẽtum: sicut timor Dei non est tãtũ in veteribus libris laudatus, sed Apostolus etiã dicit, Perficientes sanctificationẽ in timore Dei: qui vtiq; in Deo nullus est. Sicut ergo quędã laudabilia hominũ nõ rectè dicũtur in Deo: sic q̃dã culpabilia hominũ rectè intelliguntur in Deo: non ita vt in hominibus, sed vocabulis tãtũmodo cõmunib⁹, lõgè alia ratione & modo. Nã paulò pòst idẽ Samuel cui dixerat Dominus, Pœnitet me quòd constituerim regẽ Saul, ipsi Sauli ait de Deo, Quoniã non est sicut homo vt pœniteat eũ: vbi videlicet satis ostẽdit etiã cùm Deꝰ dicit, Pœnitet me: nõ humano more accipiẽdũ esse, sicut iã quãtũ valuimus disputauimus.

2. Cor. 7. a. 1.

1. Reg. 15. f. 29.

QVÆST. IIII.

ITEM quæris, vtrum spiritus immundus qui erat in Pythonissa, potuerit agere vt Samuel à Saule videretur & loqueretur cum eo. Sed multo maioris miraculi est, quòd ipse satanas princeps omniũ immũdorũ spirituũ potuit loqui cũ Deo, & petere ad tentandũ Iob iustissimũ virũ, qui etiã tentãdos Apostolos petiit. Aut si hoc non ideo habet difficilem quęstionem, quia per quã voluerit creaturã, cui voluerit creaturæ vbiq; prę sens veritas loquitur, nec ꝓpterea magni meriti est cui loquitur Deus. Interest enim quid loquatur, quia & imperator cũ multis innocentibus non loquitur, quibus ꝓuidentissimè consulit ad salutẽ: & cũ multis nocẽtibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiã immundus spiritus cũ anima sancti viri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis, Deus creator & sanctificator longè vtique maior est. Quòd si hoc mouet, q̃ licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis reuocare, nónne magis mirandum est, quòd satanas ipsum Dominũ assumpsit & constituit super pinnaculũ templi? Quolibet enim modo fecerit, ille etiã modus quo Samueli factũ est vt excitaretur, similiter latet. Nisi fortè quis dixerit, faciliorem diabolo fuisse licentiam ad Dominum viuũ vnde voluit assumẽdum, & vbi voluit constituendũ, quã ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum. Quòd si illud in Euangelio nos ideo nõ perturbat, quia Dominus voluit atque permisit, nulla diminutione suę potestatis & diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudæis, quanquã peruersis atq; immũdis & facta diaboli faciẽtibus, & teneri se & vinciri & illud; & crucifigi atq; interfici passus est: non est absurdũ credere ex aliqua dispensatione diuinæ volũtatis permissum fuisse, vt non inuitus nec dominante aut subiugante magica potẽtia, sed volens atq; obtemperans occultæ dispensationi Dei, quæ & Pythonissã illã & Saulẽ latebat, cõsentiret † spiritus Prophetę sancti se ostẽdi aspectibus regis, diuina eũ sentẽtia percussur⁹. Cur enim anima boni hominis, à malis viuis euocata si venerit, amittere videatur dignitatẽ suam, cùm & viui plerũq; boni vocati ad mãlos veniant, & agant cũ eis quod officiũ postulat æquitatis, seruato atq; inconcusso decore virtutis suæ, & illorũ vitiis pro rerum præsentiũ vel vsu vel necessitate tractatis? Quanquam in hoc facto potest esse aliꝰ facilior intellectus & expeditior exitus, vt nõ verè spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed aliquod phãtasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibꝰ factam, quã propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines sunt. Sicũt omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua parte materiæ, metalli aut ligni, vel cuiuscunq; rei aptæ ad opera huiusmodi, quęq; etiam videntur in somnis, & omnes ferè imagines, earũ rerum quarũ imagines sunt appellari nominibus

Iob 1. c. 11.
Luc. 22. d. 31.

Matth. 4. b. 8.

QVÆST. IIII.

1. Reg. 28. b.

al. sanctus prophetæ.

nibus solent. Quis est enim qui hominem pictũ dubitet vocare hominem, quandoquidẽ & singulorũ quorũque picturã cùm aspicimus, propria quæq; nomina incunctanter adhibemus; velut cùm intuentes tabulã aut parietẽ, dicimus: Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumẽ Simois, illa Roma; cũ aliud nihil sint quàm pictæ imagines. Vnde cherubin cùm sint cælestes potestates, fictæ tamen ex metallo, q̃ imperauit Deus, super arcã testamenti, magnæ rei significandæ gratia, nõ aliud quàm cherubin illę quoque effigies vocitantur. Itẽ si quis videt somniũ, non dicit, Vidi imaginẽ Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augustinũ aut Simplicianũ, cũ eo tempore quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. Vsq; adeo manifestũ est, non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharao spicas se dixit vidisse in somnis & boues, non spicarũ aut boũ imagines. Si igitur liquidò constat nominibus earũ rerũ quarũ imagines sunt, easdẽ imagines appellari, non mirũ est quod Scriptura dicit Samuelẽ visum, etiam si fortè imago Samuelis visa apparuit, machinamento eius qui trãsfigurat se velut in angelũ lucis, & ministros suos velut ministros iustitiæ. Iam verò si illud mouet, quomodo à maligno spiritu Sauli vera prædicta sunt: potest & illud mirum videri, quomodo dæmones agnouerint Christũ quem Iudęi non agnoscebãt. Cùm enim vult Deꝰ etiã per infimos & infernos spiritus aliquẽ vera agnoscere, temporalia duntaxat atq; ad istam mortalitatẽ pertinentia, facile est, & non incongruũ: vt omnipotens & iustus ad eorũ pœnã quibus ista prædicuntur, vt malũ quod eis impendet antequã veniat prænoscendo patiantur, occulto apparatu mysteriorũ suorũ etiã spiritib⁹ talibus aliquid diuinationis impertiat, vt quod audiunt ab angelis p̃nunciẽt hominibus. Tantum autẽ audiunt, quãtum omnium Dñs atq; moderator vel iubet vel sinit. Vnde etiã spiritus Pythonicus in Actib⁹ apostolorum attestatur Paulo apostolo, & Euãgelista esse conatur. Miscent tamen isti fallacias suas, & verum quod nosse potuerint, non docendi magis quàm decipiendi fine prænunciãt. Et fortè hoc est quod cùm illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum: quod vtique falsum est. Magno quippe interuallo post mortẽ separari bonos à malis in Euangelio legimus, cùm Dñs inter superbum illum diuitẽ, cùm iã apud inferos tormenta pateretur, & illum q̃ad eius ianuam vlcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur. Aut si propterea Samuel Sauli dixit, Mecum eris: vt non ad æqualitatẽ felicitatis, sed ad parẽ cõditionẽ mortis referat, quòd vterq; homo fuerit, & vterq; mori potuerit, iamq; mortuus mortẽ viuo prænunciabat: perspicit quantum opinor prudentia tua, secundùm vtrunque intellectum habere exitum illam lectionem, quæ non sit contra fidem: nisi fortè profundiore & † perplexiore inquisitione, quæ vel virium mearum vel temporis excedit angustias, inueniatur ad liquidum, vel posse, vel nõ posse animam humanam cùm ex hac vita migrauerit magicis carminibus euocatam viuorum apparere cõspectibus, etiam corporis lineamẽta gestantem; vt non solum videri valeat, sed & agnosci. Et si potest, vtrum etiam iusti anima, non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi occultioribus imperiis summæ legis obtemperans: vt si fieri non posse claruerit, non vterq; sensus in huius Scripturæ tractatione atque expositione admittatur, sed illo excluso, imaginaria simulatio Samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniã siue illud fieri possit siue non possit, tamen fallacia satanæ atque imaginum simulandarum callida operatio, decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat, pedetentim quidem inquisitionibus diligentioribus præscribamus: sed tamẽ potius existimemus tale aliquid factum maligno Pythonissæ illius ministerio, quamdiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur.

Exod. 25. b. 18.

Gen. 41. c. 18

1. Reg. 28. b. 13.

2. Cor. 11. d. 14.

Matth. 8. d. 28.

Act. 16. c. 17.

1. Reg. 28. c. 16. & 19.

Luc. 16. f. 26.

al. prolixiore.

QVÆST. IIII.

QVOD autem quæris, quid sit quod scriptum sit, Intrauit rex Dauid, & sedit ante Dominũ: quid aliud intelligendum est, nisi quia sedit in conspectu Domini: siue vbi erat arca testamenti, per quam sacratior & cõmendatior quædã præsentia Domini accipi potest: siue oraturus sedit, quod non fit rectè nisi in conspectu Dei, hoc est in intimo cordis? Potest enim sic accipi q̃ dictũ est, Ante Dñm: vt nullus esset hominũ qui audiret orãtẽ. Siue ergo propter arcã testamẽti, siue propter secretũ locũ semotũ ab arbitris, siue propter intimũ cordis vbi erat orantis affectus, conueniẽter dictũ est, Sedit ante Dominũ. Nisi fortè quòd sedẽs orauit, hoc mouet; cùm & sanctus Helias hoc fecerit, quãdo pluuiã orando impetrauit. Quibus admonemur exẽplis, non esse p̃scriptũ quomodo corpus constituatur ad orandum, dummodo animus Deo præsens peragat intentionem suam. Nam & stantes oramus, sicut scriptũ est, Publicanus autẽ de longinquo stabat, Et fixis genibus, sicut in Actibus apostolorũ legimus, Et sedẽtes: sicut ecce Dauid & Helias. Nisi autẽ etiã iacentes oraremus, non scriptũ esset in Psalmis, Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrimis meis stratum meum rigabo. Cùm enim quisque orationẽ quærit, collocat mẽbra sicut ei occurrerit, accõmodata pro tẽpore positi corporis ad mouendũ animũ. Cùm autẽ non quęritur, sed infertur appetitus orãdi: hoc est, cùm aliquid repentè venit in mentẽ quo supplicandi moueatur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocunque modo inuenerit hominẽ, non est vtique differenda oratio, vt quæramus quo † sedeamus aut vbi stemus aut vbi prosternamur. Gignit enim sibi mentis intentio solitudinem, & sæpe etiã obliuiscitur se vel ad quã cæli partẽ, vel in qua positione corporis mẽbra illud tẽpus inuenerit. IN verbis autem beati Heliæ quibus ait, O Domine testis huius viduę, cũ qua ego inhabitò apud ipsam, tu malè fecisti vt occideres filiũ eius: nihil moueret si vera pronũciatio seruaretur. Vox est enim nõ credentis quòd tã malè faceret Dominus cũ ea vidua, quæ tã piè Prophetã susceperat, eo præsertim tẽpore quo ibi erat, cui protulerat illa totũ victũ suũ tã exiguũ in tã magna & summa inopia. Ita ergo dictum est, ac si diceret, O Domine testis huius viduæ, cũ qua ego inhabito apud ipsam, tu ne malè fecisti vt occideres filium eius? vt subintelligatur quòd vtique Dominus testis cordis illius mulieris, vbi videbat quanta esset pietas, vnde etiam Heliam ipse ad eam miserat, non malefaciendi causa mortificauerit filium eius, sed exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, quo tantum Prophetam & tunc viuentibus & posteris commendaret: sicut dicit Dominus, nõ ad mortem mortuum fuisse Lazarum, sed vt glorificaretur Deus in filio suo. Et ideo consequentia probant, & ipsa etiam fiducia qua credidit Helias, non ad hoc illud cõtigisse vt acerbo luctu hospita eius affligeretur, sed potius ad hoc factum esse, vt Deus magnificentiùs ostẽderet viduæ, qualem Dei famulum suscepisset. Sequitur Scriptura & dicit, Et insufflauit puero ter, & inuocauit Dominum & dixit, Domine Deus meus, reuertatur nunc anima pueri huius in eum. Et factum est sic. Hæc ergo deprecatio qua petiit Helias tam breuiter & tam fidenter, vt resurgat puer, satis indicat quo affectu dicta sunt superiora. Et ipsa mulier ostẽdit ad hoc mor-

1. Reg. 7. c. 18.

3. Reg. 18. g. 42.

Luc. 18. c. 13.
Act. 7. g. & 9. & 20. g. 36.

Psal. 6. a. 7.

al. secedamus

QVÆST. V.

3. Reg. 17. d. 20.

Ioan. 11. a. 4.

3. Reg. 17. f. 21.

tificatum filium suũ fuisse, ad quod Helias factũ esse
præsumpserat, cùm illa verba non confirmando, sed
renuendo enunciauerat. Cùm enim viuũ recepisset fi-
liũ suũ, ait: Ecce nunc cognoui, quoniã homo Dei es,
tu, & verbũ Dñi in ore tuo certissimũ. Multa sunt au-
tẽ in Scripturis, quæ nisi illo modo pronunciẽtur, in
contrariã sententiã recidãt: sicuti est, Quis accusabit
aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Si quasi cõ-
firmans respondeas, vides quanta peruersitas oriatur.
Sic ergo pronunciandũ est, ac si dicatur, Deúsne qui
iustificat: vt subaudiatur, Nõ vtique. Ac per hoc aper-
tã puto esse illã Heliæ sententiã, quã non seruata pro-
núciatio faciebat obscuram. De spiritu mendacij per
quẽ deceptus est Achab, hoc intelligamus, quod iam
superiùs apertè tractatũ arbitror: Deũ scilicet omni-
potẽtem & iustũ distributorem pœnarũ præmiorúm-
que pro meritis, non solum bonis & sanctis minis tris
vti ad opera congrua, sed etiam malis ad opera digna:
cùm illi pro sua † peruersitate nocere appetant, sinan-
tur autem tantum quantum ille iudicat, qui omnia in
mensura & põdere & numero disponit. Dixit autem
hoc Micheas propheta quomodo sibi fuerit demon-
stratum. Occulta enim res & nimis secreta ita demõ-
stratur prophetis, sicut potest capere sensus humanus,
cùm etiam rerum imaginibus in reuelationibus tan-
quam verbis instruitur. Nã quomodo Deus hæc agat
vbiq; præsens: & vbiq; totus ac semper psens: & quo-
modo eius simplicem & incõmutabilẽ æternamq; ve-
ritatẽ cõsulant sancti angeli, omnesq; ab eodem Deo
creati sublimes & mũdissimi spiritus, atq; id quod in
eo sempiternè iustũ vident, pro congruẽtia rerũ infe-
riorũ tẽporaliter peragãt: quomodo etiã lapsi spiritus,
qui in veritate non steterunt, propter immunditiã &
infirmitatem concupiscentiarũ & pœnarũ suarũ, non
valentes præsentẽ intrinsecùs contueri & cõsulere ve-
ritatẽ, signa forinsecùs per creaturã expectẽt, eisq; mo-
ueantur siue ad faciendũ aliquid siue ad non faciẽdũ:
quóue modo cogantur æterna lege qua vniuersitas re-
gitur vincti atq; cõstricti, vel sinẽte Deo operari, vel †
cedere iubenti & compellenti, arduũ & explicare lon-
gissimum est. Vereor autẽ ne ista quæ sunt à me dicta,
& nõ satisfecerint expectationi, & tædio fuerint gra-
uitati tuæ: quãdoquidem cùm tu ex omnibus quę in-
terrogasti vnum à me libellum mitti velles, ego duos
libros eosdemq; longissimos misi, & fortasse quæstio-
nibus tuis nequaquam diligenter expediteq; respon-
di. Quamobrem preces tuas pro erratis meis multas
& assiduas peto fieri: sententiam verò de hoc opere
tuam breuissimam, sed grauissimam flagito, & dum
sit verissima, seuerissimam non recuso.

Ibid. d. 24.
Rom. 8. f. 33.
3. Reg. 22. c. 20.
al. peruersa cupiditate.
Sap. 11. d. 21.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE VIII. DVLCITII QVÆSTIONIBVS LIBER.

Ex libro 2. Retract. cap. 65.

LIBER quẽ prænotaui de octo Dulcitij quæstionibus, non esset in hoc opere commemorandus inter libros meos, cùm sit cõfectus ex iis quæ à me in aliis antea conscripta sunt, nisi & disputationis aliquid à nobis interpositum reperiret in eo, & vni earum quæstionum non ex opusculo alio meo responsionem, sed tunc quæ potuit occurrere, reddidissem. Hic liber sic incipit.

PRAEFA-TIO.

QVANTVM mihi videtur, dilectissime fili Dulciti, non tardaui respondere interrogationibus tuis. Per Pascha quippe hoc anno quo Dominicus eius fuit tertio Calendas Aprilis, à Carthagine mihi missas litteras tuę dilectionis accepi. Post eos autem dies sanctos confestim Carthaginem sum profectus. In qua ciuitate nihil me dictare permisit occupationum, quæ ibi non potest deesse, nimia multitudo. Sed posteaquam inde regressus sum, peractis apud nostros quindecim diebus, qui me post absentiam diuturnam curare alia compulerunt (nam post tres menses redire permissus sum) rescribere ista nõ distuli, & abs te missis quæstionibus quæ à me per diuersa opuscula mea iam fuerãt pertractata, ex eisdem opusculis reddere, vel solutionem vel certè disceptationẽ meam. Denique illud tantummodo vbi quæris quare dixerit Dominus nimirum prescius futurorum, Elegi Dauid secũdùm cor meum: cùm ille talia & tanta cõmiserit, vbi tractauerim, & quomodo id exposuerim, nõ potui reperire, & verum sit in aliquo libro meo vel epistola nescio. Ac per hoc quoniam mihi de hoc intulisti nouæ disputationis necessitatem, in hac mea rescriptione id vltimũ feci, prius volens ea ponere, quæ habebam in aliis meis voluminibus præparata: vt nec studio tuæ sanctitatis deessem, quod mihi est gratissimum, nec alio modo eadẽ dicere cogerer, quod mihi esset laboriosissimũ, nec te aliquo amplius adiuuaret.

1. Reg. 8. b. 16.
2. Paral. 6. a. 6.

QVAEST. I.

PRIMA itaq; propositio tua est, vtrum aliquãdo qui sunt post baptismũ peccatores, exeant de gehẽna. Aliquantorũ nanq; super hoc, inquis, diuersa sentẽtia est, respondentiũ, sicut est iustorũ præmiũ, ita peccatorũ finẽ non habere tormenta. Asseuerare etenim cupiunt tã perpetim vindictã manere quàm præmiũ. Quibus contrà præscribitur Euangelica illa sententia quæ ait, Non inde exies donec reddas nouissimũ quadrãtem. Superest ergo vt hoc reddito possit exire. Credimꝰ hoc etiã Apostoli definitione scribentis, Ipse aũt saluꝰ erit, sic tamen quasi per ignẽ. Sed quoniã alibi legimus, inquis, Et non cognouit eã donec peperit: q; ita interpretari nõ possumꝰ, idcirco de hoc cupimꝰ fieri certiores. Hucusq; est ꝓpositio tua. Cui respondeo ex libro meo qui inscribitur De fide & operibus, vbi de hac re ita locutus sum: Iacobus autẽ in tantũ vehementer infestus est eis q; sapiũt fidẽ sine operibus valere ad salutẽ, vt illos etiã dęmonibus cõparet, dicẽs: Tu credis quoniam vnus est Deus: bene facis, & dæmones credunt & cõtremiscunt. Quid breuius, verius vehementiusq; dici potuit, cùm in Euangelio legamus hoc dixisse dæmonia, cũ Christũ filiũ Dei cõfiterentur, & ab illo corriperentur, q; in Petri cõfessione laudatũ est? Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei, si fidẽ dicat se quis habere, opera autẽ non habet. Nũquid poterit fides saluare eum? Dicit etiã, Quia fides sine operibus mortua est. Quousq; ergo fallũt, q; de fide mortua sibi vitã perpetuã pollicẽt? Quapropter diligenter oportet attẽdere quomodo accipienda sit Pauli illa sententia, plane ad intel-

Mat. 5. d. 26.
1. Cor. 3. a. 15.
Mat. 1. d. 25.
Cap. 14.
Iacobi 2. d. 19.
Mat. 1. c. 24.
Mat. 16. d. 16.
Iacobi 2. c. 14.
Ibid. d. 26.

1. Cor. 3. b. 11
intelligendũ difficilis, cùm ait, Fundamẽtũ autẽ aliud
nemo potest ponere, præter id quod positum est, q; est
Christus Iesus. Si quis autẽ superædificat super funda-
mentũ hoc aurũ, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœ-
nũ, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies
enĩ declarabit, quia in igne reuelabit, & vniuscuiusq;
opꝰ quale sit ignis probabit. Si cuius opus permãserit,
quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius autẽ
opus arserit, damnũ patietur: ipse aũt saluus erit, sic ta-
mẽ quasi per ignẽ. Quã quidã sententiam ita intelligẽ-
dã putant, vt illi videantur ædificare super hoc funda-
mentũ aurũ, argentũ & lapides pretiosos, qui fidei quæ
in Christo est, bona opera adiiciunt: illi autẽ fœnum,
ligna, stipulã, qui cùm eandem fidẽ habeãt, malè ope-
rãtur. Vnde arbitrãtur per quasdam pœnas ignis eos
posse purgari ad salutẽ percipiendã merito fundamen-
ti. Hoc si ita est, fateamur istos laudabili charitate co-
nari, vt omnes indiscretè admittantur ad baptismum,
nõ solũ adulteri & adultera contra sententiã Domini
falsas nuptias prætendentes, verum etiã publicę mere-
trices in turpissima professione perseuerãtes, quas cer-
tè etiã nulla negligentissima Ecclesia cõsueuit admit-
tere, nisi ab illa primitùs prostitutione liberatas. Sed
ista ratione cur non omnimodo admittantur, omnino
nõ video. Quis enim non malit eas posito fundamẽto,
licet ligna, fœnũ & stipulam congerãt, aliquanto certè
diuturniore igne purgari, quàm in æternũ perire? Sed
falsa erunt illa quæ obscuritatem ambiguitatémq; nõ
habent. Si habeã omnem fidem, ita vt montes transfe-
rã, charitatem autẽ nõ habeã, nihil sum. Et quid pro-
derit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera
autẽ non habeat, nũquid poterit fides saluare eum? Fal
sum erit & illud, Nolite errare, neque fornicatores,
neq; idolis seruientes, neque fures, neque auari, neque
adulteri, neque molles, neq; masculorũ cõcubitores,
neq; ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnũ Dei
possidebunt. Falsum est & illud: Manifesta sunt opera
carnis, quæ sunt fornicationes, immũditiæ, impudici-
tia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõ-
tẽtiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæ-
reses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia,
quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniã q; talia agũt,
regnũ Dei non possidebunt. Falsa erunt hæc. Si enim
tantummodo credant & baptizentur, quamuis in ma-
lis talibus perseuerent, salui erunt per ignẽ: atq; ideo in
Christo baptizati etiam qui talia agũt, regnũ Dei pos-
sidebunt. Frustra autẽ dicitur, Et hæc quidem fuistis,
sed abluti estis, quãdo & abluti hęc sunt. Inaniter etiã
illud à Petro dictũ videbitur, Sic & vos simili forma
baptisma saluos fecit, nõ carnis depositio sordiũ, sed
cõscientiæ bonæ interrogatio: siquidẽ & habẽtes pes-
simas cõscientias omniũ flagitiorũ & scelerũ plenas,
nec eorũ malorũ pœnitẽtia mutatas, tamen baptisma
saluos facit: ꝓpter fundamentũ enim quod in eodem
baptismate ponitur, licet per ignẽ, salui erũt. Illud quo
que nõ video cur Dominus dixerit: Si vis venire ad vi-
tã, serua mandata, & cõmemorauit ea quæ ad bonos
mores pertinent, si etiã his nõ seruatis ad vitam veniri
potest per solã fidem, quæ sine operibus mortua est. Il-
lud deinde quomodo verũ erit quod eis quos ad fini-
strã posituru est, dicet, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus
est diabolo & angelis eius? Quos non increpabit quia
in eum non crediderunt: sed quia bona opera non fe-
cerunt. Nam profectò ne sibi quisquam de fide, quæ
sine operibus mortua est, vitam promittat æternam,
propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ
permixtæ eisdem pascuis vtebantur, vt appareat eos
illi dicturos, Domine quãdo te vidimus illa & illa pa-

1. Cor. 15. a. 2.
Iacobi 2. c. 14.
1. Cor. 6. b. 9
Gal. 5. c. 19.
1. Cor. 6. a. 11
1. Petri 3. d. 21.
Mat. 19. c. 18
Iacobi 2. d. 26.
Math. 25. d. 41.
Ibid. d. 44.

A tientẽ, & non ministrauimus tibi, qui in eũ crediderãt,
sed bona operari non curauerant, tanquã de ipsa fide
mortua ad vitã peruenirctur æternã. An fortè ibũt in
ignẽ æternum qui opera misericordiæ non fecerũt, &
nõ ibunt qui aliena rapuerunt, vel corrumpendo in se
tẽplũ Dei, in se ipsos immisericordes fuerũt, quasi ope-
ra misericordiæ prosint aliquid sine dilectione, dicẽte
Apostolo, Si distribuã omnia mea pauperibꝰ, charita-
tẽ autẽ non habeã, nihil mihi prodest: aut diligat quis-
quã proximum sicut seipsum, qui nõ diligit seipsum?
Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animã suam. Neque
illud dici hic poterit, in quo nõnulli se ipsos seducunt
dicẽtes, ignẽ æternũ dictum, non ipsam pœnã æternã.
Per ignẽ quippe qui æternus erit, transituros arbitran-
tur eos quibꝰ propter fidẽ mortuam per ignẽ promit-
tũt salutẽ: vt videlicet ipse ignis æternus sit, cõbustio
verò eorũ, hoc est operatio ignis, non sit in eis æterna:
B cùm & hoc preuidẽs Dominus sententiã suam ita cõ-
cluserit, dicens: Sic ibũt illi in cõbustionem æternam,
iusti autẽ in vitã æternã. Erit ergo æterna combustio,
sicut ignis, & eos in illã ituros veritas dixit, quorũ non
fidẽ, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc
omnia & cætera quæ innumerabilia per omnes Scri-
pturas sine vlla ambiguitate dicta reperiri possunt, fal-
sa erunt; poterit verus esse ille intellectus de lignis, fœ-
no & stipula, quòd hi salui erunt per ignẽ, qui solã in
Christo fidẽ tenentes bona opera neglexerunt. Si autẽ
ista & vera & clara sunt, proculdubio in illa Apostoli
sentẽtia alius requirẽdus est intellectus, atq; in his de-
putanda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quæ-
dã difficilia intellectu: quæ nõ debẽt homines peruer-
tere ad proprium suũ interitum, vt cõtra cuidẽtissima
testimonia scripturarũ securos faciãt de percipiẽda sa-
lute nequissimos, nequitiæ suæ pertinacissimè cohæ-
C rẽtes, nec emendando aut pœnitendo mutatos. Hic à
me fortasse quęratur de ipsa Pauli apostoli sententia,
quid ego sentiam, & quónã modo intelligẽdam putẽ.
Fateor malle me hinc audire intelligẽtiores atque doc-
tiores, qui sic eã exponant, vt illa omnia vera & incõ-
cussa permanẽãt quę suprà cõmemorauí, & quæcun-
q; alia non cõmemorauí: quibus apertissimè Scriptu-
ra testatur, nihil prodesse fidẽ nisi eam quam definiuit
Apostolꝰ, id est quæ per dilectionẽ operatur: sine ope-
ribus autẽ saluare nõ posse, neque prẽter ignẽ, neque
per ignẽ: quia si per ignẽ saluat, ipsa vtiq; saluat. Abso-
lutè autẽ dictũ est & apertè, Quid prodest si dicat quis
se fidem habere, opera autem non habeat, nunquid
poterit fides saluare eum? Dicam tamen quàm bre-
uissimè potero etiã ipse, quid sentiam de illa senten-
tia Pauli apostoli ad intelligendum difficile, dummo-
do illud quod ad meam professionem attinet præci-
puè teneatur, quòd de hac me malle dixi audire me-
liores. Fundamentum Christus est in structura archi-
tecti sapientis: hoc expositione non indiget. Aper-
te enim dictum est, Fundamentum enim aliud ne-
mo potest ponere præter id quod positum est, quod
est Christus Iesus. Si autem Christus, proculdubio
fides Christi. Per fidem quippe habitat Christus in
cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porrò si
fides Christi, illa vtique quam definiuit Apostolus,
quæ per dilectionem operatur. Non enim fides il-
la dæmonum, cùm & ipsi credant & contremiscant,
& filium Dei confiteãtur Iesum, potest accipi in fun-
damentum. Quare, nisi quia non est fides quæ per
dilectionem operatur, sed quæ exprimitur per timo-
rem? Fides itaque Christi fides gratiæ Christianæ, id
est ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in
fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit

1. Cor. 13. b. 3.
Psal. 10. b. 5.
Mat. 25. d. 46.
1. Cor. 3. b. 10.
1. Petr. 3. d. 16.
Gal. 5. a. 6.
Iacobi 2. c. 14.
Ephes. 3. b. 17.

1.Cor 3.c.12 ædificare super hoc fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides pretiosos: & lignũ, fœnũ, & stipulã: si subtilius disferere conet, vereor ne ad intelligẽdũ difficilior sit ipsa expositio: enitar tamẽ, quãtũ Dominus adiuuat, & breuiter & quantũ potero dilucidè expedire quod sẽtio. Ecce ille qui quesiuit à magistro bono, quid boni
Mat.19.b.16 faceret, vt haberet vitam æternã: & audiuit, si ad vitam venire vellet, seruãda sibi esse mãdata. Dictũ est ei, Nõ
Exod. 20.c. 13. occides, Nõ mœchaberis, Nõ furtum facies, Non falsum testimoniũ dices, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, Et diliges proximũ tuum tanquã teipsum. Hęc faciens in fide Christi, teneret proculdubio fidem quæ per dilectionẽ operatur. Neq; enim diligeret proximũ tanquã seipsum, nisi recepta dilectione Dei, sine qua non diligeret seipsum. Porrò si faceret etiã quod Dominus addidit, dicẽs, Si vis perfectus esse, vade vende omnia
Mat.19.b.16 quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cęlo, & veni sequere me: ædificaret super illud fundamẽtum, aurũ argentũ, lapides pretiosos: nõ enĩ cogitaret, nisi quomodo placeret Deo. Et hæ cogitationes sunt, quantũ æstimo, aurum, argẽtũ, lapides pretiosi. Porrò si circa diuitias suas carnali quodam teneretur affectu, quamuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq; moliretur, aut earũ minuendarũ vel amittẽdarũ metu in aliquod facinus flagitiũmue laberetur: alioquin iã se isto modo ab illi⁹ fundamẽti stabilitate subtraheret, sed propter carnalẽ, vt dixi, quẽ in eis habebat affectũ, quo talibus bonis sine dolore carere nõ posset, ædificaret super fundamẽtũ illud lignum, fœnũ, stipulam: maximè si & vxorem sic haberet, vt etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mũdi: quomodo placeret vxori. Hæc igitur quoniã affectu dilecta carnali, nõ sine dolore amittuntur, propterea qui sic ea habẽt, vt habeant in fundamento fidẽ, quę per dilectionẽ operatur, nec huic ista vlla ratione vel cupiditate præponãt, in eorũ amissione passi detrimentum, per ignẽ quendam doloris perueniunt ad salutẽ. A quo dolore atq; detrimẽto tanto est quisq; securior, quãto ea vel minus amauerit, vel tanquã non habens habuerit. Qui verò propter illa, vel tenenda, vel adipiscẽda, homicidiũ, adulteriũ, fornicationem, idololatriã, & similia quæq; commiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento, æterno igne torquebitur. Quamobrem & illud quod dicunt veluti probare cupientes, quantum
1.Cor.7.c.15 valeat sola fides vbi Apostolus dicit, Quòd si infidelis discedit, discedat: nõ est enim seruituti subiect⁹ frater vel soror in huiusmodi: id est, vt propter fidẽ Christi etiam ipsa vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquatur, si cũ viro Christiano, propter hoc quia Christianus est, permanere noluerit: non attendunt eo modo illã rectissimè dimitti, si viro suo dicat, Non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cõgeras: aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domũ transfigebas, etiam Christianus exerceas: aut si quid aliud vel facinorosum vel flagitiosum in viro nouerat, quo delebata, vel libidinem explebat, vel facilem victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille cui hoc dicit, si veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum,
Gal.5.a.6. habetque in fundamento fidem quæ per dilectionem
Mat.5.c.29. operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quam carnis luxurię, & membrum quod eum scandalizat, fortiter amputat. Quemcũque autem in hac diręptione dolorẽ cordis propter carnalẽ affectum coniugis sustinebit, hoc est detrimentum quod patietur, hic est ignis per quem fœno ardente ipse saluabitur. Si autem iam sic habebat vxorem tanquam non habẽs, nõ propter concupiscentiã, sed propter misericordiã, ne fortè eam saluã faceret, reddẽs potius quàm exigens debitũ coniugale, profectò nec dolebit carnaliter, cùm ab illo tale cõnubiũ separabitur: neq; enim in ea cogitabat, nisi quæ sunt Dei, quomodo placeret
1.Cor.7.f.32 Deo. Ac per hoc in quantũ aurũ, argentum, & lapides pretiosos illis cogitationibus superædificabat, in tantũ nullum detrimentũ patietur, in tãtũ eius structura, quę non erat fœnea, nullo incendio cremabitur. Siue ergo in hac tantũ vita ista homines patiuntur, siue etiã post hanc vitam talia quædã iudicia subsequuntur, nõ abhorret, quantũ arbitror, à ratione veritatis iste intellectus huius sententiæ: verumtamẽ etiã si est alius, qui mihi nõ occurrit, potius eligẽdus, istũ quàm diu tenemus, nõ cogimur dicere iniustis, nõ subditis, scelestis,
1.Tim.1.b.9 contaminatis, patricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorũ cõcubitoribus, plagiariis, mẽdacibus, periuris, & si quid aliud sanę doctrinę aduersat, quæ est secundũ Euangeliũ gloriæ beati Dei: si tantũmodo in Christum credatis, & sacramentũ baptismi eius accipiatis, etiã si vitã vitam pessimã non mutaueritis, salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia Dominus quod petebat ei dedit, cùm
Mat.15.c.26 ante dixisset, Nõ est bonum tollere panẽ filiorum, & mittere canibus: quia ille cordis inspector mutatã vidit, quando laudauit: & ideo non ait, O canis, magna est fides tua: sed, O mulier, magna est fides tua. Mutauit vocabulũ, quia mutatum vidit affectũ, atq; illam correptionẽ ad fructũ peruenisse cognouit. Miror autẽ si laudaret in ea fidem sine operibus, id est fidẽ non talẽ que per dilectionem posset operari: fidem mortuam, & quod Iacobus dicere minimè dubitauit, fidẽ
Iacobi 2. d. 26. nõ Christianorum, sed dæmonum. Postremò si istam Chananæã nolũt intelligere mutasse perditos mores, quãdo eã Christus contẽnendo & corripiendo redarguit: quoscunq; inuenerint tantummodo credere, vitã verò inquinatissimã, nec saltem occultare, sed etiã liberè profiteri, ac nolle mutare: sanẽt filios eorũ si possunt, sicut sanata est filia Chananææ mulieris: non tamen eos faciãt mẽbra Christi, cùm ipse esse non desi- De fide, spe & charitate.
nãt mẽbra meretricis. Itẽ in eo libro cui titulus est De fide, spe, & charitate, quem scripsi ad filium meũ, fratrem tuum Laurentiũ, ista de hac re verba mea sunt: Creduntur, inquã, à quibusdam, etiam hi qui nomen Christi nõ relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea vllo schismate vel hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemosynis redimãt, sed in eis vsq; ad huius vitæ vltimũ diẽ pertinacissimè perseuerent, salui futuri per ignẽ: licet pro magnitudine facinorũ flagitiorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniti. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt, humana quadã beneuolentia mihi falli videntur: nam Scriptura diuina aliud cõsulta respõdet. Librum autẽ de hac quæstione cõscripsi, cuius titulus est De fide & De fide & operibus.
operibus: vbi secundum Scripturas sanctas, quantum Deo adiuuante potui, demonstraui eã fidem saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus apostolus, dicens: In Christo enim Iesu neque circumcisio quicquam valet, neq; præputiũ, sed fides quæ per dilectio- Gal.5.a.6.
nem operatur. Nam fides quæ per dilectionem non operatur, proculdubio, secũdum apostolum Iacobum, Iacobi 2.d. 26.
mortua est insemetipsa. Qui rursus ait: Si fidem dicat Ibid.2.c.14
se quis habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignẽ saluabitur, & sic est accipiendum quod ait beatus Paulus apostolus: Ipse
1.Cor 3.c.15. autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: poterit

rit ergo salutare sine operib⁹ fides, & falsum erit quod
1.Cor.6.b.9 dixit ei⁹ coapostolus Iacob⁹: falsũ erit & illud q; idem ipse Paulus dixit: Nolite, inquit, errare: neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, neque masculorũ cõcubitores, neq; fures, neque auari, neque maledici, neq; ebriosi, neque rapaces regnũ Dei possidebunt. Si enim etiã in istis perseuerãtes criminibus, tamẽ propter fidẽ Christi salui erũt, quomodo in regno Dei nõ erũt? Sed quia hæc apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse nõ pos-
1.Cor.3.c. 12. sunt, illud quod obscurè dictũ est de his qui ædificant super fundamentũ, quod est Christus, non aurum, nõ argentũ, non lapides pretiosos, sed ligna, fœnũ, stipu-
Ibid.c.15. lã: de his enim dictũ est, quòd per ignẽ salui erũt, quoniã fudamẽti merito nõ peribunt: sic intelligendũ est, vt his manifestis nõ inueniatur contrariũ esse. Ligna quippe & fœnum & stipula nõ absurdè accipi possunt rerũ seculariũ, quamuis licitè concessarũ, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore nõ possint. Cùm autẽ iste dolor vrit, si Christ⁹ in fundamẽto locũ habet, id est vt ei nihil anteponat, & malit homo, qui tali dolore vritur, rebus quas ita diligit, magis carere, quam Christo, per ignẽ fit saluus. Si autem res huiusmodi tẽporales ac seculares tempore tentationis maluerit tenere quàm Christũ, eum in fundamento non habuit: quia hæc priore loco habuit, cùm in ædificio nõ sit aliquid prius fundamẽto. Ignis enim, de quo eo loco locutus est apostolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eũ transeant: id est, & qui ædificat super hoc fũdamẽtum, aurũ argentum, lapides pretiosos: & qui ædificat lignũ, fœnum, stipulã. Cùm enim hoc dixisset,
1.Cor.3.c.13 adiunxit, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si euius opus permanserit, quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus autẽ exustũ fuerit, dãna patietur: ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Non ergo vnius eorũ, sed vtriusq; opus ignis probabit. Est quidẽ ignis tentatio tribulationis, de quo a-
Eccle. 27.a. 6. pertè alio loco scriptũ est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod Apostolus dixit, si accidat duo
1.Cor.7.f.32 bus fidelibus: vni scilicet cogitanti quę Dei sunt, quomodo placeat Deo: hoc est, ædificãti super Christum fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides pretiosos: alteri autẽ cogitanti ea quæ mũdi sunt, quomodo placeat vxori: id est, ædificãti super idẽ fundamentũ, ligna, fœnũ, stipulã: illius enim opus non exuritur, quia nõ ea dilexit, quorũ amissione crucietur. Exuritur autẽ opus huius quoniã sine dolore nõ pereũt quæ cũ amore possessa sunt. Sed quoniã alterutra conditione proposita, eis potius carere malit, quàm Christo, nec timore amittẽdi talia deserit Christũ, quamuis doleat dũ amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem: quia vrit eum rerum dolor, quas dilexerat, amissarum, sed non subuertit neque consumit, fundamenti stabilitate atq; incorruptione munitum. Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & vtrum ita
Purgatoriũ. sit, quæri potest. Et aut inueniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quãto magis minũsue bona peruentia dilexerunt, tanto tardius citiũsque saluari: non tamen tales, de quibus dictum est, quòd regnum Dei non possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, vt steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit Scriptura diuina, vt earum tantummodo fructum se imputaturum prænunciet Dominus dextris, & earum tãtummodo ste-
Matth.25.d. 34. rilitatem sinistris, quando his dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum Dei: illis autem, Ire in ignẽ æternũ. Hæc de duobus opusculis meis satis puto quæstioni tuæ fuisse responsa. De illa verò sententia Domini, Non exies inde donec reddas nouissi- Matth. y. d 26.
mũ quadrantẽ: respõdere mihi necesse non fuit, cùm iã tu ipse quæstionẽ similẽ ex Euangelij lectione soluisti, vbi scriptũ est: nõ cognouit eã donec peperit. Sanè Matth. 1. d. 25.
vt nõ te celẽ de hac re cogitationẽ meã, vellem, si fieri posset; imò verò volo, si fieri potest, in hac quæstione veritate superari. Illuc enim quod dicitur quãdoq;, & si plurimi temporis, eos qui in catholica communione moriuntur, quamuis vsque in finẽ vitæ huius flagitiosissimè & sceleratissimè vixerint, de pœnis vltricibus exituros, familiarius meũ tangit affectũ, quem habemus circa eos, qui nobiscũ corporis & sanguinis Christi sacramenta cõmunicant: quamuis eorũ mores perditos oderimus, quos disciplina ecclesiastica emẽdare nõ possumus, aut à mẽsa Dominica separare: sed à veritate vinci volo, quæ sacris literis apertissimè nõ resistit. Nõ enim quæ resistit, dicẽda est vlla ratione veritas, vel putanda. Sed interim donec audiamus tale aliquid aut legamus, auscultemus ei qui dicit, Nolite er- 1.Cor.6.b.9
rare, neq; fornicatores, neq; idolis seruiẽtes, &c. regnũ Dei possidebũt: quia si talia sunt, quæ † cõtradicũt, vt al. contradicuntur.
horũ verborũ Apostolicorũ manifestationem in alios sensus ducere nequeant, profectò aduersus ea nos instruxit, & paratos esse voluit idẽ Apostolus dicẽs: Hoc Ephes 5.a.5.
autẽ scitote intelligẽtes, quoniã omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, q; est idolorũ seruitus, nõ habet hæreditatẽ in regno Christi & Dei, Nemo vos seducat inanib⁹ verbis. Cùm ergo audierimus quosdã fornicatores, & immundos, & auaros per ignẽ saluari, vt habeãt hæreditatẽ in regno Christi & Dei, nõ obsurdescamus cõtra istũ reclamantem & dicentẽ, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæ- Ibidem.
reditatẽ in regno Christi & Dei: & ne acquiescam⁹ illius verbis cõtra cõtinuò subiicientẽ, Nemo vos seducat inanibus verbis. VTRVM oblatio quæ fit pro Q. VAEST. 21.
quiescentibus, aliquid eorũ cõferat animabus, cùm euidẽter nostris aut subleuemur actib⁹, aut grauemur: cùm siquidẽ legamus, quòd in inferno nemo possit iã confiteri. Ad quod multi dicunt, quòd si aliquis beneficii in hoc locus possit esse post mortẽ, quanto magis sibi anima ferret ipsa refrigeria, sua perse illic confitẽdo peccata, quàm in eorũ refrigerium ab aliis oblatio procuratur? Dixi aliquid de hac re in eo libro, quẽ nuper ad sanctũ Paulinũ Nolanũ episcopum scripsi, cùm me consuluisset: Vtrũ sepultura, quæ fit in memoriis De cura pro mortuis cap. 1.
martyrũ, prosit aliquid spiritibus mortuorum. In de est hoc quod his ad te literis insero. Diu, inquã, sanctitatis tuæ, coëpiscope vnerande Pauline, scriptorũ debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærẽs à me, vtrũ prosit cuique post mortẽ, quòd corpus eius apud sancti alicuius memoriã sepeliatur. Hoc enim abs te vidua memorata petierat, pro defũcto in eis partibus filio suo, & rescripseras cõsolans eã, idq; etiã nũcians de cadauere fidelis iuuenis Cynegii, quod materno & pio affectu desiderauit, esse cõpletum, scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneretur. Qua occasione factũ est, vt per eosdem perlatores literarum tuarum etiam mihi scriberes, ingerẽs huiuscemodi quæstionem: atque vt responderem quid mihi exinde videretur exposcens, nec tacens ipse quid sentias: nam dicis videri tibi, non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ista curantium. Adiungis etiam, vacare non posse quòd vniuersa pro defunctis Ecclesia supplicare consueuit: vt hinc & illud coniici possit, homini prodesse post mortem, si fide suorum humã-

do eius corpori talis prouideatur loc⁹, in quo appareat opitulatio etiã isto modo quæsita sanctorũ. Sed cùm hæc ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit, quòd ait Apostolus: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundùm ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ: non te satis videre significas. Hæc quippe Apostolica sentẽtia ante mortẽ admonet fieri, quod possit prodesse post mortẽ: non tũc quãdo iã recipiendũ est, quod quisq; gesserit ante mortẽ. Verùm hęc ita soluitur quęstio, quoniã quodam vitæ genere acquiritur, dũ in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuẽt ista defunctos: ac per hoc secũdùm ea quæ per corpus gesserũt, eis quæ post corp⁹ religiosè pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim quos omnino nihil adiuuãt ista: siue pro eis fiãt quorũ tam mala sunt merita, vt neq; talibus digni sint adiuuari: siue pro eis quorum tã bona sunt, vt talibus nõ indigeant adiumentis. Genere igitur vitæ quod gessit quisq; per corpus, efficitur vt prosint vel non prosint, quæcũque pro illo piè fiunt, cùm reliquerit corpus: nã meritũ per quod ista prosint, si nullũ comparatũ est in hac vita, frustra quæritur post hãc vitã. Ita fit vt neq; inaniter Ecclesia, vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat, & tamen ferat vnusquisq; secundùm ea quæ gessit per corpus, siue bonũ, siue malũ, reddente Domino vnicuiq; secundùm opera eius. Vt enĩ hoc quod impẽditur possit ei prodesse post corpus, in ea vita est ac quisitũ, quã gessit in corpore. Dixi etiã tale aliquid ad Laurentiũ, quod ita se habet: Tẽpus autem, inquã, quod inter hominis mortẽ & vltimã resurrectionẽ positũ est, animas abditis receptaculis cõtinet, sicut vnaquæque digna est vel requie vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne dũ viueret. Neq; negandũ est defunctorũ animas pietate suorum viuẽtium releuari, cùm pro illis sacrificiũ mediatoris offertur, vel eleëmosynæ in Ecclesia fiũt. Sed eis hæc prosunt, qui cùm viueret, vt hęc sibi postea possẽt prodesse, meruerunt. Et enim quidã viuendi modus, nec tã bonus, vt nõ requirat ista post mortẽ: nec tã malus, vt ei nõ prosint ista post mortẽ. Est verò talis in bono, vt hæc non requirat: est & rursus talis in malo, vt nec his valeat, cũ hæc vita trãsierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum cõparatur, quo post hãc vitã possit releuari quispiã, vel grauari. Nemo autẽ se speret, quod hic neglexit, cùm obierit, apud Deũ promereri. Non igitur ista quę pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sentẽtiæ, qua dictũ est, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum: quia etiã hoc meritum sibi quisque cùm in corpore viueret comparauit, vt ei possent ista prodesse: nõ enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore? Cùm ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcunq; eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offerũtur, pro valde bonis grariarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque viuorum cõsolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio: aut certè vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. TERTIA tua quæstio est, Vtrum statim in aduentu Domini credẽdum sit futurum esse iudicium, an spatio interposito temporis? In cuius diebus aduẽtus, quoniam legimus, inquis, quòd qui supererunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino futuri sunt: nosse desidero, vtrum mox iudicium comitetur aduentũ: & ij qui rapientur in nubes, an soluãtur in mortẽ? nisi fortè ad vicẽ mortis ipsam immutationẽ debeam⁹ accipere. Huic interrogationi tuæ, qua quæris, vtrũ in aduẽtu domini mox credendũ sit futurum esse iudiciũ, puto quòd sufficiat fides symboli, qua cõfitemur Christũ à patris dextera esse venturũ ad viuos & mortuos iudicandos. Cùm ergo ipsa sit ei causa veniẽdi quid aliud actur⁹ est mox vt venerit, nisi propter quod veniet? De illis autẽ qui rapientur in nubibus, in quadã epistola, quã scripsi ad filiũ meũ nomine Mercatorẽ, quæ incipit, Proculdubio notissimum vobis, cùm me cõsuluisset de quibusdã quæstionibus Pelagianorũ, qui negãt mortẽ esse peccato retributã, quatenus disputauerim, in subditis lege. Illi autẽ, inquã, de quibus dixit Apostolus, cùm loqueretur de resurrectione mortuorũ, Et nos viuẽtes qui reliqui sumus, simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã Christo in aëra, & ita semper cũ Domino erimus: afferũt quidẽ aliquid quæstionis, sed propter seipsos, nõ propter istos: nã & si nõ sunt etiã ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino nõ video, cùm talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus, Enoch scilicet & Helia. Sed reuera quãtum ad verba beati Apostoli pertinet, videtur asserere quosdã in fine seculi adueniẽte Domino, cùm futura est resurrectio mortuorũ, nõ esse morituros, sed viuos repertos, in illã immortalitatẽ, quæ sanctis etiã cæteris datur, repẽti mutandos, & simul cũ illis rapiẽdos, sicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi visũ est, quotiẽs de his verbis volui cogitari. Sed vellẽ hinc potius audire doctiores: ne illis etiã qui putãt ali quos morte non præcedẽte viuificatos, ad vitam trãsituros perpetuã, dicere inueniatur Apostolus, Stulte, tu quod seminas, nõ viuificatur, nisi prius moriatur. Nã & illud quod in plerisque codicibus legitur, Omnes resurgemus, vnde fieri poterit, nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et q̃ nonnulli codices habẽt, Omnes dormiemus: multo facilius & apertius id cogit intelligi: & si quid aliud tale in sãctis libris inuenitur ad id videtur impellere, vt nullos hominũ existimemus immortalitatem, nisi mors præcesserit, adepturos. Proinde vbi dixit Apostolus, Et nos viuentes qui reliqui sumus, in aduẽtu Domini non præueniemus eos qui antè dormierunt: ipse enim Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi: deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & ita semper cum Domino erimus. Vellem de his verbis, vt dixi, audire doctiores: & si mihi potuerint hæc ita exponi, vt in eis possit intelligi, omnes homines qui viuunt vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquando aliter sensi. Neque enim debemus esse indociles doctores, & certè melius homo corrigitur prauus, quàm frangitur durus: cùm iis quæ descripsimus, ita nostra vel aliorum exerceatur vel erudiatur infirmitas, vt tamen in eis nulla velut canonica cõstituatur authoritas. Si autem in his verbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperirii, & hoc eum intelligi voluisse claruerit, quod videntur ipsa verba clamare: id est, quòd futuri sint in fine seculi, & secundo aduentu Domini, qui non expolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, vt absorbeatur mortale à vita: huic sententiæ proculdubio conueniet, quod in regula fidei confitemur, vẽturum Dominum, iudicaturum viuos & mortuos: vt nõ hic intelligamus viuos iustos, mortuos autem iniustos, quamuis iudicãdi sint & iusti & iniusti: sed viuos, quos nõdum exiisse, mortuos autem quos

2.Cor.5.b. 10.

In Enchiridio, ca.109.

4. sent. dist. 45.ca. Neque negãdũ.

2.Cor.5.b. 10.

QVAEST. III.

1 Thess.4.d. 17.

Non est iter epistolas.

1.Thess.4.d. 17.

2.Cor.5.b.

quos iã exiisse de corporibus, aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse cõstiterit, illa verba excutiẽda erũt, quo modo sic accipiamus, Tu q̃ seminas non viuificatur, nisi prius moriatur: & illud, Omnes resurgemus: siue, Omnes dormiemus: vt nõ aduersanturhuic sentẽtiæ, qua quidã credũtur etiã cũ suis corporibus in ęternũ nõ gustata morte victuri. Sed vtrũ libet horũ veracior & perspicacior intellect⁹ inueniatur, quid ad causam pertinebit istorũ, siue omnes debita morte plectantur, siue aliquib⁹ ab hac exceptis cõditione parcatur: cùm tamen cõstet nõ solũ mortem animæ, verùm etiã corporis secuturã non fuisse, si peccatũ non pręcessisset: & gratiæ mirabiliore virtute iustos à morte ad æternam beatitudinẽ reuiuiscere, quàm in mortis experientiam nõ venire. Hæc propter illos, de quibus mihi scripsisti, satis dicta sint: quamuis eos iã non existimem dicere, etiã si non peccasset Adam, fuisse vel corpore moriturũ. Cæterùm quod attinet ad quæstionẽ resurrectionis, propter illos qui credũtur nõ esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immortalitatem sine morte media transituri, inquisitio diligẽtior adhibẽda est, & si quid hinc absolutũ ac definitium disputatione rationabili atq; perfecta vel audisti, vel legisti, vel etiã ipse adhuc audire, aut legere, aut excogitare potueris, peto mihi mittere nõ graueris. Ego enim, q̃ confitẽdũ est charitati tuæ, plus amo discere quàm docere: nã hoc admonemur etiam dicente apostolo Iacobo, Sit autẽ omnis homo velox ad audiendũ, tardus autem ad loquendũ. Vt ergo discam⁹, inuitare nos debet suauitas veritatis: vt autẽ doceamus, cogere necessitas charitatis: vbi potius orandũ est, vt transeat ista necessitas, qua hominẽ docet aliquid homo, & simus omnes docibiles Dei: quamuis & hoc simus, cùm ea quæ ad veram pietatem pertinent, discimus, etiã quãdo illa docere videtur homo: quia neq; qui plãtat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Cùm itaque si Deus incrementũ non daret, non essent Apostoli plãtatores & rigatores: quãto magis ego vel tu vel quilibet huius tẽporis homines quãdo nobis videmur esse doctores?

QVARTA tua quæstio est, quare dixerit Dauid, Potẽs in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Cùm sciamus iustorũ filios & fuisse & esse maledictos: & iniustorum, & fuisse & esse benedictos. Huic quęstioni de psalmi ipsius expositione respõdeo, quem cùm in populo tractarem dixi, Beatus enim vir qui timet Dominũ, in mãdatis eius volet nimis. Viderit Deus, qui solus & veraciter & misericorditer iudicat, quantũ iste proficiat in mandatis eius: quoniã tentatio est vita humana super terram, sicut sanctus Iob dicit. Et iterum scriptum est, Quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui autẽ iudicat nos, Dominus est. Nec ante tempus iudicare debemus, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cordis & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Viderit ergo ille quãtum quisq; proficiat, in mandatis eius tamen volet nimis, qui pacẽ illius coædificationis adamauerit, nec iã desperare debet, quoniã in mandatis eius volet nimis, & pax in terra hominibus bonæ volũtatis. Vnde potẽs in terra erit semen eius. Et semen futuræ messis, opera esse misericordiæ, Apostolus testis est, qui dicit: Bonũ autẽ facientes nõ deficiamus. Tempore enim proprio metemus nõ deficiẽtes. Et iterũ, Hoc autẽ, inquit, qui parcè seminat, parcè & metet. Quid autem fratres potentius, quàm vt regnum cælorum non solùm Zachæus emat dimidio rerũ suarum, sed & vidua duobus minutis: & tantundẽ ibi vterque possideat? Quid potentius, quàm vt idẽ regnũ & thesauris diuitis, & calice aquæ frigidę pauperis valeat? Sunt autẽ qui ista faciunt dũ terrena conquirunt, aut hic mercedẽ sperantes à Domino, aut hominibus placere cupientes. Sed generatio rectorũ benedicetur; id est, opera eorũ quorũ bonus Deus Israël, qui recto sunt corde. Rectũ autem cor est, non resistere patri emendanti, & credere pollicẽti; nõ eorũ quibus cõmouentur pedes, & effundũtur gressus atq; labuntur, sicut in alio Psalmo canitur, dũ zelant in peccatoribus pacẽ peccatorũ vidẽtes & putant perire opera sua, quia non eis metces redditur peritura. At iste vir qui timet Dominũ, & in tẽplũ sanctũ Dei conuersione recti cordis aptatur, nec gloriã hominum quærit, nec terrenas diuitias cõcupiscit, & tamen gloria & diuitiæ in domo eius. Domus enim eius cor eius est, vbi Deo habitante opulẽtius habitat, cum spe vitæ æternæ, quàm cum hominibus † habitantibus in marmoratis laqueatisq; tectis, cũ timore mortis æternæ. Huius enim iustitia manet in seculum seculi. Ipsa eius gloria, ipsæ diuitiæ. Illius autẽ purpura & byssus & epulæ splendidæ, & cùm præsto sunt, transeunt; & cùm ad finẽ venerint, aquæ guttam ex digito stillantẽ desiderans, ardens lingua clamabit. Hęc sunt quæ in dicto Psalmo exposuisse memini, & ad quęstionis tuæ quarto loco propositæ solutionẽ satis esse nũc existimo. Quinto autẽ loco id posuisti, vnde post omnia disputaturum me esse promisi. SEXTA tua propositio est, Vtrum iuxta historiam libri Regnorum, Pythonissa ipsum prophetam Samuelem de inferno euocauerit? Hoc à me beatæ memoriæ Simplicianus Mediolanensis episcopus aliquando quæsuit. Quid ergo ei responderim, subditum lege. Item quæris, inquam, vtrum spiritus immundus qui erat in Pythonissa, potuerit agere, vt Samuel à Saule videretur, & loqueretur cum eo? Sed multo maioris miraculi est, quòd ipse satanas princeps omnium immundorum spirituum potuit loqui cum Deo, & petere tentandũ Iob iustissimum virum, qui etiam Apostolos tentandos petiit. Aut si hoc ideo non habet difficilem quæstionem, quia per quam voluerit creaturam, cui voluerit creaturæ vbique præsens veritas loquitur, nec propterea magni meriti est cui loquitur Deus. Interest enim quid ipse loquatur, quia & imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissimè consulit ad salutem, & cùm multis nocẽtibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus cum anima sancti viri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis Deus creator & sanctificator longè vtique maior est. Quòd si hoc mouet, quòd licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis euocaret: nónne magis mirandum est, quòd satanas ipsum Dominum assumpsit, & constituit super pinnã templi? Quolibet enim modo id fecerit, ille etiã modus quo Samueli factum est, vt excitaretur, similiter latet. Nisi fortè quis dixerit, faciliorem diabolo fuisse licentiã ad Dñm vinum vnde voluit assumẽdum, & vbi voluit constituendũ, quàm ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum. Quòd si illud in Euangelio nos ideo non perturbat, quia Dominus voluit atque permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudęis quanquã peruersis atque immundis, & facta diaboli facientibus, & teneri se, & vinciri & illudi, & crucifigi, atque interfici passus est: non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinæ volũtatis permissum fuisse, vt non inuitus, nec dominante aut subiugante magica

1.Cor.15.c. 36.

Ibid.g.51.

Iacobi 1.c. 19.

Esa.54.c.13. Ioan.6.c.45.

1.Cor.3.b.7.

QVAEST. IIII.

Psal.111.a.2.

Ibid.a.1.

Iob 7.a.1. Sap.9.c.15.

1.Cor.4.a.5.

Luc.2.b.14.

Gal.6.c.9.

2.Cor.8.b.6

Luc.19.b. 8. Luc.21.a.2.

Psal.111.d.2

Psal.27.a.2

al.adiuuantibẽ

QVAEST. VI.

1 Reg. 28.a. 7.*

Lib.2.quæst. ad Simplic. quæ.3.

Iob.1.a 9. Luc.22.d.31

Matt.4.d.5.

Matt.26.& 27.

porentia, sed volēs atq; obtemperans occultæ dispen-
tationi Dei, quæ Pythonissam illã & Saulē latebat, cõ- A
sentiret spiritus prophetæ sancti se ostendi aspectibus
regis, diuina cũ sentẽtia percussurus. Cur enim anima
boni hominis à malis viuis euocata si venerit, amittere
videatur dignitatē suã, cùm & viui plerũque boni vo-
cati ad malos veniant, & agant cũ eis quod officiũ po-
stulat æquitatis, seruato atq; incõcusso decore virtutis
suæ, & illorum vitiis pro rerũ præsentiũ, vel vsu, vel ne-
cessitate tractatis? Quãquã in hoc facto potest esse ali⁹
facilior exitus, & expeditior intellectus, vt non verè
spiritum Samuelis excitatũ à requie sua credamus, sed
aliquod phãtasma, & imaginariã illusionē diaboli ma-
chinationibus factã: quam propterea Scriptura nomi-
ne Samuelis appellat, quia solēt imagines earũ rerum
nominibus appellari, quarũ imagines sunt: sicut om-
nia quæ pingũtur atq; fingũtur ex aliqua materia, me-
talli, aut ligni, vel cuiusque rei aptæ ad opera huiusmo
di: quæ etiã videntur in somnis, & omnes feræ imagi-
nes earũ rerũ, quarum imagines sunt, appellari solent
nominibus. Quis enim est qui hominē pictum dubi-
tet vocare hominē, quandoquidē & singulorũ quorũ-
que picturã cùm aspicimus, propria quæq; nomina in-
cũctanter adhibemus: velut cùm intuentes tabulã aut
parientem, dicimus, Ille Cicero est, ille Salustius, ille
Achilles, ille Hector: hoc flumē Simois, illa Roma: cùm
Exod. 25. d. 18. aliud nihil sint, quàm pictę imagines? Vnde Cherubin
cùm sint cęlestes virtutes, fictæ tamē ex metallo, quod
imperauit Deus, super arcã testamenti magnæ rei si-
gnificandę gratia, non aliud quàm Cherubin illa quo-
que figmenta vocitantur. Itē quisquis vidit somnium,
nõ dicit, Vidi imaginē Augustini, aut Simpliciani: sed
vidi Augustinũ aut Simplicianũ, cùm eo tẽpore quo
tale aliquid vidit nos ingnoraremus: vsq; adò manife-
stũ est, non ipsos homines, sed imagines eorũ videri. Et
Pharao spicas se dixit vidisse in somnis, & boues, non
Gen. 41. c. 18 & 28. spicarum aut boũ imagines. Si igitur liquidò constat
nominibus earũ rerũ, quarum imagines sunt, easdem
imagines appellari: non mirũ est quod Scriptura dicit
1. Reg 28. c. 13. Samuelē visum, etiã si fortè imago Samuelis apparuit
1. Cor. 11. d. 14. machinamento eius qui transfigurat se velut angelum
lucis, & ministros suos velut ministros iustitię. Iã verò
si illud mouet, quomodo & à maligno spiritu Sauli
Mat. 8. d. 28 vera prædicta sint, potest illud mirũ videri, quomodo
dæmones agnouerint Christũ, quē Iudæi non agnoscebant. Cùm enim vult Deus etiam per infimos infernosq; spiritus aliquē vera cognoscere, tẽporalia dũtaxat, atque ad istã mortalitatē pertinentia: facile est & non incõgruum, vt omnipotens, & iustus ad eorũ pœnã quibus ista prædicantur, vt malũ quod eis impēdet antequam veniat prænoscendo patiãtur, occulto apparatu mysteriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, vt quod audiũt ab angelis, prænuncient hominibus. Tantũ autem audient, quantum omnium Dominus atq; moderator vel iubet vel sinit: vnde etiam spiritus Pythonicus in Actibus
Act. 16. c. 17. apostolorum attestatur Paulo apostolo, & Euan-
1. Reg. 28. c. 16. gelista esse conatur. Miscent tamen isti fallacias, & verum quod nosse potuerint, non docendi magis quã decipiendi fine prænunciant. Et fortè hoc est, quod cùm illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum; quod vtique falsum
Luc. 16. f. 26. est. Magno quippe interuallo post mortem separari bonos à malis in Euangelio legimus, cùm Dominus inter superbum illum diuitem, cùm iam apud inferos tormẽta pateretur, & illum qui ad eius ianuam vlcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur. Aut si propterea Samuel Sauli dixit, Mecũ eris: vt non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parē conditionem mortis referatur, eo quòd vterq; homo fuerit, & vterq; mori potuerit, iãq; mortuus, mortē viuo prænunciabat: Perspicit, quantũ opinor, prudentia tua, secundũ vtrunque intellectũ habere exitũ illam lectionē, qui nõ sit contra fidē: nisi fortè profundiore & perplexiore inquisitione, quæ vel virium mearũ, vel tẽporis excedit angustias, inueniatur ad liquidum vel posse vel non posse animã humanam, cùm ex hac vita migrauerit, magicis carminibus euocatã, viuorũ apparere conspectibus, etiã corporis lineamenta gestantē, vt non solùm videri valeat, sed & agnosci. Et si potest, vtrũ etiam iusti anima, non quidē cogatur magicis sacris, sed dignetur ostēdi occultioribus mysteriis summæ legis obtemperãs: vt si fieri nõ posse claruerit, non vterque sensus in huius Scripturæ tractatione atq; expositione admittatur, sed illo exclu-
B so imaginaria similitudo Samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniã siue illud fieri possit, siue non possit, tamen fallacia satanæ atq; imaginũ simulandarũ callida operatio decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat: hæc diximus pedetentim quidem, ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus, sed tamē potius existimemus tale aliquid factũ à maligno spiritu Pythonissæ illius ministerio, quàm diu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare non datur. Hæc sunt quæ tunc de Pythonissa & Samuele scripsit. (Sed quàm non frustra dixerim, pedetẽtim nos in hoc genere simulatã Samuelis imaginē, maligno Pythonissæ ministerio præsentatã, existimare debere, ne inquisitionibus diligẽtioribus præscribamus, mea posterior inquisitio declarauit, quando inueni in libro Ecclesia- Eccle. 46. c. 16.
stico vbi patres laudabantur, ex ordine ipsum Samuelē sic fuisse laudatũ, vt prophetasse etiã mortuus dicere
C tur. Sed si & huic libro ex Hebræorũ, quia in eorũ nõ est, canone, contradicitur: quid de Moyse dicturi sumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in E- Deut. 34. b. f.
uãgelio cum Helia qui mortuus non est, legitur apparuisse viuẽtibus?) SEPTIMA tua propositio est, Matth. 17. a. 3.
Qualiter satisfaciendũ sit eis, qui dicunt Saram stu- QVÆST. VII. Gen. 20. a. 2.
prũ non effugisse, cùm dicant Abimelech ab eius cõuentione somnio esse reuocatũ, & immissum in eius Gen. 12. c. 14
copulam Pharaonem, non video. Cùm ad hoc credẽdum Scriptura nõ cogat. Accepit enim eã quidẽ vxorẽ, continuoq; ditatus est Abraham multis Ægyptiorum muneribus propter illam: sed non scriptum est, quòd cum ea Pharao dormierit, eique permixtus sit, quoniam Deus eum multis magnisq; cladibus affligendo id facere non permisit. Non enim placitæ regibus ad coniugium feminę mox etiam carne copulabantur. Sed sicut legimus in libro qui prænotatur
Hester, per aliquot menses imò per totum annum, vn- Hester. 2. b. 12.
D guentis, pigmentis & aromatibus accurabãtur earum corpora, priusquam corpori regio miscerentur. Hoc ergo spatio facta sunt illa quæ scripta sunt, donec Pharao cõtritus, & exterritus, marito restituisset vxorem. Abimelech autem quoniam somnio est ab eius com- Gen. 20. a. 2.
mixtione prohibitus, ideoq; Saram nouisse stuprum contendunt: putant vtique regem vt somniaret, non nisi post eius cõcubitum dormire potuisse. Quasi verò vt omittã tempus quo accurabantur, vt suprà dixi, ad voluptatem regiam corpora feminarum, non potuerit Deus priusquam conuenirent eum mergere in somno, & admonere per somnium. Dicam quod factum est in Mauritania Sitifensi. Neque enim Deus sanctorum, non ipse est etiam nunc Deus? Viduam in proposito continentiæ constitutam Celticchius quidam catechumenus iuuenis rapit, vt haberet vxorẽ.

Antequam

Antequam concumberet pressus sumno, & territus A
somnio, Sitifensi episcopo cãdem vehementissimè requirenti, reuocauit intactam. Viuunt adhuc de quib⁹ loquor. Ille baptizatus, & ipso in se facto miraculo cõuersus ad Dominum, ad episcopatum mirabili probi-
Lib. 22. c. 33. tate peruenit, illa in sancta viduitate persistit. Quid autem dixerim contra Faustum Manichæũ, cùm calũniaretur patriarchæ Abrahæ, scilicet, quòd vxorem suam duobus regibus ad concubitum venditasset, indignansq; subieci: Quòd autẽ iustum & fidelem virum matrimonij sui infamosissimũ nũdinatorem appellãs,
Gen. 12. c. 14 & 20. dei. auaritiæ ac ventris causã duobus regibus; Abimelech ac Pharaoni diuersis temporibus Saram coniugẽ suã sororem mẽtitum, quia erat pulcherrima, in concubitũ asserit vẽditasse, nõ ore veridico à turpitudine separat honestatem, sed ore maledico totum vertit in crimen. Hoc enim Abrahę factum lenocinio simile videtur, sed non valentibus ex illius æternæ legis lumine à
B peccatis rectè facta discernere: quibus & constantia, pertinacia videri potest, & virtus fiduciæ, vitium putatur audaciæ, & quæcũque similiter obiiciuntur quasi non rectè agentibus à non rectè cernentibus. Neq; enim Abraham flagitio consensit vxoris, eiusq; vendidit adulterium: sed sicut illa famulam suam non libidini mariti permisit, sed officio generandi vltrò obtulit, nequaquam turbato ordine naturali, vbi eius potestas erat iubens potius obedientẽ, quàm cedens concupiscenti: sic & ipse coniugem castam, & casto corde sibi cohærentem, de cuius animo vbi pudicitiæ virtus habitat, nullo modo dubitabat, tacuit vxorẽ, dixit sororem: ne se occiso ab alienigenis atque impiis captiua possideretur, certus de Deo suo, quòd nihil eã turpe ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eũ fides aut spes fefellit. Namq; Pharao territus monstris, multisq; propter eam malis afflictus, vbi eius esse vxorẽ diuinitùs didicit, illæsam cum honore restituit. Abimelech autem
C somnio cõmonitus & edoctus, similiter fecit.

QVÆST. VIII. Gen. 1. a. 2. NOVISSIME exponendum poscis de spiritu Dei q⁹ superferebatur super aquam. Quidam enim asseuerãt, inquis, Spiritũ sanctum, alij mundanum spiritum dicunt, dicẽtes, quia non potuit historiographus cũ creaturis enumerare creatorem, nec huic locum aliquem deputare, qui vbique sit totus, cũ patre videlicet atque filio. Quid ergo istorum senserim, ex primo libro eorũ quos de Genesi duodecim, sicut potui, nõ secũdùm
Cap. 4. & seq. alegorias, sed secũdum rerũ gestarum fidem scripsi, & in hoc opusculũ trãstuli. Inest, inquã, Deo benignitas summa & sancta & iusta: & quidã nõ ex indigẽtia, sed
Gen. 1. a. 3.* ex beneficẽtia veniẽs amor in opera sua. Propterea priusquã scriberetur dixit Deus, Fiat lux, præcessit Scriptura, dicẽs: Et spiritus Dei superferebatur super aquã: quia siue aquæ nomine appellare voluit totam corporalem materiam, vt eo modo insinuaret, vndę facta & formata sint omnia quæ in suis generibus iam dignoscere
D possumus: appellans aquã quia ex humida natura videmus omnia in terra per species varias formari atque concrescere: siue spiritalem vitã quandã ante formã conuersionis, quasi fluitantem, superferebatur vtique spiritus Dei; quia subiacebat scilicet bonæ voluntati creatoris, quicquid illud erat, quod formandũ perficiendumq; inchoauerat; vt dicente Deo in verbo suo, Fiat lux, in bona volũtate, hoc est in beneplacito eius, pro modo sui generis maneret quod factũ est. Et ideo rectũ est quod placuerit Deo, Scriptura dicente, Et facta est lux. Et vidit Deus lucẽ quia bona est. Vt quẽadmodũ in ipso exordio inchoatæ creaturæ, quæ ex cęli & terræ nomine, propter hoc quod de illa perficiendũ erat, commemorata est, Trinitas insinuatur creatoris: nam dicente Scriptura, In principio fecit Deus cælũ & terram, intelligimus patrem in Dei nomine, & filiũ in principij nomine, qui non patris, sed per seipsum creatæ primitùs, ac potissimũ spiritalis creaturæ, & cõsequenter etiam vniuersæ creaturæ principium est. Dicente autem Scriptura, Spiritus Dei superferebatur super aquam, completam commemorationem Trinitatis agnoscimus: ita & in conuersione atque perfectione creaturæ, vt rerum species digerantur, eadem Trinitas insinuatur: verbum Dei scilicet, & verbi generator, cùm dicitur, Dixit Deus: & sancta bonitas, in qua Deo placet quicquid ei pro suæ naturæ modulo perfectum placet, cùm dicitur: Vidit Deus quia bonũ est. Sed cur commemorata prius, quamuis imperfecta creatura, postea commemoratur spiritus Dei, prius dicẽte Scriptura: Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erãt super abyssum: ac deinde inferẽte, Et spirit⁹ Dei superferebatur super aquã? An quoniã
B egenus atque indignus amor ita diligit, vt rebus quas diligit subiiciatur: propterea cùm memoraretur spiritus Dei in quo sancta eius beneuolentia dilectioq; intelligitur, superferri dictus est: ne faciendo opera sua, per indigentiæ necessitatem potius, quàm per abundã- 1. Cor. 12. d. 31.
tiam beneficentiæ Deus amare putaretur? Cuius rei Ephes. 3. d. 19.
memor Apostolus dicturus de charitate, supereminẽtem viam demonstraturum se ait. Et alio loco: Supereminentẽ, inquit, sciẽtiæ charitatem Christi. Cùm ergo sic oporteret insinuare spiritũ Dei, vt superferri diceretur, cõmodiùs factum est, vt prius insinuaretur aliquid inchoatum, cui superferri diceretur: non enim loco, sed omnia superante ac præcellente potentia.

IAM nunc illud quod reddendum distuleram, pau- QVÆST. IX.
lisper intende. Quæris enim quare dixerit Dominus Act. 13. d. 22.
nimirum præscius futurorum, Elegi Dauid secundùm cor meum; cùm talia tantaq; ipse homo commiserit.
C Quod quidem, si de ipso Dauid, qui reprobato Saule & extincto fuit rex Israël, dictum intelligamus: magis quia Deus præscius futurorum est, præuidit in eo tãtã pietatem, tamq; veracem pœnitentiam, vt esset in eorum numero, de quib⁹ ipse dicit: Beati quorum remis- Psal. 31. a. 1.
sæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatũ. Cùm ergo præsciret eum Deus peccaturũ, & peccata sua pia humilitate & sincera pœnitentia deleturum, cur non diceret, Inueni Dauid secundũ cor meũ: cui nòn erat Psal. 88. c. 21
imputaturus peccatum tã multa bona facienti, & cũ tanta pietate viuenti, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificiũ contriti spiritus offerenti? Propter hæc oña verissimè dictũ est, Inueni Dauid secundùm cor meũ: quia licet secundùm cor Dei nõ esset, quòd ille peccauit: tamen secundũ cor Dei fuit, quòd pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit. Hoc solum ergo in illo
D secundũ cor Dei non fuit, quod illi Deus nòn imputauit. Hoc itaque ablato, id est nõ imputato, quid remãsit, nisi vnde verissimè diceretur, Inueni Dauid secundùm cor meum? Si autem hoc propheticè dictum de Christo velimus accipere, nullus nodus quæstionis occurret, nisi fortè, vt quæratur à nobis, quomodo Christum rectè isto nomine vocare potuerit. Sed respondemus propter semen Dauid, ex quo carnem Christus assumpsit; nec sine exemplo rationẽ huius in Christo nominis reddimus. Inuenimus quippe apertissimè Iesum Christũ apud prophetã Ezechielem Dauid esse appel- Christus Dauid appellatus est. Ezech. 34. f. 23.
latũ, vbi legitur ex persona Dei patris: Et suscitabo super pecora mea pastorẽ vnũ qui pascat ea, seruũ meum Dauid, & ipse pascet ea, & ipse erit his in pastorẽ: Ego autẽ Dñs ero eis in deũ, & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ, ego Dominus locut⁹ sum. Et alio loco:

Ezech. 37. f. 29. Et rex, inquit, vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, neque polluentur vltrà in idolis suis, & abominationibus suis, & in cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quib⁹ peccauerunt, & mundabo eos. Et erunt mihi populus, & ero eis Deus, & seruus meus Dauid rex super eos & pastor vnus erit omnium eorum, Osee quoque Propheta, cùm prænunciaret tempus Iudæorum, quale nunc habent, & in Christum eos postea credituros, eundem Christum Dauid nomine prophetauit, dicens: Osee 3. a. 4. Quoniam diebus multis sedebunt filij Israël sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Sic nunc esse Iudæos ambigit nemo. Sed quod ait apostolus Paulus gentibus loquens: Rom. 11. d. 30. Sicut enim vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam consequantur. Hoc Propheta iste tanto antè prædicens, secutus adiunxit, Osee 3. a. 5. Et postea reuertentur filij Israël, & inquirent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & stupescent in Domino, & in bonis ipsius in nouissimis diebus. Ecce & hic per Dauid nomen prophetatus est Christus, quoniam quando ista prophetabantur, ille Dauid rex Israël iam olim antè dormierat: Dominus autem Iesus ex eius semine fuerat in carne vēturus, propter quod prophetico loquendi modo appellabatur Dauid. Videtur autem Apostolus hoc testimonium ita posuisse in Actibus apostolorum, vt non nisi de illo rege Dauid qui successit possit intelligi. Nam inter cætera, Exinde, inquit, postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin annis quadraginta. Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem, cui & testimonium perhibēs dixit, Inueni Dauid filium Iesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Sed quando secutus adiunxit & dicit: Act. 13. d. 23. Huius Deus ex semine, secundùm promissionem, adduxit Israël Saluatorem Iesum: altius significauit in Domino Iesu potius esse intelligendum illud testimonium, qui verè facit omnes voluntates Dei patris quàm in illo rege Dauid, qui licet secundùm superiorem disputationem remissis peccatis propter ipsam quoque piam pœnitentiam non immeritò dici possit inuentus secundùm cor Dei, tamen omnes voluntates Dei quomodo fecit? Qui cùm excellentissimè laudaretur, quando eius tempora & facta enarrantur: notatus est tamen, quòd non destruxit excelsa, vbi sacrificabat populus Dei contra præceptum Dei, qui tantummodo in tabernaculo testimonij sibi sacrificari iusserat: quamuis etiam in eisdem excelsis eidem sacrificaretur Deo: quæ postmodum excelsa ex ipsius Dauid semine propagatus rex Ezechias, cum testimonio magnæ suæ laudis euertit. Sicut potui respondi inquisitionibus tuis. Si quid de istis rebus inuenisti melius, siue inuenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim, quod & suprà de me commemoraui, magis amo discere, quàm docere.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA, AD PAVLINVM LIBER VNVS.

Auctor lib. 2. Retract. cap. 64.

LIBRVM De cura pro mortuis gerēda scripsi, cùm interrogatus literis fuissem, vtrum prosit cuique post mortem quòd corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur. Hic liber sic incipit:

CAPVT I. Vnde fit vt prosint, aut nō prosint, quæ fiunt pro defunctis.

DIV sanctitati tuæ, coëpiscope venerāde Pauline, rescriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærens à me, vtrum prosit alicui post mortem quòd corpus eius apud sancti alicuius memoriā sepeliatur. Hoc enim abs te vidua memorata petiuerat pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras consolans eam: idq; etiā nuncians decadauere fidelis iuuenis Cynegij, quod materno & pio affectu desiderauit, esse completum, vt scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneretur. Qua occasione factum est, vt per eosdem perlatores literarum tuarū etiam mihi scriberes, ingerens huiuscemodi quæstionem: atque vt respōderem quid inde mihi videretur, exposcens, nec tacēs ipse quid sentias. Nam dicis videri tibi nō esse inanes motus animorū religiosorū atque fideliū, pro suis ista curantiū. Adiungis etiam vacare nō posse, quòd vniuersa pro defunctis Ecclesia supplicare consueuit: vt hinc & illud cōiici possit, homini prodesse post mortē, si fide suorū humādo eius corpori talis prouideatur loc⁹, in quo appareat opitulatio etiā isto modo quęsita sanctorū. Sed cùm hæc ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit, quod dicit Apostolus: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: non te satis videre significas. Hæc quippe apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortē: non tunc quando iam recipiendum est quod quisque gesserit ante mortem. Verùm hæc ita soluitur quæstio, quoniam quodā vitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos, ac per hoc secundùm ea quæ per corpus gesserunt, eis quæ post corpus religiosè pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sūc enim quos nihil omnino adiuuāt ista: siue pro eis fiāt, quorum tā mala sunt merita, vt neq; talibus digni sint adiuuari: siue pro eis, quorum tam bona, vt talibus nō indigeāt adiumentis. Genere igitur vitæ, quod gessit quisq; per corpus, efficitur vt prosint vel nō prosint, quæcunque pro illo piè fiunt, cùm reliquerit corpus. Nam meritum per quod ista prosint, si nullum comparatum est in hac vita, frustrà quæritur post hanc vitā. Ita fit vt neque inaniter Ecclesia vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat: & tamen ferat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum, reddente Domino vnicuique secundùm opera eius. Vt enim hoc quod impenditur, possit ei prodesse post corpus, in ea vita acquisitum est, quam gessit in corpore. Poterat inquisitioni tuæ sufficere mea breuis ista responsio: sed † quia alia mouent quibus respōdendum existimo, parumper attende. In Machabæorū libris legimus oblatū pro mortuis sacrificiū. Sed & si nusquam in Scripturis veteribus omnino legeretur, nō parua tamē est vniuersę Ecclesiæ, quę in hac consuetudine claret, auctoritas: vbi in præcibus sacerdotis quæ Domino Deo ad eius altare fundūtur, locum

a. Cor. 5. b. 10.

al. quæ alia mouent.

2. Mach. 12. g. 43.

cum suum habet etiam commendatio mortuorum.

CAP. II. Quid conferat honos sepulturæ.

SED vtrū aliquid prosit animæ mortui locus corporis, operosius inquirendū est. Ac primū vtrum intersit aliquid ad inferendā vel augendā miseriam post hanc vitā spiritibus hominum, si eorū corpora sepulta non fuerint: non secundū opinionē vtcunque vulgatā, sed potius secundū religionis nostræ sacras literas est videndū. Neque enim credēdū est, sicut apud Maronē legitur, insepultos à nauigando atq; transeundo inferni amne prohiberi: quia scilicet *Nec ripas datur horrēdas, nec rauca fluenda Transportare prius, quam sedibus ossa quiēsūt.* Aeneid. 6. Quis cor Christianū inclinet his poëticis fabulosisq; figmētis, cùm Dominus Iesus, vt inter inimicorū manus qui eorū corpora in potestate haberent, securi occumberent Christiani, nec capillum capitis eorū asserat periturū, exhortās ne timeant eos, qui cùm corpus occiderint, amplius nō habēt quid faciāt? Vnde in primo libro de ciuitate Dei satis, quātū existimo, sum locutus, vt eorū dentem retunderē, qui Barbaricam vastitatē, præcipuè quam nuper Roma perpessa est, Christianis tēporibus imputādo, etiam id obijciunt, quòd suis ilic non subuenerit Christus. Quibus cùm respōsum fuerit, animas fideliū pro fidei suæ meritis ab illo fuisse susceptas, insultāt de cadaueribus insepultis. Toti itaque istū de sepultura locū verbis talibus explicaui. At enim in tanta, inquā, strage cadauerū nec sepeliri potuerūt. Neq; istud pia fides nimiū reformidat, tenens prædictum, neque assumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorū capillus capitis nō peribit. Nullo modo enim diceret veritas, Nolite timere eos qui corpus occidūt, animā autē non possunt occidere: si quicquā obesset vitæ futuræ quicquid inimici de corporibus † sanctorū facere voluissent. Nisi fortè quispiā sic absurdus est, vt contēdat eos qui corpus occidunt, nō debere timere ante mortē, ne corpus occidāt: & timere debere post mortē, ne corpus occisū sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus. Qui corpus occidunt, & postea nō habēt quid faciāt, si habent tanta quę de cadaueribus faciāt? Absit vt falsum sit quod veritas dixit. Dictū est enim aliquid eos facere cùm occidunt, quia in corpore sensus est occidendo: postea verò nihil habere quod faciāt, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaq; corpora Christianorū terra non texit: sed nullū eorū quisquā à cælo & à terra separauit, quā totā implet præsentia sui, qui nouit vnde resuscitet quod creauit. Dicitur quidē in Psalmo, Posuerunt mortalia seruorum tuorum escā volatilibus cæli, carnes sanctorū tuorum bestiis terræ: Effuderunt sanguinē eorum tanquam aquā in circuitu Hierusalē, & nō erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem qui ista perpessi sunt. Quātuis enim hæc in conspectu hominū dura & dira videātur, sed preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Proinde ista omnia, id est, curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo clariores in cōspectu Domini vlceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorum: qui eum nō extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ sinum sustulerunt. Rident hæc illi, contra quos defendendam suscepimus ciuitatem Dei: veruntamen sepulturæ curam etiam eorum philosophi contempserunt: & sæpe vniuersi exercitus, dum pro terrena patria morerētur, vbi postea iacerent, vel quibus bestiis esca fierent, non curauerunt. Licuitq; poëtis de hac re plausibiliter dicere, *Cælo tegitur, qui non habet vrnā*: quāto minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis, membrorūq; omniū reformatio, nō solum ex terra, verūetiam ex aliorū elemētorū secretissimo sinu, quò dilapsa cadauera recesserūt, in tēporis puncto reddēda & redintegrāda promittitur? NEC ideo tamē contemnenda & abijcienda sunt corpora defunctorū, maximéq; iustorum ac fideliū, quib⁹ tanquā organis & vasis ad omniā bona opera sanctus vsus est spiritus. Si enī paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quanto erga parētes maior extitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiarius atq; coniunctius, quàm quælibet indumēta gestamus. Hæc enim nō ad ornamentū vel adiutoriū, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturā hominis pertinēt. Vnde & [a] antiquorū iustorū funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: [b] ipsiq; cùm viuerent, de sepeliēdis, vel etiā trāsferendis suis corporibus filiis mādauerūt. [c] Et Tobias sepeliēdo mortuos, Deū promeruisse, teste angelo commendatur. Ipse [d] quoq; Dominus die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonū opus prædicat, prædicādumq; cōmendat, quòd vnguentū preciosum super mēbra eius effuderit, atq; hoc ad eū sepeliendū fecerit: & [e] laudabiliter cōmemorātur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptū, diligenter atq; honorificè tegendū sepeliendumq; curarunt. Verùm istæ autoritates nō hoc admonēt, quòd insit vllus cadaueribus sensus, sed ad Dei prouidentiā (cui placēt etiā talia pietatis officia (corpora quoq; mortuorū pertinere significant, propter fidē resurrectionis astruendā. Vbi & illud salubriter discitur, quāta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus & sentiētibus exhibemus, si neq; hoc apud Deū perit, q; exanimis hominū mēbris † officij diligentiæq; persoluitur. Sūt quidē & alia, quæ sancti patriarchæ de corporibus suis, vel condendis vel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi voluerunt: non autē hic locus est, vt ea pertractemus, cùm sufficiant ista quæ diximus. Sed si ea quæ sustētandis viuētibus sunt necessaria, sicut victus & amictus, quamuis cū graui afflictione desint, non frangunt in bonis perferēdi tolerandiq; virtutē: nec eradicāt ex animo pietatē, sed † excitatā faciūt fœcundiorē: quāto magis cùm desunt ea quæ curādis funeribus, cōdendisq; corporibus defunctorum adhiberi solēt, nō efficiūt miseros, in occultis piorū sedibus iā quietos. Ac per hoc quando ista cadaueribus Christianorū in illa magnæ vrbis, vel etiā aliorū oppidorū vastatione defuerūt: nec viuorū culpa est, qui nō potuerūt ista præbere: nec mortuorum pœna, qui nō potuerūt ista sentire. Hæc est mea de sepulturæ causa atq; ratione sentētia. Quā propterea ex alio libro meo in istū transtuli, quia facilius hoc à me recēseri potuit, quàm idipsum alio modo eloquendū fuit. QVOD si verum est, profectò etiam prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorū locus, bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum: quoniam si non nulla religio est vt sepeliantur, non potest nulla esse, quando vbi sepeliantur attenditur. Sed cùm talia viuorum solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non video quæ sint adiumenta mortuorum: nisi ad hoc, vt dum recolūt vbi sint posita eorum quos diligūt corpora, eisdem sanctis illos tā quam patronis susceptos apud Dominum adiuuandos orando commendent. Quod quidem facere possent, etiam si talibus locis eos humare non possent. Sed non ob

Lucanus lib. 7.

CAP. III. Quare honos addatur sepulturæ. De ciuit. Dei, li. 1. ca. 13.

Matth. 10. c. 28. Luc. 12. a. 4.

a Gen. 23. a. 3. & 25. a. 9.
b Ibid. 47. g. 29.
c Tobiæ 2. a 3. & 12. c. 12.
d Matth. 26. a. 10. Ioan. 12. b. 7.
e Ibid. 19. g 38.

De ciuit. Dei, lib. 1. capit.

Luc. 12. a. 7. Matth. 10. c. 28.

al. officiosis diligentiis.

al. excoelitatem.

Psal. 78. a. 2.

Psal. 115. a. 1. 13. q. 2. c. animæ. 4. Sent. dist. 45. de pōpis.

Lucæ 16. a. 2

CAPVT IIII. Locus per se nihil prodest mortuo.

aliud vel memoriæ vel monumenta dicũtur ea quæ insignita fiũt sepulchra mortuorũ: nisi quia eos qui viuẽtiũ oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiã cordibus subtrahãtur, in memoriã reuocant, & admonẽdo faciũt cogitari: nã & memoriæ nomẽ id apertissimè ostẽdit, & monumentũ eò quòd moneat mentẽ, id est, admoneat, nũcupatur. Propter quod & Græci μνημεῖον vocant, quod nos memoriã seu monumẽtum appellamus: quoniã lingua eorũ memoria ipsa qua meminimus μνήμη dicitur. Cùm itaq; recolit animꝰ vbi sepultũ sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidẽ martyri animã dilectam cõmẽdat recordantis & precãtis affectus. Qui cũ defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, eũ prodesse non dubiũ est iis, qui cũ in corpore viuerent, talia sibi post hanc vitã prodesse meruerunt. Verùm & si aliqua necessitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non sunt prætermittẽdæ supplicationes pro spiritibus mortuorũ: quas faciẽdas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus quorũque sub generali cõmemoratione suscepit Ecclesia: vt quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre cõmuni. Si autem deessent istæ supplicationes, quæ fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto quòd nihil prodesset spiritibus eorũ quã libet in locis sanctis † exanima corpora ponerẽtur. CVM ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus desiderauit in basilicã martyris poni, siquidẽ credidit eius animam meritis martyris adiuuãri, hoc quod ita credidit, supplicatio quædã fuit, & hęc profuit si quid profuit. Et quòd ad idẽ sepulchrum recurrit animo, & filiũ precibus magis magisq; cõmendat, adiuuat defuncti spiritũ non mortui corporis locus, sed ex loci memoria viuus matris affectus. Simul enim & quis & cui cõmẽdatus sit, nõ vtiq; infructuosè religiosam mentẽ precantis attingit: nã & orantes de mẽbris sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, cùm genua figũt, cùm extendũt manus, vel etiã prosternuntur solo, & si quid aliud visibiliter faciunt, quamuis eorũ inuisibilis voluntas, & cordis intentio Deo nota sit: nec ille indigeat his indiciis, vt humanus ei pandatur animus: sed his magis seipsũ excitat homo ad orandũ gemendumq́ue humilius atque feruentius. Et nescio quomodo, cùm hi motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente non possint, eisdẽ rursus exterius visibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent, ista, præcessit: quia facta sunt, crescit. Veruntamẽ si eo modo quisque teneatur, vel etiam ligetur, vt hæc de suis mẽbris facere nequeat, non ideo nõ orat interior homo, & ante oculos Dei in secretissimo cubili vbi compungitur, sternitur. Ita etiam cùm plurimum interfit vbi ponat corpus mortui sui, qui pro spiritu eius Deo supplicat, quia & præcedens affectus locum elegit sanctum, & illic corpore posito, recordatus locus sanctus eum qui præcesserat renouat & auget affectum: tamen etiam si non possit, vbi religiosus † amicus elegit humare quem diligit, nullo modo debet à supplicationibus necessariis in eius commendatione cessare. Vbicunque enim iaceat vel non iaceat defuncti caro, spiritui requies acquirenda est. Qui cùm inde exiret, secum abstulit sensum, quo interesse possit quomodo quisque sit, siue in bonis siue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari vitam suam, cui præbebat ipse vitam, quam detraxit excedens, & redditurus est rediens, quoniam non caro spiritui, sed spiritus carni etiam ipsius resurrectionis meritum comparat, vtrum ad pœnam, an ad gloriam reuiuiscat.

A

al. exanimata.

CAP. V. Locus per occasionẽ quantum prosit.

al. animam

LEGIMVS in Ecclesiastica historia, quã Græcè scripsit Eusebius, & in Latinã linguã vertit Rufinus, martyrũ corpora in Gallia canibus exposita, canumq́; reliquias, atque ossa mortuorũ vsque ad extremã cõsumptionem ignibus cõcremata: eosdemq́; cineres fluuio Rhodano, ne quid ad memoriã qualẽcunq; relinqueretur, inspersos. Quod non ob aliud credendũ est diuinitus fuisse permissum, nisi vt discerẽt Christiani in cõfitendo Christũ, dũ contemnũt hanc vitam, multo magis contemnere sepulturã. Hoc enim quod ingẽti sæuitia de corporibus martyrũ factũ est, si eis quicquã noceret, quo minus beatè requiescerent victoriosissimi spiritus, nõ vtique fieri sineretur. Re ipsa ergo declaratũ est, non ideo dixisse Dominũ, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant: q́ non esset permissurus aliquid eos facere de suorũ corporibus mortuorũ: sed quoniam quicquid facere permissi essent, nihil quo minuereẽ Christiana defunctorũ felicitas fieret, nihil inde ad sensum post mortẽ viuentiũ peruenireret: nihil ad detrimentũ, saltẽ ipsorũ corporum, quo minus integra resurgerẽt, pertineret. Et tamen ex illo humani cordis affectu, quo nemo vnquã carnem suam odio habet, si cognoscãt homines aliquid post mortẽ suam suis corporibus defunctis † deesse, quod in sua cuiusq; gẽte vel patria possit solennitas sepulturæ, contristantur vt homines: & quod ad eos post mortẽ non pertinet, ante mortem suis corporibus timent; ita vt inueniatur in Regnorũ libris Deũ per prophetã minari alteri prophetæ, qui eius transgressus est verbũ, quòd non inferretur cadauer eius in sepulchrũ patrũ eius. Quæ Scriptura sic se habet: Hæc dicit Dominus, quoniã inobediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatũ quod præcepit tibi Dominus Deꝰ tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuũ in sepulchrũ patrũ tuorũ. Quãti hæc pœna pendenda sit, si secundũ Euangeliũ cogitemus, vbi post corpus occisum nihil metuendũ esse didicimus, ne mẽbra † exanima patiẽtur, nec pœna dicenda est. Si autẽ humanũ erga suã carnem consideremus affectũ, potuit inde terreri vel contristari viuus, q́ sensurus non erat mortuus: & hæc erat pœna, quoniam dolebat animus id de suo corpore futurũ, quãuis cũ fieret nõ doleret. Hactenus enim voluit Dominus seruum suum plectere, qui non sua contumacia spreuerat præceptum eius implere, sed aliena decipiente fallacia, obedire se credidit, quando non obediuit. Neque enim putandum est ita fuisse interemptũ morsu bestiæ, vt ad supplicium tartareum eius deinde anima raperetur: quandoquidem ipsum eius corpus idẽ leo qui occiderat, custodiuit, iumento etiam quo vehebatur illæso, & simul cum illa immani fera, intrepida præsentia ad sui domini funus astante. Quo mirabili signo apparet hominem Dei coërcitũ potius temporaliter vsque ad mortem, quàm punitum esse post mortẽ. De qua re Apostolus, cùm propter † quasdam offensas commemorasset infirmitates mortesq́; multorum: Si enim nosipsos, inquit, iudicaremus, à Domino nõ iudicaremur. Cùm iudicamur autem, à Domino corripimur, ne cum mundo damnemur. Eum sanè ipse qui deceperat in monumento proprio satis honorificè sepeliuit, seque sepeliendum iuxta ossa eius curauit: ita sperans parci posse quoque ossibus suis, cùm veniret tempus quando secundum illius hominis Dei prophetiam Iosias rex Iuda in illa terra multorum eruit ossa mortuorum, eisdemq́; ossibus sacrilega

C

CAP. VI. Corpora exusta.

Matt. 10. a. 28. Lucæ 12. a. 4

CAP. VII. Cura sepulturæ.

Ephes. 5. g. *al. desunt.*

al. exanimata.

3. Reg. 13. a. 1.

al. quorundã.

1. Cor. 11. g. 31.

4. Reg. 23. a. 16.

lega altaria, quæ sculptilibus constituta fuerant, funestauit. Pepercit quippe illi monumento vbi iacebat propheta, qui ante annos amplius quàm trecentos ista prædixerat: & propter ipsum nec illius qui eũ seduxerat, sepultura violata est. Affectu namque illo, quo nemo vnquam carnem suam odio habuit, prouiderat cadaueri suo, qui occiderat mendacio animã suã. Ex hoc igitur quod carnem suam quisque naturaliter diligit, & illi pœna fuit addiscere, nõ eum futurũ in sepulchro patrũ suorum: & huic cura prospicere, vt parceretur ossibus suis, si iuxta eũ iaceret, cuius sepulchrũ nemo violaret. HVNC affectum martyres Christi pro veritate certantes vicerunt: nec mirum, quia contempserũt quod nõ fuerant peracta morte sensuri, qui nõ potuerunt eis, quos viuentes sentiebant, cruciatibus vinci. Poterat vtiq; Deus, qui leonẽ prophetæ corpus, quod ipse occiderat, vlterius non permisit attingere, & fecit de peremptore custodem: poterat, inquam, à suorum interfectis corporibus canes quibus fuerant proiecta prohibere: poterat & ipsam hominum innumerabilibus modis terrere sæuitiã, ne cadauera incendere, ne cineres dispergere auderent. Sed hoc quoque experimentum multiplici varietati tentationum deesse nom debuit, ne fortitudo cõfessionis quæ immanitati persecutionis ꝓ corporis salute nõ cederet, pro sepulchri honore trepidaret: postremò ne fides resurrectionis cõsumptionẽ corporũ formidaret. Debuerũt ergo & ista permitti, vt etiam post hæc tanti honoris exẽpla martyres in Christi cõfessione feruẽtes, huius quoq; testes fierẽt veritatis, in qua didicerant eos à quibus sua corpora interficierẽtur, postea nihil habere quod facerẽt: quoniã quicquid mortuis corporibus facerent, vtique nihil facerent quando in carne omni vita carente, nec aliquid sentire posset qui inde migrauerit, nec aliquid inde perdere q́ creauit. Sed inter hæc quæ fiebant de corporibus occisorũ, cùm martyres ea nõ metuentes magna fortitudine paterentur, tamen apud fratres luctus ingens erat quòd nulla dabatur potestas sanctorũ funeribus iusta persoluere, nec occultè subtrahere aliquid, sicut eadẽ testatur historia, crudeliũ custodũ vigiliæ permittebant. Ita cùm illos qui occisi fuerãt, in dilaceratione mẽbrorũ suorum, in cõflagratione ossiũ in dispersione cinerum, miseria nulla cõtingeret, istos tamen qui nihil eorum sepelire poterãt, magna miseria cruciabat, quia nullo modo illis sentiẽtibꝰ ipsi quodammodo sentiebant: & vbi iã illorum nulla erat passio, erat istorum misera cõpassio. SECVNDVM istã quam dixi miseram cõpassionem laudantur illi, & à rege Dauid benedicuntur, qui Saulis & Ionathæ ossibꝰ atidis sepulturæ misericordiam præstiterunt. Quæ tãdem misericordia præstatur nihil sentientibus? An fortè hoc reuocandũ est ad illam opinionem, quòd inferni fluuium insepulti nõ poterãt trãsmeare? Absit hoc à fide Christiana, Alioquin pessimè actum est cum tãta martyrũ multitudine, quorũ non potuerunt corpora sepeliri, & fallaciter eis veritas dixit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habẽt quid faciãt: si eis tanta mala facere potuerunt, quibus impedirentur ad loca exoptata transire. Sed quia hoc sine vlla dubitatione falsissimum est, nec aliquid obest fidelibus negata eorum corporibus sepultura; nec aliquid si exhibeatur infidelibus prodest: cur ergo illi qui Saulẽ & filium eius sepelierunt, misericordiã fecisse dicũtur, & ob hoc à rege pio benedicũtur: nisi quia bene afficiũtur corda miserantium, quando ea dolẽt in mortuorũ corporibus alienis, quę illo affectu, quo nemo vnquam carnem suam odio habet, nolunt fieri post mortem suam corporibus suis: & quod sibi exhiberi volunt.

Ephes. 5. g. 29.

CAPVT VIII. Affectus humanus dolet insepultos eos quos amat.

3. Reg. 13. c. 22.

Matt. 10. a. 28.

Lucæ 12. a. 4.

Ephes. 5. g. 29.

CAPVT IX. Officium sepulturæ.

2. Reg. 2. a. 5

Aug. tom. 4.

A quando sensuri nõ sunt, aliis nõ sentiẽtibus curant exhibere dum ipsi sentiunt. NARRANTVR visa quædam quæ huic disputationi nõ negligẽdam videantur inferre quæstionem. Ferũtur quippe mortui nõnulli vel in somnis, vel alio quocunq; modo apparuisse viuentibus, atq; vbi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locisq́; monstratis admonuisse vt sibi sepultura quæ defuerat, præberetur. Hæc si falsa esse responderimus, contra quorundam scripta fidelũ, & cõtra eorum sensus qui talia sibi accidisse cõfirmant, impudenter venire videbimur. Sed respõdendum est, nõ ideo putandum esse mortuos ista sentire, quia hæc dicere vel indicare, vel petere videntur in somnis. Nã & viuentes apparẽt sæpe viuentibus dormientibus, dũ seipsi nesciunt apparere: & ab eis hæc quæ somniauerint audiunt dicẽtibus, quòd eos in somnis agentes aliquid vel loquentes viderint. Si ergo me potest aliquis in somnis videre, sibi aliquid quod factum est indicãtem, vel etiam quod futurũ est prænunciantem: cùm id ego prorsus ignorem, & omnino non curẽ, nõ solũ quid ille somniet, sed vtrum dormiente me vigilet, an vigilante me dormiat, an vno eodemq́; tempore vigilemus ambo siue dormiamus, quando ille sõniũ videt in quo me videt: quid mirum si nescientes mortui nec ista sentientes, tamen à viuentibus videtur in somniis, & aliquid dicũt, quod euigilantes verum esse cõgnoscant? Angelicis igitur operationibus fieri crediderim, siue permittatur desuper, siue iubeatur vt aliquid dicere de sepeliendis corporibꝰ suis videantur in somnis, cùm id penitùs nesciant quorum illa sunt corpora. Id aũt aliquando vtiliter fit, siue ad viuorum qualecunq; solatium, ad quos pertinent illi mortui, quorũ apparũt imagines somniantibꝰ: siue vt his admonitionibꝰ generi humano sepulturæ commendetur humanitas. Quæ licet defunctis non opituletur, culpanda tamen irreligiositate negligitur. Aliquando aũt fallacibus visis homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iustum est: velut si quisquã videat in somnis, quod Æneas vidisse apud inferos poëtica falsitate narratur: & vt ei cuiuspiam non sepulti appareat imago, † & loquatur, qualia fertur illi locutus fuisse Palinurus: & cùm euigilauerit, ibi corpꝰ eius inueniat, vbi iacere inhumatum cùm somniaret audiuit, admonitus & rogatus vt sepeliret inuẽtum: & quia id verum esse cõperit, credat ideo mortuos sepeliri, vt eorum animæ ad loca trãsẽat, vnde insepultorũ animas inferna prohiberi lege somniauit. Nónne ista credens, plurimum à tramite veritatis exorbitat? Si autẽ infirmitas humana sese habet, vt cùm mortuum in somnis quisq; viderit, ipsius animã se videre arbitretur: cùm aũt viuum similiter somniauerit, non eius animam, neq; corpus, sed hominis similitudinẽ sibi apparuisse nõ dubitet: quasi non possint & mortuorum hominum eodem modo nesciẽtium, nõ animæ, sed similitudines apparere dormientibꝰ. Pro certo, cùm Mediolani essemus, audiuimus, q́ cùm debitum repeteretur à quodã, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre iã fuerat persolutum, contristari homo grauissimè cœpit atque mirari, quòd ei pater moriens non dixerit quid deberet, cùm fecisset etiam testamẽtum. Tunc ei nimis anxio apparuit idẽ pater eius in somnis, & vbi esset repositũ quod illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuẽto iuuenis atq; monstrato, non solùm falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternũ recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaq; putatur anima hominis curã gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, vt docens quod ignorabat, à magna eum molestia libera-

CAPVT X. *quorundã defunctorũ animæ viuentibus apparẽt.*

al. loquatur: quæ ista

CAPVT XI. Viuentes ad cupla dant.

B

C

D

ret. Sed eodẽ ipso fermè tempore quo id audiuimus, id est, nobis apud Mediolanum constitutis, Carthaginis rheror Eulogius, qui meus in eadẽ arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquã in Africã remeauimus, retulit, cùm Rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus, quẽdam locum offendit obscurũ. Quo nõ intellecto, vix potuit dormire solicitus: qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat exposui: imò non ego, sed imago mea nesciente me, & tã longè trãs mare aliquid aliud, siue agente, siue somniante, & nihil de illius curis omnino curante. Quomodo fiãt ista, nescio: sed quomodolibet fiant, cur nõ eodem modo fieri credimus, vt in somnis quisque videat mortuum, quomodo fit vt videat & viuũ? ambobus vtique nescientibus, neque curãtibus quis vel vbi vel quãdo eorũ imagines somniet. SIMILIA sunt autem somniis nõnulla etiam visa vigilantiũ, qui turbatos habẽt sensus, sicut phrenetici, vel quocũque furentes modo: nam & ipsi loquuntur secũ quasi verè præsentibus loquantur: & tam cũ absentibus quàm cum præsentib⁹, quorũ imagines cernunt, siue viuorũ, siue mortuorũ. Sed quemadmodum ij qui viuunt, ab eis se videri, & cũ eis se loqui nesciũt: neque enim re vera ipsi assunt, aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus homines talia visa imaginatia patiũtur: eo modo & ij qui ex hac vita migrarunt, sic affectis hominibus videntur quasi præsentes, cùm sint absentes, & vtrũ aliquis eos imaginaliter videat, omnino nescientes. Huic rei simile est etiã illud, cũ homines altius quàm si dormirent, subtrahũtur corporis sensibus, & occupantur talibus visis. Et his enim apparent imagines viuorum atque mortuorũ, sed cùm fuerint sensibus redditi, quoscũque mortuos vidisse se dixerint, verè cũ eis fuisse credũtur: nec attendunt qui hæc audiunt, similiter ab eis absentium atque nescientium quotũdam etiã imagines visas esse viuorum. Homo quidam de turma Curina nomine, municipij Tullienſis, quod Hipponi proximum est, curialis pauper, vix illius loci duumuir altius & simpliciter rusticanus, cùm ægrotaret ablatis sensibus pœnè mortuus iacuit aliquot dieb⁹: tenuissimus flatus in naribus, qui manu admota vtcunque sentiebatur, & exiguum erat viuentis iudicium quod illum sepeliri vt exanimem non sinebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta: nihil oculis, nihil vllo alio sensu corporis qualibet impacta molestia sentiebat. Videbat tamen multa velut in somnis, quæ tandem aliquando post dies plurimos quasi euigilans, visa narrauit. Ac primũ mox vt aperuit oculos: Eat aliquis, inquit, ad domũ Curinæ fabri ferrarij, & videat qd ibi agatur. Quò cùm itũ esset, inuẽtus est mortuus eo momẽto quo iste fuerat sensib⁹ redditus, & penè à morte reuixerat. Tũc intentis q aderant, illũ exhiberi iussum esse quãdo ipse dimissus est, indicauit: seq; illic vnde redierat dixit audisse, q non Curina curialis, sed Curina faber ferrarius ad loca illa mortuorum præceptus fuisset adduci. In illis ergo visis tãquam in somniis suis, fuit inter eos defunctos quos videbat pro meritorum diuersitate tractari. Agnouit etiã nonnullos quos nouerat viuos. Ipsos autẽ verè mortuos forsitã credidissem, si nõ inter illa quasi somnia sua vidisset etiam quosdã qui nũc vsq; adhuc viuunt, clericos videlicet aliquos † regionis suæ à quorũ ibi presbytero audiuit, vt apud Hipponẽ baptizaretur à me, quod & factũ esse dicebat. Viderat itaq; in illa visione presbyterum, clericos, meipsum, nondũ scilicet mortuos, in qua postea vidit & mortuos. Cur nõ etiã illis sicut nos vidisse credatur, vtrosq; scilicet absentes atque nesciẽtes: ac per hoc nõ ipsos, sed similitudines eorum, sicut etiam locorum. Nam & fundũ vidit vbi erat ille cũ clericis presbyter, & Hipponẽ, vbi à me quasi baptizatus est. In quibus locis profectò non erat, quando illic sibi esse videbatur. Nã quid ibi agere tur eo tempore, nesciebat: quod proculdubiò sciret, si verè ibi esset. Visa sunt igitur ista quæ non † præstantur in ipsis rebus vt sunt, sed in quibusdam rerum imaginibus adumbrantur. Denique post multa quæ vidit, etiã in paradisum se introductũ esse narrauit, dictúmq; sibi esse, cùm inde dimitteretur redditurus ad suos, Vade baptizare, si vis esse in illo loco beatorum. Deinde vt à me baptizaretur admonitus, iam factũ esse respõdit. Cui rursus ille qui cũ eo loquebatur. Vade, inquit, verè baptizare, nã illud in visione vidisti. Post ista cõualuit, perrexit Hipponẽ. Pascha iã appropinquabat, dedit nomen inter alios comperentes, pariter cũ plurimis incognitus nobis: nec illam mihi visionẽ, nec cuiquam nostrorum indicare curauit. Baptizatus est, peractis diebus sanctis remeauit ad propria. Biennio vel amplius trãsacto, ego cuncta hæc cognoui. Primo per quendam meum ciusq; amicũ in conuiuio meo, dum quædã talia loqueremur. Deinde institi ac feci vt hæc mihi præsens ipse narraret, attestantibus honestis ciuibus suis, & de mirabili eiº ægritudine, vt iacuerit penè mortuº per dies plurimos, & de illo alio Curina fabro ferrario, quod cõmemoraui superius, & de his omnibus, quæ cù mihi diceret, etiam tunc ab illo audisse recolebant atque firmabant. Quãobrẽ sicut vidit baptismũ suum & meipsum & Hipponẽ & basilicã & baptisteriũ, nõ in rebus ipsis, sed in quibusdam similitudinibus rerũ, ita & alios quosdam viuos eisdem nescientibus viuis. CVR non ergo ita & illos mortuos eisdẽ nesciẽtibus mortuis? Cur non istas operationes angelicas credimus per dispensationem prouidentiæ Dei bene vtentis & bonis & malis, secundum inscrutabilẽ altitudinem iudiciorum suorũ: siue instruantur hinc mentes mortalium, siue fallantur: siue consolentur, siue terreantur: sicut vnicuique vel prębenda est misericordia, vel irroganda vindicta ab illo cui misericordiam & iudicium non inaniter cantat Ecclesia. Vt volet accipiat quisq; quod dicã. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, & ipsæ nos quãdo eas videmus alloquerentur in somnis, vt de aliis taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra mariq; secuta est vt mecũ viueret. Absit enĩ, vt facta sit vita feliciore crudelis, vsque adeo, vt quando aliquid angit cor meũ, nec tristem filium consoletur, quẽ dilexit vnicè, quem nunquam voluit mœstum videre. Sed profectò quod sacer Psalmº personat, verũ est, quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me, Dominus autẽ assumpsit me. Si ergo dereliquerũt nos † patres nostri, quomodo nostris curis & rebus intersunt? Si autẽ parentes non intersunt, qui sunt alij mortuorũ, qui nouerunt quid agamus: quidve patiamur? Esaias propheta dicit, Tu es enim pater noster: quia Abrahã nos nesciuit, & Israël non cognouit nos. Si tanti Patriarchæ quid erga populum ex his procreatũ ageretur, ignorauerunt, quibus Deo credentibus populus ipse de illorũ stirpe † promissus est, quomodo mortui viuorum rebus atq; actibus cognoscẽdis adiuuãdisq; miscẽtur? Quomodo dicimus eis fuisse consultum, qui obierũt antequã venirent mala, quæ illorum obitum consecuta sunt: si & post mortem sentiunt quæcunque in vitæ humanę calamitate contingunt? An fortè nos ertãdo ista dicimus, & hos putamº quietos, quos inquieta vita viuorũ solicitat? Quid est ergo q piissimo regi Iosiæ pro magno beneficio promisit Deus q esset antè moriturus, ne videret mala quæ ventura illi loco & populo

CAPVT XII. Tertiũ exemplum de Curina.

Cõpetãter.

CAPVT XIII. Mauseũ ~~[illegible]~~

Psal. 100. a. 2.

al. parentes.

Esa. 63. d. 16.

al. procreatis.

al. religionis.

4. Reg. 22. c. 16. 2. Paral. 34. f. 26.

pulo minabatur? Quæ Dei verba ista sunt. Hæc dicit Dominus Deº Israël: Verba mea quæ audisti, & veriteº es à facie mea cùm audisti, quę locutus sũ de istõ lõco, & qui cõmorantur in eo, vt deseratur, & in maledicto sit: & concidisti vestimẽta tua, & fleuisti in conspectu meo, & ego audiui, dixit Dominus Deº Sabaoth: Nõ sic, Ecce ego apponã te ad patres tuos, & apponeris cũ pace: & nõ videbũt oculi tui omnia mala, quæ ego inducã in locum hũc, & qui commorãtur in eo. Tertius iste Dei comminationibus fleuerat, & sua vestimenta cõsciderat: & fit omnium malorum futurorũ de properatura morte securus, quod ita requieturus esset in pace, vt illa omnia non videret. Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunq; aguntur, aut eueniũt in ista vita hominibus. Quomodo ergo videt tumulos suos, aut corpora sua, vtrum abiecta iaceant, an sepulta? Quomodo intersunt miseriæ viuorũ, cùm vel sua ipsi mala patiantur, si talia merita contraxerũt: vel in pace requiescant sicut huic Iosiæ promissum est, vbi mala vlla nec patiendo nec compatiendo sustineant, liberati ab omnibus malis, quæ patiendo & compatiendo cùm hic viuerent, sustinebant?

CAPVT XIIII. Obiectio ad superiora. Luc. 16. f. 27.

DIXERIT aliquis, Si nulla est mortuis cura de viuis, quomodo ille diues qui apud inferos torquebatur, rogabat Abraham patrẽ, vt mitteret Lazarũ ad quinq; fratres suos nondũ mortuos, & ageret cũ eis, ne venirẽt & ipsi in eundẽ tormentorum locũ? Sed nunquid quia hoc ille diues dixit, ideo quid fratres agerent vel quid paterẽtur in illo tẽpore, sciuit? Ita illi fuit cura de viuis, quamuis quid agerent, omnino nesciret: quemadmodum est nobis cura de mortuis, quamuis quid agant, omnino vtique nesciamus. Nã si nihil de mortuis curaremus, nõ vtiq; pro illis Deo supplicaremus. Denique Abrahã nec Lazarum misit, sed Moysen ac Prophetas hic eos habere respõdit, quos audire deberẽt, vt ad illa supplicia nõ venirent. Vbi rursus occurrit, quomodo quid hic ageretur Abrahã pater nesciebat, vbi sciebat esse Moysen & Prophetas: id est, libros eorũ, quibus homines obediendo, tormenta inferni euitarẽt: vbi deniq; nouerat diuitem illum in delitiis, pauperem verò Lazarum in laboribus doloribusq; vixisse. Nam & hoc illi ait, Memẽto fili; quia percepisti bona in vita tua, Lazarus autẽ mala. Sciebat ergo hæc, quæ vtique apud viuos, non apud mortuos gesta fuerãt. Verùm non cùm agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit q ait Propheta, Abrahã nesciuit nos. PROINDE fatendum est, nescire quidẽ mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidẽ omnia, sed quæ sinũtur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possũt & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hic, præsto sunt, audire aliquid mortui, quod vnumquenque illorũ audire debere iudicat cui cũcta subiecta sunt. Nisi enim essent angeli, qui possent interesse & viuorũ & mortuorũ locis, non dixisset Dominus Iesus, Contigit autem mori inopem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nunc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc quem Deus voluit abstulerunt. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quę necessarium est eos nosse, & quæ necessarium non est eos non nosse, non solum præterita vel præsentia, verumetiam futura spiritus Dei reuelante cognoscere: sicut non omnes homines, sed Prophetæ dum hic viuerent cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda Dei prouidentia iudicabat. Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrariò quod Paulus ex viuis in paradisũ raptus est, diuina Scriptura testatur. Nã Samuel propheta defunctus viuo Sauli etiã regi futura prædixit: quamuis nõnulli non ipsum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquẽ spiritũ tam malis operibus cõgruentẽ, illius existimẽt similitudinẽ figurasse: cùm liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullã similitudinem Salomonis pronunciatur, cõtineat in laude patrũ, quòd Samuel etiã mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebræorũ, (quia in † eo nõ est canone) contradicitur: quid de Moyse dicturi sumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euãgelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse viuentibus? HINC & illa soluitur quæstio, quónam modo martyres ipsis beneficiis quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciũt mortui quid agant viui. Nõ enim solis beneficiorũ effectibus, verumetiã ipsis hominum aspectib⁹ confessorẽ apparuisse Felicẽ, ciuibus vel inquilinis piè à se dilectis, cùm à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. Verùm ista diuinitùs exhibẽtur, lõgè aliter quàm sese habet vsitatus ordo, singulis creaturarũ generibus attributus. Non enĩ quia in vinũ aqua, cùm voluit Dominus repentè cõuersa est, ideo nõ debemus, quid aqua valeat in elemẽtorũ ordine proprio, ab istius diuini operis raritate vel potius singularitate discernere. Nec quoniã Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis quãdo vult surgit, aut eo modo exanimis à viuẽte; quomodo à vigilante dormiẽs excitatur. Alij itaq; sunt humanarũ limites rerũ, alia diuinarũ signa virtutũ: alia sunt quę naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quamuis & naturæ Deus assit vt fit, & miraculis natura non desit. Nõ igitur ideo putandũ est viuorũ rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniã quibusdã sanandis vel adiuuãdis martyres assunt: sed ideo potius intelligẽdũ est, quòd per diuinam potentiã martyres viuorũ rebus intersunt, quoniã defuncti per naturã propriam viuorũ rebus interesse non possunt. Quanquã ista quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodũ opitulẽtur martyres iis quos per eos certũ est adiuuari? vtrum ipsi per seipsos assint vno tẽpore tam diuersis locis, & tanta inter se lõginquitate discretis, siue vbi sunt eorũ memoriæ, siue præter suas memorias vbicunque adesse sentiuntur: an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortaliũ cõuersatione remotis, & tamẽ generaliter orantibus pro indigentia supplicãtum, sicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiq; non præsentamur, nec vbi sint nec quid agant scimus, Deus omnipotens qui est vbiq; præsens, nec cõcretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens martyrũ preces per angelica ministeria vsquequaq; diffusa, præbeat hominibus ista solatia, quibus in huius vitæ miseria iudicat esse præbenda: & suorum merita martyrũ vbi vult, quando vult, quomodo vult, maximeque per eorum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis ad ædificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt passi, mirabili atque ineffabili potestate ac bonitate commendet. Res hæc altior est quàm vt à me possit attingi, & abstrusior quàm vt à me valeat persecutare: & ideo quid horum duorum sit, an verò fortassis vtrunque sit vt aliquando ista fiant per ipsam præsentiam martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam martyrum, definire non audeo, mallem à sciẽtibus ista perquirere. Neque enim nemo est qui hæc sciat, non qui sibi scire videatur & nesciat: dona enim Dei sunt, his alia, & illis alia largientis, secundum Apostolum, qui dicit vnicuique dari manifestationem spiritus ad

2. Cor. 12. a. 2.

1. Reg. 28. c. 15.

Ad Simplicianum, lib. 2. q. 3.

Eccl 46. c. 16.

al. eorum.

Deut 34. b. f.

Matth. 17. a. 3.

CAPVT XVI.

Ioan. 2. b. p.

Ioan. 11. f. 44.

Quomodo animę martyrũ adsint periclitãtibus, negat se posse definire.

1. Cor 12. d. 7.

Lucæ 16. f. 25.

Esaiæ 63. d. 16.

CAP. XV. Animæ quomodo sciant.

Psal. 26. e. 10.

al. parentes.

Esa. 63. d. 16.

Lucæ 16. c. 22.

vtilitatem: Alij quidem, inquit, datur per spiritum sermo sapientię, alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri autem fides in eodẽ spiritu, alteri donatio curationum in vno spiritu, alii operationes virtutum, alii prophetia, alij diiudicatio spirituũ, alij genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs propria vnicuique prout vult. Horum omnium spiritualium donorum, quæ commemorauit Apostolus, cuicunque data est diiudicatio spirituum, ipse scit ista sicut scienda sunt.

CAPVT XVII. De Ioanne monacho.

TALEM fuisse credendum est illum Ioannem monachum, quem de belli ciuilis euentu maior Theodosius consuluit imperator: habebat quippe etiam prophetiam. Neque enim singulos singula munerum istorum, sed etiam plura vnum habere posse non ambigo. Ioannes ergo iste cuidam mulieri religiosissimæ impatiẽter eum videre cupienti, atque vt hoc impetraret per maritum suum vehementer instanti, cùm ille nollet, quoniam id nũquam permiserat feminis, Vade, inquit, dic vxori tuæ, videbit me nocte proxima, sed in somnis. Et factũ est. Monuitque illam quicquid fidelem coniugatam moneri oportebat. Quæ cùm euigilasset, talem se vidisse hominẽ Dei viro suo, qualem ille eum nouerat, & quid ab illo audierit, indicauit. Qui hoc ab eis comperit: retulit mihi, vir grauis & nobilis, & dignissimus credi. Sed si illum sanctum monachum ipse vidissem, quia sicut fertur, patientissimè interrogabatur, & sapientissimè respondebat, quæsissem ab eo quod ad istam pertinet quæstionem: vtrum ipse ad illam feminam venisset in somnis, id est, spiritus eius in effigie corporis sui, sicut nosipsos in effigie corporis nostri somniamus: an ipso aliud agente, vel si dormiebat aliud somniante, siue per angelum, siue quocunque alio modo in mulieris somnio talis facta sit visio: atque id futurum, vt ipse promitteret prophetiæ spiritu reuelante præsciuerit. Si enim ipse interfuit somnianti, mirabili gratia vtique id potuit, non natura: & Dei munere non propria facultate. Si autem ipso aliud agente, siue dormiente, & visis aliis occupato, eum mulier vidit in somnis: profectò tale aliquid factum est, quale illud est quod in actibus Apostolorũ legimus, vbi Dominus Iesus loquitur Ananiæ de Saulo, & indicat ei
Act. 9. b. 11. quòd Saulus vidit ad se veniẽtem Ananiam, cùm hoc Ananias ipse nesciret. Quod libet horum mihi respõderet ille homo Dei: & de martyribus ab illo pergerem quærere: vtrum ipsi assint in somnis, vel quocunque alio modo videtibus eos in qua figura voluerint: & maximè quando ab eis se torqueri dæmones in hominibus confitentur, & rogant eos vt parcant sibi: an ista fiant Dei nutu per angelicas potestates, in honorem commendationémque sanctorum ad vtilitatem hominum, illis in summa quiete positis, & ad alia longè meliora visa vacantibus seorsum à nobis, orantibúsque pro nobis. Nam Mediolani apud sanctos Protasium & Geruasium martyres, expresso nomine, sicut defunctorum quos eodem modo commemorabãt, adhuc viuum dæmones Episcopum confitebantur Ambrosium, atque vt sibi parceret obsecrabant, illo aliud agente, atq; hoc cùm ageretur omnino nesciente. An verò fortè aliquãdo per ipsam præsentiam martyrum fiant ista, aliquando per angelorum: & vtrum possint, vel quibus signis possint à nobis duo ista discerni: an ea sentire ac diiudicare nõ valeat, nisi qui habet illud donum per Dei spiritum diuidentem propria vnicuique, prout vult. Dissereret mihi, vt arbitror, hæc omnia sicut vellem ipse Ioannes: vt aut eo docente discerem, & ea quæ auditem vera & certa esse cognoscerem: aut ego crederem quæ nescirem, illo dicente quæ sciret. Quod si mihi forsitan de sancta Scriptura responderet ac diceret, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Dominus, illa cogita semper, id etiam gratanter acciperem: non enim paruus est fructus, si aliqua obscura & incerta, quæ comprehendere non valemus, clarum saltem certumq; sit nobis nõ esse quærenda: & quod vnusquisque vult discere, putans prodesse si sciat, discat non obesse si nesciat.

1. Cor. 12. 7.
Eccl. 3. c. 21. Prou. 25. d. 28.

CAPVT XVIII. Epilogus disputationis.

QVÆ cùm ita sint, non existimẽmus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum siue eleemosynarum sacrificiis solenniter supplicamus: quamuis non pro quibus fiũt omnibus prosint, sed iis tantum, quibus dum viuunt comparatur vt prosint. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prętermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius enim supererũt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt. Diligentius tamen facit hæc quisque pro necessariis suis, quod pro illo fiat similiter à suis. Corpori autem humando quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. Vnde oportet vt quàm potest pro carne proximi curam gerat, cùm ille inde recesserit qui regebat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt, vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo & in æternitate mansuro impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium? Quod verò quisque apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeatur. Habes ad ea quæ à me putasti esse quærenda, qualem potui reddere responsionem meam: quæ si vltrà quàm sat est prolixa est, da veniam: id enim factum est amore diutius loquendi recum. Hunc ergo librum quemadmodum acceperit venerabilis dilectio tua, peto rescriptis tuis nouerim, quem tibi perlator eius faciet sine dubio gratiorem, frater scilicet & compresbyter noster Candidianus, quem per tuas literas cognitum toto corde suscepi, inuitusq; dimisi. Multum enim nos in charitate Christi sua præsentia consolatus est, & quod fatendum est eius instantia tibi parui. Nam cor meum tanta distendunt, vt nisi ipso assiduè commonente non sinerer obliuisci, profectò interrogationi tuæ mea responsio defuisset.

Eph. 5. g. 29.

FINIS.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE CATECHIZANDIS RVDIBVS, LIBER VNVS

Ex lib. 2. Retract. cap. 14.

De catechizãdis rudibus. Cap. 18.

ESt etiam liber noster de catechizandis rudibus hoc ipso titulo prænotatus. In quo libro vbi dixi, Nec angelus qui cum spiritibus aliis lacentibus suis superbiendo deseruit obedictiam Dei, & diabolus factus est: aliquid nocuit Deo, sed sibi. Nouit enim Deus ordinare deserentes se animas: conuenientius diceretur, deserentes se spiritus, quoniã de angelis agebatur. Hic liber sic incipit:

CAP. I.

PEtistis à me frater Deo gratias, vt aliquid ad te de catechizãdis rudibus, quod tibi vsui esset scriberem. Dixisti enim quod sæpe apud Carthaginem vbi diaconus es, ad te sæpe adducantur, qui fide Christiana primitùs imbuendi sunt, eo quod existimeris habere catechizandi vberem facultatem, & doctrinam fidei & suauitatem sermonis: te autem penè semper angustias pati, idipsum quod credendo Christiani sumus, quo pacto commodè intimandum sit: vnde exordienda, quousque sit perducenda narratio: vtrum exhortationem aliquam terminata narratione adhibere debeamus, an præcepta sola quibus obseruandis cui loquimur nouerit Christianam vitam professionemq; retinere. Sæpe autem tibi accidisse confessus atque conquestus es, vt in sermone longo & tepido tibi ipse vilesceres essesque fastidio, nedum illi quem loquendo imbuebas, & cæteris qui audientes aderant: eáque te necessitate fuisse cõpulsum, vt ea me quam tibi debeo charitate compelleres, ne grauarer inter occupationes meas tibi de hac re aliquid scribere. Ego verò nõ ea tantùm quam familiariter tibi, sed etiam quam matri Ecclesiæ vniuersaliter debeo, charitate ac seruitute compellor, si quid per operã meã quã Domini nostri largitate possum exhibere, idem eos Dominus quos mihi fratres fecit adiuuari iubet, nullo modo recusare, sed potius prompta & deuota volũtate suscipere. Quanto enim cupio latius erogare pecuniam Dominicam, tãto magis me oportet, si quam dispensatores cõseruos meos difficultatẽ in erogando sentire cognosco, agere quãtum in me est, vt facilè atque expeditè possint, quod impigrè ac studiosè volunt.

CAP. II. Debet sibi nõ omnino displicere qui dicit.

SED quod ad tuam propriè considerationem pertinet, nolim te moueri ex eo quod sæpe tibi abiectum sermonẽ fastidiosumq; habere visus es. Fieri enim potest, vt ei quem instruebas, non ita sit visum, sed quia tu aliquid melius audiri desiderabas, eo tibi quod dicebas videretur indignum auribus aliorum. Nam & mihi propè semper sermo meus displicet. Melioris enim auidus sum, quo sæpe fruor interius, antequam eum explicare verbis sonantibus cœpero, quod vbi minus quàm mihi notus est eualuero, contristor linguam meam cordi meo non † posse sufficere. Totũ enim quod intelligo, volo vt qui me audit intelligat, & sentio me non ita loqui vt hoc efficiam: maximè quia ille intellectus quasi rapida coruscatione perfundit animum: illa autem locutio tarda & longa est, longeq; dissimilis. Et dum ista voluitur, iam se ille in secreta sua condidit: tamẽ quia vestigia quędam miro modo impressit memoriæ, perdurant illa cum syllabarum morulis: atque ex eisdem vestigiis sonantia signa peragimus, quæ lingua dicitur vel Latina, vel Græca, vel Hebræa, vel alia quælibet: siue cogitentur hæc signa, siue etiam voce proferantur, cùm illa vestigia nec Latina, nec Græca vel Hebræa, nec cuiusque alterius gentis sint propria, sed ita efficiantur in animo vt vultus in corpore. Aliter enim Latinè ita dicitur, aliter Græcè, aliter atquè aliter aliarum diuersitate linguarum: nõ autem Latinus aut Græcus est vultus irati. Non itaque omnes gentes intelligunt, cùm quisq; dicit, iratus sum, sed Latini tantum: at si affectus excandescentis animi exeat in faciem, vultumq; faciat, omnes sentiunt qui intuentur iratum. Sed neque ita licet educere & quasi exporrigere in sensum audientium per sonum vocis illa vestigia quæ imprimit intellectus memoriæ, sicut apertus & manifestus est vultus. Illa enim sunt intus in animo, iste foris in corpore. Quapropter coniiciendum est quantum distet sonus oris nostri ab illo ictu intelligentiæ, quando ne ipsi quidem impressioni memoriæ similis est. Nos autem plerunque in auditoris vtilitatẽ vehementer ardentes, ita loqui volumus quemadmodum tunc intelligimus, cùm per ipsam intentionem loqui non possumus: & quia non succedit angimur, & velut frustra operam insumamus, tędio marcescimus: atque ex ipso tædio languidior fit idem sermo, & hebetior quàm erat, vnde perduxit ad tædium: sed mihi sæpe indicat eorum studium, qui me audire cupiunt, non ita esse frigidum eloquium meum vt videtur mihi: & eos inde aliquid vtile capere, ex eorum delectatione cognosco, mecumq; ago sedulò, vt huic exhibendo ministerio non desim, in quo illos video bene accipere quod exhibetur. Sic & tu, eo ipso quòd ad te sæpius adducuntur qui fide imbuendi sunt, debes intelligere non ita displicere aliis sermonem tuum vt displicet tibi: nec infructuosum te debes putare, quod ea quæ cernis non explicas ita vt cupis, quando fortè vt cupis nec cernere valeas. Quis enim in hac vita nisi in ænigmate & per speculum videt? Nec ipse amor tantus est, vt carnis diruta caligine penetret in æternum serenum, vnde vtcunque fulgent etiam ista quę transeunt. Sed quia boni proficiũt de die in diem, ad videndum diem sine volumine cæli, & sine noctis incursu, quem oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: nulla maior causa est cur nobis in imbuendis rudibus noster sermo vilescat, nisi quia libet inusitatè cernere, & tædet vsitatè proloqui. Et re quidẽ vera multò gratius audimur, cùm & nos eodem opere delectamur: afficitur enim filum locutionis nostræ ipso nostro gaudio, & exit facilius atque acceptius. Quapropter non arduum est negocium, ea quæ credenda insinuantur præcipere, vnde & quousq; narranda sint: nec quomodo sit varianda narratio, vt aliquando breuior, aliquando longior, semper tamen plena atque perfecta sit: & quando breuiore, & quando longiore sit vtendum: sed quibus modis faciẽdum sit, vt gaudens quisque catechizet. (Tanto enim suauior erit, quanto magis id potuerit) ea cura maxima est. Et præceptum quidem rei huius in promptu est. Si enim in pecunia corporali, quanto magis in spiritali hilarem datorem diligit Deus? Sed hæc hilaritas ad horam vt assit, eius est misericordiæ qui ista præcepit. Itaq; prius de modo narrationis quod te velle cognoui, tum de præcipiendo atque cohortando, postea de hac hilaritate comparanda, quæ Deus suggesserit dis-

1. Cor. 13. d. 12.
1. Cor. 1. b. 9.
2. Cor. 9. b. 7.

eloquisse.

Caput xxi. Quomodo fieri libri catechumenis exponendi.

seremus. Narratio plena est, cùm quisque primo catechizatur ab eo quod scriptũ est, In principio fecit Deus cælum & terram, vsque ad præsentia tẽpora ecclesiæ: non tamen propterea debemus totum Pẽtateuchum, totosq; Iudicium & Regnorũ & Esdræ libros, totumq; Euangeliũ & actus Apostolorũ, vel, si ad verbũ ea edidicim⁹, memoriter reddere, vel nostris verbis omnia quæ his continentur voluminibus narrando euoluere & explicare: quod nec tẽpus capit, nec vlla necessitas postulat: sed cũcta summatim generatimq; complecti, ita vt eligantur quędam mirabiliora quę suauius audiuntur, atque in ipsis articulis constituta sunt: & ea tanquã in inuolucris ostendere, statimq; à conspectu abripere non oportet, sed aliquantùm immorando quasi resoluere atque expandere, & inspiciẽda atq; miranda offerre animis auditorum: cætera verò celeri percursione inserendo contexere. Ita & illa quæ maximè commendari volumus, aliorum submissione magis eminent: nec ad ea fatigatus peruenit, quẽ narrando volumus excitare, nec illius memoria confunditur, quem docendo debemus instruere. In omnibus sanè non tantũ nos oportet intueri præcepti finẽ, quod est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quò ea quæ loquimur cuncta referamus: sed etiam illius quem loquendo instruimus, ad id monendus atque illuc dirigendus aspectus est. Neque enim ob aliud ante aduentũ Domini scripta sunt oĩa quæ in sanctis Scripturis legimus, nisi vt illius cõmẽdaretur aduentus, & futura præsignaretur ecclesia: id est, populus Dei per oẽs gentes, quod est corpus eius: adiunctis atq; annumeratis omnibus sanctis, qui etiã ante aduentũ eius in hoc seculo vixerunt, ita eũ credẽtes venturum esse, sicut nos venisse. Sicut enim Iacob manũ prius dum nasceretur emisit ex vtero, qua etiam pedẽ prænascentis fratris tenebat, deinde vtiq; secutũ est caput, tum demùm necessariò mẽbra cętera: sed tamẽ caput non tantùm mẽbra quæ secuta sunt, sed etiã ipsam manũ quæ nascendo præcessit, dignitate ac potestate præcedit, & quãuis nõ tẽpore apparendi, tamẽ naturæ ordine prius est: ita & Dominus Iesus Christ⁹, & si antequam appareret in carne, & quodãmodo ex vtero secreti sui, ad hominũ oculos mediator Dei & hominum homo procederet, qui est super omnes Deⁿ benedictus in secula, præmisit in sanctis Patriarchis & Prophetis quandam partẽ corporis sui, qua velut manu se nasciturũ esse prænunciãs, etiã populũ præcedẽtem superbè, vinculis legis tanquam digitis quinque supplantauit: quòd & per quinque temporũ articulos prænunciari venturus prophetariq; nõ destitit: & huic rei consonans per quẽ lex data est, quinque libros cõscripsit. Et superbi carnaliter sentientes, & suam iustitiã volentes constituere, non aperta manu Christi repleti sunt benedictione, sed constricta atque conclusa retenti sunt. Itaque illis obligati sunt pedes, & ceciderũt, nos verò surreximus & erecti sumus. Quamuis ergo, vt dixi, præmiserit Dominus Christus quandam partem corporis sui in sanctis, qui eũ nascendi tempore præierunt, tamen ipse est caput corporis ecclesiæ: illiq; omnes eidem corpori cuius ille caput est cohæserunt, credendo in eum quem prænũciabant: Nõ enim præcurrendo diuulsi sunt, sed adiuncti potius obsequẽdo. Nam etsi manus à capite præmitti potest, cõnexio tamẽ eius sub capite est. Quapropter omnia quæ antè scripta sunt, vt nos doceremur scripta sunt, & figuræ nostręq fuerũt, & in figura cõtingebant eis: scripta sunt aũt propter nos, in quos finis seculorũ obuenit.

Caput xxii. Præcipua causa aduẽtus Christi.

Quæ autem maior causa est aduentus Domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, commendans eam vehementer: [a] quia cùm adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autẽ ideo, [b] quia finis præcepti & plenitudo legis, charitas est: vt & nos inuicẽ diligamus, [c] & quemadmodum ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos pro fratribus animam ponamus: [d] & ipsum Deũ, quoniã prior dilexit nos, [e] & filio suo vnico nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, si amare pigebat, saltẽ nũc redamare, nõ pigeat. Nulla est enim maior ad amorem inuitatio, q̃ præuenire amando. Et nimis durus est animus, qui dilectionẽ si nolebat impendere, nolit repẽdere. Quod si in ipsis flagitiosis & sordidis amoribus videmus, nihil aliud eos agere qui amari vicissim volunt, nisi vt documentis quibus valent aperiant & ostendant quantum ament, eámque imaginem iustitiæ prætẽdere affectãt, vt vicem sibi reddi quodammodo flagitent ab eis animis quos illecebrare moliuntur: ipsiq; ardẽtius æstuãt, cũ iam moueri eodẽ igne etiam illas mẽtes quas appetũt sentiunt. Si ergo & animus qui torpebat, cùm se amari senserit excitatur, & qui iam feruebat cùm se redamari didicerit, magis accenditur: manifestũ est nullam esse maiorem causam, qua vel inchoetur vel augeatur amor, quã cùm amari se cognoscit, qui nondũ amat, aut redamari se vel posse sperat, vel iam probat q̃ prior amat. Et si hoc etiam in turpibus amoribus, quãto † plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus in offensione amicitię, nisi ne amicus arbitretur quòd eum vel nõ diligamus, vel minus diligamus quàm ipse nos diligit? Quod si crediderit, frigidior erit in eo amore quo inuicem homines mutua familiaritate perfruuntur: & si non ita est infirmus vt hæc illum offensio faciat ab omni dilectione frigescere, in ea se tenet quã non vt fruatur, sed vt consulat diligit. Operęprecium est autem animaduertere, quomodo, quanquã & superiores velint se ab inferioribus diligi, eorũmque in se studiosè delectentur obsequio, & quanto magis id sentirint, tanto magis eos diligant, tamen quanto amore exardescat inferior, cùm à superiore se diligi senserit. Ibi enim gratior amor est, vbi non æstuat indigentiæ siccitate, sed vbertate beneficentiæ profluit. Ille namque amor ex miseria est, iste ex misericordia. Iã verò si etiam se amari posse à superiore desperabat inferior, ineffabiliter cõmouebitur in amorem, si vltrò ille fuerit dignatus ostendere, quantũ diligat eũ qui nequaquã sibi tantum bonũ promittere auderet. Quid aũt superius Deo iudicante? & quid desperatius homine peccãte? qui se tanto magis tuendũ & subiugandũ superbis potestatibus addixerat, quæ beatificare non possunt, quãto magis desperauerat posse sui curã geri ab ea potestate, quæ nõ malitia sublimis esse vult, sed bonitate sublimis est? Si ergo maximè propterea Christus aduenit, vt cognosceret homo quantũ eum diligat Deus: & ideo cognosceret vt in eius dilectionem à quo prior dilectus est inardesceret, proximúmq; illo iubente & demõstrante diligeret, qui nõ proximũ, sed lõgè peregrinantẽ diligẽdo factus est proximus: omnísq; Scriptura diuina quæ antè scripta est, ad prænunciandũ aduentũ Domini scripta est; & quicquid postea mandatum est literis, & diuina autoritate firmatũ, Christum narrat, & dilectionem monet: manifestũ est non tantum totã legem & prophetas in illis duobus pendere pręceptis, dilectionis Dei & proximi, quæ adhuc sola scriptura sancta erat cùm hoc Dominus diceret, sed etiã quæcũque posteri⁹ salubriter cõscripta sunt, memoriaq; mãdata diuinarum volumina literarum. Quapropter in veteri testamẽto est occultatio noui, in nouo testamẽto est manifestatio veteris. Secundũ illam occultationem, carnaliter intelligentes carnales, & tunc & nunc

pœnali

1. Tim. 1. a. 5.

Gen. 1. a. 1.

Gen. 25. d. 25

1. Tim. 2. b. 5.

Rom. 9. b. 5.

Rom. 10. a. 5

Psal. 19. b. 9.

Colos. 1. c. 18.

Rom. 15. a. 4

1. Cor. 10. c. 11

a Rom. 5. b. 6.
b 1. Tim. 1. b. 5. Rom. 13. c. 10.
c 1. Ioan. 3. c. 18.
d Ibid. 4. b. 20.
e Rom. 8. f. 32.

pœnali timore subiugati sunt. Secũdum hanc autem manifestationem spiritales, & tunc quibus piè pulsantibus etiã occulta patuerunt, & nunc qui non superbè quærunt, ne etiam aperta claudantur, spiritaliter intelligentes donata charitate liberati sunt. Quia ergo charitati nihil aduersus quã inuidentia: mater aũt inuidẽtiæ superbia est, idem Dominus Iesus Christus, Deus homo, & diuinę in nos dilectionis iudiciũ est, & humanæ apud nos humilitatis exemplũ, vt magnus tumor noster maiore contraria medicina sanaretur. Magna est enim miseria, superbus homo: sed maior misericordia, humilis Deⁿ. Hac ergo dilectione tibi tãquã fine proposito, quò referas oĩa quæ dicis quicquid narras ita narra, vt ille cui loqueris audiẽdo credat, credendo speret, sperando amet.

Cap. v. Fictè accedens ad catechismũ qualiter sit instruẽdus.

De ipsa etiã seueritate Dei qua corda mortaliũ saluberrimo terrore quatiuntur, charitas ædificanda est, vt ab eo quem timet, amari se gaudens, eũ redamare audeat, eiusq; in se dilectioni etiamsi impunè posset, tamẽ displicere vereatur. Rarissimè quippe accidit, imò verò nunquam, vt quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo Dei timore perculsus. Si enim aliquod commodum spectando ab hominibus quibus sealiter placiturum non putat, aut aliquod ab hominibus incõmodum deuitãdo, quorum offensionem aut inimicitias reformidat, vult fieri Christianus, nõ fieri vult potius quàm fingere: fides enim nõ res est saluandi corporis, sed credentis animi. Sed planè sæpe adest misericordia Dei per ministeriũ catechizantis, vt sermone cõmotus iã fieri velit quod decreuerat fingere: quod cũ velle cœperit, tunc eũ venisse deputemus, & occultum quidẽ nobis est quo veniat animo, quẽ iã corpore præsentem videmus: sed tamen sic cũ eo debemus agere, vt fiat in illo hæc voluntas, etiamsi non est. Nihil enim deperit, quãdo si est, vtique tali nostra actione firmatur, quamuis quo tempore, vel qua hora cœperit, ignoremus. Vtile est sanè vt præmoneamur antea, si fieri potest, ab iis qui eum norunt, in quo statu animi sit, vel quibus causis cõmotus ad suscipiendam religionẽ venerit. Quod si defuerit alius à quo id nouerimus, etiam ipse interrogãdus est, vt ex eo quod respõderit ducamus sermonis exordiũ. Sed si ficto pectore accesserit, humana cõmoda cupiens, vel incõmoda fugiens, vtique mẽtiturus est: tamen ex eo ipso quod mentitur capiendũ est prĩcipiũ: nõ vt refellatur eius mẽdacium, quasi tibi incertũ sit, sed vt si dixerit eo proposito se venisse quod verè approbandum est, siue ille verum siue falsum dicat, tale tamen propositũ quali se venisse respõdit, approbãtes atque laudantes, faciamus eũ delectari esse se talẽ qualem videri cupit. Si autẽ aliud dixerit quàm oportet esse in animo eius qui Christiana fide imbuẽd⁹ est, blandius & lenius reprehẽdendo tanquã rudẽ & ignarum, & Christianæ doctrinę finem verissimum demõstrando atque laudando breuiter & grauiter, ne aut tẽpora futuræ narrationis occupes, aut eã non prius collocato animo audeas imponere, facias eum velle quod aut per errorem aut per simulationem nondum volebat.

Cap. vi. Exordium catechismi.

Quòd si fortè se diuinitùs admonitũ vel territum esse responderit, vt fieret Christianus, lætissimũ nobis exordiendi aditũ præbet, quanta Deo sit cura p nobis. Sanè ab huiusmodi miraculorum siue somniorum, ad Scripturarum solidiorem viam & oracula certiora trãsferenda est eius intẽtio: vt & illa admonitio q̃ misericorditer ei prærogata sit, nouerit, ãtequã scripturis sanctis inhæreret. Et vtiq; demonstrandũ est ei, quod ipse Dominus nõ eũ admoneret aut cõpelleret fieri Christianũ, & incorporari ecclesiæ, & talib⁹ signis aut reuelationib⁹ erudiret, nisi iã præparatũ iter in Scripturis sanctis, vbi non quæreret visibilia miracula, sed inuisibilia sperare consuesceret, neq; dormiẽs, sed vigilas moneretur, eũ securi⁹ & tuti⁹ capere voluisset. Inde iã exordienda narratio est, ab eo quòd fecit Deⁿ omnia bona valde, & producẽda, vt diximus, vsq; ad præsentia tempora ecclesiæ: ita vt singularum rerũ atq; gestorũ quæ narramus causæ rationesq; reddantur, quibus ea referamus ad illũ finẽ dilectionis, vnde neq; agentis aliquid neq; loquẽtis oculus auertẽdus est. Si enim fictas poetarũ fabulas, & ad voluptatẽ excogitatas animorũ, quorũ cibus nugæ sunt, tamẽ boni habẽtur atque appellantur Grammatici, ad aliquã vtilitatẽ referre conantur, quanquã & ipsam vanam & quidam sagi nae secularis: quanto nos decet esse cautiores, ne illa quæ vera narramus, sine suarum causarum redditione digesta, aut inani suauitate, aut etiã perniciosa cupiditate credantur. Nõ tamẽ sic asseramus has causas, vt relicto narrationis tractu, cor nostrũ & lingua in nodos difficilioris disputationis excurrat: sed ipsa veritas adhibita rationis, quasi aurũ sit gẽmarũ ordinẽ ligãs, nõ tamẽ ornamenti seriẽ vlla immoderatione perturbãs.

Caput vii. Resurrectio iudicium, & vita.

Narratione finita, spes resurrectionis intimãda est, & pro capacitate ac viribus audiẽtis, proq; ipsi⁹ tẽporis modulo, aduersus vanas irrisiones infideliũ, de corporis resurrectione tractandum, & futuri vltimi iudicij bonitate in bonos, seueritate in malos, veritate in omnes, cõmemoratisq; cũ detestatione & horrore pœnis impiorũ, regnũ iustorũ atq; fideliũ & superna illa ciuitas ciusq; gaudiũ, cum desiderio prædicandũ est. Tũ verò instruẽda & animanda est infirmitas hominis aduersus tentationes & scandala, siue foris siue in ipsa intus ecclesia. Foris aduersus gẽtiles vel Iudęos vel hęreticos: intus aũt aduersus areæ Dominicæ paleã. Nõ vt cõtra singula peruersorũ genera disputetur, omnésque illorũ prauæ opinionẽs propositis quæstionibus refellantur: sed pro tẽpore breui demõstrandũ est, ita esse prædictũ, & quæ sit vtilitas tẽtationũ erudiẽdis fidelibus, & quæ medicina in exemplo patientiæ Dei, qui statuit vsq; in finẽ ista permittere. Cùm verò aduersus eos instruitur, quorũ peruersæ turbæ corporaliter implent ecclesias, simul etiã præcepta breuiter & decẽter cõmemorantur Christianæ atque honestæ conuersationis, ne ab eoriosis, auaris, fraudatorib⁹, aleatorib⁹, adulteris, fornicatorib⁹, spectaculorũ amatorib⁹, remediorum sacrilegorũ alligatorib⁹, præcãtatorib⁹, mathematicis, vel quarũlibet artiũ vanarũ & malarũ diuinatorib⁹, atq; huiusmodi cæteris ita facilè seducatur, & impunitũ sibi fore arbitretur, quia videt multos qui Christiani appellantur, hęc amare, & agere, & defendere, & suadere, & persuadere. Quis enim finis præstiturus sit in tali vita perseuerãtibus, & quàm sint in ipsa ecclesia tolerandi, ex qua in fine separandi sunt, diuinorum librorum testimoniis edocendũ est. Prænunciandũ est etiã inuenturũ eum in ecclesia multos Christianos bonos, verissimos ciues cælestis Hierusalem, si esse ipse cœperit. Ad extremũ ne spes eius in homine ponatur, sedulò monendus est: quia neq; facilè ab homine iudicari potest quis homo sit iustus: & si facilè posset, nõ ideo nobis proponi exẽpla iustorum, vt ab eis iustificemur, sed vt eos imitãtes ab eorũ iustificatore nos quoque iustificari sciamus. Hinc enim fiet, quod maximè cõmendandum est, vt cùm ille qui nos audit, imò pernos audit Deũ, moribus & scientia proficere cœperit, & viam Christi cũ alacritate ingredi, nec nobis id audeat assignare, nec sibi, sed seipsum & nos & quoscũq; alios diligit amicos, in illo & propter illum diligit qui eum dilexit inimicum, vt iustificãs faceret amicũ. Hic iã non te puto præceptore indigere, vt cùm occupata

Gen. 1. d. 31.

Hier. 17. a. 28. d. 25.

Caput VIII. Docti quo modo tractandi.

sunt tempora, vel tua vel eorum qui te audiunt, breuiter agas: cũ autẽ largiora, largius eloquaris: hoc enim nullo admonente ipsa necessitas præcipit. Sed illud planè nõ prætercũdum est, vt si ad te quisquã catechizãdus venerit liberalibus doctrinis excultus, qui iam decreuerit esse Christianus, & ideo venerit vt fiat, difficillimũ omnino est vt non multa nostrarum scripturarum literarumq; cognouerit, quibus iam instructus ad sacramentorũ participationẽ tantũmodo venerit. Tales enim non eadẽ hora qua Christiani fiunt, sed antè solent omnia diligẽter inquirere, & motus animi sui cum quibus possunt communicare atque discutere. Cũ his itaque breuiter agendũ est, & non odiosè inculcando quæ norũt, sed modestè perstringendo: ita vt dicamus nos credere quòd iã nouerint illud, atque illud: atque hoc modo cursim enumerare omnia quæ rudibus indoctisq; inculcanda sunt: vt etsi quid nouit eruditus iste, nõ tãquã à doctore audiat: & si quid fortè adhuc ignorat, dum ea cõmemoramus quę illũ nosse iam credimus, discat. Nec ipse sanè inuiliter interrogatur, quibus rebus motus sit, vt velit esse Christianus: vt si libris ei persuasum esse videris, siue canonicis, siue vtiliũ tractatorum, de his aliquid in principio loquaris, collaudans eos pro diuersitate meritorũ canonicæ autoritatis, & exponentium solertissimæ diligentiæ maximeq; cõmendans in scripturis canonicis admirandæ altitudinis saluberrimam humilitatem: in illis aũt pro sua cuiusq; facultate aptũ superbioribus, & per hoc infirmioribus animis stylũ sonantioris & quasi ornatioris eloquij. Sanè etiam exprimẽdũ de illo est, vt indicet quẽ maximè legerit, & quibus libris familiarius inhæserit, vnde illi persuasum est, vt sociari vellet Ecclesię. Quod cùm dixerit, tũ si nobis noti sunt illi libri, aut ecclesiastica fama saltem accepimus à catholico aliquo memorabili viro esse cõscriptos, læti approbemus. Si autem in alicuius hærerici volumina incurrit, & nesciens fortè quòd vera fides improbat, tenuit animo, & catholicum esse arbitratur: sedulò edocendus est, prælata autoritate vniuersalis ecclesiæ aliorũq; doctissimorũ hominũ, & disputationibus & scriptionibus in eius veritate florentiũ. Quanquã & illi qui catholici ex hac vita migrarunt, & aliquid literarũ Christianarum posteris reliquerũt, in quibusdã locis opusculorũ suorũ, vel nõ intellecti, vel sicuti est humana infirmitas, minus valẽtes acie mentis abditiora penetrare, & verisimilitudine aberrãtes à veritate, præsumptoribus & audacibus fuerũt occasioni ad aliquã hæresim moliendam atque gignendam. Quod mirum non est, cùm de ipsis canonicis literis vbi omnia sanissimè dicta sunt, non quidẽ aliter accipiẽdo quædã, q̃ vel scriptor sensit, vel seipsa veritas habet: nam si hoc solum esset, quis non humanæ infirmitati ad corrigendũ paratæ libẽter ignosceret: sed id quod peruersè ac prauè opinati sunt, animositate acerrima, & peruicaci arrogantia defensitantes, multi multa perniciosa dogmata, conscissa cõmunionis vnitate peperetũt. Hæc omnia cum illo, qui ad societatem populi Christiani, nõ idiota, vt aiunt, sed doctorũ libris expolitus atque excultus accedit, modesta collatione tractanda sunt: tantũ assumpta præcipiendi autoritate, vt caueat præsumptionis errores: quantũ eius humilitas quæ illũ adduxit, iã sentitur admittere. Cætera verò secundum regulas doctrinæ salutaris, siue de fide, quæcunque naranda vel dissereda sunt, siue de moribus, siue de tẽtationibus, eo modo percurrendo quo dixi, ad illã supereminentiorem viã omnia referẽda sunt.

Caput IX. Grãmatici, & rhetores quomodo accipiendi.

Sunt item quidam de scholis vsitatissimis Grammaticorum Oratorumq; veniẽtes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerũ est exercitata quæstionibus: His ergo qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cùm veniunt vt Christiani fiant, hoc amplius quàm illis illiteratis impartiri debemus: quòd sedulò monendi sunt, vt humilitate induti Christiana, discãt nõ cõtemnere, quos cognouerint morũ vitia quã verborũ amplius deuitare: & cordi casto linguã exercitatam nec conferre audeant, quã etiam præferre consueuerant. Maximè autem isti docendi sunt scripturas audire diuinas, ne fordeat eis solidũ eloquiũ, quia non est inflatum: neque arbitrentur carnalibus integumentis inuoluta atq; operta dicta vel facta hominum, quæ in illis libris legũtur, nõ euoluenda atque aperienda vt intelligantur, sed sic accipienda vt literæ sonant: deq; ipsa vtilitate secreti, vnde etiam mysteria vocantur, quid valeãt ænigmatum latebræ ad amorẽ veritatis acuendum, discutiendumq; fastidij torporem, ipsa experientia probãdum est talibus, cùm aliquid eis quod in promptu positum non ita mouebat, enodatione allegoriæ alicuius eruitur. His enim maximè vtile est nosse, ita esse præponẽdas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeãt veriores quã disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quãm formosiores habere amicos. Nouerint etiam nõ esse vocẽ ad aures Dei, nisi animi affectũ: ita enim non irridebunt, si aliquos antistites & ministros Ecclesiæ fortè animaduerterint, vel cum barbarismis & solœcismis Deum inuocare: vel eadẽ verba quæ pronũciãt nõ intelligere, perturbateq; distinguere. Nõ quia ista minimè corrigẽda sunt, vt populus ad id quod planè intelligit, dicat amẽ: sed tamẽ piè tolerãda sunt ab eis, q̃ didicerũt, vt sono in foro, sic voto in ecclesia bene dicat. Itaq; forensis illa nonnunquã fortè bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest. De sacramento autẽ quod accepturi sunt, sufficit prudẽtioribus audire quid res illa significet: cũ tardioribus autem aliquanto pluribus verbis & similitudinibus agendũ est, ne contẽnant quod vident.

Non vocẽ, sed affectũ audit Deus.

Cap. X. Remedium aduersus tedium catechisẽ.

Hic tu fortasse exemplũ aliquod sermonis desideras, vt ipso tibi opere ostẽdã, quomodo faciẽda sint ista quæ monui. Quod quidem faciam quantũ Domino adiuuante potuero: sed prius de illa hilaritate cõparanda quod pollicitus sum dicere debeo. Iã enim de ipsis præceptis explicãdi sermonis, in catechizãdo eo q̃ sic venit vt Christianꝰ fiat, quãtũ satis visum est, quod promiserã exolui. Indebitũ quippe est, vt etiam ipse faciã in hoc volumine, quod fieri oportere præcipio. Si ergo fecero, ad cumulũ valebit: cumulus aũt quo pacto à me superfundi potest, an tequã mensuram debiti expleuero? Neq; enim te maximè conqueri audiui, nisi quòd tibi sermo tuus vilis abrectusq; videretur, cùm aliquẽ Christiano nomine imbuerer. Hoc autem scio, non tam rerum quæ dicendę sunt quibus te satis noui paratum & instructum, neq; ipsius locutionis inopia, sed animi tædio fieri: vel illa causa quã dixi, quia magis nos delectat & tenet, quod in silentio mente cernimus, nec inde volumus auocari ad verborum lõgè disparem strepitum: vel quia etiam cũ sermo iocũdus est, magis nos libet audire aut legere quæ melius dicta sunt, & quæ sine nostra cura & solicitudine promũtur, quàm ad alienũ sensum repentina verba coaptare incerto exitu: siue vtrum occurrant pro sententia, siue vtrum accipiantur vtiliter: vel quia illa quæ rudibus insinuãtur, eo quòd nobis notissima sunt, & profectui nostro iã nõ necessaria, piget ad ea sæpissimè redire, nec in eis tam vsitatis & tanquã infantilibus, cum aliqua voluptate iam grãdiusculus animꝰ graditur. Facit etiam loquenti tædium auditor immobilis,

bilis, vel quia nõ mouetur affectu, vel quia nullo motu corporis indicat se intelligere, vel sibi placere quæ dicuntur: non q̃a humanæ laudis nos esse auidos decet, sed quia ea quę ministramus Dei sunt. Et quãto magis diligimus eos quibus loquimur, tanto magis eis cupimus vt placeãt, quę ad eorũ porrigunturę salutẽ. Quod si non succedit, contristamur, & in ipso cursu debilitamur & frangimur, quasi frustra operã conteramus. Nonnunquã etiã cũ auertimur ab aliqua re quã desideramus agere, & cuius actio aut delectabat nos, aut magis nobis necessaria videbatur, & cogimur aut iussu eius quẽ offendere nolumus, aut aliquorũ incuitabili instantia catechizare aliquẽ, iã conturbati accedimus ad negociũ, cui magna tranquillitate opus est, dolẽtes quòd neq; ordinẽ actionum nobis conceditur tenere quẽ volumus, nec sufficere omnibus possumus: atque ita ex ipsa tristitia sermo procedens minus gratus est, quia de ariditate mœstitiæ minus exuberat. Aliquãdo itẽ ex aliquo scandalo mœror pectus obsidet, & tunc nobis dicitur: Veni loquere huic: Christianus vult fieri. Nescitur enim ab ignorantibus, quid nos clausum intus exurat: quibus si affectũ nostrũ aperire nõ oportet, suscipimus ingratius quod volunt: & profectò languidus & insuauis ille sermo erit per venã cordis æstuãtẽ fumantemq; traiectus. Tot igitur ex causis, quælibet earũ serenitatẽ nostræ mentis obnubilet, secundũ Dominũ sunt quærenda remedia, quibus relaxetur illa contractio, & feruore spiritus exultemus & iocundemur in tranquillitate boni operis. Hilarẽ enim dato rẽ diligit Deus. Si enim causa illa contristat, quòd intellectũ nostrum auditor non capit, à cuius cacumine quodã modo descendentes cogimur in syllabarũ longè infra distantiũ tarditate demorari, & curã gerimus quemadmodũ lõgis & perplexis anfractibus procedat ex ore carnis, q̃ celerrimo haustu mentis imbibitur, & q̃a multũ dissimiliter exit, tædet loquí, & libet tacere: cogitemus quid nobis prærogatũ sit ab illo qui demõstrauit nobis exẽplũ vt sequamur vestigia eius. Quantũuis enim differat articulata vox nostra ab intelligentiæ nostræ viuacitate, longè differentior est mortalitas carnis ab æqualitate Dei. Et tamen cũ in eadẽ forma esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, &c. vsq; ad mortem crucis. Quã ob causam, nisi quia factꝰ est infirmis infirmꝰ, vt infirmos lucrificaret? Audi eius imitatorẽ alibi etiã dicentẽ: Siue enim mente excessimus, Deo: siue tẽperantes sumus, vobis: Charitas enim Christi cõpellit nos iudicantes hoc, quia vnꝰ pro omnibus mortuꝰ est. Quomodo enim paratus esset impendi pro animabus eorũ, si cũ pigeret inclinari ad aures eorũ? Hinc ergo factus est paruulus in medio nostrũ, tanquã nutrix fouens filios suos. Nũ enim delectat nisi amor inuitet, decurtata & mutilata verba immurmurare? Et tamen optant homines habere infantes quibus id exhibeant. Et suauius est matri minuta mansa inspuere paruulo filio, quàm ipsam mandere ac deuorare grãdiora. Non ergo recedat de pectore etiã cogitatio gallinæ illius, quæ languidulis plumis teneros fœtus operit, & susurrantes pullos confracta voce aduocat, cuius blandas alas refugientes superbi, prẽda fiunt alitibus. Si enim intellectus delectat in penetralibus syncerissimis, hoc etiã intelligere delectet, quomodo charitas, quanto officiosius descendit in infima, tãto robustius recurrit in intima per bonã cõscientiam, nihil quærendo ab eis ad quos descẽdit præter eorum sempiternam salutem.

2.Cor.9.b.7

1.Pet.2.d.21.

Philip.2.a.8.

1.Cor.9.d.22.

2.Cor.5.c.13

2.Cor.12.e.15.

1.Thess.2.b.7.

Math.23.d.37.

Caput XI. Error in catechismo quomodo sanandus.

Si autem magis appetimus ea quæ iam parata sunt, & melius dicta legere vel audire, & ideo piget incerto exitu ad tempus coaptare quæ loquimur: tantum à veritate rerum non aberret animus, facile est vt si in verbis auditorẽ aliquid offenderit, ex ipsa occasione discat, quàm sit re intellecta cõtẽnendũ, si minus integrè, aut si minus propriè sonare potuit, quod ideo sonabat vt res intelligeret. Quòd si humanæ infirmitatis intentio etiã ab ipsa rerũ veritate aberrauerit, quanquã in catechizandis rudibus, vbi via tritissima tenenda est, difficilè potest accidere: tamen ne fortè accidat vt etiã hinc offendatur auditor, nõ aliũde nobis debet videri accidisse, nisi quia Deus experiri nos voluit, vtrũ cũ mentis placiditate corrigamur, ne in defensionẽ nostri erroris maiore præcipitemur errore. Quod si nemo nobis dixerit, nosq; & illos qui audierunt omnino latuerit, nullus dolor est, si non fiat iterũ. Plerunq; autẽ nosipsi recolentes quæ dixerimus, reprehendimus aliquid, & ignoramus quomodo cùm diceretur acceptũ sit, magisq; dolemus quãdo in nobis feruet charitas, si cùm falsum esset, libẽter acceptũ est. Ideoq; opportunitate reperta, sicut nosipsos in silentio reprehendimus, ita curandũ est, vt etiã illi sensim corrigantur, qui non Dei verbis, sed planè nostris in aliquam lapsi sunt falsitatẽ. Si verò aliqui liuore vesano cęci errasse nos gaudent, susurrones, detractores, Deo odibiles, præbeant nobis materiã exercendæ patientiæ cum misericordia, quia & patiẽtia Dei ad pœnitentiam eos adducit. Quid enim est detestabilius, & quid magis thesaurizer iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, quàm de malo alterius mera diaboli similitudine atque imitatione lætari? Nonnunquam etiã cùm rectè omnia verẽque dicantur, aut non intellectũ aliquid, aut contra opinionẽ & consuetudinem veteris erroris ipsa nouitate asperũ, offendit & perturbat audiẽtem. Quod si apparuerit, sanabilemq; se præbet, autoritatũ rationumq; copia sine vlla dilatione sanandus est. Si autem tacita & occulta offensio est, Dei medicina opitulari potest. At si resilierit, & curari recusauerit, cõsoletur nos Dominicũ illud exẽplũ: qui offensis hominibus ex verbo suo, & tanquã durum refugientibus, etiã iis qui remanserant ait: Nunquid & vos vultis ire? Satis enim fixum atque immobile debet corde retineri, Hierusalem captiuam ab huius seculi Babylonia, decursis temporibus liberari, nullúmque ex illa esse periturum, quia qui perierit, non ex illa erat. Firmum enim fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. Nouit Dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ Domini. Ista cogitantes & inuocantes Dominum in cor nostrum, minus timebimus incertos exitus sermonis nostri propter incertos motus auditorum, delectabítque nos etiam ipsa perpessio molestiarum pro misericordi opere, si nõ in eo nostram gloriam requiramus. Tunc enim est verè opus bonum, cùm à charitate iaculatur agentis intentio: & tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit. Lectio verò quæ nos delectat, aut aliqua auditio melioris eloquij, vt eam promendo sermoni nostro præponere volentes, cum pigritia vel tædio loquamur, alacriores nos suscipiet, iucundiórque præstabitur post laborem: & maiore fiducia deprecabimur, vt loquatur nobis Deus quomodo volumus, si suscipiamus hilariter, vt loquatur per nos quomodo possumus: ita fit vt diligentibus Dominum omnia concurrant in bonum.

Rom.1.d.30

Rom.2.a.5.

Ioã.6.g.67.

2.Tim.2.d.19.

Rom.8.c.28

Caput XII. Hilaritas in catechismo.

Iam verò si vsitata & paruulis congruentia sæpe repetere fastidimus, congruamus eis per fraternum, paternum maternúmque amorem, & copulatis cordi eorum etiam nobis noua videbuntur. Tantum enim valet animi compatientis affectus, vt cùm illi afficiuntur nobis loquentibus, & nos illis discentibus, habitemus in inuicem: atque ita & illi quæ au-

diunt quasi loquantur in nobis, & nos in illis discam^r quodámodo quæ docemus. Nónne accidere hoc solet, cùm loca quædã ampla & pulchra, vel vrbiũ vel agrorũ, quæ iã nos sæpe videndo sine aliqua voluptate præteribamus, ostendimus eis qui antea nunquã viderant, vt nostra delectatio in eorũ nouitatis delectatione renouetur? Et tanto magis, quanto sunt amiciores: quia per amoris vinculũ inquantũ in illis sumus, in tãtũ & nobis noua fiunt quæ vetera fuerunt. Sed si in rebus cõtẽplandis aliquantũ profecim^r, iã nolumus eos quos diligimus lætari & stupere, cùm intuẽtur opera manuũ hominũ: sed volumus eos in ipsam † arcẽ consiliúmve institutoris attollere, atque inde exurgere in admirationẽ laudemq́ue omnicreantis Dei, vbi amoris fructuosissimus finis est: quãto ergo magis delectari nos oportet, cũ ipsum Dominũ iã discere homines accedũt, propter quẽ discenda sunt quæcunq; discenda sunt, & in eorũ nouitate innouari, vt si frigidior est solito nostra prædicatio, insolita eorũ auditione ferueſcat. Huc accedit ad cõparandã lætitiã, quòd cogitamus & cõsideramus, de qua erroris morte in vitã fidei transeat homo. Et si vicos vsitatissimos cum benefica hilaritate transimus, quando alicui fortè qui errando laborauerat, demonstramus viã: quanto alacrius & cũ gaudio maiore in doctrina salutari, etiã illa quæ propter nos retexere non opus est, perãbulare debemus: cùm animã miserandã, & erroribũs seculi fatigatã per itinera pacis, ipso qui nobis eã præstitit iubente deducimus?

CAPVT XIII. Fastidio catechumeni quomodo medẽdum.

SED reuera multũ est perdurare in loquendo vsq; ad terminũ præstitutũ, cũ moueri non videm^r audientẽ: quòd siue non audeat, religionis timore cõstrictus, voce aut aliquo motu corporis significare approbationẽ suã, siue humana verecundia reprimatur: siue dicta non intelligat, siue contẽnat: quandoquidẽ nobis non cernentibus animũ eius incertũ est, omnia sermone tentanda sunt, quæ ad eũ excitandũ, & tanquã de latebris eruendũ possint valere. Nam & timor nimius atq; impediens declarationẽ iudicij eius, blanda exhortatione pellendus est, & insinuando fraternã societatẽ verecũdia tẽperanda: & interrogatione quærendũ vtrũ intelligat, & danda fiducia, vt si quid ei cõtradicendũ videtur, liberè proferat. Quærendũ etiam de illo, vtrũ hæc aliquando iã audierit, & fortassis eum tanquã nota & peruulgata non moueant, & agẽdum pro eius respõsione, vt aut planius & enodatius loquamur, aut opinionẽ contrariam refellamus, aut ea quæ illi nota sunt non explicemus latius, sed breuiter complicemus, eligamusq; aliqua ex his quæ mysticè dicta sunt in sanctis libris, & maximè in ipsã narratione, quę aperiendo & reuelando noster sermo dulcescat. Quòd si nimis tardus est, & ab omni tali suauitate absurdus & auersus, misericorditer sufferẽdus est, breuiterq; decursis cæteris ea quæ maximè necessaria sunt, de vnitate catholicæ fidei, de tentationibus de Christiana conuersatione propter futurum iudicium terribiliter inculcanda sunt, magisque pro illo ad Deum, quàm illi de Deo multa dicẽda. Sæpe etiam fit, vt qui primo libenter audiebat, vel audiendo vel stando fatigatus, non iam laudans, sed oscitans labia diducat, & se abire velle etiam inuitus ostendat. Quod vbi senserimus, aut renouare oportet eius animũ, dicendo aliquid honesta hilaritate conditum & aptum rei quæ agitur, vel aliquid valde mirandum & stupendum, vel etiam dolendum atque plangendum: & magis de ipso vt propria cura punctus cuigilet, quod tamen non offendat eius verecũdiam asperitate aliqua, sed potius familiaritate conciliet: aut oblata sessione studeat succurrere, quanquam sine dubitatione melius fiat, vbi decenter fieri potest, vt à principio sedens audiat. Longéque consultius in quibusdã Ecclesiis transmarinis non solùm antistites sedentes loquuntur ad populũ, sed ipsi etiã populo sedilia subiacent, ne quisquã infirmior stãdo lassatus à saluberrima intentione auertatur, aut etiã cogatur abscedere. Et tamen multũ interest, si se quisquam de magna multitudine subtrahat ad reparandas vires, qui iã sacramentorũ societate deuinctus est: & si ille discedat, quod plerunq; ineuitabiliter vrgetur, ne interiore defectu victus etiam cadat, qui primis sacramentis imbuendus est: ex pudore enim non dicit cur eat, & imbecillitate stare nõ finitur. Expertus hoc dico. Nã fecit hoc quidã cũ eũ catechizarẽ homo rusticanus. Vnde magnoperè præcauẽdũ esse didici. Quis enim ferat arrogantiã nostrã, cũ viros fratres nostros, vel etiã q; maiore solicitudine curandũ est, vt sint fratres nostri, corã nobis sedere nõ facimus: & ipsum Dominũ nostrũ cui assistunt angeli, sedens mulier audiebat? Sanè si aut breuis sermõ futurus est, aut confessui locus non est aptus, stantes audiant, sed cũ multi audiunt, & non sunt initiandi. Nam cùm vnus, aut duo, aut pauci, qui propterea venerunt vt Christiani fiant, periculosè loquimur stantibus: tamẽ si iã sic cœpimus, saltẽ animaduerso auditoris tædio, & offerenda sessio est, imò verò prorsus vrgẽdus vt sedeat, & dicendũ aliquid quo renouetur, quo etiã cura si qua fortè irruens eũ auocare cœperat, fugiat ex animo. Cùm enim causæ incertæ sint, cur iã tacitus recũset audire, iã sedenti aliquid aduersus incidentes cogitationes secularium negociorũ dicatur, aut hilari, vt dixi, aut tristi modo: vt si ipsæ sunt quæ mentẽ occupauerant, cedant quasi nominatim accusatæ: si autẽ ipsæ non sunt, & audiendo fatigatus est, cũ de illis tanquã ipsæ sint, quãdoquidẽ ignoramus, inopinatũ aliquid & extraordinarium, eo modo quo dixi, loquimur, à tædio renouatur intẽtio. Sed & breue sit, maximè quia extra ordinẽ inseritur, ne morbũ fastidij cui subuenire volumus, etiã augeat ipsa medicina: & acceleranda sunt cætera, & promittendus atq; exhibendus finis propinquior.

CAPVT XIIII. Catechista quomodo suum animum debeat extimulare.

Si autẽ cõfregit animũ tuũ alterius actionis, cui tanquã magis necessariæ iã suspensus eras, omissio, & propterea tristis insuauiter catechizas: cogitare debes, excepto quòd scimus misericorditer nobis agendum esse quicquid cũ hominibus agimus, & ex officio sincerissimæ charitatis: hoc ergo excepto, incertũ esse quid vtilius agamus, & quid opportunius, aut intermittamus, aut omnino omittamus. Quia enim merita hominũ pro quibus agimus, qualia sint apud Dominũ nõ nouim^r, quid eis ad tẽpus expediat aut nulla aut tenuissa & incertissima coniectura suspicamur, potius quàm comprehendimus. Quapropter res quidẽ agendas pro nostro captu ordinare debemus: quas eo modo quo statuimus si peragere potuerimus, non ideo gaudeamus q̃a nobis, sed quia Deo sic eas agi placuit. Si autem aliqua inciderit necessitas qua noster ille ordo turbetur, flectamur facilè ne frãgamur: vt quẽ Deus nostro prępositi ordini, ipse sit noster. Æqui^r est enim vt nos ei^r, quàm vt ille nostram voluntatẽ sequatur: quia & ordo agendarũ rerũ, quẽ nostro arbitrio tenere volumus, ille vtiq; approbandus est vbi potiora præcedunt. Cur ergo nos dolemus homines à Dño Deo tanto potiore p̃cedi, vt eo ipso quo nostrũ amamus ordinẽ, in ordinati esse cupiamus? Nemo enim melius ordinat qui agat, nisi qui paratior est non agere, quod diuina potestate prohibetur, quàm cupidior agere q̃ humana cogitatione meditatur. Quia multæ cogitationes sunt in corde viri, consiliũ autem Dñi manet in æternũ. Si verò ex aliquo scandalo perturbatus animus non valet edere sere-

renum iocundumq; sermonem, tũtam esse charitatem oportet in eos pro quibus Christus mortuus est, volens eos pretio sanguinis sui ab errorum secularium morte redimere, vt hoc ipsum quod nobis tristibus nũciatur, præsto esse aliquem qui desideret fieri Christianus, ad cõsolationem illius resolutionemq; tristitiæ valere debeat, sicut solent lucrorum gaudia dolorem lenire damnorũ. Non enim scãdalũ nos contristat alicuius, nisi quẽ perire aut per quẽ perire infirmũ vel credimus vel videmus. Ille igitur qui initiandus aduenit, dũ speratur posse proficere, dolorem deficientis absterget. Quia & si timor ille suggeritur, ne fiat præselytus filius gehẽnæ, dũ multi tales versantur ante oculos ex quibus oriuntur ea quibus vrimur scandala, non ad retardãdos nos pertinere debet, sed magis ad excitãdos & acuẽdos. Quatenus quem imbuimus moneamus, vt caueat imitationem eorum qui non ipsa veritate, sed solo nomine Christiani sunt: ne eorum turba commotus, aut sectari velit eos, aut Christũ nolit sectari propter eos: & aut nolit esse in Ecclesia Dei vbi illi sunt, aut talis ibi velit esse quales illi sunt. Et nescio quomodo in huiusmodi motu ardentior sermo est, cui fomitẽ suum ministrat præsens dolor: vt non solùm pigriores non simus, sed eo ipso dicamus accensius atq; vehementius, quod securiores frigidius & lẽtius dicerem^r, gaudeamusq; nobis occasionem dari, vbi motus animi nostri sine fructificatione non trãseat. Si autem de aliquo errato nostro vel peccato nos mœstitudo cõprehendit, nõ tantum meminerimus sacrificiũ Deo spiritũ esse cõtribulatũ, sed etiã illud: Quia sicut aqua ignẽ, sic eleemosyna extinguit peccatũ. Et quia misericordiã, inquit, magis volo quàm sacrificium. Sicut ergo si periclitaremur incendio, ad aquã vtiq; curreremus, qua posset extingui, & gratularemur, si quis eam de proximo offerret: ita si de nostro fœno aliqua peccati flãma surrexit, & propterea conturbamur, data occasione misericordissimi operis, tanquã de oblato fonte gaudeam^r, vt inde illud quo dexarserat opprimatur. Nisi fortè tam stulti sumus, vt alacrius arbitremur cũ pęne currendũ, quò vẽtrẽ esuriẽtis impleamus, quàm cum verbo Dei, quo mentẽ studẽtis instruamus. Huc accedit, quia si tantummodo prodesset hoc facere: nõ facere autem nihil obesset, infeliciter in periculo salutis, non iam proximi sed nostræ, oblatũ remediũ sperneremus. Cùm verò ex ore Domini tam minaciter sonet: Serue nequam & piger, dares pecuniam meã numulariis: quæ tandẽ dementia est, quoniam peccatum nostrum nos angit, ideo rursus velle peccare, non dãdo pecuniã dominicam volenti & petenti? His atque huiusmodi cogitationibus & consideationibus depulsa caligine tædiorum, ad catechizandũ aptatur intentio, vt suauiter imbibatur quod impigrè atque hilariter de charitatis vbertate prorumpit. Hęc enim nõ tã ego tibi, q̃ omnibus nobis dictat ipsa dilectio, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis.

Mat.23.b.15

Psal.50.d.19 Eccl.3.d.33. Osee 6.c.7.

Matth.25.c.26.

Rom.5.a.5.

CAPVT XV. Pro personarũ diuersitate temperanda oratio.

SED nunc etiam illud quod priusquã promitterem nõ debebam, iam fortasse debitũ flagitas, vt aliquod sermonis exemplũ tanquam si ego aliquem catechizem, nõ me pigeat explicare, & intuẽdũ tibi proponere. Quod priusquam faciam, volo cogites aliam esse intentionem dictantis, cũ lector futurus cogitatur: & aliã loquentis, cùm præsens auditor attẽditur, & in coipso aliã in secreto monẽtis, dũ nullus alius qui de nobis iudicet prẽsto est: aliã palàm docẽtis aliquid, vbi dissimiliter opinãtiũ circũstat auditus. Et in hoc genere aliã, cũ docetur vnus, cæteri aũt tanquã iudicantes aut attestantes quæ sibi nota sunt audiunt: aliam cùm omnes communiter quid ad eos proferamus expectant. Et rursus in hoc ipso aliam, cùm quasi priuatim cõsidetur, vt sermocinatio cõseratur: aliã, cũ populus tacens, vnũ de loco superiore dicturũ suspensus intuetur. Multumq; interest, & cùm ita dicimus, vtrũ pauci assint an multi: docti an indocti, an ex vtroque genere mixti: vrbani an rustici, an hi & illi simul: an populus ex omni hominũ genere tẽperatus sit. Fieri enim non potest, nisi aliter atque aliter afficiant locuturum atque dicturũ, & vt sermo qui profertur, affectionis animi à quo profertur, quẽdam quasi vultũ gerat, & pro eadẽ diuersitate diuersè afficiat auditores, cùm & ipsi seipsos diuersè afficiant inuicem præsentia sua. Sed quia de rudibus imbuendis nunc agimus, de meipso tibi testis sum, aliter atque aliter me moueri, cùm ante me catechizãdũ video eruditum, inertem, ciuem, peregrinũ, diuitem, pauperem, priuatũ, honoratũ, in potestate aliqua constitutũ, illius aut illius gẽtis hominem, illius aut illius ętatis aut sexus, ex illa aut illa secta, ex illo aut illo vulgari errore venientem, ac pro diuersitate motus mei sermo ipse & procedit & progreditur & finitur. Et quia cùm eadem omnibus debeatur charitas, non eadem est omnibus adhibenda medicina: ipsa item charitas alios parturit, cum aliis infirmatur, alios curat ædificare, alios cõtremiscit offendere, ad alios se inclinat, ad alios se erigit: aliis blanda aliis seuera: nulli inimica, omnibus mater. Et qui non expertus est eadẽ charitate quod dico, cùm videt nos, quia facultas aliqua nobis donata delectat laudabiliter innotescere in ore multitudinis, inde nos beatos putat. De^o autẽ, in cuiu^o conspectũ intrat gemitus cõpeditorũ, videat humilitatẽ nostrã & laborẽ nostrũ, & dimittat oſa peccata nostra. Quamobrẽ si quid tibi in nobis placuit, vt aliquã obseruationem sermonis tui à nobis audire quæreres, melius videndo & audiẽdo nos cùm hæc agimus quàm legendo cùm hæc dictamus edisceres.

Gal.4.c.19. 2. Cor.11.f.29.

Psal.78.c.11. Psal.24.c.18.

CAPVT XVI. Formula orationis catechistę.

SED tamen faciamus aliquem venisse ad nos qui vult esse Christianus, & de genere quidem idiotarum, non tamen rusticanorum, sed vrbanorum quales apud Carthaginem plures experiri re necesse est. Interrogatum etiam vtrum propter vitæ præsentis aliquod commodum, an propter requiem quæ post hanc vitã speratur, Christianus esse desiderat, propter futurã requiem respõdisse: tali fortasse à nobis instrueretur alloquio. Deo gratias frater, valde tibi gratulor & gaudeo de te, quòd in tãtis ac tã periculosis huius seculi tempestatibus de aliqua vera & certa securitate cogitasti. Nã & in hac vita homines magnis laboribus requiẽ quærũt & securitatẽ, sed prauis cupiditatib^o nõ inueniũt. Volũt enim requiescere in rebus inquietis & nõ permanentibus. Et quia illæ tempore subtrahũtur & trãseũt, timoribus & doloribus eos agitãt, nec quietos esse permittũt. Siue enĩ in diuitiis, velit homo requiescere, magis superb^o efficitur quã secur^o. An nõ videmus quã multi eas subitò perdiderint, multi etiã propter illas perierint, aut cũ eas habere cupiũt, aut cũ eis oppressis à cupidioribus auferũtur? Quæ si etiã per totam vitam cum homine permanerent, & nõ desererent dilectorẽ suũ, ipse illas sua morte desereret. Quãta est enim vita hominis etiã si senescat? Aut cùm sibi homines optãt senectutem, quid aliud optant nisi lõgã infirmitatẽ? Sic & honores huius seculi, quid sunt nisi typhus, & ruinæ periculum? Quia sic scriptura sancta dicit, Omnis caro fœnũ, & claritas hominis vt flos fœni. Fœnũ aruit, flos decidit, verbũ autẽ Domini manet in æternũ. Ideo qui veram requiẽ & verã felicitatẽ desiderat, debet tollere spem suã de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo Domini, vt hærens ei quod manet in æternum etiam

Esai.40.b.6.

ipse cum illo maneat in æternum. Sũt etiam homines qui nec diuites esse quærunt, nec ad vanas honorum pompas ambiunt peruenire, sed gaudere & requiescere volunt in popinis & fornicationibus, & in theatris atque spectaculis nugacitatis, quæ in magnis ciuitatibus gratis habentur. Sed sic etiam ipsi aut consumũt per luxuriam paupertatem suam, & ab egestate postea in furta & effracturas, & aliquando etiam in latrocinia prosiliũt, & subitò multis & magnis timoribus implentur: & qui in popina paulo antè cantabant, iã plãctus carceris somniant. Studiis autẽ spectaculorũ fiũt dæmonibus similes, clamoribus suis incitando homines, vt se inuicem cædant, secumq; habeant cõtentiosa certamina qui se non læserunt, dum placere insano populo cupiunt: quos si animaduerterint esse cõcordes, tunc eos oderunt & persequuntur, & tanquã colluſores vt fustibus verberentur exclamant, & hãc iniquitatem facere etiã vindicẽ iniquitatum iudicem cogunt: si autẽ horrendas aduersus inuicem inimicitias eos exercere cognouerint, siue sint athletæ, qui appellantur, siue scenici qui & thymelici, siue aurigæ, siue venatores, quos miseros non solum homines cũ hominibus, sed etiã homines cũ bestiis in certamen pugnãq; cõmittũt: quo maiore aduersus inuicem discordia furere senserint, eo magis amant & delectantur, & incitatis fauẽt, & fauentes incitant plus aduersus seipsos insaniẽtes ipsi spectatores alter pro altero, q̃ illi quorũ insaniã insani prouocant, & insaniendo spectare desiderant. Quomodo ergo sanitatem pacis tenere animꝰ potest, qui discordiis & certaminibus pascitur? Qualis enim cibus sumitur, talis valetudo cõsequitur. Postremò quãuis insana gaudia non sint gaudia, tamen qualiacunq; sint, & quantumlibet delectent, iactantia diuitiarũ, & tumor honorũ, & vorago popinarũ, & bella theatricorum, & immunditia fornicationũ, & prurigo thermarũ, aufert omnia ista vna febricula, & ad huc viuentibus totam falsam beatitudinem subtrahit: remanet inanis & saucia cõscientia, Dominum sensura iudicem, quem noluit habere custodem, & inuẽtura asperum Dominũ quem dulcem patrem quærere & amare cõtempsit. Tu autem quia veram requiem quæ post hanc vitam Christianis promittitur quæris, etiam hic eam inter amarissimas vitæ huius molestias, suauẽ iocundamq; gustabis, si eius qui eam promisit præcepta dilexeris. Citò enim senties dulciores esse iustitiæ fructus q̃ iniquitatis, & verius atque iocũdius gaudere hominẽ de bona conscientia inter molestias, q̃ de mala inter delicias, quia nõ sic venisti cõiungi Ecclesiæ Dei, vt ex ea temporalẽ aliquã vtilitatẽ requiras. SVNT enim q̃ propterea volunt esse Christiani, vt aut promereantur homines à quibꝰ tẽporalia cõmoda expectant: aut quia offendere nolunt quos timẽt. Sed isti reprobi sunt, & si ad tẽpꝰ eos portat Ecclesia, sicut arca quæ ad tẽpus ventilationis paleã sustinet: si nõ se correxerint, & propter futuram sempiternã requiem Christiani esse cœperint, in fine separabũtur. Nec sibi blandiãtur q̃ in area possunt esse cum frumento Dei, quia in horreo cum illo non erũt, sed igni debito destinabũtur. Sunt etiam alij meliore quidem spe, sed tamen non minore periculo, qui iam Deum timent, & non irridentes Christianum nomen, nec simulato corde intrãt Ecclesiam Dei, sed in ista vita expectant felicitatem, vt feliciores sint in rebus terrenis, quã illi qui non colunt Dominũ: ideoq; cùm viderint quosdam sceleratos & impios ista seculi prosperitate pollere & excellere, se autẽ vel minꝰ habere ista vel amittere, perturbantur tanquam sine causa Dominum colant, & facilè à fide deficiũt. Qui autem propter beatitudinem sempiternam & perpetuam requiem, quæ post hãc vitam sanctis futura promittitur, vult fieri Christianus, vt non eat in ignẽ æternũ cum diabolo, sed in regnum æternum intret cum Christo, verè ipse Christianus est: cautus in omni tentatione, ne prosperis rebꝰ corrũpatur, & ne frangatur aduersis, & in abundãtia bonorũ terrenorũ modestꝰ & temperãs, & in tribulationibus fortis & patiẽs. Qui etiam proficiendo peruenit ad talẽ animum, vt plus amet Dominũ quàm timeat gehennã: vt etiam si dicat illi Deus, vtere deliciis carnalibus sempiternis, quãtũ potes pecca, nec morieris, nec in gehennam mitteris, sed mecum tantũmodo nõ eris: exhorrescat, & omnino nõ peccet, non iam vt in illud quod timebat non incidat, sed ne illum quem sic amat, offendat: in quo vna est requies, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quã præparauit Deus diligentibus se. De qua requie significat scriptura, & nõ tacet, quòd ab initio mundi ex quo fecit Deus cælũ & terrã & omnia quæ in eis sunt, sex diebus operatus est, & septimo die requieuit. Poterat enim omnipotens & vno momẽto tẽporis omnia facere: nõ autẽ laborauerat vt requiesceret, quando dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: sed vt significaret, quia post sex ætates mundi huius, septima ætate tanquam septimo die requieturus est in sanctis suis: quia ipsi in illo requiescẽt post omnia bona opera in quibus ei seruierunt quæ ipse in illis operatur qui vocat & præcipit, & delicta præterita dimittit, & iustificat eum qui prius erat impius. Sicut autẽ cùm illi ex dono eius bene operantur, rectè dicitur ipse operari: sic cũ illi requiescũt, rectè dicitur ipse requiescere. Nã quod ad ipsum attinet, passionẽ nõ quærit, quia laborem nõ sentit. Fecit autem omnia per verbũ suum, & verbũ eius ipse Christus, in quo requiescũt angeli, & omnes cælestes mundissimi spiritus in sancto silentio. Homo autem peccato lapsus perdidit requiem quam habebat in eius diuinitate, & recepit eam in eius humanitate: ideoq; opportuno tempore, quo ipse sciebat oportere fieri, homo factus & de femina natus est. A carne quippe contaminari nõ poterat, ipse carnẽ potius mũdaturus. Ipsum etiam antiqui sancti ventura in reuelatione spiritus cognouerunt, & prophetauerũt: & sic salui facti sunt credendo quia veniet sicut nos salui efficimur credendo quia venit: vt diligeremus Dominum qui sic nos dilexit, vt vnicum suum mitteret, qui humilitate nostræ mortalitatis indutus, & à peccatoribus & pro peccatoribus moreretur. Iã enim olim ab incũtibus seculis mysterij huius altitudo præfigurari prænũciariq; nõ cessat. QVONIAM Deus omnipotens, & bonus & iustus & misericors, qui fecit omnia bona, siue magna siue parua, siue summa siue infima: siue quæ vidẽtur, sicuti sunt cælũ & terra & mare, & in cælo sol & luna, & cætera sidera, in terra autẽ & mari arbores & frutices & animalia suæ cuiusque naturæ, & omnia corpora vel cælestia vel terrestria: siue quæ nõ vidẽtur, sicuti sunt spiritus quibus corpora vegetantur & viuificantur. Fecit & hominem ad imaginẽ suã: vt quẽadmodũ ipse per omnipotentiã suã præest vniuersæ creaturæ, sic homo per intelligentiam qua etiã creatorẽ suũ cognoscit & colit, præesset omnibꝰ terrenis animalibus. Fecit illi etiam adiutoriũ feminã: nõ ad carnalẽ cõcupiscẽtiam, quandoquidem nec corruptibilia corpora tũc habebãt antequam eos mortalitas inuaderet pœna peccati: sed vt haberet & vir gloriã de femina: cũ ei præiret ad Dñm: seq; illi præberet imitandũ in sanctitate atq; pietate, sicut ipse esset gloria Dei, cũ eius sapientiã sequeretur. Itaq; cõstituit eos in quodã loco perpetuæ beatitudinis, quẽ appellat Scriptura paradisum, præceptũq; illis dedit, quod si non

A Matth. 25. d. 46.

1. Cor. 2. c.

Gen. 1. a. 1. & 2. a. 2.

B Psal. 143. a. 5.

C

Capvt xvii. Qui verè Christiani.

Matth. 3. c. 12.

D

Capvt xviii. Cur ita cõditus homo.

non transgrederentur, in illa semp immortalitatis beatitudine permanerent: si autẽ transgrederẽtur, supplicia mortalitatis expenderent. Præsciebat autem Deus eos transgressuros: sed tamen quia conditor est & effector omnis boni, magis eos fecit, quando fecit, & bestias, vt impleret terram bonis terrenis. Et vtique melior est homo etiam peccator quàm bestia. Et præceptũ quod nõ erãt seruaturi, magis dedit vt essent inexcusabiles, cũ in eos vĩdicare cœpisset. Quicquid enim homo fecerit, laudabilẽ in suis factis inuenit Deũ: si rectè egerit, laudabilẽ inuenit per iustitiã præmiorum: si peccauerit, laudabilẽ inuenit per iustitiã suppliciorũ: si peccata confessus ad rectè viuẽdũ redierit, laudabilẽ inuenit per misericordiã indulgentiarum. Cur ergo nõ faceret Deus hominẽ, quamuis eum peccaturũ prænosceret, cũ & stantẽ coronaret, & cadentẽ ordinaret, & surgentẽ adiuuaret, semper & vbique ipse gloriosus bonitate, iustitia, clementia? maximè quia & illud præsciebat, de propagine mortalitatis eiꝰ futuros sanctos, qui non sibi quærerẽt, sed creatori suo gloriam darẽt, & eũ colendo ab omni corruptione liberati, cũ angelis sanctis viuere semper, & beatè viuere mererẽtur? Qui enim hominibus dedit liberum arbitrium, vt nõ seruili necessitate, sed ingenua voluntate Deũ colerent, dedit etiã angelis: & ideo nec angelus, qui cum spiritibus aliis satellitibus suis superbiẽdo deseruit obedientiã Dei, & diabolus factus est, aliquid nocuit Deo, sed sibi. Nouit enim Deus ordinare deserentes se animas, & ex earum iusta miseria inferiores partes creaturæ suæ cõuenientissimis & congruentissimis legibus admirandæ dispensationis ordinare. Itaq; nec diabolꝰ aliquid Deo nocuit, quia vel ipse lapsus est, vel hominem seduxit ad mortem: nec ipse homo in aliquo minuit veritatem aut potestatem aut beatitudinem conditoris sui, quia coniugi suæ seductæ à diabolo, ad id quod Deus prohibuerat, propria voluntate consensit. Iustissimis enim Dei legibꝰ omnes dãnati sunt Deo glorioso per æquitatẽ vindictæ, ipsi ignominiosi per turpitudinem pœnæ: vt & homo à suo creatore auersus victus diabolo subderetur, & diabolus homini ad creatorẽ suũ conuerso vincendus proponeretur: vt quicũq; diabolo vsq; in finẽ consentirent, cũ illo irent in æterna supplicia: quicũq; autẽ humiliarẽt se Deo, & per eius gratiã diabolum vincerent, æterna præmia mererentur.

Gen. 3. a. 6.

Cap. xix. quòd Ecclesia præfigurata in veteri Testamẽto, semper pauciori numero cõtẽta diabolũ viceritᵗ.

NEQVE hoc nos mouere debet, quia multi diabolo consentiunt, & pauci Dominũ sequuntur: quia & frumentũ in cõparatione paleatũ valde pauciorẽ habet numerum. Sed sicut agricola nouit quid faciat de ingenti aceruo paleæ, sic nihil est Deo multitudo peccatorum, qui nouit quid de illis agat, vt administratio regni eius ex nulla parte turbetur atque turpetur. Nec ideo putandus est vicisse diabolus, quia secum plures, cũ quibus à paucis vinceretur attraxit. Duæ itaq; ciuitates, vna iniquorũ, altera sanctorũ, ab initio generis humani vsq; in finẽ seculi perducuntur, nunc permixtæ corporibus, sed voluntatibus separatæ, in die iudicij verò etiã corpore separandæ. Omnes enim homines amantes superbiã & tẽporalẽ dominationẽ, cũ vano typho & põpa arrogantiæ, omnesq; spiritus qui talia diligunt, & gloriã suã subiectione hominũ quærũt, simul vna societate deuincti sunt: sed & si sæpe aduersum se pro his rebus dimicant, pari tamẽ pondere cupiditatis in eandẽ profunditatem præcipitantur, & sibi morũ & meritorũ similitudine coniunguntur. Et rursus oẽs homines & omnes spiritus humiliter Dei gloriam quærentes, non suam, & cum pietate sectãtes, ad vnam pertinẽt societatem: & tamen Deus misericordissimus, & super impios homines patiens est, & præbet eis pœnitentiæ atq; correctionis locũ: Nã & quòd d oẽs diluuio deleuit, excepto vno iusto cũ sitis, quos in arca seruari voluit, nouerat quidẽ quòd non se correcturi essent, veruntamen cũ per cẽtũ annos arca fabricata est, prædicabatur vtiq; eis ira Dei vẽtura sup eos, vt si conuerterentur ad Dominum, parceret eis: sicut pepercit postea Niniue ciuitati agẽti pœnitentiã, cùm ei per prophetã futurũ interitũ prẽnunciasset. Hoc autẽ facit Deus etiã illis quos nouit in malitia perseuerature, dans pœnitendi spatiũ, vt nostrã patientiã exerceat & informet exẽplo suo: quo nouerimus quãtum nos oporteat tolerabiliter malos sustinere, cùm ignoremus quales postea futuri sint, quando ille parcit & sinit eos viuere, quẽ nihil futurorũ latet. Prænunciabatur tamen etiã diluuij sacramento, quòd per lignũ iusti liberati sunt futura ecclesia, quã rex eius & Deus Christus mysterio suæ crucis ab huius seculi submersione suspẽdit. Neq; enim Deus ignorabat, quòd etiã ex illis qui fuerant in arca seruati, nascituri erãt mali, qui faciẽ terræ iniquitatibus iterũ implerẽt, sed tamen & exẽplũ futuri iudicij dedit, & sanctorũ liberationẽ ligni mysterio prænunciauit. Nã & post hæc nõ cessauit repullũlare malitia per superbiã & libidines & illicitas impietates, cũ homines deserto creatore suo, non solũ ad creaturã quã Deus condidit lapsi sunt, vt pro Deo colerent quod fecit Deus: sed etiã ad opera manuũ hominũ, & ad fabrorũ artificia curuauerunt animas suas, vbi de illis turpius diabolus & dęmonia triũpharent: quæ se in talibus figmentis adorari venerariq̃ que lætantur, dum errores suos humanis erroribus pascunt. Neq; tunc sanè defuerunt iusti qui Dominũ piè quærerent, & superbiam diaboli vincerent, ciues illius sanctæ ciuitatis, quos regis sui Christi vẽtura humilitas per spiritũ reuelata sanauit. Ex quibus Abrahã pius & fidelis Dei seruus electus est, cui demonstraretur sacramentũ filij Dei, vt propter imitationẽ fidei omnes fideles omniũ gentiũ, filij eius futuri dicerentur. Ex illo natus est populus, à quo vnus Deus verus coleretur, qui fecit cælũ & terrã. Cùm cæteræ autẽ gentes simulacris & dæmoniis seruirẽt, in eo planè populo multo euidentius futura ecclesia figurata est. Erat enim ibi multitudo carnalis, q̃ propter visibilia beneficia colebat Dominũ. Erant autẽ ibi pauci futurã requiẽ cogitantes & cælestẽ patriã requirentes, quibus prophetãdo reuelabatur futura humilitas Dei regis & Domini nostri Iesu Christi, vt per eã fidẽ ab omni superbia & tumore sanarentur. Horũ sanctorũ qui præcesserũt tẽpore natiuitatẽ Domini, non solũ sermo, sed etiã vita & cõiugia & filij & facta, propheria fuit huius temporis, quo per fidẽ passionis Christi ex gẽtibus cõgregatur ecclesia: p illos sanctos patriarchas & prophetas carnali populo Israël, q̃ postea etiã Iudęi appellati sũt, & visibilia beneficia ministrabantur, quæ carnaliter à dño desiderabant, & coërcitiones pœnarũ corporaliũ quibus pro tẽpore terrerentur, sicut eorũ duritiæ congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabãtur quæ ad Christũ & ecclesiã pertinerent: cuius ecclesiæ mẽbra erãt etiã illi sancti, quãuis in hac vita fuerit antequã secũdũ carnẽ Christus Dñs nasceretur. Ipse enim vnigenitꝰ Dei filiꝰ, verbũ patris, ęquale & coæternũ patri, p q̃ facta sunt omnia, homo propter nos factus est, vt totius ecclesię tanquã totius corporis caput esset: sed velut totꝰ homo dũ nascitur, etiã si manũ in nascendo prænittat, tamen vniuerso corpori sub capite coniuncta atq; compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis patriarchis ad huius ipsius rei signum manu præmissa nati sunt: ita omnes sancti qui ante Dñi nostri Iesu Christi natiuitatem in

A

Gen. 7. b. 16.

Ionæ 3. b. 3.

B

C Gen. 12. a. 1.

D

terris fuerunt, quamuis antè nati sunt, tamẽ vniuerso corpori, cuius ille caput est, sub capite cohæserunt.

CAP. XX. Gradus Iudaici populi vsque ad Hierosolymam Ecclesiæ typum.

POPVLVS ergo ille delatus in Ægyptũ, seruiuit regi durissimo, & grauissimis laboribus eruditus, quæ fuit liberatorẽ Deũ: & missus est eis vnus de ipso populo, sanctus Dei seruꝰ Moyses, qui in virtute Dei magnis miraculis terrens tunc impiã gentem Ægyptiorum, b eduxit inde populũ Dei per mare rubrũ: vbi discedẽs aqua viam ꝓbuit transeuntibus: Ægyptij autem cùm eos persequerentur, redeuntibus in se fluctibus demersi, extincti sunt. Ita quemadmodũ ꝑ diluuiũ aquis terra purgata est à nequitia peccatorũ, qui tũc in illa inũdatione deleti sunt, & iusti euaserunt per lignũ. Sic ex Ægypto exiens populus Dei, per quas iter inuenit, quibus ipsorũ hostes consumpti sunt. Nec ibi defuit ligni sacramẽtũ. Nam virga mare percussit Moyses vt illud miraculũ fieret. Vtrunq; signũ est sancti baptismi, perq; fideles in nouam vitam transeunt, peccata verò eorũ tanquam inimici delentur atq; moriũtur. Apertius autem Christi passio in illo populo figurata est, cũ iussisunt ouem occidere & manducare, & de sanguine eius postes suos signare, & hoc celebrare omni anno & appellare Pascha Domini. Manifestissime quippe propheta de Domino Iesu Christo dicit: Quia tanquam ouis ad immolandũ ductus est. Cuius passionis & crucis signo in fronte hodie tanquã in poste signãdus es, omnesq; Christiani signantur. Inde per desertũ populus ille ductus est per quadraginta annos: accepit etiã legẽ digito Dei scriptam, quo nomine significatur Spiritus sanctus, sicut in Euangelio manifestissimè declaratur. Neque enim Deus forma corporis definitus est, nec sic in illo mẽbra & digiti cogitãdi sunt, quẽadmodũ videmus in nobis: sed quia per Spiritũ sanctũ dona Dei sanctis diuiduntur, vt cũ diuersa possint, nõ tamẽ discedant à concordia charitatis, in digitis autẽ maximè apparet quædã diuisio, nec tamen ab vnitate præcisio, siue propterea, seu propter aliã quãcunq; causam Spiritus sanctus appellatus est digitus Dei, non tamen cùm hoc audimus humani corporis forma cogitanda est. Accepit ergo ille populus legẽ digito Dei scriptam in tabulis sanè lapideis, ad significandã duritiã cordis illorũ q; legẽ non erant impleturi. Corporalia quippe dona desiderantes à Dño, magis carnali timore quàm spiritali charitate tenebãtur: legẽ autẽ non implet nisi charitas. Ideo multis sacramentis visibilibus onerati sunt, quo seruili iugo premerẽtur, in obseruationibus ciborũ & in sacrificiis animaliũ, & in aliis innumerabilibus, quæ tamẽ signa erãt rerũ spiritaliũ, ad Dominũ Iesum Christũ & ad Ecclesiã pertinentiũ: quæ tunc à paucis sanctis & intelligebantur ad fructum salutis, & obseruabantur ad congruentiã tẽporis, à multitudine verò carnaliũ tantũmodo obseruabantur, non intelligebãtur. Per multa itaq; & varia signa rerũ futurarũ, quas lõgũ est omnes cõmemorare, & eas nũc in Ecclesia videmus impleri, perductus est ille populus ad terrã promissionis, vbi tẽporaliter carnaliterq; regnaret pro modo desiderij sui, quod tamẽ regnum terrenum regni spiritalis imaginem gessit. Ibi Hierusalem cõdita est famosissima ciuitas Dei, seruiens in signo liberæ ciuitatis, quẽ cęlestis Hierusalẽ dicitur, quod verbum est Hebręum, & interpretatur visio pacis. Cuius ciues sunt omnes sanctificati homines qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, & omnes sanctificati spiritus, etiam quicunque in excelsis cęlorum partibus pia deuotione obtẽperant Deo, nec imitantur impiam diaboli superbiam & angelorum eius. Huius ciuitatis rex est Dominus Iesus Christus verbum Dei, quo reguntur summi angeli, & verbum hominem assumens, vt eo regerentur & homines, qui simul omnes cum illo in æterna pace regnabũt. Ad huius regis præfigurationẽ in illo terreno regno populi Israël maximè eminuit rex Dauid, de cuius semine secũdũ carnẽ ‡venit verissimus rex noster Dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula. Multa in illa terra promissionis gesta sunt in figurã venturi Christi & Ecclesiæ, quæ in sanctis libris paulatim discere poteris.

Gen. 7. d. 22.
Exod. 14. d. 16. & c. 21.
Ibid. 12. a. 3.
Esaiæ 53. b. 7
Exodi 14 g. 35. Num. 14. f. 33. Deut. 29. a. 5 Lucæ 11. c. 20.
Rom. 13. c 9.
Gal. 4. d. 26.

CAPVT XXI. Captiuitas Babylonica & in qua gesta quid significent.

POST aliquot tamen generationes ostendit aliũ typũ ad rẽ maximè pertinẽtẽ. Nã captiuata est illa ciuitas, & multa pars eius ducta in Babyloniam. Sicut autẽ Hierusalẽ significat ciuitatẽ societatẽq; sanctorũ, sic Babylonia significat ciuitatẽ societatẽq; iniquorũ, quoniam dicitur interpretari confusio. De quibus duabus ciuitatibus, ab exordio generis humani vsque in finẽ seculi permixta tẽporũ varietate currẽtibus, & vltimo iudicio separãdis paulo antè iam diximus. Illa ergo captiuitas Hierusalem ciuitatis, & ille populus in Babyloniam ductus ad seruitutẽ ire iubetur à Domino per Hieremiã illius tẽporis prophetã. Et extiterunt reges Babyloniæ sub quibus illi seruiebãt, qui ex eorũ occasione cõmoti quibusdã miraculis cognoscerẽt & colerent, & coli iuberent vnũ verũ Deũ qui condidit vniuersam creaturã. Iussi sunt autem & orare pro eis, à quibus captiui tenebantur, & in eorũ pace pacem sperare, ad gignendos filios & domos ædificandas, & plãtandos ortos & vineas. Post septuaginta autem annos promittitur eis ab illa captiuitate liberatio. Hoc autẽ totũ figuratè significabat Ecclesiã Christi in omnibus sanctis eius, qui sunt ciues Hierusalem cęlestis, seruitutã fuisse sub regibus huius seculi. Dicit enim & apostolica doctrina, vt omnis anima sublimioribus potestatibus ſubdita sit: & vt reddãtur omnibus omnia, cui tributũ tributũ, cui vectigal vectigal: & cætera quę sal uo Dei nostri cultu, cõstitutionis humanæ principibꝰ reddimus: quando & ipse Dominus, vt nobis huius sanæ doctrinæ præberet exemplum, pro capite hominis quo erat indutus, tributũ soluere non dedignatus est. Iubentur autem etiã serui Christiani & boni fideles dominis suis temporalibus æquanimiter fideliterque seruire quos iudicaturi sunt, si vsq; in finẽ iniquos inuenerint, aut cũ quibus æqualiter regnaturi sunt, si & illi ad verũ Dominũ conuersi fuerint. Omnibus tamẽ præcipitur seruire humanis potestatibus atq; terrenis, quousq; post tẽpus ꝑfinitũ, q; significant septuaginta anni, ab istius seculi confusione tanquã de captiuitate Babyloniæ, sicut Hierusalẽ, liberetur ecclesia. Ex cuiꝰ captiuitatis occasione ipsi etiam terreni reges desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, vnum verũ Deũ & Christũ Dominũ cognouerunt & colũt, pro quibus apostolus Paulus iubet orari, etiã cùm persequerentur ecclesiã. Sic enim dicit: Obsecro itaque primũ fieri deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pro regibus, ꝑ omnibus hominibus, & omnibus qui in ſublimitate sunt, vt securã & tranquillã vitã agamus cum omni pietate & charitate. Itaque per ipsos data pax est ecclesiæ, quamuis temporalis tranquillitas temporis ad ædificãdas spiritaliter domos & plantãdos ortos & vineas. Nam & ecce te modo per istum sermonem ædificamus atque plãtamus. Et hoc fit per totum orbem terrarum cũ pace regum Christianorum, sicut idem dicit Apostolus: Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Et post annos quidem septuaginta, quos mysticè prophetauerat Hieremias, vt finem temporum præfigurare t, tamẽ vt ipsa figura integraretur, facta est in Hierusalem restitutio ædificationis templi Dei. Sed quia totum figuratè agebatur, non erat firma pax ac libertas reddita Iudæis. Itaque postea

1. Reg. 16 c. 13.* al. veniet. Rom. 9. b 5.
Hier. 25. c. 21. & 29. a. 1. 1. Esdre 1. c. 7.
Hier. 29. a 4
Gal. 4. d. 17. Rom. 13. a. 1.
Potestates mundanæ.
Matth. 17. d 27.
Ephes. 6. a 5
1. Tim. 2. a. 1
1. Cor. 3. b. 9 Hier. 25. c. 12. & 29. b. 10.

postea à Romanis victi sunt, & tributarii facti. Ex illo sanè tẽpore ex quo terrã promissionis acceperũt, & reges habere cœperũt, ne in aliquo regũ suorum cõpletum esse arbitrarẽtur quòd eis liberator Christus promittebatur, apertius per multas prophetias prophetatus est Christus, nõ solum ab ipso Dauid in libro Psalmorũ, sed etiã à cæteris & magnis & sanctis prophetis, vsque ad tẽpus captiuitatis in Babyloniã. Et in ipsa captiuitate fuerunt prophetæ, qui venturũ Dominũ Iesum Christum liberatorẽ omniũ prophetarent: & posteaquã templũ trãsactis septuaginta annis restitutum est, tantas pressuras & calamitates à regibus gentiũ Iudęi perpessi sunt, vt intelligerent nondũ venisse liberatorem quẽ non spiritaliter liberaturum intelligebant, sed pro liberatione carnali desiderabãt.

CAPVT XXII. Aetate sexta qualis Christꝰ venerit.

PERACTIS ergo quinq; ætatibus seculi, quarũ prima est ab initio generis humani, id est, ab Adã, qui primus homo factꝰ est vsq; ad Noë, qui fecit arcam in diluuio: inde secunda est vsq; ad Abraham, qui pater dictus est omnium quidẽ gentium, quæ fidẽ ipsius imitarentur: sed tamen ex propagine carnis suæ futuri populi Iudæorum: qui ante fidẽ Christianam gentiũ, vnus inter omnes omniũ terrarũ populus, vnum verũ Deum coluit, ex quo populo saluator Christus secundũ carnem veniret. Isti enim articuli duarũ ætatum eminent in veteribus libris, reliquarũ autem triũ etiã in Euangelio declarantur, cùm carnalis origo Domini Iesu Christi cõmemoratur. Nã tertia est ab Abraham vsq; ad Dauid Regẽ: quarta à Dauid vsque ad illã captiuitatẽ qua populus Dei in Babyloniã transmigrauit: quinta ab illa transmigratione vsq; ad aduentũ Domini nostri Iesu Christi, ex cuius aduentu sexta ætas agitur: vt iam spiritalis gratia quæ paucis tũc patriarchis & prophetis nota erat, manifestaretur omnibus gentibus: ne quisquam Dominũ nisi gratis coleret, nõ visibilia præmia seruitutis suæ, & præsentis vitæ felicitatẽ, sed solam vitam æternã in qua ipso Deo fruereturab illo desiderãs, vt hac sexta ætate mens humana renouetur ad imaginẽ Dei sicut sexta die homo factus est ad imaginem Dei. Tũc enĩ & lex impletur, dũ nõ cupiditate rerũ tẽporaliũ, sed charitate illius qui præcepit, fiũt quæcũq; præcepit. Quis autẽ non redamare affectet iustissimum & misericordissimũ Deum, qui prior sic amauit iniustissimos & superbissimos homines, vt propter eos mitteret vnicum filium, per quem fecit omnia: qui non sui immutatione, sed hominis assumptione homo factus, non solum cũ eis viuere, sed etiã pro eis & ab eis posset occidi: itaq; nouũ testamẽtũ hæreditatis sempiternæ manifestãs, in quo renouatus homo per gratiã Dei ageret nouã vitã, hoc est vitã spiritalẽ, vt vetꝰ ostẽderet primum, in quo carnalis populus agens, hominem veterẽ, exceptis paucis intelligentibus patriarchis & prophetis, & nonnullis latẽtibus sanctis, carnaliter viuẽs, carnalia præmia desiderabat à Domino Deo, & in figura spiritaliũ bonorũ accipiebat. Omnia ergo bona terrena contẽpsit homo factus, Dominus Christus, vt contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit, quę sustinenda præcipiebat: vt neque in illis quæreretur felicitas, neq; in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre, quę quamuis à viro intacta cõceperit, semperq; intacta permãserit, virgo cõcipiens, virgo pariens, virgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnẽ typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus etiam in ciuitate Bethleem, quæ inter omnes Iudææ ciuitates ita erat exigua, vt hodieq;que villa appelletur, noluit quenquam de cuiusquam terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est, cuius sunt omnia, & per quem creata sunt omnia: ne quis quã cùm in eum crederet, de terrenis diuitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibꝰ fieri, quia humilitatis ostẽdebat viam miseris, quos ab ea superbia separauerat: quamuis sempiternũ eius regnum vniuersa creatura testetur. Esuriuit qui omnes pascit: sitiuit per quem creatur omnis potus, & qui spiritaliter panis est esuritientiũ, fons est sitientiũ. Ab itinere terrestri fatigatus est, qui seipsum nobis viã fecit in cælũ. Velut obmutuit & obsurduit corã conuinciãtibus, per quẽ mutus locutus est, & surdus audiuit: vinctus est, q; nos de infirmitatũ vinculis soluit: flagellatus est, qui omniũ dolorũ flagella de hominũ corporibus expulit: crucifixus est, qui cruciatus nostros finiuit: mortuus est, qui mortuos suscitauit. Sed & resurrexit nũquã moriturus, ne ab illo quisquã sic disceret mortẽ contemnere, quasi nunquã victurus.

Gen. 6. d. 22.
Gen. 17. a. 4.
Matth. 1. c. 17.
Gen. 1. d. 27.
1. Ioan. 4. d. 19.
Rom. 8. f. 32.
Mat. 1. c. 18.
Ibid. 2. a. 1.

CAPVT XXIII. Primordia ecclesiæ.

INDE cõfirmatis discipulis cõuersatus cũ eis quadraginta diebus, eisdẽ spectantibus ascẽdit in cælũ, & cõpletis à resurrectione quinquaginta diebus misit eis Spiritũ sanctum, promiserat enim: per quẽ diffusa charitate in cordibus eorũ, non solũ sine onere, sed etiã cũ iocũditate legem posset implere, quæ data est Iudęis in decẽ præceptis, quod appellant decalogũ. Quæ rursus ad duo redigũtur, vt diligamus Dominũ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligamus proximũ sicut nosipsos. Nã in his duobꝰ præceptis totã legẽ prophetasq; pendere, ipse Dominus & dixit in Euãgelio, & suo manifestauit exemplo. Nã & populꝰ Israël ex die quo primùm pascha in imagine celebrarunt, ouẽ occidentes & manducantes, cuius sanguine postes eorũ ad salutis tutelã signati sunt. Ex ipso ergo die quinquagesimus dies impletus est, & legẽ acceperũt scriptam digito Dei, quo nomine iam diximus significari Spiritũ sanctũ: sicut post Domini passionẽ & resurrectionẽ, q; est verũ pascha, quinquagesimo die ipse spiritꝰ factus discipulis missus est. Nõ iã lapideis tabulis corda dura significãs, sed cùm essent vno in loco cõgregati in ipsa Hierusalẽ, factus est subitò de cælo sonus, quasi ferretur flatus vehemens: & visæ sunt illis linguæ diuisæ quasi ignis, & cœperunt linguis loqui, ita vt omnes qui ad illos venerãt, suam linguã agnosceret quisq;. Ad illã enim ciuitatẽ ex omni terra cõueniebãt Iudæi, quacunque dispersi erant, & diuersas gentiũ linguas diuersarũ didicerant. Deinde cũ tota fiducia Christũ prædicantes, in eius nomine multa signa faciebant, ita vt quendã mortuũ transeũte Petro vmbra eius tetigerit & resurrexerit. Sed cùm viderent Iudæi tanta signa fieri in eius nomine, quem partim per inuidiã, partim per errorẽ crucifixerũt, alij irritati sunt & persequuti sunt prædicatores eius Apostolos: alij verò idipsum amplius admirantes, quòd in eius nomine quem veluti à se oppressum & victum riserant, tanta miracula fierent, pœnitendo cõuersi crediderunt in eum milia multa Iudæorum. Non erant iam illi temporalia beneficia terrenũmque regnum desiderantes à Deo, nec promissum regem Christum carnaliter expectantes, sed immortaliter intelligẽtes, & diligentes eum qui pro ipsis ab ipsis tanta mortaliter pertulit, & eis vsque ad sui sanguinis effusionem peccata donauit, & immortalitatem à se sperãdam & desiderandam exemplo suæ resurrectionis ostendit. Itaque iam veteris hominis terrena desideria mortificantes, & spiritalis vitæ nouitate flagrantes, sicut præceperat in Euangelio Dominus, vẽdebant omnia quæ habebant, & precia earum rerum ante pedes apostolorum ponebant, vt ipsi distribuerent vnicuique, sicut cuique opus erat: viuentesq; in Christiana dilectione cõcorditer, non dicebant aliquid suum, sed erant illis omnia communia, & anima & cor vnum in Deum.

Matth. 4 a. 3
Ioan. 4. a. 6.
Matth. 28. f 66.* & 27. a. 1. *
Ibid. 28. a. 2.
Act. 1. a. 3. & 2. a. 1. Rom. 5. a. 5.
Deut. 6. a. 5.
Matth. 22. d. 40.
Mat. 12. c 31 Exodi 12. d. 28. Exodi 17 a. 1. Deut. 6. a. 5. Lucæ 11. d. 20.
Act. 2. a. 1.
Act. 5. c 14.
Act. 2 g. 44. & 4. g. 34.

Ibid.a.1.* Deinde etiã ipsi à Iudæis carnalibus ciuibus carnis suæ persecutionẽ passi atq; dispersi sunt, vt latius Christus eorũ dispersione predicaretur, & imitarẽtur etiam ipsi patientiã Domini sui: quia qui pro eis mansuetus passus fuerat, mansuefactos pro se pati iubebat. Ex ipsis sanctorũ persecutoribus fuerat etiã apostolus Paulus, Act.8.a.3. & 9.c.30. & in Christianos maximè sęuiebat: sed postea credẽs & apostolus factus, missus est vt gẽtibus Euangelium prædicaret, grauiora perpessus pro nomine Christi, quàm fecerat cõtra nomen Christi. Ecclesias autẽ cõstituẽs per omnes gẽtes quà Euangeliũ seminabat, impensè præcipiebat, vt quoniã ipsi ex idolorũ cultu venientes, & ad vnũ Dominũ colendũ rudes, non facilè poterãt rebus suis vẽditis & distributis seruire Deo, oblationes facerent in pauperes sanctorũ qui erãt in ecclesis Iudæę quę Christo crediderãt: ita illos tãquã milites, illos autẽ tanquã stipẽdiarios prouinciales apostolica doctrina constituit, inserẽs eis Christũ velut lapidẽ angularẽ, sicut per prophetã prænunciatus erat: in quo ambulo quasi parietes de diuerso venientes, de Iudæis videlicet atq; gentibus, germana charitate copularẽtur. Sed postea grauiores & crebriores persecutiones ex incredulis gentibus aduersus Christi Ecclesiam surrexerũt, & implebatur in dies singulos verbum Domini prędicẽtis: Ecce ego mitto vos velut oues in medio luporũ. SED illa vitis quæ per orbẽ terrarũ, sicut de illa prophetatũ, & ab ipso Domino prænunciatum erat, fructuosos palmites diffundebat, tãto pullulabat amplius, quãto vberiore martyrũ sanguine rigabatur. Quib⁹ per omnes terras innumerabiliter pro fidei veritate morientibus, etiã ipsa persequentia regna cesserũt, & ad Christũ cognoscendũ atq; venerandũ fracta superbiæ ceruice cõuersa sunt. Oportebat autẽ vt eadẽ vitis, sicut à Domino identidẽ prædictũ erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuosa sarmẽta, quibus hæreses & schismata per loca facta sunt, sub Christi nomine, nõ ipsius gloriam, sed suã quęrentium, per quorũ aduersitates magis magisq; exerceret ecclesia, & probaretur atq; illustraretur & doctrina eius & patientia. Omnia ergo hæc, sicut tãto ante prędicta legimus, sic & facta cognoscimus: & quemadmodũ primi Christiani, quia nondũ ista prouenisse videbãtur, miraculis mouebãtur vt crederẽt: sic nos quia omnia ista ita cõpleta sunt, sicut in eis libris legimus, qui lõgè antequã hæc implerẽtur cõscripti sunt, vbi omnia futura dicebantur & præsentia iã videtur, ædificamur ad fidẽ, vt etiã illa quæ restãt sustinentes & perseuerantes in Domino, sine dubitatione vẽtura credamus. Siquidẽ adhuc tribulationes futurę in eisdem Scripturis legũtur, & ipse vltimus iudicij dies, vbi omnes ciues ambarũ ciuitatum receptis corporibus surrecturi sunt, & rationẽ vitæ suæ ante tribunal Christi iudicis reddituri. Venier enim in claritate potestatis, qui prius in humilitate humanitatis venire dignatus est, & omnes pios ab impiis sęgregabit: nõ tantũ eis qui in eũ credere omnino noluerũt, sed etiã eis qui frustra & infructuosè crediderunt in eũ: illis daturus regnum secum æternum, illis autem pœnam æternam cum diabolo. Sed sicut nullum gaudium rerum temporalium ex aliqua parte simile potest inueniri gaudio vitæ æternę, quam sancti accepturi sunt: ita nullus crucіatus pœnarum temporalium potest sempiternis iniquorum cruciatibus comparari. ITAQVE frater confirma te ipsum in eius nomine atque adiutorio cui credis, aduersus linguas eorum qui fidem nostram irrident, de quibus diabolus seductoria verba loquitur, maximè volens irridere fidem resurrectionis. Sed ex teipso crede futurum te esse cùm fueris, quando cùm antè non

Psal.117.c.22. Matth.21.d.42. Lucæ 20.c.17. Act.4.b.11. Rom.9.g.33. 1.Pet.2.a.7. Esaiæ 28.d.16. Matth.10.b.16. CAPVT XXIIII. Persecutio & hæreses, & iudicij expectatio. Ioan.15.a.1. Rom.14.b.10. 2.Cor.5.b.11 Matth.5.d.46. CAPVT XXV. Exhortatio ad constantiam in fide.

A fueris, nũc esse te vides. Vbi enĩ erat ista moles corporis tui, & ista forma mẽbrorumq; cõpago ante paucos annos prius quàm natus, vel etiã prius quàm in matris vtero cõceptus esses? Vbi erat hæc moles & hæc statura corporis tui? Nónne de occultis huius creaturæ secretis, Domino Deo inuisibiliter formãte, processit in lucẽ, certisq; ætatũ incrementis in istã magnitudinem formamq; surrexit? Nunquid ergo difficilius est Deo, qui etiã aggeres nubiũ ex occulto in momento cõtrahit, & cõtegit cælũ in ictu tẽporis, reddere istã quantitatẽ corporis tui sicut erat, q̃ eã facere potuit cùm non erat? Crede ergo fortiter & mecũ cũsè, quia omnia quæ videtur quasi pereũdo humanis oculis subtrahi, salua & integra sunt omnipotentiæ Dei: qui ea cùm voluerit, sine vlla mora & difficultate reparabit, ea dũtaxat quæ iustitia eius reparãda esse iudicat: vt in his corporibus reddãt homines factorũ suorũ rationẽ, in quibus ea fecerunt: & in his mereãtur aut commutationẽ cælestis incorruptionis pro meritis pietatis, aut corruptibilẽ corporis cõditionẽ pro meritis iniquitatis, nõ quę morte soluatur, sed quæ materiã sempiternis doloribꝰ præbeat. Fuge ergo per immobilẽ fidem ad mores bonos. Fuge frater illa tormẽta, vbi nec tortores deficiũt, nec torti moriuntur, quibus sine fine mors est, nõ posse in cruciatibꝰ mori: & exardesce amore atq; desiderio sẽpiternæ vitę sanctorũ, vbi nec operosa erit actio, nec requies desidiosa: laus erit Dei sine fastidio, sine defectu: nullũ in animo tędiũ, nullus labor in corpore, nulla indigẽtia, nec tua cui subueniri desideres, nec, pximi cui subuenire festines. Omnes deliciæ Deus erit, & societas sanctæ ciuitatis in illo & de illo sapiẽter beatęq; viuẽtis. Efficiemur enim, sicut ab illo promissum speramus & expectamus, ęquales angelis Dei, & cũ eis pariter illa trinitate perfruemur iã per speciem, in qua nũc per fidẽ ambulamus. Credimus enĩ quod nõ videmus, vt ipsis meritis fidei etiã videre q̃ credimus & inhærere mereamur: vt æqualitatẽ patris & filij & spiritus sancti, & ipsius trinitatis vnitatem, quomodo sunt hæc tria vnus Deus, non iã verbis fidei & strepentibus syllabis personemus, sed contẽplatione purissima & ardẽtissima in illo silẽtio sorbeamur. Hæc tene fixa in corde tuo, & inuoca Dominũ cui credis, vt tueatur te aduersus tẽtationes diaboli: & esto cautus, ne tibi aliũ de hostis ille subrepat, qui ad solatiũ maleuolẽtissimũ dãnationis suæ, cum quibus damnetur inquirit. Non enĩ per eos solos qui Christianũ nomẽ oderunt, & dolẽt eo nomine occupatũ esse orbẽ terrarũ, & adhuc simulachris & dæmoniorũ curiositatibus seruire desiderãt, audet ille tentare Christianos: sed etiam per eos quos paulo antè cõmemorauimꝰ, de vnitate ecclesiæ, velut putata vite præcisos, qui hæretici vel schismatici dicũtur, conatur etiã id quidẽ interdũ. Sed tamen id etiam aliquando conatur & per Iudæos tentare atque seducere. Sed maximè cauendum est, ne per homines qui sunt in ipsa catholica ecclesia, quos velut paleam vsque ad tempus ventilationis suæ sustinet, vnusquisq; tentetur & decipiatur. Propterea enim Deus patiens est in illos, vt & suorum electorum fidẽ atq; prudentiam per illorum peruersitatem exercendo cõfirmet. Et quia de numero eorum multi proficiũt, & ad placendum Deo miseranti animas suas, magno impetu conuertuntur. Non enim omnes sibi per patientiam Dei thæsaurizant iram in diæ iræ iusti iudicij eius, sed multos eadem omnipotentis patientia perducit ad saluberrimum pœnitentiæ dolorem. Quod donec fiat, exercetur per eos illorum qui iam rectam viam tenẽt, non solùm tolerantia, sed etiam misericordia. Multos ergo visurus es ebriosos, auaros, fraudatores, aleatores,

2.Cor.5.a.7 Matth.11.a.30. Rom.1.a.5.

res adulteros, fornicatores, remedia sacrilega sibi alligantes, præcantatoribus & mathematicis, vel quarum libet impiarũ artiũ diuinatoribus deditos. Animaduersurus etiam quòd illæ turbæ impleãt ecclesias per dies festos Christianorũ, quæ implent & theatra per dies solennes Paganorũ, & hæc videndo ad imitandũ rẽtaberis. Et quid dicã, videbis quòd etiã nunc iã vtique nosti: nõ enim nescis multos qui appellãtur Christiani hæc omnia mala operari, quæ breuiter commemoraui. Et aliquando fortasse grauiora facere homines nõ ignoras, quos nosti appellari Christianos. Sed si hoc animo venisti, vt quasi securus talia facias, multũ erras: nec tibi proderit nomen Christi, cùm cœperit ille seuerissimè iudicare, qui prius dignatus est misericordissimè subuenire. Prædixit enim ista & ait in Euãgelio, Non omnis qui dicit mihi, Dñe Dñe, intrabit in regnũ cælorũ, sed is qui facit voluntatem patris mei. Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, in nomine tuo manducauimus & bibimus. Omnibus ergo qui in talibus operibus perseuerãt, dãnatio finis est. Cũ ergo videris multos non solùm hæc facere, sed etiã defendere atq; suadere, tene te ad legẽ Dei, & nõ sequaris prætuaricatores eius. Non enim secundũ illorũ sensum, sed secundũ illius veritatẽ iudicaberis. Cõiungere bonis, quos vides amare tecũ regẽ tuũ. Multos enim inuenturus es, si & tu talis esse cœperis. Nã si in spectaculis & vanitatibus insanorũ certaminum, illis cupiebas inhærere qui tecũ vel aurigã, vel venatorẽ, vel aliquẽ histrionẽ simul amabant, quanto magis te delectare debet eorũ cõiunctio qui tecũ amant Dominũ, de quo nunquã erubescet amator eius, quia nõ solũ ipse nõ potest vinci, sed etiã dilectores suos reddet inuictos. Nec tamen etiã in ipsis bonis q̃ te vel prędecedunt vel tecũ cõmitantur ad Dominũ, spẽ tuã collocare debes, quia nec in teipso debes quãtũcũq; profeceris, sed in illo qui eos & te iustificando tales facit. Securus es enim de Deo quòd non mutat, de homine autẽ nemo prudenter securus est. Sed si illos qui nõdũ iusti sunt, amare debemus vt sint, quanto ardẽtius qui iam sunt, amãdi sunt. Sed aliud est diligere hominem, aliud spẽ ponere in homine: tantũque interest, vt illud Deus iubeat, hoc prohibeat. Si autẽ aliquas vel insultationes vel tribulationes pro nomine Christi passus non defeceris à fide, nec à bona via deuiaueris, maiorẽ mercedẽ accepturus es. Qui autẽ in his diabolo cesserint, etiã minorẽ perdunt. Sed humilis esto Deo, vt non te permittat tentari vltra vires tuas.

Matth.7.c.21.& 22. Hier.17.a.5. 1.Cor.10.d.13.

CAPVT XXVI. Expositio figurarum.

HIS dictis interrogandus est an hæc credat, atque obseruare desideret. Quod cùm respõderit soleniter, vtiq; signandus est, & ecclesiæ more tractãdus. De sacramento sanè quod accepit, cùm ei bene cõmendatũ fuerit, signacula quidẽ rerũ diuinarũ esse visibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari: nec sic habẽdã esse illã speciẽ benedictione sanctificatã, quẽadmodũ habetur in vsu quolibet: dicẽdũ etiã quid significet & sermo ille quẽ audiuit, quid in illo cõdatur, cuius illa res similitudinẽ gerit. Deinde monendꝰ est ex hac occasione, vt si quid etiã in Scripturis audiat q̃ carnaliter sonet, etiã si non intelligit, credat tamen spiritale aliquid significari, quod ad sanctos mores futuramq; vitã pertineat. Hoc autẽ ita breuiter discet, vt qęquid audierit ex libris canonicis quod ad dilectionem ęternitatis & veritatis & sanctitatis, & ad dilectionem proximi referre nò possit, figuratè dictum vel gestum esse credat: atque ita conetur intelligere, vt ad illam geminam referat dilectionem. Ita sanè vt proximum non carnaliter intelligat, sed omnẽ qui cum eo in illa sancta ciuitate potest esse, siue iam, siue nondum apareat. Et vt de nullius hominis correctione desperet, quem patientia Dei videt viuere, non ob aliud, sicut Apostolus ait, nisi vt adducatur ad pœnitẽtiã. Si lõgus tibi videtur iste sermo, quo tanquã præsentẽ rudẽ hominẽ instruxi, licet ea tibi dicere breuius, longiorẽ tamen esse debere non puto: quanquam multũ interest, quid res ipsa cùm agitur, moneat: & quid auditorũ præsentia non solũ ferre, sed etiã desiderare se ostẽdat. Cùm autẽ celeritate opus est, vide quàm facilè explicari tota res possit. Fac rursus adesse aliquem, qui velit esse Christianus. Ergo & interrogatũ illud quod superior respõdisse, quia & si hoc non respondet, hoc eum respondere debuisse dicendũ est. Deniq; hoc modo & cætera cõtexenda. Vere frater, illa magna & vera beatitudo est, quæ in futuro sęculo sanctis promittitur. Omnia verò visibilia transeunt, & omnis huius sęculi pompa & deliciæ & curiositas interibunt, & secum ad interitũ trahũt amatores suos: A quo interitu, hoc est, pœnis sempiternis Deus misericors volẽs homines liberare, si sibiipsi non sint inimici, & nõ resistant misericordiæ creatoris sui, misit vnigenitũ filiũ suum: hoc est, Verbũ suũ æquale sibi, per quod condidit omnia: & manens quidẽ in diuinitate sua, & non recedens à patre, nec in aliquo mutatus, assumendo tamẽ hominẽ, & in carne mortali hominibus apparẽdo venit ad homines: vt quẽadmodũ per vnũ hominẽ qui primus factus est, id est Adã, mors intrauit in genus humanũ, quia consensit mulieri suæ seductæ à diabolo, vt præceptũ Dei transgrederentur: sic per vnũ hominẽ qui etiã Deus est Dei filius, Iesum Christũ, deletis omnibus peccatis præteritis, credentes in eũ oẽs in æternã vitã ingrederentur. OMNIA enim quę nunc vides in Ecclesia Dei, & sub Christi nomine per totũ orbẽ terrarũ geri, ante sęcula iã prædicta sunt, & sicut ea legimus, ita & videmus, & inde ædificamur in fidẽ. Factũ est aliquando diluuiũ per totã terrã, vt peccatores delerentur, & tamen illi qui euaserunt in arca, sacramẽtũ futuræ ecclesiæ demonstrabant, quæ nũc in fluctibꝰ sęculi natat, & per lignũ crucis Christi à submersione liberatur. Prędictũ est Abrahæ fideli seruo Dei vni homini, quod de illo esset populus nasciturus, qui coleret vnũ Deũ inter cæteras gentes quæ idola colebãt. Et omnia quæ illi populo ventura p̃dicta sunt, sic euenerunt vt prædicta sunt. Prophetatus est in illo populo etiã Christus rex omniũ sanctorũ & Deus, vẽturus ex semine ipsius Abrahã secundum carnẽ quã assumpsit, vt oẽs etiã filij essent Abrahæ, qui fidẽ eius imitarentur, & sic est factum. Natus est Christus de Maria virgine, quæ ex illius genere fuit. Prędictũ est per prophetas quòd in cruce passurus esset ab eodem populo Iudæorũ, de cuius genere secũdum carnẽ veniebat, & sic est factũm. Prædictum est quòd resurrectur⁹ esset, resurrexit: & secundum ipsa prædicta prophetarum ascendit in cælum, & discipulis suis Spiritũ sanctum misit. Prædictũ est nõ solũ à prophetis, sed etiã ab ipso Domino Iesu Christo, quòd ecclesia eius per vniuersum orbem terrarum esset futura, per sanctorum martyria passionesq; disseminata: & tunc prædictũ quando adhuc nomen eius & latebat gentes, & vbi notum erat irridebatur: & tamen in virtutibus miraculorum eius, siue quæ per se ipse, siue quę per seruos suos fecit, dum annunciantur hæc & creduntur, iam videmus quod prædictum est esse completũ, regesq; ipsos terræ, qui antea persequebantur Christianos iam christi nomini subiugatos. Prædictũ est etiam quòd schismata & hæreses ex eius ecclesia essent exituræ, & sub eius nomine per loca vbi possent, suam nõ Christi gloriam quæsituræ, & ista cõpleta sunt. Nunquid ergo illa quę

Rom.2.a.4. Rom.5.c.12. CAPVT XXVII. Quòd facta in ecclesia videantur in Scriptura, fienda sicut præcedẽtia credenda sunt. Gen.7.c.17. Gen.15.a.7. Scriptura, Matth.1.*

restant non sunt ventura? Manifestum est quia sicut
ista prædicta venerunt, sic etiã illa vẽtura sunt: quęcunque tribulationes iustorũ adhuc restant: & iudicij dies
Matth. 25.c. 32. qui separabit oẽs impios à iustis in resurrectione mortuorum, & non solum eos qui sunt extra ecclesiã, sed
Matth. 3.c. 12. etiã ipsius ecclesiæ paleas, quas oportet vsq; ad nouissimã ventilationẽ patientissimè sufferat, ad ignẽ debitum segregabit. Qui autẽ irrident resurrectionẽ, putantes quòd caro ista quia putrescit, resurgere nõ potest, ad pœnas in ea resurrecturi sunt: & ostendet eis Deus, qa qui potuit hæc corpora facere antequam essent, potest ea in momento restituere sicut erant. Omnes autẽ fideles regnaturi cum Christo, ita resurgent in eodẽ corpore, vt etiã cõmutari mereãtur ad incor-
Matth. 22.c. 30. ruptionẽ angelicã: vt fiant æquales angelis Dei, sicut Dñs ipse promisit, & laudẽt eum sine aliquo defectu, & sine aliquo fastidio, semper viuẽtes in illo & de illo, cum tali gaudio & beatitudine, qualis nec dici nec cogitari ab homine potest. Tu itaque credens ista, caue tentationes, quia diabolus quærit qui secum pereant: vt non solum per eos qui extra ecclesiam sunt, siue pagani, siue Iudæi, siue hæretici, non te hostis ille seducat: sed etiam quos in ipsa ecclesia catholica videris malè viuentes, aut immoderatos voluptatibus ventris & gutturis, aut impudicos, aut vanis curiositatib⁹ vel illicitis deditos, siue spectaculorum, siue remediorum sacrilegorum, aut diuinationum diabolicarum, siue in pompa & typho auaritiæ atque superbiæ, siue in aliqua vita quam lex damnat & punit, non eos imiteris: sed potius cõiungaris bonis quos inuenturus es facilè, si & tu talis fueris: vt simul colatis & diligatis

A Dñm gratis, quia totum præmium nostrum ipse erit, vt in illa æterna vita, bonitate eius & pulchritudine perfruamur. Sed amãdus est, nõ sicut aliquid quod videtur oculis, sed sicut amatur sapiẽtia & veritas, & sanctitas, & iustitia, & charitas, & si quid aliud tale dicit̃, non quẽadmodum sunt ista in hominibus, sed quẽadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis & incõmutabilis sapientiæ. Quoscunq; ergo videris hæc amare,
1. Tim. 2. 5. illis cõiungere, vt p Christum qui homo factus est, vt esset mediator Dei & hominũ, recõcilieris Deo. Homines autẽ peruersos, etiã si intrẽt parietes ecclesię, nõ eos arbitreris intraturos in regnum cælorũ, quia suo tẽpore separabuntur, si se in melius nõ cõmutauerint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, oẽs ama, quoniã nescis quid cras futurus sit qui hodie mal⁹ est. Nec eorum ames iniustitiã, sed ipsos ideo ama vt apprehendãt iustitiã, quia non solùm dilectio Dei nobis
Matth. 22. d. 37. p̃cepta est, sed etiã dilectio ꝓximi, in quibus duobus p̃ceptis tota lex pẽdet & propheteꝰ. Quã nõ implet nisi
B qui Dñm acceperit spiritum sanctum, patri & filio vtique æqualẽ: quia ipsa trinitas De⁹ est, in quo Deo spes
Hier. 17. a. 5 oĩs ponẽda est. Nã in homine nõ est ponẽda, qualiscũque ille fuerit, Aliud est enim ille à quo iustificamur, aliud illi cũ quibus iustificamur. Nõ autẽ solũ p cupiditates diabolus tẽtat, sed etiã p terrores insultationũ & dolorũ & ipsius mortis. Quicquid autẽ homo passus fuerit pro nomine Christi, & pro spe vitæ æternæ & permanens tolerauerit, maior ei merces dabit̃: quia si cesserit diabolo, cũ illo dãnabitur: sed opera misericordiæ cũ pia humilitate impetrant à Dño, vt nõ per-
1. Cor. 10. d. 13. mittat seruos suos tẽtari priusquam possint sustinere.

FINIS.

DIVI AVGVSTINI DE CONTINENTIA, LIBER VNVS.

CENSVRA.

Librum hunc esse S. Augustini contestantur citationes Bedæ ad Rom. 7. 8. Gall. 5. & Eugyptij abbatis capitibus 194. 195. Huc etiam referendum videtur quod in fine indiculi scribit Possidius, De continentia, sermo vnus.

C diuini eloquij testimonio, si os intelligamus sicut intelligere debemus, ibi posita continentia quantum sit Dei munus agnoscimus. Parum est quippe os corporis continere, ne aliquid inde quod non expedit per sonum vocis erumpat. Intus est os cordis, vbi sibi custodiam & ostium continentiæ poni desiderauit à Domino, qui verba illa dixit, nobisq; dicenda conscripsit. Multa enim corporis ore non dicimus, & corde clamamus. Nullum autem procedit rei alicuius ex ore corporis verbum, cuius est in corde silentium. Inde igitur quod non emanat, foris non sonat: quod verò emanat inde, si malum est, & si non moueat linguã, inquinat animam. Ibi ergo ponenda est continentia, vbi & tacentium loquitur conscientia. Fit enim per ostium continentiæ, vt non inde exeat quod etiam clausis labiis carnis vitam polluat cogitantis.

Cap. 1. Continentia libidinis, oris, & cordis.



DE virtute animæ, quæ Cõtinẽtia nominatur, satis cõuenienter & dignè disputare difficile est, sed exiguitatẽ nostram sub tanti ponderis sarcina ille cuius hęc vire⁹ magnũ est munus, adiuuabit. Nã qui eã donat continentibus fidelibus suis, ipse dat sermonẽ de illa loquẽtibus ministris suis. Denique de re tãta, q; ipse dederit locuturi, Dei donũ esse cõtinentiã primũ dicimus & probamus. In lib. Sapientiæ scriptũ
Sap. 8. d. 21. habemus, Nisi Deus det, cõtinentẽ esse neminẽ posse. Dñs autẽ de ipsa maiore & gloriosiore continentia, q̃
Matth. 19. b. 11. coniugali vinculo continetur, ait: Non oẽs capiũt verbũ hoc, sed quibus datũ est. Et quoniã ipsa quoque castitas coniugalis, nisi contineatur ab illicito concubitu, non pòtest custodiri, vtrunq; Apostolus donũ Dei esse prædicauit, cùm de vita vtraq; id est, & cõiugali,
1 Cor. 7. b. 7. & ea quæ est sine coniugio, loqueretur dicẽs, Vellem omnes homines sic esse sicut meipsum. Sed vnusquisque propriũ donũ habet à Deo, alius sic, alius autẽ sic. Et ne in sola inferiorum partium carnis libidine cõtinentia necessaria videretur à Domino sperãda, etiam in Psalmo canitur, Pone Domine custodiã ori meo,
Psal. 140. a. 3 & ostium continentiæ circũ labia mea. In hoc autem

Capvt II. Os corporis & cordis. Psal. 140. a. 3 4.

D Denique vt apertius os interius quod per illa verba significauit ostenderet, cùm dixisset, Pone Domine custodiam ori meo, & ostium continentiæ circum labia mea: continuò subdidit, Ne declines cor meum in verba maligna. Declinatio cordis quid est, nisi consensio? Nondum enim dixit, quisquis in corde occurrentibus suggestionibus quorumque visorũ nulla cordis declinatione consensit: si autẽ consensit, iam corde dixit, etiãsi ore nõ sonuit, etiamsi manu vel qualibet corporis parte non fecit, fecit tamẽ quod cogitatione faciendũ sibi esse iam statuit: diuinis legibus reus, quamuis humanis sensibus abscõditus, verbo in corde dicto, nullo facto per corpus admisso. Nequaquã verò mẽbrum foris mouisset in facto, cuius facti initium

initium non intus p̃cessisset in verbo. Neq; enim mẽdaciter scriptũ est, Initiũ omnis operis, verbũ. Multa quippe homines faciunt ore clausõ, quieta lingua, voce frenata: sed tamẽ nihil agunt corporis opere, quod non prius dixerint in corde: ac per hoc quoniã multa sunt peccata in interioribus dictis, quæ nõ sunt in exterioribus factis: nulla sunt autẽ in exterioribus factis quæ nõ procedant ab interioribus dictis. Erit ab vtrisque puritas innocẽtiæ, si circũ interiora labia ponatur ostiũ cõtinentiæ, propter quod etiam ipse ore proprio
Matth. 23. c. 26. Dominus ait, Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt. Itemq; alio loco cũ Iudæorũ stultiloquia refutaret, quia calumniabantur discipulis eius
Mar. 7. b. 15. nõ lotis manibus manducantibus, Nõ quod intrat in os, inquit, coinquinat hominẽ, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Quæ sententia si tota de ore corporis accipiatur, absurda est. Neq; enim quem nõ coinquinat cibus, coinquinat vomit⁹. Cibus quippe in os intrat, vomitus ex ore procedit. Sed proculdubiò priora verba pertinent ad os carnis, vbi ait, Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: posteriora verò ad os cordis, vbi ait: Sed quod ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Deniq; cùm ab illo apostolus Petrus expositionẽ velut parabolę hui⁹ exquireret, ille respõdit, Adhuc & vos sine intellectu estis: non intelligitis,
Matth. 15. b. 11. Ibid. b. 16. quia omne quod in os intrat, in ventrẽ vadit, & in secessũ emittit̃? Hic certè in quod intrat cibus, os carnis agnoscimus. In his verò q̃ adiungit, vt agnoscerem⁹ os cordis, non sequeretur nostri tarditas cordis, nisi & cũ tardis ambulare veritas dignaretur. Ait enim, Quę autẽ procedunt de ore, de corde exeunt: tanquã diceret, Cùm audis de ore, de corde intellige, vtrũq; dico:
Ibid. b. 18. sed alterũ ex altero expono. Habet os interius homo interior, & hoc discernit auris interior: de hoc ore quę procedunt, de corde exeunt, & ea coinquinant homi-
C nẽ. Deinde iam relicto oris nomine, quod potest & de corpore intelligi, apertius quid dicat ostẽdit, De corde enim exeunt, inquit, cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinãt hominẽ. Nihil est certè istorũ malorũ, q̃ perpetrari etiã mẽbris corporis possunt, quòd cogitatio nõ antecedat mala, & coinquinet hominẽ, etiãsi aliquid impediat, ne subsequantur opera flagitiosa & facinorosa mẽbrorũ. Si enim qa potestas nõ datur, vacat man⁹ ab hominis interfectione, nunquid ideo mũdũ est ab scelere cor homicidę? Aut si rẽ furripere alienã, non vt quis vult, potest: nunquid ideo in ipsa voluntate fur non est? Aut si casta est, quã vult adulterare nõ castus, ideo eã nõ est in corde mœchatus? Aut si meretrix nõ inueniatur in fornice, ideo q̃ eã quærit, non fornicatur in mente? Aut si cupiẽti p mendaciũ lædere proximũ, tẽpus vel locus desit, ideò
D falsũ testimoniũ non ore interiore iã dixit? Aut si quisquã homines timens, non audet lingua carnis sonare
Psal. 13. a. 1. blasphemiã: ideo nõ est huius criminis reus, q̃ dicit in corde suo, nõ est Deus? Ita cætera mala facta hominũ, q̃ nullus agit corporis motus, quę nescit vllus corporis sensus, reos suos occultos habẽt: quos etiã solus inquinat in cogitatione cõsensus, id est, †interni oris verbũ
al. interioris hominis. Psal. 140. a. 4. malignũ. In quo timens ille declinari cor suũ, ostium cõtinentiæ circũ labia oris huius poni poscit à Domino, qd̃ contineat cor, ne declinetur in verba maligna. Contineat autẽ, non sinẽdo cogitationẽ procedere in
Rom. 6. b. 12. cõsensionẽ, sic enim secundũ p̃ceptũ apostolicum, nõ regnat peccatum in nostro mortali corpore, neq; exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. A quo præcepto implẽdo vtiq; alieni sunt, qui ob hoc ad peccandũ membra non mouent, quia potestas nulla

A permittitur: quæ si assit, protinus ex membrorũ velut armorũ motibus, quis in eis intus regnet, ostendunt. Proinde quãtũ in ipsis est, membra sua exhibent arma iniquitatis peccato: quia hoc volunt, q̃ propterea non exhibent, quia nõ possunt. Ac per hoc illa quę in genitalibus membris pudicitia refrenatis, solet maximè ac propriè cõtinentia nominari, nulla trãsgressione violatur, si superior cõtinẽtia, de qua iã diu loquimur, in corde seruetur. Propterea Domin⁹ cũ dixisset: De cor-
Matth. 15. b. 19. de enim exeũt cogitationes malæ: deinde quid pertineat ad cogitationes malas sequutus adiunxit, homicidia, adulteria, & cætera. Nec dixit omnia, sed quibusdã exempli gratia nominatis, & alia intelligẽda cõmonuit. Quorũ nihil est quod fieri possit, si mala cogitatio nõ p̃cesserit, qua intus instituitur, quod foris agitur: & ex ore cordis procedens, iã coinquinat hominẽ, etiã si nulla facultate permissa foris per membra corpo-
B ris nõ agatur. Posito igitur ostio cõtinentię in ore cordis, vnde cũcta exeũt q̃ coinquinãt hominẽm, si nil tale inde permittatur exire, sequitur mũditia qua possit iã gaudere cõsciẽtia, quãuis nõdũ sit illa perfectio vbi nõ luctabitur cũ vitio cõtinẽtia. Nunc autẽ quãdiu cõ
Gal. 5. c. 17. cupiscit caro aduersus spiritũ, & spirit⁹ adersus carnẽ, sat est nobis nõ cõsentire malis q̃ sentim⁹ in nobis. Cũ enim fit ista cõsensio, tũc exit ex ore cordis q̃ coinquinat hominẽ. Cùm verò per cõtinẽtiã consensio nõ tenet̃, malũ cõcupiscentiæ carnalis, cõtra q̃ pugnat cõcupiscentia spiritalis, nocere nõ sinitur. Capvt III. Bellum spirituale.

Sed aliud est bene pugnare, q̃ nunc est, quãdo mortis cõtẽtioni resistitur: aliud aduersariũ nõ habere, q̃ tũc erit quãdo
1. Cor. 15. d. 26. mors nouissima inimica destruetur. Nã & ipsa continentia cũ frenat cohibetq; libidines, simul & appetit bonũ, ad cuius immortalitatẽ, tẽdimus, & respuit malũ, cũ quo in hac mortalitate cõtendimus. Illius quippe amatrix & spectatrix, huius verò & hostis & testis
C est, & decus eius appetens, & dedecus fugiẽs. Nõ vtiq; in cupiditatibus frenandis cõtinentia laboraret, si nihil nos cõtra q̃ cõtẽderet detineret, si nihil nostrę bonæ voluntati ex mala cõcupiscentia repugnaret. Clamat Apostolus: Scio, inquit, quia non habitat in me,
Rom. 7. d. 18 hoc est, in carne mea, bonũ. Nam velle adiacet mihi, perficere autẽ bonũ nõ inuenio. Nunc enim fieri bonũ potest, vt malæ cõcupiscentiæ nõ cõsentiatur: perficietur autẽ bonũ, quãdo ipsa mala cõcupiscentia finietur. Itẽq; idẽ doctor gentiũ clamat: Cõdelector le-
Ibid. d. 22. gi Dei secundũ interiorẽ hominẽ: video autẽ aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ. Hãc pugnã non experiuntur in semetipsis nisi bellatores virtutũ, debellatoresq; vitiorũ. Non expugnat cõcupiscentiæ malũ, nisi continentiæ bonũ. Sunt autẽ qui legem Dei omnino nescientes, malas concupiscentias nec in
D hostibus deputant, eisq; miserabili cęcitate seruientes, insuper etiã beatos se putant, satiando eas potius quã domãdo. Qui verò per legem cognouerũt eas, per le-
Rom. 4. c. 15. Rom. 7. b. 7. gem enim cognitio peccati: Et concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: & earum tamen oppugnatione vincuntur, qui sub lege viuunt, qua iubetur quod bonum est, non & datur: nõ viuunt sub gratia, quæ dat per spiritum sanctum quod
Rom. 5. d. 20 per legem iubetur. His ideo sub intrauit lex, vt in eis abũdaret delictum. Auxit prohibitio cõcupiscẽtiam, eamq; fecit inuictam, vt accederet præuaricatio, quæ sine lege non fuit, etiã si peccatum non fuit. Vbi enim
Rom. 4. c. 15 non est lex, nec præuaricatio. Ita lex gratia non adiuuante, prohibens peccatum, virtus est insuper peccati. Vnde ait Apostolus, Virtus peccati lex. Nec miran-
1. Cor. 15. g. 56. dum est quòd humana infirmitas etiã de lege bona vires malo addidit, dum ad ipsam legem faciendam de

Rom.10.a.3. suis viribus fidit. Ignorãs quippe Dei iustitiã, quã dat A
infirmo, & suã volens constituere, qua caret infirmus,
iustitię Dei non est subiectus, reprobus & superbus. Si
autẽ lex factũ præuaricatorẽ, tanquã ad hoc grauius
vulneratũ vt desideret medicũ, tãquã pædagogus per-
ducit ad gratiã; contra suauitatẽ noxiam qua vincebat
concupiscẽtia, Dñs dat suauitatẽ beneficã, qua dele-
ctetur amplius cõtinentia, & terra nostra dat fructum
Psal.66.a.7. suũ quo pascitur miles, qui debellat Deo iuuante pec-
Rom.6.c.12 catũ. Tales milites apostolica tuba isto sonitu accẽdit
in prælio. Non ergo regnet, inquit, peccatũ in vestro
mortali corpore ad obediendũ desideriis eius, neque
exhibueritis membra vestra arma iniquitatis peccato:
sed exhibete vos Deo tanquã ex mortuis viuentes, &
mẽbra vestra arma iustitiæ Deo: peccatũ enim vobis
nõ dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gra-
Rom.8.c.12 tia. Et alio loco, Ergo, inquit, fratres debitores sumus
non carni, vt secundũ carnẽ viuamus. Si enim secũdũ B
carnẽ vixeritis, moriemini: si autẽ spiritu facta carnis
mortificaueritis, viuetis. Quotquot enim spiritu Dei
aguntur, hi filij sunt Dei. Id ergo nũc agitur quamdiu
est mortalis hęc vita nostra sub gratia: ne peccatum, id
est, concupiscentia peccati (hãc enim hoc loco pecca-
ti nomine appellat) regnet in nostro mortali corpore.
Tunc autẽ regnare ostenditur, si desideriis eius obedi-
tur. Est ergo in nobis peccati concupiscentia, q̃ nõ est
permittenda regnare. Sunt eius desideria, quibus non
est obediendũ, ne obedientibus regnet. Propter quod
mẽbra nostra non sibi vsurpet concupiscentia, sed sibi
vindicet continentia: vt sint arma iustitiæ Deo, ne sint
iniquitatis arma peccato. Sic enim nobis peccatũ non
dominabitur. Non enim sumus sub lege, bonũ quidẽ
iubente, non tamen dante: sed sumus sub gratia, quæ
id quod lex iubet faciens nos amare, potest liberis im-
perare. Itemq; cùm hortatur, vt non secundũ carnem
viuamus ne moriamur, sed spiritu facta carnis mortifi-
cemus vt viuamus: tuba vtiq; canit, bellũ in quo versa-
mur ostendit: & vt acriter dimicem⁹, & hostes nostros
mortificemus, ne ab eis mortificemur accendit. Qui
Rom 8.c.13. sint verò isti hostes, satis euidẽter expressit. Quos enĩ
in nobis voluit mortificari, ipsi sunt scilicet opera car-
nis. Sic enim ait, Si autẽ spiritu facta carnis mortifica-
ueritis, viuetis. Et ista quæ sint vt sciamus, eundẽ itidẽ
Gal.5.c.19. audiamus ad Gal. scribentẽ & dicẽtẽ, Manifesta sunt
autẽ opera carnis, quę sunt fornicationes, immũditię,
luxuriæ, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõten-
tiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hære-
ses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: q̃
prædico vobis, sicut prædixi, quoniã qui talia agunt,
regnũ Dei non possidebũt. Ipsum enim bellũ etiã ibi
vt hæc diceret ostendebat, & ad hostes mortificandos
eadẽ cælesti & spiritali tuba Christi milites excitabat.
Ibid.c.16. Suprà enim dixerat, Dico autem, Spiritu ambulate, &
desideria carnis ne perfeceritis. Caro enim cõcupiscit
aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Hęc
enim inuicem sibi aduersantur, vt nõ q̃cunque vultis
illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub le-
ge. Ergo sub gratia cõstitutos vult istũ aduersus opera
carnis habere cõflictũ. Et hæc opera carnis vt demon-
straret, adiũxit q̃ suprà cõmemoraui, Manifesta autẽ
sunt opera carnis, q̃ sunt fornicationes: & cætera, siue
q̃ cõmemorauit, siue q̃ intelligenda cõmonuit, maxi-
mè adiiciens, & his similia. Deniq; in hoc prælio ad-
uersus carnalem quodãmodo exercitũ velut aliã pro-
Gal.5.d.23. ducens aciem spiritalem: Fructus autem spiritus est,
inquit, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benigni
tas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia: aduersus
huiusmodi non est lex. Non, ait, aduersus hæc: ne sola
esse putarentur: quãuis & si hoc diceret, oña debuimus
intelligere quæ eiusdẽ generis bona cogitare possem⁹:
sed ait, aduersus huiusmodi: & hæc scilicet & quęcun-
que similia. Veruntamen quòd in eis bonis quæ cõ-
memorauit, vltimo loco posuit cõtinentiã, de quanũc
disputare cœpimus, vt propter quã multa iã diximus,
præcipuè voluit eam nostris mentibus inhærere. Ipsa Ibid.a.17.
quippe in hoc bello valet plurimum, in quo aduersus
carnem spiritus cõcupiscit, quoniã ipsas carnis cõcu-
piscentias quodãmodo crucifigit. Vnde cũ hæc dixis- Ibid.d.24.
set Apostolus, cõtinuò subiecit, Qui autem Iesu Chri
sti sunt, carnem suã crucifixerũt cũ passionibus & cõ-
cupiscentiis. Hæc est actio cõtinentię, sic opera carnis
mortificantur. Mortificãt verò eos: quos deficiente cõ
tinentia, ad cõsensionem perpetrãdorũ talũ operũ tra
hit cõcupiscentia. Vt autẽ à cõtinentia nõ deficia- CAPVT
mus, à aduersus, illas præcipuè diabolicarũ suggestio- IIII.
nũ insidias, vigilare debemus, ne de nostris viribus præ Totus homo caro est.
sumamus. Maledictus enim oĩs, qui spem suã ponit in Hier.17.a.5.
homine. Et quis est iste, nisi ipse homo? Nõ potest ergo veraciter dicere, nõ se spem ponere in homine, qui eã ponit in se. Nã & hoc secũdũ hominem viuere, q̃d est nisi secũdũ carnem viuere? Audiat ergo qui tali sug
gestione tentatur, & si vllus ei Christianus sensus est,
cõtremiscat, audiat, inquam, Si secũdũ carnem vixeri Rom.8.c.13.
tis, moriemini. Sed quispiam dicturus est mihi, aliud
esse secũdũ hominem, aliud secũdũ carnẽ viuere: quia
homo videlicet rationalis creatura est, & in eo ratio-
nalis est animus, quo distat à pecore: caro autẽ est infir
ma & terrena pars hominis, & ideo secũdũ eam viuere
vitiosum est: propter quod ille qui secundũ hominem
viuit, nõ vtiq; secundũ carnem, sed potius secundũ eã
partem hominis viuit qua homo est, hoc est, secundũ
spiritũ mentis, quo pecoribus præminet. Verũ hæc di-
C sputatio valet fortassis aliquid in scholis philosophorũ: nos autem vt intelligamus Apostolũ Christi, libri
Christiani quemadmodũ loqui solcant, debemus ad-
uertere. Fides certè omniũ nostrũ est, quibus Christus
viuere est, hominem à verbo Dei assumptũ, non vtiq;
sine anima rationali, sicut quidam hæretici volunt, &
tamen legimus, Verbũ caro factũ est. Quid hic caro Ioan.1.b.14.
intelligenda est, nisi homo? Et videbit oĩs caro salutare Lucæ 3.b.6.
Dei: quid potest intelligi, nisi oĩs homo? Ad te omnis Psal.64.a.3.
caro veniet: quid est, nisi oĩs homo? Dedisti ei potesta- Ioan.17.a.2.
tem oĩs carnis: quid est, nisi oĩs hominis? Ex operibus Rom.3.c.20
legis non iustificabitur omnis caro: quid est, nisi nullꝰ Gal.2.d.16.
iustificabitur homo? Quod idem Apostolus alibi ex-
primens manifestius, Nõ, inquit, iustificabitur homo 1.Cor.3.a.4.
ex operibus legis. Corinthios quoq; increpat dicens,
Nõnne carnales estis, & secũdũ hominem ambulatis?
Cũ carnales eos dixisset, non ait, secundũ carnem am-
D bulatis: sed, secũdũ hominem: quia & hoc quid voluit
intelligi, nisi secundũ carnẽ? Nam vtiq; si culpabiliter
quidem secundũ carnem, laudabiliter autem secũdũ
hominem ambularetur, id est, viueretur, non expro-
brans diceret, Secundũ hominem ambulatis. Audiat
homo opprobriũ, mutet propositũ, vitet interitũ. Au-
di homo, noli ambulare secundũ hominẽ, sed secun-
dũ eũ qui fecit hominẽ: ab eo qui fecit te noli deficere,
nec ad te ô homo. Homo enim dicebat, qui tamen nõ
secundũ hominẽ viuebat: Non quia idonei sumus co- 2.Cor.3.b.5.
gitare aliquid à nobis quasi ex nobismetipsis, sed suffi-
cientia nostra ex Deo est. Vide si secundũ hominẽ vi-
uebat, qui veraciter ista dicebat. Admonẽs ergo Apo-
stolus hominem, ne viuat secundum hominem, Deo
reddit hominem. Qui autem non viuit secundum ho-
minẽ, sed secundum Deum, profectò non viuit etiam
secundum seipsum: quia homo est & ipse. Sed ideo dici-

dicitur etiam secundũ carnẽ viuere, cũ ita viuit: quia
& carne sola nominata intelligitur homo, quod iã oftẽ A
dimus, sicut sola anima nominata intelligitur homo.
Rom.13.a.1. Vnde dictũ est, Omnis anima sublimioribus potesta-
Deut.10.d. tibus subdita sit: id est, omnis homo. Et septuaginta-
2. quinque animæ descenderunt in Ægyptũ cũ Iacob: id
Gen.46.b.15 est, septuaginta quinque homines. Noli ergo viuere se-
Act.7.b.14. cundũ teipsum ô homo, vnde perieras, sed quæsitus es:
noli, inquam, viuere secundum teipsum, Si perieras, in
uẽtus es: noli carnis accusare naturã, quando audis, Si
secundũ carnẽ vixeritis, moriemini. Sic enim dici po-
Rom 8.c.13. tuit, & verissimè potuit, Si secundũ vos vixeritis, morie
mini. Nã diabolꝰ nõ habet carnẽ, & tamẽ quia secũdũ
seipsum viuere voluit, in veritate non stetit. Quid er-
go verius, si secundũ seipsum viuens, cùm loquitur
Ioan.8.f.44. mendaciũ, de suo loquitur? Quod verè de illo veritas
CAPVT dixit. CVM ergo audis, Peccatum vobis non domi-
V. nabitur: noli de te fidere vt peccatũ nõ dominetur, sed
Fiducia sui & excusatio peccati. de illo cui dicit orans quidam sanctus, Itinera mea di- B
Rom.6.c.14 rige secundũ verbũ tuũ, & non dominetur mihi omnis
Psal.118.133. iniquitas. Etenim ne fortasse cùm audissemus, Pecca-
tũ vobis non dominabitur: nosipsos extolleremus, &
viribus nostris hoc tribueremus, statim hoc vidit Apo
stolus atque subiecit: Nõ. n. estis sub lege, sed sub gra-
Rom.6.c.14 tia. Gratia itaq; facit, vt peccatũ tibi nõ dominetur.
Noli ergo de te fidere, ne multo amplius inde tibi do-
minetur. Et cùm audim⁹, Si spiritu actiones carnis mor
tificaueritis, viuetis, nõ hoc tãtũ bonũ spiritui nostro,
Rom.8.c.13. quasi p̃ seipsum possit, ista tribuamus. Nã ne istũ carnalem sensum spiritu mortuo potius q̃ viuificante sape-
Citat Beda. Rom.8. Eugypius, c. 174. remus, ilico addidit, Quotquot enim spiritu Dei agũ
tur, hi filij Dei sunt. Itaq; vt spiritu nostro opera carnis
mortificemus, spiritu Dei agimur: q̃ dat continentiã,
qua frenemus, domemus, vincamus cõcupiscentiam.
In hoc tã magno prælio in quo viuit homo sub gratia,
& cũ bene pugnat, adiutus exultat in Domino cũ tre- C
Mat.6.b.12. more, nõ desunt ramẽ etiã strenuis bellatoribus, & o-
perũ carnis quãuis inuictis mortificatoribꝰ aliqua vul-
nera peccatorũ, propter quæ sananda quotidie veraci-
ter dicant, Dimitte nobis debita nostra: contra eadem
vitia, & cõtra diabolũ principẽ regemq; vitiorũ, multo
vigilantius & acrius ipsa oratione certantes: ne valeãt
aliquid mortiferæ suggestiones eius, quibꝰ instigat in-
super peccatorẽ ad sua excusanda potius q̃ accusanda
peccata: ac sic illa vulnera nõ modò non sanentur, ve-
rũ etiã etsi mortifera non erãt, grauiter & letaliter infli-
gãtur. Et hic ergo cautiore opus est cõtinentia, qua co-
hibeatur superbꝰ hominis appetitus, quo placet sibi &
nõ vult culpabilis inueniri, dedignaturq; cùm peccat
conuinci, q̃ ipse peccauerit, nõ salubri humilitate sus-
cipiens accusationẽ sui, sed excusationem potius rui-
nosa elatione conquirens. Ad hanc superbiã coërcen-
dam, continentiã petiuit à Domino ille cuius superius
verba iã posui, & sicut potui, commendaui. Namq; cũ
Psal. 140.a. 3.ª dixisset, Pone Domine custodiã ori meo, & ostium cõ
tinẽtiæ circum labia mea: Ne declines cor meũ in ver-
ba maligna: vnde hoc diceret euidẽtius explicans, Ad
excusandas, inquit, excusationes in peccatis. Quid e-
nim malignius his verbis, quibus malus malũ se negat
etiam de opere malo conuictus, quod negare non va-
leat? Et quoniã factum non potest tegere, nec benefa-
ctum potest dicere, & à se factum videt patere, quærit
in alium referre quod fecit, tanquam inde possit aufer
re quod meruit. Nolens se esse reũ, addit potiꝰ ad rea-
tum, & sua excusando nõ accusando peccata, ignorat
non se pœnã remouere, sed veniã. Apud homines enĩ
iudices, quoniam falli possunt, quacunque velut pur-
gare fallacia quod perperam factum est prodesse ali-

quid videtur ad tempus: apud Deum autem, qui fa li
non potest, non est adhibẽda fallax defensio, sed verax
confessio peccatorum. Et alij quidem qui sua consue-
uerunt excusare peccata, fato se quidẽ ad peccandum
queruntur impelli; tãquam hoc decreuerint fidera, & cælũ prius talia decernendo peccare, vt homo postea
talia committendo peccaret. Alij fortunæ malunt im-
putare quod peccant: qui omnia fortuitis casibus agi-
tari putãt, nec tamẽ hoc se fortuita temeritate, sed per-
specta ratione sapere atq; asseuerare contẽdunt. Qua-
lis ergo demẽtia est; disputationes suas rationi tribue-
re, & actiones suas casibus subiugare? Alij totum quod
malè faciunt, in diabolum referunt: nec volunt cũ illo
habere vel partẽ, cùm illum sibi occultis suggestioni-
bus mala suasisse suspicari possint, se aũt illis suggesti-
onibus vndecunque fuerint, consensisse dubitare non
possunt. Sunt etiam qui excusationem suam extendũt
in accusationem Dei, diuino iudicio miseri, suo autem
furore blasphemi. Etenim aduersus eũ ex contrario B
principio inducunt mali substantiã rebellantem, cui
non potuerit resistere, nisi substãtiæ naturæq; suæ par-
tem eidem rebellanti contaminandã corrumpendãq;
miscuisset: & tunc se peccare dicunt, quando natura
mali prævalet naturæ Dei. Hæc Manichæorũ est im- Manich vi.
mundissima insania, quorũ machinamẽta diabolica,
facillimè veritas indubitata subuertit, quæ Dei natu-
ram incontaminabilẽ atq; incorruptibilem cõfitetur.
Quid aũt flagitiosæ contaminationis & corruptionis
de istis meritò non creditur, à quibus Deꝰ, qui summè
atq; incõparabiliter bonus est, contaminabilis & cor-
ruptibilis creditur? SVNT & qui eo modo in excusa- CAPVT
tione peccatorum suorum accusant Deum, vt dicant VI.
ei placere peccata. Nam si displicerent, inquiũt, nullo Deus & de
modo ea fieri omnipotẽtissima vtiq; potestate permi- malis bona facit.
teret: quasi verò Deus impunita peccata esse permi-
serit, etiã in eis quos à supplicio sempiterno remissione
liberat peccatorũ. Nullus quippe debitæ grauioris pœ
næ accipit veniã, nisi qualemcunq;, etsi longè minorẽ
quàm debeat soluerit pœnã: atque ita impartitur lar-
gitas misericordiæ, vt non relinquatur etiã iustitia dis-
ciplinæ. Nã & peccatũ quod inultũ videtur, habet pe-
dissequã pœnã suam, vt nemo de admisso nisi aut ama
ritudine doleat, aut cæcitate non doleat. Sicut ergo tu
dicis, cur permittit ista, si displicẽt: ita ego dico, cur pu
nit ista, si placẽt? Ac per hoc sicut ego confiteor, quòd
omnino ista non fierẽt nisi ab omnipotẽte permitterẽ-
tur; ita tu cõfitere faciẽda nõ esse quę à iusto puniãtur
vt nõ faciẽdo quæ punit, mereamur ab eo discere, cur
permittit esse quæ puniat. Perfectorũ est .n. sicut scri- Hebr.5.b.13
ptũ est, solidus cibus: in quo hi q̃ bene profecerunt, iã
intelligũt ad omnipotẽtiã Dei potiꝰ id pertinuisse, vt ex
libero arbitrio voluntatis veniẽtia mala esse permitte- D
ret. Tanta quippe est omnipotens eius bonitas, vt etiã
de malis possit facere bona, siue ignoscendo, siue sanã-
do, siue ad vtilitates piorũ coaptãdo atq; vertẽdo, siue
etiã iustissimè vindicando. Omnia namque ista bona
sunt, & deo bono atq; omnipotenti dignissima, nec ta-
men fiunt nisi de malis. Quid igitur melius, quid om-
nipotentius eo, q̃ cùm mali nihil faciat, bene etiã de
malis facit? Clamant ad eũ qui mala fecerunt, Dimitte Matth.6.b.
nobis debita nostra, exaudit, ignoscit. Nocuerũt sua 12.
mala peccantibus, subuenit eorũ medeturq; languori-
bus: sæuiunt eorũ hostes, de illorũ sæuitia facit marty-
res. Postremò etiã cõdemnat eos quos damnatione iu-
dicat dignos, sua licet illi mala patiantur, facit tamen
ille quod bonũ est. Nõ potest enim bonũ nõ esse quod
iustũ est. Et vtiq; sicut iniustũ est peccatum, ita iustũ
est peccati suppliciũ. Non aũt potestas Deo defuit talẽ

facere hominem qui peccare non posset: sed maluit eum talem facere cui adiaceret peccare, si vellet: non peccare, si nollet: hoc prohibens, illud præcipiens: vt prius esset illi bonum meritum, non peccare, & postea cultu præmiũ nõ posse peccare. Nam etiam tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. Tales habet quippe etiam nunc angelos suos quos in illo sic amamus, vt de nullo eorũ ne peccãdo fiat diabolus, formidemus. Quod de nemine homine iusto in huius vitæ mortalitate præsumimus, tales aũt omnes futuros in illius vitę immortalitate cõfidimus. Omnipotẽs enim Deus qui operatur bona etiã de nostris malis, qualia dabit bona, cũ liberauerit ab omnib⁹ malis? Multa de bono vsu mali copiosius possunt & subtilius disputari, sed neq; hoc isto sermone suscepimus, & eius nimia vitãda est lõgitudo. NVNC ergo ad illud propter quod diximus ista redeamus. Cõtinẽtia nobis opus est, & eã diuinũ esse munus cognoscimus, ne declinetur cor nostrũ in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Cui autẽ peccato cohibẽdo nõ habemus necessariã cõtinentiã ne cõmittatur, quando & hoc ipsa cohibet, ne cõmissum si fuerit nefaria superbia defendatur? Vniuersaliter ergo cõtinentia nobis opus est, vt declinemus à malo: vt autẽ faciamus bonũ ad aliã videtur virtutẽ, hoc est, ad iustitiã pertinere. Hoc nos admonet sacer Psalmus, vbi legimus, Declina à malo, & fac bonũ. Quo aũt fine ista faciamus, mox addidit, dicens, Quære pacẽ, & sequere eã. Pax enim perfecta tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter cohærente, nihil nobis repugnabit ex nobis. Hoc & ipse Saluator voluit, quantũ mihi videtur, intelligi, vbi ait, Sint lũbi vestri precincti, & lucernæ ardẽtes. Quid est lũbos accingere? Libidines corcere, quod est, cõtinentiæ. Lucernas verò ardẽtes habere, est bonis operibus lucere atq; feruere, quod est iustitiæ. Neq; hic tacuit quo fine ista faciamus, addẽdo atq; dicẽdo, Et vos similes hominibus expectantibus Dominũ suũ, quãdo veniat, à nuptiis. Cùm enĩ venerit, nos remunerabit q cõtinuimus nos ab his quæ cupiditas, & ea quæ imperauit charitas fecimus, vt in eius perfecta & sempiterna pace, sine vlla mali cõtentione, & cũ summa boni delectatione regnemus. Oẽs ergo qui credimus in deũ viuũ & verũ, cuius summè bona immutabilisq; natura nec mali aliquid facit, nec mali aliquid patitur, à quo est omne bonum, quod etiã minui nõ potest, & qui suo bono quod ipse est omnino minui nõ potest, cũ audimus Apostolũ dicentẽ, Spiritu ambulate, & cõcupiscẽtias carnis ne perfeceritis: caro .n. concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus carnẽ: hæc enim inuicẽ sibi aduersãtur, vt nõ ea quæ vultis faciatis: absit vt credamus quod Manichæorũ credit insania, duas hic demõstratas esse naturas ex cõrariis inter se principiis cõfligẽtes, vnã bonĩ, alterã mali. Prorsus ista duo ambo sunt bona, & spiritus bonũ est, & caro bonũ, & homo qui ex vtroq; cõstat, vno imperante, alio seruiente, vtiq; bonũ est, sed mutabile bonũ: quod tamẽ fieri nõ posse cõstat, nisi ab incommutabili bono, à quo est omne bonũ creatũ siue paruũ, siue magnũ, sed quãlibet paruũ, à magno tamen factum, & quamlibet magnum, nullo modo tamen factoris magnitudini cõparandum. Verũ in hac bona hominis & bene à bono condita institutaq; natura nunc bellũ est, quoniã salus nõdum est. Languor sanetur, pax est. Languorẽ aũt istũ culpa meruit, natura non habuit: quam sanè culpã per lauacrum regenerationis Dei gratia fidelibus iam remisit, sed sub eiusdẽ medicini manibus adhuc natura cũ suo lãguore cõfligit. In tali aũt pugna sanitas erit tota victoria: nec tẽpo

CAPVT VII. Continẽtia à malis, iustitia ad bona. Psã. 140.a.4.

Psal. 36.c.27.

Luc. 12.c.35.

raria sanitas, sed ęterna: vbi nõ solũ finiatur hic lãguor, verumetiã deinceps nullus oriatur. Propter quod allo quitur animã suã iustus, & dicit, Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiùs fit, omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. Propitius fit iniquitatibus cùm peccata dimittit: sanat languores, cùm desideria praua cõpescit. Propitius fit iniquitatibus dãdo indulgentiã: sanat languores dãdo cõtinentiam. Illud factũ est in baptismate cõfitentibus, hoc fit in agone certantibus in quo à nobis noster per eius adiutorium vincẽdus est morbus: Etiã nũc illud fit, quo exaudimur, dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra: hoc autẽ; cùm exaudimur, dicentes: Ne nos inferas in tentationẽ. Vnusquisque enim tentatur, sicut ait apostolus Iacobus, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Cõtra quod vitium, medicinale poscitur adiutoriũ, ab illo qui potest omnes huiusmodi sanare languores, nõ à nobis aliena separatione, sed in nobis nostræ reparatione naturæ. Vnde & prædictus Apostolus nõ ait, Vnusquisque tẽtatur à cõcupiscẽtia: sed addidit, sua: vt qui hoc audit, intelligat quomodo clamare debeat, Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meã, quoniã peccaui tibi. Nõ enim sanatione indiguisset, nisi seipsa peccando vitiasset, vt aduersus eam caro sua concupisceret, id est, ipsa sibimetipsi ex ea parte qua in carne infirmata est repugnaret. CARO enim nihil nisi per animã concupiscit: sed concupiscere caro aduersus spiritũ dicitur, quando anima carnali concupiscẽtia, spiritui reluctatur. Totũ hoc nos sumus: & caro ipsa quæ discedẽte anima moritur, nostra pars infirma est: nõ fugienda dimittitur, sed recipienda deponitur, nec recepta vlterius relinquetur. Seminatur aũt corpus animale, resurget corpus spiritale. Tũc iã caro nihil cõcupiscet aduersus spiritũ, quãdo & ipsa spiritalis vocabitur, quoniam spiritui non solum sine vlla repugnantia, verumetiam sine vlla corporalis alimenti indigentia in æternũ viuificanda subdetur. Hæc igitur duo quę nũc inuicẽ aduersantur in nobis, quoniã in vtroque sumus vt concordent, oremus & agamus. Nõ enim alterum eorum putare debemus inimicum, sed vitium quo caro cõcupiscit aduersus spiritum: quod sanatum, nec ipsum erit, & substãtia vtraq; salua erit, & in vtraq; nulla pugna erit. Audiamus Apostolum, Scio, inquit, quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Hoc vtique ait, quia vitiũ carnis in re bona non est bonum. Quod cùm esse destiterit, caro erit, sed iam vitiata vel vitiosa nõ erit: quam tamẽ ad nostrã pertinere naturã, idem doctor ostendit, prius dicendo: Scio quia nõ habitat in me, quod vt exponeret, addidit, hoc est in carne mea, bonũ. Se itaq; dicit esse carnẽ suã. Nõ ergo ipsa est inimica nostra, & quando eius vitiis resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur. Nemo enim vnquam carnẽ suam odio habuit: sicut ipse Apostolus dicit. Et alio loco ait: Igitur ipse ego mẽte seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati. Audiant qui aures habẽt, Igitur ipse ego, ego mẽte, ego carne, sed mẽte seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Quomodo carne legi peccati? Nũquid concupiscentiæ consentiendo carnali? Absit. Sed motus desideriorũ illic habẽdo, quos habere nolebat, & tamen habebat. Sed eis non cõsentiendo mente seruiebat legi Dei, & tenebat mẽbra ne fierẽt arma peccati. Sunt ergo in nobis desideria mala, quibus nõ cõsentiendo nõ viuimus malè: sunt in nobis cõcupiscentiæ peccatorũ, quibus non obediend nõ perficimus malũ, sed eas habendo nõdum perficimus bonum. Vtrunq; ostẽdit Apostolus, nec bonũ hic perfici, vbi malum concupiscitur, nec malum hic perfici, quãdo tali concupiscen-

Psal. 102.a.1.

Matth. 6.d.12. Iac. 1.b.14.

Citant Beda ad Gal. 5. & Eugypius, c. 195.

Psal. 40.a.5.

CAPVT VIII. Carnis pugna vsque ad huius vitæ finem.

1. Cor. 15.f.44.

Gal. 5.d.17.

Rom. 7.d.18 Beda.

Ephes. 5.g.30.

Rom. 7.d.15

Gal. 5.c.16.

cupiscentiæ nõ obeditur. Illud quippe ostẽdit vbi ait: Velle adiacet mihi, perficere autem bonũ, nõ. Hoc verò, vbi ait, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Neq; enim ibi dicit, Non sibi adiacere facere bonũ: sed, perficere: neque hic dicit, Cõcupiscẽtias carnis ne habueritis: sed, ne perfeceritis. Fiũt itaque in nobis concupiscentiæ malæ, quando id quod non licet libet: sed non perficiũtur cũ legi Dei mẽte seruiente, libidines cõtinentur. Et bonum fit, cũ id quod malè libet vincẽte bona delectatione nõ fit: sed boni perfectio nõ impletur, quãdiu legi peccati in carnis seruiẽte libido illicit, & quamuis contineatur, tamen mouetur. Non enim opus esset vt cõtineretur, nisi moueretur. Erit quandoque etiã perfectio boni, quãdo erit cõsumptio mali: illud erit summũ, hoc erit nullũ. Quod si in ista mortalitate sperandũ putamus, fallimur. Tũc enim erit quãdo mors non erit, & ibi erit vbi vita æterna erit. In illo enim seculo & in illo regno erit bonũ summum, malũ nullum: quando erit & vbi erit sapientiæ amor summus, continentiæ labor nullus. Nõ igitur mala est caro, si malo careat, id est, vitio quo vitiatus est homo, non factus malè, sed ipse faciens. Ex vtraque enim parte, id est, & anima & corpore à bono Deo factus bonus, ipse fecit malũ quo factus est malⁿ. A cuius mali reatu iã etiam solutus per indulgentiam, ne leue existimet esse quod fecit, adhuc cum suo vitio pugnat per continẽtiã. Absit aũt vt sint vlla vitia in illa quæ futura est pace regnãtibus, quãdoquidẽ in isto bello quotidie minuũtur in proficientibus nõ peccata solùm, sed ipsæ quoque cõcupiscentię, cum quibus non consentiendo confligitur, & quibus consentiẽdo peccatur. Quòd ergo caro cõcupiscit aduersus spiritum, q̃ non habitat in carne nostra bonũ, quòd lex in membris nostris repugnat legi mentis, nõ est duarũ naturarũ ex cõtrariis facta principiis cõmixtio, sed vnius aduersus seipsam propter peccati meritũ facta diuisio. Nõ sic fuimus in Adã antequã natura suo deceptore audito ac secuto, suum contempsisset atq; offendisset autorem: nõ est ista prior vita creati hominis, sed posterior pœna damnati. Ex qua damnatione per Iesum Christum gratia liberati, cum pœna sua dimicant liberi, nõdum salute plena, sed iam pignore salutis accepto: non liberati aũt, & peccatis rei sunt, & suppliciis implicati. Post hanc verò vitã reis manebit in æternum pœna, p culpa: liberis nõ remanebit in æternum nec culpa, nec pœna: sed permanebunt in æternum substantiæ bonæ spiritus & caro, quas Deus bonⁿ & immutabilis bonas quamuis mutabiles condidit. Permanebunt autem in melius commutatæ, nunquam iã in deterius mutãdæ, consumpto penitⁿ omni malo, & quod homo fecit iniustè, & quod passus est iustè. Quibⁿ duobⁿ mali generibus omnino pereuntibus, quorũ est vnum præcedentis iniquitatis, alterum consequentis infelicitatis, erit hominis sine vlla prauitate voluntas recta. Ibi omnibⁿ erit clarum atq; perspicuum, quod nũc à fidelibus multis creditur, à paucis intelligitur: malũ non esse substãtiã, sed sicut vulnus in corpore, ita substantiã quæ seipsam vitiauit, esse cœpisse peste inchoata, atque ibi esse desinere sanitate perfecta. Omni ergo malo exorto à nobis, & perdito in nobis, bono etiã nostro vsque ad culmẽ felicissimæ incorruptionis & immortalitatis acto atq; perfecto, qualis erit vtraq; nostra substantia: quandoquidẽ nunc in ista corruptione & mortalitate, cũ adhuc corpⁿ corruptibile aggrauat animã, & quod Apostolⁿ dicit, corpⁿ mortuũ est propter peccatum, tale tamẽ testimoniũ perhibet idẽ ipse carni nostrę, id est, parti nostræ infirmæ atque terrenæ: vt dicat quod paulo antè cõmemoraui: Nemo vnquam carnẽ suam odio habuit: statimq; subiungat, Sed nutrit eam & fouet sicut Christus ecclesiam. QVO igitur non dico errore, sed prorsus furore, Manichæi carnem nostram nescio cui fabulosæ genti tribuũt tenebrarum quam volunt suã sine vllo initio malam semper habuisse naturam: cùm verax doctor, viros diligere vxores suas exẽplo suæ carnis hortetur, quos ad hoc ipsum Christi quoque & Ecclesiæ hortatur exemplo? Totus deniq; ipse Apostolicæ epistolæ locus, valde ad rem pertinẽs, recordandus est. Viri, inquit, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo: vt exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiã, nõ habẽtem maculam aut rugã, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita, inquit, & viri debent diligere vxores suas, sicut corpora sua. Qui diligit vxorem suã, seipsum diligit. Deinde subiunxit quod iam cõmemorauimus: Nemo enim vnquã carnem suã odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christⁿ Ecclesiam. Quid ad hæc dicit immundissimæ impietatis insania? Quid ad hæc dicitis Manichæi, quid nobis vel ex Apostolicis literis duas sine initio naturas, vnã boni, alteram mali, conamini inducere: & Apostolicas literas, quæ vos ab ista sacrilega peruersitate corrigãt, nõ vultis audire? Sicut legitis, caro concupiscit aduersus spiritũ: &, Non habitat in carne mea bonum: ita legite, Nemo vnquam carnem suã odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiã. Sicut legitis, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: ita legite, Sicut Christus dilexit Ecclesiam, ita & viri debẽt diligere vxores suas, sicut sua corpora. Nolite in illis sanctæ scripturæ testimoniis esse insidiosi, in his surdi, & eritis in vtrisque correcti. Hæc enim si accipiatis vt dignum est, concemini & illa intelligere vt verum est. Tres quasdam copulas nobis insinuauit Apostolus, Christum & Ecclesiam, virum & vxorem, spiritum & carnem. Horum priora posterioribus consulunt, posteriora prioribus famulantur. Omnia bona sunt, cùm in eis quædam ordinis pulchritudinem excellenter pręposita, quædã decenter subiecta custodiũt. Vir & vxor, quales secum esse debeant, prę-ceptum accipiunt & exemplum, Præceptum est: Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino, quia vir caput mulieris est: &, Viri diligite vxores vestras. Exemplum aũt datur mulierib⁹ de ecclesia, viris de Christo. Sicut Ecclesia, inquit, subdita est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Similiter & viris dato præcepto, vt vxores suas diligant, adiecit exemplũ, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Sed & viros à re inferiore adhortatus est, id est, à corpore suo: non tantum à superiore, id est, à domino suo. Non enim solum ait, Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, quod est à superiore, verumetiam dixit: Viri debent diligere vxores suas sicut corpora sua: quod est ab inferiore: quia & superiora & inferiora bona sunt omnia. Nec tamen mulier à corpore vel carne accepit exemplum, vt ita esset subdita viro, sicut spiritui caro: sed aut cõsequẽter Apostolus intelligi voluit, quod dicere prætermisit: aut fortè quia caro concupiscit aduersus spiritum in huius vitæ mortalitate atque languore, ideo de illa noluit mulieri exẽplum suiectionis adhibere. Viris autem ideo voluit, quia etsi concupiscit spiritus aduersus carnẽ, etiã in hoc ipso consulit carni: non sicut caro concupiscẽs aduersus spiritũ, nec spiritui consulit talis repugnatio, nec sibi. Non tamen ei spiritus bonus, siue eius naturã per prouidentiam nutriendo ac fouendo, siue eius vitiis per continẽtiã resistẽdo consuleret, nisi vtraq; substãtia vtriusq; artificẽ

Ibid. d.18. Gal. 5. d. 16.

Gal. 5. d. 17. Rom. 7. d. 18 Ibid. d. 23.

Sap. 9. c. 15.

Rom 8. b. 10

Ephes. 5. g. 29.

CAPVT IX. Carnem natura nõ esse malum.

Ephes. 5. f. 25. Colos. 3. d. 19.

Gal. 5. c. 17. Rom. 7. d. 18. Ephes. 5. g. 29.

Rom. 7. d. 23.

Ephes. 5. c. 22.

Gal. 5. c. 17.

Deum, etiã decorẽ sui huius ordinis indicaret. Quid est ergo quòd vos vera dementia & Christianos esse iactatis, & contra scripturas Christianas oculis clausis, vel potius extinctis, tanta peruersitate contenditis? & Christũ asserẽtes in falsa carne apparuisse mortalibus, & ecclesiã in anima ad Christũ, in corpore ad diabolũ pertinere? vt & sexũ virilem atq; muliebrem diaboli opera esse, non Dei: & spiritui carnẽ tanquã malã substantiã bonæ substantiæ cohærere? Si parum vobis
Cap. x. Idẽ probat. videntur respondere quæ de Apostolicis cõmemoramus literis audite adhuc alia, si aures habetis. Quid de carne Christi dicit insanissimus Manichęus? Quòd nõ
2. Tim. 2. b. 8 fuerit vera, sed falsa. Quid ad hoc dicit beatus Apostolus? Memor esto, Christum Iesum surrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangeliũ meũ. Et ipse
Lucæ 24. f. Christus Iesus, Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

Quomodo est in eorum doctrina veritas, quæ id prædicat quod in carne Christi erat falsitas? Quomodo in Christo non erat vllum malum in quo erat tam grande mendaciũ? Quia videlicet hominibus nimiũ mundis malum est caro vera, & non est malũ falsa pro vera? Malum est caro vera nascẽtis ex Dauid semine, & nõ est inalũ lingua falsa dicẽtis: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ non habet, sicut me videtis habere? De Ecclesia quid dicit deceptor hominũ in mortifero errore, q; ex parte animarũ pertineat ad
2. Cor. 6. c. 15 Christum, ex parte corporũ ad diabolũ? Quid ad hęc dicit doctor gentiũ in fide & veritate? Nescitis, inquit, quia corpora vestra mẽbra sunt Christi? De sexu mas-
1. Cor. 11. c. 12. culi & feminæ quid dicit filius perditionis, quòd vterque sexus non ex Deo sit, sed ex diabolo? Quid ad hęc dicit vas electionis? Sicut, inquit, mulier ex viro, ita & vir per mulierẽ, omnia aũt ex Deo. De carne quid di-
1. Cor. 12. b. 22. cit per Manicheum spiritus immundus, quòd sit mala substantia, nec Dei, sed inimici creatura? Quid ad hęc dicit per Paulũ Spiritus sanctus? Sicut enim corpus vnũ est, inquit, & mẽbra habet multa, omnia autẽ mẽ-
Ibid. c. 18. & 24. bra corporis cùm sint multa, vnum est corpus, ita & Christus. Et paulo pòst, Posuit, inquit, Deo mẽbra singula quæque eorũ in corpore prout voluit. Itẽ paulo pòst, Deus, inquit, tẽperauit corpus, ei cui deerat maiorẽ honorem dans, vt non essent scissuræ in corpore, sed idẽ ipsum, vt proinuicẽ solicita sint mẽbra: & siue patitur vnũ membrũ, cõpatiuntur omnia mẽbra, siue glorificatur vnũ membrũ, congaudent omnia mẽbra. Quomodo est mala caro, quãdo ipsæ animæ pacẽ mẽbrorũ eius vt imitentur, monentur? Quomodo est inimici creatura, quando ipsæ animæ quæ corpora regũt, vt inter se inimicitiarũ scissuras nõ habeant, exemplũ de membris corporis sumunt, vt quod præstitit Deus
Rom. 12. a. 1 corpori per naturam, ament & ipsæ habere per gratiã? Meritò ad Romanos cùm scriberet, Obsecro, inquit, vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuã, sanctam, Deo placentẽ. Sine causa enim tenebras lucẽ, & lucem tenebras esse conten-
Cap. xi. Etiam ecclesia caro est. Ephes. 5. f. 23. dimus, si hostiã viuã, sanctam, Deo placentem de gentis tenebrarũ corporibus, exhibemus. Sed inquiũt, Quomodo caro per quãdam similitudinem cõparatur Ecclesiæ? Nunquid Ecclesia cõcupiscit aduersus Christum, cùm idem Apostolus dixerit, Ecclesia subdita est Christo? Planè Ecclesia subdita est Christo, quia ideo
Gal. 5. c. 17. spiritus concupiscit aduersus carnem, vt omni ex parte Christo subdatur Ecclesia. Caro autẽ concupiscit aduersus spiritũ, quia nondum pacẽ quæ perfecta promissa est accepit Ecclesia. Ac per hoc Ecclesia subdita est Christo ex pignore salutis, & caro cõcupiscit aduersus spiritũ ex infirmitate lãguoris. Neque enim non Ecclesiæ mẽbra erant iidem ipsi, quibus ista dicebat, Spi-
A ritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus Ibid. c. 16.
carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Hęc vtiq; Ecclesiæ dicebantur, quę si Christo subdita non esset, nõ in ea spiritus aduersus carnem per continẽtiam cõcupisceret. Propter quod poterant concupiscentias carnis nõ perficere, sed carne concupiscente aduersus spiritũ non poterant ea facere quæ volebant: id est, etiã ipsas carnis concupiscẽtias non habere. Deinde, cur nõ confiteamur in hominibus spiritalib⁹ Ecclesiam subditã Christo, in carnalibus aũt hanc adhuc concupiscere aduersus Christũ? An aduersus Christum non concupiscebant, quibus dicebatur, Diuisus est Christus? Et, Nõ potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam 1. Cor. 3. b. 3
paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, nõ escam, nõ- 1. Cor. 3. a. 1.
dum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis: ad-
B huc enim estis carnales. Cùm enim sint in vobis, æmulatio, & cõtentio, nónne carnales estis? Aduersus quẽ concupiscit æmulatio & contẽtio, nisi aduersus Christũ? Has enim carnis concupiscentias Christus in suis sanat, sed in nullis amat. Vnde sancta Ecclesia quãdiu habet etiam membra talia, nondum est sine macula & ruga. Huc accedunt & illa peccata, pro quibus quotidiana vox totiʼ Ecclesiæ est, Dimitte nobis debita no- Matth. 6. b. 12.
stra: à quibus ne spiritales putaremus alienos, non quicũque carnaliũ, nec ipsorum quicunque spiritalium, sed qui super pectus Domini discumbebat, & quẽ præ Ioan. 13. a. 23.
cæteris diligebat. Si dixerimus, inquit, quia peccatum 1. Ioan. 1. d. 8
non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. In omni autem peccato plus in maiore, minus in minore, tamen cõtra iustitiam concupiscitur. Et de Christo scriptũ est: Qui factʼ est nobis sapientia à Deo, 1. Cor. 1. d.
& iustitia, & sanctificatio, & redemptio. In omni igitur 30.
C peccato contra Christũ sine dubio concupiscitur: sed qui sanat omnes languores nostros, cùm perduxerit Ecclesiam ad promissam languoris sanitatem, tunc in nullo membrorum eius quamlibet minima erit vlla macula & ruga. Tũc nullo modo caro aduersus spiritũ cõcupiscet, & ideo nulla erit causa cur aduersus carnẽ etiam spiritus concupiscat. Tunc finẽ accipiet omnis hæc pugna, tunc ambarum substãtiarum erit summa concordia, tũc vsque adeò ibi nullus erit carnalis, vt etiã caro ipsa sit spiritalis. Quod ergo nunc agit cũ carne sua quisq; secundũ Christũ viuens, cũ & cõcupiscit aduersus eius malã concupiscentiã, quã sanandã continet, quam nondum sanatã tenet, & tamẽ eius bo-
nã nutrit naturã fouetq;, quoniam nemo vnquã carnẽ Eph. 5. g. 29.
suam odio habuit: hoc etiã agit cũ Ecclesia Christus, quantũ fas est cõparare minora maioribus. Nã & cor-
D reptionib⁹ eã reprimit, ne impunitate inflata dissiliat, & consolationib⁹ erigit, ne grauata infirmitate succũbat. Hinc est illud Apostoli, Si enim nosipsos diiudi- 1. Cor. 11. g.
carem⁹, à Domino non iudicaremur: cùm iudicamur 31.
aũt, à Domino corripimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Et illud in Psalmo: Secundũ multitudinem doloru meorũ in corde meo, consolationes tuæ iocundaue Psal. 93.
runt animã mã. Tunc ergo sperãda est carnis nostræ sine vlla repugnatione perfecta sanitas, quando erit Ecclesiæ Christi sine vllo timore certa securitas. Hæc aduersus Manichæos fallaciter continẽtes, pro veraci cõtinẽtia disputare suffecerit, ne continẽtiæ fructuosus & gloriosus labor, partẽ infirmã nostrã, id est, corpus, quãdo ab immoderatis & illicitis voluptatib⁹ cohibet & refrenat, nõ salubriter castigare, sed insectari credatur hostiliter. Corpus quippe ab anima est quidẽ natura diuersum, sed non est à natura hominis alienum

nũ. Non enim animus cõstat ex corpore, sed tamẽ homo ex animo cõstat & corpore, & vtiq; Deus quẽ libe-
A rat, totũ hominẽ liberat. Vnde totũ hominẽ etiã Saluator ipse suscepit, dignatus in nobis totũ liberare q; fecit. Qui cõtra istã sentiũt veritatẽ, quid eis prodest libidines continere, si tamen aliquas continent? Quid in eis per continentiã potest fieri mundũ, quorũ cõtinentia talis immunda est, quęnec cõtinentia nominãda est? Sentire quippe quod sentiunt, virus est diaboli, continentia verò munus est Dei: sicut autẽ non omnis qui aliquid patiʼ, aut quoslibet dolores tolerãtissimè patitur, habet eã virtutẽ, quæ similiter Dei munus est, & patientia nuncupatur. Multi enĩ tolerant multa tormenta, ne in suis criminibus prodãt, aut malè sibi conscios, aut seipsos. Multi p explendis ardentissimis libidinib⁹ & obtinẽdis, vel non relinquẽdis eis rebus quibus vinculo praui amoris obstricti sunt, multi pro diuersis & perniciosis quibus vehementer tenẽtur erro-
B ribus quos omnes abfit vt verã dicamus habere patiẽtiã. Ita non omnis qui aliquid continet, vel ipsas etiam carnis aut animi libidines mirabiliter continet, istã cõtinentiã, de cuius vtilitate & decore disseruimus, habere dicendus est. Quidã enim quod mirum dictu videri potest, per incontinentiã se cõtinent: velut si se mulier cõtineat à marito, quia hoc iurauit adultero. Quidam per iniustitiam, veluti si miscendi sexus non reddat cõiunx cõiugi debitũ, quia ipse vel ipsa iã potest vincere talẽ corporis appetitũ. Itẽ quidã continent decepti fide falsa, & vana sperantes, vana sectãtes: in quibus sunt omnes hæretici, & quicunq; sub nomine religionis aliquo errore falluntur: quorũ continentia vera esset, si esset & fides vera. Cùm verò illa proprerea nec fides sit appellanda, quia falsa est, sine dubio & ista continẽtiæ nomine indigna est. Nunquid enim continentiã fidei, quã munus Dei verissimè dicimus, dicturi sumus esse
C peccatum? Absit à nostris cordibus tam detestãda dementia. Beatus autẽ Apostolus ait: Omne quod nõ est
Rom. 14. d. 23. ex fide, peccatũ est. Quæ igitur non habet fidem, nec continentia nominãda est. Sunt etiam qui apertè malignis seruiendo dęmonibus à corporis voluptatibus cõtinent, vt per eos expleant nefarias voluptates, quarũ impetũ ardorem q; non continent. Vnde vt aliquid dicã, & cętera propter sermonis lõgitudinem taceam, quidam non attingunt etiã vxores suas, dũ quasi mundi per magicas artes peruenire ad vxores moliuntur alienas. O mirabilẽ continentiã, imò verò nequitiã atq; immũditiam singularem! Si enim vera esset continentia, magis ab adulterio, quàm propter adulterium perpetrandum, carnis concupiscentia debuit à coniugio continere. Hanc quippe concupiscentiam carnis, relaxare solet continentia coniugalis, eiusq; frenis
D hactenus moderamen imponere: vt nec in ipso coniugio immoderata licẽtia diffluatur, sed custodiatur modus: aut infirmitati coniugis debitus, cui hoc non secundum imperium præcepit, sed secũdum veniã concedit Apostolus: aut filiis procreandis accommoda-
1. Cor. 7. a. 5. tus, quæ vna fuit causa miscẽdæ inuicem carnis, & patribus quondam & matribus sanctis. Id autem faciens continentia, id est, moderans & quodammodo limitans in coniugibus carnis concupiscentiam & eius inquietũ atq; inordinatum motum certis quodammodo finibus ordinans, bene vtitur hominis malo, quem facit & vult perficere bonum: sicut Deus vtitur etiam hominibus malis, propter eos quos perficit bonos.

Caput xiii. Continentia non tantùm libidini moderatur.

Absit ergo vt continentiam, de qua Scriptura dicit: Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: etiam eos habere dicamus, qui cõtinendo, vel erroribus seruiũt, vel aliquas minores cupiditates ideo vincũt, vt alias expleant, quarũ granditate vincũtur. Ea verò quæ vera est desuper veniens continentia, nõ aliis malis mala premere alia, sed bonis mala sanare vult omnia. Cuius vt breuiter complectar actionem, omnibus prorsus delectationibus concupiscẽtiæ quæ aduersantur delectationi sapientiæ, coercẽdis atq; sanandis inuigilat officiũ continentiæ. Vnde angustius eã sine dubitatione metiũtur qui solas libidines corporis cohibere definiunt: melius profectò illi qui nõ addunt corporis, sed generaliter libidinem siue cupiditatẽ regendã dicunt ad continentiam pertinere. Quæ cupiditas in vitio ponitur, nec tantũ est corporis, verùm & animi. Etenĩ si cupiditas corporis est in fornicationibus & ebrietatib⁹, nũquid inimicitiæ, contentiones, æmulationes, postremò animositas, in corporis voluptatibus, ac nõ potius in animi motib⁹ & perturbationibus exercẽtur? Carnis tamen opera hæc omnia nuncupauit Apostolus, siue quę ad animũ, siue quæ ad car- Gal. 5. c. 19.
nẽ propriè pertinent, ipsum scilicet hominẽ nomine carnis appellans. Opera quippe hominis sunt quæ non dicũtur Dei, quoniã homo qui hæc agit, secundũ seipsum viuit, non secundũ Deũ, inquantum hæc agit. Sunt autẽ alia opera hominis, quæ magis dicenda sunt opera Dei. Deus est enim, inquit Apostolus, qui ope- Philp. 2. b. 13.
ratur in vobis & velle & operari pro bona volũtate. In de est & illud: Quotquot enim spiritu Dei agũtur, hi Rom. 8. c. 14
filij sunt Dei. Spiritus itaq; hominis adhærens spiritui Dei, cõcupiscit aduersus carnẽ, id est, aduersus seipsũ, sed pro seipso, vt motus illi siue in carne, siue in anima, secundũ hominẽ, non secundũ Deũ, qui sunt adhuc p acquisitũ languorẽ, continentia cohibeantur, propter acquirendã salutẽ: vt homo non secundũ hominẽ viuens, iã possit dicere: Viuo autẽ iã nõ ego, viuit verò in me Christus. Vbi enim nõ ego, ibi felicius ego, vt quã- Gal. 2. d. 20.
do secũdũ hominẽ reprobus vllus motus exurgit, cui non cõsentit qui mente legi Dei seruit, dicat etiã illud, Iam non ego operor illud. Talibus quippe & illa dicũtur, quæ sicut eorũ socij participes q; debemus audire, Rom. 7. c. 17
Si consurrexistis cũ Christo quæ sursum sunt quæri- Col. 3. a. 1.
te, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo: cùm autẽ Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos apparebitis cũ illo in gloria. Quibus loquatur intelligamus, imò verò attentius audiamus. Nã quid hoc planius, quid apertius? Eis certè loquitur qui consurrexerãt Christo, nondũ vtiq; carne, sed mente, quos mortuos dicit, & Ibid. a. 3.
magis hinc viuos. Nã vita vestra, inquit, abscõdita est cũ Christo in Deo. Talium mortuorum vox est. Viuo autẽ iam non ego, viuit verò in me Christus. Quorũ ergo vita erat abscondita in Deo, admonentur & exhortantur, vt membra sua mortificent quæ sunt super terram. Id enim sequitur: Mortificate ergo mẽbra ve- Col. 3. a. 5.
stra quæ sunt super terram. Et ne quisquã nimis tardus membra ista visibilia corporis mortificanda putaret, talibus cõtinuò quid dicat aperiens: Fornicationem, inquit, immunditiam, perturbationẽ, cõcupiscẽtiam malam, & auaritiã quæ est idolorũ seruitus. Itane verò credendũ est, quòd isti qui iam mortui erant, eorumq; vita abscõdita erat cum Christo in Deo, adhuc fornicabantur, adhuc in moribus immũdis operibusq; viuebant, adhuc perturbationibus concupiscentiæ malę atq; auaritiæ seruiebant? Quis demens ista de talibus senserit? Quid ergo vult vt mortificent, opere scilicet continẽtiæ, nisi motus ipsos adhuc in sua quadã interpellatione, sine nostræ mentis consensione, sine membrorũ corporalium operatione viuẽtes? Et quomodo isti mortificantur opere continentiæ, nisi cũ eis mẽte

Caput xii. Continentia vera & falsa.

nõ consentitur, nec exhibentur eis arma corporis mẽbra: & q̃ est maiꝰ, atq; vigilentia cõtinẽtię maiore curandũ, ipsa etiã nostra cogitatio, quãuis eorũ quodammodo suggestione, & quasi susurratione tangatur, tamẽ ab eis ne oblectetur auertitur, & ad superna cogitãda delectabiliꝰ cõuertitur: ad hoc ea nominãs in sermonibꝰ, ne habitetur, in eis, sed fugiatur ab eis? Quod
Colos.3.a.1 fit si efficaciter audiamus ipso adiuuante; qui hoc per Apostolũ suũ præcipit, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursũ sunt sapi-
CAPVT XIIII. Quòd nec fides sine operibꝰ, nec continentia sine perseuerãtia saluet. Iac.2.c.14. te, nõ quæ super terrã. CVM autẽ mala illa cõmemorasset, adiũxit atq; ait: Propter quæ venit ira Dei in filios infidelitatis. Vtiq; salubriter terruit, ne putarẽt fideles propter solã fidẽ suã, etiã si in his malis viuerent, se posse saluari, apostolo Iacobo cõtra istũ sensum, voce manifestissima reclamãte ac dicente: Si fidẽ quis dicat se habere, opera autẽ nõ habeat, nũquid poterit fides saluare eũ? Vnde & hic doctor gentiũ propter illa mala venire irã Dei dixit in filios infidelitatis. Cùm autẽ dicit, in quibus & vos aliquãdo ambulastis cùm viueretis in illis: satis ostẽdit quòd in illis iã nõ viuãt: His quippe mortui erãt, vt eorũ vita in Deo cũ Christo esset abscõdita. Cùm ergo iã in illis nõ viuerent, mortificare iã talia iubebãtur. Ipsis quippe in eisdẽ nõ viuentibus illa viuebãt: sicut paulo antè iã ostendit. Et membra dicebantur ipsorũ, ea videlicet vitia quæ in membris habitabãt ipsorũ, modo locutionis quo per id q̃ cõtinet id quod cõtinetur significatur: sicut dicitur, totũ foriũ inde loquitur, cũ homines loquantur qui sunt
Psal.65.a.4. in foro. Ipso locutionis modo in psalmo canitur, Omnis terra adoret te: id est, omnes homines qui sũt in terra. Nũc autem deponite, inquit, & vos vniuersa: & cõmemorat plura eiusmodi mala. Sed quid est quod ei non sufficit dicere, deponite vos vniuersa: sed addita cõiũctione, dixit, & vos? Nisi ne propterea se putarent hæc mala facere, atq; impunè in eis viuere, quia fides eorũ liberaret eos ab ira quæ venit in filios infidelitatis ista facientes, & in his sine fide viuentes. deponite, inquit, & vos illa mala propter quę venit ira Dei in filios

A infidelitatis: nec vobis eorũ impunitatẽ propter fidei meritũ promittatis. Nõ autẽ diceret, deponite: eis qui iã deposuerãt ex ea parte qua talibus vitiis nõ cõsentiebãt, nec sua mẽbra eis arma peccati dabãt: nisi quia in hoc facto est, & in hac adhuc operatione versatur, quã diu mortales sumus, vita sanctorũ. Dũ enĩ spiritus cõ-
Gal.5.b.17. cupiscit aduersus carnẽ, hæc magna intẽtione res agitur: delectationibus prauis, libidinibus immũdis, motibus carnalibus atq; turpibus, suauitate sanctitatis, amore castitatis, spiritali vigore, & cõtinẽtiæ decore resistitur. Sic deponũtur ab eis qui mortui sunt eiis, nec cõsentiendo viuũt in eis: Sic, inquã, deponuntur, dum cõtinuata cõtinentia ne resurgãt premũtur. Quisquis quasi securus ab hac eorũ depositione cessauerit, illico in arcẽ mẽtis prosiliẽt, eamq; inde ipsã deponẽt atque in suam redigẽt seruitutẽ, turpiter deformiterq; captiuã. Tũc regnabit peccatũ in hominis mortali corpore,
Rom.6.b.11 ad obediẽdũ desideriis eius. Tũc sua mẽbra exhibebit
Matth.12. d.45. arma iniquitatis peccato, & erũt nouissima illius peiora prioribus. Multo est enim tolerabilius certamẽ huiusmodi nõ cœpisse, quàm cœptũ reliquisse cõflictũ, & factũ ex bono præliatore, vel etiã victore captiuum. Vnde Dominus non ait, qui cœperit: sed, qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Siue autẽ ne vinca-
Matth.10.c. 22. mur acriter cõfligẽtes, siue aliquoties vel etiã inspera-
Psal.29.b.7. ta vel inopinata facilitate vincentes, ei qui nobis dat cõtinentiã demus gloriã. Meminerimus quendã iustũ dixisse, dixi in abundãtia mea, nõ mouebor in æternũ: demõstratumq; illi esse quàm temerè hoc dixerit, tanquã suis viribus tribuẽs, quod ei desuper præstabatur. Hoc autẽ ipso cõfitẽte didicimus, mox enĩ adiunxit: Domine in volũtate tua præstitisti decori meo virtutẽ, auertisti autẽ faciẽ tuam & factus sum cõturbatus. Per medicinalẽ prouidentiã paululũ desertus est à rectore, ne per exitialẽ superbiam desereret ipse rectorẽ. C Siue ergo hic, vbi cũ vitiis nostris domandis minuendisq; cõfligimus: siue ibi, quod in fine futurum est, vbi omni hoste † & omni peste carebimꝰ: id nobiscũ salubriter agitur, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.
al. quia Hier.9.f.22. 1.cor.1.d.30

LIBER SANCTI AVGVSTINI
DE PATIENTIA.

CENSVRA.

Augustini esse arguit erudita tractatio, & phrasis congruens cum ea quam habet libellus superior.

CAPVT I. Patiẽtia Dei qualis.

VIRTVS animi quæ Patiẽtia dicitur, tã magnum Dei donũ est, vt etiam ipsius qui nobis eã largitur, qua malos vt corrigantur expectat, patientia prædicet. Ita quãuis Deus nihil pati possit, patientia verò à patiẽdo nomen acceperit, patientem tamen Deũ nõ modo fideliter credimus, verumetiã saluberrimè cõfitemur. Sed Dei patiẽtia qualis & quãta sit, quẽ nihil patientẽ nec tamẽ impatientẽ, imò etiã pa-
D tientissimũ dicimus, verbis explicare quis possit? Ineffabilis est ergo illa patiẽtia, sicut zelus eius, sicut ira eiꝰ, & si quid huiusmodi est. Nã si tanquã nostra ista cogitemus, in illo nulla sunt. Nihil enĩ horũ nos sine molestiã sentimus. Absit autẽ vt impassibilẽ Dei naturam perpeti vllã molestiã suspicemur. Sicut autẽ zelat sine aliquo liuore, irascit sine aliqua perturbatione, misere t sine aliquo dolore, pœnitet eũ sine alicuius prauitatis correptione, ita est patiẽs sine vlla passione. Nũc itaq; humana patientia quã capere possumus, & habere debemus, cuiusmodi sit, quãtum Dominus tribuit, & quantum patitur breuitas præsentis sermonis expediatur. PATIENTIA hominis, quę recta est atq; laudabilis, & vocabulo digna virtutis, ea perhibetur qua æquo animo mala toleramus, nec animo iniquo bona desideramus, per quæ ad meliora perueniamus. Quapropter impatientes dum mala pati nolunt, non efficiunt vt à malis eruantur, sed vt mala grauiora patiantur. Patientes autem qui mala malunt non committendo ferre, quàm non ferendo committere, & leuiora faciunt, quàm quæ per patientiam patiuntur, & peiora euadunt quibus per impatientiam mergerentur. Bona verò æterna & magna nõ perdunt, dum ma-
D lis temporalibus breuibusq; nõ cedunt: quoniam non
Rom.8.d.18 sunt cõdignæ passiones huius temporis, sicut Apostolus dicit, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et iterum ait, Quod est tẽporale leue tribulatio-
2. Cor.4.d 17. nis nostræ, in incredibilem modũ æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. INTVEAMVR itaque
CAPVT III. Patiẽtia malorum. charissimi quanta in laboribus & doloribus homines dura sustineant, pro rebus quas vitiosè diligunt, & quantum se his feliciores fieri putant, tanto infelicius concupiscunt. Quanta pro falsis diuitiis, quanta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima & molestissima patiẽtissimè tolerat.

CAPVT II. Patiẽtia potiũ.

ratur. Pecuniæ & gloriæ cupidos videmus, vt ad desiderata peruenũt, adeptisq; nõ careãt, soles, imbres, gla-
A cies, fluctꝰ, & procellosissimas tẽpestates, aspera & incerta bellorũ, immaniũ plagarũ ictus, & vulnera horrẽda, nõ ineuitabili necessitate, sed culpabili volũtate perferre. Verùm hæ licitæ quodmamodo videtur in-
CAPVT IIII. Patiẽtia apud homines laudanda. saniæ. NAMQVE auaritia, ambitio, luxuria, & variorũ oblectamẽta ludorũ, nisi propter illa facinꝰ aliquod admittatur, siue flagitiũ quod legibus prohibetur humanis, putãtur ad innocentiã pertinere, imo etiã qui sine fraude cuiusquã, aut pro habenda vel augẽda pecunia, aut pro adipiscendis vel retinendis honoribus, aut in agone certando seu venando, seu theatricũ aliquid plausibiliter exhibẽdo magnos labores doloresq; pertulerit, parũ est q̃ populari vanitate nullis repre-
Psal.9.d.24 hẽsionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus. Quoniã laudatur, sicut scriptũ est, peccator in desideriis animæ suæ. Vis enim desideriorũ, facit tolerãtiã la-
B borũ & dolorũ: & nemo nisi pro eo quod delectat, spõtè suscipit ferre quod cruciat. Sed istæ, vt dixi, cupiditates, propter quas explẽdas qui eis flagrãt, multa dura & acerba patientissimè sustinẽt, licitè existimantur legibusq; cõcessæ. QVID quòd etiã pro apertis scele-
CAP. V. Immanis toleratia latronum. Catilinæ. Sallust. ribus, nõ vt ea puniant, sed vt perpetrẽt, multa homines grauissima perferũt? Nónne de quodã nobilissimo patriæ parricida, seculariũ literarũ loquuntur autores, quòd famen, sitim, frigus ferre poterat, eiusq; erat corpus patiẽs inediæ, algoris, vigiliæ, suprà quã quiquam credibile est? Quid de latronibus dicã, quorũ omnes cùm insidiantur viatoribus, noctes perpetiũtur insomnes, atq; vt transeũtes excipiãt innocentes, sub qualibet cęli asperitate nocentẽ animũ corpusq; defigunt? Quidã verò eorũ inuicẽ torquere perhibentur, ita vt exercitatio cõtra pœnas nihil distet à pœnis. Nõ enim tantũ fortassis excruciantur à iudice, vt à dolẽtibus ve-
C ritas inquiratur, quãtũ à suis sociis vt à patientibus non prodantur. Et tamen in his hominibus miranda est potiũs quã laudanda patiẽtia: imò nec mirãda nec laudãda quæ nulla est: sed mirãda duritia, neganda patiẽtia. Nihil autẽ illic iure laudandũ, nihil vtiliter imitandũ. Tantoq; rectius maiore supplicio dignũ iudicaueris animũ, quanto magis vitiis subdit instrumenta virtutũ. Patientia comes est sapientiæ, non famula cõcupiscentię. Patiẽtia amica est bonæ cõscientiæ, nõ inimica innocẽtiæ. CVM ergo videris quenquã patiẽ-
CAP. VI. Causa probat patiẽtiam. ter aliquid pati, noli cõtinuò laudare patiẽtiã, quam nõ ostendit nisi causa patiendi. Quando illa bona est, tũc ista vera est. Quando illa nõ polluitur cupiditate, tũc à falsitate ista distinguitur. Cùm verò illa tenetur in crimine, tũc multũ huiꝰ erratur in nomine. Nõ enĩ sicut omnes qui sciunt sunt participes scientiæ, ita omnes qui patiũtur sunt participes patientiæ: sed qui passione rectè vtuntur, hi patientiæ veritate laudantur, hi
CAP. VII. De vera patiẽtia. patientiæ munere coronãtur. VERVNTAMEN cùm pro libidinibus, vel etiã sceleribꝰ, cùm deniq; pro ista tẽporali vita ac salute multa homines horrenda mirabiliter sufferũt, satis nos admonent quanta sufferenda sint pro vita bona, vt etiam postea possit esse æterna, & sine vllo temporis termino, sine vtilitatis vllius detrimento vera felicitate secura. Dominus ait, In vestra
Lucæ 21.d. 19. patiẽtia possidebitis animas vestras. Non ait villas vestras, laudes vestras, luxurias vestras: sed, animas vestras. Si ergo tanta suffert anima vt possideat vnde pereat, quanta debet sufferre ne pereat? Deinde vt illud dicam quod culpabile nõ est, si tanta suffert pro salute carnis suæ inter manus secantium siue vrẽtium medicorum, quãta debet sufferre inter furores quorũlibet inimicorum: cũ medici, ne corpus moriatur, per pœnas corpori cõsulãt, inimici autẽ pœnas & mortẽ corporis cõminando, vt anima & corpus in gehẽna occidatur impellant: quanquã & ipsi corpori tũc prouidẽtius consulatur, si tẽporalis salus eius pro iustitia contẽnatur, & pœna vel mors eius patientissimè pro iustitia sufferatur? De corporis quippe redẽptione quæ in fine futura est loquitur Apostolus, vbi ait, Et ipsi in no-
Rom.8.d.23 bismetipsis ingemiscimꝰ adoptionẽ filiorũ Dei, expectãtes redemptionẽ corporis nostri. Deinde subiũxit: Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ q̃ nõ videmus, speramus, per patiẽtiã expectamus. CVM
CAPVT VIII. Patiẽtia quomodo vtendum. ergo torquẽt aliqua mala, sed nõ extorquẽt opera mala, non solũ anima per patientiã possidetur, verumetiã cùm per patientiã corpus ipsum ad tẽpus affligitur vel amittitur, in æternã stabilitatẽ salutemq; resumitur, & ei per dolorẽ & mortẽ inuiolabilis sanitas, & felix immortalitas cõparatur. Vnde & Dominus Iesus ad pa-
B tientiã exhortãs martyres suos, etiã ipsius corporis integritatẽ futurã sine cuiusquã nõ dicã membri, sed & capilli amissione promisit. Amen dico vobis, inquit, ca-
Lucæ 21.d. 18. Ephe.5.g.30 pillus capitis vestri nõ peribit. Vt quoniã nemo vnquã, sicut Apostolus dicit, carnem suam odio habuit, magis homo fidelis per patientiã quàm per impatientiam pro statu suæ carnis inuigiler, & futurę incorruptionis inæstimabili lucro quantalibet eius præsentia damna cõpensẽt. Quamuis autẽ patiẽtia virtus sit animi, partim tamen ea vtitur animus in seipso, partim verò in corpore suo. In seipso vtitur patiẽtia, quando illæso & intacto corpore, aliquid q̃ non expediat, vel nõ deceat facere aut dicere, quibuslibet aduersitatibus aut fœditatibus rerũ seu verborũ stimulis incitatur, & patiẽter mala omnia tolerat, ne ipse mali aliquid opere vel ore cõmittat. PER hanc patiẽtiã sustinemus etiã, cùm
CAP. IX. Patiẽtia animi. corpore sani sumus, quòd inter huius seculi scandala beatitudo nostra differtur. Inde dictũ est q̃ paulo antè commemoraui: Si quod nõ videmus speramus, per
Rom.8.e.25. patientiam expectamus, Hac patiẽtia sanctus Dauid
2.Reg.16.b 10. conuiciantis opprobria tolerauit, & cùm facilè posset vlcisci, non solùm non fecit, verùm & alium pro se dolentem commotumq̃ compescuit: & potestatem regiã magis ac magis adhibuit prohibendo quàm exercendo vindictam. Neque tunc eius corpus aliquo morbo affligebatur ac vulnere, sed humilitatis tempus agnoscebatur ac referebatur voluntas Dei, propter quam patientissimo animo amaritudo contumeliæ bibebatur. Hanc patiẽtiã Dominus docuit, quãdo commonitus de zizaniorũ permixtione, seruis volentibus ea colligere, dixit respõdisse patrem familiãs, Sinite vtraq; crescere vsque ad messem. Oportet enim
Matt.13.d. 30. patienter ferri, quod festinanter non oportet auferri. Huius & ipse patiẽtiæ præbuit & demonstrauit ex-
D emplum, quando ante passionẽ corporis sui, discipulũ
Ioan.12.a.6. & 13.c.26. Iudã prius quam ostenderet traditorẽ, pertulit furem: & ante experimẽtum vinculorum & crucis & mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. Hæc o-
Matt.26.c. 50. mnia, & si qua alia sunt quæ cõmemorare longum est, ad eum patiẽtiæ modum pertinent, quo animus non sua peccata, sed quæcunque extrinsecus mala patienter sustinet in seipo, suo prorsus corpore illæso.

CAP. X. Patiẽtia gemina.

ALIVS est autẽ patiẽtiæ modus, quo idẽ ipse animus quæcunq; molesta & grauia in sui corporis passionibus perfert, nõ sicut stulti vel maligni homines propter adipiscenda vana vel scelera perpetranda, sed sicut à Domino definitum est propter iustitiam. Vtroq;
Mat.5.a.10. modo sancti martyres certauerunt. Nam & impiorum opprobriis saturati sunt vbi animus corpore intacto quasdam veluti plagas suas integer sustinet: & in
Hebr.11.g. 36.

corporibus vincti sunt, inclusi sunt, fame ac siti affecti sunt, torti sunt, secti sũt, dilaniati sunt, incẽsi sunt, trucidati sunt: & pietate immobili subdiderũt deo mẽtẽ, cùm paterẽtur in carne quicquid exquirẽti crudelitati venit in mentẽ. Maius sane patientiæ certamen est, quãdo non visibilis inimicus persequendo atq; sæuiẽdo vrget in nefas, qui palàm & apertè ã nõ consentiẽte vincitur. Sed ipse diabol⁹ qui etiã per filios infidelitatis tanquã per sua vasa filios lucis insequitur, per se ipsum occultus impugnat, sæuiendó instãs vt contra Deũ fiat aliquid vel dicatur.

Capvt xi. De patiẽtia sancti Iob.

TALEM illũ Iob sanctus expertus est, vtraq; tentatione vexat⁹, sed in vtraq; stabili pãtiẽtiæ robore & armis pietatis inuictus. Nã prius illæso corpore cũcta quæ habebat amisit, vt animus ante suæ carnis cruciatum subtractis rebus, quas magnipẽdere homines assolẽt, frãgeretur, & aduersus Deũ loqueretur aliquid, his amissis propter quæ illũ colere putabat. Percussus etiã omniũ subita orbitate filiorũ, vt quos singillatim susceperat, simul perderet, tanquã eorum numerositas nõ vnde felicitas oriretur extiterit, sed vnde calamitas augeretur. Vbi autẽ ista perpessus in Deo suo mansit immobilis, eius affix⁹ est voluntati, quẽ nõ posset amittere nisi propria voluntate: & pro iis quæ perdidit eũ qui abstulit tenuit, in quo inueniret quod nunquã periret. Neq; enim ille abstulerat qui nocẽdi habuit voluntatẽ, sed ille qui dederat potestatẽ.

Iob.1.b.9.*

Capvt xii. Comparatio Iob ad Adam.

AGGRESSVS est inimicus & corpus, nec ea quæ homini extrinsecus inerant, sed ipsum iã hominẽ in qua potuit parte percussit. A capite vsq; ad pedes ardebant dolores, scatebant vermes, sanies defluebat, manebat in putrido corpore animus integer, horrendosq; cruciatus carnis cõtabescentis inuiolata pietate & incorrupta patiẽtia perferebat. Aderat vxor, nec ferebat opẽ aliquam viro, sed in Deum blasphemiã suggerebat. Et enim eam diabolus, cùm etiam filios abstulisset, tanquam nocendi peritus reliquerat: qui quantũ esset necessaria tẽtatori, iam in Eua didicerat: sed modò alterum Adam, quem per mulierem caperet, non inuenerat. Cautior fuit iste in doloribus quàm ille in nemoribꝰ. Ille victus est in deliciis, iste vicit in pœnis. Consensit ille oblectamentis, non cessit iste tormẽtis. Aderant & amici non vt in malis consolarentur, sed vt mala suspicarentur. Neq; enim eum qui tanta patiebatur, innocentem esse credebant, nec tacebat eorũ lingua quod illius conscientia non habebat, vt inter immanes cruciatus corporis, etiam falsis animus cæderetur opprobriis. At ille sustinens in carne dolores suos, in corde errores alienos, coniugis corripiebat insipientiam, amicos docebat sapientiam, seruabat vbique patientiam.

Iob.2.a.c.4.*

Genes.3.a.1

Capvt xiii. Impatiẽtia sibi manus afferẽtium.

HVNC intuentur qui sibi ingerũt mortẽ quando quæruntur ad vitam, & sibi auferendo præsentem, abnegant & futuram. Qui si ad Christum negandum vel aliquid contra iustitiam faciendum, sicut veri martyres, cogerentur, omnia potius patienter ferre, quàm sibi impatienter mortem inferre debuerant. Quod si fugiendorum malorũ causa rectè fieri posset, Iob sanctus se ipse perimeret, vt tãta mala in reb⁹ suis, in filiis suis, in mẽbris suis diabolicæ crudelitatis effugeret. Nõ autẽ fecit. Absit enim vt in se cõmitteret ipse vir sapiens, quod nec mulier suggessit insipiens: quia & si suggessisset, meritò & hic illud audisset, q̃ audiuit suggerendo blasphemiam. Locuta es tanquam vna ex insipientibus mulieribus: Si bona percepimus de manu Domini, mala quare nõ sustineamus? Et ipse quippe patientiam perdidisset, siue blasphemando, sicut illa voluerat, siue se interficiendo, quod nec illa ausa fuerat dicere, moreretur: atque esset inter illos de quibus dictum est, Væ iis qui perdiderunt patientiam: & augeret potiꝰ quàm euaderet pœnas, qui post sui corporis mortẽ, siue ad blasphemorum, siue ad homicidarũ, vel etiã plus quàm parricidarũ supplicia raperetur. Si enim parricida eo sceleratior est quàm quilibet homicida, quia non tantũ hominem, verùm etiã propinquũ necat: & in ipsis parricidis, quanto propinquiorẽ quisq; peremerit, tãto iudicatur immanior: sine dubio peior est qui se occidit, quia nemo est homini seipso propinquior. Quid ergo miseri faciũt, qui cùm & hic sibimet ingestas, & postea nõ solùm impietatis aduersus Deũ, sed etiam ipsius quam in se exercuerunt crudelitatis luãt debitas pœnas, insuper quærunt & martyrũ glorias: cùm etiam si pro vero Christi testimonio persecutionẽ paterentur, & se interficerent, ne aliquid à persecutoribus paterentur, rectè illis diceretur. Væ iis qui perdiderunt patientiam? Quomodo enim iusto præmiũ patiẽtiæ redditur, si & impatiens passio coronatur? Aut quomodo innocens iudicabitur, cui dictũ est, Diliges proximũ tuum sicut teipsum: si homicidiũ cõmittit in seipso, quod cõmittere prohibetur in proximo? AVDIANT ergo sancti de Scripturis sanctis præcepta patientiæ, Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animã tuã ad tentationẽ: Deprime cor tuum, & sustine, vt crescat in nouissimis vita tua. Omne quod tibi superuenerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe: quoniã in igne probatur aurũ & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Et in loco alio legitur, Fili ne deficias in disciplina Domini, neq; fatigeris cùm ab illo increparis. Quẽ enim diligit dñs, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Quod hic positũ est filiũ quẽ recipit: hoc in supradicto testimonio est, homines receptibiles. Hoc enim iustũ est, vt qui de pristina felicitate paradisi propter contumacẽ deliciarũ appetentiam dimissi sumus, per humilẽ molestiarũ patientiam recipiamur, fugaces mala faciendo, reduces mala patiendo: ibi cõtra iustitiam facientes, hic pro iustitia patiẽtes.

Eccl.2.c.16.

Capvt xiiii. Patiẽtia bonorum.

Matth.19.c.14.

Eccl.2.a.1.

Prou.3.b.11. Heb.12.b.5

SED vera patientia quæ huius est nomine digna virtutis, quærẽdũ est vnde sumatur. Sunt enim qui eã tribuant viribus voluntatis humanæ, non quas habent ex diuino adiutorio, sed quas ex libero arbitrio. Error autẽ iste superb⁹ est. Eorũ est enim qui abundant, de quibus dicitur in Psalmo, Opprobriũ eis qui abũdãt, & despectio superbis. Non ergo est ista patientia pauperum, quæ nõ perit in æternũ. Hi enim pauperes, ab illo eã diuite accipiunt, cui dicitur: Deus meus es tu, quoniã bonorum meorũ non eges. A quo est omne datũ optimũ, & omne donũ perfectum. Ad quẽ clamat egenus & pauper qui laudat nomen eius, & petendo, quærẽdo, pulsando, dicit: Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu legem prætereuntis & iniqui, quoniam tu es patientia mea Domine, spes mea à iuuentute mea. Isti autẽ qui abundant, & egere ad Dominum dedignantur, ne ab illo accipiant veram patientiam, de sua falsa gloriantes, consilium inopis volunt cõfundere, quoniam Dominus spes eius est, Nec attẽdunt cũ homines sint, & suæ, id est humanæ voluntati tantũ tribuũt, in illud se incurrere quod scriptum est, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Vnde etiam si eis cõtingat vt aliqua dura & aspera, vel ne displiceant hominibus, vel ne grauiora patiantur, vel sibi placendo amandóque præsumptionem suam, eadem ipsa superbissima voluntate sustineant: hoc illis dicendum est de patientia quod de sapientia beatus Iacobus apostolus dicit, Non est ista sapiẽtia desursum descendẽs; sed terrena, animalis, diabolica. Cur enim non sit superborum falsa patientia, sicut superborum falsa sapientia

Capvt xv. Deo fidens patientia.

Psal.12.a.4. Psal.9.d.19.

Psal.15.a.1.

Iac.1.c.17.

Psal.70.a.4

Psal.13.c.6.

Hier.17.a.5.

Iac.3.d.15.

pientia? A quo est autem vera sapientia, ab illo est & vera patientia. Huic enim cantat ille spiritu pauper: Deo subiecta est anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea. Sed respondent & loquuntur dicentes.

Psal.61.b.6.

Capvt xvi. Obiectio.

SICVT voluntas hominis sine vllo Dei adiutorio viribus liberi arbitrij tã multa grauia & horrenda perfert, siue in animo, siue in corpore, vt mortalis vitæ huius & peccatorũ delectatione perfruatur: cur nõ eodẽ modo eadẽ ipsa voluntas hominis eisdẽ viribus liberi arbitrij, nõ ad hoc expectans se diuinitùs adiuuari, sed sibi naturali possibilitate sufficiẽs, quicquid laboris vel doloris ingeritur, pro iustitia & vita æterna patientissimè sustineat? An verò, inquiunt, idonea est iniquorũ volũtas, Deo non adiuuãte, vt seipsi in cruciatibus pro iniquitate, & antequã ab aliis cruciẽtur, exercẽãt: idonea est volũtas moras vitæ huius amantiũ, vt Deo nõ adiuuante, inter atrocissima & longa tormenta in mẽdacio perseuerent, ne sua facinora cõfitentes, iubeantur occidi: & non est idonea iustorũ volũtas, nisi ei vires desuper suggerantur quaslibet pœnas, vel ipsius decore iustitiæ, vel æternæ vitæ amore perferre?

Capvt xvii. Solutio.

QVI hæc dicunt, non intelligũt & quẽque iniquorũ tanto esse ad quæcũque mala perferenda duriorem, quanto in eo maior est cupiditas mũdi: & quẽq; iustorũ tanto esse ad quæcũq; mala perferenda fortiorem, quanto in eo est maior charitas Dei. Sed cupiditas mũdi initiũ habet ex arbitrio volũtatis, progressum ex iocũditate voluptatis, firmamẽtũ ex vinculo consuetudinis. Charitas autẽ Dei diffusa est in cordibus nostris nõ vtique ex nobis, sed per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Proinde ab illo est patiẽtia iustorũ, per quẽ diffunditur charitas eorũ. Quã charitatẽ laudans atque cõmendans Apostolus, inter cætera eius bona dixit eã & cũcta sufferre. Charitas, inquit, magnanima est. Paulo pòst ait: Omnia tolerat. Quanto ergo maior est in sanctis charitas Dei, tãto magis pro eo q̃ diligitur: omnia tolerantur, & quãto maior est in peccatoribus cupiditas mundi, tanto magis pro eo q̃ concupiscitur, omnia tolerantur. Ac per hoc inde est patientia vera iustorũ, vnde est in eis charitas Dei: & inde est patientia falsa iniquorũ, vnde est in eis cupiditas mũdi. Propter quod dicit Ioannes apostolus, Nolite diligere mũdũ, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mũdũ, dilectio patris non est in ipso: quia omne q̃ in mũdo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & ambitio seculi: quæ non est à patre, sed ex mũdo est. Hæc igitur concupiscentia quæ nõ est ex patre, sed ex mundo, quanto fuerit in homine vehementior & ardẽtior, tãto fit quisq; pro eo q̃ concupiscit, omniũ molestiarũ dolorũq; patiẽtior. Idcirco, sicut suprà diximus, non est ista patientia desursum descendens: patientia verò piorũ desursum est descendens à patre luminum. Itaq; illa terrena est, ista cælestis: illa animalis, ista spiritalis: illa diabolica, ista deifica: quoniã concupiscentia, qua fit vt peccantes omnia pertinaciter patiantur, ex mũdo est: charitas autẽ, qua fit vt rectè viuentes omnia fortiter patiantur, ex Deo est. Et ideo illi falsæ patientiæ potest sine adiutorio Dei voluntas humana sufficere: tanto durior, quanto cupidior: & eo tolerabiliùs mala sustinens, quo ipsa fit peior. Huic autem, quæ vera patientia est, ideo voluntas humana, nisi desuper & adiuta & inflammata, non sufficit, quia Spiritus sanctus est ignis eius: quo nisi accensa diligat impassibile bonum, ferre non potest quod patitur malum.

Rom.5.a.5.

1.Cor.13.b.4.*

1.Ioan.2.b.15.

Iac.3.d.13.

Capvt xviii. Patiẽtia vera & falsa.

Ioan.4.b.8.

SICVT enim diuina testantur eloquia, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quisquis ergo cõtendit haberi posse Dei charitatem sine Dei adiutorio, quid aliud contendit, nisi haberi Deum posse sine Deo? Quis autem hoc dicat Christianus, q̃ nullus audet dicere insanus? Exultans ergo apud Apostolũ vera, pia, fidelisq; patientia, dicit in ore sanctorum, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptũ est, Quia propter te mortificamur tota die, deputati sumus sicut oues victimæ. Sed in his omnibus superuincimus per eũ, qui dilexit nos, non per nos, sed per eũ qui dilexit nos. Deinde sequitur & adiungit, Certus sum enim, q̃ neque mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundũ, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, q̃ est in Christo Iesu Domino nostro. Hæc est illa charitas Dei, q̃ diffunditur in cordibus nostris: non ex nobis, sed per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Malorũ autẽ concupiscentia, propter quẽ in eis est falsa patientia, non est ex patre, sicut dicit apostolus Ioãnes, sed ex mũdo est.

Rom.8.g.35

Psal.43.d.22

Rom.8.g.39.

Rom.5.a.5.

1 Ioan.2.c.16.

Capvt xix. Quid sit mundus, & qui mundani.

HOC dicet aliquis, Si ex mundo est concupiscentia malorũ, per quã fit vt mala omnia pro eo quod ab illis concupiscitur, perferant, quo modo ex eorum dicitur voluntate? Quasi verò non & ipsi ex mundo sint, cùm ab eis diligitur mundus: deferentes eum per quẽ factus est mundus. Seruiũt enim creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Siue itaq; mundi vocabulo Ioannes apostolus dilectores significauerit mundi, voluntas quæ ex ipsis est, vtiq; ex mũdo est: siue mundi nomine cælũ & terrã, & quæcunq; in eis sunt, hoc est, vniuersam cõplexus sit creaturam: voluntas proculdubiò creaturæ, quæ non est creatoris, ex mũdo est. Propter quod talibus Dñs dicit: Vos de deorsum estis, ego desursum sum. Vos de hoc mũdo estis, ego non sum de hoc mũdo. Apostolis autem dicit: Si de mundo hoc essetis, mundus quod suũ erat diligeret. Sed ne sibi amplius arrogarent, quàm eorum mensura poscebat, & hoc quod eos non esse dixit ex mundo, naturæ putarent esse, non gratiæ: Quia verò, inquit, de mũdo non estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Ergo de mundo non erãt: nã vt & de mundo non essent, electi sunt de mundo.

Rom.5.b.6.

Ioan.8.a.23.

Ioan.15.c.19

Capv. xx. Non gratia ex merito sed meritũ ex gratia.

HANC autẽ electionem non præcedentiũ in bonis operibus meritorũ, sed electionẽ gratiæ demonstrans Apostol⁹, sic inquit: Et in hoc tẽpore reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Si autẽ gratia, iã non ex operibus: alioquin gratia non est gratia. Hęc est electio gratiæ: id est, electio qua per Dei gratiã homines eliguntur. Hæc est, inquam, electio gratiæ, qua omnia bona merita præueniuntur humana. Si enim vllis bonis meritis datur, iã nõ gratis donatur, sed debita redditur, ac per hoc non vero nomine gratia nũcupatur: vbi merces, sicut idẽ dicit Apostolus, non imputatur secundũ gratiam, sed secundũ debitũ. Si autẽ vera sit gratia, id est, gratuita, nihil inuenit in homine, cui meritò debeatur: quòd bene intelligit & in eo quod dictum est: Pro nihilo saluos facies eos: profectò ipsa dat merita, non meritis datur. Præuenit ergo etiã fidem, ex qua omnia bona opera incipiũt. Iustus enim, sicut scriptũ est, ex fide viuit. Porrò autẽ gratia non solum adiuuat iustũ, verũetiã iustificat impiũ. Et ideo etiam cùm adiuuat iustũ, & videtur eius meritis reddi, nec sic definit esse gratia, quoniã id adiuuat quod ipsa est largita. Propter hanc itaque gratiam, quæ cũcta bona merita humana præcedit, non solũ Christus ab impiis occisus est, verũetiam pro impiis mortuus est. Et antequam moreretur, non vtique iustos, sed iustificãdos elegit apostolos, quibus ait: Ego vos de mundo elegi. Quibus enim dixit, De mũdo non estis: ne putarẽt ie

Rom.11.a.5.

Rom.4.a.4.

Psal.55.b.8.

Abac.2.a.4.

Rom.5.b.6.

Ioã.15.c.19

nunquam fuisse de mundo, mox addidit: Sed ego vos de mundo elegi. Profectò vt de mũdo nõ essent, ipsius in eos electione collatũ est. Quocirca si per suã iustitiã non per gratiã eius eligerentur, non de mundo electi essent: quoniã de mundo iã non essent, si iã iusti essent: deinde si propterea sunt electi, quia iam iusti erant, ipsi priores iam Dominũ elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiã? Finis autẽ legis Christ[o] ad iustitiã omni credenti. Qui factus est nobis sapiẽtia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redẽptio, vt quẽadmodũ scriptũ est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Ipse est ergo nostra iustitia. VNDE & antiqui iusti ante incarnationẽ verbi, in hac fide Christi, & in hac vera iustitia, quod est nobis Christus, iustificati sunt: hoc credẽtes futurũ, quod nos credimus factũ. Gratia salui facti per fidem, non ex seipsis, sed Dei dono: non ex operibus, ne fortè extollerentur. Bona quippe opera eorum non præuenerunt misericordiam Dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierunt, ipsi scripserunt longè antequã Christus venisset in carne: Miserebor cui misertus ero: & misericordiã prestabo cui misericors fuero. E quibus Dei verbis, tãto pò st apostolus Paulus diceret: Igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Ipsorũ etiã vox est longè antequã Christus venisset in carne: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Quomodo autẽ possent alieni esse à fide Christi, quorũ charitate etiã nobis prænunciatus est Christus: sine cuius fide quisquã mortaliũ nec fuit, nec est, nec esse aliquãdo poterit iustus? Si ergo iã iusti à Christo eligerẽtur apostoli, prius illũ ipsi elegissent, vt iusti eligi possent quia sine illo iusti esse non possent. Sed nõ ita factũ est, ipse quippe illis ait: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Vnde dicit apostolus Ioannes: Non quòd dilexerimus Deũ, sed quia ipse prior dilexit nos.

Rom.10.a.4 1.Cor.1.d.30 Ibidem. CAP. XXI. Gracia & veteres fuerunt. Ephes.2.b.8. Exodi 33.d.19. Rom.9.d.16 Psal.58.b.11. Ioan.15.c.16 1.Ioan.4.d.19.

CAPVT XXII. Ante gratiã iiusti omnes.

QVOD cùm ita sit, quid est homo vtens in hac vita propria voluntate, antequã eligat & diligat Deũ, nisi iniustus & impius? Quid est, inquã, homo aberrans à creatore creatura, nisi creator eius memor sit ei[o], & eligat eũ gratis, & diligat gratis, quia ipse non potest eligere vel diligere, nisi prius electus dilectusq; curetur, q. cæcitate eligenda non cernit, & languore diligenda fastidit? Sed fortè quis dicat: Quomodo Deus pri[o] eligit & diligit iniquos, aut iustificat, cùm scriptũ sit: Odisti Dñe oẽs operantes iniquitatẽ? Quomodo putam[o], nisi miro & ineffabili modo? Et tamẽ etiã nõ possumus cogitare, quòd medicus bonus ægrotũ & odit & diligit. Odit enim, q. ægrotat, q. diligit, ita vt ægritudinẽ pellat. HÆC propter charitatẽ dicta sint, sine qua in nobis nõ potest esse vera patiẽtia: quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat oña, sicut in malis mũdi cupiditas. Sed hæc charitas per spiritũ sanctũ est in nobis, qui datus est nobis. Vnde à quo nobis est charitas, ab illo est patientia. Mundi autẽ cupiditas quãdo patiẽter sustinet onera cuiuslibet calamitatis, gloriatur de viribus ꝓpriæ voluntatis, tanquã de stupore morbi, non de robore sanitatis. Insania est ista gloriatio, nõ est patientiæ, sed dementiæ. Voluntas ista tanto videtur patientior acerborũ malorũ, quãto est auidior tẽporaliũ bonorũ, quia inanior æternorũ. QVÒD si eã exagitat, & inflãmat fallacibus visis & suasionibus immundis diabolicus spiritus: & maligna conspiratione sociatus, efficit hominis voluntatem, vel errore dementem, vel appetitu cuiuslibet mundanæ delectationis ardentem, quæcunque videntur intolerabilia, mirabiliter sustinere, non tamen ideo etiam voluntas mala sine instigatione alterius immundi spiritus, sicut voluntas bona sine adiutorio sancti spiritus non potest esse. Nam esse posse voluntatem malam etiam sine aliquò spiritu vel seducente vel incitante, in ipso diabolo satis ostenditur: qui per nullũ aliũ diabolũ, sed propria voluntate factus diabolus inuenitur. Volũtas itaque mala siue cupiditate rapiatur, siue timore reuocetur, siue lætitia diffundatur, siue tristitia contrahatur, atq; in his omnibus perturbationibus animi quæcunque sunt, aliis vel alio tẽpore grauiora contẽnat & perferat: potest & sine alterius spiritus instinctu seipsam seducere, & defectu à superioribus in inferiora lapsando, quãto iocũdius ęstimauerit, quod adipisci appetit, vel amittere metuit, vel adeptum gaudet, vel amissum dolet: tanto tolerabilius perferre, quod sibi minus est ad patiendũ, quàm illud ad fruendũ. Quicquid enim illud est, ex creatura est, cuius notã voluntas est. Quodammodo enim familiari contactu atque connexu ad experiẽdã eius suauitatẽ, adiacet amãti creaturæ amata creatura. VOLVPTAS autẽ creatoris, de qua scriptũ est: Et torrẽte voluptatis tuæ potabis eos, longè alterius generis est: neq; enim sicut nos creatura est. Nisi ergo amor eius detur inde nobis, non est vnde esse possit in nobis. Ac per hoc voluntas bona, qua diligitur Deus, in homine nõ potest esse, nisi in quo Deus operatur & velle. Hæc igitur voluntas bona, id est, voluntas Deo fideliter subdita, voluntas sanctitate superni ardoris accensa, voluntas quæ diligit Deũ & proximũ propter Deũ: siue amore, de quo respõdit apostol[o] Petrus: Domine, tu scis q. amo te: siue timore, de quo dicit apostolus Paulus: In timore & tremore vestrã ipsorũ salutẽ operamini: siue gaudio, de quo dicit: [a] Spe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes: [b] siue tristitia, qualem se dixit magnã habuisse pro fratribus suis: quæcũq; amara & aspera sufferat, charitas Dei est, [c] quæ omnia tolerat, [d] quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

CAPVT XXIII. Cupiditas fons malæ patientiæ. 1.Cor.13.c.7. Rom.5.a.5. CAPVT XXIIII. Ipsa voluntas concipit malitiam. CAPVT XXV. Bona voluntas non nisi ex Deo. Psal.35.a.9. Phil.2.b.13. Ioan.21.c.15 Phil.2.b.12. a Rom.12.c.12. b Rom.9.a.2. c 1.Cor.13.c.7. d Rom.5.a.5

C VNDE nequaquã dubitãte pietate, sicut charitas sanctè amantiũ, ita patientia piè tolerantiũ Dei donũ est. Neq; enim diuina Scriptura fallit aut fallit[e], quæ non solũ in veteribus libris habet huius rei testimonia, cũ Deo dicitur, [e] Patiẽtia mea tu es: &, [f] Ab ipso est patiẽtia mea: & vbi alius propheta dicit, accipere nos spiritũ fortitudinis: verũ etiã in apostolicis literis legitur, [g] Quia vobis datũ est pro Christo, non solùm vt credatis in eũ, sed vt etiã patiamini pro eo. Nõ ergo quasi de proprio faciat animũ elatũ, q. sibi audit esse donatum. Si quis autẽ non habens charitatẽ, quę pertinet ad vnitatem spiritus: & vinculũ pacis, quo catholica ecclesia cõgregata cõnectitur, in aliquo schismate cõstitutus, ne Christũ neget, patitur tribulationes, angustias, famẽ, nuditatẽ, persecutionẽ, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladiũ, vel flãmas, vel bestias, vel ipsam crucẽ timore gehennarũ, & ignis æterni: nullo modo ista culpãda sunt, imò verò & hæc laudanda patientia est. Non enim dicere poterimus, melius ei fuisset, vt Christũ negando nihil eorũ pateretur, quæ passus est cõfitendo: sed existimandũ fortasse tolerabilius ei futurũ iudicium, quàm si Christum negando cũcta illa vitaret: vt illud quod ait Apostolus: Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnũ cælorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum. SED meritò quæri potest, vtrum ista patientia donum Dei sit, an viribus tribuenda sit voluntatis humanæ, qua quisque ab Ecclesia separatus, non pro errore, qui eum separauit, sed pro veritate sacramenti seu verbi, quæ apud eum remansit, timore pœnarum æternarum, pœnas patitur temporales. Cauendum est enim, ne fortè, si Dei donum istam patientiam dixerimus, hi quibus inest

CAPVT XXVI. Schismatici patiẽtia pro Christo quãtum valeat. e Psa 70.a.5. f Ibid. 61.a.6. g Philp 1.d.29. Ephes.4.a.3 1.Cor.13.b.3 CAPVT XXVII. Quæstiuncula.

inest, etiam ad regnum Dei pertinere credãtur. Si autem donum Dei esse negauerimus, cogamur fateri, si ne adiutorio & munere Dei in voluntate hominis esse posse aliquid boni. Neque enim hoc non est bonũ, vt credat homo æterno supplicio se esse puniendum, si negauerit Christum, & pro ista fide qualecunq; supplicium perferat, & contemnat humanum. Proinde sicut negandum non est hoc etiã esse donum Dei, ita intelligendũ est alia esse Dei dona filiorum illius Hierusalem, quæ sursum libera est mater nostra.

Gal.4.d.26. CAPVT XXVIII. Dona varia. Rom.8.c.17

HÆC sunt enim quodãmodo hæreditaria, in quibus sumus hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Alia verò quæ possunt accipere etiam filij concubinarũ, quibus Iudæi carnales & schismatici vel hæretici comparãtur. Quamuis enim scriptum sit, Eiice ancillam & filium eius: neque enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: & Abrahæ dixit Deus, In Isaac vocabitur tibi semen: quod sic est Apostolus interpretatus, vt diceret, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semine: vt intelligeremus semen Abrahæ secundum Isaac propter Christũ ad Dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi & membra, id est, ecclesia Dei vna, vera, germana, catholica, tenens piam fidem: nõ eam quæ per elationem vel timorem, sed eam quæ per dilectionem operatur. Tamen etiam filios concubinarum, quando à filio suo Isaac diuisit Abraham, non nulla eis largitus est munera, ne relinquerentur omnino inanes, non vt tenerentur hæredes. Sic enim legimus: Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, & filiis concubinarum suarum dedit Abraham munera: & diuisit eos ab Isaac filio suo. Si ergo filij sumus liberæ Hierusalem, alia dona exhæredatorum, alia intelligamus hæredum. Hi enim hæredes sunt, quibus dicitur, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. CLAMEMVS ergo spiritu charitatis, sed donec veniamus ad hereditatẽ, in qua semper maneamus, liberali amore simus, non seruili timore. Patiẽter clamemus quàm diu pauperes sumus, donec illa hæreditate ditemur. Magna quippe inde pignora accepimus, quòd ad nos ditãdos pauper factus est Christus, quo in supernas diuitias exaltato, missus est qui sancta desideria nostris cordibus inspiraret Spiritus sanctus. Horum pauperum adhuc credentium, nondum contemplantium: adhuc sperantium, nondum tenentium: adhuc desiderio suspirantium, nondum felicitate regnantium: adhuc esurientium & sitientium, nondum satiatorum. Horũ ergo pauperum patientia non peribit in æternum: nõ quia & illic patientia erit, vbi quod toleretur nõ erit, sed non peribit, sicut dictum est, quia infructuosa non erit. Fructum autem habebit æternum, ideo nõ peribit in æternum. Qui enim laborat inaniter, cùm cum spes fefellerit, propter quam laborabat, meritò dicit: Perdidi tantum laborem: quisquis verò ad sui laboris promissa peruenerit, gratulans dicit: Non perdidi laborem meum. Dicitur ergo labor non perisse, nõ quia manet perpetuus, sed quia non est inaniter fusus. Sic & patientia pauperum Christi, sed ditandorum hæredum Christi, non peribit in æternum: non quia & illic patienter ferre iubebimur, sed quia pro iis quæ hìc patiẽter pertulimus, æterna beatitudine perfruemur. Non dabit finem sempiternæ felicitati, qui donat tẽporalem patientiam voluntati: quia vtrumq; munus donatæ donatum est charitati.

Gal.4.d.30. Gen.21.b.12 Rom.9.b.8. Gal.5.b.6. Gen. 25.a.6. Rom 8 c.15 CAPVT XXIX. De fructu patiẽtiæ pauperũ Christi. Psal.9.d.19.

FINIS.

LIBER SANCTI AVGVSTINI
DE BONO SIVE †PERFECTIONE VIDVITATIS, AD IVLIANAM VIDVAM.

al. professione, & rectiùs.

CENSVRA.

HVIVS *libri meminit Possidius in indiculo, inter epistolas: Iulianæ, inquit, de sancta viduitate. Et Beda hinc multa citat, 1. Cor. 2. 7. Phil. 4. 1. Timot. 5. Imò Augustinus etiam hoc opus agnoscit suum esse. Nam in fine meminit epistolæ quam scripsit de orando Deum, & libri de sancta virginitate. Et cap. 15. verba eius sunt: Multa alia de istis rebus dicta sunt à nobis in libro de sancta virginitate, & in opere quod aduersus Faustum Manichæum, quanto potuimus labore conscripsimus.*

AVGVSTINVS EPISCOPVS SERVVS SERuorum Christi, *religiosæ famulæ Dei Iulianæ in Domino dominorum salutem.*

CAPVT I. Ad vnã scribit, sed non vni.

NE petitioni tuæ & in Christo dilectioni diutius essem debitor promissionis meæ, arripui vtcunque inter alias vrgentissimas occupationes meas de professione sanctæ viduitatis aliquid ad te scribere: quoniam & præsentem me rogando † honorasti, & cùm tibi hoc non potuissem negare, sæpe promissum meum literis flagitasti. In quo sanè opere nostro cùm aliqua legeris ad tuam vel ad vestram, quæ simul in Christo viuitis, personam minimè pertinere, nec admonitioni vitæ vestræ propriè necessaria, non ideo debetis superflua iudicare. Istæ quippe literæ quamuis ad te, non tamen tantummodo tibi scribendæ fuerunt: sed vt aliis per te quoque prodessent, nõ vtique à nobis negligendũ fuit. Quicquid ergo hic inueneris, quod vobis necessarium vel nunquam fuerit, vel iam non sit, & tamen aliis esse perspexeris, nec habere te pigeat, nec dare legendum, vt & tua charitas sit vtilitas aliorum. Cùm igitur in omni quęstione quæ ad vitam morésque pertinet, nõ sola doctina, verùm etiam exhortatio sit necessaria: vt doctrina quid agendum sit nouerimus, exhortatione autem excitemur, ne pigeat agere quod agendum esse iam nouimus: quid ergo amplius te doceã, quàm id quod apud Apostolum legimus? Sancta enim scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere plus quàm oportet sapere: sed sapiamus, vt ipse ait, ad temperantiam, sicut vnicuique Deus partitus est mensuram fidei. Non sit ergo mihi aliud te docere, nisi verba tibi doctoris exponere, & de iis quod Dominus dederit disputare. AIT itaque Apostolus doctor gentium, vas electionis: Dico autem innuptis & viduis, bonum esse illis, si sic permanserint, sicut & ego. Hæc verba ita intelligenda sunt, vt non existimemus viduas non oportere innuptas dici, quia nuptias videntur expertæ: innuptarum enim nomine illas significat, quę non sunt nuptiis alligatæ, siue fuerint, siue non fuerint. Quod alio loco aperit, vbi ait:

al. oneraſti.

Rom.12.a.3. CAPVT II. Innuptæ quæ Paulo. 1.Cor.7.b.8

Diuisa est mulier innupta & virgo. Quando vtique & virginē adiungit, quid mulierem innuptam, nisi viduā vult intelligi? Vnde etiā deinceps vno innuptæ nomine professionem vtramq; complectitur dicēs: Quæ innupta est, sollicita est ea quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino: quæ autem nupta est, sollicita est ea quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Innuptā certè nō eam tantùm intelligi voluit, quę nunquā nupsit, sed etiam eam quę nuptiarum vinculo per viduitatem liberata, nupta esse destitit: nam ideo & nuptā non dicit, nisi eam quæ virum habet, non etiam eam quæ habuit, & non habet. Quapropter vidua omnis innupta est: sed quia non omnis innupta vidua est, sunt enim & virgines, ideo hic vtrunque posuit, vbi ait: Dico autem innuptis & viduis: tanquā diceret, Quod dico innuptis, nō eis solis dico quæ virgines sunt, sed etiam, eis quæ viduæ sunt, bonū esse illis, si sic permanserint, sicut & ego. ECCE est bonum tuū ei bono comparatū, quod dicit Apostolus suū, si fides adest, imò quia fides adest. Breuis est ista doctrina, nec ideo contemnenda, quia breuis: sed ideo facilius & charius tenenda, quia in breuitate non vilis: non enim qualecunque bonū hic commendat Apostolus, quod fidei nuptarū sine vlla ambiguitate præposuit. Quantum autem bonum habeat nuptarum fides, id est, Christianarum & religiosarum cōiugatarum, hinc intelligi potest: quòd cùm de fugienda fornicatione præciperet, vbi vtique & coniugatos alloquebatur: Nescitis, inquit, quia corpora vestra membra sunt Christi? Tantum ergo bonū est fidelis coniugij, vt etiam ipsa membra sint Christi. Hoc autem bono, † quo melius est bonum continentiæ vidualis; non hac professione id agitur, vt aliquid plus sit catholica vidua q̄ membrū Christi, sed vt meliorē quàm cōiugata locum habeat inter mēbra Christi. Dicit quippe idem Apostolus: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra nō eosdē actus habent; ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autē alter alterius sunt mēbra, habentes dona diuersa secundum gratiā quæ data est nobis. Ideo etiam cùm moneret coniugatos, ne debito carnalis commixtionis fraudarent inuicem: & per hoc alter eorū negato sibi debito coniugali, per intemperantiam suā tentatus à satana, in fornicationem prolaberetur: hoc autē dico, inquit, secundum veniam, non secundum imperium. Volo autē omnes esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; proprium habet donum à Deo, alius quidem sic, alius verò sic. VIDES etiam cōiugalem pudicitiam & thori Christiani matrimonialē fidem donū esse, & hoc à Deo; vt illud, quòd vltra liberorum procreandorum necessitatem modū concumbendi aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed veniale sit propter nuptiarū bonum. Non enim de coniugio, quod copulatur liberorum procreandorum causa, & fide pudicitiæ cōiugalis, & indissolubili, quàm diu ambo viuūt, matrimonij sacramento, quæ omnia bona sunt: sed de illo immodico carnis vsu, qui in infirmitate coniugū agnoscitur, & interuentu boni nuptialis ignoscitur, ait Apostolus: Secūdum veniā dico, non secundum imperium. Itē cùm dicit: Mulier alligata est quàm diu vir eius viuit; quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tātum in Domino: beatior autē erit, si sic permanserit, secundum meum consilium: satis ostēdit beatā esse in Domino etiam post mortem viri iterū nubentē, fidelem: sed in eodem Domino viduam beatiorē: hoc est, vt scripturarum non tantùm verbis, verū etiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatiorem. Quapropter hoc primum oportet vt noueris, bono quod elegisti nō dānari secundas nuptias, sed inferius honorari: nā sicut bonum sanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, nō dānat † vnas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cuiusquam secundas. Hinc enim maximè Cataphrygarū ac Nouatianorum hæreses tumuerunt, quas buccis sonantibus non sapiētibus etiā Tertullianus inflauit, dum secundas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente cōcedit. Ab hac sanitate doctrinæ, nullius indocti, nullius docti disputatione mouearis: nec ita extollas bonum tuum, vt quod malum non est, tanquam malum crimineris alienum: sed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis vides, non tātum illo deuitari mala, sed quædam etiam bona superari. Mala sunt enim adulterium vel fornicatio.

A his autem illicitis valde longè est, quæ voti libertate se astrinxit, & sibi etiam licita ne licerent, non imperio legis, sed consilio charitatis effecit. Et bonum est pudicitia coniugalis, sed melius bonum est continētia vidualis. Hoc ergo melius illius boni submissione honoratur: non illud bonum melioris huius laude damnatur. Quod autem Apostolus, cùm cælibum & innuptarum cōmendaret fructum, quia cogitant quę sunt Dei, quomodo placeant Deo, subiecit & ait: Hoc autem ad vtilitatē vestram dico, nō vt laqueum vobis iniiciam: id est, non vt vos cogam, sed ad id quod honestum est horter: non quia innuptarū bonum honestū dixit, ideo putare debemus turpe esse vinculum coniugale: alioquin etiam primas nuptias condemnabimus quas nec Cataphryges, nec Nouatiani, nec disertissimi eorum astipulator Tertullianus turpes ausus est dicere. Sed quemadmodum cùm ait: Dico autē innuptis, & viduis, bonum esse illis si sic permanserint: vtiq; bonum posuit pro meliore, quoniam omne quod bono comparatum melius dicitur, etiā hoc proculdubio bonum est: nā quid est aliud quod ita dicitur melius, nisi quod magis bonū est? nec ideo consequēter eum sensisse arbitramur, malum esse si nupserint, quoniā dixit, bonum est illis si sic permanserint. Ita etiā cùm ait, sed ad id quod honestum est, nō matrimoniū turpe esse monstrauit, sed quod honestum erat, honestiꝰ generalis honesti nomine commēdauit. Quia honestiꝰ quid est, nisi quod magis honestū est? Magis autē honestū vtique honestum est. Apertè quippe declarauit, hoc esse bono illo melius, vbi ait: Qui dat nuptum, bene facit, & qui nō dat nuptum, melius facit: & hoc illo beato beatius, vbi ait, Beatior autē erit, si sic permanserit. Sicut ergo bono melius & beato beatius, sic honesto honestius est, quod honestū voluit appellare. Absit enim vt turpe sit vnde loquens apostolus Petrus ait, Viri vxoribus vestris tanquā visi infirmiori & subiecto tribuite honorem, quasi cohæredibus gratiæ. Et illas alloquens subditas esse viris suis exemplo Saræ adhortatur. Nā sic quædā, inquit, sanctæ mulieres, quæ in Dūm sperabāt, ornabant se obsequētes viris suis: quomodo Sara obediebat Abrahæ, Dominum eū vocans, cuius factæ estis filiæ, benefacientes & non timentes vllam perturbationem. VNDE & illud quod de innupta Paulus apostolus dixit, Vt sit sancta & corpore & spiritu, non sic accipiendum est, quasi nupta, fidelis & casta, & secundum scripturas subdita viro, no sit sancta corpore, sed tantummodo spiritu. Fieri enim non potest vt sanctificato spiritu, non sit sanctum etiā corpꝰ, quo sanctificatus vtitur spiritus. Sed ne cuiquā nos potius argumētari, quàm hoc diuino eloquio probare videamur, quoniā Petrus Saram cōmemorans, Sāctę, inquit, mulieres tantummodo: non ait, & corpore illud eiusdem Pauli consideremus, vbi prohibens fornicationes

1.Cor.7.f.34
Ibidem.
CAP. III. Fides cōiugij.
1.Cor.6.d.19.
al. quoniam.
Rom.12.a.4
1.Cor.7.a.5.6.
CAPVT IIII. Iteratæ nuptiæ non dānantur.
1.Cor.7.g.39.
al. primus.
CAP. V. Non ideo malum coniugiū, sim. lior est castitas.
1.Cor.7.f.34
CAPVT VI. Et coniugatorum mēbra sancta.
1.Cor.7.f.34
1.Pet.3.b.7.
Ibidem a.5.
1.Pet.3.d.5.

nicationes ait, Nescitis qa corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollens ergo mēbra Christi, faciā mēbra meretricis? Absit. Audeat ergo aliquis dicere membra Christi sancta nō esse: aut verò audeat à mēbris Christi fideliū cōiugatorū corpora separare. Vnde etiā paulò pòst ait, Corpus vestrū templū in vobis est Spiritus sancti, quē habetis à Deo, & nō estis vestri. Empti estis pretio magno. Corpus fideliū & membra Christi esse dixit, & tēplū Spiritus sancti, vbi profectò vtriusq; sexus fideles intelliguntur. Ibi ergo sunt nuptæ, ibi & innuptæ, sed distinctæ meritis, & tanquā membris mēbra prælata, quorū tamē neutra sint à corpore separata. Quod igitur de innupta loquens ait, Vt sit sancta & corpore & spiritu: ampliorē innuptarū & in corpore & spiritu sanctificationem intelligi voluit, non corpus nuptarū omnino sanctificatione priuauit. Disce itaq; bonū tuū, imò memento quòd didicisti bonū tuū amplius laudari, quia est aliud bonū quo sit hoc melius, quàm si aliter hoc bonū esse non posset, nisi illud malū esset, aut omnino nō esset. Habent oculi in corpore magnū honorē, sed minorē haberent, si soli essent, & alia minoris honoris membra non essent. In cælo ipso sua luce sol lunā superat, non vituperat. Stella ab stella differt in gloria, non dissidet in superbia. Ideo fecit Deus omnia, & ecce bona valde: nō tantùm bona, sed etiā valde: non ob aliud nisi quia oīa. Nam & per singula opera dicebatur, Vidit Deus quia bonū est. Vbi autē omnia nominata sunt, additum est, valde: & dictum, Vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Meliora enim quędā singula quàm alia singula: sed meliora simul omnia quàm quælibet singula. Christi itaque te doctrina sana in eius corpore sanā faciat per eius gratiam, vt id quod aliis melius habes in corpore & spiritu, idē ipse spiritus tuus qui corpori dominatur, nec extollat insolenter, nec discernat inscienter. Nec quia dixi Ruth, beatā, Annā beatiorē, cùm illa bis nupserit, hæc vno viro citò viduata diu vixerit, continuò etiam te meliorem putes esse quàm Ruth. ALIA quippe Propheticis tēporibus sanctarū feminarū dispensatio fuit, quas nubere obedientia, non concupiscentia compellebat, vt propagaretur populus Dei, in quo præmitterentur prophetę Christi: cùm & ipse populus per ea quæ in figura contingebant in illis, siue in iis qui scirent, siue in iis qui illa nescirēt, nihil aliud esset quàm propheta Christi, ex quo nasceretur etiā caro Christi. Vt ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legis sententiā qui non suscitaret semen in Israël. Vnde & sanctæ mulieres accendebantur non cupiditate concūbendi, sed pietate pariēdi, vt rectissimè credantur coitum non fuisse quæsituræ, si proles posset aliter prouenire. Et viris vsus plurimarū viuarum concedebatur vxorum. Cuius rei non concupiscentiam carnis, sed prouidentiam generationis fuisse causam illud ostendit: quòd sicut viris sanctis habere plures vxores viuas, non ita etiam sanctis feminis licebat misceri maritis pluribus viuis: quoniam tanto essent turpiores, quanto magis appeterent vnde non essent fœcundiores. Proinde sancta Ruth, cùm semen quale illo tempore necessarium fuit in Israël non haberet, mortuo viro quæsiuit alterum de quo haberet. Hac itaque bis coniugata, ideo Anna vno viro viduata beatior fuit, quia & prophetissa Christi esse meruit. Quam credendum est etiam si filios nullos habuit, quod quidem scriptura reticendo reliquit incertū, eo spiritu præuidisse Christum ex virgine proximè esse venturum, quo potuit agnoscere & paruulum. Vnde meritò etiam sine filiis, si tamen eos non habuit, secundas nuptias recusauit: quia nouerat iam tempus esse quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi, nec coniugalibus fœtādis visceribus, sed castificandis vidualibus moribus, melius seruiretur. Si verò etiam sciebat Ruth per suam carnem propagari semen, vnde Christus carnem fuerat habiturus, & huic scientiæ nubendo exhibuit ministerium, non audeo iam dicere beatiorem fuisse Annæ viduitatem quàm illius fœcunditatem.

TV autem quæ & filios habes, & in eo seculi fine viuis, quo iā tēpus sit non mittendi lapides, sed colligendi; non amplectendi, sed continendi ab amplexu, cùm clamet Apostolus: Hoc autē dico fratres, tēpus breue est, reliquū est vt & qui habent vxores, tāquam non habentes sint: profectò si secundas nuptias appetisses, nullū prophetiæ vel legis obsequiū, nullū prolis saltē carnale desiderū, sed solius incontinentiæ fuisset indiciū. Fecisses enim q; ait Apostolus, cùm dixisset, bonū esse illis si sic permanserint, sicut & ego: cōtinuò quippe addidit, Quòd si se non cōtinent, nubant: malo enim eas nubere quàm vri. Hoc enim dixit, vt effrenatæ libidinis malū non præcipitaretur in turpitudinē flagitiorū, cùm exciperetur honestate nuptiarū. Gratias autē Domino, quoniā peperisti quod esse noluisti, & virginitas prolis tuæ cōpensauit dispendiū virginitatis tuæ. Nā diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias iā isto tēpore; nisi incōtinētia sit impedimento, contēnēdas esse respondet. Qui enim dixit, Si se non cōtinent, nubant: potuit dicere, Si filios non habent, nubant. Sed post resurrectionē prędicationémq; Christi, quando iā ex omnibus gentibus filiorū spiritaliter gignendorū tanta suppetit copia, tale officiū cesset ex carne filios propagare, quale primis tēporibus fuit. Et quòd alibi dicit, Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, matres familiās esse: nuptiarū bonū Apostolica sobrietate & authoritate cōmendat, non procreandi officiū etiā eis, quæ cōtinentiæ bonū capiunt, tanquā ad obsequelā legis imponit. Deniq; cur hoc dixerit, pandit, cùm adiungit & dicit, nullā occasionē dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædā cōuersæ sunt retrò post satanā: vt his verbis eius intelligamus, eas quas nubere voluit, melius posse cōtinere quàm nubere, sed melius nubere quàm retrò post satanā ire: id est, ab illo excellenti virginalis vel vidualis castitatis proposito, in posteriora, respiciēdo, cadere & interire. Proinde quæ se nō cōtinent, nubant antequam continentiam profiteātur, antequam Deo vōueant: quod nisi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, Cùm enim in deliciis egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: id est, voluntatem ad nuptias à proposito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem qua prius vouerant, quod perseuerantia implere noluerūt. Nuptiarum igitur bonum semper est quidem bonum: sed in populo Dei fuit aliquando legis obsequiū: nūc est infirmitatis remedium, in quibusdam verò humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per vsum promiscuum feminarum, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus: etiam ipsum tamen laudabilius transcendit & vincit cælestia cogitans animus christianus. SED quoniam, sicut ait Dominus, Non omnes capiunt verbum hoc: quæ potest ergo capere, capiat: quæ se non cōtinet, nubat: quæ non cœpit, deliberet: quæ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed in

1.Cor.6.d.15.
Ibid.d.19.
CAPVT VII. Veterū polygynæcia & fœcunditas.
CAPVT VIII. Quare sit viduis cōcessa nubendi facultas.
Eccl.3.i.5.
1.Cor.7.c.29.
Ibid.b.9.
1.Cor.15.c.41.
Gen.1.d.31.
1.Tim.5.c.14.
Ibid.g.38.
Ibidem 40.
CAPVT IX. Quæ post votum nubunt, verū contrahunt matrimonium.
Mat.19.b.11

viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam non solùm non capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Nã vt hoc demonstraret Apostolus, non ait, cùm in deliciis egerint, in Christo nubunt: sed, nubere volunt: habentes, inquit dãnationẽ, quoniã primã fidẽ irritã fecerunt: etsi non nubendo, sed tamẽ volendo: nõ quia ipsæ nuptiæ vel talium dãnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, dãnatur fracta voti fides, dãnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremò dãnantur tales, non quia coniugalẽ fidẽ posterius inierunt, sed quia continentiæ primã fidẽ irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere dãnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositũ nubunt: non quia non dãnentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ dãnari putarẽtur. Sed cùm dixisset, nubere volunt; cõtinuò addidit, habentes dãnationẽ. Et dixit quare, quoniã primam fidẽ irritã fecerunt: vt voluntatẽ quæ à proposito cecidit, appareat esse dãnatã, siue subsequantur nuptiæ, siue desint.

1. Tim. 5. b. 12.

CAPVT X. Quæ voto soluto nubũt, dirimi non debent.

PROINDE qui dicunt taliũ nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acutè ac diligenter considerare quid dicant. Fallit eos quippe similitudo veritatis. Quia enim coniugium Christi dicuntur eligere quæ Christiana sanctitate non nubunt, hinc argumentantur quidã dicentes, Si viro suo viuo, quæ alteri nubit adultera est, sicut ipse Dominus in Euangelio definiuit: viuo ergo Christo, cui mors vltrà nõ dominatur, q̃ coniugiũ eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acutè quidẽ mouentur, sed parum attendunt hanc argumentationẽ quanta rerũ sequatur absurditas. Cùm enim laudabiliter etiam viuente viro ex eius cõsensu continentiã femina Christo voueat, iã secundũ istorũ rationẽ nulla hoc facere debet, ne ipsum christum, quod sentire nefas est, adulterũ faciat, cui viuẽte viro nubit. Deinde cùm primæ nuptiæ melioris sint meriti quàm secũdæ, absit vt sanctarũ viduarũ iste sit sensus, vt christus eis videatur quasi secũdus maritus. Ipsum enim habebant & antea, quando viris suis fideliter seruiebant subditæ, non carnaliter, sed spiritualiter virũ: cui ecclesia ipsa, cuius mẽbra sunt, coniunx est: quę fidei, spei, charitatis integritate, non in solis virginibus sanctis, sed etiã in viduis & coniugatis fidelibus, tota virgo est. Vniuersæ quippe ecclesiæ cuius illæ mẽbra sunt, Apostolus dicit, Aptaui vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Nouit autẽ ille coniugẽ virginem sine corruptione fœtare, quẽ in ipsa etiã carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionẽ, qua putãt lapsarum à sancto proposito feminarũ, si nupserint, non esse cõiugia, non paruũ malum, vt à maritis separentur vxores quasi adulteræ sint, non vxores; & cùm volunt eas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm suis vxoribus viuis alteras duxerint.

Mat. 19. b. 9.

Rom. 6. b. 9.

2. Cor. 11. a. 2.

CAPVT XI. Solutio voti mala, cõiugium tamen bonum.

QVAPROPTER non possũ quidẽ dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas, adulteria esse, non coniugia: sed planè nõ dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis esse peiores. Si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem christi pertinet, cùm membrum eius fidem nõ seruat marito, quanto grauius offenditur, cùm illi ipsi non seruatur fides in eo, quòd exigit oblatum, qui hõ exegerat offerendum? cùm enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit: tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouẽdi necessitatem. Hæc ideo disputo, ne arbitretis vel secundas nuptias crimẽ esse, vel quãscunq; nuptias, cùm sint nuptiæ, malum esse. Non itaque illas abs te dãnatas velis esse, sed spretas. Bonum ergo continentiæ vidualis luculentius decet, cùm pro illo vouendo & profitendo possunt contẽnere feminæ, quod & libet & licet. Sed post voti professionẽ perseuerantẽ frenandũ & vincendũ est quod libet, quia iam nõ licet.

CAPVT XII. De polygamia.

DE tertiis & de quartis & de vltrà pluribus nuptiis solent homines mouere quæstionẽ. Vnde vt breuiter respõdeam, nec vllas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiã numerositatis auferre. Sed ne cuiquã breuitas huius responsionis, meæ fortè displiceat, vberius disputantẽ reprehensorẽ meũ audire paratus sum. Fortassis enim affert aliquã rationẽ, quare secundæ nuptiæ nõ damnentur, tertiæ dãnentur: nam & ego, sicut in exordio sermonis huius admonui, nõ audeo plus sapere quàm oportet sapere. Quis enim sum, qui putem definiendum, quod nec Apostolum video definisse? Ait enim, Mulier alligata est, quãdiu vir eius viuit. Non dixit, primus, aut secũdus, aut tertius, aut quartus: sed, Mulier, inquit, alligata est, quãdiu vir eius viuit: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est; cui vult nubat, tantùm in Domino: Beatior autẽ erit, si sic permanserit. Quid huic sententiæ, quantũ ad hanc rem attinet, addi vel detrahi possit, ignoro. Deinde ipsum quoq; Apostolorum ac nostrũ magistrũ & Dominũ audio Sadducæis respondẽtẽ, cùm proposuissent mulierẽ non vniuiram & biuirã, sed, si dici potest, septiuiram, in resurrectione cuius futura esset vxor. Increpans enim eos, ait: Erratis, non scientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim neq; nubent, nec vxores ducent: non enim incipient mori, sed erunt æquales angelis Dei. Eorũ itaque resurrectionem cõmemorauit, qui resurgent ad vitã, nõ qui resurgent ad pœnam. Potuit ergo dicere, Erratis, nesciẽtes scripturas, neq; virtutem Dei: in illa enim resurrectione multinubæ istæ esse non poterũt: deinde addere, qa nec aliqua ibi nubit. Sed nec ipsam, vt videmus, tot maritorum mulierem vlla suæ sententiæ significatione damnauit. Quapropter nec contra humanæ verecundię sensum audeo dicere, vt quotiẽs voluerit, viris mortuis nubat femina: nec ex meo corde præter Scripturæ sanctæ authoritatẽ quantaslibet nuptias audeo condẽnare. Quod autem dico vniuiræ viduę, hoc dico omni viduæ, Beatior eris, si sic permãseris.

Rom. 7. a.

1. Cor. 7. b. 39.

Mat. 22. c. 29.

CAPVT XIII. Ex ipsa cõtinẽtiæ viribus estimandus.

NAM & illud non insipienter proponi solet, vt dicat qui potest, quænã vidua meritis præferenda sit: vtrũ vniuira, quæ cùm vixisset diutius cũ marito, filiisque procreatis saluisque viduata, continentiã professa est: an ea quæ adolescentula intra duos annos amissis duobus viris, nullis ad consolationẽ extantibus liberis, cõtinentiã Deo vouit, & in ea perseuerantissima sanctitate consenuit? Hic se exerceant, si possunt, disputando, & nobis aliquid demõstrãdo, qui de numero virorũ, non de ipsius continentiæ viribus pensant merita viduarũ. Si enim illi biuiræ illã vniuirã esse præferendã censuerint, nisi attulerint specialem aliquã rationẽ vel authoritatẽ, profectò inuenientur virtuti animi non maiorem virtutem animi, sed carnis felicitatem anteponere. Ad felicitatem quippe carnis pertinuit, & diu cum viro viuere, & filios procreare: sed si non eam ob hoc præponunt, quia filios habuit, idipsum certè quòd diutũ viro vixit, quid aliud quàm carnis felicitas fuit? Meritum porrò Annæ illius eo maximè commendatur, quia cùm tam citò extulisset virum, per prolixam ætatem suam diu cum carne cõflixit & vicit. Sic enim scriptum est: Et erat Anna Prophetissa

Luc. 2. c. 36

phetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cũ viro suo annis septẽ à virginitate sua, & hęc vidua vsq; ad annos octogintaquatuor, quæ nõ discedebat de tẽplo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Vides quemadmodũ sancta vidua non solùm eo prædicatur quòd vniuira fuerit, verumetiã quòd paucos annos cũ marito vixerit, à virginitate sua, & vidualis continentiæ munus vsq; ad rãtã senectutẽ tãta pietatis seruitute perduxerit.

CAPVT XIIII. Comparatio alia inter triplices viduas.

CONSTITVAMVS igitur ante oculos nostros viduas tres, habẽtes singula eorũ quæ huic inerãt omnia. Vnã ponamus vniuirã, cui desit & tanta prolixitas viduitatis, quòd diu cũ marito vixerit, & tantum studiũ pietatis, quo nõ ita ieiuniis & obsecrationibus seruiat. Alterã quæ post prioris mariti breuissimã vitã, etiã secundũ citò amiserit, & diuturna ætate sit vidua, sed etiã ipsa nõ tantã det operã ieiuniorũ & obsecrationũ religiosissimæ seruituti. Tertiam quę non solùm duos viros habuerit, sed etiã eũ ambobus singillatim, vel cũ aliquo eorũ diutius vixerit, & posteriore ætate viduata, in qua quidẽ si nubere voluisset posset, & filios procreare, susceperit continentiã vidualẽ: sed plus intẽta in deũ, plus sit sollicita quæ illi placeãt actitare, die ac nocte sicut Ana ieiuniis & obsecrationibus seruiẽs. Si contendatur quænã istarũ sit meritis potior, quis nõ videat in hoc certamine palmã dandã esse maiori feruentioriq; pietati? Itẽ si tres aliæ constituantur, quibus illorũ triũ bina insint, singula desint: quis dubitet eas meliores fore quibus præpollẽtius fuerit in suis bonis duobus pia humilitas, vt alta sit pietas? Nulla quidẽ istarũ sex viduarũ tuæ normæ adæquatur. Tu enim si hoc votũ ad senectutẽ vsq; perduxeris, omnia tria potes habere, quibus Annæ meritũ excellnit. Nam & vnum virũ habuisti, & nõ diu tecũ vixit in carne: ac per hoc si ex hibueris obediẽtiã verbis Apostoli dicentis, Quæ autem verè vidua est & desolata, sperabit in Dominũ, & persistet in orationibus nocte ac die: atq; illud quod sequitur sobria vigilãtia deuitaueris, Quæ autẽ in deliciis agit, viuens mortua est: omnia illa tria bona quæ Annæ fuerunt, & tua erunt. Tibi autẽ sunt & filij, quos fortè illa non habuit: nec ideo laudãda es, quia eos habes, sed quia piè nutrire atque educare studes. Vt enim tibi nascerentur, fœcunditatis; vt viuant, felicitatis est: vt autẽ sic instituãtur, volũtatis est & potestatis. In illis tibi homines † gratulantur, in hoc te imitẽr. Anna per prophetiæ sciẽtiã cognouit apud matrẽ virginẽ Christũ, te Euãgelica gratia fecit matrem virginis Christi. Illa itaq; sancta virgo, quam Christo volentẽ & petentẽ obtulistis, vidualibus auiæ matrisque meritis addidit aliquid de merito virginali. Non enim nihil inde habetis, quæ hanc habetis: & in illa estis, quod in vobis non estis. Nam vt sancta virginitas adimeretur nubẽtibus vobis, ideo factũ est vt nascerẽtur ex vobis.

1. Tim. 5. a. 5.

al. gratulentur.

CAPVT XV. Epilogus superiorum.

HÆC itaq; de meritis diuersis cõiugatarũ diuersarumq; viduarũ, hoc opere nõ disputarẽ, si id quod ad te scribo, tibi tantummodo scribere. Sed quoniam sunt quædam in hoc genere sermonis difficillimè quæstiones, aliquid amplius quàm quod ad te proprìè pertinet, dicere volui, propter quosdam qui sibi docti non videntur, nisi alienos labores non iudicãdo conẽtur discutere, sed lacerando conscindere: deinde vt etiam tu ipsa non solùm serues quod vouisti, & in eo bono proficias, verũ etiã diligentius firmiũsq; noueris, idẽ bonũ tuũ non à malo nuptiarũ distingui, sed bono nuptiarum anteponi. Nam qui viduatarum feminarum nuptias damnant, etiam si continentiam suam multarum, quibus tu vteris rerum abstinentia mirabiliter & feruenter exerceant, nõ ideo te seducãt, vt scãtias quod sentiunt, etiam si facere nõ possis quod faciũt. Nemo enim vult esse phreneticus, etiã si videat phrenetici vires viribus sanorum esse fortiores. Præcipuè igitur doctrina sana bonitatem propositi & ornet & muniat. Inde est quippe quòd catholicæ feminæ etiã sæpius nuptæ, non solùm vniuiris viduis, sed & virginibus hęreticorũ iusto iudicio præferuntur. Multi sunt quidẽ de his tribus rebus coniugij, viduitatis & virginitatis, quęstionũ sinᵉ, multę perplexitates: quibᵇ disputando penetrandis vel disoluendis, & maiore cura opus est, & copiosiore sermone: vt vel in omnibᵒ eis rectè sapiamus, vel si quid aliter sapimus, id quoq; nobis Deus reuelet. Verũtamen quod etiam illic consequenter dicit Apostolus, In quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenimus autẽ quod ad hanc rem de qua loquimur attinet, vt continentiã coniugio præponamus: sanctã verò virginitatem etiam continentię viduali: & ne aliquas nuptias, quæ tamen nõ adulteria, sed nuptiæ sunt, cuiuslibet nostri nostrorũmue propositi laude dãnemus. Multa alia de istis rebus dicta sunt à nobis in libro De bono coniugali, & in alio libro De sancta virginitate: & in opere, quod aduersus Faustum Manichæum quanto potuimus labore conscripsimus: quoniã Patriarcharum & Prophetarũ casta coniugia mordacissimè reprehẽdẽdo scriptis suis, quorũdã indoctorũ animos à fidei sanitate detorsit.

Auguſt. tom. 4.

Luc. 2. c. 36

Phil. 3. d. 16.

CAPVT XVI. Exhortans monetq; Deo dorũ esse continẽtiæ.

PROINDE quoniam in exordio huius Opusculi, duo quædam necessaria proposuerã, & exequenda pollicitus eram: vnum, quod ad doctrinã; alterũ quod ad exhortationẽ pertinet: & priori parti, vt potui, pro suscepto negotio nõ defui: ad exhortationem veniamus, vt quod bonũ prudẽter scitur, etiam diligatur ardẽter. Qua in re priᵒ illud moneo, vt quãtamcunq; tibi inesse sentis piæ cõtinẽtiæ dilectionẽ, beneficio Dei tribuas: eiq; gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est vt eius in corde tuo charitate diffusa, licitæ rei licentiam tibi amor melioris boni auferret. Donauit enim ne liberet nubere cùm liceret, vt iã non liceret, etiam si liberet: & ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est etiam cùm liceret: tantaq; mereteris, vt te existente vidua Christi, filiam quoque videres virginẽ Christi: dum enim tu oras sicut Anna, facta est illa quod Maria. Hęc dona Dei esse quanto magis nosti, tanto magis es eisdem donis beata: imò aliter non es beata, nisi quod habes, noris à quo habeas. Attende enim quid de hac re Apostolus dixit. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Multi quippe habent multa Dei dona, & nesciendo à quo habeant impia vanitate iactantur. Nemo est autem donis Dei beatus, qui donanti existit ingratus: quia & illud, quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id valemus, quo iubente admonemur: & ideo sequitur, vt de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriam, quasi nostrarum virium tribuamus, sed Domino Deo nostro gratias agamus. Hoc enim continuò commonemur, quia hoc dignum est, hoc iustum est recordari. Hæc verba vnde sint, intus qua sanctione, & quanta sanctitate commendentur agnoscis. Tene igitu & habet quod accepisti, & datori gratias age. Quamuis enim accipere & habere tuum sit, id tamen habe quod accepisti: quoniam superbienti, & exeo quod habebat, quasi à seipso haberet, impiè glorianti, veritas per Apostolum dicit, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

1. Cor. 2. b. 12.

1. Cor. 4. b. 7.

CAPVT XVII. De libero arbitrio.

HÆC me admonere compellunt cauendi atque deuitãdi quorundam ser-

munculi, qui per aures & animos multorũ serpere cœperunt, quod cum lachrymis dicendum est, inimici gratiæ Christi, per quos suadetur, vt nec oratio nobis ad Dñm necessaria videatur, ne intrem⁹ in tẽtationẽ. Sic enim conantur defendere hominis liberũ arbitriũ vt eo solo etiã Dei gratia non adiuti, valeamus, quod diuinitus iubetur, implere: ac per hoc sequitur, vt frustra Dñs dixerit, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: & frustra quotidie in ipsa Dominica oratione dicamus, Ne nos inferas in tentationẽ. Si enim nostræ tantum modo potestatis est, ne tentatione superemur, vt quid oramus, ne intremus vel inferamur in eam? Faciamus potius quod nostri est liberi arbitrij, atq; absolutissimæ potestatis, & irrideamus Apostolum dicentẽ, Fidelis Deus, qui non vos permittit tentari super id quod potestis: & resistamus ei dicentes, Vt quid peto à Domino, quod in mea posuit potestate? Sed absit vt hoc sapiat, qui sanum sapit. Proinde petamus vt det, q̃ vt habeamus, iubet. Ad hoc enim quod nondũ habemus iubet vt habeamus, vt admoneat quid petamus: & quod nos cùm iusserit, posse inuenerimus, etiã hoc vnde acceperimus, intelligamus, ne inflati & elati huius mũdi spiritu, nesciam⁹ quæ à Deo donata sunt nobis. Proinde arbitriũ voluntatis humanę nequaquam destruim⁹, q̃uãdo Dei gratiã qua ipsum adiuuatur arbitriũ, non superbia negamus ingrata, sed grata potius pietate prædicamus. Nostrũ enim est velle, sed voluntas ipsa etiã monetur vt surgat, & sanatur vt valeat, & dilatatur vt capiat, & impletur vt habeat. Nã si nos nõ vellemus, nec nos vtique acciperemus ea quæ dantur, nec nos haberemus. Quis enim haberet cõtinentiam, vt inter cætera Dei dona de ipsa potius loquar de qua ad te loquor: quis, inquam, haberet continentiã nisi volens, quia & nemo acciperet nisi volens? Sed à quo detur, vt nostra voluntate accipi & haberi possit, si queris, attende scripturã, imò quia nosti, recole quod legisti: Cùm scirẽ, inquit, quia nemo esse potest continẽs nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum. Magna ista sunt duo munera, sapientia, & cõtinentia: sapientia scilicet qua in Dei cognitione formamur: continentia verò, qua huic seculo non conformamur. Iubet autem nobis Deus, vt & sapientes, & cõtinẽtes simus, sine quibus bonis iusti perfectiq; esse non possumus. Sed oremus vt det quod iubet adiuuando & inspirando, qui commonuit quid velle debeamus præcipiendo & vocando. Quidquid hic dedit, vt conseruet oremus: quod autem nondum dedit, vt expleat oremus, tamen oremus & gratias agamus de acceptis: & quod nondum accepimus, eo ipso quòd de acceptis ingrati non sumus, nos accepturos esse fidamus. Qui enim dedit coniugatis fidelibus vt contincãt ab adulteriis & fornicationibus, ipse dedit sanctis virginibus & viduis vt contineant ab omni concubitu, in qua virtute iam propriè vel integritas vel cõtinẽtia nominat̃. An fortè ab illo q̃dẽ acceptam⁹ cõtinentiã, sed à nobis habemus sapientiã? Quid est ergo q̃ Iacobus apostolus dicit, Si quis autẽ vestrũm indiget sapiẽtia, postuletã Deo, q̃ dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabit̃ ei? Sed de hac quæstione, & in aliis iã opusculis nostris, quãtũ adiuuit Dñs multa diximus, & aliàs quantũ per ipsum potuerimus, dara opportunitate dicemus. NVNC indealiquid ideo dicere volui, propter quosdam fratres nostros amicissimos & dilectissimos nobis, nec malitiosè quidem errori huic implicatos, sed implicatos tamen: qui putant cùm aliquos ad iustitiam pietatẽm quẽ exhortantur, vires non habituram exhortationem suam, nisi totum illud quod vt agat homo, agunt cum homine, in hominis cõstituant potestate, nõ adiuta Dei munere, sed solo arbitrio liberæ volũtatis exerta: quasi possit esse ad perficiendũ opus bonũ volũtas libera, nisi Dei munere liberata. Nec attendũt idipsum etiam seipsos Dei dono habere, quòd ea facultate exhortantur, vt ad capessendã vitã bonã hominũ voluntates pigras excitẽt, accendãt frigidas, corrigant prauas, auersas cõuertãt, repugnãtes pacificẽt. Si enim nõ possunt persuadere quod suadẽt, aut si hæc in voluntatibus hominũ nõ agunt, quid agunt aut quid loquuntur? Dimittãt eas potius arbitrio suo. Si autẽ in eis hęc agunt, itáne tandẽ homo in hominis voluntate tanta agit loquendo, & Deus illic non agit aliquid adiuuãdo? Imò verò quãralibet homo sermonis facultate præpolleat, vt sollertia disputandi & suauitate dicẽdi in hominis volũtate inserat veritatẽ, nutriat charitatem, docendo tollat errorẽ, exhortãdo torporẽ. Neq; qui plãtat est aliquid, neq; q̃rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Frustra quippe operarius omnia moliretur extrinsec⁹, nisi creator intrinsecus latẽter operaretur. Spero ergo has literas meas merito excellẽtiæ vestræ citò in manus etiã taliũ esse venturas: ideo nõnulla hinc dicenda arbitratus sum. Deinde vt tu ipsa & quæcunq; aliæ viduæ ista legerint, vel cùm legũtur audierint, noueritis vos ad diligendũ & habendã continẽtiæ bonũ, plus proficere orationibus vestris, quàm exhortationib⁹ nostris: quoniã si quid vos adiuuat, quod vobis etiã nostra ministrantur alloquia, totũ illius gratiæ tribuendũ est, in cuius manu sunt, sicut scriptũ est, & nos & sermones nostri. Si ergo nondũ Deo vouisses continentiam vidualẽ, exhortaremur profectò vt voueres. Quia verò iã vouisti, exhortamur vt perseueres. Talia mihi tamẽ video esse dicẽda, quibus eã diligãt & arripiant, & quæ adhuc nubere cogitabant. Aurẽ igitur inclinemus Apostolo, Quæ innupta est, inquit, solicita est ea quæ sunt Domini, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, solicita est ea quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Non ait, solicita est ea quæ sunt mundi, vt sancta non sit: sed certè minor est ea coniugalis sanctitas, ex ea parte curarum qua mundana cogitatur voluptas. Quicquid itaq; intentionis animi etiam his rebus impenderetur quibus placendum esset viro, colligere quodammodo & redigere debet innupta Christiana in eam intentionem qua placendũ est Domino: & videat cui placeat quæ Domino placet: & vtique tanto est beatior, quanto plus placet ei: quãto autem magis cogitat ea quæ sunt mundi, tanto minus placet. Placete itaque tota intentione speciosò forma præ filiis hominum: eius enim gratia illi placetis, quæ diffusa est in labiis eius. Placete illi ea quoque parte cogitationis quę occuparetur mundo, vt placeretur viro. Placete illi qui displicuit mundo, vt placẽtes ei liberarentur ex mundo. Hunc enim speciosum forma præ filiis hominum viderunt homines in cruce passionis, & non habuit speciem neque decorem, sed facies eius abiecta & deformis positio eius. Ex hac tamen deformitate redemptoris nostri, manauit pretium decoris vestri, sed decoris interioris. Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Hac pulchritudine illi placere: hanc pulchritudinem studiosa cura, & solicita cogitatione componite. Non amat ille fellaciarum fucos, veris veritas delectatur: & ille, si quod legisti agnoscis, veritas vocatur. Ego sum, inquit, via, & veritas & vita. Currite ad illum per illum, placete illi ex illo, viuite cum illo, in illo, de illo. Affectibus veris & sanctissima castitate à viro tali amate amari. Audiat hæc virginis etiam sanctæ, prolis tuæ, auris interior. Quæ verò quantum te præcedat in regno regis

Mat. 26. d. 41.

Mat. 6. b. 13.

1 Cor. 10. c. 13.

1. Cor. 3. d. 7

Sap. 7. b. 16

CAP. XII. Exhortatur ad perseuerantiam.

Sap. 8. d. 21.

1. Cor. 7. b. 32

C

Psal. 44. a. 3.

D

Esa. 53. d. 3.

Iac. 1. a. 5.

CAPVT XVIII. Oratio plus conferit quã exhortatio.

Ioan. 14. d. 6.

regis illius, alia quæstio est. Inuenistis tamen mater & filia, cui contemptis nuptiis, illa omnibus, tu secundis pulchritudine castitatis simul placere debeatis. Certè si mariti essent quibus placendum esset, iam te fortasse cum filia puderet ornari. Nunc non pudeat agere quibus simul ornemini, quia non est criminosum, sed potius gloriosum, vt ab illo vno simul amemini. Simulatum autem candorem ac ruborem & pigmentis illitũ, non adhiberetis, etiam si viros haberetis: non putantes dignos quos falleretis, nec vos quæ fallere deberetis. Nunc ergo illi regi, qui vnicę sponsæ, cuius membra estis, speciem concupiuit, veraciter simul placete, simul inhærete: illa integritate virginali, tu continentia viduali, ambæ pulchritudine spiritali. In qua pulchritudine etiã illi⁹ auia, soerus tua, quæ iã certè senuit, est pulchra vobiscum. Vigorẽ quippe huius pulchritudinis dum extendit in anteriora charitas, rugã in ea nõ facit annositas. Habetis vobiscũ anũ sanctam & in domo & in Christo, quã de perseuerantia cõsulatis: quomodo cũ illa cõtra bella tentatoris pugnandũ sit, quid agẽdũ vt facilè superetur, quod munimentũ sumẽdum, ne facilè rursus in sidietur: & si quid huiusmodi est, docet vos diuturnitate iam certa, amore beneuola, pietate solicita, ætate secura. Præcipuè tu consule in talibus, cam quæ experta est. Nam proles vestra illud canticũ cantat, quod in Apocalipsi nisi virgines cantare non possunt: pro ambabus tamen vobis solicitius erat quàm pro seipsa: sed magis pro nepte solicita est, cui vincendarum tentationum spatium plus restat annorũ: te autẽ videt æuo suo viciniorem, & eius filiæ matrem, q̃ si nuptam, quod iam non licet, atq; absit, vidisses, puto quòd parere cum illa erubuisses. Quã tulũ est ergo quod iã tibi periculosæ restat ætatis, quæ ideo non diceris auia, vt sanctarũ cogitationũ & operũ fœtibus cũ filia possis esse fœcunda? Nõ itaque immeritò magis pro illa solicita est auia, pro qua & tu mater; quia & maius est quod vouit, & totũ ei restat quod modò cœpit. Exaudiat Dominus preces eius, vt sanctè obsequamini meritis eius, quæ carnem viri tui in iuuenta peperit cor filiæ tuæ in senecta parturit. Omnes itaque pariter atq; concorditer vniuiro vnius coniugis, in cuius corpore vno spiritu viuitis, placete moribus, instate orationibus. PRÆTERITVS dies nõ reuertitur in futurum, & post hesternũ pergit hodiernus, & post hodiernum perrecturus est & crastinus. Et ecce omnia tempora & temporalia transeunt, vt veniat mansura promissio: & qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Si mundus iam periit, nupta cui parit? Aut corde paritura, & carne non paritura, cur nubit? Si autem adhuc duraturus est mundus, cur non magis amatur per quem factus est mundus? Si iã deficiũt illecebræ seculares, nõ est quod Christianus animus cupiditate conquirat. Si autem adhuc manebunt, est quod sanctitate cõtemnat. Horum duorũ in altero spes nulla libidinis, in altero maior est gloria charitatis. Quot autem & quãti sunt, ipsi anni quibus videtur vigere flos carnalis ætatis? Nonnullæ feminæ nuptias cogitantes, & ardenter optantes, dum spernũtur aut differuntur, repentè senuerunt, vt eas nubere iam puderet amplius quàm liberet, Multæ autem nuptæ recentissima sua coniunctione in longinqua profectis viris suis, reditum eorum expectando, grandæuę factæ sunt, & tanquam citò viduatæ aliquando nec remeantes saltem senes suos anus suscipere meruerunt. Si ergo vel spernẽtibus vel tardantibus sponsis, vel peregrinantibus maritis, carnalis concupiscentia potuit cõtineri, ne stuprum aut adulterium committeretur, cur cõtineri non potest ne sacrilegium committatur? Si repressa est, cùm ferueret dilata, cur nõ opprimitur cùm friguerit amputata? Plus enim ardenter ferunt libidinem, quæ non desperant eiusdem voluptatem. Quæ autem innuptarum castitatem Deo vouẽt, ipsam spem subtrahunt, quæ fomes amoris est. Vnde facilius concupiscentia refrenatur, quæ nulla expectatione succenditur, contra quã tamen nisi oretur vt superetur, ipsa illicita exoptatur ardentiùs. DELICIÆ igitur spiritales deliciis carnalibus in sancta castitate succedant, lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, bonorũ operum frequẽtatio, spes futuri seculi, & cor sursum: atque de his omnibus gratiarum actio patri luminum, à quo sine vlla dubitatione, omne datum optimum, & omne donum perfectum, scriptura teste descendit. Nam quando pro deliciis nuptiarum quas in carne virorum habent, aliarum carnalium deliciarum tanquã in solatio vsus assumitur, quid ego dicam quæ sequãtur mala, cùm breuiter Apostolus dixerit, viuentem mortuam esse viduam, quæ in deliciis viuit? Absit autem à vobis vt diuitiarum cupiditate capiamini, p cupiditate nuptiarum, & in cordibus vestris nummus viri amori succedat. Intuentes enim hominum cõuersationẽ, sæpe experti sumus, in quibusdã lasciuia compressa creuisse auaritiam. Nã sicut in ipsis sensibus corporis acutiùs audiunt qui nõ vident, & tangendo multa discernunt, nec tanta vivacitate tangunt qui oculis vtuntur: vbi intelligitur ex vno aditu, id est, luminum, repressa intentione, sentiendi vim in alios sensus prõptiorem dignoscendi acumine exerere, tanquã ex altero conetur implere quod negatur in altero: ita etiã sæpe carnalis cupiditas, à concumbendi voluptate cohibita, maioribus viribus in pecuniæ se porrigit appetitũ, & illinc auersa, huc se impetu ardentiore cõuertit. In vobis autẽ amor diuitiarum simul frigescat cum amore nuptiarũ: & pius vsus rerum quas possidetis, ad spiritales delicias conferatur, vt liberalitas vestra magis feruea adiuuãdis egenis q̃ditandis auaris. In thesaurũ quippe cælestem non mittuntur dona cupidorũ, sed eleemosynæ pauperũ, quæ in immensum modum orationes adiuuant viduarũ. Ieiunia quoq; ac vigiliæ in quantũ valetudinẽ non perturbant, si orando, psallendo, legẽdo, & in lege Dei meditãdo sumantur, in delicias spiritales etiam ipsa quæ videntur laboriosa vertũtur. Nullo modo enim sunt onerosi labores amantiũ, sed etiã ipsi delectant sicut venantiũ, aucupãtium, piscantium, vindemiantium, negotiantium, ludo aliquo sese oblectantiũ: interest ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. Et vide quàm pudendum & dolendũ sit, si delectat labor, vt fera capiatur, vt cupa & sacculus impleatur, vt pila iaciatur, & nõ delectat vt Deus acquiratur. IN omnibus sanè spiritalibus deliciis quibus fruũtur innuptæ, sancta earũ cõuersatio cauta etiã debet esse, ne fortè cùm malavita nõ sit per lasciuiã, mala sit fama per negligentiam. Nec audiendi sunt, siue viri sancti siue feminæ, quando reprehensa in aliquo negligentia sua, per quam fit vt in malam veniant suspicionem, vnde suã vitam longè abesse sciunt, dicunt sibi corã Deo sufficere conscientiam, existimationem hominũ non imprudẽter solùm, verùm etiam crudeliter contemnentes; cùm occidunt animas aliorum, siue blasphemantium viã Dei, quibus secundum suam suspicionem quasi turpis quæ casta est displicet vita sanctorũ: siue etiam cum excusatione imitantium, nõ quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atque facinorũ vitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem etiam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita

CAPVT XX. Exhortatio.

Mat. 10. c. 22

CAPVT XXI. Fmæ custodia.

nostra, aliis fama nostra: & vtrique etiam quod aliis ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram
2.Cor 8.d. 21. quoque redundat vtilitatem. Vnde non frustra Apostolus, Prouidemus, inquit, bona, non solùm coram
1.Cor 10.g. 33. Deo, verùm etiam coram hominibus. Item dicit, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod
Phil. 4.b. 8. multis, vt salui fiant. In quadam etiam exhortatione dicit, De cætero, fratres, quæcũque sunt vera, quæcũq; sancta, quæcunq; iusta, quæcunq; casta, quæcunq; charissima, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus: hæc cogitate quę & didicistis & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Cernis quemadmodum inter multaquę exhortãdo cõmonuit, non neglexerit ponere, quæcũque bonæ famę, duobúsque verbis cuncta cõcluserit, vbi ait, si qua virtus, si qua laus. Ad virtutẽ namq; pertinent quæ antea memorati bona, fama verò ad laudem. Puto quòd non laudem hominum pro
1.Cor. 4.a.5. magno sumebat Apostolus alio loco dicẽs, Mihi autẽ minimũ est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Et
Gal.1. b. 10. alibi, Si hominib⁹ placerem, Christi seruus non essẽ.
2.Cor.1.c.12 Et iterum, Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Sed illorum duorũ, id est, bonæ vitæ & bonæ famæ, vel quod breuius dicitur, virtutis & laudis, vnum propter seipsum sapientissimè retinebat, alterùm propter alios misericordissimè prouidebat. Sed quoniam quantalibet humana cautela suspiciones maleuolentissimas non potest omni ex parte vitare, vbi pro existimatione nostra quicquid rectè possumus fecerimus, si aliqui de nobis vel malè fingendo, vel malè credendo famam nostram decolora-
Mat 5.b. 12. re conantur, assit conscientiæ solatium, planéque etiã gaudiũ, quòd merces nostra magna est in cælis: etiam cùm dicunt homines mala multa de nobis, piè tamen
2 Cor.6.b.8 iustéque viuentibus. Illa enim merces tanquam stipendium est militantium, per arma iustitiæ, non solùm dextera, verumetiam sinistra, per gloriam scilicet & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam.

CAPVT XXII I. Exhortationis & libri simul cõclusio.

AGITE itaque cursum vestrum, & perseueranter currite vt comprehendatis & exemplo vitæ exhortationísque sermone, rapite in eũdem cursum vestrum
1.Cor.9.d. 24. quascunque potueritis. Non vos ab hoc studio, quo multas ad imitandum vos excitatis, frangat querela vanorum, qui dicunt, quomodo subsistet genus humanum, si omnes fuerint continentes? Quasi propter aliud retardetur hoc seculum, nisi vt impleatur præ-

A destinatus numerus ille sanctorum, quo citius impleto, profectò nec terminus seculi differetur. Nec illud vos retardet ab studio persuadendi aliis bonum vestrum, si dicatur vobis, cùm & nuptiæ bonæ sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, & maiora scilicet & minora, si omnes continentiæ laudem atque amorem imitentur? Primò quia conando vt omnes sint continentes, tunc erunt vel paucæ: neque enim omnes capiunt verbum hoc. Sed quoniam scriptum est, Qui potest capere, capiat: tunc capiunt quæ Mat.19.b.12
possunt, si nec illis quæ non capiunt taceatur. Deinde nec timere debemus ne fortè omnes capiant, & aliquid de minoribus bonis, id est coniugalis vita, Christi desit in corpore. Si enim omnes audierint, & omnes ceperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse prædestinatum, vt coniugalia bona in illorum numero membrorum etiam sufficiant, quæ tam multa ex hac vita transierunt. Neque enim nunc, si omnes
B fuerint continentes, honorem continentium datuti Mat.13.a.9.
sunt eis qui tricenarium fructum, qui coniugali bono inesse intelligitur, iam Dominicis horreis intulerunt. Habebunt ergo illic omnia ista bona suum locum, etiam si deinceps nulla velit nubere, vel nemo ducere vxorem. Securè itaque instate quibus potestis, vt fiant quod vos estis: & orate vigilanter atque feruenter, vt adiutorio dexteræ excelsi & abundantia misericordissimæ gratiæ Domini, & perseueretis in eo quod estis, & proficiatis ad id quod eritis. Deinde obsecro vos per illum à quo & hoc donum accepistis, & huius doni præmia speratis, vt me quoque orationibus vestris memineritis inserere cum tota domestica vestra Ecclesia. Ordinatissimè quippe prouenit, vt matri vestrę iam grandæuæ de oratione epistolam scriberem. Ad ipsam quippe maximè pertinet oran-
C do concertare pro vobis, quæ de se minus solicita est quàm de vobis. Et vt ad te potius quàm ad illam hoc de continentia viduali opusculum facerem, quia tibi superare adhuc restat quod iam ætas illius superauit. Virgo autem sancta proles vestra, si aliquid de sua professione desiderat, ex laboribus nostris habet grãdem librum de sancta virginitate, quem legat. De quo legendo etiam te commonueram, quoniam multa continet, vtrique necessaria castitati, hoc est, virginali atque viduali, quæ hic propterea partim tenuiter attigi, partim omnino prætermisi, quia ibi copiosiùs disputaui. Perseueres in gratia Christi.

FINIS.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE SERMONE DOMINI IN MONTE SECVNDVM MATTHÆVM,
LIBER PRIMVS.

Ex lib.1.Retractat.cap.19.

PER idem tempus De sermone Dominì in monte, secũdum Matthæum, duo volumina scripsi. In quorũ primo propter id quod scriptum est, Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur:
Mat 5.a.9. Sapientia, inquam, cõgruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullúsque motus aduersus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cùm & ipse obtẽperet Deo. Quod meritò mouet quomodo dixerim. Non enim cuiquã prouenire in hac vita potest, vt lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris. Quandoquidem etiã si ei sic resisteret spiritus hominis, vt in nullũ eius laberetur assensum: non ideo tamen illa nõ repugnaret. Hoc ergo
B quod dictum est, Nullum esse motum aduersus rationem rebellẽ: rectè accipi potest id nunc agentibus pacificis, domando concupiscentias carnis, vt ad istã pacem plenissimam quandoq; † veniatur. Proinde quod
al. permeniatur. Lib.1. alio loco cùm eandem sententiam Euangelicã repetẽs dixissem, Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabũtur: adiũxi dicens, Et ista quidem in hac vita compleri
Mat.5.a.9. possunt, sicut completa esse in Apostolis credimus: sic accipiendum est, non vt in Apostolis hic viuentibus nullum carnis motum arbitremur spiritui repugnasse, sed hactenus hic ista posse compleri, quatenus in Apostolis credimus esse completa, ea mensura scilicet perfectionis humanæ, quanta in hac vita potest esse perfectio. Non enim dictum est, ista in hac vita compleri possunt: nam completa esse in Apostolis credimus: sed dictum est, sicut completa esse in Apostolis credimus, vt ita compleantur sicut in illis completa sunt: id est,
C quadam perfectione, cuius capax est ista vita, nõ sicut complenda sunt in illa quam speramus pace plenissima, quando dicetur: Vbi est mors contentio tua? Alio
1.Cor. 15. g. 55. loco quod interposui testimonium, Non enim ad mẽsuram dat Deus spiritum, nondum intellexeram de
Ioan.3.d.34. Christo propriè verius accipi. Aliis quippe hominib⁹ nisi ad mensuram daretur spiritus, non duplũ peteret Heliseus quàm fuit in Helia. Item quod scriptum est,
Mat.5.c.18. Iota vnum aut vnus apex nõ transiet à lege donec omnia fiãt, cùm exponerẽ, nihil dixi posse aliud intelligi, nisi vehementẽ perfectionis expressionem. Vbi meritò quęritur, vtrũ ista perfectio sic possit intelligi, vt tamẽ verum sit, neminẽ iam vtentẽ voluntatis arbitrio hic viuere sine peccato. A quo enim vsque ad vnũ apicem lex perfici potest, nisi à quo fiunt vniuersa diuina mãdata? Sed in eisdẽ mandatis est etiã quod iubemur di-
D Mat.6.b.12. cere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quã orationem vsq; ad finẽ seculi tota dicit Ecclesia. Omnia ergo mãdata facta de
Mat.5.c.19. putãtur, quãdo quicquid nõ fit ignoscitur. Sanè quod ait Dominus, Quicumque soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic, &c. vsque ad eum locum vbi ait, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum: multo melius & conuenientius exposui in alis posterioribus sermonib⁹ meis, quod etiã hic retexere longum est. Ad hoc autem iste ibi perducitur sensus, vt eorum sic iustitia maior quàm scri-

A barum & Pharisæorum, qui dicunt & non faciũt. De scribis quippe & Pharisæis alio loco ipse Dñs ait, Dicunt enim & non faciũt. Illud etiam melius intellexi-
Mat.23.a.3. mus postea quod scriptũ est, Qui irascitur fratri suo. Codices enim Græci nõ habent, sine causa, sicut hic
Irasci fratri suo quid. Mat.5.c.22. positum est: quãuis idẽ ipse sit sensus. Illud enim dixi-
mus intuendũ, quid sit irasci fratri suo quoniã nõ fratri irascitur q̃ peccato fratris irascitur. Qui ergo fratri, non peccato irascitur, sine causa irascitur. Itẽ quod dixi, Hoc & de patre & de matre & de cæteris vinculis sanguinis intelligendũ est, vt in eis oderimus quod genus humanũ nascẽdo & moriẽdo sortitũ est: ita sonat, quasi nõ essent futuræ istæ necessitudines, si nullo naturæ humanæ præcedente peccato nemo moreretur. Quẽ sensum iã superiùs improbaui. Essent enim profectò cognationes & affinitates, etiã si originali nullo
B existẽte peccato, sine morte crescerẽt & multiplicaretur genus humanũ. Ac per hoc aliter soluenda est quę-
Lucæ 14.d. 26. stio, cur Dñs præceperit diligẽdos inimicos, cùm alio loco præcipiat odio habendos & parentes & filios, nõ sicut hic soluta est, sed sicut eã posteriùs sæpe soluim⁹: id est, vt diligamus inimicos lucrãdos regno Dei, & oderimus in propinquis, si impediunt à regno Dei. Itẽ de præcepto quo prohibetur vxor dimitti, nisi propter fornicationẽ: hic quidẽ scrupulosissimè disputaui. Sed quam velit Dñs intelligi fornicationẽ propter
Dt.24 d.26. quã liceat dimittere vxorẽ, vtrũ eã quę dãnatur in stupris, an illã de qua dicitur, Perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te, in qua vtique & ista: neq; enim non forni-
1.Cor.6.d. 15. catur à Dño, qui tollens mẽbra Christi, facit ea mẽbra meretricis: etiã atque etiã cogitãdum est atq; requirendũ. Nec volo in re tãta tãmque ad dignoscẽdum diffi-
C cili putare lectorẽ istam sibi nostrã disputationem debere sufficere: sed legat & alia, siue nostra quæ postea scripta sunt, siue aliorũ melius considerata atque tractata: vel ipse, si potest, ea quæ hic meritò mouere possunt, vigilãtiore atq; intelligẽtiore mẽte discutiat. Nõ quia omne peccatũ fornicatio est, neq; enì omnẽ peccantẽ Deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit,
dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra: cùm perdat om- Mat.6 b. 12.
nẽ qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligẽda atq; † limitãda sit hæc fornicatio, & vtrum etiam propter al. eliminanda.
hãc liceat dimittere vxorẽ, latebrosissima quæstio est. Licere tamen propter istã quæ in stupris cõuinititur, nulla quæstio est. Et vbi dixi, hoc permissum esse, non
Prou.18.d. 23. iussum, nõ attendi aliã scripturam dicentẽ: Qui tenet adulterã, stultus & impius est. Nec sanè adulterã dixerim fuisse deputãdam illam mulierem etiã posteaquã
D Ioan.8.a.11. audiuit à Domino, Nec ego te dãnabo, vade deinceps iam noli peccare: si hoc obedienter audiuit. Loco alio
1.Ioan.5 d. 16. peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioãnes apostolus, Non pro illo dico vt roget quis: ita definiui, vt
Peccatũ ad mortẽ quod erit. dicerẽ, Peccatum fratris ad mortẽ puto esse, cùm post agnitionem Dei per gratiam Dñi nostri Iesu Christi quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua recõciliatus est Deo, inuidentię facibus agitatur. Quod quidem nõ confirmaui, quoniã hoc putare me dixi: sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hãc vitã: quoniã de quocunque pessimo in hac vita constituto non est vtique desperandũ, nec pro illo imprudenter oratur,

de quo non desperatur. In 11. item libro: Nulli, inquã, licebit ignorare Dei regnum, cùm eius vnigenitus nõ solùm intelligibiliter, sed etiam visibiliter in homine Dominico de cælo venerit, iudicaturus viuos & mortuos. Sed nõ video vtrũ rectè dicatur homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus, cùm sit vtiq; Dominus: Dominicus autẽ homo quis in eius sancta familia nõ potest dici: Et hoc quidẽ vt dicerẽ, apud quosdam legi tractatores catholicos ditinorum eloquiorum. Sed vbicumq; hoc dixi, dixisse me nolim. Postea quippe vidi non esse dicendum, quãuis nonnulla possit ratione defendi. Item quod dixi, Nullius enim ferè cõscientia Deũ potest odisse: video nõ fuisse dicendũ. Multi enim sunt de quibus scriptũ est: Superbia eorũ qui oderũt te. Alio loco in eo quod dixi, ob hoc dixisse Dominũ, Sufficit diei malitia sua: quia cibos sumere vrgebit ipsa necessitas, quã propterea malitiam nominatam arbitror, quia pœnalis nobis est, pertinet enim ad hãc fragilitatem quã peccãdo meruimus: non attendi etiam primis hominibus data fuisse in paradiso corporis alimenta, antequam istam mortuis pœnã peccando meruissent. Sic enim erant immortales in corpore nondũ spiritali, sed animali, vt tamẽ in eiusmodi immortalitate corporalibus alimẽtis vterentur. Item quod dixi, Quam sibi Deus elegit gloriosam ecclesiam, nõ habentẽ maculam neque rugam, non ideo dixi, quia nũc ex omni parte iam talis est, quamuis ad hoc electa non dubitetur, vt talis sit quando Christus apparuerit vita eius, tũc enim & ipsa cum illo apparebit in gloria. Propter quam gloriam dicta est ecclesia gloriosa. Itẽ quod Dominus ait, Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis: operosè quidem tria ista quid inter se differãt exponendũ putaui, sed lõgè melius ad instãtissimã petitionẽ omnia referuntur. Hoc quippe ostẽdit, vbi eodẽ verbo cuncta conclusit, dicens: Quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Non enim dixit, petentibus & quærentibus & pulsantibus. Hoc opus sic incipit:

2. Tim. 2. b. 5.

Lib. 2.

Ps. 73. d. 34. Mat. 6. d. 34.

Eph. 5. f. 27.

Col. 3. a. 4.

Mat. 7. b. 7.

CAPVT I.

SERMONEM quem locutus est Dominus noster Iesus Christus in mõte, sicut in Euangelio secundũ Matthæũ legimus, si quis piè sobricèq; considerauerit, puto quòd inueniet in eo, quantum ad mores optimos pertinet, perfectũ vitæ Christianæ modũ q; polliceri non temerè audemus, sed ex ipsis eiusdẽ Domini verbis coniicimus. Nã sic ipse sermo cõcluditur, vt appareat in eo præcepta esse omnia quæ ad informãdã vitam pertinent. Sic enim dicit: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabo eũ viro sapienti: & reliqua vsq; ad eũ locum, Et facta est ruina eius magna. Cùm ergo non dicit, qui audit verba mea tãtũ: sed addidit dicẽs, Qui audit verba mea hęc: satis, vt arbitror, significauit, hæc verba quæ in monte locutus est, tam perfectè instruere vitã eorum qui voluerint secundum ea viuere, vt meritò cõparentur ædificanti super petram. Hoc dixi, vt appareat istũ sermonẽ omnibus præceptis, quibus Christiana vita informatur, esse perfectum. Nã de hoc capitulo diligentiùs suo loco tractabitur. Huius igitur sermonis initiũ sic assumitur: *Cùm vidisset autẽ Iesus turbas multas, ascendit in montem, & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suũ docebat eos dicens.* Si quæritur quid significet mõs, bene intelligitur significare maiora præcepta iustitiæ, quia minora erãt quæ Iudæis data sunt. Vnus tamẽ Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundũ ordinatissimã distributionẽ tẽporũ, dedit minora præcepta populo, quem adhuc timore alligari oportebat: & per filiũ suum maiora, populo quẽ charitate iam liberati cõuenerat. Cùm autẽ minora minoribus, maiora maioribus dantur, ab eo dantur qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinã. Nec mirum est q; dantur præcepta maiora propter regnum cælorum, & minora data sunt propter regnũ terrenum, ab eodem vno Deo qui fecit cælum & terram. De hac ergo iustitia, quæ maior est, per Prophetã dicitur, Iustitia tua sicut mõtes Dei: & hoc bene significat, quod ab vno magistro solo docendis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autẽ docet, quod pertinet ad dignitatem magisterij. Et accedunt ad eũ discipuli eius, vt audiendis illius verbis hi essent etiã corpore viciniores, qui præceptis adimplendis etiam animo propinquabant. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Ista circumlocutio qua scribitur, Et aperiens os suum, fortassis ipsa mora cõmendat aliquãto longiorem futurum esse sermonem: nisi fortè non vacet quòd nũc eum dictũ est aperuisse os suum, quòd ipse in lege veteri aperire soleret ora Prophetarum. Quid ergo dicit? *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Legimus scriptũ de appetitione rerum temporalium, Omnia vanitas & præsumptio spiritus. Præsumptio autem spiritus, audaciã & surperbiam significat. Vulgo etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur: & rectè, quandoquidẽ spiritus etiã ventus vocatur. Vnde scriptũ est, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ. Quis verò nescia superbos inflatos dici, tanquam vento distentos? Vnde est etiam illud Apostoli, Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quapropter rectè hic intelligũtur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, nõ habentes inflatũ spiritũ. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinẽ, siquidem peruẽtura est ad summam sapientiã. Initium autem sapiẽtiæ timor Domini. Quoniam & econtrariò, Initium omnis peccati superbia scribitur. Superbi ergo appetant & diligant regna terrarum.

A

B

C

Mat. 5. a. 1.

Mat. 5. a. 1.

Ps. 148. b. 8.

1. Cor. 8. a. 1.

Eccl. 1. b. 16. Ps. 110. b. 10. Prou. 9. b. 15. Eccl. 10. b. 1.

BEATI autem pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebũt terram.* Illam credo terram, de qua in Psalmo dicitur. Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ. Significat enim quandã soliditatẽ & stabilitatem hæreditatis perpetuę, vbi anima per bonũ affectũ, tanquã loco suo requiescit, sicut corpus in terra: & inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra ipsa est requies & vita sanctorũ. Mites autẽ sunt qui cedunt improbitatibus & non resistũt malo, sed vincũt in bono malũ. Rixẽtur ergo immites, & dimicẽt pro terrenis & tẽporalibus rebus. Beati autẽ mites, quoniã ipsi hæreditate possidebunt terram, de qua pelli non possunt. *Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur.* Luctus est tristitia de amissione charorũ: cõuersi autẽ ad Deũ, ea quæ in hoc mundo chara amplectebantur: amittũt. Non enim gaudẽt his rebus quibus antè gaudebant: & donec fiat in illis amor æternorũ, nõnulla mæstitia sauciãtur. Cõsolabũtur ergo Spiritu sancto, qui maximè propterea paracletus nominatur: id est, cõsolator, † vt temporalia amittentes, æterna lætitia perfruãtur. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabũtur.* Iam istos amatores dicit veri & inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabũtur, de quo ipse Dñs dicit, Meus cibo est vt faciã volũtatẽ patris mei, quod est iustitia: & illa aqua de qua quisquis biberit, vt idẽ dicit, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã. *Beati misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus.* Beatos esse dicit qui subeuniunt miseris, quod eis ita rependitur, vt de miseria liberentur. *Beati mundicordes, quoniã ipsi Deum videbunt.*

Mites.

Rom. 12. d. 21.

D

al. temporalia amittentes æterna lætãtur.

Ioan. 4. c. 14.

Quàm

Quàm ergo stulti sunt qui Deũ istis exterioribus oculis quærunt, cũ corde videatur, sicut alibi scriptũ est, Et in simplicitate cordis quærite illum. Hoc est enim mũdũ cor, quod est simplex cor: & quẽadmodũ lumẽ hoc videri non potest nisi oculis mundis, ita nec Deus videtur nisi mundũ sit illud q; videri potest. *Beati pacifici, quoniã ipsi filij Dei vocabuntur.* In pace perfectio est, vbi nihil repugnat: & ideo filij Dei pacifici, quoniam nihil in istis resistit Deo, & vtiq; filij, similitudinẽ patris habere debent. Pacifici autẽ in semetipsis sunt, qui oẽs animi sui motus cõponentes & subiicientes rationi: id est, menti & spiritui, carnalésque cõcupiscentias habentes edomitas, siũt regnũ Dei. In quo ita sunt ordinata oĩa, vt id quod est in homine p̃cipuũ & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantibus, quæ sunt nobis bestiisq; communia. Atq; idipsum q; excellit in homine, id est, mens & ratio, subiiciatur potiori, quod est ipsa veritas vnigenitus filius Dei. Neq; enim imperare inferioribus potest, nisi superiori seipse subiiciat. Et hæc est pax quę datur in terra hominibus bonæ voluntatis, hæc vita cõsummati p̃fectiq; sapiẽtis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huiũ seculi, qui peruersis inordinatisq; dominatur. Hac pace intrinsecus constituta atque firmata, quasicũq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus cõcitauerit, auget gloriã quę secundũ Deũ est, nõ aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficiẽtibus machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus extructa sit à Deo.

Sap. 1. a. 1.

A

B

Luc. 2. b. 14.

CAP. XIX.

SEQVITVR: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sunt autem omnes istæ octo sententiæ. Iam enim cætera compellans loquitur ad illos qui adérant, dicens: *Beati eritis, cùm vobis maledicent, & persequentur vos.* Superiores autẽ sentẽtias generaliter dirigebat. Nõ enim dixit, Beati pauperes spiritu, quoniã vestrũ est regnum cælorũ: sed, quoniã ipsorũ est, inquit, regnũ cælorum. Neq; beati mites quoniã vos possidebitis terram: sed, quoniã ipsi possidebunt terram. Et ita cæteras vsq; ad octauã sententiã, vbi ait, Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnũ cælorum. Inde iam incipit loqui præsentes cõpellãs, cùm & illa quæ suprà dicta sunt, ad eos etiã pertinerent qui præsentes audiebant: & hæc postea quæ videntur p̃sentib. specialiter dici, pertineãt etiã ad illos qui absentes vel pòst futuri erant. Quapropter istę sententiarũ numerus diligẽter considerandus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes spiritu: id est, non inflati, dũ se diuinæ authoritati subdit anima, timens post hanc vitã ne pergat ad pœnas, etiã si forrè in hac vita beata sibi esse videat. Inde venit ad diuinarũ scripturarũ cognitionẽ, vbi oportet eam se mitẽ p̃bere pietate, ne id quod imperitis videtur absurdũ, vituperare audeat, & peruicacibus cõcertationibus efficiatur indocilis: inde iã incipit scire, quibus nodis seculi huius per carnalẽ consuetudinẽ ac peccata teneatur. Itaque in hoc tertio gradu, in quo scientia est, lugetur amissio summi boni, quia inhæretur extremis. In quarto autẽ gradu labor est, vbi vehementer incũbitur, vt sese animus auellat ab eis quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur iustitia, & multũ necessaria est fortitudo, quia non relinquitur sine dolore q; cũ delectatione retinetur. Quinto autẽ gradu perseuerãtibus in labore datur euadẽdi cõsiliũ, quia nisi quisque adiuuetur à superiore, nullo modo sibi est idoneus, vt sese tantis miseriarum implicamentis expediat. Est autem iustum consilium, vt qui se à potentiori adiuuari vult, adiuuet & infirmiorem in quo est ipse potẽtior. Itaque beati misericordes, quia ipsorum miserebitur Deus. Sexto gradu est cordis munditia de bona conscientia bonorũ operũ, valens ad contẽplandũ summũ illud bonũ q; solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremò est septima ipsa sapientia: id est, contẽplatio veritatis, pacificãs totũ hominẽ, & suscipiens similitudinẽ Dei, quæ ita concluditur: Beati pacifici, quoniã ipsi filij Dei vocabuntur. Octaua tãquã ad caput redit, quia consummatũ perfectũmq; ostendit & probat. Itaq; in prima & in octaua nominatum est regnũ cælorũ, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Et beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnũ cęlorum. Cùm iã dicit, Quis nos separabit à charitate christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Septẽ sunt ergo quæ perficiunt: nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, vt per hos gradus perficiantur & cæteri tanquam à capite rursum exordiens.

6

7

8

Rom. 8. g. 35.

B

CAPVT XXIII.

VIDETVR ergo mihi etiã septiformis operatio Spiritus sancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sentẽtiisq; congruere. Sed interest ordinis. Nã ibi enumeratio ab excellẽtioribũ cœpit, hic verò ab infetioribus. Ibi nãque incipit à sapientia Dei, & desinit ad timorẽ Dei, sed initiũ sapientiæ timor Domini est. Quapropter si gradatim tanquã ascendentes numeremus, primus ibi est timor Dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintũ consiliũ, sextus intellectus, septima sapientia. Timor Dei congruit humilibus de quibus hic dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ: id est, non inflati, non superbi, de quibus Apostolus dicit, Noli altũ sapere, sed time: id est, noli extolli. Pietas cõgruit mitibus. Qui enim piè quærit, honorat sanctã scripturã, & non reprehendit quod nondum intelligit, & propterea non resistit, q; est mitẽ esse. Vnde hic dicitur, Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Scientia cõgruit lugentibus qui iam cognouerunt in scripturis quibus malis vincti teneantur, quæ tãquã bona & vtilia ignorantes appetierunt, de quibus hic dicitur, Beati qui lugent nunc. Fortitudo congruit esurientibus & sitiẽtibus. Laborãt enim desiderantes gaudiũ de veris bonis, & amorẽ à terrenis & corporalib. auertere cupiẽtes. De quibus hic dicitur, Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiã. Consiliũ congruit misericordibus: hoc enim vnũ remediũ est de tãtis malis euadẽdi, vt dimittamũ, sicut nobis dimitti volumus: & adiuuemũ, in quo possumus alios, sicut & nos in quo non possumus cupimũ adiuuari. De quibus hic dicitur, Beati misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus: & reliqua. Intellectũ congruit mundis corde, tanquam purgato oculo, quo cerni possit q; corporeus oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. De quibus hic dicitur, Beati mundicordes: & reliqua. Sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt oĩa, nullúsq; motus aduersus rationẽ rebellis est, sed cuncta obtẽperant spiritui hominis, cùm & ipse obtẽperet Deo, de quib. hic dicitur, Beati pacifici: vnum autem præmium quod est regnum cælorum, pro his gradibus variè nominatum est. In primo sicut oportebat positum est regnum cælorum, quod est perfectæ summæque sapientiæ animæ rationalis. Sic itaque dictum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: tanquam diceretur, Initium sapientiæ timor Domini. Mitibus hæreditas data est, tanquam testamentum patris cum pietate quærẽtibus. Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Lugentibus consolatio, tãquam scientibus quidã amiserint, & qui-

Mat. 5. a. 6.*

Esa. 64. a. 4. 1. Cor. 12. c. 9

Eccl. 1. b. 16. Ps. 110. b. 10. Prou. 9. b. 10

C

D

bus mersi sunt. Beati qui lugẽt nunc, quoniã ipsi consolabuntur. Esurientibus & sitientibus saturitas, tanquam refectio laborantibus fortitérque certantibus ad salutem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Misericordib⁹ misericordia, tanquam vero & optimo consilio vtẽtibus, vt hoc eis exhibeatur à potentiore, quod inualidioribus ipsi exhibẽt. Beati misericordes, quoniam ipsorũ miserebitur Deus. Mundis corde facultas est videdi Deũ, tanquã purum oculũ ad intelligenda æterna gerentibus. Beati mundi corde, quoniã ipsi Deũm videbũt. Pacificis Dei similitudo est, tãquã perfectè sapientibus formatisq; ad imaginem Dei per regenerationem renouati hominis. Beati pacifici, quoniã ipsi filij Dei vocabũtur. Et ista quidẽ in hac vita possunt cõpleri, sicut cõpleta esse in Apostolis, credimus. Nam illa omnimoda & in angelicã formã mutatio, quæ post hanc vitã promittitur, nullis verbis exponi potest. Beati ergo qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Hæc octaua sententia, quæ ad caput redit, perfectúmq; hominẽ declarat, significatur fortasse & circumcisione octaua die in veteri Testamento: & Domini resurrectione post sabbatũ, q̃ est vtiq; octau⁹, idémq; primus dies: & celebratione octauarũ feriarũ quas in regeneratione noui hominis celebram⁹, & numero ipso Pẽtecostes. Nam septenario numero septies multiplicato, quo fiunt quadraginta nouẽ, quasi octauus addit, vt quinquaginta cõpleantur. Et tanquã redeatur ad caput, quo die missus est Spirit⁹ sanctus, quo in regnũ cælorũ ducimur, & hæreditatẽ accipimus, & cõsolamur, & pascimur, & misericordiã cõsequimur, & mũdamur, & pacificamur. Atq; ita p̃fecti, oĉs extrĩsecus illatas molestias p̃ veritate & iustitia sustinemus.

2. Ret. 19.

CAPVT V. Mat. 5. a. 11. *

BEATI *eritis*, inquit, *cùm vobis maledicent, & persequentur vos, & dicent omne malum aduersum vos mentiẽtes propter me. Gaudete & exultate, quoniã merces vestra multa est in cælis.* Animaduertat, quisquis delicias huius seculi & facultates rerũ tẽporaliũ quærit in nomine Christiano, intrinsecus esse beatitudinẽ nostrã: sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicitur: Omnis † gloria eius filiæ regis ab intus: nam extrinsecus maledicta & persecutiones & detractiones promittũtur: de quibus tamẽ magna merces est in cęlis, quæ sẽtitur in corde patientiũ, eorũ qui iam possũt dicere, Gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quòd tribulatio patientiã operatur, patiẽtia autẽ probationẽ, probatio verò spẽ, spes autẽ non cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritũ sanctũ qui dat⁹ est nobis. Nõ enim ista perperi fructuosũ est, sed ista pro Christi nomine non solùm æquo animo, sed etiam cum exultatione tolerare. Nam multi hæretici, nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur. Sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non dictum est tantùm, Beati qui persecutionem patiũtur: sed addit um est, propter iustitiam, Vbi autem sana fides non est, non potest esse iustitia. Quia iustus ex fide viuit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Quam si haberent, non dilaniarẽt corpus Christi quod est Ecclesia. Quæri autem potest quid intersit quod ait, Cùm vobis maledicent, & omne malum dicẽt aduersum vos: cùm maledicere, hoc sit, malum dicere. Sed aliter maledictum iactatur cum contumelia coram illo cui maledicitur, sicut Domino nostro dictum est, Nónne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Aliter cùm absentis fama lædit ur, sicut de illo itẽ scribitur: Alij dicebãt, quia propheta est: alij autẽ dicebãt, nõ, sed seducit populũ. Persequi autẽ, est vim inferre, vel insidiis appetere, quod fecit qui eũ tradidit, & qui eum crucifixerũt. Quid est sanè quòd hoc etiam nõ est nudè positũ, vt diceretur: Et dicẽt omne malũ aduersum vos: sed additũ est, mẽtientes: additũ est etiã, propter me? Propter eos additũ puto, qui volunt de persecutionibus & de famæ suæ turpitudine gloriari: & ideo dicere ad se pertinere christũ, quia multa de illis dicuntur mala: cùm & vera dicãtur, quãdo & de illorũ errore dicũtur: et si aliquãdo etiã nonnulla falsa iactãtur, quod temeritate hominũ plerũque accidit, nõ tamẽ propter Christũ ista patiũtur. Non enim Christũ sequitur, qui nõ secũdũ veram fidẽ & catholicã disciplinã christianus vocatur. Gaudete, inquit, & exultate, quoniã merces vestra multa est in cælis. Non hic cælos dici puto superiores partes huius visibilis mũdi. Nõ enim merces nostra, quæ incõcussa & æterna esse debet, in rebus volubilibus, & tẽporalib. collocãda est: sed in cælis dictũ puto, in spiritalibus firmamentis, vbi habitat sempiterna iustitia: in quorũ cõparatione terra dicitur anima iniqua, cui peccãti dictũ est, Terra es, & in terrã ibis. De his cælis dicit Apostolus, Quoniã cõuersatio nostra in cęlis est. Sentiunt ergo iã istã mercedẽ qui gaudent spiritalibus bonis: sed tũc ex omni parte perficietur, cùm etiã hoc mortale induerit immortalitatẽ. *Ita enim persecuti sunt*, inquit, *& Prophetas qui ante vos fuerunt.* Nunc persecutionẽ generaliter poluit, & in maledictis & in dilaceratione famæ, & bene exẽplo adhortatus est, quia vera dicentes solent persecutionẽ pati: nec tamen ideo Prophetæ antiqui timore persecutionis à veritatis prædicatione defecerunt.

Pſ. 44. d. 14. *ad pulchritudo filiæ regis intrinsecus.*

Rom. 5. a. 2.

Abac. 2. a. 4. Rom. 1. b. 17

Rom. 13. c. 10. Col. 1. d. 24.

Ioan. 8. f. 48.

Ioan. 7. b. 12

Mat. 5. a. 12.

CAPVT VI.

RECTISSIME itaq; sequitur, *Vos estis sal terræ*: Ostendens fatuos esse iudicãdos, qui tẽporaliũ bonorũ vel copiã sectãtes, vel inopiã metuẽtes, amittunt æterna, quę nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. *Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur*: id est, si vos per quos condiendi sunt quodãmodo populi, metu persecutionũ tẽporaliũ amiseritis regna cælorũ: qui erũt homines p̃ quos à vobis error auferatur, cùm vos legerit Deus, per quos errorẽ auferat cæterorũ? Ergo *ad nihillũ valet sal infatuatũ, nisi vt mittatur foras, & calcetur, ab hominibus.* Nõ itaq; calcatur ab hominib. qui patitur pseutionẽ, sed q̃ p̃secutionẽ timẽdo infatuat. calcari enim nõ põt nisi inferior, sed inferior nõ est q̃ quãuis corpore multa in terra substineat, corde tamẽ fixus in cælo est. *Vos estis lumen mundi.* Quo modo dixit superi⁹ sal terræ: sic nũc dicit, lumẽ mũdi. Nã neq; superiùs ista terra accipiẽda est, q̃ pedibus corporeis calcamus, sed homines qui in terra habitãt, vel etiã peccatores, quorũ cõdiendis & extinguendis putorib. Apostolicũ salẽ Dñs misit. Et hic mundum nõ cælũ & terrã, sed homines qui sunt in mundo vel diligũt mũdũ, oportet intelligi, quibus illuminãdis Apostoli missi sunt. *Non potest ciuitas abscũdi super montẽ posita*: id est, fundata super insignẽ magnãq; iustitiã, quã significat etiã ipse mons in quo disputat Dñs. *Neq; accẽdunt lucernã, & ponunt eã sub modio.* Quid putamus, ita esse dictũ sub modio, vt occultatio tãtùm lucernæ accipienda sit, tãquã si diceret, Nemo accendit lucernã, & occultat illã? An aliquid etiam modius significat, vt hoc sit ponere lucernã sub modio, superiora facere corporis cõmoda, quàm prædicationem veritatis: vt ideo quisq; veritatẽ nõ prædicet, dũ timet ne aliquid in reb. corporalibus & tẽporalib. molestiæ patiatur? Et bene modius dicit: Siue propter retributionẽ mensurę, quia ea quisq; recipiet quæ gessit in corpore; vt illic, inquit Apostol⁹, recipiet vnusquisq; quæ gessit in corpore: & tãquã de hoc modio corporis alio loco dicitur: In qua mensura

Mat. 5. b. 14.

Mat. 5. a. 11. *

2. Cor. 5. b. 10.

Mat. 7. a. 2. mẽsura mẽsi fueritis, in ea remetietur vobis. Siue quoniã tẽporalia bona quæ corpore peraguntur, certa dierũ mẽsura & inchoãtur & trãseunt, quã fortasse significat modius, æterna verò & spiritalia nullo tali fine coërcentur. Non enim ad mensurã dat deus spiritum. Sub modio ergo lucernã ponit, quisquis lucẽ bonę doctrinæ commodis temporalibus obscurat & tegit. Super candelabrũ autẽ, qui corpus suum ministerio Dei subiicit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam tamen corporis seruitutẽ excelsior luceat doctrina, quę per officia corporalia, id est, per vocem & linguã & cæteros corporis motus in bonis operibus insinuatur etiã discentibus. Super candelabrũ ergo ponit lucernã, cũm dicit Apostolus, Nõ sic pugno tanquã aërẽ cædẽs, sed castigo corpus meũ, & seruituti subiicio, ne fortè aliis prædicãs ipse reprobus inueniar. Quod verò ait, *Vt luceat omnibus qui in domo sunt*: Domũ puto dictã habitationem hominum, id est, ipsum mũdũ, propter id quod superius ait, Vos estis lumẽ mundi. Aut si domũ quisq; vult accipere ecclesiã, nec hoc est absurdũ.

Ioan. 3. d. 34.

2. Retra. 19.

1. Cor. 9. d. 29.

Mat. 5. b. 14.

CAP. VII.

SIC *luceat*, inquit, *lumen vestrũ corã hominibus, vt videãt bona facta vestra, & glorificent patrẽ vestrũ qui in cælis est.* Si tantũmodo diceret, Sic luceat lumẽ vestrũ corã hominibus, vt videant bona facta vestra: finẽ constituisse videretur in laudibus hominũ, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt ad honores, & captãt inanissimam gloriã. Cõtra quos dicitur, Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Et per Prophetã, Qui hominibus placent, cõfusi sunt, quia Deus nihil fecit illos. Et iterum, Deus cõfringit ossã eorũ qui hominibus placẽt. Et rursum Apostolus, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Et ipse iterũ, Probet autem se homo, & tunc in semetipso habebit gloriã, & non in altero. Non ergo tãtum dixit, vt videãt bona opera vestra: sed addidit, & glorificẽt patrẽ vestrũ qui in cælis est: vt hoc ipsum quòd homo per bona opera placeat hominibus, nõ ibi finẽ constituat vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudẽ Dei, & ꝓpterea placeat hominibus vt in illo glorificetur De⁹. Hoc enim laudãtibus expedit, vt nõ hominẽ, sed Deũ honorẽt: sicut in ipso homine qui portabatur, Dominus ostẽdit, vbi admiratæ sunt turbæ paralytico sanato virtutes eius, sicut in Euangelio scriptũ est, Timuerũt & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatẽ talẽ hominibus. Cuius imitator apostolus Paulus dicit: Tãtum autẽ audientes erant, quoniam qui aliquãdo nos persequebatur, nunc euangelizat fidem, quã aliquãdo vastabat, & in me glorificabãt Deum. Postea quã ergo cohortatus est audientes, vt se prępararent ad omnia sustinenda pro veritate atque iustitia, & non abscõderent bonũ quod acceptũri erant, sed ea beneuolentia discerent vt cæteros docerent, non ad laudem suã, sed ad gloriã Dei bona sua opera referentes: incipit eos iã informare & docere quid doceant, tanquam si quærerẽt dicẽtes, Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine, & doctrinam tuam non abscõdere, sed quid est hoc ipsum quod veras abscondi, & pro quo iubes omnia tolerari? Nunquid aliud dicturus es contra ea quæ in lege scripta sunt? Non, inquit.

Gal. 1. b. 10.

Pſal. 52. b. 6. Ibidem.

Gal. 5. d. 26. 2. Cor. 11. f. 28.

Mat. 9. a. 8.

Gal. 1. d. 23.

CAPVT VIII. Mat. 5. b. 17.

NOLITE *enim putare, quoniam veni soluere legem aut Prophetas: non veni soluere, sed adimplere.* In hac enim sententia sensus duplex est, secundum vtrumq; tractandum est. Nam quod dicit, non veni soluere legem, sed adimplere: aut addendo dicit quod minus habet, aut faciendo quod habet. Illud ergo prius consideremus quod primò posui. Nam qui addit quod minus habet, non vtique soluit quod inuenit, sed magis perficiendo cõfirmat: & ideo sequitur, & dicit, *Amẽ dico vobis, donec transeat cælũ & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Dũ enim fiunt etiã illa quæ adduntur ad perfectionem, multo magis fiũt illa quæ præmissa sunt ad inchoationem. Quòd autẽ ait, Iota vnum, aut vnus apex non transibit à lege, nihil potest aliud intelligi nisi vehemens expressio perfectionis, quæ per literas singulas demõstrata est: inter quas literas iota minor est cæteris, quia vno ductu fit: apex autem est etiã ipsius aliqua in summa particula. Quibus verbis ostendit in lege ad effectum etiã minima quæque perduci. Deinde subiecit, *Qui eni soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorũ.* Mandata ergo minima significantur per vnum iota & vnum apicem. Qui ergo soluerit & docuerit sic, id est, secundum id quod soluit, non secundũ id quod inuenit & legit, minimus vocabitur in regno cælorũ: & fortasse ideo nõ erit in regno cælorũ, vbi nisi magni esse non possunt, *Qui autem fecerit & docuerit sic*: hoc est, qui non soluerit, & docuerit sic, secundum id quod nõ soluit: *magnus vocabitur in regno cælorum.* Qui ergo magnus vocabitur in regno cælorum, sequitur vt etiã sit in regno cęlorũ, quo magni admittuntur: ad hoc enim pertinet quod sequitur,

1. Retra. 19.

CAPVT XI. Mat. 5. c. 20.

DICO *enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*: id est, nisi nõ solùm illa minima legis præcepta impleueritis quæ inchoant hominem, sed etiam ista quæ à me adduntur, qui non veni soluere legem, sed adimplere, non intrabitis in regnum cælorum. Sed dicis mihi, Si de illis mandatis minimis cùm superiùs loqueretur, dixit, minimũ vocari in regno cælorum quisquis vnum eorũ soluerit, & secundum suam solutionem docuerit, magnum autem vocari quisquis ea fecerit, & sic docuerit, & ex eo iã in regno cælorũ futurũ esse quia magnus est: quid opus est addi præceptis legis minimis, si iam in regno cælorum potest esse, quia magnus est quisquis ea fecerit, & sic docuerit? Quapropter sic est accipienda illa sentẽtia: qui autẽ fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cælorum: id est, non secundum illa minima, sed secundum ea quæ ego dicturus sum. Quę sunt autem ista? Vt abundet iustitia, inquit, vestra super Scribarum & Pharisæorum: quia nisi abũdauerit iustitia, non intrabitis in regnum cælorum. Ergo qui soluerit illa minima, & sic docuerit, minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima, & sic docuerit, non iã magnus habendus est & idoneus regno cælorum, sed tamen non tam minimus quàm ille qui soluit. Vt autem sit magnus atque illi regno aptus, facere debet & docere, sicut Christus nunc docet: id est, vt abũdet iustitia eius super Scribarum & Pharisæorum. Iustitia Pharisæorum est, vt non occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in regnũ cælorum, vt non irascantur sine causa. Minimum est ergo nõ occidere, & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno cælorũ. Qui autẽ illud impleuerit vt non occidat, non continuò magnus erit & idone⁹ regno cælorũ: sed tamẽ ascendit aliquem gradum: perficietur autem, si nec irascatur sine causa. Quod si perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet vt non irascamur, nõ soluit legem ne occidamus, sed implet potius, vt & foris dum non occidimus, & in corde dũ non irascimur, innocentiam custodiamus. *Audistis* ergo, inquit, *quia dictum est antiquis, Non occides. Qui autem occiderit, iudicio reus erit. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quid interest inter reum iudicio, & reum cõcilio, & reum gehẽnæ ignis?

Exod. 20. c. 13. Deut. 5. b. 17.

1. Retr. 19.

Nã hoc postremũ grauissimũ sonat, & admonet quõsdã gradus factos à leuioribus ad grauiora, donec ad gehennã ignis veniretur. Et ideo sicut leuius est reũ esse iudicio quàm reum esse concilio, ita leuius est reũ esse cõcilio, quàm esse reum gehẽnę ignis. Itaq; oportet vt leuius esse intelligatur irasci sine causa fratri, quàm dicere racha, & rursus leuius esse dicere racha, quàm dicere fatue. Nõ enĩ reatus ipse haberet gradus, nisi gradatim etiã peccata cõmemorarentur. Vnũ autem hic verbum obscurum positũ est, quia nec Græcum nec Latinũ est, racha, cætera verò in sermone nostro vsitata sunt. Nonnulli autẽ de Græco trahere voluerũt interpretationẽ huius vocis, putantes pannosum dici racha, quoniam Græcè dicitur pannus ῥάκος. A quibus tamẽ cùm quæritur quid dicatur Græcè pannosus, nõ respondent racha: sed deinde nõ posset Latinus interpres vbi posuit racha, pannosum ponere, nec vti verbo inusitato, quod & in Latina lingua nullũ sit, & in Græca inusitatũ. Probabilius est ergo, quod audiui à quodã Hebræo, cùm id interrogassem: dixit enim esse vocẽ non significantẽ aliquid, sed indignãtis animi motũ exprimentẽ. Has interiectiones Grãmatici vocant particulas orationis, significantes cõmoti animi affectũ: velut cùm dicitur à dolente, heu: velut ab irascẽte, hem. Quę voces quatũq; linguarũ sunt proprię, nec in aliam linguam facilè trãsferuntur. Quæ causa vtique coẽgit tam Græcũ interpretẽ quàm Latinum vocẽ ipsam ponere, cùm quomodo eã interpretaretur non inueniret. Gradus itaq; sunt in istis peccatis, vt primò quisq; irascatur, & eũ motũ retineat corde cõceptum. Iã si extorserit vocẽ indignantis ipsa cõmotio, non significantẽ aliquid, sed illũ animi motũ ipsa eruptione testantẽ, qua feriatur ille cui irascitur, plus est vtique quàm si surgens ira silentio premeretur. Si verò nõ solum vox indignãtis audiatur, sed etiã verbum quo iã certã eius vituperationẽ in quem profertur designet & notet, quis dubitet amplius hoc esse quàm si sol° indignationis son° ederetur? Itaq; in primo vnũ est: id est, ira sola: in secundo duo, & ira & vox quæ iram significat: in tertio tria, & ira & vox quæ iram significat, & in voce ipsa certæ † vituperationis expressio. Vide nunc etiã tres reatus, iudicij, cõcilij, & gehẽnæ ignis. Nã in iudicio adhuc defensioni datur locus. In cõcilio autẽ quanquã & iudiciũ esse soleat, tamẽ quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videt ad cõciliũ pertinere sentẽtiæ prolatio: quando nõ iã cũ ipso reo agitur, vtrũ dãnandus sit, sed inter se q; iudicãt cõferũt quo supplicio damnari oporteat quẽ cõstat esse damnandũ. Gehenna verò ignis, nec damnationẽ habet dubiam, sicut iudicium; nec damnati pœnam, sicut conciliũ: in gehenna quippe ignis certa est & dãnatio & pœna damnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu, sed quibus modis inuisibiliter exhibeãtur pœnæ meritis animarũ, quis potest dicere? Audiendum est itaque quantum intersit inter iustitiam Pharisæorum, & iustitiam maiorũ quæ in regnũ cælorũ introducit. Quòd cùm sit grauius occidere quàm verbo irrogare cõuiciũ, ibi occisio reum facit iudicio, hic autẽ ira facit reũ iudicio, quod trium illorũ peccatorum leuissimũ est: quia illic quæstionem homicidij inter homines agitabant: hic autem omnia diuino iudicio dimittuntur, vbi finis damnatorum est gehennæ ignis. Quisquis autem dixerit quòd grauiore supplicio in maiore iustitia punitur homicidium, si gehẽna ignis punitur conuiciũ, cogit intelligi esse differentias gehennarum. Sanè in tribus istis sententiis subauditio verborum intuenda est. Habet enim prima sententia omnia verba necessaria, vt nihil subaudiatur.

Racha quid

Tres gradus iræ.

al indignatio nis.

A Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa, reus erit iudicio. In secunda verò cùm ait, Qui autẽ dixerit fratri suo racha, subditur, sine causa: & ira iungitur, reus erit cõcilio. Iã in tertia vbi ait, Qui autẽ dixerit fatue, duo subaudiuntur, & fratri suo, & sine causa. Hoc est vnde defenditur quòd Apostol° Galatas vocat stultos, quos etiã fratres nominat: nõ enim id fecit sine causa. Ideo autẽ hic frater subaudiẽd° est, quia de inimico postea dicitur, quomodo etiã ipse tractandus sit maiore iustitia. Deinde hic sequitur, *Si ergo obtuleris munus tuũ ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuũ.* Hinc itaq; apparet de fratre dictũ esse superius, quoniã sententia quę sequitur, ea cõiũctione cõnectitur vt superiori attestetur: nõ enim ait, Si autem obtuleris munus tuũ ad altare, sed ait, Si ergo obtuleris munus tuũ ad altare. Nã si irasci fas nõ est fratri suo sine causa, aut dicere racha, aut dicere fatue; multo minus fas est animo tenere aliquid vt in odiũ indignatio cõuertatur. Ad q; pertinet etiã quod alio loco dicitur, Nõ occidat sol super iracũdiã vestrã. Iubemur ergo illaturi munus ad altare, si recordati fuerimus aliquid aduersum nos habere fratrẽ, munus ante altare relinquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod si accipiatur ad literã, fortassis aliquis credat ita fieri oportere, si præsens frater sit. Nõ enim diutius differri potest, cùm munus tuũ relinquere ante altare iubearis. Si ergo de absente, & quod fieri potest, etiã trãsmare constituto aliquid tale veniat in mentẽ, absurdũ est credere ante altare munus relinquendũ, quod post terras & maria peterrata offeras Deo. Et ideo prorsus intrò ad spiritalia refugere cogimur, vt hoc quod dictũ est sine absurditate possit intelligi. Altare itaq; spiritaliter, in interiore Dei tẽplo ipsam fidẽ accipere possumus, cuius signũ est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue prophetiã, siue doctrinã, siue orationẽ, siue hymnũ, siue psalmũ, & si quid tale aliud spiritaliũ donorũ animo occurrerit, acceptũ esse nõ potest Deo, nisi fidei sinceritate fulciatur, & ei fixè atq; immobiliter tanquã altari imponatur, vt possit integrũ atq; illibatũ esse quod loquimur. Nã multi hæretici nõ habẽtes altare, id est, verã fidẽ, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votũ suũ tanquã in terrã proiicientes. Sed debet esse sana etiã offerẽtis intẽtio. Et ,ppterea cùm tale aliquid oblaturi sumus in corde nostro, id est, in interiore Dei tẽpo, Templũ enĩ Dei sanctũ est, inquit, quod estis vos: & in interiore homine habitare Christũ per fidẽ in cordib° vestris: si in mentẽ venerit quod aliquid habeat aduersum nos frater: id est, si nos eũ in aliquo læsimus, tũc enim ipse habet aduersum nos. nã nos aduersus illum habem°, si ille nos læserit, vbi nõ opus est pergere ad reconciliationẽ: nõ enim veniã postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã, sed tãtum dimittes, sicut tibi dimitti à Domino cupis, quod ipse cõmiseris. Pergendum est ergo ad reconciliationem, cùm in mentẽ venerit quod nos fortè fratrẽ in aliquo læsimus. Pergendũ est ergo nõ pedibus corporis, sed motibus animi, vt te humili affectu prosternas fratri ad quẽ chara cogitatione cucurreris, in conspectu eius cui munus oblaturus es. Ita enim etiã si præsens sit, poteris eũ non simulato animo lenire, atque in gratiã reuocare veniã postulando, si hoc prius coram Deo feceris: pergens ad eum non pigro motu corporis, sed celerrimo dilectionis affectu. Atque inde veniens: id est, intentionem reuocans ad id quod agere cœperas, offers munus tuum. Quis autem hoc facit vt fratri suo vel non irascatur

Mat. 5. d. 1. 1. Reg. 15.

Gal. 3. a. 1.

B

C

Ephes. 4. c. 15.

1. Cor. 3. d. 17. Eph. 3. c. 17.

D

irascatur sine causa, vel racha non dicat sine causa, vel eum fatuũ non appellet sine causa, quod superbissimè admittitur: vel fortè si in aliquo horum lapsus fuerit, quod est vnum remedium, supplici animo veniam de precetur: quod quisquis non fecerit, inanis iactantiæ spiritu inflatur. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ. Nũc iam videamus quod sequitur: ESTO, inquit, *aduersario tuo beneuolus citò dum es in via cum eo; ne fortè te tradat aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Iudicem intelligo Christum. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ministrũ intelligo angelum: Et angeli, inquit, ministrabant ei: & cum angelis suis venturum credimus ad iudicãdos viuos & mortuos. Carcerem intelligo pœnas, videlicet tenebrarũ, quas alio loco exteriores vocat: credo propterea quòd intrinsecus sit in ipsa mente, vel etã si quid secretius cogitari potest, gaudium diuinorũ premiorum. De quo dicitur seruo bene merito: Intra in gaudium Domini tui. Quemadmodum etiã & in hac ordinatione reipublicæ, vel à secretario, vel à prętorio iudicis extra mittitur, qui in carcerem truditur. De soluendo autem nouissimo quadrante, potest non absurdè intelligi, aut pro eo positum quod nihil relinquitur impunitum. Sicut loquentes etiam dicimus vsque ad fecem, cùm volumus exprimere aliquid ita exactum, vt nihil relinqueretur: vel vt significarẽtur nomine quadrantis nouissimi, terrena peccata. Quarta enim pars distinctorũ membrorũ huius mundi, & ea nouissima, terra inuenitur: vt incipias à cælo, secundũ aërem numeres, aquã tertiam, quartã terram. Potest ergo conuenientẽr videri dictum, Donec soluas nouissimũ quadrantẽ: id est, donec luas terrena peccata. Hoc enim & pecator audiuit, Terra es, & in terrã ibis. Donec soluas autẽ quod dictum est, miror si nõ eã significat pœnã, quę vocatur æterna. Vnde enim soluitur illud debitũ, vbi iam non datur pœnitendi & correctionis locus: Ita enim fortasse hic positũ est, Donec soluas: quomodo in illo vbi dictũ est, Sede à dextris meis, donec pona omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. Non enim cùm fuerint inimici sub pedib° positi, desinet ille sedere ad dextrã. Aut illud Apostoli, Oportet enim illũ regnare, donec ponat inimicos suos sub pedib° suis. Nõ enim cùm positi fuerit, desinet regnare. Quemadmodũ ergo ibi intelligitur, de quo dictũ est, Oportet eũ regnare donec ponat inimicos suos sub pedib° suis; semper regnaturum, quoniã semper illi erũt sub pedibus: ita hic accipi potest, de quo dictũ est, Non exies inde, donec soluas nouissimũ quadrãtem, semper nõ exiturum esse: quia semper soluit nouissimum quadrantẽ, dũ sempiternas pœnas terrenorum peccatorũ luit. Ne q; ita hoc dixerim, vt diligẽtiorẽ tractationem videar ademisse de pœnis peccatorũ, quomodo in scripturis dicantur æternæ, quãquã quolibet modo vitandæ sint potius quàm sciendæ. Sed videamus iã quis sit ipse aduersarius, cui iubemur esse beneuoli citò, cùm sumus cũ illo in via. Aut enim diabolus est, aut homo, aut caro, aut Deus, aut pręceptũ eius. Sed diabolo nõ video quomodo iubeamur beneuoli esse: idest, cõcordes aut cõsentiẽtes. Nãque alij quod Græcè positũ est εὐνοῶν, interpretati sunt cõcors, alij cõsentiẽs. Sed neq; beneuolẽtiã diabolo iubemur exhibere, vbi enim beneuolẽtia, ibi amicitia: neq; quisquã dixerit amicitiã cũ diabolo esse faciendã. Neq; concordare cũ illo expedit, cui semel renunciando bellũ indiximus, & quo victo coronabimur. Neq; consentire illi iam oportet, cui si nunquam consensissemus, nunquam in istas incidissemus miserias. De homine autẽ quãquam iubeamur cum omnibus quantũ in nobis est pacẽ habere, vbi vtique & beneuolentia & concordia & consensio potest intelligi: non video tamen quomodo accipiã ab homine nos iudici tradi, vbi Christũ iudicẽ intelligo, ante cuius tribunal omnes oportet exhiberi, sicut dicit Apostolus. Quomodo ergo iudici trãditurus est, qui ante iudicẽ pariter exhibebitur? Aut si propterea trãditur quisq; iudici, quia hominẽ læsit, quanuis illo nõ tradẽte qui læsus est, multo cõmodius accipitur à lege ipsa reum tradi iudici, cõtra quã fecit, cùm hominẽ læderet. Quia etsi occidẽdo quis nocuerit homini, nõ erit iam tempus quo cõcordet cũ eo, quia iã non est cum illo in via, id est, in hac vita. Nec tamen ideo nõ sanabitur pœnitendo, vt ad illius misericordiam cum sacrificio cõtribulati cordis refugendo nõ mereatur venire qui donat peccata cõuersis ad se, & qui plus gaudet de vno pœnitẽte, quàm de nonaginta nouẽ iustis. Carni verò multomin° video quomodo beneuoli vel cõcordes vel cõsentiẽtes esse iubeamur. Magis enim peccatores amãt carnem suã, & cõcordãt cum illa, & cõsentiunt ei. Qui verò eam seruituti subiiciũt, nõ ipsi ei cõsentiunt, sed eã sibi cõsentire cogũt. Fortasse ergo iubemur Deo cõsentire, & illi esse beneuoli, vt ei recõciliemur, à quo peccãdo recessimus, vt aduersarius noster dici possit. Quibus enim resistit, rectè dicitur eorum aduersarius. Deus enim superbis resistit, humilib° aũt dat gratiã, Et initiũ omnis peccati superbia. Initiũ autẽ superbiæ hominis, apostatare à Deo. Et Apostolus dicit: Si enim cùm inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortẽ filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius. Ex quo intelligi potest, nullã naturam malã inimicã Deo esse, quandoquidẽ & ip' si recõciliantur qui inimici fuerunt. Quisquis ergo in hac via, id est, in hac vita, nõ fuerit recõciliatus Deo per mortem filij eius, tradetur iudici ab illo, quia pater nõ iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: atque ita cætera quæ in hoc capitulo scripta sunt cõsequuntur, de quibus iam tractauimus. Vnum solum est quod huic intellectui difficultatem facit, quomodo possit rectè dici, in via nos esse cum Deo, si hoc loco ipse accipiendus est aduersarius impiorum, cui iubemur citò recõciliari. Nisi fortè quia ipse vbiq; est, nos autẽ cùm in hac vita sumus, cum illo vtiq; sumus: Si enim ascendero in cælũ, inquit, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si recipiam pennas meas in directum, & habitabo in nouissimo maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & cõtinebit me dextera tua. Aut si nõ placet impios dici esse cum Deo, quamquã nusquã non præsto sit Deus, quemadmodum nos dicimus cęcos esse cũ luce, tametsi oculos eorum lux circumfundat, vnum reliquum est, vt hic aduersarium præceptũ Dei esse intelligamus. Quid enim sic aduersatur peccare volẽtibus quàm præceptum Dei, id est, lex eius & Scriptura diuina, quæ data est nobis ad hanc vitam, vt sit nobiscum in via, cui non oportet contradicere, ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire citò? Nõ enim quisquã nouit quando de hac vita exeat. Quis autem consentit Scripturæ diuinæ, nisi qui legit & audit, piè deferens ei culmen authoritatis, vt quod intelligit nõ propter hoc oderit, quòd peccatis suis aduersari sentit, sed magis diligat correptionẽ suam: & gaudeat quòd morbis suis donec sanentur, non parcatur. Quod verò aut obscurum, aut absurdum illi sonat, non inde concitet cõtradictionum certamina, sed oret vt intelligat, beneuolentiam tamen & reuerẽtiam tantæ authoritati exhibẽdam esse meminerit. Sed quis hoc faciat nisi quisquis ad testamẽtum patris aperiendũ &

Mat. 5. d. 3.

CAPVT XI.

Ioan. 5. d. 22.

Mat. 4. b. 11.

Ibid. 8. b. 12. & 22. b. 13. & 25. c. 30.

CAPVT X.

Mat. 25. c. 24

Gen. 3. d. 19.

Psal. 109. a. 1

2. Cor. 15. c. 25.

Translatio varia.

Rom. 14. b. 10.

1 Cor. 5. b. 10.

Luc. 15. b. 7.

Iac. 4. b. 6. Eccl. 10. b. 14. 15.

Rom. 5. b. 10.

Ioan. 5. d. 22.

Psa. 138. b. 8.

cognoscendum, non litium minitatione acerbus, sed
Mat.5.a.4. pietate mitis accesserit? Beati ergo mites, quoniã ipsi A
CAP. XII. hæreditate possidebunt terram. Videamus sequentia.
Exod. 20.c. 14. AVDISTIS *quia dictũ est antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est eam in corde suo.* Iustitia ergo minor est, nõ mœchari corporũ coniunctione: Iustitia verò maior est regni Dei non mœchari in corde. Multo facilius custodit ne mœchetur in corpore, quisquis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmauit quo
Mat.5.b.17. hoc præcepit, Non enim venit legem soluere, sed implere. Sanè considerandum est quòd non dixit, omnis qui concupiuerit mulierem: sed, qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam: id est, hoc fine & hoc animo attenderit vt eam concupiscat: quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plenè cõsentire libidini, ita vt non refrenetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit, satietur. Nã tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delectatione & consensione. Sug- B
gestio, siue per memoriam fit, siue per corporis sensus, cùm aliquid videmus aut audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Quo si frui delectauerit, delectatio illicita refrenãda est. Velut cùm ieiunamus & visis cibis palati appetitus assurgit, non fit nisi delectatione: sed huic tamen non consentimus, si eam dominantis rationis iure cohibemus. Si autem consensio facta fuerit, plenum peccatũ erit. Notum autem Deo in corde nostro, etiam si fãcto non innotescat hominib⁹. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpẽte, suggestio fiat, id est, lubrico & volubili, hoc est, temporali corporum motu: quia & si qua talia phantasmata intus versantur in anima de corpore forinsec⁹ tracta sunt: & si quis occultus præter istos quinque sensus motusq; corporis animum tangit, est etiam ipse temporalis & lubricus: & ideo quanto illabitur occultius vt cogitationẽ cõtingat, tanto conuenientius serpenti cõparatur. Tria C
ergo hæc, vt dicere cœperam, similia sunt illi gestæ rei quæ in Genesi scripta est, vt quasi à serpente fiat sug-
Gen.3.a.1.* gestio & quædam suasio. In appetitu autem carnali tanquam in Eua delectatio. In oratione verò tanquã in viro consentio: quibus peractis, tamquã de paradiso, hoc est, de beatissima luce iustitiæ in mortẽ homo expellitur, iustissimè omnino. Non enim qui suadet. Et omnes naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur, & ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur. Nõ enim hoc cõmittit inuitus. Verũtamen delectatio ante consensionẽ vel nulla est, vel tam tenuis vt propè nulla sit, cui consentire magnũ peccatũ est, cùm illicita est. Cùm autem quisque cõsenserit, committit peccatum in corde suo. Si autem etiam in factum processerit, videtur satiari, & D
extingui cupiditas. Sed postea cùm suggestio repetitur, maior accenditur delectatio: quæ tamen adhuc multo minor est q̃ illa quæ assiduis factis in cõsuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum est: & tamen etiam ipsam consuetudinẽ si se quisque non deserat, & Christianã malitiam nõ reformidet, illo duce atque adiutore superabit: ac sic in pristinã † potestatẽ
al.pacem. atq; ordinem vir & Christo & mulier viro subiicitur.
1.Cor.11.a.3. Eph.5.f.23. Sicut ergo tribus gradibus ad peccatũ peuenitur, suggestione, delectatione, consensione: ita ipsius peccati tres sunt differẽtiæ, in corde, in facto, in cõsuetudine, tanquã tres mortes. Vna quasi in domo, id est, cùm in corde cõsentitur libidini: altera iã prolata quasi extra portã, cùm in factũ procedit assensio: tertia cùm vi cõsuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quę tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euan- A
gelium legit, agnoscit. Et fortasse considerat quas differentias habeat etiam ipsa vox resuscitantis, cùm alibi dicit, Puella surge. Et alibi, Iuuenis tibi dico, surge, Alibi, Infremuit in spiritu & fleuit, & rursus fremuit, & post deinde voce magna exclamauit, Lazare, veni foras. Quapropter nomine mœchantium qui hoc capitulo cõmemorantur, omnẽ carnalẽ & libidinosam concupiscentiam oportet intelligi. Cùm enim tam as- Col.3.a.5.
siduè idololatriam Scriptura fornicationẽ dicat, Pau- Eph.5.a.5.
lus autem apostolus auaritiam idololatrię nomine appellet, quis dubitet omnẽ malam cõcupiscentiam rectè fornicationẽ vocari: quãdo anima neglecta superiore legẽ qua regitur, inferiorum naturarũ turpi voluptate, quasi mercede prostituta, corrũpitur? Et ideo quisquis carnalem delectatione aduersus rectã volũtatem suam rebellare sentit per consuetudinem pecca
torum, cuius indomitę violentia trahitur in captiuitatem, recolat quantum potest qualem pacem peccando amiserit, & exclamet, Infelix ego homo, quis me Rom.7.d.24
liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrum. Ita enim cùm se infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris auxiliũ. Nec paruus est ad beatitudinẽ accessus, cognitio infelicitatis suæ, & ideo, Beati etiam lugẽtes: quoniã ipsi consolabuntur. Deinde sequitur & dicit: S I Mat.5.a.9
autem oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice CAPVT XIII.
abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum Mat.5.c.29.
quàm totum corpus tuum eat in gehẽnam. Hic verò magna opus est fortitudine ad membra præcidenda. Quid- quid enim est quod significat oculus, sine dubio tale est quod vehementer diligitur. Solet enim & ab eis qui vehemẽter volũt exprimere dilectionẽ suã, ita dici, Diligo eum vt oculos meos, aut etiã plusquàm ocu C
los meos. Quod autem additũ est, Dexter: fortassè ad augendã vim dilectionis valet. Quãquam enim ad videndũ isti oculi corporis communiter intendantur, & si ambo intendantur, æqualiter possint, amplius tamẽ formidant homines dextrum amittere. Vt iste sit sensus, quicquid illud est quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, id est, si tibi impedimẽto est ad veram beatitudinem, erue illud & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnũ horum quæ ita diligis vt tamquam membra tibi hæreant, quàm totum corpus tuũ eat in gehennam. Sed quoniã sequitur de manu dextera, & similiter dicitur, Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: expedit enĩ tibi vt pereat vnũ membrorum tuorũ, quàm totũ corpus tuũ eat in gehennam: cogit quærere dili gẽtiùs, quid dixerit oculũ, in qua quæstione nihil mihi occurrit congruentius, quàm dilectissimũ amicũ. D
Nam hoc est vtiq; quod membrũ rectè possumus appellare, quod vehementer diligimus, & hũc consiliariũ: quia oculus est tanquã demonstrans iter, & in rebꝰ diuinis, quia dexter est: vt sinister sit dilectus quidẽ consiliarius, sed in rebus terrenis ad necessitatem corporis pertinentibus, de quo scandalizante superfluum erat dicere, quandoquidẽ nec dextro parcendum sit. In rebus autem diuinis consiliarius scandalizans est, si in aliquã perniciosam hæresim nomine religionis atque doctrinæ conatur inducere. Ergo & dextera manus accipitur dilectus adiutor & minister in diuinis o- CAPVT
peribus: nã quemadmodũ in oculo cõtemplatio, sic in XIIII.
manu operatio rectè intelligitur, vt sinistra manus in- Mat.5.c.31.
telligatur in operibꝰ: quę huic vitę & corpori sũt necessaria. DICTVM *est autẽ, Quicũque dimiserit vxorẽ suã, det illi libellum repudij.* Hæc iustitia minor est Pharisæorum, Deut.24.a.1

sæorũ, cui non est contrarium, quod Dominus dicit, A
Mat.19.b.7. *Ego autem dico vobis, quicunque dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causã, facit eam mœchari: & qui solutam à viro duxerit, mœchatur.* Non enim qui pcepit dari libellũ repudij, hoc pcepit, vt vxor dimittatur: sed qui dimiserit, inquit, det illi libellũ repudij: vt iracundiam temerariã proiiciẽtis vxorẽ, libelli cogitatio tẽperaret. Qui ergo dimittendi morã quæsiuit, significauit quãtũ potuit duris hominibus, se nolle diffidium. Et ideo ipse Dominus alio loco de hoc interrogatus ita respõ-
Ibidem. dit: Hoc Moyses propter duritiam cordis vestri fecit. Quãtũuis enim durus esset qui vellet dimittere vxorẽ, cùm cogitaret libello repudij dato iã sine periculo eã posse nubere alteri, facilè placaretur. Domin⁹ ergo ad illud confirmandũ vt non facilè vxor dimittatur, solã causam fornicationis excepit: cæteras verò vniuersas molestias, si quæ fortè extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri: & mœchũ dicit etiã B
Rom.7.a.2. virũ, qui eã duxerit, quæ soluta est à viro. Cui⁹ rei apostolus Paulus terminũ ostendit, quia tãdiu obseruãdũ dicit, quãdiu vir eius viuit. Illo autẽ mortuo, dat nubendi licentiã. Hanc enim etiã ipse regulã tenuit, & in ea non suũ consiliũ, sicut in nõnullis monitis, sed præ-
1.Cor.7.b. 10. ceptũ Domini iubentis ostendit, cùm ait, Eis autẽ quę nuptæ sunt præcipio, nõ ego, sed Dominus, mulierẽ à viro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari: & vir vxorẽ nõ dimittat. Credo simili forma, vt si dimiserit non ducat aliã, aut recõcilietur vxori. Fieri enim potest vt dimittat vxorẽ causa fornicationis, quã Dominus exceptã esse voluit. Iam verò si nec illi nubere conceditur viuo viro à quo recesserit, neq; huic alterã ducere viua vxore quã dimisit: multo minus fas est illicita cũ quibuslibet stupra cõmittere. Beatiora sanè coniugia iudicãda sunt, quæ siue filiis procreatis, siue etiã ista terrena prole cõ- C
tẽpta, continentiã inter se pari cõsensu seruare potuerint: quia neq; contra illud præceptũ fit, quo Domin⁹ dimitti coniugẽ vetat: non enim dimittit, qui cum ea non carnaliter, sed spiritaliter viuit: & illud seruatur q̃ per Apostolũ dicitur, Reliquũ est, vt qui habent vxo-
1.Cor.7.c. 29. CAPVT XV. res, quasi non habentes sint. ILLVD magis solet solicitare animum paruulorum, qui tamen secundum præcepta Christi iam viuere gestiunt, quod
Lucæ 14.c. 26. alio loco ipse Dominus dicit, Quisquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, insuper & animam suam, nõ potest meus esse discipulus. Videri enim potest contrarium minus intelligentibus, quòd hic vetat dimitti vxorem, excepta causa fornicationis: alibi verò discipulum suum negat esse posse quemquam qui non oderit vxorem. Quod si propter concubitum diceret, non etiam patrem & matrem & fratres & sorores in D
eadem cõditione poneret. Sed quàm verum est, quòd
Mat.11.b.12 regnum cęlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud. Quanta enim vi opus est, vt homo diligat inimicos, & oderit patrem & matrem & vxorem & filios & fratres. Vtrumque enim iubet, qui ad regnum cælorum vocat. Et quomodo hæc non sint contraria inter se, ipso duce ostendere facile est: sed ea intellecta implere difficile est, quamquam & hoc eodem ipso adiuuante facillimum. Regnum enim æternum quò discipulos suos, quos etiam fratres appellat, vocare dignatus est, non habet huiusmodi necessitates tempo-
Gal.3.d.28. Mat.22.c.30 Lucæ 20.d. 28. rales. Non est Iudæus, neque Græcus, neque masculus, neque femina, neque seruus, neque liber: sed omnia & in omnibus Christus. Et ipse Dominus dicit, In resurrectione enim neque nubent, neque vxores ducent, sed erunt sicut angeli Dei in cælis. Oportet ergo vt quisquis illius regni vitam iam hic meditari A
voluerit, oderit non ipsos homines, sed istas necessitudines tẽporales, quibus ista quæ transitura est vita fulcitur, quæ nascendo, moriendóque peragitur: quod qui non odit, needũ amat illã vitã vbi nulla erit conditio nascendi, atque moriendi, quæ copulat terrena coniugia. Itaque si aliquẽ bene Christianũ, qui tamen habet vxorẽ, quãuis cũ ea adhuc filios generet, interrogẽ, vtrũ in illo regno habere velit vxorem: memor
vtiq; promissorum Dei & vitæ illius, vbi corruptibile 1.Cor.15.g.
hoc incorruptionẽ, & mortale hoc induit immortali- 54.
tatẽ: iã magno vel certè aliquó amore suspensus, cum execratione respondebit, se vehemẽter id nolle. Rursus si interrogẽ, vtrũ vxorẽ suã post resurrectionẽ accepta angelica immortalitate quę sanctis promittitur, secũ ibi viuere velit: tã vehementer se id velle quàm illud nolle respondebit. Sic inuenitur vetus & bonus B
Christianus diligere in vna femina creaturã Dei, quã reformari & renouari desiderat: odisse autẽ cõiũctionẽ copulationémq; corruptibilem atq; mortalẽ: hoc est, diligere ĩ ea quod homo est, odisse quod vxor est. Ita etiã diligit inimicũ, non inquãtũ inimicus est, sed inquantũ homo est: vt hoc ei velit prouenire quod sibi, id est, vt ad regnũ cælorũ correctus renouatúsque
1.Reg.17.a.19 perueniat. Hoc & de patre & de matre & cæteris vinculis sanguinis intelligendũ est: vt in eis oderimus q̃ genus humanum nascẽdo & moriendo sortitũ est, diligamus autẽ quod nobiscũ potest ad illa regna perduci: vbi nemo dicit pater meus, sed omnes omnino vni Deo, pater noster: nec mater mea, sed omnes illi Hierusalẽ, mater nostra: nec frater meꝰ, sed omnes de omnibus, frater noster. Coniugiũ verò cum illo simul nobis in vnũ redactis, quasi vnius coniugis erit, q̃ nos de prostitutione huius seculi sui sanguinis effusione liberauit. Necesse est ergo vt oderit ea, quæ transeunt, 1.Cor.7.a.61
discipulus Christi, in iis quos secum ad ea venire desiderat, quæ sempet permanebunt: & tanto magis hæc in eis oderit, quãto magis eos diligit. Potest igitẽ Christianus cũ coniuge concordẽ viuere: siue indigentiã carnalẽ cũ ea supplens, quod secũdum veniam non secũdum imperium dicit Apostolus: siue filiorũ propagationẽ, q̃ iã nõnullo gradu potest esse laudabile: siue fraternã societatẽ, sine vlla corporum cõmixtione, habens vxorẽ tanquã non habẽs, quod est in cõiugio Christianorũ excellentissimũ atq; sublime: vt tamen oderit in ea omnes temporales necessitates, & diligat spem sempiternæ beatitudinis. Odimus enim sine dubio, quod certè vt aliquando non sit optamus: sicut istã ipsam præsentis tẽporis vitã, quã temporalẽ si non odissemus, non desideraremus futuram, quæ non est tẽpori obnoxia. Pro hac enim vita posita est anima, de
Lucæ 14.c. 26. qua ibi dictũ est, Qui non oderit insuper & animam suam, non potest esse meus discipulus. Huic namque vitæ cibus est necessariꝰ iste corruptibilis, de quo ipse
Mat.6.c.25. Dominus dicit, Nónne anima plus est quàm esca: id est, hæc vita cui necessaria est esca? Et quod dicit, vt
Ioã.10.b.c. animam suam ponat pro ouib⁹ suis: hanc vtiq; vitam 15.
dicit, cùm se pro nobis moriturum esse pronunciat.

CAPVT XVI. EXORITVR hic altera quæstio: Cùm Dominus causa fornicationis permittat dimitti vxorem, quatenus hoc loco intelligenda sit fornicatio: vtrum quousque intelligũt omnes, id est, vt eam fornicationem credamus dictam quæ in stupris committitur? An quemadmodum scripturæ solent fornicationem vocare, sicut suprà dictum est, omnẽ illicitam corruptionem, sicut est idololatria vel auaritia, & ex eo iam omnis transgressio legis propter illicitam cõcupiscẽtiam? Sed cõsulamus Apostolum, ne quid temerè dicamus:

7. Cor. 7. b. 10. lis qui sunt in coniugio, inquit, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere: quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Potest enim fieri vt discedat ea causa qua Dñs permisit. Aut si feminæ licet virũ dimittere etiã præter causam fornicationis: & nõ licet viro, quid respõdebimus de hoc quod dixit posterius, Et vir vxorẽ ne dimittat? Quare non addidit, excepta causa fornicationis: quod Dominus permittit? Nisi quia similem formã vult intelligi, vt si dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Non enim malè reconciliaretur vir illi mulieri, quã cùm lapidare nemo ausus esset, dicit ei Dñs, Vade, & vide deinceps ne pecces. Quia & qui dicit, non licet dimittere vxorẽ nisi causa fornicationis: cogit retineri vxorem, si causa fornicationis non fuerit: si autẽ fuerit, non cogit dimittere, sed permittit: sicut dicitur, Nõ licet mulieri nubere alteri viro, nisi viro suo mortuo. Si ante viri mortẽ nupserit, rea est: si post viri mortẽ non nupserit, non est rea: non enim iussa est nubere, sed permissa. Si enim par forma est in isto iure coniugij inter virum & mulierẽ, vsque adeò vt non tantùm de femina idem Apostolus dixerit, Mulier nõ habet potestatẽ sui corporis, sed vir: sed etiã de illo non tacuerit dicens, Similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si ergo similis forma est, oportet intelligi nõ licere mulieri virũ dimittere, nisi causa fornicationis, sicut & viro. Considerandũ est itaq; quatenus fornicationẽ intelligere debeamus, & consulendus, vt cœperamus, Apostolus. Sequitur enim & dicit, Cæteris autem ego dico, non Dominus. Hic primò videndum est quibus cæteris. Dicebat enim superiùs ex Domini persona iis qui sunt in coniugio, nunc verò ex sua persona cæteris dicit. Ergo fortasse iis qui nõ sunt in cõiugio. Sed non hoc sequitur. Ita enim subiungit, Si quis frater habet vxorẽ infidelẽ, & hæc cõsentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã. Ergo etiã nunc iis dicit qui sunt in coniugio. Quid sibi ergo vult quod ait, cæteris: nisi quia superiùs eis loquebatur, qui sic copulati erant, vt pariter in fide Christi essent: cæteris verò nunc dicit, id est eis, qui sic copulati sunt, vt nõ ambo fideles sint? Sed quid eis dicit? Si quis frater habet vxorẽ infidelem, & hæc cõsentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã: & si qua mulier habet virũ infidelẽ, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virũ. Si ergo non præcipit ex Domini persona, sed ex sua persona monet, ita est hoc bonũ, vt si quis aliter fecerit, non sit præcepti transgressor: sicut de virginibus paulo pòst dicit, præceptũ Domini se non habere, consiliũ autẽ dare: atq; ita laudat virginitatẽ, vt arripiat eã † qui voluerit, non tamen vt si nõ fecerit, contra præceptũ fecisse iudicetur. Aliud enim est quod iubetur, aliud q̃ monetur, aliud quod ignoscitur. Iubetur mulier à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari: aliter ergo non licet facere. Monetur autem vir fidelis, si habet vxorẽ infidelẽ consentientẽ secũ habitare, non eã dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non est præceptũ Domini, ne dimittat, sed cõsiliũ Apostoli. Sicut monetur virgo non nubere, sed si nupserit, cõsiliũ quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Ignoscitur cũ dicitur, Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quapropter si licet vt dimittatur coniunx infidelis, quãuis melius sit non dimittere, & tamen non licet secundum præceptum Domini vt dimittatur coniunx nisi causa fornicationis, fornicatio est etiam ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis Apostole? Certè vt vir fidelis consentientem secum habitare mulierem infidelem non dimittat. Ita,

Ioan. 8 b. 11.

1. Cor. 7. a. 4.

2. Cor. 7. b. 12.

Idid. c. 25. al. quæ.

1. Cor. 7. a. 6.

A inquit. Cùm ergo hoc & Dominus præcipiat, ne dimittat vir vxorem, nisi causa fornicationis, quare hic dicis, Ego dico, non Dominus? Quia scilicet idololatria quã sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autẽ permisit causa fornicationis vxorem dimitti: sed quia permisit, nõ iussit, dedit locũ Apostolo monendi, vt qui voluerit non dimittat vxorẽ infidelẽ, quo sic fortasse possit fieri fidelis. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in vxore fideli: & sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli. Credo iam prouenerat vt nonnullæ feminæ per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidẽ venirẽt: & quãuis non dicens nomina, exẽplis tamen exhortatus est, ad confirmandũ consiliũ suũ. Deinde sequitur, Alioquin filij vestri immundi essent, nũc autẽ sancti sunt. Iã enim erãt paruuli Christiani, qui siue authore vno ex parentibus, siue vtroq; consentiẽte sanctificati erãt.

Ibid. c. 14.

B Quod non fieret, si vno credente dissociaretur coniugiũ, & non toleraretur infidelitas coniugis vsq; ad opportunitatẽ credendi. Hoc est ergo consilium eius cui credo dictum esse, Si quid supererogaueris, rediẽs reddã tibi. Porrò si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitãdũ & auaritiã fornicationẽ esse. Quis ergo iã quãlibet illicitã concupiscentiã potest rectè à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd ꝓpter illicitas concupiscentias, non tãtũ quæ in stuptris cũ alienis viris aut feminis cõmittunt, sed omnino quãlibet, quæ animã corpore malè vtentẽ à lege Dei aberrare faciunt, & pnciosè turpitérq; corrũpũt, possit sine crimine & vir vxorẽ dimittere, & vxor virũ, quia exceptã facit Dñs causam fornicationis. Quã fornicationẽ, sicut suprà cõmemoratũ est, generalẽ & vniuersalẽ intelligere cogimur. Cùm autem ait, Excepta causa fornicationis: non dixit cuius ipsorũ, viri an feminæ. Non enim tantùm fornicantẽ vxorẽ dimittere cõceditur, sed quisquis eã quoq; vxorẽ dimittat, à qua ipse cogitur fornicari, causa fornicationis vtiq; dimittit. Velut si aliquem cogat vxor sacrificare idolis. Qui talẽ dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantùm illius, sed & suæ: illius, quia fornicat: suæ, ne fornicet. Nihil autẽ iniquius, quàm fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, In quo enim alterum iudicas, temetipsum condẽnas: eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abiicere vxorẽ, prior debet esse à fornicatione purgatus: qd̃ similiter etiã de femina dixerim. Quod autẽ dicit, Quisquis solutam à viro duxerit, mœchatur, quæri potest, vtrũ quomodo mœchatur ille qui ducit, sic & illa quam ducit. Iubet enim & illa manere innupta, aut viro reconciliari. Sed si discesserit, inquit, à viro, maneat innupta. Multũ autem interest vtrũ dimittat vxor virũ, an dimittatur à viro. Si enim ipsa virum dimiserit, & alteri nupserit, videtur cupiditate mutandi coniugij virum priorẽ reliquisse, quæ sine dubio adulterina cogitatio est. Si autẽ dimittatur à viro cũ quo esse cupiebat, mœchatur quidẽ qui eã duxerit secundũ Domini sententiã: sed vtrũ & ipsa tali crimine teneatur, incertum est. Quamuis multo minus inueniri possit, quomodo cùm vir & mulier pari consensu sibi misecantur, vnus eorũ mœchus sit, & nõ alter. Huc accedit, quia si mœchatur ille ducendo eam quæ soluta est à viro, quãquam non dimiserit, sed dimissa sit, ipsa eum facit mœchari, quod nihilominus Dñs vetat. Ex quo colligitur, siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere illam manere innuptã, aut viro recõciliari. Rursum quæritur, vtrum si vxoris permissu, siue sterilis, siue quæ concubitũ pati nõ vult, adhibuerit

Lucæ 14. f. 35.

Rom. 2. a. 1.

C

D

adhibuerit sibi alterã vir, non alienam, neq; à viro seiũctã, possit esse sine crimine fornicationis? Et in historia quidẽ veteris Testamenti inuenitur exẽplũ: sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illũ gradũ generatio humana peruenit. Tractãda illa sunt ad distinguẽdas ætates dispẽsationis diuinæ prouidẽtiæ, quæ humano generi ordinatissimè subuenit, non autẽ ad viuendi regulas vsurpandas. Sed tamen vtrũ quod ait Apostolus Mulier nõ habet potestatẽ sui corporis, sed vir: similiter & vir nõ habet potestatẽ sui corporis; sed mulier: possit in tantũ valere, vt permittente vxore, quæ maritalis corporis potestatẽ habet, possit vir cũ altera, quæ nec aliena vxor sit, nec à viro disiuncta, concũbere: sed nõ ita est existimandũ, ne hoc etiam femina, viro permittente facere posse videatur, q̃ omniũ sensus excludit. Quãquã nonnullæ causæ possint existere, vbi & vxor, mariti cõsensu, pro ipso marito hoc facere debere videatur: sicut Antiochiæ factũ esse perhibetur ante quinquaginta fermè annos, Constantii tẽporibus. Nã Acindinus tũc præfectus, qui etiã cõsul fuit, cùm quẽdam libræ auri debitorem fisci exigeret, nescio vnde cõmotus, quod plerũq; in istis potestatibus perniciosum est, quibus quod libet licet, aut potius putatur licere, cõminatus est iurãs & vehemẽter affirmãs, quòd si certo die quẽ cõstituerat memoratũ aurũ nõ exoluere, occideretur. Ita q; cùm ille teneret iurmani custodia, nec se posset debito illo expedire, dies metuendus imminere & ꝓpinquare cæpit. Et fortè habebat vxorẽ pulcherrimã, sed nullius pecuniẽ qua subuenire posset viro: cuius mulieris pulchritudine cùm quidã dies esset accensus, & cognouisset maritũ eius in illo discrimine cõstitutũ, misit ad eã pollicens pro vna nocte, si ei misceri vellet, se auri libra daturũ. Tũ illa quæ se sciret nõ habere sui corporis potestatẽ, sed virũ suũ, pertulit ad eũ dicens, paratã se esse pro marito id facere, si tamẽ ipse cõiugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquã de re sua pro vita sua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt id fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterinum esse cõcubitũ, quòd & libido nulla & magna mariti charitas se iubente & volente flagitaret. Venit mulier ad villã illi diuitis, fecit q; voluit impudicus: sed illa corpus nõ nisi marito dedit, nõ concũbere, vt solet, sed viuere cupienti: accepit aurũ. Sed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat & supposuit simile ligamentũ cũ terra. Quod vbi mulier iã domi suæ posita inuenit, prosiluit in publicũ cadẽ mariti charitate clamatura quod fecerat, qua facere coacta est: interpellat præfectũ, faetur omnia, quã fraudẽ passa esset ostẽdit. Tũ verò præfectus primò se reũ, quòd suis minis ad id ventũ esset, pronunciat, tanquã in aliũ sententiam diceret, de Acindini bonis auri librã fisco inferẽdã, illã verò mulierẽ dominã in eã terrã, vnde pro auro terrã accepisset, induci. Nihil hic in alterã partẽ disputo, liceat cuiq; æstimare quod velit. Non enim de diuinis authoritatibus deprõpta historia est, sed tamẽ narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere viro iubente cõmissum est, quemadmodum antea cùm sine vllo exẽplo res ipsa poneretur, horruimus. Sed in hoc Euangelij capitulo nihil fortius considerandũ est, quàm tantũ malũ esse fornicationis, vt cùm tanto vinculo sibi coniugia constringantur, hæc vna causa solutionis excepta sit. Quæ sit autem fornicatio, iam tractatum est.

1. Cor. 7. a. 4.

Historia.

A

B

C

D

Caput xvii. Mat. 5. f. 33. Leuit. 19. c. 12.

ITERVM, inquit, *audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes autẽ Domino iuramentũ tuũ. Ego autem dico vobis, nõ iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est neque per terrã, quia scabellũ est pedũ eius: neq; per Hierosolymã, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuũ iuraueris, quia nõ potes facere capillũ vnũ albũ aut nigrum. Sit autẽ sermo vester, Est, est; non, nõ: quod autẽ amplius est, à malo est.* Iustitia Pharisæorũ est, non periurare. Hãc confirmat qui vetat iurare, q̃ pertinet ad iustitiã regni cælorũ. Sicut enim falsum loqui nõ potest qui nõ loquitur, sic periurare non potest qui non iurat. Sed tamen quoniã iurat qui adhibet testẽ Deũ, diligenter considerandũ est hoc capitulũ, ne contra præceptũ Dñi Apostolus fecisse videatur, qui sæpe hoc modo iurauit, cùm dicit, Quę autẽ scribo vobis, ecce corã Deo, quia nõ mẽtior. Et iterũ, Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quia nõ mẽtior. Tale est etiã illud, Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. Nisi fortè quis dicat tunc cauẽdã esse iurationẽ, cùm p aliquid dicitur quod iuratur: vt nõ iurauerit, quia non dixit per Deũ: sed dixit, testis est mihi Deus. Ridiculũ est hoc putare. Tamẽ propter contentiosos aut multũ tardos, ne aliquid interesse quis putet, sciat etiam hoc modo iurasse Apostolũ dicẽtem: Quotidie morior, p vestrã gloriã. Quod ne quis existimet ita dictum, tanquam si diceretur, vestra gloria me facit quotidie mori, sicut dicitur, per illius magisteriũ doctus factus est, id est, illius magisterio factum est vt perfectè doceretur: Græca exemplaria diiudicãt, in quibus scriptũ est, μὴ παντὶ τρόπῳ ὑμετέρᾳ, quod nõ nisi à iurante dicitur. Ita ergo intelligitur præcepisse Dominũ ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium per cõsuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refrenet se quantũ potest, vt non ea vtatur, nisi necessitate: cùm videt pigros esse homines ad credẽdum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur, Sit autem sermo vester, Est, est; non, non. Hoc bonum est, & appetendum, quod autẽ amplius est, à malo est: id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Quæ infirmitas vtique malum est, vnde nos quotidie liberari deprecamur, cùm dicimus, Libera nos à malo. Itaq; non dixit, quod autẽ amplius est, malũ est. Tu autẽ non malum facis qui bene veteris iuratione, quæ & si non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas quos vtiliter persuades, sed à malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo nouit nisi qui expertus est, quàm sit difficile & cõsuetudinem iurandi extinguere, & nunquã temerè facere quod nonnunquã facere necessitas cogit. Quæri autem potest, cùm diceretur, Ego autẽ dico vobis, non iurare omnino: cur additũ sit, neque per cælum, quia thronus Dei est: & cætera vsque ad id quod dictum est, neq; per caput tuum. Credo propterea, quia non putabant Iudæi se teneri iureiũrando, si per ista iurassent: & quoniam audierant, Reddes autẽ Dño iusiurandum tuum, non se putabãt Domino debere iusiurãdũ, si per cælũ, aut terram, aut per Hierosolymam: aut per caput suũ iurarent: quod non vitio præcipientis, sed illis malè intelligentibus, factũ est. Itaq; Dominus docet nihil esse tam vile in creaturis Dei, vt per hoc quisq; periurandum arbitretur: quando à summis vsque ad infima diuina prouidẽtia creata regerentur, incipiens à throno Dei vsque ad capillum album aut nigrum. Neq; per cælũ, inquit, quia thronus Dei est: neq; per terrã, quia scabellum pedũ eius est: id est, cùm iuras per cælũ aut terrã, nõ te arbitreris non debere Domino iusiurandũ tuũ, quia per eum iurare conuinceris cuius cælũ thronus est, & cuius scabellũ terra est: neq; per Hierosoly-

1. Cor. 7. a. 4.

Gal. 1. d. 20.

2. Cor. 11. f. 31.

Rom. 1. a. 9.

1. Cor. 15. d. 31.

Mat. 5. f. 37.

Mat. 6. b. 13.

mã, quia ciuitas est magni regis, meli⁹ quàm si diceret, mea, cùm tamen hoc dixisse intelligatur. Et quia ipse vtiq; Dominus est, Domino iusiurandũ debet, qui per Hierosolymam iurat. Neq; per caput tuum iurauerís. Quid enim poterat quisq; magis ad se pertinere arbitrari, quàm caput suũ? Sed quomodo nostrũ est, vbi po testatẽ faciendi vnius capilli albi aut nigri nõ habem⁹? Ergo Deo debet iusiurãdũ ineffabiliter tenẽti omnia, & vbiq; presenti, quisquis etiã per caput suũ iurare voluerit: & hinc etiã cætera intelligũtur, quæ omnia vtiq; dici non poterãt, sicut illud quod cõmemorauimus dictũ ab Apostolo, Quotidie morior per vestrã gloriã. Quã iurationẽ vt Domino se debere ostẽderet, addidit quã habeo in Christo Iesu. Veruntamen propter carnales dico, nõ oportet opinari quod dictũ est, Cælũ thronus Dei est, & terra scabellũ pedum eius, quòd sic habeat Deus collocata membra in cœlo & in terra, vt nos cùm sedemus: sed illa sedes Dei iudiciũ Dei significat. Et quoniã in hoc vniuerso mũdi corpore maximã speciẽ cælũ habeat, & terra minimã, tãquã præsentior sit excellẽti pulchritudini vis diuina, minimã verò ordinet in extremis atq; infimis, sedere in cęlo dicitur terrãq; calcare. Spiritaliter autẽ sanctas animas cęli nomine significat, & terræ, peccatrices: & quoniam spiritalis omnia iudicat, ipse autẽ à nemine iudicatur, cõueniẽter dicitur sedes Dei. Peccator verò cui dictũ est, terra es, & in terrã ibis: quia p iustitiã meritis digna tribuentẽ, in infimis ordinatur, & qui in lege manere noluit, sub lege punitur, cõgruenter accipitur scabellũ pedũ Dei. Sed iã vt istã quoque cõcludamus summã, quid laboriosius aut operosius dici, aut cogitari potest, vbi omnes neruos industriæ suæ animus fidelis exerceat, quàm in vitiosa cõsuetudine superãdapræcidat mẽbra impedientia regnũ cælorũ, nec dolore frãgatur: toleret in cõiugali fide omnia quę quamuis sint molestissima, crimẽ tamẽ illicitæ corruptionis, id est, fornicationis nõ habẽt? Veluti si vxorẽ quisq; habeat, vel sterilẽ, vel deformẽ corpore, siue debilẽ membris, vel cœcam, vel surdã, vel claudã, vel si quid aliud, siue morbis & doloribꝰ lãguoribusq; cõfectã: & quicquid excepta fornicatione cogitari potest vehementer horribile, pro fide & societate sustineat, neq; solùm talem non abiiciat: sed etiã si nõ habeat, non ducat eam, quæ soluta est à viro, pulchram, sanã, diuitẽ, fœcũdã. Quæ si facere nõ licet, multo minus sibi licere arbitretur ad vllũ aliũ illicitũ concubitũ accedere, fornicationémq; sic fugiat, vt ab omni turpitudine se penitus extrahat. Verũ loquatur, neq; iurationibus crebris, sed morum probitate commendet. Rebellantes aduersum se omnium malorum consuetudinũ innumerabiles turbas, de quibus vt omnes intelligerentur, paucæ cõmemoratæ sunt, confugiens ad arcẽ Christianæ militiæ, tãquàm de loco superiore prosternat. Sed quis tãtos labores inire audeat, nisi q sic flagrat amore iustitię, vt tanquam fame & siti vehemẽtissimè accensus, & nullam sibi vitam donec ea satietur existimãs, vim faciat in regnum cælorũ? Non enim aliter potuerit esse fortis ad toleranda omnia, quæ in præcidendis consuetudinibus laboriosa & ardua & omnino dificilia seculi huius amatores putant. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Verũtamen in his laboribus cùm quisque difficultatẽ patitur, & per dura & aspera gradum faciens circũuallatus variis tẽtationibus, & hinc atque illinc insurgere præteritæ vitæ molestias intuens, timet ne aggressa implere non possit, arripiat cõsilium, vt auxilium mereatur. Quod est autem aliud consilium nisi vt infirmitatem aliorũ ferat, & eis quantum potest opituletur, qui suæ diuinitùs desiderat subuenirí? Consequenter itaq; præcepta misericordiæ videamus. Mitis autẽ & misericors vnũ videtur. Sed hoc interest, quòd mitis, de quo superiùs tractatũ est, qui pietate nõ contradicit diuinis sententiis, quæ in sua peccata proferũtur, neq; illis Dei sermonibus quos nondũ intelligit, sed nullũ beneficiũ præstat ei cui non contradicit nec resistit. Misericors autẽ ita nõ resistit, vt propter eius corruptionẽ id faciat, quẽ redderet resistendo peiorẽ. Sequitvr ergo Dominus, & dicit: *Audistis quia dictũ est, Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. Ego autẽ dico vobis non resistere aduersus malũ. Sed si quis te percusserit in dexterã maxillã, præbe illi & alteram. Et qui voluerit tecũ iudicio contendere & tunicam tuã tollere, dimitte illi & palliũ. Et qui te angariauerit mille passus, va de cũ illo alia duo. Omni petenti te da, & qui voluerit à te mutuari, ne auersatus fueris.* Pharisæorũ iustitia minor est, nõ excedere vindictæ modũ, ne plus rependat quisq; quàm accepit. Et magnus hic gradus est. Nemo enim facilè inuenitur qui pugno accepto pugnũ reddere velit: & vno cõuiciante verbo audito, vnũ & quod tantũ dẽ valeat referre contentus sit: sed siue ira perturbatus immoderatiùs vindicat: siue quia iustũ putat, eũ qui lęsit prior grauiùs lædi, quàm læsus est qui nõ læserat. Talẽ animũ magna ex parte refrenauit lex in qua scriptũ est, Oculũ pro oculo, & dentẽ pro dente. Quibus nominibus significatur modus, vt iniuriã vindicta nõ transeat, & hæc est pacis inchoatio. Perfecta autẽ pax est, talẽ penitus nolle vindictã. Inter illud ergo primũ quod præter legẽ est, vt maius malũ pro minore malo red datur: & hoc quod Dominus perficẽdis discipulis dicit, ne pro malo vllũ malũ reddatur: medium quẽdã locũ tenet, vt tantũ reddatur quãtum acceptũ est, per quod à summa discordia ad summã concordiam pro temporum distributione trãsitus factus est. Quisquis ergo malũ infert prior studio lædendi & nocendi, vide quantũ distat ab eo qui nec læsus rependit. Quisquis autẽ nulli prior malẽ fecit, sed tamẽ lesus rependit grauius, vel volũtate vel facto, recessit aliquantum à summa iniquitate, & processit ad summam iustitiam, & tamen nondum tenet quod lex quæ per Moysen data est imperauit. Qui ergo tantũ reddit quãtum accepit, iã donat aliquid: nõ tãtã enim pœnã meretur nocẽs, quãtã ille qui ab eo læsus innocens passus est. Hãc ergo inchoatam nõ seueram, sed misericordem iustitiam ille perfecit qui legẽ venit implere, non soluere. Duos ergo adhuc gradus qui inter sunt intelligendos reliquit, quibus & de ipso summo misericordiæ culmine dicere maluit. Nam est adhuc quod faciat, qui nõ implet istã magnitudinẽ præcepti, quę pertinet ad regnũ cælorum: vt non reddat tantum, sed minus, vt vel produobus pugnis vnum, aut pro euulso oculo aurẽ præcidat. Hinc ascendens qui omnino nihil rependerit, propinquat præcepto Dñi, nec tamen adhuc ibi est. Parũ enim adhuc videtur Domino, si pro malo quod acceperis nihil reddas mali, nisi etiã & amplius sis paratus accipere. Quapropter non ait, ego autẽ dico vobis, non reddere malum pro malo, quãquam hoc etiã magnũ præceptum sit; sed ait, non resistere aduersus malum: vt non solùm non rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed etiam nõ resistas quo minus aliud irrogetur. Hoc est enim quod etiã consequenter exponit: Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: non enim ait, si quis te percusserit, noli tu percutere, sed para te adhuc percutienti. Quod ad misericordiã pertinere, hi maximè sentiunt, qui eis quos multũ diligunt, tãquam filiis vel quibuslibet dilectissimis suis, ægrotantibus seruiunt vel paruulis vel phreneticis: à quibus multa sæpe patiuntur; & si

1.Cor.15.d.31.

Gen.3.d.19

Capvt XVIII.

Matt.5.a.6.

Capvt XIX.

Mat.5.f.38. Exod.21.c.24.

& si eorum salus id exigat, præbent se etiã vt plura patiantur, donec vel ærarís vel morbi infirmitas transeat. Quos ergo Dominus medicus animarũ, curandis proximis instruebat, quid eos aliud docere possit: nisi vt eorum, quorum saluti consulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnis namque improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innocentius est eo q in virtute perfectꝰ est. Quæri autẽ potest quid sibi velit dextera maxilla. Sic enim in exẽplarib⁹ Græcis, quibus maior fides adhibenda est, inuenitur. Nam multa Latina, maxillã tantùm habent, non etiã dexteram. Facies est aũt qua quisq; cognoscitur. Et legimus apud Apostolum: Toleratis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Deinde continuò subiungit, secũdum ignobilitatem dico, vt exponat quid sit in faciẽ cædi, hoc est contemni atq; despici. Quod quidem non ideo dicit Apostolus, vt illos non sustinerent, sed vt se magis, qui eos sic diligeret, vt seipsum eis vellet impẽdi. Sed quoniã facies nõ potest dici dextera & sinistra, & tamen nobilitas & secũdum Deum & secundum hoc seculum potest esse, ita tribuitur tãquam in dexteram maxillam & sinistram, vt in quocũque discipulo Christi contemptũ fuerit quod Christianus est, multo magis in se contemni paratus sit, si quos huius seculi honores habet. Sicut idẽ Apostolus, cùm in eo persequerẽtur homines nomen Christianum, si taceret de dignitate quam habebat in seculo, nõ † præbuerat alterã maxillam, cædentibus dexterã. Nõ enim dicendo, Ciuis Romanus sum: non erat paratus hoc in se contemni quod pro minimo habebat, ab eis qui in illo nomen tam pretiosum & salutare contempserãt.

Nunquid enim ideo minus postea vincula tolerauit, quæ ciuibus Romanis non licebat imponi, aut quemquã de hac iniuria voluit accusare? Etsi qui ei propter ciuitatis Romanę nomẽ pepercerũt, nec tamẽ ille ideo nõ præbuit quod ferirẽt, cùm eos de tanta peruersitate corrigere cupierit patiẽtia sua, quos videbat in se sinistras partes magis q dexteras honorare. Illud est enim tantũ attẽdendum quo animo fecerit oĩa, quàm beneuolè & clementer in eos, à quibus ista patiebatur. Nã & põtificis iussu palma percussus, & quod contumeliosè visus est dicere cùm ait, Percutiet te Dominus paries dealbate: minus intelligentibus conuiciũ sonat: intelligentib⁹ verò prophetia est. Paries quippe dealbatus, hypocrisis est, id est, simulatio sacerdotalẽ præferens dignitatẽ, & sub hoc nomine tanquam candido tegmine interiorẽ quasi luteam turpitudinem occultans. Nã quod humilitatis fuit, mirabiliter custodiuit, cùm ei diceretur, Principi sacerdotũ maledicis? Et respondit, Nescíui fratres, quia princeps est sacerdotũ. Scriptũ est enĩ: Principi populi tui ne maledicas. Vbi ostẽdit quãta trãquillitate illud dixisset, quod irat⁹ dixisse videbatur, q tam citò, tam mansuetè respondit, quod ab indignantib⁹ & perturbatis fieri nõ potest. Et in eo ipso intelligentib⁹ verum dixit, Nesciui quia princeps est sacerdotũ: tanquã si diceret: Ego alium sciui principẽ sacerdotum, pro cuius nomine ista sustineo, cui maledicere fas nõ est, & cui vos maledicitis, cũ in me nihil aliud quàm eius odistis nomen. Sic ergo oportet nõ simulatè ista iactare, sed in ipso corde esse ad oĩa præparatum, vt possit canere illud Propheticum, Paratũ cor meũ Deꝰ, paratũ cor meum. Multi enim alterã maxillã, prębere nouerũt, diligere verò illum à quo feriuntur ignorant. At verò ipse Dñs, qui vtiq; præcepta quę docuit primus impleuit, percutienti se in maxillã ministro sacerdotis nõ præbuit alterã: sed insuper dixit, Si male loquꝰ sum, exprobra de malo: si bene, cur me cędis? Non tamẽ ideo paratus corde non fuit, non solùm inalterã maxillã cædi pro salute omnium, sed etiã toto corpore crucifigi. Ergo & illud quod sequitur, Et qui voluerit tecum iudicio cõtendere, & tunicã tuam tollere, remitte illi & vestimentum, ad præparationẽ cordis, non ad ostẽsionem operis præceptum rectè intelligitur. Sed de tunica & vestimẽto quod dictum est, nõ in eis solis, sed in omnibus faciendũ est, quæ aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessariis hoc imperatum est, quanto magis superflua contẽnere conuenit? Veruntamen ea quæ nostra dixi, eo genere includenda sunt, quo Dominus ipse præscripsit, dicens: Si quis vult iudicio tecum cõtendere, & tunicã tuam tollere. Omnia ergo intelliguntur, de quibus iudicio nobiscum cõtendi potest: ita vt à nostro iure in ius illius transeant, qui cõtendit vel pro quo cõtẽdit: sicuti est vestis, domus, fundus, iumentũ, & generaliter omnis pecunia. Quod vtrũ etiã de seruis accipiẽdum sit, magna quæstio est. Nõ enim Christianum oportet sic possidere seruum, quomodo equum aut argentum: quãquã fieri possit, vt maiore pretio valeat equus q seruus, & multò magis aliquod aureum vel argenteũ. Sed ille seruus, si rectius & honestius, & ad Deum colendũ accõmodatius abs te domino educatur, aut regitur, q ab illo potest qui eum cupit auferre: nescio vtrũ quisquã dicere audeat, vt vestimentum eum debere cõtẽni. Hominem nãque homo tãquàm semẽtipsum diligere debet, cui ab omniũ Domino, sicut ea quæ sequũtur ostendunt, etiãvt inimicos diligat imperatur. Sanè animaduertẽdum est, omnem tunicã vestimentum esse, nõ omne vestimẽtum tunicã esse. Vestimenti ergo nomen plura significat q nomen tunicæ. Et ideo sic dictum esse arbitror, Et q voluerit tecũ iudicio cõtendere, & tunicam tuã tollere, remitte illi & vestimentum: tanquã si diceret, qui voluerit tunicam tuã tollere, remitte illi, & si quid aliud indumenti habes, Ideo nonnulli palliũ interpretati sunt, quod Græcè positum est ἱμάτιον. Et qui te angariauerit, inquit, mille passus, vade cum illo alia duo. Et hoc vtiq; nõ tam pedibus agas quàm vt animo sis paratus. Nam in ipsa Christiana historia, in qua est authoritas, nihil tale inuenies factum à sanctis, vel ab ipso Domino, cùm in homine, quem suscipere dignatus est, viuendi nobis præberet exemplum: cùm tamen omnibus ferè locis eos inuenias paratos fuisse æquo animo tolerare quicquid eis improbè fuisset ingestũ. Sed verbi gratia dictũ putam⁹, Vade cum eo alia duo. An tria cõpleri voluit, quo numero significatur perfectio: vt meminerit quisq; cùm hoc facit, perfectã se implere iustitiam, misericorditer perferendo infirmitates eorũ quos vult sanos fieri? Potest videri propterea etiã trib⁹ exemplis hæc præcepta infinuasse: quorum primum est, si quis te percusserit in dexteram maxillam: secundum, si quis tunicam tuam tollere voluerit: tertium, si quis te mille passus angariauerit: in quo tertio exemplo simplo duplum additur, vt triplum cõpleatur. Qui numerus hoc loco si non, vt dictum est, significat perfectionem, illud accipiatur, q in præcipiendo tanquam tolerabilius incipiẽs paulatim creuerit, donec peruenirẽt vsq; ad duplũ aliud perferendũ. Nã primò præberi voluit alterã maxillã, cùm fuerit dextra percussa, vt minus perferre paratus sis quàm pertulisti. Quicquid enim dextera significat, & chariùs est vtiq; q id quod sinistra significat: & q in re chariore aliquid pertulit, si & in viliore perferat, minꝰ est. Deinde illi q tunicã vult tollere, iubet & vestimẽtũ dimitti: quod aut tantundem est, aut non multo amplius, nõ tamen duplum. Tertio de mille passibus, quibus addẽda dicit duo millia, vsque ad duplũ aliud per-

d. præberet.

Act.22.f.26.

Act.23.a.3.

Exod.22.d.28.

Psal.56.b.8.

Ioã.18.d.23.

Mat.5.f.40.

feras iubet: ita significans siue aliquanto minus quàm iam fuit, siue tantũdem, siue amplius quisque improbꝰ in te esse voluerit, æquo animo tolerandum esse.

CAP. XX

IN his sanè generibus trium exemplorum nullum genus iniuriæ prætermissum esse video. Namq; omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur: quorum alterum est quod restitui nõ potest: alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non potest, vindictæ solatium quæri solet. Quid enim prodest, quòd percussus repercutis? Nũquid propterea aliquid quod in corpore læsum est, restituetur in integrum? Sed tumidus animus talia fomẽta desiderat. Sanũ aũt firmũmq; ista nõ iuuant, quin potius misericoditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quã alieno supplicio suam mitigãdamque, nulla est. Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correptionem valeat: etiam ipsa enim pertinet ad misericordiam. Nec impedit illud propositum quo quisque paratus est ab eo quem correctum esse vult, plura perferre. Sed huic vindictæ referendæ non est idoneus, nisi qui odiũ quo solent flagrare qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit. Nõ enim metuendũ est ne odisse paruulum filium parentes videantur, cùm ab eis vapulat peccans, ne peccet vlteriùs: & certè perfectio dilectionis ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cùm in sequẽtibus dicitur, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos, & orate pro eis q̃ vos persequuntur: & tamen de ipso dicitur per Prophetã, Quẽ enim diligit Dominus, corripit: flagellat autẽ omnẽ filium quem recipit. Dicit & Dominus. Seruꝰ qui nescit volũtatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: seruus autem qui scit volũtatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Nõ ergo queritur, nisi vt & ille vindicet cui rerũ ordine potestas data est: & ea volũtate vindicet qua pater in paruulũ filiũ, quẽ p ætatẽ odisse nondũ potest. Hinc enĩ aptissimũ exemplũ datur, quo satis appareat, posse peccatũ amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui: vt illũ in quem vindicat non pœna miserum, sed correctione beatũ velit: paratus tamẽ, si opus sit, æquo animo plura tolerare ab eo illata quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coërcendi, siue non habeat. Magni autem & sancti viri, qui iã optimè scirent, mortẽ istam quę animã dissoluit à corpore, nõ esse formidandã, secundum eorum tamẽ animum qui illam timerent, nõnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & illis qui morte puniebãtur, nõ ipsa mors noceret, sed peccatũ quod augeri posset, si viuerent. Nõ temerè illi iudicabãt, quibus tale iudiciũ donauerat Deꝰ. Inde est quòd Helias multos morte affecit, & propria manu, & igne diuinitùs impetrato: cùm & alij multi magni & diuini viri eodẽ spiritu consulendis rebus humanis nõ temerè fecerint. De quo Helia cùm exemplũ dedissent discipuli, Domino cõmemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiã ipsis daret potestatem, petẽdi cælo ignem ad consumẽdos eos qui sibi hospitiũ non præberent, reprehendit in eis Dominus non exemplum Prophetæ sancti, sed ignorantiã vindicãdi quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos nõ amore correctionem, sed odio desiderare vindictã. Itaque posteaquam eos docuit quid esset diligere proximum tanquã seipsum, infuso etiã Spiritu sancto, quẽ decem diebus cõpletis post ascẽsionẽ suã desuper vt promiserat misit, non defuerũt tales vindictæ, quamuis multo rarius quàm in veteri Testamẽto. Ibi enĩ ex maiore parte seruientes timore premebantur: hîc autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis apostoli Petri Ananias & vxor eius, sicut in actibus Apostolorum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti. Et si huic libro hæretici, q̃ aduersantur & veteri Testamẽto, nolunt credere, Paulũ apostolum quẽ nobiscum legunt intucantur, dicentẽ de quodam peccatore quem tradidit satanę in interitũ carnis, vt anima salua sit. Et si nolunt hic mortẽ intelligere, fortasse enim incertum est, quãlibet vindictam per satanam factã ab Apostolo fateantur, quòd non eã odio, sed amore fecisse, manifestat illud adiectũ, vt anima salua sit. Aut in illis libris quibus ipsi magnã tribuunt authoritatem animaduertant quod dicimus, vbi scriptũ est apostolũ Thomam imprecatũ cuidã, à quo palma percussus esset, atrocissimæ mortis supplicium, animam eius tamẽ cõmendauit vt in futuro ei seculo parceretur: cuius à leone occisi, à cætero corpore discerptã manũ canis intulit mẽsis in quibus cõuiuabatur Apostolus. Cui scripturæ licet nobis non credere: nõ est enĩ in catholico canone. Illi tamen eam legunt, & tanquam incorruptissimãverissimamq; honorant, qui aduersus corporales vindictas quæ sunt in veteri Testamento, nescio qua cæcitate aeerrimè sæuiunt, quo animo & qua distributione temporũ facta sint omnino nẽscientes. Tenebitur ergo in hoc iniuriarũ genere, quod per vindictã luitur, iste à Christianis modus, vt accepta iniuria non surgat in odiũ, sed infirmitatis misericordia paratus sit animꝰ plura perpeti, nec correctionẽ negligat, qua vel consilio vel authoritate vel potestate vti potest. Aliud iniuriarũ genus est, q̃ in integrũ restitui potest. Cuius duę species, vna ad pecuniã, altera ad operã pertinet. Quapropter illius de tunicæ vestimento, huius de angaria mille passuum & duum miliũ exempla subiecta sunt: quia & reddi vestimentũ potest, & quẽ adiuueris opera potest te etiã ipse, si opus fuerit, adiuuare. Nisi fortè ita potius distinguendũ est, vt prius quod positũ est de percussa maxilla, omnia significet quæ sic ingeruntur ab improbis, vt restitui nõ possint nisi vindicta. Secũdũ quod positũ est de vestimẽto, omnia significet quæ possunt restitui sine vindicta. Et ideo fortasse additum est, qui voluerit tecum in iudicio cõtẽdere: quia quod per iudiciũ aufertur, non ea vi putatur auferri cui vindicta debeatur. Tertium verò ex vtroq̃ue confectum sit, vt sine vindicta, & cũ vindicta possit restitui. Nã qui operam indebitam violenter exigit sine vllo iudicio, sicut facit qui angariat hominẽ improbè, & cogit se illicitè adiuuari ab inuito, & pœnã improbitatis potest luere, & operã reddere, si hanc ille repetat q̃ improbũ pertulit. In his ergo omnibus generibus iniuriarũ Dominus docet patientissimum & misericordissimũ, & ad plura perferẽda parratissimũ animum Christiani esse oportere. Sed quoniãm parum est non nocere, nisi etiã præstes beneficium quantũ potes, consequenter adiũgit & dicit, Omni petenti te da, & qui voluerit mutuari à te, ne auersatus fueris. Omni petẽti, inquit, nõ omnia petenti, vt id des quod dare honestè & iustè potes. Quid si enim pecuniam petat, qua innocentẽ conetur opprimere? Quid si postremò stuprum petat? Sed ne multa persequar quæ sunt innumerabilia, id profectò dãdum est quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest: & cui iustè negaueris quod petit, indicanda est ipsa iustitia, vt non eum inanẽ dimittas. Ita omni petẽti te dabis, quãuis non semper id quod petit dabis, sed aliquando melius aliquid dabis cùm petentem iniustè correxeris. Quod autem ait, Qui vult à te mutuari, ne auersatus fueris: ad animũ referendum est. Hilarẽ enim datorem diligit Deꝰ. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiam si non ipse soluturus est. Cùm enim misericordibus Deus plura restituat,

Mat.5.g.44. Heb.12.b.6.
Prou.3.b.11.
Luce 12.c. 47.
1 Reg. 18.g. 40. 4.Reg.1.b. 10.
Lucæ 9.g.54
Act.2.a.1.
Act.5.a.3.
1.Cor.15.
Mat.5.f.41
2.Cor.9.b.7

restituat, omnis qui beneficiũ præstat, fœneratur. Aut si non placet accipere mutuantem nisi eũ qui accipit redditurus, intelligendũ est Dominũ duo ipsa genera præstandi esse cõplexum. Namq; aut donamus quod damus beneuolè, aut redditurò cõmodamus. Et plerũq; homines, qui proposito diuino præmio donare parati sunt, ad dandũ quod mutũ petitur pigri fiunt: quasi nihil recepturi à Deo, cùm rẽ quæ datur, ille qui accipit exoluat. Rectè ita q; ad hoc beneficij tribuẽdi genus nos diuina hortatur authoritas dicens, Et qui voluerit à te mutuari, ne aduersatus fueris: id est, ne propterea voluntatẽ alienes ab eo qui petit, quia & pecunia te vacuat, & Deus tibi non redditurus est, cùm homo reddiderit. Sed cùm id ex præcepto Dei facis, apud illũ qui hæc iubet, infructuosum esse nõ potest.

CAPVT XXI. Mat.5.g.43.

DEINDE adiunxit & dicit: *Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuũ. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequuntur: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tãtùm, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester, qui in cælis est perfectus est.* Sine ista dilectione, qua etiã inimicos & persecutores nostros diligere iubemur, ea quæ superiùs dicta sunt implere quis potest? Perfectio autẽ misericordiæ, qua plurimũ animæ laboranti consulitur, vltra dilectionẽ inimici porrigi nõ potest, & ideo sic clauditur: Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester, qui in cælis est perfectus est. Ita tamẽ vt Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquã anima. Gradũ tamen esse aliquẽ in Pharisęorũ iustitia, quæ ad legem veterem pertinet, hinc intelligitur: quòd multi homines eos etiam à quibus diligũtur oderũt, sicut luxuriosi filij parentes coërcitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradũ qui proximũ diligit, quãuis adhuc oderit inimicũ. Eius autẽ imperio, qui venit legem implere, non soluere, perficiet beneuolentiã & benignitatẽ, cùm eã vsq; ad inimici dilectionem perduxerit. Nã ille gradus quãuis nonnullus sit, tã paruus est tamen, vt cũ publicanis etiã possit esse cõmunis. Nec quod in lege dictũ est, Oderis inimicũ tuũ: vox iubẽtis iusto accipienda est, sed permittentis infirmio. Oritur hic sanè nullo modo dissimulãda quæstio, quòd huic p̃cepto Domini, quo nos hortatur diligere inimicos nostros, & benefacere his qui nos oderũt, & orare pro his qui nos persequũtur, multæ aliæ scripturarũ partes minus diligenter & sobriè considerantibus videntur aduersæ: quia & in Prophetis inueniuntur multę imprecationes aduersus inimicos, quæ maledictiones putantur: sicut est illud, Fiat mensa eorũ in laqueũ: & cætera quæ ibi dicuntur. Et illud, Fiant filij eius pupilli, & vxor eius vidua: & alia quæ vel suprà vel infrà in eodẽ Psalmo in personam Iudæ per Prophetã dicũtur. Multa alia vsque quaque in scripturis reperiuntur, quæ videantur esse cõtraria & huic præcepto Domini, & illi apostolico, quo ait, Benedicite, & nolite maledicere: cùm & de Domino scriptum sit, quòd maledixerit ciuitatibus, q̃ verbum eius non acceperũt: & memoratus Apostolus, de quodam ita dixerit, Reddet illi Dominus secundum opera illius. Sed hæc facilè soluuntur, quia & Propheta per imprecationem quod esset futurum cecinit, non optantis voto, sed spiritu præuidẽtis: ita & Dominus, ita & Apostolus: quamquam in horum etiam verbis non hoc inuenitur quòd optauerint, sed quòd prædixerint. Non enim cùm ait Dominus, Væ tibi Capharnaũ, aliud sonat nisi aliquid ei mali euẽturum merito infidelitatis, quod futurũ Dominus nõ maleuolentia optabat, sed diuinitate cernebat. Et Apostolus nõ ait, reddat: sed, reddet illi Dominꝰ iuxta opera eius: quod verbũ prænunciantis est, non imprecantis. Sicut & de illa hypocrisi Iudæorũ, de qua iam dictũ est, cui euersionẽ imminere cernebat, dixit, Percutiet te Deus paries dealbate: Prophetæ autẽ maximè solent figura imprecantis futura prædicere, sicut figura præteriti tẽporis ea quæ ventura erant ventura sæpe cecinerunt: sicut est illud, Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania? Non enim dixit, quare frement gentes, & populi meditabuntur inania: cùm ea non quasi iã transacta meminisset, sed ventura prospiceret. Tale etiã illud est, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ. & hic enim non dixit, diuident sibi vestimenta mea, & super vestẽ meã mittent sortẽ. Nec tamen de his verbis quisquã calũniatur, nisi qui non sentit varietatẽ istã figurarũ in loquẽdo nihil veritati rerũ minuere, & plurimũ afferre affectibus animarũ.

CAPVT XXII. 1.Ioan.5.d. 16.

SED illud magis vrget istã quæstionẽ, quod dicit apostolus Ioãnes, Si quis scit peccare fratrẽ suũ peccatũ non ad mortẽ, postulabit, & dabit illi Dominus vitã qui peccat non ad mortẽ. Est autẽ peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, vt roget quis. Apertè enim ostendit esse quosdã fratres pro quibus orare non nobis præcipitur, cùm Deus etiã pro persecutoribus nostris orare nos iubeat. Nec ista quæstio solui potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, quę inimicorũ persecutione grauiora sint. Fratres autẽ Christianos significari, multis diuinarũ scripturarũ documentis probari potest. Manifestissimũ tamen illud est, quod Apostolus ita ponit, Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Non enim addidit, nostro: sed manifestũ existimauit: cùm fratris nomine Christianũ intelligi voluit, qui infidelẽ haberet vxorem. Et ideo paulo pòst dicit, Quòd si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti iubẽtus est frater vel soror in huiusmodi. Peccatũ ergo fratris ad mortẽ puto esse, cùm post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiã, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatũ autẽ nõ ad mortẽ est, si quisquã nõ amorẽ per odiũ à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquã infirmitatẽ animi nõ exhibuerit. Quapropter & Dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nõdũ enim gratiæ Spiritus sancti participes facti societatẽ sanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorũ orat pro eis à quibꝰ lapidatur, quia nõdũ Christo crediderãt, neq; aduersus illã cõmunẽ gratiã dimicabant. Et apostolus Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mortẽ, id est, inuidentiæ facibus fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorẽ ad mortem, sed timori succubuerant, orat, vt eis ignoscatur. Sic enim dicit, Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita: valde enim resistit nostris sermonibus. Deinde subiũgit, pro quibus orat, ita dicẽs: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem à Petro negante distinguit: non quia pœnitenti vel petenti non sit ignoscendum, ne contra illam sententiam Domini veniamus, qua præcepit semper ignoscendũ esse fratri

Act.23.a.3.
Psal.2.a.1.
Psal.21.c.19.
Act.7.g.60.
2 Tim.4.c. 14.
Lucæ 17.a.3. Mat.18.c.21

Ps.68.c.23. Ps.108.b.9.
Rom.12.c. 14. Mat.11.c.21 Lucæ 10.b. 13. 2.Tim.4.c. 14.

petenti vt sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta labes est, vt deprecãdi humilitatẽ subire nõ possit, etiã si peccatũ suũ mala conscientia & agnoscere & annunciare cogatur. Cùm enim dixisset Iudas, Peccaui, q; tradiderim sanguinẽ iustũ: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueũ, quàm humilitate veniam deprecatus est. Quapropter multũ interest quali pœnitentiæ ignoscat Deus. Multi enim multo citius se fatentur peccasse, atq; ita sibi succensent vt vehemẽter se peccasse nollent: sed tamen animã ad humiliandum & obterendũ cor, implorandãq; veniã non deponũt. Quã mentis affectionem propter peccati magnitudinẽ tã de dãnatione illos habere credendum est. Et hoc est fortasse peccare in Spiritũ sanctum: id est, per malitiã & inuidiã, fraternam oppugnare charitatẽ post acceptam gratiam Spiritus sancti, quod peccatũ Dominus neq; hic, neq; in futuro seculo dimitti dicit. Vnde quæri potest, vtrum in Spiritum sanctum Iudæi peccauerint, quando dixerunt, quòd in Beelzebub principe dæmoniorũ, dæmonia Dominus expelleret: vtrũ hoc in ipsum Dominum dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco: Si enim patrẽ familiãs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? An quoniã de magna inuidentia dixerunt, ingrati tã præsentibus beneficiis, quãuis nondum Christiani fuerint, tamen ꝓpter ipsam inuidẽtiæ magnitudinẽ in Spiritum sanctum peccasse credẽdi sunt? Non enim hoc colligitur de verbis Domini. Quamuis enim in eodem loco dixerit, Quicunq; enim dixerit verbum nequam in filiũ hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbũ aduersus Spiritũ sanctũ, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro; tamen videri potest ad hoc eos monuisse, vt accedant ad gratiam, & post acceptam gratiam non ita peccent, vt nunc peccauerunt. Nunc enim in filium hominis dixerunt vẽrbum nequam, & potest eis dimitti, si conuersi fuerint, & ei crediderint, & Spiritum sanctum acceperint: quo accepto si fraternitati inuidere, & gratiam quam acceperũt oppugnare voluerint, non eis dimitti, neq; in hoc seculo neque in futuro. Nam si eos sic haberet condẽnatos, vt nullã spem illis reliquisset, non adhuc monendos iudicaret, cùm addidit dicens, Aut facite arborẽ bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborẽ malam, & fructũ eius malum. Sic itaq; accipiatur diligendos inimicos esse, & benefaciendum his qui nos oderunt, & orandũ pro his qui nos persequũtur, vt pro quibusdam etiam fratrum peccatis intelligatur nõ præceptũ esse, vt oremus: ne per imperitiam nostram diuina Scriptura, q; fieri non potest, à se dissentire videatur. Sed vtrum sicut pro quibusdam nõ est orandum, ita etiam contra aliquos orandum sit, nondum satis apparuit. Generaliter enim dictum est, Benedicite, & nolite maledicere. Et illud, Nemini malũ pro malo reddẽtes. Pro quo autẽ nõ oras, nõ etiam cõtra illum oras: potes enim videre certam eius pœnam, & penitus desperatam salutẽ: & nõ qa odisti eum, ideo pro illo non oras: sed quia sentis nihil te posse proficere, & orationẽ tuam nõ vis repelli à iustissimo iudice. Sed quid agimus de his, cõtra quos oratum à sanctis accipimus, nõ vt corrigerẽt: nam hoc modo potius pro ipsis oratũ est: sed ad illam vltimam damnationem: nõ sicut contra Domini traditorem per Prophetam: nam illa, vt dictum est, prædictio futurorum, non optatio supplicij fuit. Nec sicut ab Apostolo contra Alexandrũ; nam & inde satis dictum est: sed sicut in Apocalypsi Ioannis legimus martyres orare vt vindicentur, cùm ille primus martyr vt lapidatoribus suis ignosceretur, orauerit. Sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, cùm illi sancti candidati se vindicari petierint, vtrũ contra ipsos homines, an contra regnũ peccati petierint? Nã ipsa est sincera & plena iustitiæ & misericordiæ vindicta martyrũ, vt euertatur regnũ peccati. Nõ enim cõtra ipsos homines, sed contra regnum peccati petierunt, quo regnante tanta perpessi sunt. Ad cuius euersionẽ nititur Apostolus, dicens: Non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Destruitur autẽ & euertitur peccati regnũ, partim correctione hominũ, vt caro spiritui subiiciatur: partim dãnatione perseuerantiũ in peccato, vt ità iustitia ordinentur, vt iustis cũ Christo regnantibus, molesti esse non possint. Intuere apostolũ Paulũ, nónne tibi videtur in seipso Stephanũ martyrẽ vindicare, cùm dicit, Non sic pugno tanquã aërem cædẽs, sed castigo corpus meũ, & seruituti subiicio? Nã hoc in se vtiq; prosternebat & debilitabat, & victũ ordinabat, vnde Stephanũ cæterósq; Christianos fuerat persecutus. Quis ergo conuincit, martyres sanctos non talẽ suã vindictã à Domino esse deprecatos, cùm etiã finẽ huius seculi, in quo tãta exitia pertulerũt, ad suã vindictã potuerũt libenter optare? Quod qui orant, & pro inimicis suis orãt qui sanabiles sunt, & contra illos non orãt qui insanabiles esse voluerunt: qa Deus quoq; puniendo illos non est malcuolus tortor, sed iustissimus ordinator. Sine vlla ergo dubitatione diligamus inimicos nostros, benefaciamus his qui oderunt nos, & oremus pro eis qui nos persequuntur.

Mat.27.a.4. Mat.12.b.24. Mar.3.c.22. Mat.10.c.25. Mat.12.c.32. Mat.12.c.33. Apoc.6.c.10. Act.7.g.60. Rom.12.c.14. Ibid.d.17. 1.Pet.3.b.

Quod autem consequẽter positum est, Vt sitis filij patris vestri qui in cælis est: ex illa regula intelligendũ est, qua & Ioannes dicit, Dedit illis potestatẽ filios Dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare. Nos autẽ potestate accepta efficimur filij, inquantũ ea quæ ab illo præcipiũtur implemus. Vnde & apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in ęternã hæreditatẽ vocamur, vt cohæredes Christi esse possimus. Filij ergo efficimur regeneratione spiritali, & adoptamur in regnũ Dei, non tanquã alieni, sed tãquã ab illo facti & creati, hoc est, conditi: vt vnũ beneficiũ sit, quo nos fecit esse per omnipotentiã suam, cũ antè nihil essemus: alterũ quo adoptauit, vt cũ eo tanquam filij vita æterna, pro nostra participatione fruemur. Itaque nõ ait, facite ista, quia estis filij: sed, facite ista, vt sitis filij. Cùm autem ad hoc nos vocat per ipsum vnigenitũ, ad similitudinẽ suam nos vocat. Ille enim, sicut cõsequenter dicit, solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Siue solẽ suũ non istũ carneis oculis visibilem accipias, sed illam sapientiam, de qua dicitur, Candor est enim lucis æternæ. De qua item dicitur, Ortus est mihi iustitiæ sol. Et iterũ, Vobis autẽ qui timetis nomen Dñi, orietur sol iustitiæ: vt etiam pluuiam accipias irrigationem doctrinæ veritatis, quia & bonis & malis apparuit, & bonis & malis euangelizat est Christus. Siue istum solem mauis accipere non solùm hominum, sed etiam pecorũ corporeis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur: qui ad refectionem corporis dati sunt. Quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritalis nõ oriatur, nisi bonis & sanctis: quia & hoc ipsum est, quod plangunt iniqui in illo libro, qui Sapientia Salomonis inscribitur: Et sol nõ est ortus nobis. Et illa pluuia spiritalis non irrigat nisi bonos: quia malos significabat vinea, de qua dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue illud, siue hoc intelligas, magna Dei bonitate fit, quæ nobis imitanda præcipitur, si filij Dei esse volumus. Quantum enim huic vitæ solatium afferat lux ista visibilis, & pluuia corporalis, quis tam ingratus est vt non sentiat? Quod solatium videmus & iustis in hac

CAPVT XIII. Mat.5.g.45. Ioan.1.b.12. Rom.8.c.17 Gal.4.d.5. Mat.5.g.45. Sap.7.d.16. Mala.4.a.2. Sap.5.a.6. Esai.5.b.6.

hac vita & peccatoribus cõmuniter exhiberi. Nõ autẽ ait, qui facit solẽ oriri super bonos & malos, sed addidit suum: id est, quem ipse fecit atq; constituit, & à nullo aliquid sumpsit vt faceret. Sicut & in Genesi de omnibus luminaribus scribitur: qui propriè potest dicere sua esse omnia quæ de nihilo creauit, vt hinc admoneremur, quãta liberalitate inimicis nostris ex præcepto eius prestare debeamus, quæ nos nõ creauimus, sed de muneribus eius accepimus. Quis autem potest vel paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, quãtum eorũ saluti prodest; & malle se amplius iniquitatis alienæ perpeti, quàm id quod perpessus est reddere: omni petẽti à se aliquid, vel id quod petit, si habetur, & si rectè dari potest, vel consiliũ bonũ vel beneuolum dare animũ, nec se auertere ab eo qui mutuari cupit: diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro eis qui se persequũtur. Quis ergo hæc facit, nisi plenè perfectéq; misericors? Quo vno cõsilio miseria deuitatur, opitulãte illo q ait, Misericordiã volo magis quàm sacrificiũ. Beati ergo misericordes, quia ipsorũ miserebitur Deus. Sed iam cõmodè fieri puto, vt hic Lector tam longo volumine fatigatus respiret aliquantulum, & ad cætera reficiatur in alio libro consideranda.

Gen.1.a.3. Osee 6.c.7. Mat.5.a.7.

D. AVRELII AVGVSTINI, DE SERMONE DOMINI IN MONTE, LIBER SECVNDVS.

MISERICORDIAM, vsque ad cuius tractationem liber primus terminum accepit, sequitur cordis mundatio, vnde iste sumit exordium. Cordis autẽ mundatio est tanquam oculus quo videtur Deus, cuius simplicis habendi tantã curã esse oportet, quantam eius rei dignitas flagitat, quę tali oculo cõspici potest. Huic autẽ oculo magna ex parte mundato difficile est non surrepere sordes aliquas de his rebus, quæ ipsas nostras bonas actiones comitari solẽt, veluti laus est humana. Siquidem non rectè viuere, perniciosum est: rectè autem viuere, & nolle laudari, quid est aliud quàm inimicum esse rebus humanis, quæ vtiq; tanto sunt miseriores, quanto minus placet recta vita hominum. Si ergo inter quos viuis, te rectè viuentẽ non laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo. Nisi tam simplex cor habueris & mundũ, vt ea quæ rectè facis non propter laudes hominũ facias: magisq; illis recta laudantibus gratuleris, quibus id quod bonũ est placet quàm tibi: nisi quia rectè viuis, etiam si nemo laudaret: ipsamq; laudem tuam tunc intelligas vtilem esse laudantibus, si non teipsum in tua bona vita, sed Deum honorent, cuius sanctissimũ templũ est quisquis viuit bene: vt impleatur quod ait Dauid, In Domino laudabitur anima mea, audiãt mansueti, & ꝗ lætentur. Pertinet ergo ad oculum mũdũ non intueri in rectè faciendo laudes hominum, & ad eas referre quod rectè facis: id est, propterea rectè facerè aliquid, vt hominibus placeas. Sic enim etiã simulare bonum licebit, si non attenditur nisi vt homo laudet: qui quoniam videre cor non potest, potest etiam falsa laudare. Quod qui faciunt, id est, qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, id est, mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solùm intuetur, cùm rectè viuit, & ei placere nititur, qui conscientiæ solus inspector est. De cuius conscientiæ puritate quicquid procedit, tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat. *Cauete ergo*, inquit, *facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini abeis*: id est, cauete hoc animo iustè viuere, & ibi constituerẽ bonum vestrũ, vt vos videant homines: *alioquin mercedem non habebitis*: & reliqua. Non si ab hominibus videamini, sed si propterea iustè viuatis, vt ab hominibus videamini. Nam vbi erit, quod in principio sermonis huius dictum est, Vos estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra montem posita: & reliqua vsque ad id quod ait, Vt videant opera vestra bona. Sed non ibi constituit finem. Addidit enim, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Hic autem, quia hoc reprehendit, si ibi sit finis rectè factorum, id est, si propterea rectè faciamus, vt tantùm videamur ab hominibus: posteaquam dixit, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab eis: nihil addidit. In quo apparet, non hoc cum prohibuisse vt rectè fiat coram hominibus, sed ne ob id fortè rectè fiat coram hominibus, vt videamur ab eis, id est, vt hoc intueamur, & ibi finem nostri propositi collocemus. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: cùm alio loco dicat, Placere omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, contrarium putant, cùm ille se dixerit non placere hominibus; quia non ideo rectè faciebat vt placeret hominibus, sed vt Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eo ipso quo placebat hominibus. Itaq; & non se placere hominibus rectè dicebat, quia in eo ipso vt Deo placeret, intuebatur: & placendum esse hominibus rectè præcipiebat, non vt appeteretur tanquam merces rectè factorum, sed quia Deo placere non posset, qui non se iis quos saluos fieri vellet præberet imitandum: imitari autem illum qui sibi non placuerit, nullo pacto quisquam potest. Sicut ergo non absurdè loqueretur, qui diceret, In hac opera qua nouam quæro, non nauem quæro, sed patriam: sic Apostolus conuenienter diceret, In hac opera, qua hominibus placeo, non hominibus sed Deo placeo: quia non hoc appeto, sed ad id refero, vt me imitentur quos saluos fieri volo. Sicut dicit de oblatione quæ fit in sanctos, Non quia quæro datum, sed requiro fructum: id est, quòd quæro datum vestrum, non hoc quæro, sed fructum vestrum. Hoc enim indicio apparere poterat, quantum profecissent in Deum: cùm id libenter ꝗ offerrẽt, quod nõ propter gaudium de muneribus, sed propter communionem charitatis ab eis quærebatur. Quamquam & cùm addidit, & dicit, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est: nihil aliud demonstrat, nisi id nos cauere oportere, ne humanam laudem pro nostrum operum mercede quæramus, id est, ea nos beatos effici arbitremur.

Mat.5.b.14. Gal.1.b.10. 1.Cor.10.g.33. Phil.4.c.17. al. facerent.

CVM *ergo facis eleemosynam, noli tuba canere*, & reliqua: Noli, inquit, sic velle innotescere, vt hypocritę. Manifestum est autem, hypocritas non quod oculis prætendunt hominum, id etiam corde gestare. Sunt enim hypocritæ simulatores, tanquam pronunciatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis. Non enim qui agit partes Agamẽnonis in Tragœdia, verbi gratia, siue alicuius alterius, ad historiã vel fabulam quæ agitur pertinentis, verè ipse est, sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Sic in ecclesia, vel in omni vita humana, quisquis se vult videri quod non est, hypocrita est. Simulat enim iustum, & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit quam possunt etiam simulantes percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni, ab eisque laudantur. Sed tales ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt, nisi fallaciæ supplicium. Ab hominibus

CAP. II. Mat.6.a.2. Psal.33.a.3. al. iocundentur. Mat.6.a.1.

autē, inquit, perceperunt mercedē suā. Rectissimēque
Mat.7 d.23. his dicitur, Recedite à me operarij dolosi: nomen enī
meū habuistis, sed opera mea nō fecistis. Illi ergo
perceperunt mercedem suam, qui non ob aliud eleemo-
synā faciunt, nisi vt glorificētur ab hominibus: non si
glorificentur ab hominibus, sed si ideo faciunt, vt
glorificentur, sicut superiùs tractatū est. Laus enī hū-
mana non apperi à rectè faciente, sed subsequi debet
rectè facientē: vt illi proficiant qui etiā imitari possunt
quod laudant, non vt hic putet aliquid eos sibi prodes-
se quē laudant. *Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua*: & reliqua. Si intellexeris sini-
strā infideles dici, videbitur nulla esse culpa, placere fi-
delibus velle, cùm protsus nihilominus in quorū libet
hominū laude fructū & finem boni operis constituere
prohibeamur. Quod autē ad id pertinet vt te imitentē,
quib⁹ rectè facta tua placuerint, nō tantùm fidelibus,
sed etiā infidelibus exhibendū est, vt laudandis bonis
operibus nostris Deū honorent, & veniāt ad salutem.
Si autē sinistrā inimicū putaueris, vt nesciat inimicus
tuus cū eleemosynā facis, cur ipse Dominus inimicis
Iudæis circumstantibus misericorditer sanauit homi-
nes? Cur apostolus Petrus sanato eo quē adportā spe-
ciosam debilē miseratus est, etiā iras inimicorum in se
Act.2.a.3. atq; in alios Christi discipulos pertulit? Deinde si non
oportet scire inimicū, cùm eleemosynā facimus, quo-
modo cum ipso inimico faciemus, vt illud impleamus
Prou 25.c. 21. præceptū, Si esurierit inimicus tu⁹, cibā illū: si sitierit,
Rom.12.d. 20. potū da illi? Tertia solet esse carnaliū opinio, tam ab-
surda & ridenda, vt non eā cōmemorarem, nisi exper-
tus essem nō paucos eo errore detineri, qui dicunt sini-
strā nomine vxorem significari. Vt quoniā in re famil-
iari tenaciores pecuniarū solēt esse feminæ, lateat eas
cùm aliquid misericorditer viri earū egenis impendūt
ppter domesticas lites. Quasi verò soli viri Christiani
sint, & non hoc præceptū etiā feminis datū sit. Cui er-
go sinistræ iubetur femina occultare opus misericor-
diæ suæ? An etiā vir sinistra erit feminæ, quod absurdis-
simè dicit? Aut si quispiā putat inuicē sibi sinistras esse,
si ab altero ita eroget aliquid de re familiari, vt sit con
tra alterius voluntatē, non erit Christianū tale coniu-
giū. Sed necesse est vt quisquis eorū eleemosynam fa-
cere voluerit ex præcepto Dei, quemcunq; aduersum
habuerit, inimicus sit præcepto Dei, & ideo inter infi-
deles deputetur. Præceptū est autē de talibus, vt bona
sua conuersatione ac moribus lucrifaciat vxorē mari-
tus fidelis, vel maritū mulier fidelis. Quapropter non
sibi debēt occultare bona opera sua, quibus inuitandi
sunt abinuicē, vt alter alterum possit ad Christianæ fi-
dei cōmunionem inuitare. Nec furta facienda sunt, vt
promereatur Deus. Quòd si occultandū est aliquid,
quādiū alterius infirmitas æquo animo id non potest
D sustinere, quod tamen nō iniustè atq; illicitè fit: nō ta-
men ipsam nunc sinistrā significari totius capituli cō-
sideratione facilè apparet, in qua simul inuenietur quā
sinistrā vocet: Cauete, inquit, facere iustitiā vestrā co-
rā hominibus: & reliqua. Generaliter hic iustitiā no-
minauit, deinde particulariter exequitur, Est enim
pars aliqua iustitiæ, opus quod per eleemosynam fit,
& ideo connectit dicendo: Cùm ergo facis eleemosy-
nā, noli tuba canere, & reliqua. Ad hoc rescipit, quod
superiùs ait, Cauete facere iustitiam vestram coram
hominibus: & reliqua. Quod autem sequitur. Amen
dico vobis, perceperunt mercedem suam: ad illud re-
spicit quod suprà posuit, Alioquin mercedem non
habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Dein-
de sequitur, Te autem faciente eleemosynam. Cùm
dicit, Te autē faciente, quid aliud dicit, quàm nō quo-
A modo illi? Quid ergo mihi iubet? Te autē faciente, in-
quit, eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dex
tera tua. Ergo illi sic faciūt, vt sciat sinistra eorū quid
faciat dextera eorū. Quod igitur in illis culpatum est,
hoc tu facere vetaris. In illis autem hoc culpatum est,
quòd ita faciunt vt laudes hominū quærant. Quapro-
pter nihil consequentius sinistra videtur significare,
quàm ipsam delectationē laudis. Dextera autem signi-
ficat intentionē implendi præcepta diuina. Cùm itaq;
conscientiæ facientis eleemosynā miscet se appetitio
laudis humanæ, fit sinistra conscia operis dexteræ, nes-
ciat ergo sinistra tua quid faciat dextera tua: id est, nō
se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio,
cùm in eleemosyna facienda diuinū præceptū contē-
dis implere, vt sit eleemosyna tua in abscōso. Quid est
in abscondito, nisi in ipsa bona cōscientia, quæ huma-
nis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri.
B Quandoquidē multi multa mētiuntur. Quapropter
si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram
pertinent omnia exteriora, quæ sunt visibilia & tēpo-
ralia. Sit ergo eleemosyna tua in ipsa cōsciētia, vbi mul
ti eleemosynā faciunt bona voluntate, etiā si pecuniā,
vel si quid aliud est q̃ inopi largiendū est, non habent.
Multi autē foris faciunt, & intus non faciunt, qui vel
ambitione, vel alicuius rei tēporalis gratia volūt mise-
ricordes videri, in quibus sola sinistra operari existimā-
da est. Item alij quasi mediū inter vtrosq; locū tenent,
vt & intentione quæ in Deū est eleemosynā faciant, &
tamen inserat se huic optimæ voluntati, nonnulla etiā
laudis vel cuiuscūque rei fragilis & temporalis cupidi-
tas. Sed Dominus noster multo vehemētius prohibet
solā sinistram in nobis operari, quando etiā misceri eā
verat operibus dexteræ: vt scilicet nō modò sola tem-
poralium rerum cupiditate caueamus eleemosynam
C facere, sed nec ita in hoc opere attendamus Deum,
vt sese misceat vel adiungat exteriorum appetitio cō-
modorum. Agitur enim de corde mundando, quod
nisi fuerit simplex, mūdum non erit. Simplex autem
quomodo erit si duobus dominis seruiat, nec vna in-
tentione rerū æternarum purificet aciem suā, sed eam
mortalium quoque fragiliūmque rerum amore obnu-
bilet? *Sit ergo eleemosyna tua in absconso*, & reliqua. Rectis-
simè omnino & verissimè. Si enī præmium ab eo ex-
pectas qui conscientiæ solus inspector est, sufficiat
tibi ad promerendum præmiū ipsa conscientia. Mul-
ta Latina exemplaria sic habent, *Et pater tuus qui videt
in absconso, reddet tibi palàm*. Sed quia in Græcis, quæ
priora sunt, non inueniemus, palàm, non putauimus
hinc aliquid differendum esse. Et *cùm oratis* Cap. III.
inquit, *nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui amant in syn-* Mat.6.a.5.
agogis, & reliqua. Neq; hic videri ab hominibus ne-
D fas est, sed ideo hoc agere vt videaris ab hominibus: &
superfluò toties eadem dicuntur, cùm sit iam vna re-
gula custodienda: qua cognitum est, non si hæc sciant
homines, formidandum esse aut fugiendum: sed si hoc
animo fiant, vt fructus in eis expetatur placendi ho-
minibus. Seruat etiam ipse Dominus eadem verba,
cùm adiungit similiter, Amen dico vobis, perceperūt
mercedem suam. Hinc ostendens id se prohibere, ne
ea merces appetatur qua multi gaudent vt laudentur
ab hominibus. *Vos autem cùm oratis*, inquit, *introite in
cubiculū vestra*. Quæ sunt ista cubicula, nisi ipsa cor-
da, quæ in Psalmo etiam significantur, cùm dicitur,
Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus ve- Psal.4.b.5.
stris compungimini. Et *claudentes ostia orate*, ait, *pa-
trem vestrum in absconso*. Parum est intrare cubicula,
si ostium pateat importunis, per quod ostium ea
quæ foris sunt improbè se immergunt, & interiora
nostra

nostra appetunt. Foris autem diximus esse omnia tē-
poralia & visibilia, quæ per ostium, id est, per carnalem
A sensum in cogitationes nostras penetrant, & turba va-
norū fantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendū
est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendū est, vt
oratio spiritalis dirigatur ad patrem, quæ fit in intimis
cordis, vbi oratur pater noster in abscondito. *Et pater*,
inquit, *vester qui videt in abscondito, reddet vobis*. Et hoc
tali clausula terminandū fuit: nō enim hoc monet nūc
vt oremus, sed quomodo oremus: neque vt superiùs, vt
faciamus eleemosynā, sed quo animo faciamus: quo-
niā de corde mundando præcepit, quod non mundat,
nisi vna & simplex intentio in æternam vitam solo &
puro amore sapientiæ. *Orātes autem*, ait, *nolite multum lo-
qui, sicut ethnici faciunt: arbitrantur enim quod in multilo-
quio suo exaudiantur*. Sicut hypocritarum est, præbere se
spectandos in oratione, quorū fructus est, placere ho-
minibus; ita ethnicorum, id est, gentilium in multilo-
quio suo se putare exaudiri. Et reuera omne multilo-
B quiū à gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius
quàm mundando animo dāt operam. Et hoc nugato-
rij studij genus etiam ad Deum prece flectēdum trās-
ferre conantur: arbitrantes Deum sicut hominem iu
Mat.6.a.8. dicē verbis adduci in sententiam. *Nolite itaque similes
illis esse*, dicit vnus & ver⁹ magister: *Scit enim pater vester
quid vobis necessarium sit, antequā petatis ab eo*. Si enim ver-
ba multa ad id proferuntur, vt instruatur & doceatur
ignarus, quid eis opus est ad rerum omnium cognito-
rem, cui omnia quæ sunt eo ipso quo sunt loquuntur,
sese q; indicant facta: & ea quæ futura sunt eius artē sa-
pientiāmque nō latent, in qua sunt & quæ transierūt,
& quæ transitura sunt omnia, præsentia, & nō transeū-
tia? Sed quoniam quamuis pauca tamen verba & ipse
dicturus est, quib⁹ nos doceat orare, quæri potest cur
vel his verbis, paucis opus sit ad eū qui scit oīa antequā
fiāt, & nouit, vt dictū est, quid nobis sit necesse antequā
petamus ab eo? Primò hic respondetur, nō verbis nos
agere debere apud deū, vt impetrem⁹ quod volumus,
sed rebus quas animo gerimus, & intētione cogitatio-
nis cum dilectione pura & simplici affectu. Sed res ip-
sas verbis nos docuisse Dominum nostrū, quibus me-
moriæ mandatis eas ad tempus orandi recordaremur.
Sed rursus quæri potest, siue rebus, sine verbis orandū
sit, quid opus sit ipsa oratione, si Deus iam nouit quid
nobis necessariū sit: nisi quia ipsa orationis intētio cor
nostrū serenat & purgat, capaciūsq; efficit ad excipiē-
da diuina munera, quæ spiritaliter nobis infunduntur.
Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui
semper paratus est dare suā lucē nobis, nō visibilē, sed
intelligibilem & spiritalē: sed nos nō semper parati su-
mus accipere, cùm inclinamur in alia, & rerum tēpo-
raliū cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione cō-
D uersio cordis ad eū qui semper dare paratus est, si nos
capiam⁹ quod dederit: & in ipsa cōuersione, purgatio
interioris oculi, cùm excludūtur ea quę temporaliter
cupiebantur, vt acies cordis simplicis ferre possit sim-
plicē lucem, diuinitùs sine vllo occasu aut immutatio-
ne fulgentē: nec solùm ferre, sed etiam manere in illa,
Caput IIII. nō tantùm sine molestia, sed etiā cū ineffabili gaudio,
quo verè ac sinceriter beata vita perficitur. Sed iā
cōsiderandum est, quæ nos orare ille præcepit, per quē
& discimus quid oremus, & consequimur quod ora-
Mat.6. b. 9. mus. *Sic itaque orate vos*, inquit: *Pater noster qui es in cælis*,
& reliqua. Cùm in omni deprecatione beneuolentia
cōciliāda sit eius quem deprecamur, deinde dicēdum
quid deprecemur, laude illius ad quē oratio dirigitur,
solet beneuolentia conciliari, & hoc in orationis
principio poni solet: in quo Domin⁹ noster nihil aliud nos
dicere iussit, nisi Pater noster qui es in cælis. Multa e-
A nim sunt dicta in laudem Dei, quæ per omnes sanctas
Scripturas variē lateq; diffusa poterit quisque conside
rare, cùm lēgit: nusquam tamen inuenitur præceptum
populo Israël vt diceret, Pater noster, aut oraret patrē
Deum: sed Dominus eis insinuatus est, tanquam ser-
uientibus, id est, secundum carnem adhuc viuentibus.
Hoc autem dico, cùm mandata legis acciperent, quæ
obseruare iubebantur. Nā prophetæ sæpe ostendunt
eundē Dominū deū etiā patrē eorundē esse potuisse, si
ab eius mādatis non aberrarēt. Sicut est illud, Filios ge
nui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et illud, E-
go dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Et illud, Si Do-
minus sum, vbi est timor meus? & si pater sum, vbi est Esa.1.a.2.
honor meus? Et alia permulta, vbi arguuntur Iudæi, Psal.81.b.6.
quia filij esse peccando noluerunt: exceptis eis quæ in Mala.1.b.6.
prophetia dicuntur de futuro populo Christiano, qui
patrem Deum esset habiturus, secundum illud Euan-
B gelium, Dedit eis potestatē filios Dei fieri. Apostolus
autem Paulus dicit, Quamdiu hæres paruulus est, ni- Ioan.1.b.12.
hil differt à seruo: & spiritum adoptionis nos accepisse Gal.4.a.1.
cōmemorat, in quo clamamus, Abba pater. Et quoniā
quòd vocamur ad æternam hæreditatem, vt sim⁹ Chri-
sti cohæredes, & in adoptionem filiorum veniamus, Rom.8.c.23.
non est meritorum nostrorum, sed gratiæ Dei: eandē
ipsam gratiam in orationis principio ponimus, cùm
dicimus, Pater noster. Quo nomine & charitas excita-
tur. Quid enim charius filiis debet esse quàm pater? Et
supplex affectus, cùm homines dicunt Deo, Pater no-
ster: & quædam impetrandi præsumptio quæ petituri
sumus, cùm prius quàm aliquid peteremus tam ma-
gnum donum accepimus, vt inamur dicere, Pater no-
ster, Deo. Quid enim iam non det filiis petentibus,
cùm hoc ipsum antè dederit, vt filij essent? Postremò
C quanta cura animum tangit, vt qui dicit, Pater noster
tanto patre nō sit indignus. Si enim quisquā plebeius
senatorem grandioris ætatis ab eo ipso patrem vocare
permittatur, sine dubio trepidabit, nec facilè audebit,
cogitās humilitatem generis sui, & opūm indigentiā,
& plebeiæ personę vilitatem. Quanto ergo magis trē-
pidandum est appellare patrem Deum, si tantæ sunt lā-
bes, tantæq; sordes in moribus, vt multò iustius eas à
sua coniunctione Deus expellat, quàm ille senator cu-
iusuis mendici egestatem. Quandoquidē ille hoc cōtem-
nit in mendico, quo & ipse potest rerum humanarum
fragilitate deuenire. Deus autem in sordidos mo-
res nunquam cadit: & gratias misericordiæ ipsius, qui
hoc à nobis exigit, vt pater noster sit, quod nullo sum-
ptu, sed sola bona voluntate cōparari potest. Admonē
tur etiam hic diuites, vel genere nobiles secundum se-
culum, cùm Christiani facti fuerint, non superbire ad-
uersus pauperes & ignobiles, quoniam simul dicunt
Deo, Pater noster: quod non possunt verè ac piè dice-
re, nisi se fratres esse cognoscant. Vtatvr ergo
voce noui Testamenti populus nouus, ad æternam hæ Cap. V.
reditatem vocat⁹, & dicat, Pater noster qui es in cęlis:
id est, in sanctis & iustis. Non enim spatio locorum cō-
tinetur Deus. Sunt enim cæli excelsa mundi corpora;
sed tamen corpora, quæ non possunt esse nisi in loco.
Sed si in cęlis tanquam in superioribus mundi partib⁹
locus Dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quā-
rum vita est Deo vicinior. Non autem scriptum est,
Propè est Dominus excelsis hominibus, aut eis qui in
montibus habitant: sed scriptum est, Propè est Domi- Psal 33.d.19.
nus obtritis corde: quod magis pertinet ad humilita-
tem. Sed quemadmodum terra appellat' est peccator, Gen.3. d.19.
cùm ei dictum est, Terra es, & in terram ibis: sic cæ-
lum iustus econtrario dici potest. Iustis enim dicitur,

Templum Dei sanctũ est, quod estis vos. Quapropter
1.Cor 3.d 17. si in templo suo habitat Deus; & sancti templum eius
A de beata vita omni ex parte perficietur in sanctis in æ-
ternum, sicuti nũc cælestes angeli sanctissimi atq; bea-
tissimi solo Deo illustrante sapientes & beati sunt: quia
Mat.22.c.30 & hoc promisit Deus sanctis suis: In resurrectione e-
runt, inquit, sicut angeli in cælis. Et ideo post illã peti-
tionem, qua dicim°, Adueniat regnum tuũ, sequitur,
Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: id est, sicut est in
3 angelis qui sunt in cælis, voluntas tua, vt omnino tibi
adhæreant teq; fruantur: nullo errore obnubilante sa
pientiam eorum, nulla miseria impediente beatitudi-
nẽ eorum: ita fiat in sanctis tuis qui in terra sunt, & de
terra, quod ad corpus attinet, facti sunt, & quãuis ad
cælestem habitationem atq; immutationem, tamẽ de
terra assumendi sunt. Ad hoc respicit etiam illa angelo-
rũ prædicatio, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax
Luc. 2.b.14. hominibus bonæ voluntatis: vt cùm præcesserit bona
voluntas nostra, quæ vocantem sequitur, perficiatur
in nobis voluntas Dei, sicuti est in cælestibus angelis:
B vt nulla aduersitas resistat nostrę beatitudini, quod est
pax. Itẽ fiat voluntas tua, rectè intelligitur, obediatur
præceptis tuis, sicuti in cælo & in terra: id est, sicut ab
angelis, ita ab hominibus. Nã fieri voluntatẽ Dei, cùm
obtemperatur præceptis eius, ipse Dominus dicit, cũ
Ioan.4.c.31. Ibid.6.d.38. Mat.12.d. 49.& 50. ait: Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eius qui me mi
sit. Et sæpe, Nõ veni facere voluntatem meã, sed eius
qui me misit. Et cùm ait, Ecce mater mea, & ecce fra-
tres mei, & quicunque fecerit voluntatem Dei, hic mi
hi est frater, & mater, & soror. Qui enim faciunt volũ-
tatem Dei, in illis vtique fit voluntas Dei. Non quia ip
si faciunt vt velit Deus, sed quia faciunt quod ille vult,
id est, secundum voluntatẽ eius. Est etiam ille intelle-
ctus, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: sicut in
sanctis & iustis, ita etiã in peccatoribus. Quod adhuc
duob° modis accipi potest: siue vt oremus etiã pro ini-
micis nostris. Quid enim sunt aliud habendi, contra
C quorum voluntatem Christianum & catholicum no-
men augetur? Vt ita dictum sit, Fiat voluntas tua sicut
in cælo & in terra: tanquã si diceretur, Faciant volun-
tatẽ tuã sicut iusti, ita etiã & peccatores, vt ad te cõuer
tantur. Siue ita, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in ter
ra: vt sua cuiq; tribuantur: quod fit in extremo iudicio,
vt iustis præmium peccatoribus damnatio tribuatur,
cùm agni ab hædis separabuntur. Ille etiam nõ absur-
dus: imò etiã & fidei & spei nostræ conuenientissimus
Mat.25.c.33. intellectus est, vt cælum & terrã accipiamus, spiritum
& carnẽ. Et quod dicit Apostolus, Mente seruio legi
Rom.7.d.25. Dei, carne autẽ legi peccati: videamus factam voluntã
1.Cor.15.g. 54. tẽ Dei in mente, id est, in spiritu. Cùm autem absorpta
fuerit mors in victoriam, & mortale hoc induerit im-
mortalitatẽ, quod fiet carnis resurrectione, atque illa
immutatione quæ promittitur iustis, secundũ eiusdẽ
Apostoli prędicationẽ, Fiat volũtas Dei sicut in cęlo &
D in terra: id est, vt quẽadmodum spiritus nõ resistit Deo,
sequens & faciens voluntatẽ eius: ita & corpus nõ resi-
stat spiritui vel animæ, quæ nũc corporis infirmitate
vexatur, & in carnalem consuetudinẽ prona est: quod
erit summæ pacis in vita æterna vt nõ solùm velle adi-
aceat nobis, sed etiam perficere bonũ. Nunc enĩ velle,
Rom.7.c.18 inquit, adiacet mihi, perficere autẽ bonum nõ inuenio:
quia nondũ in terra sicuti in cælo, id est, nondum in
carne sicut in spiritu facta est voluntas Dei. Nam & in
miseria nostra fit volũtas Dei, cùm ea patimur per car-
nem quæ nobis mortalitatis iure debentur, quã pec-
cando meruit nostra natura. Sed id orandũ est, vt sicut
in cælo, ita & in terra fiat voluntas Dei: id est, vt quẽ-
admodũ corde cõdelectamur legi, secundũ interiorẽ
Ibid.d.22. hominẽ, ita etiã corporis immutatione facta, huic no-
stræ delectationi nulla pars nostra terrenis doloribus
seu voluptati-

voluptatibus aduersetur. Nec illud à veritate abhor-
A ret, vt accipiamus, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in
terra: sicut in ipso Dño nostro Iesu Christo, ita & in
ecclesia: tanquam in viro qui patris voluntatẽ imple-
uit, ita & in femina quæ illi desponsata est. Cælum e-
nim & terra conuenienter intelligitur, quasi vir & fe-
mina: quoniam terra cælo fœcundante fructifera est.

CAPVT VII. 4 QVARTA petitio, *Panem nostrum quotidianum da nobis*
hodie. Panis quotidianus, aut pro iis omnib° dictus est,
quæ huius vitę necessitatẽ sustentãt, de quo cùm pręci-
Mat.6.d.34. pit, ait: Nolite cogitare de crastino: vt ideo sit addi-
tũ, Da nobis hodie: aut pro sacramẽto corporis Chri-
sti, q̃ quotidie accipim°: aut pro spiritali cibo, de quo
Ioan.6.c.27. & c.41. idẽ Dñs dicit, Operamini escã quæ nõ corrũpitur. Et
illud, Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi. Sed
horũ triũ quid sit probabilius, considerari potest. Nã
fortè quisquã moueatur, cur oremus pro his adipiscẽ-
dis quæ huic vitæ sunt necessaria, veluti est victus &
B Mat.6.d.31. tegumentum, cùm ipse Dñs dicat: Nolite soliciti esse
quid edatis, vel quid induamini. An potest quisq; de
ea re pro qua adipiscenda erat, non esse solicitus, cùm
tanta intentione animi oratio dirigenda sit, vt ad hoc
totũ illud referatur q̃ de claudendis cubiculis dictum
est. Et illud q̃ ait, Quærite primùm regnũ Dei & iusti
Ibid.33. tiã eius, & hæc omnia apponẽtur vobis? Non ait vtiq;,
Quærite primũ regnũ Dei, & deinde ista quærite. Sed
hæc oĩa, inquit, apponẽtur, vobis scilicet etiã nõ quæ-
rentibus. Quomodo autẽ rectè dicatur non quærere
aliq̃s, qd̃ vt accipiat intentissimè Deũ precatur, nescio
vtrũ inuenirì queat. De sacramẽto autẽ corporis Do-
mini vt illi non moueãt q̃stionẽ, qui plurimi in Orien-
talibus partib°, nõ quotidie cœnæ Dominicæ cõmu-
nicant, cùm iste panis quotidianus, dictus sit. Vt ergo
illi taceant, neq; de hac re suã sententiã defendant, vel
ipsa authoritate ecclesiastica sint cõtẽti, quòd sine scã-
dalo ista faciunt, neq; ab eis qui ecclesiis p̃sunt facere
prohibentur, neq; nõ obtẽperãtes dãnatur: vnde pro-
batur nõ hũc in illis partibus intelligi quotidianũ pa-
nẽ. Nã magni peccati crimine arguerentur qui ex eo
nõ accipiũt quotidie. Sed vt de istis, vt dictũ est, nihil
in aliquã partẽ disseramus, illud certè debet occurrere
cogitantibus, regulã nos orandi à Domino accepisse,
quã trãsgredi nõ oportet vel addẽdo aliquid, vel præ-
tereũdo. Quod cùm ita sit, quis est qui audeat dicere,
semel tantùm nos orare debere orationẽ Dominicã,
aut certè etiã si iterũ vel tertiò vsq; ad eã tantùm horã
qua corpori Dñi cõmunicamus, postea verò non sit
orãdũ p̃ reliquas partes diei? Non enim iã dicere pote-
rimus, da nobis hodie, quod iã accepimus. Aut poterit
quisq; cogere, vt etiã vltima diei parte sacramẽtũ illud
celebremus? Restat igitur, vt quotidianũ panem acci-
piamus spiritalem, præcepta scilicet diuina, quæ quo-
Ioan.6.c.27 tidie oportet meditari & operari. Nam de ipsis Do-
minus dicit, Operamini escam quæ nõ corrumpitur.
Quotidianus autem iste cibus nunc dicitur, quamdiu
ista vita temporalis per dies decedentes succeden-
tésque peragitur. Et reuera quamdiu nunc in superio-
ra, nunc in inferiora, id est, nunc in spiritalia, nunc in
carnalia animi affectus alternant, tanquam ei qui ali-
quando pascitur cibo, aliquãdo famem patitur, quo-
tidie panis necessarius est, quo reficiatur esuriens &
relabens erigatur. Sicut itaque corpus nostrum in hac
vita, ante illam scilicet immutationem, cibo reficitur,
quia sentit dispendium: sic & animus quoniam tem-
poralibus affectibus quasi dispendium ab intentione
al. reficitur. Dei patitur, præceptorum cibo †reficiatur. Da nobis
hodie dictum est, quamdiu dicitur hodie, id est, in hac
tẽporali vita. Sic enim cibo spiritali post hanc vitam
saturabimur in æternum, vt non tunc dicatur, quoti-
A dianus panis: quia ibi temporalis volubilitas, quæ die-
bus dies succedere facit, vnde appellat quotidie, nulla
erit. Vt autẽ dictũ est, Hodie si vocẽ ei° audieritis: qd̃
Psal.94.b.8. interpretatur Apostolus in epistola quæ ad Hebręos,
quamdiu dicitur hodie: ita & hic accipiendũ est, Da
Heb.3.b.7. nobis hodie. Si quis autẽ etiam illa quæ de victu cor-
poris necessario, vel sacramento Dominici corporis
istam sentẽtiam vult accipere, oportet vt cõiunctẽ ac-
cipiãtur oĩa tria, vt scilicet quotidianũ panẽ simul pe-
tamus, & necessariũ corpori, & sacramentũ visibile, &
inuisibile verbi Dei. CAPVT VIII. SEQVITVR quinta peti-
5 tio, *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus*
debitoribus nostris. Debita peccata dici manifestum est,
vel illinc quod ait idẽ Dominus, Nõ exies inde donec
Mat.5.d.26. reddas nouissimũ quadrantẽ: vel illinc quòd debito-
res appellauit qui ei nũciati sunt extĩcti, vel ruina tur-
Lucæ 13 a.1. ris, vel quorũ sãguinẽ Herodes sacrificio miscuit. Di-
xit enim, putare homines quòd illi vltra modũ debi-
tores essent, id est, peccatores: & addidit, Amen dico
vobis, nisi pœnitentiam egeritis, similiter moriemini.
Nõ hic ergo quisq; vrgetur pecuniam dimittere debi-
toribus, sed quęcũque in eũ alius peccauerit. Nam pe-
cuniam dimittere illo potius iubemur præcepto, quod
superiùs dictũ est, Si q̃s tibi tunicam tollere voluerit,
Mat.5.f.40. & iudicio tecũ cõtendere, dimitte ei & palliũ: nec ibi
necesse est omni pecuniario debitori dimittere debi-
tũ, sed ei qui reddere noluerit, in tantũ vt vellet etiam
litigare. Seruũ autẽ Dñi, vt ait Apostolus, non oportet
2.Tim.2.d. 24. litigare. Qui ergo vel sponte vel cõuentus pecuniam
debitam reddere noluerit, dimittenda illi est. Duas
enim ob res nollet reddere, vel quòd non habeat, vel
quòd auarus sit, reique alienæ cupidus. Vtrũq; autem
pertinet ad inopiam. Nam illa inopia est rei familiaris,
C hæc animi. Quisquis itaq; tali dimittit debitũ, inopi
dimittit, opũsq; Christianũ operatur, manẽte illa re-
gula, vt in animo paratus sit ãmittere quod sibi debe-
tur. Nam si modestè & leniter omnimodo egerit, vt si-
bi restituatur, nõ tam intendẽs fructũ pecuniæ, quãm
vt hominẽ corrigat, cui sine dubio perniciosum est ha-
bere vnde reddat, & nõ reddere: nõ solũ nõ peccabit,
sed proderit ei etiam plurimũ: ne ille dũ alienam pecu
niam lucrũ facere vult, damnũ fidei patiatur; quod trã-
to est grauius, vt nulla sit cõparatio. Ex quo intelligi-
tur etiam in ista quinta petitione, qua dicimus, Dimit
te nobis debita nostra: non de pecunia quidẽ dici, sed
de omnib° quæ in nos quisque peccat, ac per hoc etiã
de pecunia. Peccat namq; in te, qui tibi pecuniam de-
bitam, cũ habeat vnde reddat, recusat reddere. Quod
peccatũ si nõ dimiseris, nõ poteris dicere, dimitte no-
bis, sicut & nos dimittim°. Si autẽ ignoueris, vides etiã
D de pecunia animi dimittenda admoneri eum, cui tali
prece orare præcipit. Illud sanè tractari potest, vt quã-
do dicimus, Dimitte nobis debita nostra, & reliqua:
tũc cõuincamur cõtra istam regulam fecisse, si eis non
dimittimus qui veniam petunt, quia & nobis veniam
Mat.5.g.44. petẽtibus à benignissimo patre dimitti volumus. Sed
illo tursus præcepto, quo iubemur orare pro inimicis
nostris, nõ p̃ his iubemur q̃ veniam petunt. Iam enim
q̃ tales sunt, nõ sunt inimici. Nullo modo autem quis-
quã verè dixerit orare se pro eo cui nõ ignouerit. Qua
propter fatendũ est, oĩa peccata dimittenda esse, quæ
in nos admittũtur, si volumus nobis à patre dimitti q̃
admittimus. Nam de vindicta superiùs, vt arbitror, sa-
tis disputatum est. CAPVT IX. SEQVITVR sexta petitio, *Et ne*
nos inferas in tentationẽ. Nonnulli codices habent, in-
6 ducas, quod tantũdẽ valere arbitror: nã ex vno Græco
quod est εἰσφέρῃς, vtrũque translatũ est. Multi autem

precando ita dicunt, Ne nos patiaris induci in tẽtationem: exponẽtes videlicet quomodo dictũ sit, inducas. Non enim per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eũ, quẽ suo auxilio deseruerit ordine occultissimo ac meritis. Causis etiã sæpe manifestis dignũ iudicat illũ quẽ deserat, & in tẽtationẽ induci sinat. Aliud est autẽ induci in tentationẽ, aliud est tẽtari. Nã sine tentatione probatus esse nullus potest, siue sibiipsi, sicut
Eccl.34.b.9. scriptũ est, Qui nõ est tentatus, qualia scit? siue alij, sicut Apostolus ait, Et tẽtationẽ vestrã in carne mea nõ
11. Gal.4.b.14. spreuistis. Hinc enim eos firmos ipse cognouit, quia
al. secundum carnem. eius tribulationibus, quæ Apostolo † in carne acciderant, nõ sunt à charitate deflexi: nã Deo noti sum⁹, & ante oẽs tentationes, qui scit oĩa antequã fiant. Quod
Deut.13.a.3. itaq; scriptũ est, Tentat vos Dñs Deus vester, vt sciat si diligatis eũ: illa locutione postrũ est, vt sciat, pro eo quod est, vt scire vos faciat: sicut diẽ lætum dicimus, quòd lætos faciat, & frigus pigrũ, quòd pigros facit, & innumerabilia huiusmodi, quæ siue in consuetudine loquẽdi, siue in sermone doctorũ, siue in scripturis sanctis reperiuntur: quod non intelligentes hæretici qui veteri Testamẽto aduersantur, velut ignorantiæ vitio notandũ putant eũ de quo dictũ est, Tentat vos Dominus Deus vester: quasi in Euãgelio de Domino seri
Ioan.6.a.6. ptũ nõ sit, Hoc autẽ dicebat tẽtãs eũ: nam ipse sciebat quid esset facturus. Si enim nouerat cor eius quẽ tẽtabat, quid est quod voluit videri tẽtando? Sed profectò illud factũ est, vt ipse sibi notus fieret qui tentabatur, suamq; desperationẽ cõdẽnaret saturatis turbis de pane Domini, q; eas nõ habere quod ederẽt existimauerat. Non ergo hic oratur, vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationẽ: tanquam si quispiam cui necesse sit igne examinari, nõ oret vt igne nõ cõtingatur,
Eccl.27.a.6. sed vt nõ exuratur. Vasa enim figuli probat fornax, &
Gen.39.b.7. homines iustos tentatio tribulationis. Ioseph ergo tẽtatus est illecebra stupri, sed nõ est illatus in tẽtationẽ:
Dan.13.c. 20. Susanna tentata est, nec ipsa inducta vel illata in tẽtationẽ: multiq; alij vtriusq; sex⁹, sed Iob maximè, cuius
Iob.1.b.13. admirabilẽ stabilitatẽ in Deo Dño suo, cùm illi hæretici hostes veteris Testamẽti ore sacrilego irridere voluerint, illud p̃ cæteris ventilant, quòd satanas petierit eũ tentandũ. Quærunt enim ab imperitis hominibus talia intelligere nequaquã valentibus, quomodo satanas cũ Deo loqui potuerit: non intuentes, non enim possunt, cùm superstitione & cõtentione cæcati sint, Dominũ nõ loci spatiũ mole corporis occupare, & sic alibi esse, alibi nõ esse, vel certè hic habere partẽ aliã, & alibi aliã: sed maiestate vbiq; præsto esse, nõ per partes diuisum, sed vbiq; perfectũ. Quòd si carnaliter in-
Esa.66.a.1. tuentur quod dictũ est, Cælum mihi sedes est, & terra
Mat.5.f.34. scabellũ pedũ meorum: Cui loco Dominus attestatur dicens: Non iuretis, neq; p̃ cælũ, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedũ eius: quid mirum si in terra diabolus cõstitutus, ante pedes Dei stetit, & coram illo aliquid locutus est? Nam quando illi valent intelligere, nullam esse animam, quamuis peruersam, quæ tamen vllo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus? Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem, nisi
Rom.2.b.14 Deus? De qua lege Apostolus ait, Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis, contestãte conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam excusantium, in die qua iudicabit Dominus ócculta hominum. Quapropter si omnis anima rationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cùm cogitat & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione verũ est, nõ ei tribuẽdũ est, sed ipsi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro sui capacitate illustratur, vt verũ aliquid in ratiocinando sentiat: quid mirũ si diaboli anima praua cupiditate peruersa, quicquid tamen verũ de iusto viro cogitauit, cùm eũ tẽtare vellet, ipsius Dei voce, id est, ipsius veritatis voce audisse perhibetur? Quicquid autẽ falsum, illi cupiditati tribuitur, qua diaboli nomen accepit. Quãuis etiam per creaturã corporalẽ atq; visibilẽ Deus plerũq; locutus est seu bonis seu malis, tanquã omniũ Dominus & rector, & pro cuiusque rei meritis ordinator: sicut per angelos qui hominũ quoq; aspectibus apparuerũt, & per prophetas dicentes, Hæc dicit Dominus. Quid ergo mirũ, si quanquã nõ in ipsa cogitatione, per aliquã certè creaturã tali operi accõmodatã Deus locutus esse cũ diabolo dicitur? Nec dignitatis esse arbitrentur, & quasi iustitię meritũ, quòd cũ illo Deus locutus est: quoniã locutus est cũ anima angelica, quanquã stulta & cupida, tãquã si loqueretur cũ anima humana stulta & cupida. Aut ipsi dicãt quomodo locut⁹ est Deus cũ illo diuite, cuius cupiditatẽ stultissimã arguere voluit, dicẽs: Stulte, hac nocte anima tua expostulatur à
Lucæ 12.f. 20. te, hæc quæ præparasti cuius erũt? Certè hoc ipse Dominus in Euãgelio dicit, cui hæretici isti velint nolint
Iob.1.b.10. colla submittunt. Si autẽ hoc mouentur, quòd tentãdũ iustũ satanas petit à Deo: nõ ego expono quare sit factũ, sed ipsos cogo exponere quare sit dictũ in Euangelio ab ipso Dño discipulis, Ecce satanas petiit vos
Lucæ 22.d. 31. vexare quasi triticũ. Et Petro ait, Ego autẽ postulaui ne deficiat fides tua. Cùm autẽ hęc exponunt mihi, simul illud quod à me quærunt exponunt sibi. Si verò non valuerint hoc exponere, non audeant id quod in Euangelio sine offensione non intelligũt, in alio libro cũ temeritate culpare. Fiunt igitur tẽtationes per satanã non potestate eius, sed permissu Domini, ad homines aut pro suis peccatis puniendos, aut pro Domini misericordia probandos & exercendos. Sed interest plurimũ in qualẽ quisque tentationem incidat. Non enim talẽ incidit Iudas, qui vendidit Dominũ, in qualẽ incidit Petrus, cùm territus Dominũ negauit. Sunt enim tẽtationes humanæ, credo cùm bono quisque animo, secundũ humanã tamen fragilitatẽ, in aliquo consilio labitur: aut irritatur in fratrẽ studio corrigendi, paulo tamen amplius quàm Christiana trãquillitas postulat: de quibus Apostolus dicit, Tentatio vos
1.Cor.10.c. non apprehendat, nisi humana: cùm idẽ dicat, Fidelis
13. Deus, qui vos non sinat tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet cũ tentatione etiã prouentũ, vt possitis toleratre. In qua sententia satis ostẽdit, non id nobis orandum esse, vt non tentemur, sed ne in tentationem inducamur. Inducimur enim, si tales acciderint quales ferre non possumus. Sed cùm tentationes periculosæ, in quas inferri atq; induci † periculosum est, aut
al. perniciũ. prosperis rebus temporalibus, aut aduersis oriantur, nemo frangitur aduersarum rerum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur. Vltima & septima petitio est, *Sed libera nos à malo.* Orandum est enim vt non solùm non inducamur in malum, quo caremus, quod sexto loco petitur, sed ab illo etiam liberemur, quò iam inducti sumus. Quod cùm factum fuerit, nihil remanebit formidolosum, nec omnino metuenda erit vlla tentatio. Quod tamen in hac vita
Gen.3.a.1. quamdiu istam mortalitatem circumferimus, in quã serpentina persuasione inducti sumus, non sperãdum est posse fieri, sed tamen aliquando futurum sperandum est, & hæc est spes quæ non videtur. De qua cùm loqueretur Apostolus, ait: Spes autem quæ vi-
Rom.8.c.24 detur, non est spes; Sed tamen sapientia quæ in hac quoque

quoq; vita concessa est, fidelibus seruis Dei nõ est desperãda. Ea est autẽ, vt id q; Dño reuelãte fugiendũ esse intellexerimus, cautissima vigilãtia fugiamus: & id q; Dño reuelante appetendũ esse intellexerimus, flagrãtissima charitate appetamus. Ita enĩ relicto mortalitatis huiʼ onere, ipsa morte deposita, ex omni hõis parte opportuno tẽpore perficietur beatitudo, quæ in hac vita inchoata est, & cui capessendæ atq; obtinendæ aliquãdo, nunc omnis conatus impenditur. SED harũ
CAPVT X. septẽ petitionũ consideranda & cõmendanda distinctio est. Nã cùm vita nostra tẽporaliter nũc agatur, atq; speretur ęterna, & cùm ęterna priora sint dignitate, quamuis tẽporalibus ptius actis ad illa transeatur, triũ primarũ petitionũ impetrationes in hac vita, quæ in isto seculo agitur, exordiũ capiũt. Nam & sanctificatio nominis Dei ab ipso humilitatis Domini aduentu agi cœpit: & aduentus regni eius, quo in claritate vẽturus est, non iã finito seculo, sed in fine seculi manifestabitur: & perfectio volũtatis eius, sicut in cælo & in terra: siue iustos & peccatores cælũ & terram intelligas, siue spiritũ & carnem, siue Dñm & ecclesiã, siue omnia simul: ipsa perfectio est nostrę beatitudinis, & ideo seculi terminatione cõplebitur, tamen omnia tria in æternũ manebũt: nã & sanctificatio nominis Dei sempiterna erit, & regni eius nõ est finis: & perfectæ nostræ beatitudini ęterna vita promittitur. Permanebũt ergo ista tria consummata atq; cumulata in illa vita, quæ nobis promittitur. Reliqua verò quatuor quæ petimus, ad
Mat.6.b.11. temporalẽ istã vitã pertinere mihi videntur. Quorum primũ est, Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Hoc ipso enim quòd dictus est quotidianus panis, siue spiritalis significetur, siue in sacramento, aut in victu iste visibilis, ad hoc tẽpus pertinet, quod appellauit hodie: non quia spiritalis cibus non est sempiternus, sed quia iste qui quotidianus dictus est in scripturis, siue in strepitu sermonis, siue quibusq; tẽporalibus signis exhibetur animæ: quæ omnia tũc vtiq; non erunt, cùm
Esa.54.f.13. omnes erunt docibiles Deo, & ipsam ineffabilem lucẽ
Ioan.6.c.45. veritatis, non motu corporũ significantes, sed puritate mentis haurientes. Nã fortasse & propterea panis dictus est, nõ potus: quia panis frangẽdo atq; mandẽdo, in alimentũ conuertitur: sicut scripturæ aperiendo & differẽdo animam pascunt: potus verò paratus, sicuti est, trãsit in corp⁹. Vt isto tẽpore panis sit veritas, cùm quotidianus panis dicitur: tunc autẽ potus cùm nullo labore disputãdi & sermocinandi, quasi frangendi atq; mandendi, opus erit, sed solo haustu sinceræ & perspicuæ veritatis. Et peccata nũc nobis dimittuntur, & nunc dimittimus, quæ harũ quatuor reliquarũ secunda petitio est. Tunc autem nulla erit venia peccatorũ, quia nulla peccata, & tẽtationes temporalẽ istam vitã infestãt. Nõ autem erunt, cùm perfectum fuerit quod
Psal.30.d.21. dictum est, Abscõdes eos in † abdito vultus tui. Et ma
al. abscondito. lum, à quo liberari optamus, & ipsa liberatio à malo ad hãc vtique vitã pertinet, quam & iustitia Dei mortalem meruimus, & vnde ipsius misericordia liberamur. VIDETVR etiam mihi septenarius iste
CAPVT XI. numerus harum petitionum cõgruere illi septenario numero, ex quo totus iste sermo manauit. Si enim ti-
Mat.5.a.3. mor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorũ, petamus vt sanctificetur
1 in hominibus nomen Dei, timore casto permanente in secula seculorum. Si pietas est, qua beati sunt mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram, petamus vt veniat regnum eius: siue in nosipsos, vt mitescamus,
2 neq; ei resistamus: siue de cælo in terras in claritate aduẽtus Domini, quo nos gaudebimus, & laudabimus,
Mat.25.c.34 dicente illo, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. In Dño, inquit Propheta, laudabitur anima mea: Psal.33.a.3.
audiãt mansueti, & iocũdẽtur. Si sciẽtia est, qua beati sunt qui lugẽt, q̃ũ ipsi cõsolabũtur; oremus vt fiat volũtas eius sicut in cælo & in terra: quia cùm corpus tanquã terra spiritui, tãquã cælo, sũma & tota pace cõsẽ-
3 rit, nõ lugebimus: nã nullus alius huius tẽporis luctʼ est, nisi cùm aduersus se ista cõfligũt, & cogunt nos dicere, Video aliã legẽ in membris meis, repugnatẽ legi
Rom.7.d.23 mentis meæ: & luctũ nostrũ lachrymosa voce testari: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Si fortitudo est, qua beati sunt qui esuriũt & sitiũt iustitiã, quoniã ipsi saturabuntur: oremus vt panis
4 nostẽr quotidianus detur nobis hodie: quo fulti atque sustẽtati, ad plenissimã illã saturitatẽ venire possimus. Si cõsiliũ est, quo beati sunt misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus, dimittamus debita debitoribus
5 nostris, & oremus vt nobis nostra dimittãtur. Si intellectus est, quo beati sunt mũdi corde, quoniã ipsi Deũ
B 6 videbũt, oremus non induci in tentationẽ: ne habeamus: duplex cor, nõ appetẽdo simplex bonũ, quò referamus omnia quæ operamur, sed simul tẽporalia & terrena sectando. Tẽtationes enĩ ex his rebus quæ graues & calamitosæ videtur hominibus, nõ in nos valent, si non valeãt illæ, quæ blãditiis earũ rerũ accidunt, quas homines bonas & lætabũdas putãt. Si sapiẽtia est, qua beati sunt pacifici, quoniã ipsi filij Dei vocabuntur, o-
7 remus vt liberemur à malo: ipsa enim liberatio liberos nos facit, id est, filios Dei, vt spiritu adoptionis clame-
Rom.8.c.15. Gal.4.a.6. mus, Abba pater. Sanè non negligenter prætereundũ est, quòd ex omnibus iis sentẽtiis, quibʼ nos orare Dñs præcepit, eã potissimum cõmendandã esse iudicauit, quæ pertinet ad dimissionẽ peccatorũ: in qua nos misericordes esse voluit, q̃ vnũ est consiliũ miseriæ euadendi. In nulla enim alia sententia sic oramus, vt quasi paciscamur cũ Domino: dicimus enim, dimitte nobis
Mat.6.b.12. debita nostra, sicut & nos dimittimʼ. In qua pactione si mẽtimur, totius orationis nullus erit fructus. Sic enĩ
Ibid.b.14. dicit: *Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet et vobis pater vester qui in cælis est peccata vestra. Si autẽ non dimiseritis hominibʼ, neq; pater vester dimittet vobis delicta vestra.*

SEQVITVR di ieiunio præceptũ, pertinens ad eãdẽ cordis mũdationẽ, de qua nũc agitur. Nã & in hoc
CAPVT XII. opere cauẽdũ est, ne surrepat aliqua ostẽtatio & appetitus laudis humanæ, qui duplicet cor nostrũ, & nõ sinat mundũ & simplex esse ad intelligendũ Deũ. *Cùm*
Mat.6.b.16. *autẽ ieiunatis*, inquit, *nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminãt enim vultũ suum, vt videantur hominibus ieiunãtes: amẽ dico vobis perceperunt mercedẽ suã. Vos autẽ ieiunãtes vngite capita vestra, & facies vestras lauate, ne videamini hominibus ieiunantes, sed patri vestro qui est in abscondito: & pater vester qui videt in abscondito reddet vobis.* Manifestum est his præceptis omnem nostram intentio-
D nem in interiora gaudia dirigi: ne foris quærentes mercedem huic seculo conformemur, & amittamus promissionem tanto solidioris atquæ firmioris, quãto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imagines filij sui. In hoc autem capitulo maximè aduertẽdum est, non in solo rerum corporearũ nitore atq; põpa, sed etiã in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactãtiã: & eo periculosiorẽ, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atq; vestitu, vel cæterarũ rerũ nitore præfulget, facilè cõuincitur rebus ipsis, põparũ seculi esse sectator, neq; quenquã fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autẽ in professione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intẽtos in se oculos hominũ facit, cùm id volũtate faciat, nõ necessitate patiatur, cæteris eius operibus potest cõiici, vtrũ hoc cõtemptu superflui cultus,

an ambit. one aliqua faciat, quia & sub ouina pelle ca-
Matt 7.c.15. uēdos lupos Dominꝰ præcepit: Sed ex fructibꝰ, inquit,
eorū cognoscetis eos. Cùm enim cœperint aliquibus
tēptationibꝰ ea ipsa scilicet illis subtrahi vel negari, quæ
isto velamine vel cōsecuti sunt, vel cōsequi cupiūt, tūc
necesse est vt appareat, vtrū lupus in ouina pelle sit, an
ouis in sua. Nō enī propterea ornatu superfluo debet
aspectus hominū mulcere Christianus, quia illū par-
cum habitū ac necessarium etiam simulatores sæpius
vsurpant, vt incautos decipiāt: quia & illæ oues nō de-
bent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se cōte-
gant. Quæri ergo solet quid sit q̄ ait, Vos autē cùm ie-
iunatis, vngite capita vestra: & reliqua. Nō enim rectè
quisquā præceperit, quamuis faciē quotidiana cōsuet-
udine lauemus, vnctis etiā capitibus cùm ieiunamus,
nos esse debere. Quod si turpissimū omnes fatētur, in-
telligendū est hoc præceptū vngendi caput, & faciem
lauandi, ad interiorē hominē pertinere: Vngere ergo
caput, ad lætitiā pertinet: lauare autē faciē, ad mundi-
tiā: & ideo caput vngit, qui lætatur interius & mente
atq; ratione. Hoc enim rectè accipimꝰ caput, quod in
anima præeminet, & quo cætera hominis regi & gu-
bernari manifestū est. Et hoc facit qui non foris quæ-
rit lætitiā, vt de laudibus hominū carnaliter gaudeat.
Caro autē quæ subiecta esse debet, nullo modo est to-
tius naturæ humanę caput. Nemo quidē vnquā carnē
Eph.5.g.30. suā odio habuit, sicut Apostolus dicit, cùm de diligen-
da vxore præcipit, sed caput mulieris vir, cui viro ca-
1.Cor.11.a.3. pud est Christus. Interius ergo gaudeat in ieiunio suo,
eo ipso quo sic se ieiunādo auertit à voluptate seculi,
vt sit subditus Christo, qui secundū hoc præceptū ca-
put vnctū habere desiderat. Ita enim & faciē lauabit,
id est, cor mūdabit, quo visurus est Deū, non interpo-
sito velamine propter infirmitatē contractā de sordi-
bus, sed firmus & stabilis, quoniā mundus & simplex.
Esa.1.d.16. Lauamini, inquit, mundi estote, auferte nequitias ab
animis vestris, atq; à cōspectu oculorū meorū. Ab his
igitur sordibus facies nostra lauāda est, quibus Dei as-
2.Cor.3.d.18 pectus offenditur. Nos enim reuelata facie gloriā Do-
mini speculātes, in eandē imaginē transformabimur.
Sæpe etiā cogitatio necessariarū rerū ad istā vitā per-
tinentiū, fauciat & sordidat interiorē oculū nostrum:
& plerūq; cor duplicat, vt ea quæ videmur cū homini-
bus rectè facere, non eo corde faciamus, quo Dūs pre-
cipit: id est, quia eos diligimus, sed quia commodū ab
eis aliquod propter necessitatē præsentis vitæ adipisci
volumus. Debemus autē benefacere illis propter salu-
tē ipsorū æternam, non propter temporale commodū
Psal.118.36. nostrū. Inclinet ergo Deus cor nostrum in testimonia
1.Tim.1.a.5. sua, & nō in emolumentū. Finis enim præcepti est cha-
ritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non fi-
cta. Qui autē propter suā in hac vita necessitatē fratri
consulit, non vtiq; charitati consulit, quia nō illi, quē
debet tanquam seipsum diligere, sed sibi consulit, vel
potius nec sibi: quando quidem hinc sibi facit duplex
cor, quo impeditur ad videndū Deum: in qua sola vi-
sione est beatitudo certa atque perpetua. Rectè ergo
sequitur, & præcipit, qui mundando cordi nostro in-
Capvt xiii. stat, dicens: Nolite *vobis condere thesauros*
Mat 6.c.19. *in terra, vbi ærugo & tineæ exterminant.* & reliqua. Er-
go si in terra erit cor: id est, si eo corde quisq; operetur
aliquid, vt terrenum cōmodum adipiscatur, quomo-
do erit mundū cor, quod in terra volutatur? Si autē in
cælo, mundū erit, quia munda sunt quæcunque cæle-
stia: sordescit enim aliquid, cùm inferiori miscetur na
turæ, quāuis in suo genere; non sordidæ: quia etiam de
puro argēto sordidatur aurum, si misceatur: ita & ani-
mus noster terrenorū cupiditate sordescit, quāuis ipsa
terra in suo genere atq; ordine munda sit. Cęlū autem
A hoc loco non corporeū accipimus, quia omne corpus
p̄ terra habendū est. Totum enim mundum debet cō-
temnere, qui sibi thesaurizat in cælo, de quo dictū est,
Cælum cæli Dño, id est, in firmamēto spiritali. Non
Psal.113.d. enim in eo quod transiet, cōstituere & collocare debe-
16. mus thesaurū nostrū, & cor nostrū, sed in eo quod sem
per permanet. Cęlū autē & terra transibūt. Et hic ma-
Mat.24.c. nifestat de mundando corde se cuncta ista præcipere,
35. cùm dicit, *Lucerna corporis tui oculus tuus est. Si ergo oculus
tuus simplex fuerit, totū corpus tuū lucidū fuerit*: & reliqua.
Qui locus sic intelligēdus est, vt nouerimus omnia o-
pera nostra tūc esse mūda, & placere in conspectu Dei,
si fiant simplici corde: id est, intētione superna fine illo
Rom.11.c. charitatis: quia & plenitudo legis charitas. Oculū er-
21. go hic accipere debemus ipsam intentionē, qua faci-
Rom.13.c. mus quicquid facimus: quæ si mūda fuerit & recta, &
10. B illud aspiciēs q̄ aspiciēdū est, omnia opera nostra, quæ
secundū eā operamur, necesse est bona sint. Quæ om-
nia opera totū corpus appellauit quia & apostolus mē-
bra nostra dicit quædā opera, quę improbat, & morti-
Col.3.a.5. ficāda præcepit, dicēs: Mortificate ergo mēbra vestra
quæ sunt super terrā: fornicationē, immunditiā, auari-
tiā, & cætera talia. Nō ergo quid quisq; faciat, sed quo
animo faciat, considerādū est. Hoc est enim lumen in
nobis, quia hoc nobis manifestū est bono animo nos
facere q̄ facimus: omne enī quod manifestatur, lumen
est. Nā ipsa facta quæ ad hominū societatē, à nobis pro
cedunt, incertū habēt exitū: & ideo tenebras eas voca-
uit. Nō enim noui, cùm pecuniā porrigo indigenti &
petēti, quid inde aut facturus sit, aut passurus: & fieri
potest, vt vel faciat ex ea, vel propter eā patiat aliquid
mali, quod ego cùm darē, non euenire voluerim, neq;
hoc animo dederim. Itaque si bono animo feci, quod
C mihi cùm facerē, notū erat, & ideo lumē vocatur: illu
minatur etiam factū meū, qualemcū q; exitū habuerit:
qui exitus quoniā incertus & ignotus est, tenebræ ap-
pellatæ sunt. Si autē malo animo feci, etiā ipsum lumē
tenebræ sunt. Lumen enim dicitur, quia nouit quisq;
quo animo faciat, etiā cùm malo animo facit, sed ipsū
lumē tenebræ sunt, quia nō in superna dirigit simplex
intentio, sed ad inferiora declinatur, & duplici corde
quasi vmbrā facit. *Si ergo lumē, quod in te est, tenebræ sunt,*
Mat.6.c.23. *ipsæ tenebræ quātæ sunt?* Hoc est, si ipsa cordis intētio, qua
facis quod facis, quæ tibi nota est, sordidatur appetitu
rerū terrenarū & tēporaliū, atq; cæcatur; quāto magis
ipsum factū, cuius incertus est exitus, sordidū & tene-
brosum est? quia & si bene alicui proueniat, q̄ tu non
recta & munda intentione facis, quomodo tu feceris,
tibi imputatur, nō quomodo illi prouenerit. Quod
Capvt xiiii. autē sequit & dicit, *Nemo potest duobus dominis seruire*: ad
D hāc ipsam intētionē referēdū est, quod cōsequēter ex
ponit, dicēs, *Aut enim vnū odio habebit, & alterū diliget:
aut alterū patietur, & alterū contemnet.* Quæ verba dili-
genter consideranda sunt: nam qui sint duo domini,
deinceps ostendit cùm dicit, *Non potestis Deo seruire &
mammonæ*. Māmona apud Hebræos diuitiæ appellati
dicuntur. Cōgruit & Punicū nomē: nam lucrū Puni-
cèmamon dicitur. Sed qui seruit mammonæ, illi vti-
que seruit, qui rebus istis terrenis merito fuæ peruer-
sitatis præpositus, magistratus huius seculi à Domino
dicitur. Aut enim vnum odio habebit homo, & alte-
rum diliget: id est, Deum: aut alterum patietur, & al-
terum contemnet. Patietur enim durum & pernicio-
sum dominum, quisquis seruit mammonæ: sua enim
cupiditate implicatus, subditur diabolo: & non cum
diligit: quis enim est qui diligat diabolùm? sed tamen
patitur. Sic in maiore aliqua domo, qui ancillæ alienæ
coniunctus

cōiūctus est, propter cupiditatē suā duram patitur ser
uitutē, etiā si non diligat eum, cuius ancillā diligit. Al-
terū autē contemnet, dicit, non odio habebit. Nullius
1.Petra.19. enim ferè conscientia Deū odisse potest: cōtemnit au-
tē, id est non timet eū, qui quasi de eius bonitate secu-
rus est. Ab hac negligentia & perniciosa securitate re-
Rom 5.b.9 uocat nos Spiritus sanctus, cùm per Prophetā dicit, Fi-
li, ne adiicias peccatū super peccatū, & dicas, Misera-
Rom.2.a.4. tio Dei magna est: Ignoras quia patientia Dei ad pœ-
nitentiā te inuitat? Cuius enī tanta misericordia com-
memorari potest, quàm eius qui omnia donat peccata
cōuersis, & oleastrū facit participē pinguedinis oliuæ?
Et cuius tanta seueritas, quàm eius qui naturalibus ra-
Rom.11.c. mis nō pepercit, sed p̄ter infidelitatē fregit illos? Sed
21. quisquis vult diligere Deū, & cauere ne offendat, non
Sap.1. se arbitretur duobus dominis posse seruire, & intētio-
nē cordis sui rectā, ab omni duplicitate explicet: Ita e-
nim sentiet de Deo, in bonitate & simplicitate cordis
Capvt xv. quæret illū. Ideo, inquit, *dico vobis, nō habere solicitu-
dinem animæ vestræ quid edatis, neq; corpori vestro quid in-
duatis*. Ne fortè, quāuis iā superflua nō quęrantur, pro-
pter ipsa necessaria cor duplicetur, & ad ipsa conquirē-
da nostra detorqueatur intētio, cùm aliquid quasi mi-
sericorditer operamur: id est, vt cùm consulere alicui
videri volumus, nostrū emolumentū ibi potius, quàm
illius vtilitatē attendamus: & ideo nobis nō videamur
peccare, quia nō superflua, sed necessaria sunt quæ cō-
sequi volumus. Dominus autē admonet, vt meminē-
rimus multo amplius nobis Deū dedisse, quando nos
fecit & cōposuit ex anima & corpore, quàm est alimē-
tū atq; tegumentū, quorū cura nos duplicare cor non
vult. Nónne, inquit, *anima plus est quàm esca?* Vt tu intelli-
gas eū, qui dedit animā, multo facilius escā esse datu-
rū: & corpus quàm vestimētum: id est, plus est: vt simi-
liter intelligas, eū qui corpus dedit, multo facilius da-
turū esse vestimentū. Quo loco quæri solet, vtrū & ad
animā cibus iste pertineat, cùm anima incorporea sit,
iste autē cibus corporeus? Sed animā hoc loco pro ista
vita positā nouerimus, cuius retinaculū est alimentum
istud corporeū. Secundum hanc significationem dictū
Rom.12.d. est etiā illud, Qui amat animā suam, perdet illā. Quod
25. nisi de hac vita acceperimus, quam oportet pro regno
Dei perdere, quod potuisse martyres claruit, cōtrariū
Matt.16.d. hoc præceptum erit illi sententiæ, qua dictū est, Quid
26. prodest homini, si totum mundū lucretur, animæ au-
Matth.6.c. tē suę detrimentū faciat? *Respicite*, inquit, *volatilia cæli,
26. quoniā non seruant, neque metunt, neque congregant in horrea,
& pater vester cælestis pascit illa. Nōne vos pluris estis illis*: id
est cariꝰ vos valetis? Quia vtiq; rationale animal, sicuti
est homo, sublimius ordinatū est in rerū natura, quam
irrationabilia, sicut sunt aues. *Quis autē vestrùm curans*,
inquit, „*potest addiicere ad staturam suam cubitum vnum? Et
D de vestimento quid solliciti estis*? id est, cuius potestate at-
que dominatu factum est, vt ad hanc staturam corpus
vestrum perduceretur, eius prouidentia etiam vestiri
potest. Non autem vestra cura factum esse, vt ad hanc
staturam veniret corpus vestrum, ex hoc intelligi po-
test quòd si curetis, & velitis adiicere vnum cubitum
huic staturę, non potestis. Illi ergo etiam tegendi cor-
poris curam relinquite, cuiꝰ videtis cura factum esse,
vt tantæ staturæ corpus habeatis. Dandum autem e-
rat etiam documentum propter vestimentum, sicut
datum est propter alimentum. Itaq; sequitur & dicit:
*Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque
nent*: & reliqua vsque, *Quanto magis ergo vos modicæ fi-
dei?* Sed ista documenta non sic allegoricè discutienda
sunt, vt quęramus quid significent aues cæli, aut lilia
agri. Posita sunt enim, vt de rebus minoribus maiora

A persuaderētur: sicuti illud est de iudice, qui nec Deum Luc.18.a.2.
timebat; nec hominē reuerebatur: & tamen, sæpe in-
terpellanti viduæ cessit, vt eius causam cōsideraret: nō
propter pietatē aut humilitatē, sed ne tædiū pateret.
Nō enim vllo modo ille iniustus iudex personā Domi
ni allegoricè sustinet, sed tamē quantū Deꝰ, qui bonus
est & iustꝰ, curet deprecātes se, hinc coniici Dominus
voluit: quia nec iniustus homo eos, qui illū assiduis pre
cibus tundunt, vel propter tædiū deuitādū, potest con-
tēnere. Nolite *ergo*, inquit, *solliciti esse, dicentes: Quid* Capvt.
edemus, aut quid bibemus? & reliqua. Hic manifestissimè xvi.
ostēdit, nō hæc esse appetēda, tāquā talia bona nostra, Mat.6.d.31.
vt p̄pter ea ipsa debeamus bene facere, si quid facimꝰ,
sed tamen esse necessaria. Quid enim interest inter bo-
nū quod appetēdū est, & necessariū quod sumēdū est,
hac sententia declarauit, cū ait, *Quærite primùm regnum
Dei & iustitiā eius, & hæc omnia apponentur vobis*. Regnū Ibid.d.33.
B ergo & iustitia Dei bonū nostrū est: & hoc appetendū,
& ibi finis constituendus, propter quod omnia facia-
mus quæcūq; facimus. Sed quia in hac vita militamꝰ,
vt ad illud regnū peruenire possimus, quæ vita sine his
necessariis agi nō potest: Apponētur vobis hęc, inquit,
sed vos regnū Dei & iustitiam eius primùm quærite.
Cùm enim dicit illud primū, significauit quòd hoc po-
sterius quærendū est, nō tēpore, sed dignitate. Illud tā-
quā bonum nostrū, hoc tāquam necessariū nostrum:
necessariū autē propter illud bonū. Neq; enim, verbi
gratia, ideo debemus euangelizare, vt manducemus:
sed ideo manducare, vt euangelizemus: nam si propte-
rea euangelizamus, vt manducemus, vilius habemus
euangeliū quā cibum: & erit iam bonū nostrū in man-
ducando, necessariū autē in euangelizādo. Quod etiā
Apostolus † prohibet, cùm dicit, licere tibi quidē, & al. perhibet.
permissum esse à Domino, vt qui Euāgeliū annūciāt, 1.Cor.9.b.
C de Euangelio viuant: id est, de Euangelio habeant ea 14.
quæ huic vitæ sunt necessaria: sed tamen se non esse
vsum hac potestate. Erant enim multi, qui occasionē
habere cupiebāt acquirēdi & vendendi Euangelium,
quibus eam volens amputare, Apostolus manibus vi-
ctum suum tolerauit. De his enim alio loco dicit, Vt Act.20.g.
amputem occasionem, iis qui quærunt occasionem. 34.
Quanquam etiam si vt cæteri boni Apostoli permissu 2.Cor.11.c.
Domini de Euangelio viueret, non in eo victu consti- 12.
tueret finem euangelizādi, sed magis ipsius victus sui
finem in Euangelio collocaret: id est, vt superiùs dixi,
non ideo euangelizaret, vt peruenirет ad cibum, & si
qua sunt alia necessaria: sed ideo ista sumeret, vt illud
impleret, ne non volens, sed necessitate euāgelizaret.
Hoc enim improbat, cùm dicit, Nescitis quoniā qui 1.Cor.9.b.
in templo operātur, quæ de templo sunt edunt: & qui 13.*
altario deseruiunt, altario compartiuntur. Sic & Do-
D minus ordinauit iis qui Euangelium annunciant, de
Euāgelio viuere: ego autem nullius horum vsus sum.
Hic ostendit permissum esse, nō iussum: alioquin cō-
tra præceptum Domini fecisse tenebitur. Deinde se-
quitur & dicit, Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in
me. Bonū est mihi magis mori, quàm gloriam meam
quisquam inanē faciat. Hoc dixit, quia iam statuerat
propter quosdam occasionem quærētes manibus suis
victum transigere. Si enim euangelizauero, inquit, nō
est mihi gloria: id est, si euangelizauero, vt ista fiant in
me: id est, si propterea euāgelizauero, vt ad illa perue-
niam, & finem Euāgelij in cibo & potu & vestitu col-
locauero. Sed quare nō est ei gloria? Necessitas enim,
inquit, mihi incumbit: id est, vt ideo euāgelizem, quia
vnde viuam nō habeo, aut vt acquiram temporalem
fructum de prædicatione æternum. Sic enim iam ne-
cessitas erit in Euangelio, nō voluntas. Væ enim mihi

est, inquit, si nõ euãgelizauero: sed quomodo debet euãgelizare? scilicet vt in ipso Euãgelio & in regno Dei ponat mercedem: ita enĩ potest non coactus euangelizare, sed volens. Si enim volẽs, inquit, hoc facio, mercedẽ habeo. Si autẽ inuitus, hæc dispensatio mihi credita est: id est, si coactus inopia earũ rerũ, quæ tẽporali vitæ sunt necessariæ prædico Euangelium, alii per me habebunt mercedẽ Euangelij, qui Euangelium ipsum me predicante diligent: ego autẽ non habebo, quia nõ ipsum Euãgelium diligo, sed eius pretiũ in illis temporalibus constitutũ. Quod nefas est fieri, vt nõ tãquam filius ministret quisq; Euangeliũ, sed tanquam seruus cui dispensatio credita est: vt tanquam alienũ eroget, nihil inde ipse accipiat præter cibaria, quæ nõ de participatione regni, sed ad sustentaculũ miseræ seruitutis dantur extrinsecus. Quanquam alio loco dispẽsatorõ se dicat. Potest enim & seruus in filiorũ numerum adoptari; eã rem in qua cohæredis sortẽ meruit, fideliter dispẽsare participibus suis. Sed nũc vbi ait, Si autẽ inuitus, dispensatio mihi credita est, talẽ dispensatorem intelligi voluit, qui alienũ dispẽsat, vnde ipse nihil accipit. Ergo quæcũq; res propter aliud aliquid quæritur, sine dubio inferior est; quã id, ꝓpter quod quęritur: & ideo illud primũ est propter quod illã tẽ quęris, nõ ista res quã propter aliud quæris. Quapropter si Euangeliũ & regũ Dei propter cibum quærimus, prioré facimus cibũ, & posterius Euangelium: id est, regnũ Dei: ita vt si nõ desit cibus, non quæramus regnũ Dei. Hoc est ergo primùm quęrere cibum, & deinde regnũ Dei: id est, hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autẽ ideo quæramus cibũ, vt habeamus regnum Dei, facimus quod dictum est, Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eiũs, & hæc omnia apponentur vobis.

1.Cor.9.c.17.*

CAPVT XVII.

QVÆRENTIBVS enĩ primùm regnũ Dei & iustitiam eius: id est, hæc præponẽtibus cæteris rebus, vt propter hæc cæterа quæramus, nõ debet subesse sollicitudo ne illa desint, quæ huic vitæ propter regnũ Dei sunt necessaria. Dixit enĩ superius, Scit pater vester quòd horum omnium indigetis. Et ideo cùm dixisset, Quærite primùm regnũ Dei & iustitiã eius: non dixit, deinde ista quærite, quãuis sint necessaria: sed ait, hæc omnia apponentur vobis: id est consequẽtur, si illa quæratis, sine vllo vestro impedimẽto: ne cùm ista quæritis illinc auertamini: aut ne duos fines constituatis, vt & regnũ Dei propter se appetatis, & ista necessaria, sed hæc potius propter illud. Ita vobis non deerũt quia duobus dominis seruire nõ potestis. Duob⁹ aũt dominis seruire cõnatur, qui & regnũ Dei ꝓ magno bono appetit, & hæc omnia tẽporalia. Non potest autẽ simplicẽ habere oculũ, & vni Dño seruire, nisi quæcũq; sunt cætera, si sunt necessaria, propter hoc vnũ assumat: id est, propter regnũ Dei. Sicut autẽ omnes militantes accipiũt annonã & stipendiũ, sic omnes euangelizãtes accipiunt victum & tegumentũ. Sed nõ omnes propter salutem reipublicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic & non omnes propter salutem Ecclesiæ ministrãt Deo, sed propter hæc temporalia, quæ tanquã annonam & stipendia consequantur, aut prõpter hoc & propter illud. Sed suprà iam dictum est, Nõ potestis duobus dominis seruire. Ergo simplici corde tantummodo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes. Non autem in hac operatione, vel solã, vel cum regno Dei mercedem temporalẽ cogitare, quorum omnium temporalium nomine crastinũ posuit, dicens, *Nolite cõgitare de crastino*. Non enim dicitur crastin⁹ dies, nisi in tẽpore vb præterito succedit futurũ. Ergo cùm aliquid boni operamur, nõ temporalia, sed æterna cõgitemus, tũc erit illud bonum & perfectum

Matt.6.b.8.

Coloss.3.

Mat.6.c.24.

opus. *Crastinus enĩ dies*, inquit, *sollicitus erit sibi ipsi*: id est, vt cùm oportuerit sumas cibũ vel potũ vel indumentũ, cùm ipsa scilicet necessitas vrgere cœperit. Aderũt enĩ hæc, quia nouit pater vester quòd horũ omniũ indigeatis. *Sufficit enĩ*, inquit, *diei malitia sua*: id est, sufficit q̃ sumere vrgebit necessitas ipsa. Quã propterea mali tiã nominatã arbitror, quia pœnalis est nobis. Pertinet enĩ ad hãc fragilitatẽ & mortalitatẽ, quã peccãdo meruim⁹. Huic ergo pœnæ tẽporalis necessitatis noli addere aliquid grauius, vt nõ solùm patiatis hatũ rerum indigẽtiã, sed etiã propter hãc explendã milites Deo. Hoc autẽ loco vehementer cauendũ est, nẽ fortẽ cùm viderimus aliquẽ seruum Dei prouidere ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis, quorũ sibi cura cõmissa est, iudicemus eũ contra præceptũ Domini facere; & de crastino esse sollicitũ. Nã & ipse Dominus, cui ministrabãt angeli, tamen propter exẽplum, ne quis postea scãdalũ pateret, cùm aliquẽ seruorũ eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignat⁹ est eũ pecunia, vnde vsibus necessariis quicquid opus fuisset præberetur: quorũ loculorũ custos & fur, sicut scriptũ est, Iudas fuit, qui eũ tradidit. Sicut & apostolus Paulus potest videri de crastino cogitasse, cũ dicit, De collectis autẽ in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite: secundùm vnã sabbati vnusquisq; vestrũm apud se ponat thesaurizans, q̃ sibi placuerit: vt nõ cùm venero, tunc collectæ fiãt. Cùm aũt aduenero, quoscunq; approbaueritis per epistolas, hos mittã perferre gratiam vestrã in Hierusalẽ. Quòd si dignũ fuerit vt & ego eam, mecum ibunt. Veniã autẽ ad vos, cùm Macedoniã transiero, nã Macedoniam pertrãsibo: apud vos aũt forsitan remanebo, vel etiã hyemabo, vt vos me deducatis quocũq; iero. Nolo autẽ vos nunc in transitu videre: spero enim me aliquod tẽporis manere apud vos, si permiserit Dominus. Permanebo autem Ephesi vsq; ad Pentecosten. Item in Actibus apostolorũ scriptũ est, ea quæ ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurũ propter imminẽtẽ famẽ. Sic enim legimus: In diebus illis descenderunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiã, eratq; magna exultatio. Cõgregatis autẽ nobis, surgens vnus ex illis, nomine Agabus, significauit per spiritũ, famẽ magnã futurã in vniuerso orbe, quæ & facta est sub Claudio Cæsare. Descendentiũ autẽ vt quisq; abundabat, statuerunt vnusquisq; eorũ in ministeriũ mittere presbyteris habitantibus in Iudæa fratribus, qui & miserunt per manus Barnabę & Sauli. Et quia nauigãti eidẽ apostolo Paulo imposita sunt vtensilia, quæ offerebantur, non ad vnum tantùm diẽ videtur victus esse procuratus. Et quod idẽ scripsit, Qui furabatur, iã nõ furetur: magis autẽ laboret operãdo manibus suis bonũ, vt habeat vnde tribuat cui op⁹ est quod bonũ est. Malè intelligẽtibus nõ videtur seruare præceptũ Domini, quo ait, Respicite, inquit, volatilia cæli, quoniam nõ serũt neq; metunt, neq; congregant in horrea: & considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neq; nẽt: cùm istis præcipit vt laborent, operãtes manibus suis, ita vt habeãt quod etiã aliis possint tribuere: & q̃ sæpe de seipso dicit, quòd manibus operatus est, ne quem grauaret. Et de illo scriptum est, quòd coniunxerit se Aquilæ propter artis similitudinẽ, vt simul operarentur vnde victum transigerẽt, nõ videtur imitatus aues cæli & lilia agri. His & huiusmodi Scripturarũ locis, satis apparet Dominum nostrum nõ hoc improbare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista Deo militet, vt in operibus suis non regnum Dei, sed istorum acquisitionem intueatur. Ad hanc ergo regulam hoc totum præceptum dirigitur, vt etiam in

Mat.6.d.33.

Mat.4.b.11.

Ioã.12.a.6.

1.Cor.16.a.7.*

Act.11.d.27.

Act.21.d.17.

Act.28.a.10.

Ephes.4.f.28.

Mat.6.c.26.

1.Thess.4.b.9.

2.Tess.3.b.8.

Act.18.a.3.

istorum prouisione regnum Dei cogitemus, in militia verò regni Dei ista non cogitemus. Ita enim etiam si aliquando defuerint, quod plerunq; propter exercitationẽ nostram Deus sinit, non solũ nõ debilitãt propositũ nostrum, sed etiam examinatum probatum q̃ confirmant. Gloriamur enim, inquit, in tribulationibus, sciẽtes quòd tribulatio patiẽtiam operatur, patiẽtia autẽ probationem, probatio autem spem, spes verò non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. In cõmemoratione autem tribulationum ac laborũ suorum idem Apostolus non tãtùm in carceribus & naufragiis, atq; huiusmodi molestiis, sed etiã in fame & siti, in frigore & nuditate se laborasse commemorat. Quod cùm legimus, non æstimemus Domini promissa citubasse, vt famem ac sitim & nuditatem pateretur Apostolus, quærens regnũ & iustitiam Dei, cùm dictũ sit nobis: Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiiciẽtur vobis. Quandoquidem ista sicut adiutoria nouit ille medicus, cui semel nos totos commissimus, & à quo habemus promissionem vitæ præsentis & futuræ, quando adponat, quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire: quos consolandos & exercendos in hac vita, & post hanc vitã in perpetua requie stabiliendos atq; firmãdòs gubernat ac dirigit. Nõ enim & homo, cũ plerumq; iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua, ac nõ poti⁹ curãdo hęc facit. Et quoniã cùm ista vel procurãtur in futurũ, vel si causa nõ est quare illa impendas, reseruantur, incertũ est quo animo fiant: cùm possint simplici corde fieri & duplici, opportunè hoc loco subiecit. NOLITE *iudicare, ne iudicetur de vobis. In quo enĩ iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis, & in qua mẽsura mẽsi fueritis, remetietur vobis*. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubiũ est quo animo fiant, in meliorẽ partem interpretemur. Quod enim scriptũ est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictũ est, quæ nõ possunt bono animo fieri: sicut sunt stupra, vel blasphemiæ, vel furta, vel ebriositas: & si qua sunt alia de quib⁹ nobis iudicare permittitur, dicẽte Apostolo, Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nónne de iis qui intus sunt vos iudicatis? De genere aũt ciborũ, quia possunt bono animo & simplici corde sine vitio concupiscentiæ, quicũq; humani cibi indifferenter sumi, prohibet idẽ Apostolus iudicari eos, qui carnibus vescebãtur, & vinum bibebant, ab eis qui se ab huiusmodi alimentis tẽperabant. Qui mãducat, inquit, non manducantem non spernat: & qui non mãducat, manducãtem nõ iudicet. Ibi etiam ait, Tu quis es qui iudicas alienũ seruum? Domino suo stat, aut cadit. Detalibus enim rebus quæ possunt bono animo & simplici & magnanimo fieri, quamuis etiam possint non bono, volebãt illi cùm homines essent in occulta cordis ferre sentẽtiam, de quibus solus Deus iudicat. Ad hoc pertinet etiã illud quod alio loco dicit, Nolite ante tẽpus quicquã iudicare, quousque veniat Dominus, qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cordis: & tũc laus erit vnicuiq; à Deo. Sunt ergo quædã facta media quæ ignoramus quo animo fiãt, quia & bono & malo fieri possunt de quib⁹ temerarium est iudicare, maximè vt condemnemus. Horum autem veniet tẽpus vt iudicẽtur, Cùm Dominus illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestat cogitationes cordis. Item alio loco dicit idẽ Apostolus, Quorundã autem hominũ peccata manifesta sunt præcedẽtia ad iudiciũ, quædam autem & subsequuntur. Manifesta ea dicit, de quib⁹ clarum est quo animo fiant. Hæc præcedunt ad iudicium: id est, quia si fuerit ista subsecutum iudiciũ, non est temerarium. Subsequũtur autem illa quæ occulta sunt, quia nec ipsa latebunt tempore suo. Sic & de bonis factis intelligẽdũ est. Nã ita subiungit: similiter & facta bona manifesta sunt, & quæcunque aliter se habent, abscondi nõ possunt. De manifestis ergo iudicemus, de occultis verò Deo iudicium relinquamus: quia & ipsa abscondi nõ possunt, siue mala siue bona, cùm tẽpus aduenerit quo manifestẽtur. Duo sunt autem in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cùm incertum est quo animo factum fuerit quidq; : vel cùm incertum sit qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Si ergo quispiã, verbi gratia, cõquestus de stomacho ieiunare noluit: & tu id non credẽs id edacitatis vitio tribueris, temerè iudicabis. Item si manifestam edacitatẽ ebriositatemq; cognoueris, & ita reprehenderis quasi nunquã ille possit corrigi atq; mutari nihilominus temerè iudicabis. Non ergo reprehendamus ea quę nescimus quo animo fiant: neq; ita reprehendamus, quæ manifesta sunt vt desperemus sanitatẽ, vt abim⁹ iudiciũ, de quo nũc dicitur, Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. Potest aũt mouere quod ait, In quo .n. iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis: & in qua mẽsura mẽsi fueritis, in ea remetietur vobis. Nunquid enim si nos in iudicio temerario iudicauerimus, temerè etiã de nobis Deus iudicabit? Aut nũquid si mẽsura iniqua mensi fuerimus, apud Deum iniqua mensura est vnde nobis remetietur? Nam & mẽsurę nomine ipsum iudicium significatum arbitror. Nullo modo ergo Deus vel temerè iudicat, vel iniqua mẽsura cuiquam rependit. Sed hoc dictũ est, quòniã temeritas qua punis aliũ cadẽ ipsa te puniat necesse est. Nisi fortè arbitrandum est, quòd iniquitas ei noceat aliquid in quẽ procedit, ei aũt nihil à quo procedit: imò verò sæpe nihil nocet ei qui patitur iniuriã, ei autem q̃ facit necesse est vt noceat. Quid enim nocuit martyrib⁹ iniquitas persequẽtium? Ipsis aũt persecutoribus plurimũ, Quia & si aliqui eorum correcti sunt, eo tamen tẽpore quo persequẽbantur, excæcauit illos malitia eorum. Sic & temerarium iudicium plerumq; nihil nocet ei de quo temerè iudicantur, ei autem qui temerè iudicat ipsa temeritas necesse est vt noceat. Ista regula etiã illud dictũ arbitror, Omnisq; percusserit gladio, gladio morietur. Quã multi enim gladio percutiunt, nec tamẽ in gladio moriuntur, sicut neq; ipse Petrus. Sed ne istum venia peccatorum talẽ euasisse pœnam quis putet, quã quam nihil absurdius, q̃ vt maiorem putet gladij pœnam esse potuisse, quę Petro nõ accidit, quã crucis quæ accidit: quid tamẽ de latronibus dicturus est, qui cum Domino crucifixi sunt: quia & ille q̃ meruit veniam, postea quã crucifixus est meruit, & alter omnino nõ meruit? An fortè omnes quos occiderãt, crucifixerant, & propterea hoc etiã ipsi pati meruerũt? Ridiculum est hoc putare. Quid ergo aliud dictum est, Omnis enim qui gladio percusserit, gladio morietur: nisi q̃ ipso peccato anima moritur, quodcũq; cõmiserit? Et quoniã de temerario & iniquo iudicio hoc loco Dominus monet: vult enim vt simplici corde, & in vnũ Deum intẽti faciamus quæcunq; facimus: & multa incertum est, quo animo fiant, de quibus iudicare temerarium est. Maximè autem hi temerè iudicant de incertis, & facilè reprehendunt, qui magis amãt vituperare & damnare, quàm emendare atq; corrigere: quod vitium vel superbiæ est, vel inuidentiæ. ET cõsequenter subiecit & dicit, *Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui, trabem autẽ in oculo tuo nõ vides?* Vt si fortè, verbi gratia, ita ille peccauit, tu odio reprehẽdas. Quantum autem inter festucã & trabẽ, quasi tantum inter iram distat &

Rom.5.a.3.

2.Cor.11.f.25.

Mat.7.a.1.*

CAPVT XVIII.

Matth.7.a.1

Mat.7.c.16.

1.Cor.5.d.12.

Rom.14.a.3.

1.Cor.4.a.5.

1.Tim.5.d.24.*

Matt.7.a.1.

Gladio peritto.

CAPVT XIX.

Matt.7.a.5.

odium. Odium enim est ira inueterata, quasi quæ vetustate ipsa tãtũ robur acceperit, vt meritò appelletur trabes. Fieri autem potest, vt si irascaris homini, velis eum corrigi. Si autem oderis hominem, non potes velle corrigere. *Quomodo enim dicis fratri tuo. Sine eiiciam festucã de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo,* & reliqua: id est primò abs te expelle odium, deinde poteris iam eum quẽ diligis, emẽdare. Et bene ait, hypocrita. Accusare enim vitia, officiũ est bonorum virorũ & beneuolorũ. Quod cùm mali faciũt, alienas partes agũt, sicut hypocritæ, qui tegũt sub persona quod sunt, & ostentant in persona quod nõ sunt. Hypocritarũ ergo nomine simulatores acceperis. Et est vere multum cauẽdum & molestũ simulatorum genus qui cùm omnium vitiorũ accusationes odio & liuore suscipiant, etiam consultores videri se volunt. Et ideo piè cauteq; vigilandum est, vt, cùm aliquẽ reprehẽdere vel obiurgare nos necessitas coẽgerit, primũ cogitemus vtrum tale sit vitium quod nũquam habuimus, vel quo iam caruimus. Et si nũquã habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si verò habuimus, & non habemus, tangat memoriam cõmunis fragilitas, vt illam reprehẽsionẽ aut obiurgationem nõ odium, sed misericordia præcedat: vt siue ad correctionem eius, propterquẽ id facim⁹ siue ad peruersionem valuerit: nã incertus est exitus, nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si aũt cogitantes nosmetipsos inuenerimus in eo esse vitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus neq; obiurgemus, sed tamẽ cõgemiscamus: & nõ illum ab obtemperandũ nobis, sed ad pariter cauendũ inuitemus. Nã & illud quod dicit Apostolus, Factus sum Iudæis tãquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: His qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cùm non sim ipse sub lege, vt eos qui sub lege erãt lucrifacerem. His qui sine lege sunt, quasi sine lege, cũ sine lege Dei non essem, sed sim in lege Christi, vt lucrifacerem eos qui sine lege sunt. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, nõ vtiq; simulatione faciebat, quemadmodum quidã intelligi volunt vt eorũ detestanda simulatio tanti exempli authoritate muniatur. Sed hoc faciebat charitate, qua eius infirmitatem, cui volebat subuenire, tanquã suã cogitabat. Hoc enim præstruit dicendo: Cùm enim liber sim ex omnib⁹, me omniũ seruum feci, vt plures lucrifacerẽ. Quod vt intelligas non simulatione, sed charitate fieri, qua infirmis hominibus tãquam nobis cõpatimur, ita monet alio loco, dicens: Vos in libertatem vocati estis fratres, tãtum ne libertatẽ in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem. Quod fieri nõ potest, nisi alterius infirmitatem quisque habeat quasi suam: vt eam æquanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille, cuius curat salutẽ. Ratò ergo & in magna necessitate obiurgationes adhibendę sunt, ita tamen vt etiã in his ipsis non nobis, sed Domino vt seruiatur, instemus.

1.Cor.9.c. 20.*

Gal.5.b.13.*

Ipse est enim finis: vt nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo nostro inuidentiæ vel malitiæ vel simulationis, vt videamus eiicere festucã de oculo fratris. Videbimus enim eã oculis columbæ, quales in spõsa Christi prædicantur, quam sibi elegit De⁹ gloriosam, Ecclesiam, nõ habẽtem maculam neq; rugam id est, mundam & simplicem. Sed quoniã potest nonnullos Dei præceptis obtemperare cupientes, nomen simplicitatis decipere, vt sic putent, vitiosum esse aliquando verum occultare, quomodo vitiosum est aliquãdo falsum dicere, atq; hoc modo aperiẽdo ea quę hi quibus aperiuntur sustinere non possunt, amplius

1.Retract. 10.
Ephes.5.f. 27.

A doceant quàm si ea penitùs sẽperq; occultarent, rectissimè subiungit: NOLITE *sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos*, &c. Quia Dñs quamuis nihil mẽtitus sit, vera tamen aliqua occultare se ostendit, dicens: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed adhuc nõ potestis illa portare. Et Apostolus, Nõ potui, inquit, vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, nõ escam. Neq; enim poteratis, sed neq; nunc potestis: adhuc enim estis carnales. In hoc autẽ præcepto quo prohibemur sanctũ dare canibus, & mittere ante porcos margaritas nostras, diligenter quærendum est quid sit sanctũ, quid margaritæ, quid canes, quid porci. Sãctum est, quod violare atq; corrumpere nefas est, cuius vtiq; sceleris conatus & volũtas tenetur rea: quãuis illud sanctum natura inuiolabile atq; incorruptibile maneat. Margaritæ aũt, quæcũq; spiritalia magni æstimanda sunt, & quia in abdito latent, tanquã de ꝓfundo eruũtur, & allegoriarũ integumẽtis quasi apertis conchis inueniuntur. Licet ita q; intelligi, quòdvna eademq; res & sanctum & margarita dici possit. Sed sanctũ ex eo quòd non debet corrumpi, margarita ex eo quòd nõ debet cõtemni. Conatur autẽ vnusquisq; corrũpere quod nõ vult esse integrũ: cõtemnit verò quòd vile ducit, & quasi infra se esse existimat, & ideo clacari dicitur quicquid contemnitur. Quapropter canes quoniam insiliunt ad dilacerandum, quod aũt dilacerant integrũ esse nõ sinũt: Nolite, inquit, sanctũ dare canibus: quia & si dilacerari & corrũpi nõ potest, & manet integrum atq; inuiolabile: illi tamen quid velint, cogitãdum est, q acriter atq; inimicissimè resistũt, & quantũ in ipsis est, fieri possit, conãtur perimere veritatem. Porci verò quamuis nõ ita vt canes morsu appetãt, passim tamẽ calcãdo coinquinãt: Neq; ergo meseritis, inqt, ante porcos margaritas vestras, &c. Canes ergo ꝓ oppugnatorib⁹ veritatis, porcos ꝓ contẽptoribus positos nõ incõgruè accipimus. Quod autem ait, *Cõuersi dirumpant vos*, non ait ipsas margaritas dirũpãt. Illas enim cõculcãt etiã cùm cõuertuntur, vt adhuc aliquid audiant, dirũpunt aũt eũ à quo iam missas margaritas cõculcauerũt. Nõ enim facilẽ inueneris quod gratũ ei esse possit qui margaritas cõculcauerit: id est, cum magno labore diuina inuenta contempserit. Qui aũt tales docẽt, quomodo nõ dirũpãtur indignãdo, & stomachãdo, nõ video: vtrunq; aũt animal immundũ est, & canis & porc⁹. Cauẽdũ est ergo ne quid aperiat ei q non capit: melius enim quærit quod clausum est, q̃ id quod apertũ est aut infestat aut negligit. Neq; verò alia causa reperitur, cur ea quæ manifesta & magna sunt, nõ accipiantur prẽter odiũ & contemptũ, quorũ propter vnũ canes, propter alterũ porci nominati sunt. Quæ tamẽ omnis immunditia rerum tẽporalium dilectione concipitur, id est, dilectione huius seculi, cui iubemur renũciare vt mundi esse possimus. Qui ergo mundũ & simplex cor habere appetit, nõ debet sibi rẽ⁹ videri, si aliquid occultat, quod ille cui occultat capere nõ potest. Nec eũ ex eo arbitrãdum est licere mẽtiti: nõ .n. est cõsequẽs, vt cùm verum occultatur, falsum dicatur. Agẽdum ergo primùm est, vt impediměta detrahãtur, quib⁹ efficitur vt nõ capiat: quia vtiq; si propter sordes nõ capit, mundãdus est vel verbo vel opere quãtum fieri à nobis potest. Quòd autẽ ꝑ̃ns noster quę dã dixisse inuenitur, quæ multi q aderãt, vel resistẽdo vel cõtemnẽdo nõ acceperunt, nõ putand⁹ est sanctũ dedisse canibus, aut margaritas misisse ante porcos: nõ enim dedit eis, qui capere nõ poterãt, sed eis qui capere poterant, & simul aderant: quos propter aliorũ immunditiam negligi nõ oportebat. Et cùm eum tentatores

CAPVT X.
Matt.7.a.
Ioan.16.c.
12
1.Cor.3.a.

B

C

D

tores interrogabãt, respondebatq; illis ita, vt q cõtradicerẽt nõ haberent, quamuis venenis suis contabescerẽt potius, quã illius cibo saturarẽtur, alij tamẽ qui poterãt capere, ex illorũ occasione multa vtiliter audiebãt. Hoc dixi, ne quis fortè, cùm interroganti respondere nõ potuerit, hac sentẽtia se excusare videat, si dicat, nole se sanctũ dare canibus, vel ante porcos mittere margaritas. Qui enĩ nouit quid respõdeat, debet respõdere, vel propter alios, quibus desperatio suboritur, si propositã quæstionem solui nõ posse crediderint: & hoc de rebus vtilib⁹, & ad instructionẽ salutis pertinẽtibus. Multa sunt enim quę inquiri ab otiosis possunt, superuacua & inania, & plerunq; noxia, de quibus tamẽ nõnihil dicendũ est: sed hoc ipsum aperiẽdũ & explicandũ cur inquiri talia nõ oporteat. De rebus verò vtilib⁹ aliquãdo ad id respõdẽdũ est, q interrogamur: sicut Dñs fecit, cùm eũ Sadducæi de muliere interrogassent, quæ septẽ viros habuit, cuius eorũ in resurrectione futura esset. Respõdit enim, quòd in resurrectione neq; vxores ducẽt, neq; nubẽt, sed erũt sicut angeli in cælis. Aliquando autẽ ille q interrogat, interrogandus est aliud: q, tamẽ si dixerit, ipse sibi ad id quod interrogabat, respõdeat. Si aũt dicere noluerit, nõ videat iis q assunt iniustũ, si & ipse quod interrogauit non audiat. Nã & Pharisæi qui interrogauerunt tentantes, vtrũ reddẽdũ esset tributũ, interrogati sunt aliud: id est, cui⁹ haberet nũmus imaginẽ, qui ab ipsis prolatus est. Et quia dixerunt q interrogati erãt, id est, Cæsaris imaginẽ habere nummũ, ipsi sibi quodãmodo respõderũt id quod Dominũ interrogauerant. Itaq; ille ex eorum responsione ita conclusit: Reddite ergo Cæsari quod Cęsaris est, & Deo quod Dei est. Cùm autẽ principes sacerdotũ & seniores populi interrogassent, in qua potestate illa faceret, interrogauit eos de baptismate Ioãnis: & cùm nollẽt dicere, q cõtra se videbãt dici; de Ioanne autẽ nihil maledicere auderẽt, ꝓpter circũstãtes: Nec ego vobis dicã, inquit, in qua potestate hęc facio, quod iustissimũ apparuit circũstãtibus. Hoc enim se dixerũt nescire, quod sciebãt, sed dicere nolebãt. Et reuera iustũ erat, vt q sibi volebant respõdere quod interrogauerant, prius ipsi facerẽt quod erga se fieri postulabãt. Quod si fecissent, ipsi sibi vtiq; respondissẽt. Ipsi enĩ miserant ad Ioannem quærentes quis esset: vel potius ipsi missi erant sacerdotes & Leuitæ, putantes quòd ipse esset Christ⁹: quod ille se negauit esse, & de Dño testimoniũ perhibuit: de quo testimonio si cõfiteri vellẽt, ipsi se docerent in qua potestate illa faceret Christus: quod quasi nescientes interrogauerũt, vt calũniandi aditũ reperirent. Cùm igitur præceptũ esset, ne sanctũ daretur canibus, & margaritæ ante porcos mittantur, potuit auditor occurrere, & dicere cõscius ignoratiæ atq; infirmitatis suæ, & audiens præcipi sibi ne hæc daret, quæ seipsum nondũ accepisse sentiebat. Potuit ergo occurrere ac dicere, Quod sanctũ me dare canibus, & quas margaritas me mittere ante porcos vetas, cùm adhuc ea me habere nõ videã? opportunissimè subiecit, dicens, PETITE, inquit, *& dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis*, &c. Petitio pertinet ad impetrãdã sanitatem firmitatemq; animi, vt ea quæ prẽcipiũtur, implere possimus: inquisitio aũt ad inueniendã veritatẽ. Cùm enĩ beata vita actione & cognitione cõpleatur, actio facultatẽ viriũ, cõtẽplatio manifestationẽ rerũ desiderat. Horũ ergo primũ petendũ, secundũ quærẽdũ est: vt illud detur, hoc inueniatur: sed cognitio in hac vita viæ priusquã ipsius possessio est: sed cùm quisq; verã viam inuenerit, perueniet ad ipsam possessionem, quæ tamẽ pulsanti aperietur. Vt ergo tria ista, id est, petitio, inquisitio, pulsatio, manifesta fiant, sub aliquo exẽplo ponamus. Videmus aliquẽ infirmis pedibus ambulare non posse: pri⁹ ergo sanãdus est, & firmãdus ad ambulandũ: & ad hoc pertinet, q dicit, Petite. Quid aũt prodest quòd ambulare iã, vel etiã currere potest, si ꝓ deuia itinera erraueritⁿ? Secũdũ est ergo, vt inueniat viã quę ducat eũ quò vult peruenire: quã cùm tenuerit & peruenerit ad eũ ipsum locũ, vbi habitare vult, si clausũ inuenerit, neq; ambulare potuisse, neq; perrexisse ac peruenisse ꝓfuerit, nisi aperiat: ad hoc pertinet quod dictũ est, Pulsate. Magnã aũt spem dedit & dat ille qui promittendo nõ decipit. Ait enim, *Omnis qui petit, accipit; et qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur.* Ergo perseuerantia opus est, vt accipiamus quod petimus, & inueniamus q quęrimus, & quod pulsamus aperiatur. Quemadmodũ aũt egit de volatilib⁹ cæli, & de liliis agri, ne victũ nobis vestitũq; desperaremus ad futurũ, vt spes à minoribus ad maiora cõsurgeret, ita & hoc loco: *Aut quis erit ex vobis*, inquit, *homo, quẽ si petierit filius suus panẽ, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscẽ petierit, nũquid serpentẽ porriget ei?* & reliqua. Quomodo ergo mali dãt bona? Sed malos appellat dilectores adhuc seculi huius & peccatores: bona verò quæ dãt, secundũ eorũ sensum bona dicenda sunt, quia hæc pro bonis habent. Quanquã & in rerũ natura ista bona sint, sed tẽporalia ad istã vitã infirmã pertinẽtia: & quisquis ea malus dat, nõ de suo dat, Domini est enim terra & plenitudo eius: qui fecit cælũ & terrã, mare & omnia quæ in eis sunt. Quantũ ergo spe rãdũ est daturũ Deũ nobis bona petẽtib⁹, nec nos posse decipi, vt accipiamus aliud pro alio, cùm ab ipso petimus, quãdo etiã nos, cùm simus mali, nouimus id dare quod petimur. Non enĩ decipimus filios nostros & qualiacunq; bona damus, non de nostro, sed de ipsius damus. Firmitas aũt & valentia quædã ambulandi per sapientiæ viã, in bonis moribus constituta est, qui perducũtur vsq; ad mundationẽ simplicitatẽq; cordis, de qua iã diu loquens ita concludit: OMNIA *ergo quæcũq; vultis vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis: hæc est enĩ lex & Prophetæ.* In exẽplarib⁹ Græcis sic inuenimus, Omnia ergo quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines, ita & vos facite illis. Sed ad manifestationẽ sentẽtiæ puto à Latinis additũ, bona. Occurrebat enĩ: quid si quisquam flagitiosè aliquid erga se fieri velit, & ad hoc referat istã sententiã? Veluti si velit aliquis pro uocari vt immoderatè bibat, & se ingurgiteat populis, & hoc prior illi faciat à quo sibi fieri cupit. Ridiculum est, hunc putare istã impleuisse sententiã. Cũ ergo hoc moueret, vt arbitror, additũ est ad manifestationẽ rei vnum verbũ, vt posteaquã dictũ est, Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines, adderetur bona. Quod si deest exemplaribus Græcis, etiã illa emendãda sunt. Sed quis hoc audeat? Intelligẽdũ est ergo, plenã esse sententiã, & omnino perfectã, etiã si hoc verbũ non addatur. Id enim quod dictum est, Omnia quæcunq; vultis: non vsitatè ac passim, sed propriè dictum accipi oportet. Voluntas namq; est non nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisq; factis cupiditas propriè dicitur, non voluntas. Non quia sic semper loquantur Scripturæ, sed vbi oportet ita omnino proprium verbum tenent, vt non aliud sinant intelligi. Videtur autem hoc præceptum ad dilectionẽ proximi pertinere, nõ etiam ad Dei, cũ alio loco duo præcepta esse dicat, in quib⁹ tota lex pẽdet & Prophetæ. Nã & si dixisset, Omnia quæcũq; vultis fieri vobis, hæc vos facite: hac vna sentẽtia vtrũq; illud præceptum complexus esset. Citò enim diceretur, diligi se velle vnumquẽque, & à Deo, & ab hominib⁹. Cũ itaq; & hoc ei præciperetur, vt quod sibi fieri velit, hoc faceret: id vtiq; præcipere-

Matt.22.c. 23.
Marc. 12. b. 19.
Luc.20.d.28

Mat.22.b.16

Mat.21.b.23.

Ioan.1.c.19.

CAPVT XXI.
1.Retract.9.
Matt.7.a.7.

Psal. 23.a.1.
Psal.145.b.6.

CAPVT XXII.
Matt 7.b.12

Matth.22.d. 40.*

tur, vt diligeret Deũ & homines. Cũ verò expressi⁹ de hominibus dictũ est, omnia ergo quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines, ita & vos facite illis: nihil aliud dictũ videt, quã diliges proximũ tuũ sicut teipsũ. Sed nõ est negligẽter attẽdendũ q̃ subiecit, Hæc est enim lex & Prophetæ. In his autẽ duobus præceptis, non tantũ ait, lex pẽdet & Prophetæ: sed etiã addidit, tota lex & Prophetæ: pro eo quod est omnis prophetia. Quod cũ hic nõ addidit, seruauit locũ alteri præcepto, quod ad dilectionẽ Dei pertinet. Hic autẽ quoniam præcepta simplicis cordis exequitur, & erga eos metuẽdũ est ne habeat quis duplex cor, quibus occultari cor potest, id est erga homines, quib⁹ idipsũ præcipiẽdũ fuit. Nemo enĩ ferè est qui velit quẽquã duplici corde secũ agere. Id aũt fieri nõ potest: id est, vt simplici corde homo homini aliquid tribuat, nisi ita tribuat, vt nullũ ab eo tẽporale cõmodũ expecter, & ea intẽtione faciat, de qua superius satis tractauim⁹, cùm de oculo simplici loquemur. Mũdat⁹ ergo oculus simplex q̃; redditus, aptus & idoneus erit ad intuẽdã & contẽplãdã interiorẽ lucẽ suã. Iste enĩ oculus cordis est. Hũc enim talẽ oculũ habet ille qui finẽ bonorũ operũ suorũ, vt verè bona opera sint, nõ in eo cõstituit vt hominibus placeat, sed etiã si prouenerit, vt eis placeat, ad eorũ salutẽ potius hæc refert & ad gloriã Dei, nõ ad inanẽ iactantiã suã. Neq; ꝓpterea boni aliquid ad salutẽ proximi operat, vt ex eo cõparet ea quæ huic vitæ trãsigendæ sunt necessaria: neq; temerè animũ hominis volũtatemq; cõtemnit in eo facto in quo nõ apparet quo animo & volũtate sit factũ: & quidquid officiorũ exhibet homini, hac intentione exhibet, qua sibi exhiberi vult: id est, vt nõ ab eo aliquid commodi tẽporalis expectet. Ita erit cor simplex & mundũ in quo quæritur Deus. Beati ergo mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbunt. Sed hoc quia paucorũ est, iã incipit de inuestigãda & possidenda sapiẽtia loqui, quod est lignũ vitæ: cui vtiq; inuestigandæ ac possidẽdæ, id est contẽplandæ, talis oculus p omnia superiora perductus est, quo videri iã possit & arcta via & angusta porta. Quia ergo deinceps dicit.

Oculus cordis.

Matt. 5. a. 8.

CAPVT XXIII. Matt. 7. b. 13. Matth. 11. d. 28.

INTRATE *per angustã portam, quia lata porta*, & reliqua: nõ ideo dicit, quia iugũ Christi asperum est, & sarcina grauis: sed quia labores finire pauci volunt, minus credentes clamanti, Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos: & reliqua. Hinc ergo sermo sumpsit exordiũ de humilibus & mitibus corde: quoniã iugũ lene & leuẽ sarcinã multi respuunt, pauci subeũt: eo quòd sit arcta via quæ ducit ad vitã, & angusta porta qua intratur in eã. Hic ergo illi qui promittunt sapientiã cognitionemq; veritatis quã non habent, præcipuè cauendi sunt, sicut sunt hæretici, qui se plerũq; paucitate cõmendant. Et ideo cùm dixisset, paucos esse qui inueniũt angustã portam & arctã viam, ne se illi supponãt nomine paucitatis, statim subiecit:

CAPVT XXIIII. Matt. 7. c. 15.

CAVETE *à pseudo prophetis qui veniũt ad vos in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Sed isti non fallunt oculum simplicem, qui arborem dignoscere ex fructibus nouit. Ait enim, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Deinde similitudines adiungit, *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autẽ arbor, malos fructus facit:* & reliqua. Quo loco illorum error maximè cauendus est, qui de ipsis duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarũ vna sit Dei, altera verò neq; Dei, neque ex Deo. De quo errore & aliis libris disputatũ est vberius: &, si adhuc parũ est, disputabitur. Nunc aũt, non eos adiuuare duas istas arbores, docẽdũ est. Primùm, quia de hominibus eum dicere tam clarũ est, vt quisquis præcedentia & sequentia legerit, miretur eorũ cæcitatẽ. Deinde attendunt quod dictũ est, *Non potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.* Et ideo putant neq; animã malã fieri posse, vt in melius cõmutet, neq; in deterius bonã: quasi dictũ sit, Nõ potest arbor bona mala fieri, neq; arbor mala bona fieri: sed dictũ est, Nõ potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fruct⁹ facere. Arbor est quippe ipsa anima, id est, ipse homo, fruct⁹ verò opera hominis. Nõ ergo potest malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo si vult bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipse Dñs, Aut facite arborẽ bonã, & fruct⁹ eius bonos: aut arborẽ malã, & fructus eius malos. Quòd si duas naturas istorũ, his duabus arboribus figuraret, nõ diceret, facite. Quis enĩ hominũ potest facere naturã? Deinde etiã, ibi cùm ipsarũ duarũ arborum mẽtionẽ fecisset, subiecit: Hypocritæ, quomodo potestis bona loqui, cũ sitis mali? Quãdiu ergo quisq; malus est, nõ potest facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit, iã malus nõ erit. Sic verissimè dici potuit, nõ potest esse nix calida: cùm enim calida esse cœperit, nõ iam niuẽ, sed aquã vocamus. Potest ergo fieri, vt quę nix fuit, nõ sit: nõ aũt potest fieri, vt nix calida sit. Sic potest fieri, vt q̃ malus fuit, nõ sit malus, nõ tamen fieri potest, vt malus bene faciat. Qui etiã si aliquando vtilis sit, nõ hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurãte, sicut de Pharisæis dicit, Quæ dicũt, facite: quæ aũt faciũt, facere nolite. Hoc ipsum quòd bona dicebant, & ea quæ dicebant vtiliter audiebantur & fiebant, non erat ipsorũ, Cathedrã enĩ, inquit, Moysi sedẽt. Per diuinã ergo prouidentiã, legem Dei prædicantes, poterant esse audientibus vtiles, cũ ipsi sibi nõ essent. De talibus alio loco per Prophetã dictũ est, Seminastis triticũ, & spinas metetis: quia bona præcipiunt, & mala faciunt. Nõ ergo qui eos audiebãt, & faciebãt quæ ab eis dicebãtur, de spinis legebant vuas, sed per spinas de vite legebãt vuas: tanquã si manũ aliquis per sepẽ mittat, aut certè de vite quæ sepi fuerit inuoluta, vuã legat, non spinarũ est fructus iste, sed vitis. Rectissimè sanè quæritur quos fructus nos attẽdere voluerit, quibus cognoscere arborẽ possimus. Multi enim quædã in fructibus deputãt, quæ ad vestitũ ouiũ pertinent, & hoc modo à lupis decipiũtur: sicuti sunt vel ieiunia, vel orationes, vel eleemosynæ: quæ omnia nisi fieri etiã ab hypocritis possent, non superiùs diceret, Cauete iustitiã vestrã facere corã hominibus, vt videamini ab eis. Qua sententia præposita, ipsa tria exequitur, eleemosynã orationẽ, ieiuniũ: Multi enim multa pauperibus, non misericordia, sed ambitione largiuntur. Et multi orant, vel potius videntur orare, nõ intuẽtes Deũ, sed hominibus placere cupientes. Et multi ieiunant, & mirabilem abstinentiam prætendunt eis quibus ista difficilia videntur, & honore digna existimãtur: & huiuscemodi dolis eos capiunt, dum aliud ostentãt ad decipiẽdum, aliud exerunt ad deprædandum, vel interficiendũ eos qui sub vestitu ouino lupos videre non possũt. Hi ergo non sunt fructus de quibus cognosci arborem monet. Ista enim cũ bono animo in veritate fiũt, propriẽ sunt ouibus vestes: cùm autẽ malo in errore, non aliud quã lupos tegunt. Sed non ideo debent oues odisse vestimentum suũ, quia plerunq; illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus inuẽtis cognoscamus arborẽ malam? dicit Apostolus, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prędico vobis sicut prædixi, quoniã qui talia agũt, regnũ Dei

Matt. 12. c. 33.

Matt. 23. 23.

Ibid. 12.

Hier. 12. 63

Matt. 6. a. 1.

Gal. 5. c. 19.

Dei non consequentur. Et qui sunt fructus per quos cognoscimus arborem bonã, idẽ ipse Apostolus cõsequẽter dicit, Fructus aũt spiritus est charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinẽtia. Sanè sciendũ est, hic gaudiũ propriè positũ: mali enim homines nõ gaudere, sed gestire dicũtur propriè: sicut superiùs diximus volũtatem propriè positã, quã nõ habent mali, vbi dictũ est, Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines: & reliqua. Ex ista proprietate verbi qua gaudium non dicitur nisi in bonis, etiã Propheta loquitur, dicẽs: Non est gaudere impiis, dicit Dñs: ita quoq; posita est fides, nõ quæcũque vtique, sed vera fides, & cętera quę hîc posita sunt habẽt quasdã imagines suas in malis hominib⁹ & deceptoribus: vt omnino fallant, nisi quisq; iã mundum oculũ & simplicẽ habuerit, quo ista cognoscat. Optimo itaq; ordine primò actũ est de mũdando oculo, & deinde dicta sunt quę cauerentur. Sed quoniã quamuis quisq; oculo mũdo sit, id est, simplici & sincero corde viuat, nõ potest tamẽ cor alterius intueri: quæcũq; ergo in factis vel dictis apparere nõ potuerunt, tentationibus aperiuntur. Tentatio autẽ duplex est, aut in spe adipiscendi aliquod cõmodũ tẽporale, aut in terrore amittendi. Et maximè cauendũ est, ne tendentes ad sapientiam, quæ in solo christo inueniri potest, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi. Cauẽdũ, inquã, est, ne pro christi nomine ab hęreticis vel quibuslibet malè intelligẽtib⁹, & seculi hui⁹ amatoribus decipiamur. Nã ideo sequitur & monet, dicens:

Esa. 57. d. 21.

Coloss. 1. a. 3.

CAPVT XXV. Mat. 7. c. 21.

NON *omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorũ*: & reliqua, ne putem⁹ ad illos fruct⁹ pertinere, si quis Dño nostro dicat, Dñe Dñe, & ex eo nobis arbor bona videatur. Sed illi sunt fruct⁹, facere volũtatẽ patris qui est in cælis, cui⁹ faciẽdæ seipsum exẽplum prębere dignatus est. Sed meritò potest mouere, quomodo huic sentẽtiæ conueniat illud Apostoli vbi ait, Nemo in spiritu Dei loquẽs dicit anathema Iesu: & nemo põt dicere, Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto, quia neq; aliquos habẽtes Spiritũ sanctũ possumus dicere nõ introituros in regnũ cęlorũ, si perseuerauerint vsq; in finẽ, neq; illos qui dicunt Dñe Dñe, & tamen nõ intrãt in regnũ cælorũ, possum⁹ dicere habere Spiritũ sanctũ. Quomodo ergo nemo dicit Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto, nisi quia propriè Apostol⁹ posuit verbũ qd̃ est, dicit, vt significet voluntatẽ atq; intellectũ dicentis? Dñs verò generaliter posuit verbũ qd̃ ait, Nõ oĩs qui dicit, & reliqua. Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult nec intelligit quod dicit: sed ille ꝓpriè dicit, qui voluntatẽ ac mẽtẽ suã sono vocis enunciat. Sicut paulò antè quod dictũ est, gaudiũ in fructib⁹ Spirit⁹ sancti, propriè dictũ est, nõ eo modo quo alibi dicit idẽ Apostolus, Nõ gaudet super iniquitatem: quasi quisquã possit super iniquitatẽ gaudere: q̃a illa elatio est animi turbidè gestiẽtis, nõ gaudiũ: nã hoc soli boni habẽt. Ergo dicere videtur etiã illi qui nõ hoc quod sonãt dicere videtur, & intellectu cernunt, & volũtate agunt, sed voce tantùm sonant, secundũ quẽ modum Dñs ait, Nõ oĩs qui dicit, &c. Verè autẽ ac propriè illi dicunt, à quorum voluntate ac mente non abhorret prolatio sermonis sui, secundùm quam significationẽ dicit Apostolus, Nemo potest dicere, Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto. Atq; illud ad rem maximè pertinet, ne decipiamur tendentes ad cõtemplationẽ veritatis, non solum nomine christi, per eos qui nomẽ habent, & facta nõ habẽt, sed etiã quibusdam factis atq; miraculis: qualia propter ĩfideles cùm fecerit Dñs, monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilem sapiẽtiam, vbi miraculum visibile viderimus.

1. Cor. 12. a.

1. Cor. 13. b. 6.

2. Cor. 21. a. 3

Adiungit ergo & dicit, *Multi mihi dicent in illa die, Domine Domine, nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus?* & reliqua. Nõ etgo cognoscet nisi cũ qui operat equitatẽ. Nã & ipsos discipulos suos ꝓhibuit gaudere ex talib⁹: id est, quia dæmonia illis subiecta fuerint. Sed gaudete, inquit, q̃a nomina vestra scripta sunt in cælis. Credo in illa ciuitate Hierusalẽ quæ est in cælis, in qua nõ nisi & iusti & sancti regnabunt. An nescitis, ait Apostolus, quoniã iniqui regnum Dei nõ possidebũt? Sed fortasse quis dicat, nõ posse iniquos visibilia illa miracula facere, & mẽtiri potĩ⁹ illos credat, q̃ dictũ i sunt, in nomine tuo prophetauim⁹, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus. Legat ergo quãta fecerint resistẽtes famulo Dei Moysi magi Ægyptiorum: aut si hoc nõ vult legere q̃ nõ in nomine Christi fecerunt, legat q̃ ipse Dñs dicit de pseudoprophetis, Tũc si quis vobis dixerit, Ecce hîc est Christus, aut illic, nolite credere; surgẽt enim pseudo christi & pseudoprophetę, & dabũt signa magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducãtur etiã electi: ecce p̃dixi vobis. Quã ergo mũdo & simplici oculo opus est, vt inueniat via sapiẽtiæ, cui tantæ malorũ & peruersorũ hominũ deceptiones errores q̃ obstrepũt, quos oẽs euadere, hoc est, venire ad certissimã pacẽ & immobilẽ stabilitatẽ sapiẽtiæ. Vehemẽter enim metuẽdum est, ne studio altercãdi & cõtẽdendi quisq; nõ videat quod à paucis videri põt, vt paruus sit strepitus cõtradicẽtiũ, nisi etiã sibiipsi obstrepãt. Quod pertinet etiã ad illud quod Apostol⁹ dicit, Seruũ aũt Dñi nõ oportet litigare, sed mitẽ esse ad oẽs, docibilẽ, patiẽtẽ, in modestia corripientẽ diuersa sentientes, ne fortè det illis Deus pœnitẽtiã ad cognoscẽdã veritatẽ. Beati ergo pacifici, quoniã filij Dei vocabũtur. Conclusio ergo huius totius sermonis quã terribiliter inferat, valde attẽdẽdũ est. *Omnis ergo*, inquit, *qui audit verba mea hæc, & facit ea, similis est viro sapienti qui ædificauit domũ suã super petrã.* Nõ enim quisq; firmat q̃ audit vel percipit, nisi faciẽdo. Et si petra christus est, sicut multa Scripturarum testimonia prædicant, ille ædificat in christo, q̃ quod audit ab illo, facit. Sequitur. *Descendit pluuia, venerũt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & non potuerũt illã mouere: fundata enim erat supra petrã.* Nõ ergo iste metuit vllas caliginosas superstitiones. Quid enim aliud intelligitur pluuia, cũ in mali alicuius significatione ponitur? Aut rumores hominũ, quos vẽtis cõparatos puto. Aut vitæ huius fluuiũ, carnalibus cõcupiscẽtiis tanquã fluẽtẽ super terrã vel petrã. Horũ enim triũ qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangitur: quorũ nihil metuit, qui fundatã habet domũ super petrã: id est, qui nõ solũ audit prę cepta Dñi, sed etiã facit. Et his omnib⁹ periculosẽ subiacet, qui audit & nõ facit: non enim habet stabile fundamentũ, sed audiẽdo & non faciendo ruinã ędificat. Ait enim cõsequẽter, *Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea*, & reliqua vsq;, *Et factũ est cùm cõsummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinã eius: erat enim docens eos, sicut potestatẽ habẽs, nõ quasi Scribæ eorũ & Pharisæi.* Hoc est quod antè dixi per Prophetã esse significatum in Psalmis, cũ diceret, Fiducialiter agam in eo, eloquia Dñi eloquia casta, argentũ igne examinatum, probatum terræ, purgatũ septuplum. Propter quem numerum admonitus sum etiam præcepta ista ad septem illas referre sentẽtias, quas in principio sermonis huius posuit de beatis, cùm diceret: & ad alias septem illas operationes Spiritus sancti, quas Esaias propheta cõmemorat: sed siue iste ordo in his cõsiderandus sit, siue aliquis alius, facienda sunt quæ audiuimus à Domino, si volumus ædificare super petram.

Mat. 7. c. 22.

Luc. 10. d. 20.

1. Cor. 6. b. 9

Matt. 24. b. 24.

Marc. 13.

Matt. 5. a. 9.

Mat. 7. d. 14

1. Cor. 10. a. 4

Psal. 11. b. 7.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EXPOSITIONIS EPISTOLÆ PAVLI AD ROMANOS INCHOATÆ, SALVTATIONE TANTVMMODO EXPEDITA, LIBER VNVS.

D. August. lib. 1. Retract. cap. 25.

EPISTOLÆ quoque ad Romanos sicut ad Galatas expositionē susceperam. sed huius operis si perficeretur, plures libri erant futuri. Quorum vnum in sola disputatione ipsius salutationis absolui, ab initio scilicet vsque ad illud, vbi ait: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Factum est quippe vt immoraremur cùm vellemus soluere incidētē sermoni nostro difficillimā q̄stionē de peccato in spiritum sanctum, quòd nō remittatur neq; in hoc seculo neq; in futuro. sed deinde alia volumina cessaui adiungere, exponendo Epistolā totam, ipsius operis magnitudine ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexus sum. Ita factum est, vt librum quē feceram primum, relinquerē solum cuius esse titulū volui, Epistolæ ad Romanos inchoatæ expositio. Vbi quod dixi, Gratiam esse in dimissione peccatorum, pacem verò in reconciliatione Dei: vbicunque hoc dixi, nō sic accipiēdum est, ac si pax ipsa & reconciliatio nō pertineat ad gratiam generalem, sed q̄ specialiter nomine gratiæ remissionem significauerit peccatorum. sicut legem & specialiter dicimus, secundum quod dictum est: Lex & Prophetæ: & generaliter, vt in ea sint & Prophetæ. Hic liber sic incipit:

Mat. 12. c. 31.

IN epistola quam Paulus apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem: Vtrum Iudæis solis Euāgelium Domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum legis, an verò nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei, quæ est in Christo Iesu, vt non quia iusti erant homines, crederent: sed credendo iustificati, deinceps iustè viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiā Euangelij Domini nostri Iesu Christi. Quam propterea etiam gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitum iustitiæ redditum est, sed gratuitò datum. Cœperunt enim nō nulli qui ex Iudæis crediderant tumultuari aduersus apostolum Paulum, quòd incircumcisos, & à legis veteris vinculis liberos admittebat ad Euāgelij gratiam, prædicās eis vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circūcisionis iugo. Sed planè tāta moderatione vti nec Iudæos superbire p̄mittat, tāquā de meritis operū legis: nec gentes merito fidei aduersus Iudæos inflari, q̄ ipsi receperint Christū, quē illi crucifixerūt: tāquā enim (sicut alio loco dicit) pro ipso Domino legatione fungēs, hoc est, pro lapide angulari, vtrūq; populū tā ex Iudæis quā ex gentibus cōnectit in Christo per vinculū gratiæ, vtrisq; auferēs omnē superbiā meritorū, & iustificandos vtrosq; p̄ disciplinā humilitatis associans. Itaq; Epistolā sic exorsus est, *Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei.*

2. Cor. 5. d. 20.
Eph. 6. d. 20.
Ibid. 2. d. 20.
Rom. 1. a. 1.

Breuiter in duobus verbis Ecclesiæ dignitatē à synagogæ vetustate discernit: Ecclesia quippe ex vocatione appellata est, synagoga verò ex cōgregatione. Conuocari enim magis hominibus congruit, congregari autem, magis de pecoribus dici solet: vnde greges propriè pecorū dici solent. Quanquā ergo plerisq; Scripturarū locis ipsa Ecclesia grex Dei, & ouile Dei, & pecus Dei vocetur: tamē cū in cōparatione homines pecora dicūtur, ad vitā veterē pertinēt. Et apparet huiusmodi homines, nō cibo sempiternę veritatis, sed tēporaliū promissionū tanquā terreno pabulo esse cōtētos. Paulus ergo seruus Christi Iesu vocatus est Apostolus, q̄ vocatio illū cooptauit Ecclesię. In Euangeliū aūt Dei segregat⁹ est, vnde nisi à grege synagogæ, si verborū Latinorū significatio omnimodo cū Græca interpretatione cōcordat? Sanè Euangeliū Dei in quod segregatum se esse cōmemorat, cōmendat authoritate prophetarū: vt quoniā credētes Christo, in quorū numero vocatus est, Iudæis p̄posuerat, à quib⁹ se dixerat segregatū, gētes rursus iā nō superbire admoneat. Siquidē de populo Iudæorū fuerūt Prophetæ, per quos Euangeliū, cuius fide credētes iustificantur, antè promissum esse testatur, *Segregatus enim*, inquit, *in Euangeliū Dei quod antè promiserat per prophetas suos.* Fuerunt enim & Prophetæ nō ipsius, in quibus etiā aliqua inueniuntur q̄ de Christo audita cecinerunt, sicut etiam de Sibylla dicitur: quod nō facilè crederem, nisi quòd poëtarum quidā, in Romana lingua nobilissimus, antequam diceret ea de innouatione seculi, quæ in Domini nostri Iesu Christi regnum satis concinere & cōuenire videantur, præposuit versum, dicens:

Non concordem.

Vltima Cumæi iam venit carminis ætas.

Aegloga 4.

Cumæū autē carmē Sibyllinum esse, nemo dubitauerit. Sciens ergo Apostolus ea in libris gentiū inueniri testimonia veritatis, q̄ etiā in Actibus Apostolorum loquens Atheniensibus manifestissimè ostendit, non solùm ait per prophetas suos, ne quis à pseudoprophetis per quasdā veritatis cōfessiones in aliquā impietatē seduceretur, sed addidit etiā, *in Scripturis sanctis*: volēs vtiq; ostendere literas gentiū superstitiosæ idololatriæ plenissimas, non ideo sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid quod ad Christū pertinet inuenitur. Et ne quisquā etiā Prophetas aliquos remotos atq; alienos à gente Iudæorum fortè præferret, in quibus nullus simulachrorū cultus esset: quātū attinet ad simulachra quæ humana operatur manus. Nā simulachris phantasmatū suorū sectatores suos omnis error illudit. Ne quis tamen aliqua huiusmodi præferēs, quia ibi christi nomen ostētat, eas potius sanctas Scripturas esse asserat, nō eas quæ populo Hebręorū sunt diuinitùs creditæ, satis opportunè mihi videtur adiungere cùm dixisset, In Scripturis sanctis, quod adiecit, *De filio suo qui factus est ei ex semine Dauid, secūdū carnē.* Dauid enim certè rex Iudæorū fuit. Oportebat autē vt ex illa gēte oriretur Christi p̄nūciatores Prophetę, ex qua gēte carnē assumptur⁹ erat quē p̄nūciabāt. Occurrēdū autē erat etiā illorū impietati, qui Dominū nostrū Iesum Christū secundū hominē tantūmodo quem suscepit, accipiunt: diuinitatē autē in eo non intelligūt ab vniuersæ creaturæ cōmunione discretā: velut ipsi Iudæi, qui Christum filium Dauid tantummodo esse opinabantur, ignorantes excellentiam qua Dominus est ipsius Dauid, secundùm id quod est filius Dei. Vnde illos in Euangelio redarguit per prophetiam quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quem ipse Dauid Dominum appellat, quomodo filius eius sit, cùm

Act. 17. f. 28.
Rom. 1. a. 3.
Mat. 22. d. 42.

Cùm deberent vtiq; respondere, quod secundùm carnē filius esset Dauid, secundùm diuinitatē autē filius Dei & Domini ipsius Dauid. Quod Paulus apostolus qui iā dixerat, posteaquā dixit, in Euangeliū Dei q̄ antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de filio suo q̄ factus est ei ex semine Dauid: addidit, secundum carnē: ne hoc solū & totū in Christo esse arbitrarentur, quod factus erat secūdum carnē. Addendo ergo, secundum carnē, seruauit diuinitati dignitatem suam. Quæ non solum semini Dauid, sed nec alicui angelicæ aut cuiusuis excellētissimæ creaturæ generationi tribui potest, quandoquidem ipsum est verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Quod verbū ex semine Dauid caro factum est, & habitauit in nobis, nō mutatū & conuersum in carnē, sed carne vt carnalibus congruētēr appareret indutum. Quapropter Apostolus nō solum eo verbo quòd ait, secūdum carnē, humanitatem à diuinitate distinxit: sed etiam illo quo ait, factus est. Non est enim factus secundum id quod verbū Dei est, Omnia enim per ipsum facta sunt. Nec fieri cum omnibus posset per quem facta sunt omnia. Neque ante omnia factus est, vt per ipsum fierent omnia: ipso enim excepto, si ante illa iam factus esset, non essent illa omnia quæ per illum fierēt: nec possent verè dici facta omnia per ipsum in quibus ipse non esset, si ipse etiam factus esset. Et ideo Apostolus cùm factū diceret Christum, addidit, secundum carnem: vt secūdum verbum quod est filius Dei, nō factum à Deo, sed natum esse mōstraret. Eundem sanè ipsum qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, *prædestinatum* dicit *filiū Dei, in virtute non secundum carnē, sed secundum spiritum* nec quem libet spiritum, sed *spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorū.* In resurrectione enim virtus morientis apparet, vt diceret prædestinatus in virtute secūdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Deinde sanctificatio vitam nouam fecit, quæ in Domini nostri resurrectione signata est. Vnde idem Apostolus alio loco dicit, Si cōsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Potest quidem etiam sic esse ordo verborum, vt nō ad spiritum sanctificationis adiungamus quod ait, ex resurrectione mortuorum: sed ad id quod ait, prædestinatus est: vt ordo sit, qui prædestinatus est ex resurrectione mortuorū: cui ordini interposita sunt hæc, Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Et nimirū iste ordo certior & melior videtur, vt sit filius Dauid in infirmitate secundum carnē, filius autē Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Factus est ergo ex semine Dauid, id est, filius Dauid ex mortali corpore, propter quod & mortuus est. Prædestinatus est autē filius Dei, & Dominus ipsius Dauid ex resurrectione mortuorum. Inquantū enim mortuus est, ad id pertinet quòd est filiⁿ Dauid: inquantum autem resurrexit à mortuis, ad id quòd est filius Dei, & Dominus ipsius Dauid, sicut alibi idem Apostolus dicit. Nam & si mortuus est ex infirmitate, sed viuit in virtute Dei: vt infirmitas pertineat ad Dauid, vita verò æterna ad vitutem Dei Ideoq; in his ipsis verbis Dominū suum designat eum Dauid, dicēs: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexterā meam. Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Ex eo enim quòd resurrexit à mortuis, sedet ad dexteram patris. Prædestinatum ergo ex resurrectione mortuorum, vt sederet ad dexteram patris, videns in spiritu Dauid, non auderet dicere filium suum, sed Dominum suum. Vnde & consequenter hic adiungit, *Iesu Christi Domini nostri*: posteaquam dixit, ex resurrectione mortuorum: tanquam admonens vnde illum

A

Ioan. 1. b. 14.

B

Ioan. 1. a. 3.

Colos. 3. a. 1.

Psal. 109. a. 1

Dauid Dominū suum potius quàm filiū esse testatus sit: nō autem ait eum prædestinatum à mortuis, sed ex resurrectione mortuorum. Nō enim resurrectione ipsa sua filius apparet, de proprią illa & eminentissima dignitate, qua etiam est caput Ecclesiæ; cùm & cæteri mortui resurrecturi sint: sed filiⁿ Dei prædestinatus est quodā principatu resurrectionis, quia ex resurrectione omnium mortuorum ipse prædestinatus est: id est, vt præ cæteris & ante cæteros resurgeret designatus. Vt quod hic positum est, filius Dei, cùm dixisset, prædestinatus est, ad documentū valeat tātæ sublimitatis: Non enim sic prædestinari oportuit, nisi filiū Dei secūdum quod est etiā caput Ecclesiæ; vnde illum alio loco primogenitū ex mortuis appellat. Eū enim decebat venire ad iudicium resurgētiū, qui præcesserat ad exemplū: neque ad exemplū omniū resurgentiū, sed ad exemplū eorum qui sic resurrecturi sunt, vt cum illo viuāt & regnent in sempiternū, quorū etiam caput est, tanquam corporis sui. Ex ipsorum enim resurrectione etiā prædestinatus est, vt ipsis princeps fieret: cæterorū autem in sua cōditione resurgentiū non princeps, sed iudex est. Nō itaq; ex illorum mortuorū resurrectione prædestinatus est quos est damnaturus. Prædestinatū enim esse ex resurrectione mortuorū, vt præcederet resurrectionem mortuorū, vult intelligi Apostolus. Hos autē præcessit, qui ad ipsum cæleste regnum quò eos præcessit secuturi sunt. Propter quod non ait, qui prædestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesus Christus Dominus noster: sed ex resurrectione mortuorū Iesu Christi Domini nostri. Tāquā si diceret, qui prædestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum suorū: hoc est, ad se pertinētium in vitam æternam: velut si interrogaretur, quorū mortuorū, & respōderet, ipsiⁿ Iesu Christi dñi nostri. Ex resurrectione enim cæterorum mortuorū non est prædestinatus, quos non præcessit ad gloriam vitæ æternæ, non vtiq; secuturos, quoniam ad pœnas suas impii resurrecturi sunt. Ergo ille tanquā filius Dei vnigenitus, etiam primogenitus ex mortuis prædestinat⁹ est, ex resurrectione mortuorum. Quorum mortuorū, nisi Domini nostri Iesu Christi? *Per quē accepimus*, inquit, *gratiā & apostolatū.* Gratiam cum omnibus fidelibus, apostolatum autem nō cum omnibus. Et ideo si tantūmodo apostolatū se diceret accepisse, ingratus extitisset gratiæ, qua illi peccata dimissa sunt: tanquam enim meritis priorū operum accepisse apostolatū videretur. Optimè itaq; tenet ordinē causæ, vt nemo audeat dicere vitæ prioris meritis se ad Euāgelium esse perductū: quando nec ipsi Apostoli, qui cęteris membris post caput corporis supereminēt, accipere apostolatū propriè potuissent, nisi prius communiter cū cęteris gratiā quæ peccatores sanat & iustificat, accepissent. Quod autem subiūgit, *Ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius:* ad hoc dicit apostolatū se accepisse, vt obediatur fidei pro nomine Domini nostri Iesu Christi: hoc est, vt credant omnes in Christo, & signentur in eius nomine qui salui esse cupiunt. Quam salutem nō solis Iudæis, sicut nonnulli qui ex ipsis crediderant arbitrabantur, venisse iam ostendit cùm ait, In omnibus gētibus, *in quibus estis*, inquit, *& vos vocati Iesu Christi*, id est, vt & vos sitis eius Iesu Christi, qui omnium gētium salus est: quanquam non in numero Iudæorum, sed in numero cæterarum gentium sitis inuenti. Hucusq; dixit ipse quis esset qui scribit Epistolā. Est enim qui scribit Epistolam, *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei.* Sed quia occurrebat, quod Euangeliū? respondit, *quod antè promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de filio suo*

C

Colos. 1. c. 18.

D

Rom. 1. a. 5.

1. Cor. 13. b. 4.

Itē quia occurrebat, de quo filio suo? respondit, *qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorum, Domini nostri Iesu Christi.* Et quasi diceret, quomodo tu ad eū pertines? respōdit, *Per quem accepimus gratiā & apostolatū, ad obedientum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.* Itē quasi diceretur, Quæ igitur causa est vt scribas ad nos? respondit, *In quibus estis & vos vocati Iesu Christi.* Nūc deinde adiungit ex more Epistolę quibus scribat: *Omnibus*, inquit, *qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis*: etiā hic significauit benignitē Dei potius quàm meritū illorū. Non enī ait, diligentibus Deū, sed dilectis Dei. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, vt & nos eū dilecti diligeremus. In de etiā addidit, vocatis sanctis. Quanquā menim sibi quis tribuat quòd vocāti obtemperat, nemo potest sibi tribuere quòd vocatus est. Vocatis autē sanctis, nō ita intelligendū est, tanquā ideo vocati sint, quia sancti erāt: sed ideo sancti effecti, quia vocati sunt. Restat ergo vt salutē dicat, vt cōpleatur vsitatū Epistolæ principiū, tanquā ille illis salutē: pro eo autē ac si diceret salutē, *Gratia*, inquit, *& pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Nō enim omnis gratia est à Deo. Nā & iudices mali præbēt gratiā in accipiēdis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti. Neque omnis pax Dei est vel ab illo, vnde ipse Dominus discernens ait, Pacē meam do vobis: adiungēs etiā & dicēs, nō se talē pacē dare, qualem dat hic mundus. Gratia est ergo à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittuntur, quibus aduersabamur Deo. Pax verò ipsa qua reconciliamur Deo. Cùm enim per gratiā remissis peccatis absumptę fuerint inimicitiæ, restat vt pace adhęreamus illi à quo nos sola peccata diri mebāt. Sicut Propheta dicit, Nō grauabit autē, vt nō audiat, sed peccata vestra inter vos & deū separāt. Qui bus remissis per fidē Domini nostri Iesu Christi, nulla separatione interuenięte pax erit. Fortasse autē quisq; miretur, quomodo intelligēda sit iustitia iudicis Dei, cùm gratiā præbet ignoscēdo peccatis. Sed hoc planè iustū est apud Deū, quia verè iustū est, vt ij quos peccatorū suorū pœnitet, eo tēpore quo nōdū pœnarū manifestus terror apparet, misericorditer separēt ab eis qui defensiones peccatorum suorum pertinaciter exquirentes, nulla pœnitētia corrigi volunt. Iniustū est enim vt cum his illi ad consortiū pœnale copulentur, qui vocātem Deū nō spreuerūt, & peccātes displicuerūt sibi; vt quemadmodū ille peccata eorum, sic etiā ipsi odisset sua. Ea enim demū est humanæ iustitiæ disciplina, nō in se amare, nisi quod Dei est, & odisse quod propriū est: nec approbare peccata sua, nec in eis alium improbare, sed seipsum, nec putare satis sibi esse, vt sua peccata displiceant, nisi etiā vigilātissima deinceps intentione vitētur: nec in eis vitādis vires suas existimare sufficere, nisi diuinitus adiuuetur. Iustum est ergo apud Deū, vt ignoscatur talibus quęcunq; antea cōmiserūt, ne (quod iniustissimum est) cū eis qui tales nō sunt cōfundantur atq; misceantur. Quapropter & quia talibus non ignoscitur, iustitia Dei est: & quia ignoscitur, gratia est. Iusta est ergo gratia Dei, & grata iustitia, cū in eo quoq; etiam pœnitentiæ meritum gratia præcedat, quòd neminem peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua vocationis Dei. Porrò iustitiæ diuinæ tanta constantia est, vt cùm pœna spiritalis & sempiterna pœnitenti fuerit relaxata, pressuræ tamen cruciatusq; corporales, quibus etiam martyres exercitatos nouimus, postremò mors ipsa, quam peccādo meruit nostra natura, nulli relaxetur. Quod enim etiam iusti homines & pij, tamen exoluunt ista supplicia, de iusto Dei iudicio venire credendū est. Ipsa est quæ in sacris Scripturis etiā disciplina nominatur, quā nemo iustorū effugere sinitur. Neminē quippe excepit, cùm diceret: Quē enim diligit Deus, corripit: flagellat autē omnē filiū quē recipit. Vnde etiam ipse Iob, qui propterea tā multa illa passus est, vt hominib⁹ quis vir esset, & quantus Dei seruus, eluceret, pœnas tamen corporis ꝓ peccatis suis se exsoluere sæpe testatur. Petrus quoq; apostolus exhortans fratres ad perferendas pro Christi nomine passiones, ità loquitur: Nemo autem vestrūm patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut curas alienas agēs. Si verò quasi Christianus, non erubescat: glorificet aūt deū in isto nomine, quia tempus inchoationis iudicii à Domo Dei. Si autē initium à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio Dei? Et si iust⁹ quidē vix saluus fit, peccator & impius vbi parebunt? Manifestē ostendit eaēdē ipsas passiones quas iusti patiuntur, ad iudiciū Dei pertinere. Quòd inchoari dixit ex domo Dei, vt inde cōiiciatur, quanta impiis futura seruātur. Vnde etiā ipse Paulus ad Thessalonicenses dicit, Ita vt nos ipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro vestra patientia & fide in omnibus persecutionib⁹ vestris, & pressuris quas sustinetis in exemplū iusti iudicij Dei. Quod omnino ad illud respicit, quod ait Petr⁹ tēpus esse inchoationis iudicij à domo Domini: & illud quod de Propheta interposuit, Et si iustus vix saluus erit, peccator & impi⁹ vbi parebūt? Vnde mihi videtur etiā illa quæ per Nathan prophetā regi Dauid cōminatus est Deus, quāquā statim ignouerit pœnitēti, propterea tamē accidisse omnia, vt demōstraretur illā veniā spiritaliter datā propter futurū iudiciū pœnarū, quod expectat eos qui hoc tēpore corrigi nolūt. Dicit enim & alibi Petrus, Propter hoc enī & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum hominē in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu. Hoc dixi, vt ostenderem quantum possem, & quātum opportunitas præsentis loci Scripturarum sinit: nō sic accipiendam gratiam & pacem Dei, cùm dicitur, vt existimēt homines à iustitia Deū posse discedere. Nam & ipsam pacē cùm promitteret Dominus, ait, Hæc dixi, vt in me pacem habeatis, in mundo autē pressuram. Sed tribulationes & molestiæ cùm per iustitiam Dei redduntur peccatis, bonos & iustos, & quibus iam plus peccata ipsa displicēt, quàm vlla corporis pœna, non reflectunt ad peccandum, sed ab omni labe penitus purgant. Pax enim perfecta etiā corporis suo tempore roborabitur: si nunc pacem quā Dominus per fidem dare dignatus est, inconcussè spiritus noster atque incōmutabiliter teneat. Quòd autem Apostolus gratiam & pacem à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo dicit, non adiungens etiam Spiritum sanctum: nō mihi alia ratio videtur, nisi quia ipsum donum Dei, Spiritū sanctū intelligamus. Gratia porrò & pax, quid aliud est quàm donum Dei? Vnde nullo modo dari hominibus gratia potest qua liberamur à peccatis: & pax qua reconciliamur Deo, nisi in Spiritu sancto. Et ideo ipsa Trinitas pariterq; incōmutabilis vnitas in ista salutatione cognoscit. Quod propterea maximè credo, quoniam excepta Epistola quam ad Hebræos scripsit, vbi principium salutatorium de industria dicitur omisisse, ne Iudęi qui aduersus eum pugnaciter oblatrabant, nomine eius offensi vel inimico animo legerent, vel omnino legere non curarent, quòd ad eorum salutem scripserat. Vnde nōnulli eam in canonem Scripturarum recipere timuerunt. Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, excepta hac Epistola, cæteræ omnes quæ nulla dubitante Ecclesia Pauli apostoli esse firmantur, talem continēt salutationem, nisi quòd ad Timotheū in vtraq; interponit misericordiā. Nā ita scribit: Gratia, misericordia, pax à deo patre, & Iesu Christo Dño nostro. Quo enim familiarius, eo dulcius quodāmodo scribens ad Timotheū, id verbum interposuit, quo planè aperitur atq; ostenditur, non meritis operū priorū, sed secundùm misericordiā Dei nobis dari Spiritū sanctū, vt & peccatorū abolitio fiat, quibus seiungebamur à Deo, & reconciliatio, vt illi inhæreamus. Nec aliæ Apostolorū epistolæ quas vsus ecclesiasticus recipit, parū nos admonēt de ista Trinitate in principiis suis. Nā Petr⁹ ita dicit, Gratia vobis & pax adimpleatur. Deinde statim subiecit, Benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi: vt per gratiā & pacē Spiritu sancto intellecto, patris & filij cōmemoratio animū de Trinitate cōmoneat. Et in alia sic ait, Gratia vobis & pax multiplicetur in recognitione Dei & Christi Iesu Dñi nostri. Ioannes autē nescio quā ob causam omisit tale principiū, sed planè Trinitatis cōmemorationē nec ipse neglexit, pro gratia & pace, societatē interponēs. Quod ergo vidimus, inquit, nūciamus & vobis, vt & vos societatē habeatis nobiscū, & societas nostra sit cū patre & filio eius Iesu Christo. In secunda verò illis quæ ad Timotheū sunt cōsonat, dicēs: Sit vobiscū gratia, misericordia, pax, à deo patre & Iesu Christo filio patris. In tertiæ principio de Trinitate penitùs tacetur, credo quòd sit omnino breuissima. Sic enim incipit: Senior Gaio dilectissimo, quem ego diligo in veritate. Quā veritatē pro ipsa Trinitate positā puto. Iudas nominato Deo patre & Dño Iesu Christo, ad intelligēdū spiritū sanctū, hoc est donū Dei, tria verba ponit: sic quippe incipit: Iudas Iesu Christi seruus, frater autē Iacobi, in Deo patre dilectis, & in Iesu Christo cōseruatis & vocatis, misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur. Gratia enim & pax sine misericordia & charitate intelligi non potest. Iacobus autē vsitatissimū exordiū fecit Epistolæ, ita scribens: Iacobus Dei & Dñi nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutē. Credo considerans salutē nō esse nisi in dono Dei, vbi gratia & pax. Et quāquā ante hoc verbū nominauerit Deū & Dominū nostrū Iesum Christum: tamen quia nulla gratia & nulla pace salui fiūt homines, nisi q̄ est à Deo patre & Dño Iesu Christo, sicut Ioānes in tertia veritatē, sic iste salutē pro ipsa Trinitate posuisse mihi videtur. Quo loco prorsus nō arbitror prætereūdū, quod pater Valerius animaduertit admirās. In quorundā rusticanorū collocutione, cùm alter alteri dixisset salus, quæsiuit ab eo qui & Latinè nosset & Punicè, quid esset salus: respōsum est, tria. Tū ille agnoscēs cū gaudio salutē nostrā esse Trinitatē, conuenientiā linguarū nō fortuitu sic sonuisse arbitrat⁹ est, sed occultissima dispēsatione diuinæ prouidētiæ: vt cùm Latinè nominatur salus, à Punicis intelligantur, tria: & cū Punici lingua sua tria nominant, Latinè intelligatur, salus. Chananæa enim, hoc est, Punica mulier, de finib⁹ Tyri & Sydonis egressa, q̄ in Euangelio ꝓsonā gentiū gerit, salutē petebat filiæ suæ, cui respōsum est à Domino, Nō est bonū panē filiorū mittere canibus. Quod crimē obiectum illa non negans, tanquā, de cōfessione peccatorū impetratura salutē filiæ, hoc est nouæ vitę suę: Ita, inquit, Domine. Nā & canes edunt de micis quæ cadūt de mēsa dominorū suorū. Tria enim mulieris lingua salus vocantur. Erat enim Chananæa. Vnde interrogati rustici nostri, quid sint, Punicè respōdentes Chanani, corrupta scilicet, sicut in talibus solet, vna litera, qd aliud respōdēt quàm Chananæi? Petēs itaq; salutē, Trinitatē petebat: quia & Romana lingua quæ in salutis nomine Trinitatē Punicè sonat, caput gentiū inuēta est in aduentu Domini. Et diximus, Chananæā mulierē, gentiū sustinere personā. Panē autē appellās Domin⁹, id ipsum quod à muliere petebatur, quid aliud quam Trinitati attestatur? Nāq; alio loco eādē Trinitatem in tribus panibus intelligendā esse, apertissimè docet. Sed hęc verborū cōsonantia, siue prouenerit, siue prouisa sit, non pugnaciter agendū est, vt ei quisq; cōsentiat, sed quantū interpretantis elegantiā hilaritas audientis admittit. Illud sanè magna intentione animi considerandū, & totis viribus pietatis amplectendum satis apparet, quoniā si gratia & pax ad implendā Trinitatis cōmemorationē sic ab Apostolo ponitur, ac si Spiritū sanctū nominasset: ille peccat in Spiritū sanctū, qui desperans vel irridens, atq; contēnēs prædicationem gratiæ, per quā peccata diluuntur, & pacis, ꝑ quam reconciliamur Deo, detractat agere pœnitētiā de peccatis suis, & in eorū impia atq; mortifera quadā suauitate perdurandū sibi esse decernit, & in finē vsq; perdurat. Quod ergo ait Dominus, dimitti homini si verbū dixerit aduersus filiū hominis: si autē verbū dixerit aduersus Spiritū sanctum, nō ei dimitti neq; hic neq; in futuro seculo, sed reū esse æterni peccati, non negligenter audiendū est. Cōstituamus enim aliquem Latinæ linguæ ignarū, cùm illo audiente pronūciatus fuerit ab aliquo Spiritus sanctus, quærere quid rerum significetur sub isto syllabarū sono. Ab aliquo aūt deceptore vel irrisore impio responderi aliquid aliud, quodlibet vile & abiectū, vt quærētē decipiat, sicuti à talibus fieri solet ridēdi gratia. Illū autē per ignorantiā contēpsisse hoc nomē, dū nescit quid significet, & aliqua etiā in hoc cōuicia iactitasse: neminē esse arbitror tā vanū & inconsideratū, qui hunc hominē vllo crimine impietatis aspergat: at contrà, si tacito nomine, res ipsa verbis quibus potest ad quærētis intelligētiam perducatur, tum verò si aliqua contumeliosa in tātam sanctitatem vel verba vel facta protulerit, reus tenebitur. Quæ cùm ita sint, manifestū esse arbitror, eum qui hoc nomine audito, aliam pro alia re significari putauerit: & aduersus eam rem quam significari hoc nomine credidit, verbū dixerit: non hunc sic peccare vt aduersus Spiritū sanctū verbū dixisse iudicet. Itaq; si quisquā quærens quid sit Spiritus sanctus, audiat ab imperito, hunc esse filiū Dei per quē facta sunt oīa, qui etiā certa opportunitate tēporis de virgine natus sit, & occisus à Iudæis, & resurrexerit: q̄bus auditis vel neget vel irrideat q̄ dicta sunt, nō eū sic teneri putādū est, ac si verbū aduersus Spiritū sanctū dixerit: sed potius aduersus filium Dei, vel filiū hominis, sicut & vocari & esse dignatus est. Non enim quid sit imperito per vocē propositū, sed per rationē expositū, considerandū est: quia ille cùm maledicta ꝓferret, ei vtique maledicebat, quem sibi enarratum in cogitatione intuebatur. Quodlibet autem vocaretur, vtrum res ipsa veneranda, an neganda, vel vituperāda esset, hoc quęritur. Hoc modo etiam si quispiam quærat quis sit Iesus Christus: & ita quærenti respondeantur quæ non in filium Dei, sed potius in Spiritum sanctum conueniunt, quibus auditis ille blasphemet: non vtique aduersus filium, sed aduersus Spiritum sanctum verbū dixisse tenebitur. Sed si transitoriè ac negligenter attenderimus quod dictum est, Si quis verbum dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, quis inueniri poterit cui veniam peccatorū dederit Deus? Nam & Pagani qui appellātur, etiam nūc totam nostram religionem, quia iam ferro & cædibus prohibentur, maledictis contumeliisq; insectātur: & quicquid de ipsa Trinita-

Ioan. 14. d. 27.
Esa. 59. a. 2.
1. Ioan. 4. d. 19.
Hebr. 12. a. 6
1. Pet. 4. d. 18.
Prou. 11. d. 31.
1. Pet. 4. d. 18.
2. Tess. 1. a. 4
1. Pet. 4. d. 17
Prouer. 11. d. 31.
2. Reg. 12. a. 1
1. Pet. 4. b. 6
Ioan. 16. d. 33
Rom. 1. a. 7.
Hebr. 12. a. 5
1. Tim. 1. a. 2.
2. Tim. 1. a. 2.
1. Pet. 1. a. 2.
2. Pet. 1. a. 2.
3. Ioan. 1. a. 1.
2. Ioan. 1. a. 3.
3. Ioan. 1. a. 1.
Iudæ 1. a. 1.
Iacobi 1. a. 1
3. Ioan. 1. a. 1.
Mat. 15. c. 26
Matt. 12. c. 32.
Luc. 12. b. 10.

te dicimus, negando & blasphemando cõtẽnunt. Nõ enim excipiunt sibi Spiritũ sanctũ quẽ venerentur, vt in cætera sæuiant: sed simul aduersus oĩa quæcunq; sollicitè de trina Dei maiestate loquimur, quãto possunt furore impietatis oblatrãt. Nã neq; de ipso Deo patre digna sentiunt, quẽ partim penitùs negant, partim sic fatentur, vt de illo falsa fingẽdo, non vtiq; illũ, sed sua figmẽta venerẽtur. Multo magis ergo q̃ de filio Dei, vel de Spiritu sancto dicim⁹, suo impio more deridere, quã nostra pia societate colere maluerunt. Quos tamen quantũ possumus adhortamur ad Christũ cognoscendũ, & per ipsum patrẽ Deũ: summoq; & vero imperatori militandũ esse suademus: eosq; promissa impunitate præteritorũ omniũ peccatorũ inuitamus ad fidẽ. Qua in re satis iudicamus, etiã si quid aduersus Spiritũ sanctũ in sua sacrilega superstitione dixerunt, cùm Christiani facti fuerint, sine vlla caligine dubitationis ignosci. Iudæi verò quales aduersus spiritũ sanctũ fuerint, testis est stephanus, quẽ ipso spiritu sancto plenũ lapidauerunt, cũ illa oĩa q̃ in eos dixit, ipse spiritus dixerit. In quib⁹ verbis apertissimè dictũ est Iudæis, Vos semper restitistis spiritui sancto. In illo tamen numero Iudęorũ resistentiũ spiritui sancto, & nõ ob aliud stephanũ vas eius, nisi q̃ eo plenus erat, lapidantiũ etiã Paulus apostolus erat, in manibus omniũ quorũ vestimẽta seruabat: q̃ sibi postea etiã pœnitẽdo increpitat, eo ipso spiritu iã plenissim⁹, cui primo inanissimus resistebat, & paratus iã lapidari ꝓ talibus dictis, qualium p̃dicatorẽ ipse lapidauerat. Quid samaritani? Nõne ita spiritui sancto aduersanẽ, vt ipsam prophetiã penitùs conẽtur extinguere, q̃ per spiritum sanctum ministrata est? Quorum tamen saluti & ipse Dominus attestat, in eo q̃ decẽ leprosis mundatis solꝰ reuersus est vt ageret gratias, cùm esset Samaritanus. Et in illa muliere, cũ qua ad puteũ sexta hora locutus est, & eis q̃ per illã crediderũt. Post Dñi aũt ascensionẽ, sicut in Actibus apostolorum scriptum est, quãta gratulatione sanctorum recipit Samaria verbum Dei? Simonẽ quoq; magũ arguẽs Petrus apostolus, quòd tã malè de spiritu sancto senserit, vt eum venalẽ putans pecunia sibi emẽdum poposcerit: nõ tamen ita de illo desperauit, vt veniæ locũ nullũ relinqueret. Nã benignè etiã vt eum pœniteret admonuit. Ipsa denique catholicæ Ecclesiæ tã insignis authoritas, q̃ in eodẽ dono spiritus sancti omnium sanctorum mater toto fœcunda orbe diffundit, cui vnquã hęretico vel schismatico spẽ liberationis si se corrigat amputauit, cui placãdi Dei aditum clausit? Nónne oẽs ad vbera sua, qui eã superbo fastidio reliquerunt, cum lachrymis reuocat? Quis verò vel de principibus, vel de regibus hæreticorum inuenit, q̃ nõ aduersẽt spiritui sancto? Nisi fortè quisquã tã peruersè sentit, vt arbitretur eum teneri reum qui aduersus spiritum sanctum aliquid dixerit: eum verò qui aduersus spiritum sanctum multa fecerit, nõ teneri. Qui aũt tãta euidẽtia cõtra spiritũ sanctum pugnant, quã illi qui aduersus Ecclesiæ pacẽ superbissimis cõtẽtionibus sęuiunt? Sed si de verbis quęstio est, q̃ro vtrum nihil dicãt aduersus spiritũ sanctũ, cùm alij eũ, q̃ ad ipsum propriè pertinet, omnino non esse asseuerẽt: sed ita esse vnum Deũ, vt idẽ ipse pater, idẽ ipse filius, idẽ ipse spiritus sanctus appelletur. Alij fateantur quidẽ esse spiritum sanctum, sed æqualem filio, vel omnino esse Deum negent. Alij vnam quidẽ & eandem Trinitatis substantiã esse fateantur, sed de ipsa diuina substantia tam impiè sentiãt, vt eam commutabilem & corruptibilem putent: ipsumq; spiritũ sanctum, quem Dominus discipulis se missurum esse promisit, nõ quinquagesimo die post eius resurrectionẽ, sicut Apostolorũ Acta testantur, sed post trecẽtos ferè annos per hominẽ venisse cõfingãt. Alij similiter aduentũ eius, quẽ tenemus, negẽt: & eũ Prophetas in Phrygia per quos tanto pòst loqueretur, elegisse contendant. Alij sacramenta eius exufflent, & baptizatos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti denuò baptizare non dubitent. Sed ne pergã per singula quæ sunt innumerabilia, his certè omnib⁹ quos pro tẽpore breuiter attigi, ad sponsam Christi redeuntibus, & errorẽ atq; impietatẽ pœnitendo dãnantibus, nulla catholica disciplina negãdã Ecclesiæ pacẽ, & claudẽda viscera misericordiæ iudicauit. Quòd si quisquã tũc putat verbũ dici aduersus Spiritũ sanctũ, cùm ab eo dicitur cui iã per baptismũ dimissa sunt peccata, attẽdat nec talibus per Ecclesiæ sanctitatẽ auferri pœnitentiæ locũ. Si enim propterea credit nõ dari veniam, q̃ a gratia fidei sacramentisq; fidelium iã perceptis nõ potest dici peccatum ignorantiæ: videat aliã causam esse, cùm dicitur propterea non ignosci, quia ignorantiæ tẽpore peccatum est: & aliã causam esse, cùm dicitur propterea nõ ignosci, quia verbum dixit aduersus Spiritũ sanctum. Si enim sola ignorantia veniã meretur, & ignorantia nõ accipitur, nisi antequã quisq; fuerit baptizatus: nõ solùm si aduersus Spiritum sanctum, sed etiam si aduersus filiũ hominis post baptismum dixerit verbum: & omnino si qua fornicatione vel homicidio, vel vllo flagitio aut facinore post baptismum sese maculauerit, nõ potest pœnitẽdo curari. Quod qui senserunt exclusi sunt à cõmunione catholica: satisq; iudicatũ est, eos in illa crudelitate, diuinæ misericordiæ participes esse nõ posse. Si autẽ illud solum, q̃ aduersus Spiritum sanctum dicitur, sine venia esse post acceptũ baptismum putatur: primò Dominus cùm inde loqueretur, nullum tẽpus excepit, sed regulariter ait, Qui dixerit verbum aduersus Spiritũ sanctum, nõ remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Deinde Simon, quẽ paulò antè cõmemoraui, iã baptismũ acceperat, cùm spiritum sanctum turpissimo mercatui subditũ credidit. Cui correpto à se Petrus, tamẽ cõsilium pœnitẽdi dedit. Quid autẽ agimus de iis, qui cùm baptismi sacramẽta pueri vel infantes peceperint, postea negligẽter educati, per ignorãtiæ tenebras vitã turpissimã ducunt: nesciẽtes omnino quid Christiana disciplina iubeat aut vetet, quid polliceatur, & quid minetur: quid credẽdum, quid sperãdum, quid diligẽdum sit: nũ audebimus peccata eorũ propterea nõ ignorantiæ peccato deputare, quia baptizati peccauerũt, cùm omnino ignorantes, & omnino, quẽadmodũ dicitur, vbi caput haberẽt nesciẽtes, in magno errore peccauerint? Quòd si eo tempore cum scientia quisque peccasse dicatur, quo scit malũ esse quod faciat, & tamen facit, cur hoc in spiritum sanctum solum, nõ etiam in Dominum Iesum Christum irremissibile iudicatur? Adhuc si hoc ipsum esse creditur peccare, vel verbum dicere aduersus spiritum sanctum, quodlibet peccatum cum scientia committere: vt quicquid homines ignorando peccant, in filium peccare; quicquid autem scientes peccant, in spiritum sanctũ peccare iudicentur: quæro quis nesciat malum esse, verbi gratia, corrumpere pudicitiam vxoris alienæ, vel eo ipso certè quòd hoc in sua coniuge nollet perpeti: aut fraudare quemquam in negotio, aut circumuenire mendacio, aut opprimere testimonij falsitate, aut auferendæ rei causa insidiari, & occidere quẽpiam: & si quid omnino est quod sibi ab altero fieri nõ vult, & si fieri senserit, toto corde indubitanter accusat: aut si hęc ab ignorantib⁹ fieri dicimus, quid inueniemus in quo sciẽtes homines peccare videantur? Restat ergo vt si hoc est peccare

peccare in Spiritum sanctum, peccare cũ sciẽtia, illis peccatis quæ cõmemoraui negetur pœnitendi locus, quoniã peccato in Spiritum sanctũ omnẽ spem veniæ Dominus amputauit. Quod si regula Christiana respuit, omnesq; illos qui sic peccant, ad correctionẽ vitæ vocare nõ cessat, adhuc quęrẽdum est quid sit peccare in Spiritum sanctum, cui peccato venia nulla cõceditur. An fortè non est dicẽdus cum sciẽtia peccare, qui peccatũ ipsum malum esse nouit, & tamẽ Deum voluntatemq; eius ignorãs peccat? Hoc n. videtur & ad Hebræos dicere, cùm dicit, Voluntariè enĩ peccãtibus nobis postquã accepimus sciẽtiam veritatis, nõ adhuc relinquitur pro peccatis sacrificiũ. Parum enĩ erat si tantummodo diceret, voluntariè peccãtibus nobis: nisi adheret, postquã accepimus sciẽtiã veritatis, in qua vtiq; Deꝰ voluntasq; eius cognoscitur. Quæ sciẽtia videtur cõgruere Dominicæ illi sentẽtiæ, cũ ait, Seruus ignorãs volũtatẽ domini sui, & faciẽs digna plagis, vapulabit pauca. Seruus aũt sciẽs voluntatẽ domini sui, & faciẽs digna plagis, vapulabit multa vt hoc putemꝰ dictũ esse quod dictũ est vapulabit pauca: tanquã si diceret, leuiter emẽdatus ad veniã pertinebit: in eo verò q̃ dictũ est vapulabit multa: sempiternũ suppliciũ intelligatur, quod minatur peccãtibꝰ in Spiritũ sanctũ, quibus dicit nunquã posse dimitti peccatũ: vt hoc sit peccare in Spiritũ sanctũ, cognita Dei voluntate peccare. Quod si ita est, cogitari oportet, & discuti ptiꝰ quãdo cognoscatur volũtas Dei. Nõnulli enĩ & ante perceptũ baptismi sacramẽtum cognouerunt eã. Nã & Cornelius Cẽturio voluntatem Dei vtiq; apostolo Petro docente cognouit, & ipsum Spiritũ sanctũ manifestissimis coattestãtibꝰ signis, antequã baptizaretur, accepit: quãquã nõ ideo sacramẽta illa cõtempserit, sed multò certius baptizatus sit: vt etiã ipsa sacrosancta signacula, quorũ res in eo præcesserat, ad perficiẽdam scientiã veritatis percipere nullo modo moraretur. Multi autem nec post acceptum baptismũ curãt cognoscere voluntatẽ Dei. Quapropter quisquis ante baptismũ cognita Dei voluntate peccauerit, nõ possumus dicere, aut vllo modo credere, cũ ad baptismũ accesserit, nõ ei dimitti oĩa quæcũq; peccauit. Huc accedit q̃ voluntas Dei in diligẽdo Deo, & proximo breuiter insinuetur credẽtibus, itavt in his duobus præceptis tota lex pendeat, & omnes prophetæ. Dilectionẽ autem proximi, id est, dilectionem hominis, vsq; ad inimici dilectionem, nobis Dominus ipse cõmendat: & videmus q̃ multi iam baptizati, & vera esse ista fateantur, & tanquam Dñi præcepta venerentur: cùm aũt perpessi fuerint alicuius inimicitias, ita rapiuntur animo ad vlciscẽdum, & tãtis inardescunt facibꝰ odiorum, vt nec prolato & recitato Euãgelio placari possint: & talibꝰ hominibus iã baptizatis Ecclesiæ plenæ sunt: quos tamẽ spiritales viri fraternè admonere nõ cessant, & in spiritu lenitatis instãter instruũt: vt huiusmodi tẽtationibus occurrere ac resistere parati sint, & magis diligãt in Christi pace regnare, q̃ de inimici oppressione lætari. Quod inaniter fieret, si taliũ peccatorũ nulla spes veniæ, nulla pœnitẽtiæ medicina remaneret. Et certè caueãt qui hoc sentiunt, ne Dauid patriarchã diuina electione probatũ atq; laudatũ ignorasse affirmẽt volũtatẽ Dei, cũ alienę cõiugis amore perculsus, etiã maritũ eius decipiẽdũ negãdumq; curauit: de quo tamẽ scelere cũ esset primò sua, deinde ꝓphetę voce dãnatus, pœnitẽdi humilitate, & peccati cõfessione liberatus est. Sed planè vapulauit multa, & exẽplo suo docuit intelligi, nõ ad sempiternã pœnã, sed ad seueriorẽ disciplinam pertinere quod dictũ est à Dño: Qui autẽ nouit voluntatẽ dñi sui, & facit digna plagis vapulabit multa. Nã & illud ad Hebræos qui diligentiùs pertractant, sic intelligũt, vt nõ de sacrificio cõtribulati per pœnitentiã cordis accipiẽdũ sit quod dictũ est, nõ adhuc pro peccatis relinquitur sacrificiũ: sed de sacrificio de quo nunc loquebatur Apostolus, id est, holocausto Dominicę passionis, quod eo tempore offert quisq; ꝓ peccatis suis, quo eiusdẽ passionis fide dedicatur, & Christianorum fideliũ nomine baptizatꝰ imbuitur: vt hoc significaret Apostolꝰ, nõ posse deinceps eum qui peccauerit, iterum baptizãdo purgari. Quo intellectu nõ intercluditur pœnitẽdi locus, ita sanè, vt eos qui nõdũ baptizati sunt, nõdum plenã sciẽtiam veritatis accepisse fateamur. Ex quo cõficitur, vt omnis qui scientiã veritatis accepit, etiã baptizatus intelligatur. Nõ autẽ omnis baptizatus etiam scientiam veritatis accepit, propter quorundã posteriorum profectuũ, vel miserabilẽ negligentiam: & tamen illud sacrificiũ de quo loquebatur, id est, holocaustũ Domini, quod tunc ꝓ vnoquoq; offertur quodãmodo, cũ eius nomine in baptizãdo signatur, iterum si peccauerit, offerri nõ potest. Nõ enim possunt denuò baptizari qui semel baptizati sunt, quamuis etiam post baptismum, ꝓ ignorantiam veritatis peccauerint. Ita fit, vt quoniã sine baptismo nemo rectè dicitur accepisse scientiam veritatis, omnis qui accepit eam, nõ ei relinquatur pro peccatis sacrificiũ, hoc est, non possint denuò baptizari. Nec tamẽ omnis qui nõ accepit ꝓ doctrinam scientiã veritatis, debeat arbitrari posse pro se illud offerri sacrificiũ, si iam oblatũ est, id est, si iam eiusdem veritatis per baptismum sacramẽta percepit, non potest iterũ baptizari. Tãquam si diceremus, omnẽ hominẽ nõ esse quadrupedem, non ideo tamẽ omne animal quod homo non est, etiam quadrupes esse. Eos enim qui iã baptizati fuerint, curari melius dicimus per pœnitentiam, nõ renouari: quia renouatio in baptismo est. Vbi quidem operatur pœnitẽtia, sed tanquã in fundamẽto. Manente itaq; fundamento, recurari ædificiũ potest: si autem fundamentũ iterare quis voluerit, totum ædificiũ subuertat necesse est. Propterea hoc dicit Hebræis, qui ex nouo Testamento ad sacerdotiũ vetus declinasse videbantur: Ideoq; remittentes, inquit, initio Christi verbũ, in consummationem respiciamus, non iterũ iacientes fundamẽtum pœnitẽtiæ à mortuis operibus, & fidei in Deum, lauacri doctrinæ, impositionis manus resurrectionis etiã mortuorũ, & iudicij æterni. Ista oĩa in baptismo tradũtur, quæ negat esse repetẽda, vtiq; in consecrandis fidelibus. Nã in verbi Dei tractatione atq; doctrina, nõ iterũ tantũ, sed sæpius dicenda sunt, sicut rerũ de quib⁹ differitur opportunitas flagitat. Anverò iã illud occurret, vt nõ si quodlibet peccatũ sciens admiserit, sed si propriè peccatũ in Spiritum sanctũ scieas admiserit, tunc nõ habere veniã iudicetur? Quo loco quæri potest, vtrũ scirent Iudæi per Spiritũ sanctum operari Dominũ, quando eum in principe dæmoniorũ dæmonia excludere blasphemabãt? Miror aũt quomodo possent in illo Spiritũ sanctũ cognoscere, cùm ipsum Dñm filiũ Dei esse nescirent: in illa scilicet cœcitate quæ ex parte in Israël facta est, donec plenitudo gẽtiũ intraret. De qua opportunius suo loco, Dño adiuuante atq; permittẽte, tractabitur. Deinde si diiudicatio spirituũ illa intelligitur, qua quisq; diiudicat, vtrũ in quoquã Spiritus sanctus, an fallaciæ spiritus operetur: hæc autẽ diiudicatio certò quoda tẽpore per Spiritũ sanctũ fidelibus datur, sicut alio loco idẽ Apostolus dicit: quomodo poterant infideles Iudęi sine isto munere diiudicare, vtrũ per Spiritũ sãctũ Dominꝰ operaretur: & tamẽ in eis, vt iusta pœna feriretur, apertissima indicia maleuolẽtię clarucũt, & cũ falsos

Matt 26.f. 60. Ibid 22 b. 16. Ibid.28.c.13. testes in eum compararũt, & submiserũt simulatores qui eũ in verbo caperent: & cũ tremẽda mirabilia quæ in eius resurrectione facta sunt eis renũciarẽtur, famã falsam disseminare, ac veritatẽ abscondere custódum corruptione conati sunt, & alia malitiosi & venenosi animi signa in eis, quantũ Euangelica narratio demõstrat, apparerẽt. Vnde iam velut incepit elucere eũ pec care in Spiritum sanctũ, qui operibus quæ per Spiritũ sanctum fiũt malcuolo animo cõtradicit. Quanquam enim nesciat, vtrũ ille sit Spiritus sanct⁹, tamẽ qui hoc animo est, vt ea opera quib⁹ inuidet, malit nõ esse Spirit⁹ sancti, nõ quia mala sunt, sed quia inuidet eis, quia ipsi bonitati est contrarius per malitiã suam, rectè in Spiritũ sanctum peccare iudicatur. Veruntamen si ex eo quoq; hominum numero, quibus Dñs illud crimẽ obiicit veniens ad fidẽ Christi, & pœnitẽti cruciatibus edomita inuidia salutem cum lachrymis poscẽs: sicut etiam nonnulli eorum fortasse fecerũt: quæro vtrum quisquam tanto errore crudescat, vt aut neget eos ad Christi baptismũ admitti oportuisse, aut frustra admissos esse cõtendat? Nam si quis per inuidiã opera diuina blasphemat, quoniã bonis Dei, hoc est donis Dei malitia sua resistit, in Spiritum sanctũ peccare, & propterea spem veniæ non habere existimãdus est. Attẽdamus vtrũ ex eo numero fuerit idẽ apostolus Paulus.

1.Tim.1.c. 13. Dicit enim, Qui prius fui blasphemus, & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. An fortè ideo nõ pertinuit ad hoc genus criminis, quia nõ erat inuidus? Audiam⁹ quid alibi dicat: Fuimus enĩ, inquit, & nos stulti

Tit 3.c.3. aliquãdo & increduli, errantes, seruiẽtes voluptatib⁹, & desideriis variis, in malitia & inuidia agẽtes, abominabiles, inuicẽ odio habẽtes. Si ergo nec Paganis, nec Hebræis, nec hæreticis, aut schismaticis nõdũ baptizatis ad baptismũ Christi aditus clauditur, vbi condẽnata vita priore in melius cõmutẽtur, quãuis Christianitati & Ecclesiæ Dei aduersantes antequã Christianis sacramẽtis abluerentur, etiã Spiritui sancto quãta potuerunt infestatione restiterunt: si etiã hominibus qui vsq; ad sacramentorũ perceptionẽ veritatis scientiam perceperũt, & post hęc lapsi Spiritui sancto restiterunt, ad sanitatem redeuntibus, & pacem Dei pœnitendo quærẽtibus, auxiliũ misericordiæ non negatur: si deniq; de illis ipsis quibus blasphemiã in Spiritũ sanctũ ab eis prolatã Dominus obiecit, si qui resipiscẽtes

Mat.12.c 31. ad Dei gratiã confugerũt, sine vlla dubitatione sanati sunt quid aliud restat, nisi vt peccatũ in Spiritũ sanctũ, quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro dimitti Dñs dicit, nullũ intelligatur nisi perseuerantia in nequitia, & malignitate cùm desperatione indulgẽtiæ Dei? Hoc est .n. gratiæ illius & paci resistere, de quibus nobis sermo nũc ortus est. Nã hinc licet aduertere etiã ipsis Iudæis, quorũ blasphemiã Dominus arguit, non fuisse clausum corrigendi se & pœnitendi locũ, quod idem Dominus in ea ipsa reprehensione ait illis, Aut facite

Mat.12.c.33. arborẽ bonam, & fructũ eius bonũ. Aut facite arborẽ malam, & fructũ eius malũ. Quod vtiq; nulla ratione diceretur eis, si propter illã blasphemiã iam cõmutare animũ in meli⁹, & rectè factorum fructus generare nõ possent, aut frustra etiã sine peccati sui dimissione generarẽt. Ergo quia Dñs in spiritu Dei expellebat dæmonia, cæterosq; humanorũ corporũ morbos, languoresq; sanabat, nõ ob aliud nisi vt crederetur dicẽti sibi, Agite pœnitentiã, appropinquabit enim regnũ cælo-

Matt. 3. a. 2. rũ. Inuisibiliter enim peccata dimittũtur, cui dimissioni fidem miraculis cõparabat, quod in illo paralytico

Marc. 2.a.3 manifestissimè ostenditur. Cùm enim primò ei donũ visibile obtulisset, propter quod venerat, nõ enim iam venerat filius hominis, vt iudicaret seculũ, sed vt seruaret mũdũ. Cùm ergo dixisset, Dimissa sunt tibi peccata: murmuratũq; esset à Iudeis indignantibus quòd eis tantã potestatẽ sibi arrogasse videretur: Quid est, inquit, facili⁹ dicere, Dimissa sunt tibi peccata: an dicere, surge & ambula? Vt sciatis aũt, quia potestatẽ habet fili⁹ hominis dimittere peccata, dicit paralytico: Tibi dico surge, tolle grabbatũ tuũ, & vade in domũ tuam, Quo facto, & quib⁹ dictis, satis declarauit, ideo se illa facere in corporib⁹, vt crederetur animas peccatorũ dimissione liberare: id est, vt de potestate visibili potestas inuisibilis mereretur fidẽ. Quia ergo in spiritu Dei faciebat illa omnia, vt gratiã pacemq; hominibus largiretur, gratiã in remissione peccatorũ, pacẽ in recõciliatione Dei, à quo separãt sola peccata, cùm dixissent Iudæiq; in Beelzebub eiiceret dęmonia, misericorditer eos voluit admonere ne verbũ dicerent, & blasphemiã in Spiritũ sanctum: hoc est, ne gratiæ Dei paciq; resi- Mat.12.b.24 sterent, quã per Spiritum sanctũ donare Dominus venerat. Nõ quia iã hoc fecerãt quod sibi neq; in hoc seculo, neq; in futuro dimitteretur, sed ne desperãdo de venia, aut quasi de sua iustitia præsumẽdo, & pœnitẽtiã non agendo, aut perseuerãdo in peccatis, hoc facerẽt: hoc modo enim dicerẽt verbũ, hoc est blasphemiã in Spiritum sanctũ, in quo Dñs signa illa propter largiẽdam gratiã pacemq; faciebat: si perseuerãtia peccatorũ, ipsi gratiæ paciq; resisterẽt. Verbũ enim, dicere, nõ ita videtur hic positũ, vt tantummodo illud intelligatur, quod per linguã fabricamus, sed quod corde cõceptum, etiam opere exprimimus. Sicut enim non cõfitentur Deum, qui tantũ oris sono confitẽtur, non etiã bonis operibus. Nam de his dictũ est, Confitentur enĩ se nosse Deũ, factis aũt negãt. Ex quo manifestũ est, dici aliquid factis, sicut manifestũ est negari aliquid factis. Et sicut illud quod ait Apostolus, Nemo dicit Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto: nõ potest rectè intelligi, nisi in factis dicere intelligatur. Nõ .n. hoc in Spiritu sancto dicere putãdi sunt qbus ipse Dñs dicit, Vt quid mihi dicitis, Domine Dñe, & nõ facitis quæ dico vobis? Et illud, Nõ omnis qui mihi dicit, Domine Dñe, intrabit in regnũ cælorũ. Sic etiã qui hoc verbũ, quod sine venia vult intelligi Dominus, in Spiritũ sanctũ dicit, hoc est, qui desperãs de gratia & pace quam donat, in peccatis suis perseuerãdũ sibi esse dicit, ne dicere intelligẽd⁹ est, si nõ faciat. Vt quomodo illi factis Dominũ negant, sic isti in factis dicãt se in mala vita sua & perditis morib⁹ perseueraturos, vt etiã ita faciãt, hoc est perseuerẽt. Quod si faciũt, quis iã miretur, aut quis nõ intelligat, & Dominũ Iesum Christũ per illam cõminationẽ ad pœnitẽtiã vocasse Iudæos, vt eis in se credẽtib⁹ gratiã pacemq; donaret: & huic gratiæ paciq; resistẽtibus & hoc modo verbũ atq; blasphemiã in Spiritum sanctum dicẽtibus, hoc est, in peccatis suis desperata atque impia mentis obstinatione perseuerãtibus & aduersus Deũ sine humilitate confessionis atq; pœnitentiæ superbientibus neq; in hoc seculo, neq; in futuro veniã posse cõcedi? Quæ si ita sunt, opportunitate tractandi de gratia & pace, quæ nobis est à Deo patre & Dño nostro Iesu Christo, magna & difficillima codẽ ipso Domino largiẽte quæstio dissoluta est. Quisquis aũt adhuc de re tãta diligentiorem cõsiderationẽ tractationemq; desiderat, in Euãgelij tractatione, atq; in verbis Euãgelistarũ sibi desiderãda esse cognoscat. Et meminerit nos nũc Epistolã Pauli apostoli ad Romanos suscepisse tractãdã, cuius Epistolæ textũ cõsequẽtẽ in aliis voluminib⁹, si Dominus voluerit, vestigabimus, vt in huius salutatione iã tandem iste sit modus.

FINIS.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI

EXPOSITIONIS QVARVNDAM PROPOSITIONVM EX EPISTOLA AD ROMANOS, LIBER VNVS:

Titulus in M.S. sic habet: *Incipit liber quæstionum S. August. in epistolam ad Rom.*

Ex lib. 1. Retract. cap. 23.

CVM presbyter adhuc essem, contigit vt apud Carthaginem inter nos qui simul eramus, ad Romanos Apostoli epistola legeretur, & quædam interrogabar à fratribus: quibus cùm sicut poteram respõderẽ, voluerunt scribi potius quæ dicebam, quàm sine literis fundi. Vbi cùm eis obtẽperarẽ, liber vnus accessit superiorib⁹ opusculis meis. In quo libro, Quod autẽ ait, inquam, Scimus quia lex spiritalis est, ego autẽ

Rom.7.c. 14. carnalis sum: satis ostendit, non posse impleri legẽ: nisi à spiritalibus, quales facit gratia Dei. Quod vtiq; non ex persona Apostoli accipi volui, q; iam spiritalis erat: sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. Sic enim prius hæc verba sapiebam, quæ postea lectis quibusdam diuinorum tractatoribus eloquiorum, quorũ me moueret authoritas, consideraui diligentius & vidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi, quod ait: Sci-

Ibidem. mus quoniam lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. Quod in eis libris quos contra Pelagianos nuper scripsi, quantum potui diligẽter ostẽdi. In isto ergo libro & hoc quod dictũ est, Ego autẽ carnalis sum: & deinde cætera vsq; ad eum locum, vbi dicit: Miser ego homo,

Ibidem. q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei p Iesum Christum Dominum nostrum: dixi hominẽ

Rom.5.a.5. describi adhuc sub lege, nondum sub gratia cõstitutum, benefacere volentẽ, sed victum concupiscẽtia carnis malè facientem. A cuius cõcupiscentiæ dominatu nõ liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dñm nostrum dono Spiritus sancti, per quem diffusa charitas in cordibus nostris vincit carnis concupiscẽtias, ne cõsentiamus eis ad malè faciendum, sed potius bona faciamus. Vnde quidẽ iam euertitur hæresis Pelagiana, quæ vult, non ex Deo nobis, sed ex nobis esse charitatem qua bene ac piè viuimus. Sed in illis libris quos aduersus eos edidimus, etiam spiritalis hominis iamq; sub gratia constituti melius intelligi verba ista monstrauimus, propter carnis corpus, q̃ spiritale nõdũ est: erit autẽ in resurrectione mortuorũ, & propter ipsam carnis concupiscentiam, cũ qua ita confligunt sancti, non ei consentientes ad malum, vt tamen eius motibus quibus repugnantibus resistunt, non careant in hac vita: nõ eos autem habebunt in illa, vbi absorbebitur mors in victoriam. Propter hanc itaque con-

2.Cor.15.g. 4. cupiscentiam motusque ipsos quibus ita resistitur, vt tamen sint in nobis, potest quisque sanctus iam sub gratia positus, dicere ista omnia quæ hic esse dixi verba hominis nondum sub gratia positi, sed sub lege. Quod hic ostendere longum est, & hoc vbi ostendere-

Cap.6. 1.sent. dist. 41. ca. Opinari. rim dictum est. Item disputans quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem: & quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit, de quibus propter hoc commemoratur, quãuis lõgè postea prolatum propheticum testimonium:

Rom 9. c.13 Malach.1.a. 3. Iacob dilexi, Esau autem odio habui: ad hoc perduxi ratiocinationem vt dicerem, Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est: sed fidem elegit in præscientia, vt quem sibi creditu-

A rum esse præsciuit, ipsum elegerit cui Spiritum sanctum daret, vt bona operando etiam vitam æternam consequeretur. Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inueneram qualis sit electio gratiæ: de qua idem dicit Apostolus, Reliquiæ per electionem gra- Rom. 11.b.5 tiæ saluæ factæ sunt, quæ vtique non est gratia si eam merita vlla præcedant, ne iam quod datur, non secundùm gratiam, sed secũdùm debitum reddatur potius meritis, quàm donetur. Proinde quod continuò dixi: Dicit enim idem Apostolus: Idem Deus qui opera- 1 Cor. 12. a. 6. tur omnia in omnibus. Nusquam autem dictum est: Cap.61. Deus credit omnia in omnibus: ac deinde subiunxi, Quod ergo credimus, nostrum est: quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus dat Spiritum sanctum. Profectò non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vtrunque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. Neque enim sola

B charitas, sed, sicut scriptum est, Charitas cum fide à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo. Et quod Eplies. 6. d. 23. paulò pòst dixi, Nostrum est enim credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per Spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris: verum est quidem, sed eadem regula, & vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem: & vtrumq; nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea dixi, Quia neque velle possumus nisi vocemur, & cùm post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra & cursus noster, nisi Deus & vires currentibus præbeat, & perducat quò vocat. Ac Cap.62. deinde subiunxi: Manifestum est ergo, non volentis Rom.9.d. 16. neque currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operamur, omnino verissimum est. Sed parum de ipsa vocatione disserui, quæ fit secundùm propositum

C Dei. Non enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum electorum. Itaque quod paulò pòst dixi: Sicut enim in iis quos elegit Deus, nõ opera sed fides inchoat meritum, vt per munus Dei bene operentur: sic in iis quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnam etiam malè operentur: verissimè dixi, Sed fidei meritum etiam ipsum esse donum Dei, nec putaui quærendum esse, nec dixi. Et alio loco, Cuius enim miseretur, inquam, Rom.9.d. 18. facit eum bene operari, & quem obdurat, relinquit eum vt malè operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur: & ista obduratio præcedenti impietati. Quod quidem verum est, sed adhuc quærendum erat, vtrum & meritum fidei de misericordia Dei veniat, id est vtrum ista misericordia ideo

D tantummodo fiat in homine, quia fidelis est, an etiam facta fuerit vt fidelis esset. Legimus enim dicente A- 1 Tim.1.c. 13. postolo, Misericordiam consecutus sum, vt fidelis es- 1.sent. dist. 1.ca. Multis. sem. Non ait, quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed data est etiam vt esset fidelis. Rectissimè itaque alio loco in eodem libro dixi, Quoniam si non Cap.63. ex operibus, sed misericordia Dei & vocamur vt credamus, & credentibus præstatur vt bene operemur, non est gentibus inuidenda misericordia: quamuis minus ibi diligenter de illa quæ per Dei propositum fit vocatione tractauerim. Hic liber sic incipit:

ENSVS hi sunt in epistola ad Romanos Pauli apostoli. Primò omnium vt quis intelligat in hac epistola quæstionē versari operum legis & gratiæ. QVOD autē
I. Rom. 1.a.4. ait, *Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum*, id est, quia spiritus donū acceperunt post eius resurrectionē; mortuorū verò resurrectionem memorat, quia in ipso omnes crucifigimur & resurgimus.
II. Ibid.b.11. QVOD autem dicit, *Vt gratiam vobis spiritalem impartar*: dilectionē scilicet Dei & proximi, vt per charitatē Christi gētib⁹ in Euāgeliū vocatis minimè inuiderēt.
III. Rom.1.b.18 Sap.13.b.9. QVOD autem dicit, *Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem*, &c. ait & Salomon de sapientibus mūdi: Si enim tantum potuerunt scire, vt possint æstimare seculum, quomodo ipsius mundi Dominū & creatorem non faciliùs inuenerunt? Sed quos arguit Salomon, non cognouerunt per creaturā creatorem: quos
Rom.1.c.21. autem arguit Apostolus, cognouerūt, sed gratias non egerunt, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & ad colenda simulachra deciderunt. Nam sapientes gentium quòd inuenerint creatorem, manifestè idem
Act.17.f.28. Apostolus cùm Atheniensibus loqueretur, ostendit. Cùm enim dixisset, Quia in ipso viuim⁹ & mouemur & sumus: addidit, Sicut & quidam secundùm vos dixerunt. Hac autē intentione prius arguit impietatem gentium, vt ex hoc probet etiam ad gratiam posse pertingere conuersos. Iniustum est enim, vt pœnam subeant impietatis, & præmium fidei non accipiant.
IIII. Rom.1.c.21 Eccl.10.b.15 QVOD autem dicit, *Cognoscentes Dominum non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt*: Hoc caput est peccati, de quo dictum est, Initium omnis peccati superbia. Qui si gratias egissent Deo, qui dederat hanc sapientiam, non sibi aliquid tribuissent in cogitationib⁹ suis. Quapropter in desideria cordis sui traditi sunt
al. conueniret. à Domino, vt facerent quæ non † oportet.
V. Rom.1.c.24 QVOD autem dicit, *Tradidit*, intelligitur, dimisit in desideria
al. de desideria cordis sui. cordis eorum. Mercedem autem mutuam dicit recepisse à Deo, vt traderentur in † concupiscentias cor-
VI. Ibid.d.28. dis corū. QVOD autem demum dicit, *Tradidit illos Deus in reprobam mentem*, &c. repletos, ait, omni iniquitate, datur intelligi ad nocendū pertinere ista quæ nūc dicit, id est facinora. Superiùs autem dicebat de corruptelis, quæ flagitia nominantur, ex quibus ad facinora peruenitur, quoniam quisq; perniciosam dulcedinem flagitiorū sequens, dū impediētes personas remouere conatur, pergit in facinus. Sic distinctus est etiam ille locus in Sapiētia Salomonis: vbi cùm enumerasset superiora flagitia: ait, Circumueniamus pauperē iustum,
Sap.2.b.10. quoniā inutilis est nobis, &c.
VII. Rom.1.d.32. QVOD autem dicit, *Non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, significat, quia quæcunque fecerunt, non inuiti fecerunt. Nam cùm ad mala facta consentiunt, etiam illa quæ non fecerunt approbant, & ideo de perfectis
VIII. Rom.2.a.1. iam peccatis dicit. QVOD autem ait, *Propterea inexcusabilises, ô homo omnis qui iudicas*. Omnis autem cùm dicit, subintrat iam vt monstret, non solùm gentilem, sed etiam Iudæum, qui secundùm legem volebat iudicare de gentibus. QVOD autem dicit,
IX. Ibid.a.5. *Thesaurizas tibi iram in die iræ*: Iram Dei vbique loquitur pro vindicta. Idcirco ait, *Iusti iudicij Dei*. Notandū autem, quia ira Dei ponitur & in nouo Testamento: quod cùm in vetere legunt homines qui legi veteri adversantur, culpandam eam putant, cùm Deus vtiq; sicut nos perturbationibus non subiacet, dicente Sa-
Sap.12.c.18. lomone, Tu autem Dominus virtutum cum tranquillitate iudicas. Sed ira, vt dictum est, in vindictæ significatione ponitur.
X. Rom 2.c.15. QVOD autem dicit, *Contestante cōscientia illorū*: Secundū illud loquitur Ioānis apostoli quo ait, Dilectissimi, si cor nostrum nos reprehēderit, maior est Deus conscietia nostra, &c. QVOD autē dicit, *Spiritu, non littera*: hoc est, vt secundū spiritū, non secūdùm q̄ habet litera, lex intelligatur, q̄ vtiq; cōtigit illis qui circūcisionem magis carnaliter quàm spiritaliter acceperunt. QVOD autem dicit, *Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo*, illi conuenit quod ait, Qui in secreto Iudæus est. QVOD autē dicit, *Quia non iustificabitur in lege omnis caro coram illo, Per legem enim cognitio peccati*, & cętera similia, quæ quidā putant in cōtumeliā legis obiicienda, solicitè satis legenda sunt, vt neq; lex ab Apostolo improbata videatur, neq; homini arbitriū liberū sit ablatū. Itaq; quatuor istos gradus hominis distinguamus, ante legē, sub lege, sub gratia, in pace. Ante legē, sequimur cōcupiscētiā carnis. Sub lege, trahimur ab ea. Sub gratia, nec sequimur eā, nec trahimur ab ea. In pace, nulla est concupiscentia carnis. Ante legē ergo non pugnamus, quia non solū cōcupiscimus & peccamus, sed etiam approbamus peccata. Sub lege pugnam⁹, sed vincimur. Fatemur enim mala esse quæ facimus, & fatendo mala esse, vtiq; nolumus facere: sed quia nondū est gratia, superamur. In isto gradu ostenditur nobis quomodo iacemus, & dū surgere volumus & cadimus, grauiùs affligimur.

INDE hic dicitur, *Lex subintrauit, vt abundaret delictum*. INDE & quod nunc positū est, *Per legem enim cognitio peccati*. Nō enim ablatio peccati est, quia per solā gratiā aufertur peccatum. Bona est ergo lex, quia ea vetat quę vetanda sunt, & ea iubet, quę iubenda sunt. Sed cùm quisquā illā viribus suis putat implere, non p gratiā liberatoris sui, nihil ei prodest ista psumptio: imò etiā tātū nocet, vt & vehemētiori peccandi desiderio rapiatur, & in peccatis etiā præuaricator inueniatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Sic ergo iacens cùm se quisq; cognouerit, per seipsum surgere non valere, imploret liberatoris auxiliū. Venit ergo gratia quæ donet peccata præterita, & conantē adiuuet, & tribuat charitatē iustitiæ, & auferat metum. QVOD cùm fit, tametsi desideria quædā carnis dum in hac vita sumus, aduersus spiritū nostrū pugnant vt eū ducant in peccatū, non tamē his desideriis cōsentiens est spiritus, quoniā fixus in gratia & charitate Dei, desinit peccare. Non enim in ipso desiderio prauo, sed in nostra consensione peccamus. AD hoc valet quod dicit idem Apostolus, *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum † concupiscentiis eius*. Hinc enim ostēdit esse desideria, quibus non obediēdo peccatū in nobis regnare non sinimus. Sed quoniā ista desideria de carnis mortalitate nascuntur, q̄ trahim⁹ ex primo peccato primi hominis, vnde carnaliter nascimur, nō fiunt hæc nisi resurrectionē corporis immutationē q̄; illā quæ nobis promittitur, meruerimus, vbi pfecta pax erit, cùm in quarto gradu cōstituemur. Ideo aūt perfecta pax, quia nihil nobis resistet non resistentibus Deo. Hoc est quod dicit Apostolus. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis*. Liberū ergo arbitriū perfectè fuit in primo homine, in nobis autē ante gratiā non est liberū arbitrium, vt non peccemus, sed tātū vt peccare nolimus. Gratia verò efficit, vt non tātū velimus rectè facere, sed etiam possimus, non viribus nostris, sed liberatoris auxilio, qui nobis etiam perfectā pacem in resurrectione tribuet, quæ pax perfecta bonam voluntatem cōsequitur. Gloria enim in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. QVOD aūt dicit,

1. Ioan.3.d.20. XI. Rom.2.d.29 XII. Ibidem. XIII. Rom.3.c.13. Rom.4.c.2. XIV. Rom.4.a.2. XV. Ibid.a.4. XVI. Ibid.a.5. XVII. Rom.4.c.15. XVIII. Ibid.c.17. XIX. Ibid.d.21. XX. Rom.5.a.3. XXI. Ibid.c.13. XXII. Rom.5.d.20 XXIII. Rom.4.c.15 XXIV. Ibid. XXV. Ibidem. XXVI. Rom.6.b.12. al. edit. fidei XXVII. Ibid.a.14. XXVIII. Luc.2.b.14. XXIX. Rom.3.d.31

dicit, *Legem ergo euacuamus per fidem? Absit, sed legem statuimus*: id est, firmamus. Sed quemadmodū firmāda erat lex, nisi per iustitiam? Iustitia autē quæ est ex fide, quia ea ipsa quę non poterāt impleri per legem, per fidē impleta sunt. QVOD autē ait, *Si enim Abrahā ex operibus iustificatus est, habet gloriā, sed non apud Deum*: Hoc est quia Abrahā sine lege dū nō ex operibus legis gloriā cōquirit, quasi suis viribus legē impleat. Cùm adhuc lex ista data nō esset, Dei illa gloria, nō sua est. Nō enim merito sui tanquā ex operibus, sed Dei gratia fide iustificatus est. QVOD autē ait, *Ei autē qui operatur, merces nō imputatur secūdum gratiā, sed secūdum debitū*: dixit quemadmodū homines hominibus reddāt mercedē. Nā Deus per gratiā dedit, quia peccatoribus dedit, vt per fidē iustè viuerent: id est, bene operarentur. Quod ergo bene operamur iā accepta gratia, nō nobis, sed illi tribuendū est qui per gratiā nos iustificauit. Nā si debitam mercedē vellet reddere, & pœnā redderet debitā peccatoribus. QVOD autē ait, *Qui iustificat impiū*: hoc est ex impio piū facit, vt de cætero in ipsa pietate permaneat atq; iustitia, quia ideo iustificat⁹ est vt iustus sit, nō vt peccare sibi liceret arbitretur. QVOD autē ait, *Lex enim iram operatur*: vindictā significat, & ad illū gradū pertinet, cùm est quisq; sub lege. QVOD autē ait, *Ante Dominū cui credidisti*: significauit fidē in interiore homine esse in cōspectu Dei, nō ostētatione hominū, sicuti est carnis circumcisio. QVOD autē ait de Abrahā, *Dans gloriā Deo*: aduersus illos positū est, qui gloriā suā de operibus legis corā hominibus quærebāt. QVOD autē ait, *Non solū autem, sed & gloriamur in tribulationibus*: & cætera gradatim perducit vsque ad charitatem Dei, quā charitatem dicit nos habere per donum spiritus, monstratq; illa omnia quæ possimus nobis tribuere, Deo esse tribuenda, qui per Spiritum sanctum gratiā dare dignatus est. QVOD autem ait, *Vsque ad legem enim peccatum in mundo fuit*: intelligendum est quousq; veniret gratia. Contra eos enim dictum est, qui arbitratur per legem auferri potuisse peccata. DICIT autem Apostolus, manifestata esse peccata per legem, nō autem ablata, cùm dicit, *Peccatum autem non deputabatur, cùm lex non esset*. Non enim ait, non erat: sed, non deputabatur. Neq; cùm lex data est, ablatū est, sed deputari cœpit, id est, apparere. Nō ergo putemus vsq; ad legem ita dictum esse, quasi iam sub lege non esset peccatum, sed sic dictum est vsque ad legem, vt totū legis tempus annumeret vsq; ad finē legis, quod est Christus. QVOD autem ait, *Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, & in iis qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ*, duobus modis distinguitur: aut, In similitudinem præuaricationis Adæ regnauit mors: quia & qui non peccauerunt, ex origine mortalitatis Adam, mortui sunt. Aut certè regnauit mors, sed in his qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt, sed ante legem peccauerunt: vt illi peccasse intelligantur in similitudinem prēuaricationis Adæ qui legem acceperunt, quia & Adā accepta præcepti lege peccauit. Sanè etiā id quod dictū est, vsq; ad Moysen: totum tempus legis intelligatur. Forma autem futuri dictus est Adam, sed à contrario, vt quomodo per illum mors sic per Dominum nostrum vita. Quod autem ait, *Sed non sicut delictum, ita est & donatio*: Duobus modis donatio præcellit, vel quòd multò magis abūdet gratia, qua vtique in æternū viuitur. Temporaliter autē per mortem Adæ mors regnauit: vel quòd vnius delicti cōdemnatione mors multorum facta est per Adā, per Dominū autē nostrum Iesum Christum multorū delictorum donatione data gratia in vitam æternā. Aliā verò differentiā sic explicans dicit: *Et nō sicut per vnū peccatū, ita est & donū. Nā iudiciū quidē ex vno in condēnationē, gratia aūt in multis delictis ad iustificationē*. Ex vno ergo q̄ dictū est, subauditur delicto, quia sequitur, gratia autē ex multis delictis. Ergo hęc differentia est, quòd in Adā vnū delictū damnatū est, à Dño autē multa donata sunt. Quod ergo sequit, ambas istas differētias tenet, vt explicetur sic: *Si enim ob vnius delictum mors regnauit per vnū, multo magis qui abundantiā gratiæ & iustitiæ accipiūt, in vita regnabūt per vnum Iesum Christum*. Quod † autē dixit, Multo magis regnabū: ad vitā æternā pertinet. Quod autē dixit, Abundantiā gratiæ accipiūt: ad donationē multorū pertinet delictorum. Post explicatas autē has differētias, redit ad formā vnde cœperat, cuius ordinē suspenderat, cùm diceret. Sicut enī per vnū hominem peccatū intrauit in hūc mūdū, & per peccatū mors: ad quod nūc redit cùm dicit, *Itaque sicut per vnius delictū in omnes homines ad condēnationē, ita & per vnius iustificationē in omnes homines ad iustificationē vitæ. Sicut enim per inobedētiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituti sunt multi*. Hæc est forma futuri Adā, de qua superius loqui cœperat, & eius aliquas differentias interponens distulerat ordinem, ad quem nunc redeundo conclusit, dicens: Itaq; sicut per vnus delictū in omnes homines, &c. QVOD autē ait, *Lex subintrauit vt abūdaret delictū*, ipso verbo satis significauit nescisse Iudæos qua dispensatione lex data sit. Non enim data est quæ posset viuificare, quia gratia viuificat per fidē, sed data est lex ad ostendendū quantis, quamq; arctis vinculis peccatorū constrīcti tenerentur qui de suis viribus adimplendā iustitiā præsumebant. Sic abundauit peccatū, cùm & concupiscētia ex prohibitione ardētior facta est, & peccātibus contra legē præuaricationis crimen accessit. Quod intelligit qui secundū gradū in illis quatuor gradibus considerat. QVOD autē ait, *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abūdet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo viuem⁹ in eo?* Hinc ostendit de prēteritis peccatis factū esse vt donarentur, vt in eo superabundaret gratia, vt præterita peccata dimitterentur. Ergo quisquis adhuc quærit augmēta peccati, vt augmentū gratiæ sentiat, non intelligit secundū id agere, vt nihil in eo gratia operetur. Opus enim gratiæ est vt moriamur peccato. QVOD autē ait, *Hoc, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuaretur corpus peccati*: refertur ad illud quod p Moysen dictum est, Maledictus omnis qui in ligno pependerit. Veteris enim hominis crucifixio significata est in cruce Dñi, sicut noui hominis instauratio in resurrectione significata est. Manifestum est autem secundùm eum nos agere veterem hominē, qui maledictus est propter peccatum, & de Domino dictū esse nemo ambigit quod peccata nostra portauit, & peccatū pro nobis fecit, & de peccato condemnauit peccatum.

QVID est autem euacuare corpus peccati? Ipse exposuit, *Vt vltrà non seruiamus peccato*. ET illud quod ait, *Si mortui sumus cum Christo*, hoc est, si crucifixi sumus cum Christo. Dicit enim alio loco, Qui autem Christi Iesu sunt, carnem suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis. Non ergo Dominum maledixit Moyses, sed quid ostēderet eiⁿ crucifixio, ꝓphetauit.

QVOD autem ait, *Peccatum enim in vobis non dominabitur: Non enim istis sub lege, sed sub gratia*: vtique ad tertium illum gradū iam pertinet, vbi homo iam mente seruit legi Dei, quamuis carne seruiat legi peccati. Nō enim obaudit desiderio peccati, quamuis † ad hoc sollicitent concupiscentiæ, & prouocent ad cōsensionem, donec viuificetur etiam corpus, & absorbeatur

A B C D XXX. Rom.5.d.20 XXXI. Rom.6.a.1. XXXII. Ibid.a.6. Deut.21.d.23. al. ergò. XXXIII. Esa.53.d.12 XXXIV. XXXVI. Gal.5.d.25. XXXV. Rom 6.c.14 Ibid.7.d.25. al. adhuc. 1 Cor 15.g.54.

Rom.6.b.12 mors in victoriã. Quia ergo nõ cõsentimus desideriis
Ibid.a.2. prauis, in gratia sumus, & nõ regnat peccatũ in nostro
mortali corpore, & omnino ex illo loco vbi ait, Qui
mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? eum
describit, qui est sub gratia constitutus. Cui aũt domi
natur peccatũ, quamuis velit peccato resistere, adhuc
XXXVI. sub lege est, nondũ sub gratia. QVOD aũt dicit, *Mu-*
Rom.7.a.2. *lier enim sub viro viuo marito, vincta est legi: si autẽ mortuus*
fuerit vir eius, euacuata est à lege viri, &c. Animaduertendũ est, istã similitudinẽ in hoc differre ab ea re propter
quam adhibita est, quòd hic virũ dicit mori, vt mulier
nubat cui volet liberata vtiq; à lege viri: ibi autẽ con-
stituat animã quasi mulierẽ, virũ autẽ quasi passiones
peccatorũ, quæ operãtur in mẽbris, vt fructũ ferãt mor
ti, id est, vt tali cõiugio ꝓles dignũ nascãt, & lex quæ da
ta est nõ ad auferẽdũ peccatũ, vel ad liberationẽ à pec-
cato, sed ad ostẽdẽdũ peccatũ ante gratiã. Per q̃ factũ
est, vt sub lege positi, & vehemẽtiori desiderio peccãdi
B raperẽtur, & amplius etiã præuaricatione peccarent.
Cùm ergo & ibi tria sint, anima tanquã mulier, passio-
nes peccatorũ tanquã vir, & lex tanquã lex viri, nõ ibi
peccatis mortuis tanquã viro mortuo liberari animã
dicit, sed ipsam animã mori peccato & liberari à lege,
vt sit alteri⁹ viri, id est Christi cùm mortua fuerat pec-
cato, quamuis adhuc quasi viuẽte ipso peccato quod
fit cùm adhuc manẽtibus in nobis desideriis & incita-
Ibid.d.25. mẽtis quibusdã ad peccandũ, nõ obedimus tamen, ne-
q; cõsentimus mẽte seruiẽtes legi Dei, quia mortui su-
mus peccato. Morietur autẽ & peccatũ, cùm reforma-
Rom.8.b.11 tio corporis in resurrectione facta fuerit, de qua pòst
dicit, Viuificabit & mortalia corpora vestra, ꝓpter spi-
Rom.7.b.8. ritũ manentẽ in vobis. QVOD autẽ dicit, *Occasione*
XXVII. *accepta peccatũ per mandatũ operatũ est in me omnẽ concupis-*
centiã: intelligendũ est nõ omnẽ fuisse concupiscentiã,
antequã prohibitione aucta esset. Augetur enĩ prohi-
bitione cõcupiscentia, quando deest gratia liberantis,
ideo nondũ est omnis antequã prohibeatur, cùm autẽ
prohibita fuerit, desidẽte, vt diximus, gratia, tãtũ cres-
cit concupiscẽtia, vt ita in suo genere omnis, id est cõ-
summata fiat, vt etiã cõtra legẽ faciat, & præuaricatio-
ne crimẽ accumulet. Quod autẽ dicit, *Sine lege enĩ pec-*
catum mortuũ est, nõ quia nõ est, dixit mortuum est, sed
quia latet, ꝓ in cõsequẽtibus manifestat, cùm dicit,
Ibid.b.13. Sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi opera-
tũ est mortẽ. Bona est enim lex: sed sine gratia ostẽ-
XXXVIII. dit tantummodo peccata, nõ tollit. QVOD autẽ ait,
Rom.7.b.9. *Ego autem viuebam aliquando sine lege*: intelligendum est,
viuere mihi videbar, quia ante mandatũ latebat pec-
catum. Et quod ait, *Adueniente autem mãdato, peccatum*
reuixit. Ego autem mortuus sum: intelligendum est, pec-
catum apparere cœpit: ego autem mortuum me esse
XXXIX. cognoui. QVOD autem ait, *Peccatum occasione ac-*
D *cepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit*: ideo
dictum est, quia desiderij prohibiti fructus dulcior est.
Vnde etiam quæcũque peccata occultè fiunt dulcio-
ra sunt, quamuis mortifera ista dulcedo sit. Inde est
quòd apud Salomonem fallacis doctrinæ imagine se-
dens mulier, & inuitans vt ad se veniant insipientes,
Prou.9.c.18. scribitur dicere, Panes occultos libẽter edite, & aquã
furtiuam dulcem bibite. Ista dulcedo est occasio per
mandatum inuenta peccati: quæ cùm appetitur, vtiq;
XL. fallit, & in maiores amaritudines vertit. QVOD
Rom.7.b.13. autem ait, *Quod ergo bonum est, mihi factũ est mors? Absit.*
Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatũ
est mortem. Hic euidenter ostendit quod superiùs dixe-
rat, Sine lege enim peccatum mortuum est: ideo dixis-
Ibid.b.8. se, quia latet: quando quidem nunc dicit, Non illud
bonũ, id est, legem factam sibi esse mortẽ, sed pecca-

tũ operatũ esse mortẽ per bonũ legis, id est, vt appare-
A ret peccatũ quod latebat sine lege. Tunc enim se mor-
tuũ quisq; cognoscit, cùm illud quod rectè præceptũ
esse confitetur, implere non potest, & præuaricationis
crimine amplius peccat, quàm si non prohiberet. Hoc
est quod in cõsequentibus dicit, *Vt fiat supra modum pec-* alibi, ut peccatum.
cator † peccãs per mandatũ, quod ante mandatũ minus e-
rat: quia vbi nõ est lex, nec præuaricatio. QVOD autẽ
XLI. ait, *Scimus quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum*: satis
ostendit nõ posse impleri legẽ, nisi in spiritalibus qua- 1.Retract.
les facit gratia Dei: similis enim quisq; factus ipsi legi, 23.
facilè implet quod præcipit: nec erit sub illa, sed cũ illa.
Is est autẽ qui iam nõ capitur tẽporalibus bonis, nec
terretur temporalibus malis. QVOD autẽ ait, *Venũ-* XLII.
datus sub peccato: intelligendum est, quòd vnusquisque Rom.7.c.1
peccando animã suã diabolo vendit, accepta tanquã
pretio dulcedine tẽporalis voluptatis. Vnde & Domi-
nus Redẽptor noster dictus est, quia hoc modo quo di
B ctum est, venditi eramus. QVOD autem ait, *Quod e-* XLIII.
nim operor, ignoro, potest videri minus intelligentibus Ibid.b.13.
contrarium esse illi sententiæ qua dixit, Peccatum vt
appareat peccatum, per bonum mihi operatũ est mor-
tem. Quomodo enim apparet, si ignoratur? Sed igno-
ro, sic dictum est hoc loco, vt intelligatur, non appro-
bo. Quomodo enim tenebræ non videntur, sed lucis
cõparatione sentiũtur: hoc est autem sentire tenebras,
quod est non videre: sic & peccatum, quia nõ illustra-
tur luce iustitiæ, non intelligendo dignoscitur, sicuti
tenebras dictum est non videdo sentiri. Et ad hoc per-
tinet quod in Psalmo dicitur, Delicta quis intelligit? Psal.18.d.13.
QVOD autẽ ait, *Non enim quod volo hoc ago: sed quod* XLIIII.
nolo hoc facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi, Rom.7.c.19
quoniam bona est. Satis quidẽ lex ab omni criminatione
defenditur. Sed cauendum, ne quis arbitretur his ver-
C bis auferri nobis liberum voluntatis arbitrium, quod
non ita est. Nunc enim homo describitur sub lege po-
situs ante gratiam. Tunc enim peccatis † venditur, dũ- al. vinciur.
viribus suis iustè viuere conatur sine adiutorio liberã-
tis gratiæ Dei. Liberum autem arbitriũ habet vt cre-
dat liberatori & accipiat gratiam, vt iam illo qui eam
donat liberãte & adiuuante non peccet: atque ita desi-
nat esse sub lege, sed cum lege vel in lege implens eam
charitate Dei, quod timore non poterat. QVOD au- XLV.
tem ait, *Video aliam legem in membris meis*, & reliqua: le- Ibid.13.
gem peccati dicit, qua quisque carnis cõsuetudine im-
plicatus astringitur. Hãc repugnare ait legi mẽtis suę,
& se captiuare sub lege peccati. Vnde intelligitur ille
homo describi qui nondum est sub gratia: si enim re-
pugnaret tantum consuetudo carnalis, & non capti-
uaret, non esset damnatio. In eo enim est damnatio,
quòd obtemperam⁹ & seruimus desideriis prauis car-
D nalibus. Si autem existant, & non desint talia deside-
ria, non tamen his obediamus: non captiuamur, &
sub gratia iam sumus, de qua loquitur cùm exclama-
uerit & implorauerit liberatoris auxilium, vt possit
per gratiam charitas, quod per legem timor non po-
terat. Dixit enim, *Infelix ego homo quis me liberabit de* Ibid.14.
corpore mortis huius? Et subiecit, *Gratia Dei per Iesum*
Christum Dominum nostrum. Deinde incipit describe-
re hominem sub gratia constitutum: qui tertius gra-
dus est illorum quatuor quos superius distinximus.

AD hunc gradum iam pertinet quod statim sub- XLVI.
iungit, *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem*
legi peccati: quia licet existẽtibus desideriis carnalibus
iam non seruit consentiendo ad faciendum peccatũ,
qui sub gratia constitutus, mente seruit legi Dei, car-
ne autem legi peccati. Legem autem peccati dicit ex
transgressione Adæ cõditionem mortalem, qua mor-
tales

Ephes.2.a.3. tales facti sumus, Ex hac enim labe carnis cõcupiscen-
XLVII. A tia carnalis sollicitat, & secũdum hanc dicit alio loco,
Rom.8.a.1. Fuimus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. QVOD
autẽ dicit, *Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in*
Christo, Iesu satis ostendit cõdemnationẽ nõ esse, si exi-
stãt desideria carnalia, sed si eis ad peccandum obedia-
tur. Quod cõtingit his qui sub lege constituti sunt, nõ
dum sub gratia. Nam sub lege constituti, nõ solùm re-
pugnãtem habẽt cõcupiscentiã, sed etiam captiui du-
cuntur, cùm obtẽperant ei. Non hoc autẽ cõtingit his
XLVIII. qui mente seruiunt legi Dei. QVOD autem ait.
Ibid.a.3. *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per car-*
al. iustitia. *nẽ, Deus filiũ suũ misit in similitudinem carnis peccati, & de*
peccato dãnauit peccatũ in carne, vt † iustificatio legis imple-
retur in nobis, qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secun-
dum spiritum: manifestissimè docet, eadem ipsa præce-
pta legis ꝓpterea nõ impleta, quæ ab eis essent implen-
da, quoniã quibus data erat lex ante gratiã, dediti erãt
B carnalibus bonis, & ex his beatitudinem acquirere cu-
piebant, neq; metuebãt, nisi cùm talibus bonis immi-
nebat aduersitas, & ideo cùm illa tẽporalia bona tur-
barentur, facilè recedebãt à præceptis legis. Infirma-
batur ergo lex nõ implendo quæ præcipiebat, non sua
culpa, sed per carnẽ, id est, per eos homines qui carna-
lia bona appetendo nõ amabãt legis iustitiã, sed ei tem-
poralia commoda præponebãt. Et ideo liberator Do-
minus noster Iesus Christus suscipiẽdo mortalẽ carnẽ,
venit in similitudinẽ carnis peccati. Carni enim pec-
cati debita mors est. At verò illa mors Domini, digna-
tionis fuit, nõ debiti, & tamẽ hoc quoque Apostolus
peccatũ vocat susceptionẽ mortalis carnis, quãuis non
peccatricis, ideo quia immortalis tanquã peccatũ fa-
cit cùm moritur. Sed de peccato, inquit, condemnauit
peccatũ in carne. Id enim egit mors Domini, ne mors
timeretur, & ex eo iã non appeterẽtur tẽporalia bona,
C nec metuerẽtur tẽporalia mala, in quibus carnalis erat
illa prudentia, in qua impleri legis præcepta non pote-
rant. Hac autẽ prudẽtia in homine Dominico extin-
cta & ablata, iustitia legis impletur, cùm secũdum car-
Matt.5.c.17. nẽ non ambulatur, sed secũdum spiritum. Vnde veris-
Rom.13.c. simè dictũ est, Non veni soluere legem, sed adimplere.
10. Plenitudo ergo legis charitas, & charitas eorũ est qui
secundùm spiritũ ambulant. Hæc enim ad gratiã per-
tinet Spiritus sancti. Quãdo enim nõ erat charitas iu-
XLIX. stitiæ, sed timor, lex non implebatur. QVOD au-
Rom.8.b.7. tem ait, *Quia prudẽtia carnis inimica est in Deum. Legi enim*
Dei non est subiecta, nec enim potest: ostendit quid dixe-
rit, inimica: ne quis putaret tanquam ex diuerso prin-
cipio aliquam naturam quam non cõdidit Deus, ini-
micitias aduersus Deum exercere. Inimicus ergo Dei
dicitur, qui legi ipsius non obtemperat, & hoc per car-
nis prudentiam, id est, cùm appetit temporalia bona,
D & timet temporalia mala. Definitio enim prudentiæ
in appetendis bonis & vitandis malis explicari solet.
Quapropter rectè appellat Apostolus carnis pruden-
tiam, qua hæc appetuntur pro magnis bonis quæ non
perseuerant cum homine, & ne hæc amittãtur time-
tur, quæ quandoque amittenda sunt. Non potest au-
tem talis prudentia legi Dei obtemperare. Sed tunc
obtemperatur legi, cùm hæc prudentia extincta fue-
rit, vt ei succedat prudentia spiritus, qua nec in tem-
poralibus bonis spes nostra est, neque in malis timor.
Eadem namque animæ natura & prudentiam carnis
habet, cùm inferiora sectatur: & prudentiam spiritus,
cùm superiora eligit. Quemadmodum eadem aquæ
natura & frigore congelascit, & calore resoluitur. Sic
Ibidem. ergo dictum est, Legi Dei non est subiecta prudentia
carnis: nec enim potest: quomodo rectè diceretur, ni-

uẽ non posse calefieri, neq; enim potest. Sed cùm adhi-
bito calore soluitur, & calescit aqua, iã nemo potest
eãm niuem dicere. QVOD autem ait, L.
Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem Ibid.b.10.
vita est propter iustitiã. Corpus mortuũ dicitur morta-
le: ex ipsius enim mortalitate indigentia rerum terre-
narum sollicitat animam: & quædã desideria excitat,
quibus ad peccandũ non obtemperat qui iam mente
seruit legi Dei. QVOD autẽ ait, *Si spiritus eius qui sus-* LI.
citauit Iesum Christũ à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit
Iesum Christũ, viuificabit & mortalia corpora vestra per in-
habitantẽ spiritum eius in vobis. Iam quartũ gradũ demõ-
strat ex illis quatuor, quos superius distinximus. Sed
gradus iste in hac vita nõ inuenitur. Pertinet enim ad 1.Cor.15.g
ispẽ qua expectamus redemptionẽ corporis nostri quã 53.
do corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale
hoc induet immortalitatẽ. Ibi pax pfecta est, qa nihil
molestiarũ anima de corpore patiẽ iã viuificato, & in
cælestẽ qualitatẽ immutato. QVOD autẽ ait, *Non e-* LII.
nim accepistis spiritum seruitutis in timore, sed accepistis spiri- Rom.8.c.15.
tũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater: Eu idẽtis-
simè duorũ Testamentorũ distincta sunt tẽpora. Illud
enim ad timorem pertinet, Nouum autẽ ad charitatẽ.
Sed quæritur quis sit spiritus seruitutis? Nam spiritus
adoptionis filiorum, vtique Spiritus sanctus est. Spiri-
tus ergo seruitutis in timore, ille est qui potestatem ha-
bet mortis, quia in ipso timore per totam vitã rei erãt
seruitutis qui sub lege agebant, nõ sub gratia. Nec mi-
randum est quòd cũ acceperunt per diuinã prouiden-
tiam qui bona temporalia sectabantur, nõ quia ipsius
est lex, & mandatum. Nam lex sancta est, & mandatũ Rom.7.c.12.
sanctum & iustum & bonũ. Ille autem spiritus serui-
tutis nõ vtique bonus est, quem accipiunt qui præce-
pta datæ legis implere nõ possunt, dum seruiunt desi-
C deriis carnalibus nõdum gratia liberatoris assumpti in
filiorũ adoptionem, quia & ipse spiritus seruitutis nõ
habet quemquam in potestate, nisi qui ei per ordinem
diuinæ prouidẽtiæ traditus fuerit, Dei iustitia sua cui-
que tribuente. Quam potestatẽ acceperat Apostolus,
cùm dicit de quibusdã, Quos tradidi satanæ, vt discãt 1.Tim.1.d.
nõ blasphemare. Et iterũ de alio, Iam iudicaui, inquit, 20.
tradere huiusmodi satanæ in interitũ carnis, vt anima 1.Cor.5.d.5.
salua sit. Qui ergo necdum sub gratia sunt, sed sub le-
ge cõstituti, vincuntur peccatis ad obediendũ deside-
riis carnalibus: & præuaricatione augent reatum cri-
minum suorum: spiritum acceperunt seruitutis, id est,
spiritũ eius qui potestatem mortis habet. Nam si spiri-
tũ seruitutis ipsum spiritum hominis intellexerimus,
incipit & spiritus adoptionis ipse intelligi tanquam in
melius cõmutat⁹. Sed quia spiritum adoptionis Spiri-
tum sanctũ accipimus, quod manifestè ostendit cùm
D dicit, *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro*: restat Rom.8.c.16
vt spiritũ seruitutis illum intelligamus cui seruiũt pec-
catores: vt quemadmodum Spiritus sanctus à timore
mortis vindicat, sic spiritus seruitutis qui potestatem
habet mortis, eiusdem mortis terrore reos teneat, vt
se ad liberatoris auxilium quisque conuertat, etiam
ipso diabolo inuito qui eũ semper in potestate habe-
re desiderat. QVOD autem ait, *Nam expectatio* LIII.
creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim Rom.8.d.19
creatura subiecta est, non sponte, &c. vsq; ad id quod ait,
Et ipsi in nobis ingemiscimus, adoptionem expectantes re-
demptionem corporis nostri. Sic intelligendum est, vt ne-
que sensum gemendi & dolendi opinemur esse in ar-
boribus & oleribꝰ & lapidibus, & cæteris huiuscemo-
di creaturis. Hic enim error Manichæorum est. Neq;
angelos sanctos vanitati subiectos esse arbitremur: &
de his existimemus quòd liberabuntur à seruitute in-

teritus, cùm interituri vtiq; non sint: sed omnẽ creaturã in ipso homine sine vlla calũnia cogitemus. Nõ enĩ creatura vlla esse potest, nisi aut spiritalis, quæ excellit in angelis, aut animalis, quę etiam in vita bestiarum sati; apparet, aut corporalis, quæ videri & tãgi potest. Omnis autẽ est etiã in homine, quia homo cõstat spiritu & anima & corpore. Ergo creatura reuelationẽ filiorũ Dei expectat, quicquid nũc in homine laborat, & corruptioni subiacet: illã scilicet manifestationẽ sustinet, de qua idẽ dicit Apostolus, Mortui enĩ estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in Deo: Cùm Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos cũ ipso apparebitis in gloria. Dicit enĩ & Ioãnes, Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, & nõdũ apparuit quid erimus. Scimus, quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est. Hãc ergo reuelationẽ filiorũ Dei expectat creatura, quę in homine nũc vanitati subiecta est, quã diu dedita est tẽporalibus rebus, quę trãseũt tãquã vmbra. Vnde & in Psalmis dicitur, Homo vanitati similis factus est, dies eius velut vmbra prętereũt. De qua vanitate etiã Salomõ loquitur cũ dicit, Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Quæ abũdãtia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? De qua itẽ dicitur, Vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mẽdaciũ? Non spõte autẽ dicit esse subiectã vanitati creaturã, quoniã pœnalis est ista subiectio. Nõ enim homo sicut spõte peccauit, sic etiã spõte damnatus est, quæ tamẽ damnatio nõ sine spe reparationis irrogata est naturæ nostræ. *Et ideo propter eũ*, inquit, *qui subiecit eã in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei*, id est, etiã ipsa natura, quæ tãtũmodo creatura est, nõdũ per fidẽ aggregata numero filiorũ Dei, sed tamẽ in eis qui crediturĩ erãt videbat Apostolus quod dicit, quia creatura liberabitur à seruitute interitus, vt interitui nõ seruiat, cui seruiũt omnes peccatores. Peccatori enim dictũ est, Morte morieris. Liberabitur autẽ in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei, id est, vt & ipsa perueniat ad libertatẽ gloriæ filiorũ Dei, per fidẽ, quæ fides cùm in ea nõ erat, tantũmodo creatura dicebatur. Et ad ipsam refert q; sequitur, *Scimus enĩ quia creatura cõgemiscit, & dolet vsq; adhuc*. Erãt enim adhuc crediturĩ q; spiritui subiacebãt, laboriosis erroribus. Sed ne quis putaret de ipsorũ labore tãtùm dictum esse, subiungit etiã de iis qui iã crediderãt. Quãquã enĩ spiritu, hoc est, mẽte seruirẽt legi Dei, tamẽ quia carne seruitur legi peccati, quãdiu in hac vita molestias & sollicitudines mortalitatis nostræ patimur, ideo addidit, dicens: *Nõ solùm autẽ ipsi, sed & nos primitias spiritus habentes, & ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri*. Nõ solùm ergo, inquit, ipsa quæ tantummodo creatura dicitur in hominibus qui nondum crediderunt, & ideo nondum in filiorum Dei numero cõstituti sunt, cõgemiscit & dolet, sed etiam nosmetipsi qui credimus & spiritus primitias habemus, quia iam spiritu adhæremus Deo per fidẽ, & ideo nõ iam creatura, sed filij Dei appellamur, tamen & ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Hæc enim adoptio quæ iam facta est in iis qui crediderunt, spiritu, non corpore facta est. Nondum enim etiam corpus reformatum est in cælestem illam mutationem, sicut spiritus iam mutatus est, reconciliatione fidei ab erroribus conuersus ad Deum. Ergo etiam in iis qui crediderunt, expectatur adhuc illa manifestatio, quæ in corporis resurrectione proueniet: quæ pertinet ad quartũ illum gradum, vbi ex toto perfecta pax erit, & requies æterna, nulla nobis ex aliqua parte corruptione resistente, aut sollicitante molestia. Quod autem ait, *Similiter &*

Colo.3.a.3
1.Ioan.3.a.2
Psal.143.b.4
Eccl.1.a.2.
Psal.4.a.3.
Gen.2.c.17.
Rom.7.d.25
Rom.8.d.23
LIIII. Ibid.c.16.

spiritus adiuuat infirmitatem nostrã: quid enim oremus sicut oportet, nescimus. Manifestũ est eũ de Spiritu sancto dicere, quod in consequẽtibus clarũ est, vbi ait, quia secũdum Deũ interpellat pro sanctis. Nos ergo quod oremus sicut oportet, nescimus. Duas ob res: quod & illud quod futurũ speramus, & quò tẽdimus nec dũ apparet: & in hac ipsa vita multa possunt nobis prospera videri quę aduersa sunt, & aduersa quę prospera. Nam & tribulatio quãdo acci dit seruo Dei ad probationem vel emendationẽ, videtur nõnunquã minus intelligẽtibus inutilis: sed si referatur ad illud quod dictum est, Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana salus hominis; intelligitur, qa plerumq; de tribulatione nos adiuuat Deus: & frustra salus optatur, quæ aliquando aduersa est, cùm delectatione & amore huius vitæ implicat animam. Inde est & illud, Tribulationẽ & dolorẽ inueni, & nomen Domini inuocaui. Cùm enim dicit, inueni: significat vtilẽ. Nõ enim rectè gratulamur nos inuenisse, nisi quod quærebamus: ergo quid oremus sicut oportet, nescimus. Deus enim nouit, & quid nobis in hac vita expediat, & quid post hanc vitã daturus sit. *Sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus*. Gemere dicit spiritum, quòd nos gemere faciat charitate, concitans desiderium futuræ vitæ, sicut dicit, Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eũ, id est, vt scire vos faciat. Non enim Deum aliquid latet.

Psal.32.a.5
Psal.119.c.13.
Psal.114.a
Deut.13.a.3.

Quod autẽ ait, *Quos vocauit, ipsos & iustificauit*; potest mouere & quæri, vtrũ omnes qui vocati sunt, iustificentur: sed alibi legimus, Multi vocati, pauci autẽ electi. Tamẽ quia ipsi quoq; electi vtiq; vocati sunt, manifestum est nõ iustificatos nisi vocatos: quanquam nõ omnes vocatos, sed eos qui secũdùm propositũ vocati sunt, sicut superius dixit. Propositũ autẽ Dei accipiendũ est nõ ipsorũ. Ipse autẽ exponit quid sit secundum propositũ cùm dicit, *Quoniam quos antè præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis filii eius*. Nõ enim omnes q; vocati sunt, secũdum propositũ vocati sunt; hoc enim prepositum ad præscientiam & ad prædestinationem Dei pertinet: nec prædestinauit aliquẽ, nisi quem præsciuit crediturum & secuturũ vocationẽ suã, quos & electos dicit. Multi enim non veniũt, cùm vocati fuerint: nemo autẽ venit qui vocatus non fuerit. Quod autẽ dicit, *Vt sit primogenitus in multis fratribus*: satis docet, aliter intelligendũ Deũ nostrũ vnigenitum, aliter primogenitum. Nã vbi vnigenitus dicitur, fratres non habet, & naturaliter est filius Dei verbũ in principio, per quod facta sunt omnia. Secũdum susceptionẽ autẽ hominis & incarnationis dispensationem, per quam nos etiã non naturaliter filios in adoptionem filiorum vocare dignatus est, primogenitus dicitur cum adiũctione fratrum. Vbi enim primus dicitur, non vtique solus, sed consecuturis fratribus in quo ipse præcessit. Vnde & alio loco primogenitum eum à mortuis dicit, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Resurrectio enim mortuorum vt iam non moriantur, ante illum nulla, post illum autem multorum sanctorũ est, quos fratres non confunditur appellare propter ipsam communicationem humanitatis. Quod autem dicit, *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio*. &c. ex superiore sententia pendet, vbi ait, Si tamẽ compatimur, vt & glorificemur. Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quę reuelabitur in nobis. Ad ipsam enim hortationem omnis huius loci intentio directa est, ne illi quibus loquitur persecutionibus frangerentur, si viuerent secundum prudentiam carnis, qua temporalia bona appetuntur, & timentur tẽporalia mala. Quod autem ait, *Certus sum enim*, & non

Rom.8.a.29
LV. Rom.8.f.30
Mat.22.b.14.
Rom.8.c.28.
LVI.
Ioan.1.a.1.
Colo.1.c.18.
LVII. Rom.8.f.35.
Ibid.c.37.
LVIII. Rom.8.g.38

& non dixi, opinor: plena fide tenuit, quòd nec mors vlla, nec vitæ temporalis promissa, nec cætera subsequentia possunt credẽtem à charitate Dei detorquere. Nemo ergo separat, nec qui minatur mortẽ, quia qui credit in Christo, licet moriatur, viuet: neque qui pollicetur vitã, quia ille dat vitam æternam. Nã temporalis vitæ pollicitatio, æternæ vitæ cõparatione cõtẽnenda est. Neq; angelus separat, quia licet angelus, inquit, de cælo descẽdat, & annũciet vobis præterquã quod accepistis, anathema sit. Neq; principatus, id est, contrarius, quia exuit se ipse hos principatus & potestates triumphãs eos in semetipso. Neque præsentia neq; futura, id est, temporalia vel quæ delectant, vel quæ premũt, vel quæ spẽ dãt, vel quæ incutiũt timorẽ. Neq; virtũ. Et hic virtutẽ cõtrariã oportet intelligi secũdũ q̃ dicit, Nemo vasa fortis diripiet, nisi prius alligauerit fortẽ. Neq; altitudo, neq; profũdũ: plerũq; enim inanis curiositas earũ rerũ quæ inueniri non possunt, aut frustra etiã inueniũtur siue in cælo siue in abysso, separant à Deo: nisi charitas vincat, quæ ad certa spiritalia nõ vanitate rerũ quæ foris sunt, sed veritate quæ intus homines inuitat. Neq; creatura alia. Quod duobus modis intelligi potest: aut visibilis creatura, quia & nos, id est, anima, creatura sumus, sed inuisibilis: vt hoc dixerit, q; nos nõ separet alia creatura à charitate Dei, id est, amor corporum: aut certè quia nos nõ separat alia creatura à charitate Dei, ex eo quod nulla creatura est alia inter nos & Deum, quæ se opponat, & à cõplexu eius excludat: supra humanas enim mẽtes quæ rationales sunt, iam nulla creatura, sed Deus est. Quod autem dicit, *Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem*: & adiecit, *Qui est super omnes Deus benedictus in secula*: plenissimam fidẽ commendat, quia Dominũ nostrum & secundùm susceptionem carnis filium hominis cõfitemur, & secundùm æternitatem & verbũ in principio Deum benedictum super omnes in secula. Huius autem cõfessionis Iudæi quoniã partem tenuerũt, refelluntur à Domino. Nam cùm eos interrogasset, cuius filium dicerent esse Christum: responderunt, Dauid. Hoc autẽ secundùm carnem est. De diuinitate verò eius quod Deus est, nihil respõderunt. Ideo Dominus ait eis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eũ Dominũ? Vt intelligerent hoc se confessos esse tãtum, quòd Christus filius est Dauid, hoc autẽ tacuisse, quòd est Christus Dominus ipsius Dauid. Illud n. est secũdum susceptionẽ carnis, hoc secũdùm æternitatẽ diuinitatis. Quod autẽ ait, *Nondum enim nascentiũ, neque agentium aliquid boni aut mali, vt secũdùm electionem propositũ Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui*. Nõnullos mouet, vt putent apostolum Paulum abstulisse liberum voluntatis arbitrium, quo promeremur Deum bono pietatis, vel malo impietatis offendimus. Dicũt enim, quòd ante opera aliqua, seu bona seu mala, duorũ necdũ nascentium Deus vnum dilexerit, & alterum odio habuerit. Sed respõdemus, præscientia Dei factũ esse, qua nouit etiã de nondum natis, qualis quisq; futurus sit. Sed ne quis dicat, Opera ergo elegit Deus in eo quem dilexit, quamquã nõdum erant, quòd ea futura præsciebat. Quòd si opera elegit, quomodo dicit Apostolus, nõ ex operibus factã electionẽ? Propterea ergo intelligendũ est, opera bona per dilectionẽ fieri, dilectionem aũt esse in nobis per donũ Spiritus sancti, sicut idẽ Apostolus dicit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris p Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Nõ ergo quisquã gloriari debet ex operibus tanquã suis, quæ p donũ Dei habet, cũ ipsa dilectio in eo bonũ operatur. Quid ergo elegit Deus? Si enim cui vult donat Spiritũ sanctũ, per quẽ dilectio operatur bonũ, quomodo elegit cui donet? Si enim nullo merito, nõ est electio, æquales enim omnes sunt ante meritum, nec potest in rebus omnino æqualibus electio nominari. Sed quoniã Spiritus sanctus nõ datur nisi credentibus, non quidem Deus elegit opera quæ ipse largitur, cùm dat Spiritũ sanctũ, vt per charitatẽ bona operemur. Sed tamen elegit fidẽ. Quapropter nisi quis credat in eũ, & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id est, Spiritũ sanctũ, per quẽ infusa charitate bonũ possit operari. Nõ ergo elegit Deus opera cuiusquam in præsciẽtia, quæ ipse daturus est, sed fidẽ elegit in præsciẽtia: vt quẽ sibi crediturũ esse præsciuit, ipsum elegerit cui Spiritũ sanctũ daret, vt bona operãdo etiã vitã æternã cõsequeretur. Dicit n. idẽ Apostolus, Idẽ Deus q operatur omnia in omnibus. Nusquã autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Quod ergo credimus, nostrũ est: quod autẽ bonum operamur, illius est qui credentibus in se dat Spiritũ sanctum. Hoc autem exemplũ quibusdã Iudæis obiectum est, qui Christo crediderant, & de operibus ante gratiã gloriabãtur, & dicebant se Euangelij gratiam per sua bona opera præcedẽtia meruisse, cũ bona opera in nullo esse possint, nisi qui acceperit gratiã. Est autẽ gratia, vt vocatio peccatoris prorogetur, cùm eius merita nulla, nisi ad damnationẽ præcesserint. Quòd si vocatus vocãtem secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur & Spiritũ sanctũ per quẽ bona possit operari, in quo permanẽs, (quod nihilominus est in libero arbitrio) merebitur etiã vitam æternã, quæ nulla possit labe corrũpi. Quod autem ait, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo cui misericors fuero*. Hinc ostenditur nõ esse iniquitatẽ apud Deum, quod possunt dicere quidam cùm audiunt ante quã nascerẽtur, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Miserebor, inquit, cui misertus ero. Primò enim misertus est nostri Deus, cũ peccatores essemus vt vocaret nos. Cui ergo misertus ero, inquit, vt eum vocẽ, miserebor adhuc eius cũ crediderit. Quomodo autẽ adhuc, nisi vt det credẽti & petẽti Spiritum sanctum? Quo dato misericordiam præstabit cui misericors fuerit, id est, vt faciat eũ misericordẽ quo bona possit per dilectionẽ operari. Nemo ergo sibi audeat tribuere quod misericorditer operatur: qa Deus illi per Spiritũ sanctũ dedit dilectionẽ, sine qua nemo potest esse misericors. Non ergo elegit Deus bene operãtes, sed credẽtes potius, vt ipse illos faciat bene operari. Nostrũm enim est credere & velle, illius aũt dare credentibus & volentibus facultatẽ bene operandi per Spiritũ sanctum, per quẽ charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, vt nos misericordes efficiat.

Gal.1.b.9.
Colo.2.c.15
Mat.12.c.29
1 Retract.23
1.Cor.12.a.6.
1 Retract.23
2.sententiarum 28.ea. in expositione.
Rom.5.a.5.
LXII. Rom.9.d.16

Quod autẽ ait, *Igitur non volentis, neque currentis, sed misserentis est Dei*: Nõ tollit liberũ voluntatis arbitrium, sed non sufficere dicit velle nostrũ, nisi adiuuet Deus, misericordes nos efficiendo ad bene operandum per donũ Spiritus sancti: ad hoc referẽs, quod superiùs dixit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo, cui misericors fuero. Quia neq; velle possumus, nisi vocemur: & cũ post vocationẽ voluerimus, nõ sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi Deus & vires currẽtibus præbeat, & perducat quò vocat. Manifestũ est ergo nõ volentis neq; currẽtis, sed miserẽtis esse Dei q bene operamur: quãquã ibi sit etiã volũtas nostra, quæ sola nihil posset. Vnde sequitur etiã de Pharaonis supplicio testimoniũ, cũ ait Scriptura de Pharaone, *Quia ad hoc te excitaui, vt ostendã in te potentiam meam, & vt annunciẽtur nomen meũ in vniuersa terra*. Sicut enĩ legimus in Exodo, Obduratum est cor Pharaonis, vt tam euidẽtibus

Ibid.8.d.15.
1.Retract.15.
Exod.c.16
Exod.10.a.1.

ignis non moueretur. Quòd ergo tunc Pharao nõ ob temperabat præceptis Dei, iam de supplicio veniebat. Non autem quisquam potest dicere obdurationẽ illã cordis immeritò accidisse Pharaoni, sed iudicio Dei retribuentis incredulitati eius debitam pœnã. Non ergo hoc illi imputatur quòd tũc nõ obtemperarit, quãdoquidem obdurato corde obtẽperare non poterat, sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate. Sicut enim in iis quos elegit Deus, nõ opera, sed fides inchoat meritũ, vt per munus Dei bene operẽtur: sic & in his quos dãnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnã etiam malè operentur: sicut & superiùs idẽ dicit Apostolus,
Rom 1.d.28 Et quoniã non probauerunt Deum in notitia habere, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant quæ nõ conueniunt. Quapropter ita concludit Apostolus,
Rom.9 d.18 *Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat.* Cuius enim miseretur, facit eum bonum operari: & quem obdurat, relinquit eum vt mala operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedẽti impietati, vt & bona per donum Dei operemur, & mala per suppliciũ, cùm tamen homini non auferatur liberum volũtatis arbitriũ, siue ad credendum Deo vt cõsequatur nos misericordia, siue ad impietatem vt cõsequatur nos supplicium. Qua cõclusione illata, infert quæstionem tanquã à contradicẽte. Ait enim:
Ibid.d.19. *Dicis ita quæ mihi, Quid adhuc quæritur? Nã voluntati eius quis resistit?* Cui sanè quæstioni sic respondet, vt intelligamus spiritalibus viris, etiam nõ secũdũ terrenum hominẽ viuẽtibus patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo Deus præscientia eligat credituros, & damnet incredulos: nec illos ex operibus eligẽs, nec istos ex operibus dãnans, sed illorum fidei præstans vt bene operentur, & istorũ impietatem obdurans deserendo vt malè operentur. Qui quoniã intellectus, vt dixi, spiritalibus patet, à carnali autẽ prudẽtia longè remotus est, sic refellit inquirentẽ, vt intelligat se deponere debere prius hominẽ luti, vt ista per spiritum inuestigare mereatur. Itaq; inquit, *O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatẽ figulus luti, ex eadẽ cõspersione vas facere, aliud quidẽ in honorẽ, aliud in contumeliã?*
1.Cor.2.d.15 Quãdiu figmentũ es, inquit, & ad massam luti pertines, nõdum perductus ad spiritalia, vt sis spiritalis, omnia iudicans, & à nemine iudiceris, cohibeas te oportet ab huiusmodi inquisitione, & nõ respõdeas Deo. Cuius consilium quisq; scire cupiens, oportet vt prius in eius amicitiã recipiatur. Quod cõtingere nisi spiritalibus nõ potest, iã portantibus imaginẽ cælestis
Ioan.15. c.15 hominis: Iã enim, inquit, nõvos dicam seruos, sed amicos. Omnia enim quæ audiuiã patre meo, nota feci vobis. Quãdiu itaq; vas figuli es, conterendum est hoc ipsum in te prius virga illa ferrea, de qua dictũ est, Reges
Psal.2.c.9. Ephe.3.b 16 eos in virga ferrea, tanquã vas figuli cõfringes eos: vt corrupto exteriore homine, & interiore innouato, possis in charitate radicatus & fundatus cõprehendere latitudinẽ, lõgitudinem, altitudinem, & profundũ, cognoscere etiam supereminentem scientiam charitatis Dei. Nunc itaq; cùm ex eadem cõspersione Deus alia vasa in honorem facit, alia in cõtumeliam, non est tuum discutere, quisquis secundùm eandem conspersionem adhuc viuis, id est, terreno sensu carnaliter sapis. QVOD autẽ ait, LXIII Rom.9.c.22 *Attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem:* Hinc satis significauit obdurationẽ illam cordis, quæ in Pharaone facta est, ex merito venisse occultæ superioris impietatis: quam tamen patiẽter sustinuit Deus, donec ad illud tempus perduceretur, quo opportunè in eũ vindicta procederet, ad correctionem eorum quos ab errore instituerat liberare, & ad cultum suum pietate vocando perducere, precibus eorum & gemitibus opem præbens.

QVOD autẽ ait, *Quos & vocauit nos, non solum ex Iudæis sed etiam ex gentibus. Sicut & in Osee dicit, Vocabo non* LXIIII. Osee 2 d 23. *plebem meam, plebem meam,* &c. Totius huius disputationis propositum ad hoc perducit: vt quoniã docuit misericordiæ Dei esse, quòd bene operamur, non tanquã ex operibus Iudæi glorientur, qui cùm Euangelium 1.Rom.c.d.23 percepissent, tãquam meritis suis id tribuendum existimantes, nolebãt gentibus dari: à qua superbia iã debẽt desistere: intelligentes, quoniã si non ex operibus, sed misericordia Dei vocamur vt credamus, & credẽtib⁹ præstatur vt bene operemur nõ est gẽtibus ista inuidẽda misericordia, quasi prælato merito Iudæorum, quod nullum est. QVOD autem dicit, *Esaias autem* LXV. *clamat pro Israël, Si fuerit numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient:* ostẽdit quemadmodum sit Esaiæ 10, c. 21. Osee 1.d.10 Dominus lapis angularis, vtrumq; parietem in se coniungẽs Testimonium enim in Osee propheta dictum Ephes.2 d. 20. Osee 2.d.23. est pro gẽtibus, Vocabo nõ plebem meam, plebẽ meã, & nõ dilectam, dilectam: & Esaiæ testimonium dictũ Esa 10.c.22. est pro Israël, quoniam reliquiæ saluæ fient, vt ipsi deputẽtur in semẽ Abrahæ qui crediderunt in Christũ: ita concordes ambos populos facit secundùm Domini testimoniũ dicẽtis in Euangelio de gẽtibus, Habeo Ioan.10.c. 16. alias oues quæ nõ sunt de hoc ouili, quas oportet me adducere, & erit vn⁹ grex, & vn⁹ pastor. QVOD aũt LXVI. ait; *Bona voluntas cordis mei & deprecatio fit pro illis in salutem.* Hinc iam incipit de ipe Iudæorum loqui, ne etiam gẽtes superbire audeant aduersus Iudæos. Sicut Rom 10.a.1 enim Iudæorum superbia refellẽda erat tanquã ex operibus gloriantiũ, sic & gẽtibus occurrẽdum, ne tanquam Iudæis prælati superbiant. QVOD autem dicit, LXVII. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbũ* Ibid.b. 8. *fidei quod prædicamus: quia si confiteaeris in ore tuo, quia Do-* Deut. 30. c. 14. *minus est Iesus, & crediderís in corde tuo, quia Deus illũ suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Totus hic locus ad illud refertur, quod superiùs dixit, Verbum enim consum- Rom.9.c.28. mans & breuians faciet Dominus super terram. Remotis enim innumerabilibus & multiplicibus sacramẽtis, quibus Iudaicus populus premebatur, per misericordiam Dei factũ est, vt breuitate confessionis fidei ad salutẽ peruenirẽus. QVOD autem dicit, *Secũdùm testimoniũ Moysi, ego ad æmulationem vos adducam in* LXVIII. Rom. 10.d. 19. *non gentem, in gentẽ insipientem irritabo vos:* dicendo gentem insipientem, exposuit quid dixerit, in non gentẽ: Deut.32.c. 21. quasi quòd nec gens dicenda sit quæ insipiens est, de cuius tamẽ fidei irritandũ dicit populũ Iudaicũ, quia illi apprehenderũt quod isti respuerũt. Vel certè in nõ gentem, in gentem insipientem: quia cùm esset gens insipiens omnis gens idola colens, tamen gentilitatem credẽdo deposuit. Vnde illud etiam est, Si igitur præ- Rom.2.d. 26. putiũ iustitias legis custodiat, nónne præputiũ eius in circũcisione deputabitur? Vt sit hic sensus: Ego in æmulationẽ vos adducam in eam gẽtem, quæ non gens facta est, deponendo gentilitatẽ per fidem Christi, cùm fuisset gens insipiẽs colendo idola. QVOD aũt ait, LXIX. Rom.11.d.1. *Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nã & ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin:* ad hoc refertur, quod superiùs dixit, Non potest aũt excidere verbũ Dei. Nõ enim omnes q̃ sunt ex Israël, hi sunt Israëlitæ, neq; qui sunt semen Abraham, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, vt de ipso scilicet populo Iudæorũ illi deputentur in semen, qui Domino credi- Ibid.f.17. derunt. De hoc itẽ dicit superiùs, reliquiæ saluæ fient. LXX. Rom.11.b. 13.

QVOD autẽ dicit, *Dico ergo, nunquid sic deliquerunt*

vt caderent? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus est. Nõ ideo dicit, quia non ceciderunt, sed quia casus ipsorũ non fuit inanis, quoniam ad salutem gẽtium profecit. Non ergo ita deliquerunt vt caderẽt: ad est, vt tantum modo caderent, quasi ad pœnam suam solum, sed vt hoc ipsum quòd ceciderunt, prodesset gẽtibus ad salutem. Deinde incipit ex hoc loco Iudæorum populum commẽdare, etiam de ipso casu infidelitatis, vt nõ superbiant gentes, quia etiam casus Iudæorum tam preciosus extitit pro salute gentium: sed magis debent cauere gentes, ne, dum superbiũt, similiter cadant.

LXXI. Rom.12.d. 10. Prov.25.c. 21. Luc. 6.c.35. QVOD autem dixit, *Si esurierit inimicus tuus ciba illũ: si sitit, potũ da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius:* Multis videri potest repugnare illi sentẽtiæ, qua Dominus præcepit, vt diligamus inimicos nostros, & oremus pro iis qui nos persequuntur: vel huic etiam quam idem Apostolus superiùs dixit, Benedicite persequẽtib⁹ vos, benedicite & nolite maledicere. Et Rom.12.c. 14. Ibid.17. iterum, Nulli malũ pro malo reddentes. Quomodo enim quisque diligit eum cui propterea cibum & potũ dat, vt carbones ignis cõgerat super caput eius, si carbones ignis hoc loco aliquam grauem pœnã significant? Quapropter intelligẽdum est ad hoc dictum esse, vt eũ qui nos læserit prouocemus ad pœnitẽtiam facti sui, cùm ei nos benefacimus. Isti enim carbones ignis ad exustionem, id est contribulationem spiritus valent, qui est quasi caput animę, in qua exuritur omnis malitia, cùm homo in melius per pœnitẽtiam cõmutatur, vt sunt illi carbones, de quib⁹ dicitur in Psalmis: Quid Psal.119.a.2. detur tibi, & quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Sagittæ potentis acutæ cùm carbonibus vastatoribus.

LXXII. Rom.13.a.1. QVOD autẽ ait, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi à Deo:* rectissimè admonetne quis ex eo quòd à Domino suo in libertatẽ vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbiã & non arbitretur in huius vitæ itinere seruãdum esse ordinem suum, vt potestatibus sublimioribus quibus p tẽpore rerũ tẽporaliũ gubernatio tradita est, existimet nõ se esse subdendũ. Cùm enim cõstemus ex anima & corpore, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiã rebus tẽporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitã pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò parte qua credimus Deo, & in regnũ eius vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, idipsum in nobis euertere cupienti quòd Deus ad vitã æternã donare dignatus est. Si quis ergo putat, quoniã Christianus est, non sibi esse vectigal reddendũ, aut tributũ, aut non esse exhibendũ honorẽ debitũ eis q̃ hæc curãt potestatib⁹, in magno errore versatur. Itẽ si quis putat se esse subdẽdũ, vt etiã in sua fide habere potestatẽ arbitretur eũ qui tẽporalibus administrãdis aliqua sublimitate præcellit, in maiorem errorem labitur. Sed modus iste seruandus est, quem Dñs ipse Mat.22.b.21 præscribit, vt reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei sunt. Quanquã .n. ad illud regnũ vocemur vbi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamẽ itinere dũ agimus, donec perueniamus ad illud seculũ, vbi sit euacuatio omnis principatus & potestatis, cõditionẽ nostrã pro ipso rerũ humanarũ ordine tolerem⁹, nihil simulatè faciẽtes, & in eo ipso non tã hominibus LXXIII. Rom.13.a.3. q̃ Deo qui hæc iubet obtemperantes. QVOD autẽ ait, *Vis non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex ea.* Potest mouere aliquos cũ cogitauerit ab istis potestatibus persecutionem se passos fuisse Christianos. Numquid ergo non faciebant bonũ, quia non solùm nõ sunt laudati ab istis potestatib⁹, sed & pœnis affecti

& necati sunt? Consideranda ergo sunt verba Apostoli. Nõ enim ait, Bonum fac, & laudabit te potestas: sed ait, Bonũ fac, & habebis laudẽ ex illa. Siue enim probet factum tuum bonum, siue persequatur, laudẽ habebis ex illa: vel cùm eã in obsequiũ Dei lucratus fueris, vel cùm eius persecutione coronã merueris. Hoc etiã in cõsequẽtibus intelligitur, cùm dicit, *Dei enim minister* LXXIIII. *est, tibi in bonum,* etiã si sibi in malũ. QVOD autẽ ait, *Ideóque necessitati subditi estote:* ad hoc valet, vt intelligamus, quia necesse est propter hanc vitam subditos nos esse oportere, non resistẽtes si quid illi auferre voluerint, in quo sibi potestas data est de temporalibus rebus: quæ quoniam transeunt, ideo & ista subiectio nõ in bonis quasi permansuris sed in necessariis huic tempori constituenda est. Tamẽ quoniam dixit, Necessitati subditi estote: ne quis non integro animo & pura dilectione subditus fieret huiusmodi potestatibus, addidit, dicens: *Non solùm propter iram, sed etiam propter con-* B *scientiam:* id est, non solùm ad iram euadendam, quod potest etiam simulatè fieri, sed vt in tua cõscientia certus sis, illius dilectione te facere cui subditus fueris iussu Domini tui, qui omnes vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Et hoc enim cùm diceret A- 1.Tim.2.c.4. postolus de ipsis potestatib⁹ aiebat: Hoc est, quod seruis alio loco suadet, Non ad oculum seruientes, quasi Ephes.6.a.6. hominibus placẽtes: vt idipsum quòd subdũtur dominis suis, nõ eos oderint, aut fallaciis promereri desiderent. QVOD autem dicit, *Qui enim diligit proximum,* LXXV. *legem impleuit.* Ostendit consummationem legis in di- Rom.13.c 8. lectione positã, id est, in charitate. Vnde & Dominus in illis duobus præceptis totam legẽ pendere dicit, & Matth.22.d. 40. omnes Prophetas: id est, in dilectione Dei & proximi. Vnde & ipse qui legẽ venit implere, dilectionẽ donauit per Spiritũ sanctũ, vt quod antea timor implere nõ poterat, charitas postmodum impleret. Inde est & il- Rom.13 c. 10. lud eiusdẽ Apostoli, Plenitudo aũt legis charitas. Et 1.Tim.1. a.5. C illud, Finis autẽ præcepti est, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta. QVOD autem LXXVI. ait, *Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno sur-* Rom.13.c.11 *gere:* illuc spectat quo dictum est, Ecce nũc tempus ac- 2.Cor.6.a.3. ceptabile, ecce nunc dies salutis. Tẽpus enim Euãgelij significatur, & illa opportunitas saluos faciendi credentes in Deũ. QVOD aũt ait, *Carnis prouidẽtiam ne* LXXVII. *feceritis in cõcupiscentiis:* ostendit non esse culpandã carnis prouidentiam, quando ea prouidentur quæ ad necessitatem salutis corporalis valent. Si autem ad superfluas delectationes atq; luxurias, vt quisq; in his gaudeat quæ carne cupit, rectè reprehenditur, quia prouidentiam carnis in cõcupiscẽtiis facit. Quoniam qui Gal 6.b.8. seminat in carne sua, de carne metet corruptionẽ: id est, qui delectationibus carnalibus gaudet.

QVOD autem dicit, *Infirmum autem in fide recipere, nõ* LXXVIII. *in diiudicationibus cogitationum:* hoc dicit vt eum qui in- Rom.14.a.1. firmus in fide est, recipiamus, & nostra firmitate infirmitatẽ eius sustineamus, neq; diiudicemus cogitationes eius: id est, quasi ferre audeamus sentẽtiam de alieno corde quod nõ videmus. Ideo sequitur & dicit, *Et* D *alius quidẽ credit manducare omnia: qui autẽ infirmus est, olus manducet:* quia illo iã tẽpore multi iam firmi in fide, & scientes secundũ sententiam Domini, q̃ nõ maculârent ea quæ in os intrant, sed quæ exeunt, indifferenter sumebant cibos salua conscientia. Quidam verò infirmiores abstinebant à carnibus & à vino, ne vel nesciẽtes incideręt in ea quę idolis sacrificabãtur. Omnis enim tũc immolatitia caro in macello venũdabatur, & de primitiis vini libabãt gentes simulachris suis, & quędã in ipsis torcularibus sacrificia faciebãt. Iubet ergo Apostolus & his q̃ salua cõscientia talibus alimẽtis Mat.15 b.17

vrebantur, non spernere infirmitatem illorum qui se
à talibus cibis & potu obstinebant. Et illis infirmis, ne
eos qui carnibus vescebãtur, & vinũ bibebãt, tanquã
pollui iudicarẽt. Ad hoc valet quod consequẽter di-
cit, *Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non*
manducat, manducantẽ nõ iudicet. Firmi enim infirmiores
contumaciter contemnebant, & infirmi firmos teme-
LXXXX. rè iudicabant. QVOD autẽ dicit, *Tu quis es qui iudi-*
Rom.14.a.4 *cas alienum seruum?* ad hoc dicit, vt in his rebus, quę pos-
sunt & bono animo fieri & malo, iudicium Deo di-
mittamus, nec audeamus de alterius corde, quod non
videmus, ferre sententiam. In his enim rebus quæ ita
cõprehenduntur, vt eas bono & casto animo nõ posse
fieri manifestũ sit, nõ improbatur, si iudicemus. Itaq;
hoc quod de cibis dicit, quia ignoratur quo animo
1.Cor.5.a.1. fiat, nõ vult nos esse iudices, sed Deũ. De illo autẽ nefa-
rio stupro, vbi vxorem patris sui quidam habuit, præ-
cepit debere iudicari. Nõ enim poterat ille, dicere, bo-
no animo se tam immane flagitium commisisse. Ergo
quæcunq; facta ita manifestantur, vt non possit dice-
re, Bono animo feci, iudicanda sunt à nobis: quæcun-
que autem ita fiunt, vt quo animo fiant incertum sit,
non sunt iudicanda, sed seruãda iudicio Dei: sicut scri-
ptũ est, Quæ occulta sunt, Deo: quæ autẽ palàm sunt,
Deut.29.d. vobis & filiis vestris. QVOD autem ait, *Alius quidẽ*
29. LXXX. *iudicat alternos dies, alius autem iudicat omnẽ diem*, seque-
Rom.14.c.5 strata interim meliore consideratione, nõ de duobus
hominibus mihi videtur dictũ, sed de homine & Deo.
Qui enim alternos dies iudicat homo est: potest enim
hodie aliud, cras aliud iudicare: id est, vt quemcunque
hodie malum conuictum confessumq; damnauerit,
cras bonum inueniat & correctum: vel cõtrà, cùm ali-
quem iustum hodie laudauerit, cras inueniat deprauatum, C
Qui autem iudicat omnem diẽ, Deus est, quia
non solùm qualis quisq; sit, sed etiam qualis omni die
futurus sit nouit, *Vnusquisque ergo in suo intellectu abun-*
det, inquit, id est, quantum humano intellectui, vel v-
nicuiq; homini concessum est, tantũ audeat iudicare.
Qui sapit, inquit, *diem, Domino sapit*: id est, quia hoc ip-
sum ad præsentem diem bene iudicat, Domino sapit.
Hoc est autem bene iudicare ad diem, vt noueris non
esse de correctione eius desperandũ in futurũ, de cuius
culpa manifesta in præsentia iudicaueris. QVOD
LXXXI. autẽ ait, *Beatus qui non iudicat semetipsum in quo probat*: ad
Rom.14.d. id potissimum referẽdum est quod superiùs dixit, Nõ
22. Ibid.c.16. ergo blasphemetur bonũ nostrũ. Hoc est etiam quod
nunc ait ante istam sententiam, Tu fidem quã habes
penes temetipsum, habe coram Deo: vt quoniã bona
Tit.1.d.15. est hæc fides, qua credimus omnia munda mundis, &
in ea fide nos probamus, bene vtamur ipso bono no-
A stro: ne fortè cùm ad offendiculum infirmorum fia-
trum eo bono abusi fuerimus, peccemus in fratres, &
in eo ipso bono nos iudicemus cùm scãdalizamus in-
firmos, in quo bono nos probamus, cùm ipsa fides no-
bis placet. QVOD autem ait, *Dico enim Christum Ie-* LXXXII.
sum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad Rom.15.b.8
confirmandas promissiones patrum, gentes autem super miseri-
cordia glorificare Deum; ad hoc dicit, vt intelligant gen-
tes Dominum Christum ad Iudæos esse missum, &
non superbiant. Iudęis enim repellentibus quod ad
ipsos missum est, factũ est vt gentibus Euangelium
prædicaretur, quod & in Actibus apostolorũ manifes-
tè scribitur, cùm dicũt Apostoli Iudęis, Vobis primũ Act.13.f.46.
oportuit prædicari verbum, sed quoniã indignos vos
iudicastis, ecce cõuertimus nos ad gentes. Secundùm
B ipsa etiam Domini testimonia, cùm dicit, Nõ sum mis- Matth.15.
sus nisi ad oues perditas domus Israël. Et iterum, Non 24.&26.
est bonum, panem filiorum mittere canibus. Quod Tit.1.d.15.
gentes si bene cõsiderent, intelligant ista sua fide qua
iam credunt, omnia munda mundis, non se debere in-
sultare his, si qui fortè infirmi ex † circumcisione fue- al.fr.
rint, qui propter communicationem idolorũ nullas
omnino audeant carnes attingere. QVOD autem
dicit, *Vt ministrẽ Christo Iesu in gentibus consecrans Euãge-* LXXXIII.
lium Dei, vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in Rom.15.d.
Spiritu sancto: hoc intelligitur vt offerãtur gentes Deo, 16.
tanquam acceptabile sacrificium, cùm in Christum
credentes per Euangelium sanctificantur: sicut & su-
periùs dicit, Obsecro itaque vos fratres per misericor- Rom.12.a.1.
diam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuã,
sanctam, Deo placentem. QVOD autem ait, *Obse-* LXXXIIII.
C *cro vos fratres, vt intendatis in eos qui dissensiones & scanda-* Rom.16.c.
la præter doctrinam quam vos didicistis faciunt; de his intel- 17.
ligitur dicere, quibus ad Timotheum scripsit, dicens:
Sicut rogaui te vt sustineres me: cùm irem in Macedo 1.Tim.1.a.3.
niam, vt denũciares quibusdam ne aliter docerent, ne-
que intenderent fabulis & genealogiis interminatis
quæ quæstiones magis præstãt quàm ædificationem,
quæ est in fide. Et ad Titum: Sunt enim multi nõ sub- Tit.1.c.10.
diti, vaniloqui & mente seductores, qui maximè ex
circũsione sunt, quos oportet refelli, qui vniuersas do-
mos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lu-
cri gratia: dixit quidam ex ipsis proprius eorum Pro-
pheta, Cretẽses semper mendaces, malę bestiæ, vẽtres
pigri. Ad hoc enim refertur quod & hîc ait, *Hi enim* Rom.16.c.
Christo Domino non seruiunt, sed suo vẽtri: de quibus alio 18.
loco dicit, Quorum Deus venter est. Phil.3.d.19.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

LIBER EXPOSITIONIS EPISTOLÆ PAVLI AD GALATAS.

Ex lib.1.Retract.cap.24.

POST hũc librum exposui eiusdẽ Apostoli epistolam ad Galatas, nõ carptim, id est, aliqua prætermittens, sed continuanter & totam. Hanc autem expositionem vno volumine comprehendi. In quo illud quod dictũ est, Priores ergo Apostoli veraces, qui non ab hominibus, sed à Deo per hominem missi sunt, per Iesum Christum scilicet adhuc mortalem. Verax etiã nouissimus Apostolus, qui per Iesum Christum totum iam Deum post resurrectionem eius missus est. Propter immortalitatem dictum est, totum iam Deum, quam post resurrectionem habere cœpit, non propter diuinitatem semper immortalem, à qua nũquam recessit, in qua totus Deus erat, & cùm moriturus adhuc erat. Hunc autẽ sensum sequẽtia manifestant. Adiunxi enim, dicẽs: Priores sunt cæteri Apostoli per Iesum Christum adhuc ex parte hominẽ, id Gal.1.a.1.
est, mortalẽ. Nouissimꝰ est apostolus Paulꝰ per Iesum Christum iam totum Deum, id est, ex omni parte immortalẽ. Hoc enim dixi, exponẽs quod ait Apostolus, Nõ ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem: quasi iam Iesus Christus non sit homo. Sequitur enim, Qui suscitauit illum à mortuis,

mortuis, vt hinc appareret cur dixerit, neq; per homi-
nem. Proindè propter immortalitatem iam nunc nõ
homo Christus Deus: propter substantiã verò naturæ
humanæ, in qua ascendit in cælũ, etiã nunc mediator
1 Tim.2.b.5 Dei & hominum homo Christus Iesus, quoniã sic ve-
Act.1.b.11. nient quomodo eum viderũt euntẽ in cælum: Itẽ quod
dixi, Gratia Dei est qua nobis donãtur peccata vt re-
conciliemur Deo: pax autem qua reconciliamur Deo,
sic accipiẽdum est, vt tamen sciamus etiã vtrũq; ad ge-
neralẽ Dei gratiã pertinere, quomodo in populo Dei
aliud specialiter Israël aliud Iudas, & tamen vtrũq; ge-
Cap.1. neraliter Israël. Itẽ cùm exponerẽ, Quid ergo lex trãs-
gressionis gratia posita est: ita distinguendũ putaui, vt
interrogatio esset. Quid ergo? Ac deinde respõsio. Lex
trãsgressionis gratia posita est. Quod quidem non ab-
horret à vero, sed melior mihi videtur ista distinctio,
vt interrogatio sit, Quid ergo lex? & inferetur respon-
Cap 5. sio, Transgressionis gratia posita est. Quod autẽ dixi,
Ordinatissimè itaq; subiunxit, Quod si spiritu duci-
mini, non adhuc estis sub lege: vt intelligamus eos esse
sub lege, quorũ spiritus ita cõcupiscit aduersus carnẽ,
vt non ea quæ volunt faciant, id est, non se teneãt inui-
ctos in charitate iustitiæ, sed à concupiscente aduer-
sum se carne vincantur. Hoc ex illo sensu est, quo sen-
Gal.5.c.17. tiebam id quod dictum est, Caro cõcupiscit aduersus
spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ: Hæc enim sibi inuicẽ
aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis: ad eos perti-
nere qui sub lege sunt, nondũ sub gratia. Adhuc enim
nõ intellexerã hæc verba, & illis qui sub gratia sunt, nõ
sub lege propterea cõuenire, quia & ipsi cõcupiscẽtias
carnis cõtra quas spiritu concupiscũt, quãuis eis non
cõsentiant, nossent tamẽ vllas habere si possent. Et i-
deo nõ quæcumq; volunt faciunt, quia volũt eis care-
re, nec possunt. Tunc enim eas nõ habebunt, quando
nec erruptibilem carnem. Hic liber sic incipit:

PRÆFATIO.

AVSA propter quã scribit Apostolus
ad Galatas, hæc est, vt intelligãt gratiã
Dei id secum agere, vt sub lege iam nõ
sint. Cũ enim prædicata eis esset Euã-
gelij gratia, non defuerũt quidam ex
circumcisione, quãuis Christiani nomine, nondũ ta-
men tenẽtes ipsum gratię beneficium, & adhuc volen-
tes esse sub oneribus legis, quæ Dominus Deus impo-
suerat, nõ iustitiæ seruiẽtibus, sed peccato, iustam sci-
licet legem iniustis hominibus dãdo ad demonstran-
Gal.1.a.6. da peccata eorũ, non auferenda. Non enim aufert pec-
cata nisi gratia fidei, quos per dilectionẽ operatur. Sub
hac ergò gratia iam Galatas constitutos, illi volebant
cõstituere sub oneribus legis: asseuerãtes nihil eis pro-
desse Euangelium, nisi circũciderẽtur, & cæteras car-
nales Iudaici ritꝰ obseruationes subirẽt. Et ideo Pau-
lũ apostolum suspectũ habere cœperãt, à quo illis Euã- D
gelium prædicatum erat, tanquam nõ tenẽtem disci-
plinã cæterorũ Apostolorũ, qui gẽtes cogebãt Iudaiza
re. Cesserat enim taliũ hominũ scandalis apostolus Pe
trus, & in simulationem ductus erat, tanquam & ipse
hoc sentiret, nihil prodesse gentibus Euangeliũ, nisi o-
nera legis implerent: à qua simulatione idẽ apostolus
Paulus eũ reuocat, sicut in hac ipsa Epistola docet. Ta
lis quidẽ quæstio est & in Epistola ad Romanos: verũ-
tamen videtur aliquid interesse, quod ibi contẽtionẽ
ipsam dirimit, litemq; componit, quæ inter eos qui ex
Iudæis & eos qui ex gẽtibus crediderãt, orta: cũ illi tã-
quã ex meritis operum legis sibi redditum Euangelij
præmiũ arbitrarẽtur, quod præmiũ incircũcisis tãquã
immeritis nolebant dari. Illi cõtrà Iudæis se præferre
gestirent, tãquã interfectoribus Dñi. In hac verò Epi-
stola ad eos scribit, q iã cõmoniti erãt authoritate illo-
rum qui ex Iudæis erant, & ad obseruationes legis cõ-
A gebant: cœperãt enim eis credere, tanquã Paulus apo-
stolus non vera prædicasset, quòd eos circumcidi no-
luisset. Et ideo sic cœpit: Miror q̃ sic tã citò trãsferi- Gal.1.b.8.
mini abeo qui vos vocauit in gloriã Christi, in aliud
Euangeliũ. Hoc ergo exordio causæ quęstionem bre-
uiter insinuauit, quanquã & ipsa salutatione, cùm di- Ibid.a.1.
cit se Apostolum, nõ ab hominibus neq; per hominẽ,
quod in nulla alia epistola dixisse inuenitur, satis ostẽ-
dit & illos qui talia persuadebant non esse à Deo, sed
ab hominibus & cæteris Apostolis, quãtũ ad autorita-
tẽ testimonij Euãgelici pertinet, imparẽ se haberi nõ
oportere: quãdoquidẽ nõ ab hominibꝰ, neq; per homi
nẽ, sed p Iesũ Christũ & Deũ pattẽ se Apostolũ noue-
uerit. Singula igitur ab ipso Epistolæ vestibulo per-
mittẽte Dño & adiuũte studiũ nostrũ, sic cõsideran-
da & tractanda suscepimus. PAVLVS *apostolus nõ ab* Expositio capitis primi.
hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ, & Deũ pa- Ibidem.
B *trẽ, qui suscitauit illũ à mortuis, & qui mecum sunt oẽs fratres,*
ecclesiis Galatiæ. Qui ab hominibus mittitur, mendax
est: qui per hominẽ mittitur, potest esse verax, quia &
Deus verax potest per hominẽ mittere. Qui ergo neq;
ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Deũ mittitur,
ab illo verax est, qui etiam per hominẽ missos veraces
facit. Priores ergo Apostoli veraces, qui nõ ab homini
bꝰ, sed à Deo per hominẽ missi sunt, p Iesum Christũ, 1.Retract.
scilicet adhuc mortalẽ. Verax etiã nouissimus Aposto ca.24.
lꝰ, qui per Iesum Christũ totũ iã Deũ post resurrectio-
nẽ eius missus est. Priores sunt cæteri Apostoli p Chri
stũ adhuc ex parte hominẽ, id est, mortalem: nouissi-
mꝰ est Paulus apostolus per Christũ iã totũ Deũ, id est,
omni ex parte immortalẽ. Sit ergo testimonij eiꝰ æqua
lis authoritas, in cuiꝰ honore implet clarificatio Dñi, si
quid habeat ordo tẽporis minus. Ideo enim cùm dixis-
set, Et Deũ patrem: addidit, Qui suscitauit illũ à mor-
C tuis: vt etiã ex hoc modo breuiter iã clarificato missum
se esse cõmemoraret. *Gratia vobis & pax à Deo patre &* 1.Ret.ca.24.
Domino Iesu Christo. Gratia Dei est, qua nobis donãtur
peccata, vt recõciliemur Deo: pax aũt qua recõcili a-
mur Deo. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt exime-*
ret nos de præsenti seculo maligno. Seculũ pręsens malignũ
ꝓpter malignos homines, q in eo sunt, intelligẽdũ est:
sicut dicimꝰ etiã malignã domũ, ꝓpter malignos inha
bitãtes inea. *Secũdũ volũtatẽ Dei & patris nostri, cui est glo-*
ria in secula seculorũ, Amẽ. Quãto igitur magis homines
nõ debent arroganter ad seipsos referre, si quid operã-
tur boni, quãdo & ipse Dei filius in Euãgelio, nõ gloriã Ioan.6.d.38.
suã se quęrere dixit, neq; volũtatem suã venisse facere,
sed voluntatẽ eius q eũ misit. Quã volũtatẽ gloriam q̃;
patris nũc cõmemorauit Apostolus, vt ipse quoq; Dñi
exemplo, à quo missus est, nõ se quærere gloriã suã si-
gnificaret, nec facere volũtatẽ suã in prædicatione Eu-
ãgelij, sicut paulò pòst dicit: Si hominibꝰ placerem,
Christi seruus nõ essem. *Miror quòd sic tã citò trãsferimi-* Gal.1.b.10.
ni ab eo qui vos vocauit in gloriã Christi, in aliud Euangeliũ,
quod nõ est aliud. Euãgelium enim si aliud siue per te, si- Ibid.b.6.
ue per aliquẽ Dñs dedit, iã nec Euãgeliũ rectè dici po-
test. Vigilãter aũt cùm dixisset, trãferimini ab eo q vos
vocauit in gloriã Christi: quam volebãt illi euacuare,
quasi frustra venerit Christus, si iã circũcisio carnis at-
q; huiusmodi opera legis tãtũ valebãt, vt per illa homi-
nes salui fierẽt. *Nisi aliqui sunt cõturbãtes vos, & volentes*
cõuertere Euangeliũ Christi. Nõ quẽadmodũ istos cõtur-
bãt, ita etiã conuertunt Euãgeliũ Christi, quia manet
firmissimũ: sed tamen cõuertere volunt, qui à spirita-
libus ad carnalia reuocãt intentionem credentiũ. Illis
enim ad ista cõuersis, manet Euãgeliũ nõ conuersum.
Et ideo cùm dixisset, conturbantes vos: non dixit, &

conuertentes: sed, volentes, inquit, conuertere Euangeliũ Christi. *Sed licet si nos, aut angelus de cælo vobis euangelizauerit præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Veritas propter seipsam diligenda est, nõ ppter hominem, aut propter angelũ per quem annũciatur. Qui enim propter annũciatores diligit eã, potest etiã mendacia diligere, si qua fortè ipsi sua protulerint. *Sicut prædiximus, & nũc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit.* Aut præsens hoc prędixerat, aut quia iterauit quod dixit, propterea voluit dicere, sicut prædiximus. Tamen ipsa iteratio saluberrimè intentionem mouet ad firmitatem retinẽdi eã, quæ sic cõmendatur, fidem. *Modò ergo hominibus suadeo, an Deo? Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem; Christi seruus non essem.* Nemo Deo suadere potest, quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam quam suadet veritatem. Qui enim placet hominibus nõ ab ipsis suã gloriã quærens, sed Dei vt salui fiant, nõ iam hominibus, sed Deo placet: aut certè iã cùm & Deo placet simul & hominib⁹, nõ vtiq; hominibus placet. Aliud est enim placere hominibus: aliud, & Deo & hominib⁹. Item qui hominib⁹ propter veritatem placet, nõ ipse illis, sed veritas placet: placere aũt dixit quantũ in seipso est, quantũ ad eius voluntatẽ attinet: ac si diceret, placere vellẽ. Nõ enim si hoc eo non agente placeat alicui, quasi propter seipsum, & non propter Deum atq; Euangeliũ, quod annunciat, superbiæ ipsius potius, quàm errori eius cui peruersè placet, tribuendũ est. Iste itaq; sensus est, Modo ergo hominibus suadeo, an Deo? Aut quia hominibus suadeo, quæro hominibus placere? si adhuc hominibus quærerẽ placere, Christi seruus nõ essem. Iubet enim ille seruis suis, vt discãt ab eo mites esse & humiles corde. Quod nullo modo potest, q; propter seipsum ide st
Mat.11.d.29 ppter suã quasi priuatã & propriã gloriam placere hominib⁹ quærit. Dicit aũt & alibi, Hominibus suadem⁹, Deo aũt manifesti sum⁹: vt intelligas q; hic ait, Hominib⁹ suadeo, an Deo? nõ vtiq; Deo, sed hominib⁹ suadẽdũ. Nõ ergo moueat, quod alibi dixit, Sicut & ego omnib⁹ per omnia placeo. Addidit enim, Nõ quærẽs
2.Cor.5.b.11.
1.Cor.10.g.33. quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant. Nulli aũt prodest, vt saluus fiat, si homo ei propter seipsum placeat: q; non placet vtiliter, nisi cùm propter deũ placet: id est, vt Deus placeat & glorificetur, cùm dona eius attẽduntur in homine, aut per ministeriũ hominis accipiũtur. Cùm aũt sic homo placet, nõ iã homo, sed De⁹ placet. Vtrunq; ergo rectè dici potest, & ego placeo, & nõ ego placeo. Si enim assit bonus intellector, piusq; pulsator, patebit vtrũq;, & nulla inter se repugnãtia repellet intrantẽ. *Notum enim vobis facio, fratres, Euangeliũ, quod euangelizatum est à me, quia non est secũdũ hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici sed*
Gal.1.b.11.* *per reuelationem Iesu Christi.* Euangelium quod secundùm hominẽ est, mẽdacium est. Omnis enim homo mẽdax: quia quicquid veritatis inuenitur in homine, non est ab homine, sed à Deo per hominem. Ideo iam
Ps.115.a.11. quod secundùm hominem est, nec Euangeliũ dicẽdũ est: quale illi afferebant, qui in seruiturem ex libertate attrahebãt eos, quos Deus ex seruitute in libertatem vocabat. *Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quia supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & vastabam illã, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos, meos in genere meo abundantius æmulator existens paternarũ mearũ traditionũ.* Si persequendo & vastando Ecclesiã Dei proficiebat in Iudaismo, apparet cõtrarium esse Iudaismũ Ecclesiæ Dei, non per illam spiritalẽ legẽ quã acceperunt Iudæi, sed per carnalẽ conuersationem seruitutis ipsorum. Et si æmulator, id est, imitator paternarum suarũ traditionũ, persequebatur Paulus
A Ecclesiam Dei, paternæ ipsius traditiones contrariæ
Rom.7.c.14 sunt Ecclesiæ Dei nõ autẽ legis illius culpa est: Lex enim spiritalis est, nec carnaliter se cogit intelligi: sed illorũ vitium est, qui & illa quæ acceperunt, carnaliter sentiũt, & multa etiã sua tradiderunt, dissoluẽtes, sicut
Matt. 15.a.3. Dñs dicit, mandatũ Dei, propter traditiones suas. *Cùm autem placuit Deo, qui me segregauit de ventre matris meæ, & vocauit per gratiam suam, reuelare filium suum in me, vt annunciarem eum in gentibus, continuò nõ acquieui carni & sanguini.* Segregatur quodammodo de vẽtre matris quisquis à carnaliũ parentum consuetudine cæca separatur: acquiescit autẽ carni & sanguini, quisquis carnalibus propinquis & consanguineis suis carnaliter suadẽtibus assentitur. *Neque veni in Hierosolymã ad præcessores meos Apostolos, sed abij in Arabiã, & iterũ reuersus sum Damascũ. Deinde post annos tres, ascendi Hierosolymam videre*
B *Petrum, & mansi apud illum diebus quindecim.* Sic cùm euãgelizasset Paulus in Arabia, postea vidit Petrũ, non ideo vt per ipsum Petrũ disceret Euangeliũ: nam anteeũ vtique vidisset, sed vt fraternam charitatẽ etiã corporali notitia cumularet. *Alium autẽ Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobũ fratrẽ Domini.* Iacobus Domini frater, vel ex filiis Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi. *Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.* Qui dicit, Ecce corã Deo, quia non mentior, iurat vtique. Et quid sanctius hac iuratione? sed non est contra præceptum iuratio, quæ à malo est, non iurãtis, sed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. Nã hinc intelligitur ita Dominũ prohibuisse à iurando, vt quantum in ipso est quisq; non
1.Cor.15.c. iuret, quod multi faciũt in ore habẽtes iurationem tan
Ja. quã magnum aut suaue aliquid. Nam vtiq; Apostolus nouerat præceptum Domini, & iurauit tamen. Non
C enim audiendi sunt, qui has iurationes esse non putãt. Quid enim faciẽt de illa, Quotidie morior per gloriã vestram, fatres, quã habeo in Christo Iesu Domino nostro: quam Græca exemplaria manifestissimam iurationẽ esse cõuincunt. Quantũ ergo in ipso est, nõ iurat Apostol⁹. Nõ .n. appetit iurationẽ cupiditate, aut
Mat 5.f.37. delectatione iurãdi: amplius est enim q̃ est, est: non, nõ: & ideo à malo, est sed infirmitatis aut incredulitatis eorũ, qui nõ aliter mouentur ad fidem. *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autẽ ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ in Christo sunt.* Anima duertẽdũ, nõ in sola Hierosolyma Iudæos in Christũ credidisse, nec tã paucos fuisse, vt Ecclesiis gẽtium miscerẽtur, sed tam multos, vt ex illis Ecclesiæ fierent. *Tantùm autem audientes erant, quia qui aliquãdo nos persequebatur, nunc euãgelizat fidẽ quã aliquando vastabat, & in me magnificabant Deum:* hoc est quòd dicebat nõ se placere hominibus vtiq; per seipsum, sed vt in illo magnificaretur Deus, hoc est, quod
D etiã Dñs dicit, Luceãt opera vestra corã hominibus, vt
Ibid.b.16. videãt bona facta vestra, & glorificent patrem vestrũ, qui in cælis est. *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cũ Barnaba, assumpto etiam Tito.* Tanquam testimoniis pluribus agit, cùm etiam istos nomi
Expositio capitis secũdi. Gal.2.a.1. nat. *Ascendi autem secundùm reuelationem.* Ne moueret eos quare vel tũc ascenderit quò tam diu non ascenderat. Quapropter si ex reuelatione ascendit, tunc proderat vt ascenderet. *Et exposui illis Euangelium, quod prædico in gentibus seorsum his qui videbãtur esse aliquid.* Quod seorsum exposuit Euangeliũ, eisqui eminebãt in Ecclesia, cùm iã illud exposuisset coram omnibus, non ideo factũ est, quòd aliqua falsa dixerat, vt seorsum paucioribus vera diceret, sed aliqua tacuerat, quæ adhuc paruuli portare non poterant. Qualibus se ad Corinthios

1.Cor.5.a.2. thios lac dicit dedisse, non esca m. Falsum enim dicere
A nihil licet. Aliquãdo autẽ aliquid veri tacere, vtile est. Perfectionem ipsius opus erat vt scirent cæteri Apostoli. Non enim sequebatur vt si fidelis esset, veramq; & rectã teneret fidẽ, iã etiam Apostolus esse deberet.
al. curro. Illud autem quod subiungit, *Ne fortè in vacuum curram, aut cucurri*: nõ ad illos cum quibus seorsum contulit Euangelium, sed ad istos quibus scribit quasi per interrogationem dictum intelligendum est: vt ex eo appareret, nõ eum in vacuũ currere aut cucurrisse, quia iã etiam attestatione cæterorum nihil ab Euãgelij veritate dissentire approbatur. *Sed neque Titus qui mecum erat*, inquit, *cùm esset Græcus cõpulsus est circumcidi.* Quãquis Titus Græcus esset & nulla eum consuetudo aut cognatio parẽtum circũcidi cogeret, sicut Timotheũ, facilè tamen etiam istum circumcidi permisisset Apostolus. Non enim tali circumcisione salutem docebat auferti, sed si in ea constitueretur spes salutis, hoc esse
B contra salutem ostendebat. Poterat ergo vt superfluã æquo animo tolerare, secundùm sententiam quam a-
1.Cor.7.d.19. bi dixit, Circumcisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Propter subintroductos autẽ falsos fratres, non est cõpulsus Titus circumcidi: id est, non ei potuit extorqueri, vt circumcideretur: quia illi qui subintroierunt quos dicit proficultare libertatem eorũ, vehementer obseruabant & cupiebant circumcidi Titum, vt iam circumsionem etiã ipsius Pauli attestatione & cõsensione, tanquã saluti necessariã prædicarent. Et sic eos, vt ait, in seruitutem redigerent: id est, sub onera legis seruilia reuocarent. Quibus se nec ad horã, id est, nec ad tẽpus cessisse dicit subiectioni, vt veritas Euangelij permaneret ad gẽtes. Denotabant autẽ suspectũmq; haberi volebant inuidi apostolum Paulum, q; aliquando persecutor
Gal.2.b.6.* Ecclesiarum fuerit: & ideo dicit, *De his autem qui viden-*
C *tur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest:* quia & qui videntur esse aliquid, carnalib⁹ hominibus videntur esse aliquid. Nam non sunt ipsi aliquid. Et si eñ boni ministri Dei sunt, Christus in illis est aliquid, non ipsi per se. Nam si ipsi per se essent aliquid, semper fuissent aliquid: quales aliquando fuerint: id est, quia & ipsi peccatores fuerũt, nihil sua dicit interesse: quia *Deus hominis personam nõ accipit*, id est, sine personarum acceptione oẽs ad salutẽ vocauit, non reputãs illis delicta eorũ. Et ideo absentibus illis qui priores facti erãt Apostoli, Paulus à Domino perfectus est: vt quando cũ eis cõtulit, nihil esset quod perfectioni ei⁹ adderẽt: sed potius viderẽt, eundem Dominũ Iesum Christũ, q; sine personarum acceptione saluos fecit, hoc dedisse Paulo vt ministraret gentibus, quod etiã Petro dederat, vt ministraret Iudæis. Nõ ergo inuenti sunt in ali-
D quo dissentire ab illo, vt cùm ille se perfectũ Euãgeliũ accepisse diceret, illi negarẽt, & aliquid vellẽt tanquã imperfectio addere: sed e contrariò pro reprehensoribus imperfectionis, approbatores perfectionis fuerũt. *Et dederunt dexteras societatis*: id est, cõsenserunt in societatem, & paruerunt voluntati Domini cõsentiẽtes, vt Paulus & Barnabas irent ad gẽtes, ipsi autem in circũcisionem, quæ præputio, id est, gentibus cõtraria videtur. Nam etiã sic potest intelligi, quod ait, ecõtrariò, vt ordo iste sit: Mihi enim q; videtur aliquid, nihil apposuerũt, sed ecõtrariò, vt nos quidem in gẽtes irem⁹, quæ sunt contrariæ circumcisioni, ipsi autẽ in circumcisionem, cõsensẽtũt mihi & Barnabæ: hoc est, dexteras societatis nobis dederunt. Neq; in contumeliã prę cessorum eius putet quis ab eo dictum: Qui videntur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Et illi enim tãquã spiritales viri volebãt resisti carnalibus, qui putabant aliquid ipsos esse & non potius Christum in eis, multumq; gaudebant cùm persuaderetur hominibus, & seipsos prędecessores Pauli, sicut eũdem Paulum ex peccatoribus iustificatos esse à dominо, qui personam hominis nõ accipit, quia Dei gloriã quærebant nõ suam. Sed quia carnales & superbi homines, si quid de vita ipsorum prętereat dicitur, irascũtur, & in contumeliã accipiũt, ex animo suo coniciũt Apostolos. Petrus autẽ & Iacobus & Ioannes honoratiores in Apostolis erãt, quia ipsis tribus se in monte Dominus ostẽdit in significatione regni sui, cùm ante
Mat.16 d. 28. sex dies dixisset, Sunt hic quidam de circumstantib⁹, qui nõ gustabunt mortem, donec videant filiũ hominis in regno patris sui. Nec ipsi erant columnæ, sed vi-
Prov.9 a.1 debantur. Nouerat enim Paulus sapientiã ædificasse sibi domũ, & nõ tres columnas constituisse, sed septẽ: qui numerus vel ad vnitatẽ Ecclesiæ refertur. Solet enim ,p vniuerso poni, sicut in Euãgelio dictum est, Ac-
Matt. 19. d. 29. 2 Cor.6.c. 10. cipiet in hoc seculo septies tantũ: ac si diceret, Quasi nihil habẽtes, sed omnia possidẽtes. Vnde etiã Ioannes
Apoc 1.a.4. ad septẽ scribit Ecclesias, quæ vtiq; vniuersalis Ecclesiæ personam gerunt: vel certè ad septenariam operationem Spiritus sancti magis refertur septenarius numerus columnarũ: sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, sciẽtiæ & pietatis & timoris Dei, quibus operationibus dom⁹ filij Dei, hoc est, Ecclesia cõtinetur. Quod autẽ ait, *Tantùm vt pauperũ memores essemus, quod & studui hoc ipsum facere*: cõmunis cura erat omnibus Apostolis de pauperibus sanctorũ, qui erãt in Iu-
Act. 4.g.35. dæa, qui rerũ suarũ venditarũ pretia ad pedes Apostolorũ posuerãt. Sic ergo ad gentes missi sunt Paulus & Barnabas, vt Ecclesiæ gentiũ, quæ hoc nõ fecerant, ministrarẽt oratione ipsorum eis, qui hoc fecerant: sicut ad Romanos dicit: Nunc aũt pergam Hierusalem
Rom.15.f.25 ministrare sanctis, placuit .n. Macedoniæ & Achaię cõmunionẽ aliquam facere in pauperes sanctorũ, qui sũt in Hierusalẽ. Placuit enim illis, & debitores eorũ sunt. Si enim spiritalibus eorum cõmunicauerunt gentes, debẽt & in carnalib⁹ ministrare eis. In nullã ergo simulationẽ Paulus lapsus erat, quia seruabat vbiq;, quod cõgruere videbat, siue Ecclesiis gentiũ, siue Iudæorũ, vt nusquã auferret cõsuetudinem, quæ seruata nõ impediebat ad obtinendũ regnum Dei: tantũ admonens, ne quis in superfluis poneret spem salutis, etiam si cõsuetudinem in eis propter offensionem infirmorum
1.Cor.7.d. 18. custodire vellet. Sicut ad Corinthios dicit, Circũcisus quis vocat⁹ est, nõ adducat præputiũ: in pręputio quis vocatus est, nõ circumcidatur. Circumcisio nihil est, & pręputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Hoc enim ad eas cõsuetudines vel conditiones vitæ retulit, quę nihil obsunt fidei bonis q; morib⁹. Nõ enim si latro erat quisq; cùm vocatus est, debet in latrocinio permanere. Petrus autẽ cùm venisset Antiochiã, obiurgatus est à Paulo, nõ quia seruabat consuetudinem Iudæorum in qua natus atq; educatus erat, quãquam apud gentes eam non seruaret, sed obiurgatus est, quia gentibus eã volebat imponere. Cùm vidisset quosdã venisse ab Iacobo, id est, à Iudæa. Nã Ecclesiæ Hierosolimitanæ Iacobus præfuit. Timens ergo eos qui adhuc putabant in illis obseruationibus salutẽ cõstitutã, segregabat se à gẽtibus, & simulatè illis cõsentiebat ad imponẽda gẽtibus illa onera seruitutis, quod in ipsi⁹ obiurgatione verbi fatis apparet. Nõ enim ait, *Si tu, cùm Iudæus sis, gentiliter, & non Iudaicè viuis, quemadmodum rursus ad consuetudinem Iudæorum reuerteris?* sed *quemadmodum*, inquit, *gentes cogis iudaizare.* Quòd autem hoc ei coram omnibus dixit, necessitas

coegit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur. Non enim vtile erat errorem qui palam noceret, in secreto emendare. Huc accedit, quòd firmitas & charitas Petri, cui ter à Domino dictum est, Amas me? Pasce oues meas, obiurgationē talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissimè sustinebat. Nā erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitādum difficilior. Facilius est enim videre quid in alio corrigas, atq; id vituperando vel obiurgando corrigere, q̄ videre quid in te corrigendū sit, libenterq; corrigi, vel per teipsum, nedū per aliū, adde posteriorem, adde corā omnibus. Valet autē hoc ad magnum humilitatis exemplum, quæ maxima est disciplina Christiana: humilitate enim conseruatur charitas. Nam nihil eā citius violat quàm superbia. Et ideo Dominus non ait, Tollite iugū meum & discite à me, quoniam quatriduana de sepulchris cadauera exuscito, atq; omnia dæmonia de corporibus hominum morbosq; depello, & cætera huiusmodi: sed, Tollite, inquit, iugum meū, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Illa enī signa sunt rerum spiritalium: mitem autē esse & humilem, charitatis conseruatio est. Res ipsæ spiritales sunt, ad quas per illa ducuntur, qui oculis corporis dediti fidem inuisibiliū qua iam de notis visitatisq; nō possunt, de nouis & repentinis visibilibus quærunt. Si ergo & illi qui cogebant gentes Iudaizare, didicissent mites esse & humiles corde, quod à Domino Petrus didicerat saltē correcto tanto viro ad imitandum inuitarentur, ne putarent Euangeliū Christi iustitiæ suæ tanquam debitum redditū. *Sed scientes quoniam non iustificatur homo ex operib⁹ legis, nisi per fidem Christi Iesu*, vt impleat opera legis adiuuantem infirmitatem suam, non merito suo, sed gratia Dei; nō exigerent de gentibus carnales legis obseruationes, sed p ipsam gratiā fidei, spiritalia opera legis eos implere posse cognoscerēt. Quoniā ex operibus legis, cùm suis viribⁿ ea quisque tribuit, non gratiæ miserantis Dei, nō iustificabitur omnis caro: id est, omnis homo, siue omnes carnaliter sentientes. Et ideo illi q cùm iā essent sub lege, Christo crediderunt, nō quia iusti erant, sed vt iustificarentur, venerūt ad gratiā fidei. Peccatorū autē nomen gentibus imposuerant Iudæi iā vetusta quadā superbia, tanquam ipsi iusti essent, videndo stipulā in oculo alieno, & nō trabē in suo. Secundùm eorum morem locutus Apostolus ait, *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores*: id est, quos appellāt peccatores, cùm sint & ipsi peccatores. Nos ergo, inquit, natura Iudæi, cùm gentiles non essemus, quos nisi peccatores appellāt, tamē *& nos* peccatores *in Christo Iesu credimus, vt iustificemur per fidem Christi*. Non autem quærerent iustificari, nisi essent peccatores. An fortè quia in Christo voluerunt iustificari, peccauerunt; quia si iam iusti erant, aliud quærendo vtiq; peccauerunt: sed, si ita est, inquit, ergo Christus peccati minister est. Quod vtiq; nō possunt dicere, qa & ipsi qui nolebant nisi circumcisis gentibus tradi Euangeliū, in Christo crediderant. Et ideo quod dicit, Absit: nō solus, sed cum ipsis dicit. Destruxit autem superbiam gloriantem de operibus legis, quæ destrui & deberet & posset, ne gratia fidei videretur non necessaria, si opera legis etiā sine illa iustificari crederētur. Et ideo prēuaricator est, si rursus illa ēdificat, dicēs: quòd opera legis etiā sine gratia iustificat, vt Christus peccati minister inueniatur. Posset ergo illi obiici dicenti: *Si enēm quæ destruxi, hæc eadem rursus ædifico, prēuaricatorē meipsum cōstituto*, Quid ergo? quia fidem Christi oppugnabas antea, quā, nunc ædificas, prēuaricatorē te cōstituis? Sed illā non destruxit, quia destrui nō potest. Hāc verò superbiā destruxerat, cōstāterq; destruebat,

Iob. 21. c. 5.

Mat. 11. d. 29

Gal. 2. c. 16.

quia destrui poterat: & ideo non ille prēuaricator est, qui rem verā cùm conaretur destruere, & postea verā esse ac destrui nō posse cognosceret, tenuit eā vt in ea ædificetur. Sed ille prēuaricator est, qui cū destruxerit rem falsam, quia destrui potest, eam rursus ēdificat. Mortuum autem se legi dicit, vt iam sub lege nō esset, sed tamē per legē: siue quia Iudæus erat, & tāquam ædagogum legē acceperat: sicut postea manifestat. Hoc autē agitur per pædagogum, vt nō sit necessariⁿ pædagogus, sicut per vbera nutritur infans, vt iam vberibus nō indigeat, & per nauē peruenitur ad patriā, vt iā naui opus nō sit: siue per legem spiritaliter intellectam legi mortuus est, ne sub ea carnaliter viueret. Nā hoc modo per legē, legi vt morerentur volebat, cùm eis paulò pòst ait, Dicite mihi sub lege volentes esse, legē non legistis? Scriptum est enim, quòd Abrahā duos filios habuit, &c. vt per eādem legem spiritaliter intellectam morerentur carnalibus obseruationibus legis. Quod autem adiūgit, *Vt Deo viuam*: Deo viuit qui sub Deo est, legi autem qui sub lege est. Sub lege autem viuit, inquantum quisque peccator est: id est, inquantum à vetere homine nō est mutatus: sua enim vita viuit, & ideo lex supra illū est: quia qui eam nō implet, infra illā est: nam iusto lex posita nō est, id est imposita, vt supra illū sit: in illa est enim potiⁿ quàm sub illa; quia nō sua vita viuit, cui coērcēdæ lex imponitur. Vt enim sic dicā, ipsam quodāmodo legē viuit, q cum dilectione iustitiæ iustè viuit, non proprio ac transitorio, sed cōmuni ac stabili gaudens bono. Et ideo Paulo non erat lex imponenda, qui dicit, *Viuo autem iā non ego, viuit verò in me Christus*. Quis ergo audeat Christo legē imponere, q viuit in Paulo? Nō enim audet quis dicere Christū non rectè viuere, vt ei coērcēdo lex imponenda sit. *Quòd autē nunc viuo*, inquit, *in carne*, quia nō posset dicere Christū adhuc mortaliter viuere, vita autem in carne mortalis est. *In fide*, inquit, *viuo filij Dei*: vt etiam sic Christus viuat in credente habitādo in interiore homine per fidē, vt postea per speciem impleat eum, cùm absorptū fuerit mortale à vita. Vt autem ostenderet q viueret in illo Christus, & quod in carne viuēs in fide viuit filij Dei, non meriti sui esse, sed gratiæ ipsius: *Qui me*, inquit, *dilexit, & tradidit seipsum pro me*. Pro quo vtique, nisi p peccatore, vt eum iustificaret? Et dicit hoc qui Iudæus natus & educatus erat, & abundantiùs æmulator extiterat paternarū suarū traditionū. Ergo si & pro talib⁹ se tradidit Christus, etiam ipsi peccatores erant. Nō ergo meritis iustitiæ suæ datum dicāt, quod nō opus erat iustis dari. Non enim veni vocare iustos, ait Dominus, sed peccatores: ad hoc vtiq; ne sint peccatores. Si ergo Christⁿ me dilexit, & tradidit seipsum pro me, nō irritā facio gratiam Dei, vt dicam per legē esse iustitiam. Nā si per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: id est, sine causa mortuus est, quando per legem: id est, per opera legis quibus Iudæi confidebant, posset esse iustitia in hominibus. Oratis aūt mortuū Christum nec illi dicūt quos refellit, quoniā Christianos se volebant haberi. Nō ergo rectè per illa legis opera Christianos iustificari persuadebant, quibus rectè dicit, *O stulti Galatæ, quis vos fascinauit?* Quod nō rectè diceretur de his qui nunquam profecissent, sed de his qui ex profectu defecissent. *Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, crucifixus*: hoc est, quibus videtibus Christus Iesus hæreditatē suam possessionemq; suam amisit: his vtique auferentibus eam, Dominumq; inde expellentibus, qui ex gratia fidei per quam Christus possidet gentes, ad legis opera eos qui crediderāt reuocabāt, Christo auferēdo possessionē suam: id est, eos in quibus iure gratiæ fideiq; inhabitabat.

Gal. 3.

Gal. 4. c. 11.

1. Tim. 1. b. 9.

Exod. 20. c. 13.

Gal. 2. d. 20.

Mat. 9. b. 13.

Gal. 3. a. 1. Expositio capitis sequ.

Quod

Quod in ipsis Galatis accidisse vult videri Apostolus. Nam ad hoc pertinet quod ait, Ante quorum oculos. Quid enim tam ante oculos eorum contigit, quàm quod in ipsis cōtigit? Cùm autem dixisset, Iesus Christus proscriptus est: addidit, crucifixus: vt hinc eos maxime moueret, cùm considerarent quo pretio emerit possessionē, quam in eis amittebat: ne parū esset gratis eū mortuū, quod superiⁿ dixerat. Illud enim ita sonat tanquā non peruenerit ad possessionē pro qua sanguinē dedit. Proscriptio aūt etiā quæ tenebat, aufertur. Sed hæc p proscriptio non obest Christo, qui etiā sic per diuinitatē Dominus est omniū: sed ipsi possessioni: q̄ huius gratiæ cultura caret. Hinc iā incipit demōstrare, quēadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificandū sine operibus legis, ne quis diceret non se quidē operibus legis tantùm totā hominis iustificatiōnē tribuere, sed neq; tantū gratiæ fidei, ex vtroq; autē perfici ad salutē. Sed hæc quæstio vt diligenter tractetur, ne quis fallatur ambiguo, scire prius debet opera legis bipertita esse. Nā partim in sacramentis, partim verò in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinent, circumcisio carnis, sabbatū tōporale, neomeniæ, sacrificia, atq; omnes huiusmodi innumeræ obseruationes. Ad mores autē, Nō occides, non mœchaberis, non falsum testimoniū dices, & talia cætera. Nūquid nā ergo Apostolus ita potest non curare, vtrū Christianus homicida aut mœchus sit, an castus atq; innocens, quēadmodū non curat, vtrū circūcisus carne an præputiatus sit? Nunc ergo de his operibus maximè tractat, quæ sunt in sacramentis, quamquā & illa interdū se admiscere significet. Prope finē autem epistolæ, de his separatim tractauit, quæ sunt in moribus: & illud breuiter, hoc autē, diutius. Hæc enim onera potius imponi gētibus quorū vtilitas in intellectu est: nā hęc oīa exponuntur Christianis, vt quid valeant, tantùm intelligant, non etiā facere coganatur: in obseruationibus autem si non intelligantur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudæorū, & est vsque adhuc. Si autē & obseruentur illa, & intelligantur, non modò nihil obsunt, sed etiā prosunt aliquid, si tempori cōgruāt. Sicut ab ipso Moyse Prophetisq; obseruata sunt, congruentibus illi populo, cui adhuc talis seruitus vtilis erat, vt sub timore custodiretur. Nihil enim tam piè terret animā quàm sacramentū non intellectū: intellectū autē, gaudiū piū parit, & celebratur liberè, si opus est † tēpori: si autem nō est opus, cū suauitate spiritali tātūmodo legitur & tractatur. Omne autē sacramentū cùm intelligitur, ad contēplationē veritatis refertur, aut ad bonos mores. Contēplatio veritatis in solius Dei dilectione fundata est: boni mores in dilectione Dei & proximi, in quib⁹ duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Nunc igitur quēadmodū circūcisio carnis, & cætera huiusmodi legis opera, vbi iam gratia fidei est, non sint necessaria, videamus. *Hoc solū*, inquit, *volo discere à vobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Respondetur, Vtiq; ex auditu fidei. Ab Apostolo enim prædicata est eis fides, in qua prędicatione vtiq; aduētū & præsentiā sancti Spiritus senserāt: sicut illo tēpore in nouitate inuitationis ad fidem etiam sensibilibus miraculis præsentia sancti Spiritus apparebat: sicut in Actib⁹ Apostolorum legitur. Hoc aūt factū erat apud Galatas antequā isti ad eos peruertēdos & circūcidēdos venissent. Iste ergo sensus est, Si in illis operib⁹ legis esset salus vestra, nō vobis Spiritus sanctus nisi circumcisis daretur. Deinde intulit, *Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis nunc carne consumemini*, Hoc est quod superiùs in exordio dixerat, Nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes conuertere Euāgelium Christi. Conturbatio enim ordini contraria est. Ordo est autem à carnalibus ad spiritalia surgere, non ab spiritalibus ad carnalia cadere, sicut istis acciderat. Et hęc est Euangelij conuersio retrorsum, quod quia bonum non est, non est Euangelium, cùm hoc annunciatur. Quod autē dicit, *Tanta passi estis*: Multa iā pro fide tolerauerant, non timore, tāquā sub lege positi, sed magis in ipsis passionibus charitate timorē vicerāt. Quoniā charitas Dei diffusa est in cordibus eorū per Spiritū sanctū, quem acceperant. Sine causa ergo, inquit, tanta passi estis, qui ex charitate, quæ in vobis tanta stitinuit, ad timorē relabi vultis. *Si tamen sine causa tanta passi estis*. Quod enim sine causa factū est, dicitur superfluū, nec prodest nec nocet. Hoc verò videndū est; ne ad perniciem valeat: non enim hoc est non surgere, q̄ est cadere: quāuis isti nondū cecidissent, sed iā inclinarentur vt caderent. Nam vtique adhuc in eis Spiritus sanctus operabatur, sicut consequenter dicit, *Qui ergo tribuit vobis spiritū, & virtutes operatur in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Respondetur, Vtiq; ex auditu fidei, sicut superiùs tractatū est. Deinde adhibet exēplū patris Abraham, de quo in epistola ad Romanos vberiùs apertiusq; dissertū est. Hoc enim maximè in eo victoriosum est, quòd antequā circūcideretur, deputata est fides eius ad iustitiā, & ad hoc rectissimè refertur quod ei dictū est, Quia benedicentur in te omnes gentes: imitatione vtiq; fidei eius, qua iustificatus est etiam ante sacramentū circumcisionis, quod ad fidei signaculū accepit, & ante omnē seruitutē legis, q̄ multo pòst data est. Quod autē ait, *Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis*. Sub timore vult intelligi, non in libertate: vt scilicet corporali præsentique vindicta vindicaretur in eos, qui non permanerent in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt facerent ea. Huc quoque † accedebat, vt in ipsa corporum pœna etiam maledicti ignominiam formidarēt. Ille autem iustificatur apud Deum, qui eum gratis colit: non scilicet cupiditate appetēdi aliquid ab ipso præter ipsum, aut timore amittendi. In ipso enim solo vera nostra beatitudo atq; perfecta est, & quoniam inuisibilis est oculis carneis, fide colitur quamdiu in hac carne viuimus, sicut suprà dixit, Quòd autē nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, & ipsa est iustitia: quò pertinet quod dictum est, *Quia iustus ex fide viuit*. Hinc enim ostendere voluit, quia in lege nemo iustificatur, quia scriptum est iustum ex fide viuere. Quare intelligendum est in lege, quod nunc ait, in operib⁹ legis dictum esse: & hoc illis, qui in circumcisione carnis, & talibus obseruationibus continentur: in quibus qui viuit, ita in lege est, vt sub lege viuat. Sed legem, vt dictū est, pro ipsis operibus legis nunc posuit, quod de posterioribus manifestatur. Ait enim, *Lex autē non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis*. Non ait, qui fecerit eam, viuet in ea: vt intelligas legem in hoc loco pro ipsis operibus positam. Qui autē viuebant in his operibus, timebant vtique ne si nō ea fecissent, lapidationem, vel crucē, vel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit ea, inquit, viuet in illis: id est, habebit præmiū, ne ista morte puniatur. Non ergo apud Deū, cuius ex fide si quis in hac vita vixerit, cùm hinc excesserit, tunc cum magis habebit præstantissimum præmium. Non itaque ex fide viuit, quisquis præsentia q̄ videntur, vel cupit vel timet. Quia fides Dei ad inuisibilia pertinet, quæ pòst dabuntur. Nam est ista quædam in operibus legis iustitia, quando sine suo præmio relicta non est: vt qui fecerit ea, viuat in eis. Vnde & ad Romanos dicit, Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad Deum.

Act. 2.

Gal. 1. b. 7.

Gal. 3. a. 4.

Rom. 5. a. 5.

Gal. 3. a. 5.

Rom. 4. a. 3. c. 18.

Gen. 22. d. 18.

Gal. 2. d. 20.

Hebr. 2. a. 4.

Rom. 4. a. 2.

Aliud est ergo, non iustificari: aliud, non iustificari apud Deum. Qui omnino nõ iustificatur, nec illa seruat, quæ temporale habent præmiũ; nec illa quæ æternum: qui autẽ in operibus legis iustificatur, non apud Deum iustificatur: quia tẽporalem inde expectat visibilem q̃ mercedẽ. Sed tamen est etiã ista, vt dixi, quædã, vt sic dicã, terrena carnalisq̃ iustitia: nã & ipse Apostolus eam iustitiã vocat, cùm alibi dicit, Secundùm iustitiã quæ in lege est, conuersatus sine querela. Propterea Dominus Iesus Christus iam libertatẽ daturus credentibus, quędã earũ obseruationum nõ seruauit ad literam. Vnde etiã cùm sabbato esuriẽtes discipuli spicas euulsissent, respondit indignantibus, Dominũ esse filium hominis etiam sabbati. Itaq; illa carnaliter non obseruando, carnaliũ conflagrauit inuidiã: & suscepit quidẽ pœnã propositam illis, qui ea non obseruassent, sed vt credentes in se talis pœnę timore liberaret: quò pertinet quod adiungit, *Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Quæ sententia spiritaliter intelligẽtibus sacramentum est libertatis: carnaliter autem sentientibus, si Iudæi sunt, iugum est seruitutis: si Pagani aut hæretici, velamentũ est cæcitatis. Nam quòd quidã nostri minus in scripturis eruditi, sententiã istam nimis timẽtes, & Scripturas veteres debita pietate approbantes, nõ putant hoc de Domino esse dictũ, sed de Iuda traditore eius. Aiũt enim propterea nõ esse dictũ, Maledictus oĩs qui figitur in ligno: sed, qui pendet in ligno: q̃ nõ hic Dominus significatus est, sed ille qui se laqueo suspendit. Nimis errant, nec attendunt se contra Apostolũ disputare, qui ait, Christus nos redemit de maledicto legis, factũ pro nobis maledictũ: quia scriptũ est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui ergo pro nobis factus est maledictũ, ipse vtiq; pependit in ligno: id est, ehristus, qui nos liberauit à maledicto legis: vt non iam timore iustificaremur in operibus legis, sed fide apud Deum: quæ nõ per timorẽ, sed per dilectionem operatur. Spiritus enim sanctus, qui hoc per Moysen dicit, vtrumq; præuidit: vt & timore visibilis pœnę custodirẽtur, qui nondum poterãt ex inuisibilium fide viuere: & ipse timorem istum soluerет suscipiendo quod timebatur, qui timore sublato donũ dare potetat charitatis. Nec in hoc quòd maledictus est appellatus, qui pendet in ligno, contumelia in Dominum putanda est: ex parte quippe mortali pependit in ligno: mortalitas autem vnde sit, notum est credẽtibus. Ex pœna quippe est, & maledictio peccati primi hominis, quã Dominus suscepit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Si ergo diceretur, mors maledicta est: nemo exhorresceret. Quid autem nisi mors Domini pependit in ligno, vt mortem moriendo superaret. Eadem igitur maledicta, quæ victa est. Itẽ si diceretur, peccatũ maledictũ est: nemo miraretur. Quid autẽ pepẽdit in ligno, nisi peccatũ veteris hominis, q̃ Dominus pro nobis in ipsa carnis mortalitate suscepit? Vnde nec erubuit nec timuit Apostolus dicere, peccatũ eum fecisse pro nobis: addens, vt de peccato cõdẽnaret peccatũ. Nõ enim & vetus homo noster simul crucifigeretur, sicut Apostolus alibi dicit, nisi in illa morte Domini, peccati nostri figura penderet, vt euacuaretur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. In eius peccati & mortis figura, etiã Moyses in eremo super lignũ exaltauit serpentẽ. Persuasione quippe serpẽtis homo in dãnationẽ mortis cecidit. Itaq; serpens ad significationẽ ipsius mortis, cõueniẽter in ligno exaltatus est: in illa enim figura mors Dñi pendebat in ligno. Quis autem abhorreret, si diceretur, Maledictus serpẽs qui

Philip. 3. b. 6.
Matt. 12. a. 1.
Deut. 21. d. 23.
1. Petr. 2. d. 24.
2. Cor. 5. a. 1.
Rom 6. b. 6
Num. 21. c. 9

A pendet in ligno? & tamẽ mortem carnis Domini præfigurans serpens pendebat in ligno, cui sacramentõ ipse Dominus attestat° est, dicẽs: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deremo, ita & exaltari oportet filium hominis sup terrã. Non enim & hoc in contumeliam Domini Moysen fecisse, aliquis dixerit, cũ tantã in ea cruce salutẽ hominũ esse cognosceret, vt nõ ob aliud ad eius indiciũ serpentẽ illũ erigere iuberetur, nisi vt eũ intuentes, qui morsi à serpentibus, morituri erant, cõtinuò sanarent°. Nec propter aliud ille serpens æne° factus erat, nisi vt permansuræ passionis Domini fidẽ significaret. Etiã vulgo quippe dicuntur ænea, quorũ numer° manet. Si enim obliti essent homines, & obliteratũ esset de memoria temporis, quòd Christus pro hominibus mortuus est, verè morerentur: nunc autẽ tanquam ænea permanet crucis fides, vt cùm alij moriant°, alij nascantur, ipsam tamen sublimẽ permanere inueniant, quã intuendo sanẽtur. Non igitur mirum, si de maledicto vicit maledictum, qui vicit de morte mortẽ, & de peccato peccatũ, de serpente serpentem. Maledicta autẽ mors, maledictũ peccatũ, maledictus serpẽs: & hæc oĩa in cruce triũphata sunt. Maledictus igitur omnis qui pendet in ligno. Quia ergo non ex operibus legis, sed ex fide iustificat Christus credẽtes in se, timor maledictionis crucis ablatus est: charitas benedictionis Abrahæ propter exẽplũ fidei permanet ad gentes: *vt annunciationem*, inquit, *spiritus per fidem accipiamus*: id est, vt nõ quod timetur in carne, sed quod spiritu diligitur, credituris annuncietur. Vnde etiam testamenti humani mentionem facit: q̃ vtique multo est infirmius quàm diuinũ. *Tamen hominis confirmatum testamentum*, inquit, *nemo irritum facit, aut super ordinat*, quia cùm testator mutat testamentum, non cõfirmatum mutat: testatoris enim morte cõfirmatur. Quòd autẽ mors testatoris valet ad confirmandũ testamentũ eius, quia consiliũ mutare iã non potest: hoc immutabilitas promissionis Dei valet ad confirmandã hæreditatem Abrahæ, cui° fides deputata est ad iustitiã. Et ideo semen Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones, Christũ dicit Apostolus, hoc est omnes Christianos fide imitantes Abrahã: quod ad singularitatẽ redigit, cõmendando quòd non dictũ est, & seminibus; sed, semini tuo: quia & vna est fides, & nõ possunt similiter iustificari qui viuunt ex operibus carnaliter, cum his qui viuunt ex fide spiritaliter. Inuincibiliter autẽ infert, quòd lex nondũ data erat: nec posset post tantos annos ita dari, vt antiquas Abrahæ promissiones irritas faceret. Si enim lex iustificat, nõ est iustificat° Abrahã, qui multũ ante legẽ fuit. Quod quia dicere nõ possunt, cogũtur fateri, non legis operibus iustificari hominẽ, sed fide. Simul etiã nos cogit intelligere omnes antiquos, qui iustificati sunt, ex ipsa fide iustificatos. Quòd enim nos ex parte præteritũ, id est, primũ aduẽtũ Domini; ex parte futurũ, id est, secundũ aduentum Domini credendo salui efficimur: hoc totũ illi, id est, vtrũq; aduentũ futurũ credebant, reuelante sibi Spiritu sancto, vt salui fierent. Vnde est etiã illud, Abrahã cõcupiuit diem meum videre, & vidit, & gauisus est. Sequitur quæstio satis necessaria: Si enim fides iustificat, & priores sancti, qui apud Deum iustificati sunt, per ipsam iustificati sunt, quid opus erat legem dari? Quam quæstionem tractandam sic intulit, interrogans & dicens, Quid ergo? Hucusque enim interrogatio est. Deinde infertur responsio: *Lex transgressionis gratia proposita est, donec veniret*, inquit, *semen, cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, Deus verò vnus est.* Mediatorem Iesum Christum secundùm hominem dici,

Ioan. 3. b. 14. al. deserto.
Deut. 21. d. 23.
Gal. 3. b. 14.
Heb. 9. c. 17
Rom. 4. b. 3.
Ioan. 8. g. 56
1. Retract. cap. 24.
Gal. 3. d. 19.

dici, ex illa eiusdẽ Apostoli sententia fit planius, cũ ait, Vnus est enim Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. Mediator ergo inter Deũ & Deũ esse nõ potest, quia vnus est Deus: mediator autẽ vnius nõ est, quia inter aliquos medi° est. Angeli porrò, qui non lapsi sunt à conspectu Dei, mediatore non opus habent, per quem reconcilientur. Itẽ angeli qui nullo suadente spõtanea præuaricatione sic lapsi sunt, per mediatorem non reconciliantur. Restat ergo, vt qui mediatore superbo diabolo, superbia persuadẽte deiectus est, mediatore humili Christo humilitatem persuadẽte erigatur. Nã si filius Dei in naturali æqualitate patris manere vellet, nec se exinaniret, formã seruiens accipiens, nõ esset mediator Dei & hominũ. Quia ipsa Trinitas vnus Deus est, eadẽ in tribus, patre & filio & Spiritu sancto deitatis æternitate & æqualitate constante. Sic itaq; vnicus filius Dei, mediator Dei & hominũ factus est, cũ verbũ Dei Deus apud Deũ, & maiestatẽ suã vsq; ad humana deposuit, & humilitatẽ humanam vsq; ad diuina subuexit, vt mediator esset inter Deũ & homines, homo per Deũ vltra homines. Ipse est enim speciosus forma præ filiis hominũ, & vnctus oleo exultationis præ participib° suis. Sanati sunt ergo ab impietate superbiæ, vt reconciliarentur Deo, quicunq; homines humilitatem Christi, & per reuelationẽ antequã fieret, & post Euangeliũ posteaquam facta est, credendo dilexerunt, diligendo imitati sunt. Sed hæc iustitia fidei, quia nõ pro merito data est hominibus, sed pro misericordia & gratia Dei, non erat popularis antequam Dominus homo inter homines nasceretur. Semen autẽ, cui promissum est, populum significat: non illos paucissimos, qui reuelationibus ea futura cernentes, quãuis per eandẽ fidem salui fierẽt, populũ tamen saluũ facere non poterant. Qui populus sanè, si per totũ orbẽ cõsideretur (nã toto orbe Ecclesiã Hierusalẽ cælestẽ cõgregat) pauci sunt, quia via angusta paucorũ est: in vnum tamen cõgregati, quotquot existere potuerunt, ex quo Euãgeliũ prædicatur: & quotquot poterunt vsq; ad finem seculi per omnes gentes, adiunctis sibi etiã illis, quãuis paucissimis, qui ex Domini fide per prophetiam ante ambos aduentus eius salutẽ gratiæ perceperũt, implent sanctorũ beatissimũ ciuitatis sempiternæ statum. Superbienti ergo populo lex posita est, vt quoniã gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, & sine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, transgressione humiliaretur vt quæreret gratiã, nec se suis meritis saluũ fieri, quod superbũ est, opinaretur: vt esset non in sua potestate & viribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impiũ. Per angelos autẽ ministrata est omnis dispẽsatio veteris Testamenti, agente in eis Spiritu sancto, & ipso verbo veritatis nõdũ incarnato: sed nũquam ab aliqua veridica administratione recedente. Quia per angelos disposita est ipsa dispensatio legis, cùm aliquando suã, aliquando Dei personã, sicut prophetarum mos est, agerent: perque illam legem morbos ostendentem, non auferentem etiam præuaricationis crimine contrita est superbia. Dispositum est per angelos, sed in manu mediatoris, vt ipse liberaret à peccatis, iam per transgressionem legis coactos confiteri, opus sibi esse gratiam & misericordiam Domini: vt sibi peccata dimitterentur, & in noua via per eum, qui pro eis sanguinem fudisset, reconciliarentur Deo. In istis enim erat per transgressionem legis confringenda superbia, qui gloriantes de patre Abraham, quasi naturalem se iactabant habere iustitiam, & merita sua in circumcisione, cæteris gentibus tanto perniciosius, quanto arrogantius præferebant: Gentes autem facillimè etiam sine huiusmodi legis transgressione humiliarentur. Homines enim nullam ex parẽtibus originem iustitiæ se trahere præuidentes, simulachrorũ etiam seruos inuenit Euangelica gratia. Nõ enim, sicut istis dici poterat, non fuisse illã iustitiã parentum eorum in colendis idolis, quã esse arbitrabantur, ita etiã Iudæis dici poterat falsam fuisse iustitiam patris Abraham. Itaq; illis dicit, Facite ergo fructũ dignũ pœnitentiæ: & ne dixeritis vobis, patrẽ habemus Abrahã: potẽs est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Istis autẽ dicitur, Propter quod memores estote, quia vos aliquando gentes eratis in carne, qui dicimini præputiũ, ab ea quę dicitur circũcisio in carne manu facta, qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à societate Israël, & peregrini testamentorum, & promissionis spẽ non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Deniq; illic infideles de oliua sua fracti, hic autẽ fideles de oleastro in oliuã illorũ insertiti esse monstrantur. Illorũ ergo erat de legis transgressione cõterẽda superbia. Sicut ad Romanos cùm Scripturarũ verbis peccata eorũ exaggerasset: Scitis autẽ, inquit, quoniã quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur, & reus fiat oĩs mundus Deo: Iudæi scilicet de trãsgressione legis, & gẽtes de impietate sine lege. Vnde & iterum ait, Conclusit enim Deus oĩa in incredulitatẽ, vt omnibus misereat°. Hoc & nunc dicit, replicãs ipsam quæstionẽ. *Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omninò ex lege esset iustitia: sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Non ergo lex data est vt peccatũ auferret, sed vt sub peccato omnia cõcluderet. Lex enim ostendebat peccatũ esse, quod illi per consuetudinem cæcati, possent putare iustitiã: vt hoc modo humiliati, cognoscerent non in sua manu esse salutem suã, sed in manu mediatoris. Maximè quippe humilitas reuocat, vnde nos deiecit superbia. Et ipsa humilitas est accõmodata percipiendæ gratiæ Christi, qui singulare humilitatis exemplũ est. Ne quisquam hic tã imperitè dixerit, Cur ergo nõ profuit Iudæis, quòd per angelos legẽ ministrantes, in manu mediatoris dispositi sunt? Profuit enim, quantũ dici nõ potest. Quæ enim gentiũ Ecclesiæ venditarũ rerũ suarũ pretia ad pedes Apostolorũ posuerũt, quod tot milia hominũ tam repentè fecerunt? Nec turbæ infideliũ cõsiderãdæ sunt: omnis enim area multis partibus ampliorẽ habet paleã, quàm frumentũ. Vnde autem etiã illa eiusdẽ Apostoli verba ad Romanos, nisi de sanctificatione Iudęorũ? Quid ergo? Nũquid repulit Deus plebẽ suã? Absit: nã & ego Israëlita sum ex semine Abraham, de tribu Bẽiamin. Nõ repulit Deus plebẽ suam quam præsciuit. Cùm autem laudaret præ cæteris Ecclesiis gentium, Ecclesiam Thessalonicẽsium, similes eos factos Ecclesiis Iudææ, quia multa à contribulibus suis pro fide passi erant, quomodo & illi à Iudæis. Hinc est & illud quod paulò antè commemoraui, quod ait ad Romanos, Si enim spiritalibus eorum communicauerunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. De ipsis ergo Iudæis etiam consequenter dicit, *Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ postea reuelata est.* Vt enim tam propè inuenirentur, etiam de proximo ad Deum venditis suis rebus accederent, quod Dominus eis præcepit, qui vellent esse perfecti, lege ipsa factum est, sub qua custodiebantur: conclusi in eam fidem, id est in aduentum eius fidei, quæ postea reuelata est: cõclusio enim eorũ erat tum timor vnius Dei. Et quòd præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, non ad perniciem,

1. Tim. 2. b. 5.
Philip. 2. a. 7.
Psal. 44. a. 3.
Rom. 11. b. 17.
Rom. 3. c. 19
Rom 11. d. 32
Gal. 3. d. 21.
Act. 4. g. 34.
Rom. 11. a. 2.
1. Tess. 2. c. 1.*
Rom. 15. f. 27
Matt. 19. c. 2x

ſed ad vtilitatem valuit eis qui crediderunt: cognitio enim maioris ægritudinis, & deſiderari medicum vehementiùs fecit, & diligi ardentiùs. Cui enim plurimùm dimittitur, plurimùm diligit. *Itaque lex*, inquit, *pædagogus noſter fuit in Chriſto*: hoc eſt quod ait, Sub lege cuſtodiebamur cõcluſi in ea. Poſteaquam venit fides, iam nõ ſumus ſub pædagogo. Eos ergo nunc reprehẽdit, qui faciunt irritã gratiã Chriſti: quaſi enim nõdũ venerit, qui vocaret in libertatem, ſic adhuc volunt eſſe ſub pædagogo. Quòd autem filios Dei dicit eſſe omnes per fidẽ, quia induerunt Chriſtũ, quicunq; in Chriſto baptizati ſunt: ad hoc valet, ne gentes de ſe deſperarent, quia non cuſtodiebantur ſub pædagogo, & ideo ſe filios non putarẽt: ſed per fidẽ induẽdo chriſtũ, oẽs fiunt filij: nõ natura ſicut vnicus filius, qui etiã ſapientia Dei eſt: neq; per potentiã & ſingularitatem ſuſceptionis ad habendã naturaliter & agendã perſonã ſapientiæ, ſicut ipſe mediator vnũ cũ ipſa ſuſcipiẽte ſapientia ſine interpoſitione alicuius mediatoris effectus: ſed filij fiunt participatione ſapientiæ, id prepa-rante atq; preſtante mediatoris fide: quã fidei gratiam nunc indumentum vocat, vt chriſtũ induti ſint, qui in eum crediderunt: & ideo filij Dei fratreſq; eius mediatoris effecti ſunt. In qua fide non eſt diſtantia Iudæi, neq; Græci: non ſerui, neque liberi non maſculi & feminæ: inquantũ enim oẽs fideles ſunt, omnes vnũ ſunt in Chriſto Ieſu. Et ſi hoc facit fides, per quã in hac vita iuſtè ambulatur, quanto perfectius atq; cumulatius id ſpecies ipſa factura eſt, cùm videbimꝰ facie ad faciẽ? Nam nũc quãuis primitias habente ſpiritus, qui vita eſt, propter iuſtitiã fidei, tamẽ quia adhuc mortũ eſt corpus propter peccatũ, differentia iſta vel gentiũ, vel conditionis, vel ſexus iam quidẽ ablata eſt ab vnitate fidei, ſed manet in conuerſatione mortali: eiuſq; ordinẽ in huius vitæ itinere ſeruandũ eſſe, & Apoſtoli ſcipiunt, qui etiam regulas ſalubertimas tradunt, quemadmodum ſecum viuant pro differentia gentis Iudæi & Græci: & pro differentia conditionis domini & ſerui, & pro differentia ſexus viri & vxoris: vel ſi qua talia cætera occurrũt. Et ipſe prior Dominus, qui ait, Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt. Alia ſunt enim quæ ſeruamus in vnitate fidei ſine vlla diſtantia: & alia in ordine vitæ huius tanquã in via, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur. Et hoc non ſolùm propter irã, vt effugiamus offenſionẽ hominũ, ſed etiam propter conſciẽtiã: vtnõ ſimulatè, quaſi ad oculos hominũ iſta faciamus: ſed pura dilectionis cõſciẽtia propter Deũ, qui oẽs homines vult ſaluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. *Omnes ergo*, inquit, *vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu*. Et addidit, *Si autem*, vt hic ſubdiſtinguatur, & ſubaudiatur, *vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu*: ac deinde inferatur, *Ergo Abrahæ ſemen eſtis*: vt iſte ſit ſenſus, Omnes ergo vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si aũt vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu, vos ergo Abrahæ ſemen eſtis. Superiùs enim dixerat, Non dicit & ſeminibus, tanquã in multis, ſed tanquã in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hic ergo oſtendit vnũ ſemen Chriſtum, non tantùm ipſum mediatorem intelligendum eſſe, verumetiam Eccleſiam, cuius ille corporis caput eſt: vt omnes in Chriſto vnum ſint, & capiant ſecundum promiſſionem hæreditatem per fidem: in quam concluſus erat: id eſt, in cuius aduentu tanquam ſub pædagogo cuſtodiebatur populus vſque ad ętatis opportunitatem: qua in libertatem vocandi erãt, qui in eodem populo ſecũdùm propoſitum vocati ſunt: id eſt, qui in illa area frumentum inuenti ſunt. AD hoc enim ſubiungit: D*ico autem, Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium: ſed ſub procuratoribus & actoribus eſt vſque ad præfiniti temporis à patre. Sic & nos cùm eſſemus paruuli, ſub elementis huius mundi eramus ſeruientes.* Quæri autẽ poteſt, quomodo ſecundùm hanc ſimilitudinẽ ſub elemẽtis huius mũdi fuerint Iudæi, cũ illis per legẽ, quã acceperũt, vnus Deus qui fecit cælũ & terrã, colendus cõmendaretur. Sed poteſt eſſe alius exitus capituli huius, vt cùm ſuperiùs legẽ pædagogũ fecerit, ſub quo erat ille populꝰ Iudæorum: nunc procuratores & actores dicat elemẽta mundi, ſub quibus ſeruiebant gentes: vt filius ille paruulus, id eſt populus propter vnã fidẽ ad vnũ ſemẽ Abrahæ pertinens, quoniã & de Iudæis & de gẽtibus congregatus eſt: partim fuerit ſub pædagogo legis, tẽpore pueritiæ ſuæ, id eſt ex ea parte qua de Iudæis cõgregatus eſt: partim ſub elementis huius mundi, quibus tãquam procuratoribus & actoribus ſeruierit, ex ea parte qua de gentibus congregatus eſt: vt quòd immiſcet Apoſtolus perſonã ſuã, non dicens, cùm eſſetis paruuli, ſub elementis huius mundi eratis ſeruientes, ſed dicens: Cùm eſſemus paruuli, ſub elemẽtis huius mundi eramus ſeruientes: non pertineat ad ſignificationẽ Iudæorũ, ex quibus Paulus originem ducit, ſed magis ad gentiũ, hoc duntaxat loco: quoniã & eorum perſonæ decenter ſe poteſt annectere, quibus ad euãgelizandũ miſſus eſt. Deinde iã dicit, Veniente plenitudine tẽporis, Deũ miſiſſe filiũ ſuũ ad liberandũ paruulũ hæredẽ, ſeruientẽ ex parte legi, tanquã pædagogo ex parte elementis huius mundi, tãquã procuratoribus & actoribus: *Misit Deus*, inquit, *filium ſuũ factum ex muliere*. Mulierẽ pro femina poſuit, more locutionis Hebræorũ. Non enim quia de Eua dictũ eſt, Formauit eam in mulierem: iam paſſa erat concubitus viri, quod non ſcribitur paſſa, niſi cùm dimiſſi erant de paradiſo. Factũ autẽ dixit, propter ſuſceptionẽ creaturæ: quia qui naſcuntur ex feminis, non tunc ex Deo naſcũtur, ſed tamẽ Deus illos facit: vt ſic naſci poſſint, vt omnis creatura. *Factum* autem *ſub lege* dixit, quia & circũciſus eſt, & hoſtia ꝓ illo legitima oblata eſt. Nec mirum, ſi & illa legis opera ſuſtinuit: ex quibus liberaret qui eis ſeruiliter tenebantur, qui etiã mortẽ ſuſtinuit, vt ex ea liberaret eos qui mortalitate tenebãtur. Vt adoptionẽ, inquit, filiorũ recipiamus. Adoptionẽ propterea dicit, vt diſtinctè intelligamus vnicum Dei filiũ. Nos enim benẽficio & dignatione miſericordiæ eius, filij Dei ſumus: ille natura eſt filius, qui hoc eſt ꝓ pater. Nec dixit accipiamus, ſed recipiamus, vt ſignificaret hoc nos amiſiſſe in Adã ex quo mortales ſumus. Hoc ergo quod ait, *Vt eos qui ſub lege erant redimeret*, & ad liberãdũ eũ populũ pertinet, qui paruulꝰ ſub pẽdagogo ſeruiebat: & refertur ad id quod dixit, factũ ſub lege. Illud autem quod ait, *vt adoptionem filiorũ recipiamus*, refertur ad id quod dixit, factũ ex muliere. Hinc enim adoptionem recipimus, quod ille vnicus non dedignatus eſt participationem naturæ noſtræ, factus ex muliere, vt non ſolùm vnigenitus eſſet, vbi fratres non habet, ſed etiam primogenitus in multis fratribus fieret. Duo enim propoſuit, factum ex muliere, factum ſub lege: ſed mutato ordine reſpõdit. Iam illũ populum adiungens qui paruulus ſub procuratoribus & actoribus ſeruiebat: id eſt, elementis huius mundi: ne putarent ſe non eſſe filios, quia non erãt ſub pædagogo. *Quoniam autem filij eſtis*, inquit, *miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater.* Duo ſunt verba quæ poſuit, vt poſteriore interpretaretur primùm. Nã hoc eſt Abba, quod pater. Eleganter aũt intelligitur non fruſtra duarum linguarum verba poſuiſſe idẽ ſignificantia, propter vniuerſum populũ qui de Iudæis & de gẽtibus in vnitatem fidei vocatus eſt: vt

Luc. 7. g. 47
Gal. 3. d. 26.
Gal. 3. d. 28.
1. Ioan. 3. a. 3.
Rom. 8. d. 23.
Mat. 22. b. 21
1. Tim. 2. b. 4
Gal. 3 c. 16.
Expoſitio capituli quarti.
Gal. 4. a. 1.
Gal. 3. d. 14
Gal. 4. a. 4.
Gen. 2. d. 21.
Rom. 8. f. 29.
Gal. 4. a. 6.

vt Hebræũ verbũ ad Iudæos, Græcũ ad gentes, vtriuſque tamen verbi eadẽ ſignificatio ad eiuſdẽ fidei ſpirituſq; vnitatem pertineat. Nã & ad Romanos, vbi ſimilis quæſtio de pace in chriſto Iudæorũ gẽtiumq; tractatur, hoc dicit, Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater. Rectè autem de præſentia & de dono ſpiritus ſancti probare voluit gẽtibus, quòd pertineant ad promiſſionem hæreditatis. Non enim euangelizatũ eſt gentibus, niſi poſt aſcenſum Domini & aduẽtũ ſpiritus ſancti. cœperãt enim iã Iudæi credere, cùm in terris adhuc filius Dei mortalem hominem gereret: ſicut in Euangelio ſcriptum eſt, Vbi quanquam & chananææ mulieris fidem ipſe laudauerit, & illius Centurionis, de quo ait, Nõ ſe inueniſſe talẽ fidẽ in Iſraël: tamen propriè tunc Iudæis eſſe euangelizatũ, verbis ipſius Domini ſatis clarũ eſt: cùm ad ipſius Chananææ deprecationẽ dixit, non ſe eſſe miſſum niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël: & diſcipulos cùm mitteret, ait, In viã gẽtiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis: ſed ite primũ ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Gentium autẽ aliud ouile appellauit, cùm diceret, Habeo alias oues quæ non ſunt de hoc ouili: quas tamen ſe adducturũ ait, vt eſſet vnus grex, & vnus paſtor. Quãdo autẽ, niſi poſt clarificationẽ ſuã? Poſt reſurrectionẽ autẽ ad gentes diſcipulos miſit, cùm eos interim Hieroſolymæ manere iuſſiſſet, donec eis ſecundũ promiſſionẽ ſuã ſpiritũ ſanctum mitteret. Cùm ergo dixiſſet Apoſtolus, Miſit Deus filium ſuũ, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorũ recipiamus, reſtabat, vt etiam gentes, quæ non erant ſub lege, ad eandẽ tamen adoptionẽ filiorum pertinere oſtenderet: quod de ſancti ſpiritus dono, qui omnibus datus eſt, docet. Vnde ſe etiã Petrus de baptizato incircũciſo Cẽturione Cornelio defendit apud Iudæos qui crediderant, dicens, Non ſe potuiſſe aquã nẽgare illis, quos ſanctum ſpiritũ accepiſſe claruerat. Nam ipſo grauiſſimo documẽto etiã ſuperius vſus eſt Paulus, cùm diceret, Hoc ſolum volo diſcere à vobis, ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Et paulo pòſt, Qui ergo tribuit vobis ſpiritum & virtutes, operatur in vobis ex operibꝰ legis, an ex auditu fidei? Sic & hic, Quoniam, inquit, filij Dei eſtis, miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. Deinde manifeſtiſſimè oſtendit, de his etiam ſe dicere qui ex gentibus ad fidem venerant, ad quos etiam Epiſtolam ſcribit, *Ita iam*, inquit, *non eſt ſeruus, ſed filius*: propter id quod dixerat, Quandiu hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo. *Si autem filius*, inquit, *& hæres, per Deum*: id eſt, per miſericordiam Dei, non per promiſſiones patrum: de quibus quanquam carnaliter ſicut Iudæi natus non es, es tamen filius Abrahæ ſecundum imitationem fidei, cuius fidei gratiam per miſericordiam Domini meruiſti. *Sed tunc quidem*, inquit, *ignorantes Deum, his qui naturaliter non ſunt dij ſeruiſtis.* Nunc certè quia non Iudæis ſcribit, ſed gentibus, nec ait, ſeruiuimus: ſed, ſeruiſtis: ſatis probabile eſt etiam ſuperius de gentibus dictum, quòd ſub elementis huius mundi erant ſeruientes tanquam ſub procuratoribus & actoribus. Nam ipſa elementa vtique non ſunt naturaliter dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: quemadmodum multi dij, & domini multi: ſed nobis vnus Deus pater, † ex quo omnia, & nos in ipſo: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, ꝓ quem omnia, & nos per ipſum. Cùm autem dicit, His qui naturaliter non ſunt dij, ſeruiſtis: ſatis demonſtrat vnum verum Deum natura eſſe Deum, quo nomine triniras fideliſſimo & catholico gremio cordis accipitur. Eos autem qui natura non ſunt dij, propterea ſuperius procuratores actoreſq; appellat: quia nulla creatura eſt, ſiue quæ in veritate manet, dans gloriã Deo: ſiue quę in veritate non ſtetit, quærens gloriã ſuam. Nulla inquã creatura eſt, quæ non, velit nolit, diuinæ prouidentiæ ſeruiat: ſed volens facit cùm de ea quod bonũ eſt fit: de illa verò, quæ hoc non vult, fit quod iuſtũ eſt. Nã ſi etiã ipſi preuaricatores angeli, cũ principe ſuo diabolo non rectè dicerentur procuratores vel actores diuinæ prouidentiæ, non Dominus magiſtratum huius mundi diabolum diceret: nec vteretur illo ad correptionẽ hominũ ipſa poteſtas Apoſtolica, eodem Paulo alibi dicente, Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare: & alio loco ad ſalutem, ait enim, Ego quidẽ ſicut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iudicaui quaſi præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum potentia Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritꝰ ſaluus ſit in die Domini Ieſu. Sed & magiſtratus ſub ſtatuto imperatore non facit, niſi quantum illi permittitur: & procuratores actoreſq; huius mundi nihil faciunt, niſi quantum Dominus ſinit: non enim latet eũ aliquid ſicut hominẽ, aut in aliquo eſt minus potens: vt procuratores atq; actores, qui ſunt in eius poteſtate, aliquid ipſo ſiue non permittente, ſiue neſcienteinſubiectis ſibi pro ſuo gradu rebus efficiant: non eis tamen repẽditur, quòd de ipſis iuſtè fit, ſed quo animo ipſi faciũt: quia neque liberam voluntatẽ rationali creaturæ ſuæ Deus negauit, & tamen poteſtatem, qua etiã iniuſtos iuſtè ordinat, ſibi retinuit. Quem locũ latius & vberiꝰ in libris aliis ſæpe tractauimus. Siue ergo ſolem & lunã & ſidera & cælũ & terram, cæteráque huiuſmodi gentes colebant, ſiue dæmonia, rectè ſub procuratoribus & actoribus fuiſſe intelliguntur. Verũtamen ea quæ ſequũtur, iam quaſi explicatam quæſtionem rurſus implicãt. Cùm enim per totam epiſtolam non ab aliis oſtendat ſolicitatam fuiſſe Galatarum fidem, niſi ab eis qui ex circuncifione erant, & ad carnales obſeruationes legis tanquam in eis ſalus eſſet, adducere cupiebant: hoc tantùm loco ad eos loqui videtur, qui ad gentilium ſuperſtitiones redire tentarent. Ait enim, *Nunc autem cognoſcentes Deum, imò cogniti à Deo, quomodo reuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus rurſus vt antea ſeruire vultis?* In eo enim quòd dicit, Reuertimini, quando non circuncifis, ſed gẽtibus loquitur, ſicut in tota epiſtola apparet, non vtiq; ad circuncifionem dicit eos reuerti, in qua nunquam erant, ſed ad infirma, inquit, & egena elementa, quibus rurſus vt antea ſeruire vultis. Quod de gentibus intelligere cogimur: his enim ſuprà dixerat, Sed tunc quidẽ ignorãtes Deũ, his qui natura non ſunt dij, ſeruiſtis. Ad quã ſeruitutẽ reuerti eos velle ſignificat, cùm ait, Quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rurſus vt antea ſeruire vultis? Quòd autem adiungit, *Dies obſeruatis & menſes, & annos & tempora: timeo vos ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis*: magis hanc ſententiam confirmare videri poteſt. Vulgatiſſimus eſt enim error gentilium iſte, vt vel in agendis rebus, vel in expectandis euentibus vitæ ac negociorum ſuorum, ab Aſtrologis & Chaldæis notatos dies, & menſes, & annos, & tempora obſeruent. Fortaſſe tamen non opus eſt, vt hoc de gẽtilium errore intelligamus, ne intentionem cauſæ, quam ab exordio ſuſceptam ad finem vſque perducit ſubitò in aliud temerè detorquere velle videamur, ſed de his potius de quibus ca-

Rom. 8. c. 15.
Mat. 15. c. 22.
Mat. 8. a. 10.
Mat. 10. a. 5.
Ioan. 10. c. 16
Act. 1. a. 4.
Gal. 4. a. 4.
Act. 10. g. 47
Gal. 3. a. 1. & 5.
Gal. 4. a. 1.
Ibid. 4. a. 1.
1. Cor. 8. b. 5.
ad perquem.
1. Tim. 1 d. 20.
1. Cor. 5. b 5.
Ibid. a. 8.

uendis eum agere per totam epistolam apparet. Nam & Iudæi seruiliter obseruant dies & menses & annos & tempora in carnali obseruatione sabbati & neomeniæ & mense nouorum, & septimo quoq; anno, quē vocant Sabbatū, sabbatorū. Quæ quoniam erant vmbræ futurorum, iam adueniēte Christo in superstitione remanserunt, cùm tanquam salutaria obseruarentur à nescientibus quo referenda sint: vt tanquam hoc dixerit Apostolus gentibus. Quid prodest vos euasisse seruitutem qua tenebamini, cum seruiretis elementis mūdi, quando rursus ad talia reditis, seducti ab eis qui nondum agnoscentes libertatis suæ tempus, inter cætera opera legis quæ carnaliter sapiunt, etiam temporibus seruiūt: quibus & vos rursus vt antea seruire vultis, & obseruare cum eis dies & menses & annos & tēpora, quibus seruiebatis & antequam Christo crederetis? Manifestū est enim, volumina tēporū per elemēta huius mundi, hoc est, cęlū & terrā & motus atq; ordinē siderū administrari. Quæ infirma appellat ex eo quòd infirma & instabili specie variātur. Egena verò ex eo quòd egēt summa & stabili specie Creatoris, vt quomodo sunt, esse possint. Ergo eligat lector vtram volet sententiā, dūmodo intelligat ad tātū periculum animæ pertinere superstitiosas tēporū obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus, Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Quod cū tanta celebritate atq; autoritate per orbem terrarū in ecclesiis legatur, plena sunt conuenticula nostra hominibus q tēpora rerū agendarū à mathematicis accipiunt. Iam verò ne aliquid inchoetur, aut ædificiorū, aut huiusmodi quorūlibet operū diebus quos Ægyptiacos vocāt, sæpe etiā nos monere non dubitant, nescientes, vt dicitur, vbi ambulant. Quòd si locus iste Iudæorum superstitiosa obseruatione intelligēdus est, quā spem habēt, cùm Christianos se dici velint, ex ephemeridis vitā naufragā gubernantes: quando de diuinis libris, quos Deo adhuc carnali populo dedit, si more Iudęorū tēpora obseruarent, diceret eis Apostolus, Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis, & tamē si deprehēdatur quisquā vel cathecumenus Iudaico ritu sabbatū obseruās, tumultuatur ecclesia. Nūc autē innumerabiles de numero fideliū cū magna cōfidētia in faciē nobis dicunt, die post calendas nō proficiscor. Et vix lentè ista prohibemus arridētes, ne irascāt, & timētes ne quasi nouū aliquid mirent. Væ peccatis hominū, q̄ sola inusitata exhorrescimus. Vsitata verò pro q̄bus abluendis filij Dei sanguis effusus est, quālibet magna sint, & omnino claudi contra se faciant regnū Dei, sæpe videndo oīa tolerare, sæpe tolerādo nōnulla etiā facere cogimur, atq; vtinā ò Domine, non oīa q̄ non potuerimus prohibere, faciamus. Sed iam videamus quæ sequuntur. Sanè non prætereamus q̄ dictū est, *Nunc autem cognoscentes Deū, imò cogniti à Deo.* Videtur enim certè hoc loco etiā apostolica locutio congruere velle infirmitati hominū: ne tantūmodo in veteris testamenti libris vsq; ad terrenas hominū cogitationes nodus diuini eloquij descendisse videatur. Nā quoniā correxit quod dixerat, cognoscentes Deū: nihil nos mouere debet. Manifestū est enim quā diu per fidē ambulamus non per speciē, nondum nos cognouisse Deū, sed ea fide purgari vt opportuno tēpore cognoscere valeamus. Sed q̄ in ipsa correctione ait, imò cogniti à Deo: si propriè accipitur, putabitur Deo quasi ex tēpore aliquid cognoscere quod antè nō nouerat. Translatè ergo dictū est, vt oculos Dei accipiamus ipsam dilectionē eius, quàm cōmēdauit mittēdo pro impiis occidendū vnicū filium: sic enim de iis qui diliguntur dicere solemus, quòd ante oculos habeantur. Hoc est ergo cognoscentes Deum, imò cogniti à Deo. Quod & Ioannes dixit, Non quòd nos dilexeri- 1.Ioan.4.a.10.
mus Deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos. Dicit autē, *Estote sicut & ego*: Qui vtiq; cùm Iudæus natus sim, iā ista carnalia spiritali diiudicatione contēno. *Quoniam & ego sicut vos*: id est, homo sum. Deinde opportunè ac decenter facit eos recolere charitatē suā, ne tanquā inimicū illū deputent. Dicit enim, *Fratres precor vos, nihil me læsistis*: tanquā diceret, ne ergo putetis quòd ego lædere vos cupiā. *Scitis quia per infirmitatem carnis iam pridem euangelizaui vobis*: id est, cùm persecutionē pateret. *Et tentationem vestram in carne mea non spreuistis neque respuistis.* Tentati sunt enim, cùm persecutionē pateret Apostolus, vtrū timore desererent eum, an charitate amplecterentur. Et neq; spreuistis, inquit, tanquā vtilē istam tentationem: neq; respuistis, vt nō susciperetis cōmunionē periculi mei: *sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.* Deinde admirans, opus corū spiritale cōmendat, vt hoc intuentes, in carnalē timorē non decidant. *Quæ ergo fuit*, inquit, *beatitudo vestra? Testimonium enim vobis perhibeo, quoniam si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis, verum vobis prædicans?* Respondetur vtique non. Sed quid verum prædicans, nisi vt non circuncidantur? Et ideo vide quid adiūgit, *Æmulantur vos non bene*: id est, inuident vobis, qui vos carnales de spiritalibus volunt facere: hoc est, æmulantur nō bene, *sed excludere*, inquit, *vos volunt, vt illos æmulemini*, hoc est, imitemini. Quomodo, nisi vt seruitutis iugo attineamini, sicut ipsi attinentur. *Bonum autem est, æmulari † in bono semper.* Vult enim vt seipsum imitentur, propter hoc addidit, *Et non solùm cùm præsens sum apud vos.* Cū enim præsenti oculos suos dare vellent, vtiq; ipsum conabātur imitari, quē ita diligebant. Ad hoc dicit etiā, *Filioli mei*: vt tanquam parentem vtiq; imitarentur, *Quos iterum*, inquit, *parturio, donec Christus formetur in vobis.* Magis hoc ex persona matris Ecclesiæ locutus est: nam & alibi dicit, Factus sum paruulus in medio vestrū, tanquā si nutrix foueat filios suos. Formatur autē Christo in credente per fidē in interiore homine, vocato in libertatē gratiæ: miti & humili corde, non se iactāte de operū meritis, quæ nulla sunt, sed ab ipsa gratia meritū aliquod inchoāte, quem possit dicere minimū suū: id est, seipsum ille, qui ait, Cū enim fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Formatur enim Christus in eo, qui formā accepit Christi: formā autē accipit christi, qui adhæret Christo dilectione spiritali. Ex hoc enim fit, vt huius imitatione fit quod ille, quantū gradu suo finitur. Qui enim dicit se in Christo manere, ait Ioānes, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare. Sed cùm homines à matribus concipiantur vt formētur, iam formati autē parturiantur vt nascātur, pōt mouere q̄ dictū est, Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Nisi parturitionem hanc pro curarū angoribus positā intelligamus, quibus eos parturiuit vt nascerentur in Christo: & iterum parturit propter pericula seductionis, quibus eos conturbari videt. Solicitudo autem talium de illis curarum, qua se quodammodo parturire dicit, tamdiu esse poterit, donec peruenianti in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam nō moueantur omni vento doctrinæ. Non ergo propter initium fidei, qua nati erant, sed propter robur † perfectionis dictum est, Quos iterum parturio, donec christus formetur in vobis. Hāc parturitionem aliis verbis etiam alibi commēdat, vbi dicit, Incursus in me quotidianus, solicitudo omnium ecclesiarum, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Quod verò subiecit,

Gal.4.a.9.

1.Cor.5.a.6.

1.Thess.2.b.7.

M.t.25.d.40.

1.Ioan.2.c.6

Ephe.4.c.13.

al. & perfectionem.

2.Cor.11.g.29.

iecit, *Vellem autē nunc adesse apud vos & mutare vocē meā, quia confundor in vobis*: quid aliud intelligitur, nisi quia filiolos suos esse dixerat, parcēs eis fortasse per literas, ne seueriore obiurgatione cōmoti, facilè in eius odiū traducerētur à deceptoribus illis, quibus absens nō posset resistere. Vellem ergo, inquit, nūc adesse apud vos, & mutare vocē meā: id est, negare vos filios, quia confūdor in vobis. Mālos enim filios ne de his erubescāt, etiā parentes abdicare solēt. Deinde subiungit, *Dicite mihi sub lege volentes esse, Legē non † audistis?* Et de duobus quidē filius Abrahæ quod dicit, facilè intelligitur: nam ipse interpretatur hāc allegoriā. Hos enim duos filios habebat Abrahā, cùm duo testamēta significata sunt. Post mortē autē Saræ, quos de alia vxore genuit nō p̄tinent ad hāc significationē. Et ideo multi legētes Apostolū, librum autē Geneseos ignorātes, putant solū duos filios habuisse Abrahā. Hos ergo solos cōmemorat Apostolus, quia solos adhuc habebat cùm hæc significarētur, quæ cōsequenter exponit. Quod ille de ancilla, quæ Agar vocabatur, vetus testamētū significat, id est, populū veteris Testamēti, propter iugū seruile carnaliū obseruationū, & promissa terrena, quibus irretiti & quæ tantūmodo sperantes de Deo, nō admittuntur ad hæreditatē spiritalē cælestis patrimonij. Nō autem sufficit quòd de libera vxore natus est Isaac, ad significandū populū hæredē noui Testamēti: sed plus hic valet, quòd secūdū promissionē natus est. Ille autē & de ancilla secūdū carnē, & de libera nasci potuit secūdū carnē, sicut de cethura quā postea duxit Abrahā, nō secūdū promissionē, sed secundū carnē suscepit filios: Isaac enī mirabiliter natus est per repromissionē, cùm ambo parētes senuissent. Quòd si data p̄ Apostolū fiducia, qua duos illos allegoricè accipiēdo apertissimèostēdit, voluerit aliquis etiā Cethurę filios in aliqua rerū figura futurarū inspicere: (nō enī frustra de talibus personis administratione spiritus sācti hæc gesta cōscripta sunt) inueniet fortasse hæreses & schismata significari. Qui filii de libera q̄dē, sicut isti de ecclesia, sed tamē secūdū carnē nati sūt, nō spiritaliter per repromissionē. Quod si ita est, nec ipsi ad hęreditatē inueniuntur pertinere, id est, ad cælestē Hierusalē, quam sterilē vocat Scriptura quādiu filios in terra nō genuit. Quæ deserta etiā dicta est cælestē iustitiā deserentibus hominibus terrena sectātibus, tanquā virū habente illa terrena Hierusalē, quia legē acceperat. Et ideo cælestē Hierusalē Sara significat, quę diu deserta est à concubitu viri propter cognitā sterilitatē. Nō enim tales homines qualis erat Abrahā ad explendā libidinē vtebātur feminis, sed ad successionē prolis: accesserat autem sterilitati etiā senectus, vt ex omni desperatione diuina promissio magnū meritum credentibus daret. Certus ergo de promissione Dei officio gignēdi accessit ad ætate iā grauem, quam in annis vegetioribus corporali copulatione deseruerat. Non enim ob aliud Apostolus adiūcta earum mulierū figura interpretat, quod per Prophetā dictum est, Quoniā multi filii desertæ magis quàm eius quæ habet virum: cū & marito prior Sara sit mortua, neq; inter eos vllū extitisset diuortium. Vnde ergo illa deserta, aut illa habens virū, nisi quòd Abraham propagandæ prolis operam ad Agar ancillę fœcunditatem ab vxoris Saræ sterilitate transtulerat: ipsa tamen permittente & vltrò offerente, vt maritus eius de ancilla susciperet filios? Antiqua enim iustitiæ regula est, quam commendet ad Corinthios idē Apostolus, Mulier sui corporis potestatē nō habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem nō habet, sed mulier. Et huiusmodi enim debita, sicut cætera, in eorum quibus debentur potestate consistunt. Cui potestati qui fraudē nō facit, ille castitatis oūgalis iura custodit. Senectus autē parentē Isaac ad eā significationē valet, quoniam noui testamenti populus quamuis sit nouus, prædestinatio tamē eius populi Deū, & psa Hierusalē cælestis antiqua est. Vnde & Ioānes ad patres dicit, Scribo vobis patres, quoniā cognouistis q̄ erat ab initio. Carnaliter autē qui sunt in ecclesia, ex quibus hęreses & schismata fiunt, ex Euangelio quidē occasionē nascendi acceperunt, sed carnalis error quo cōcepti sunt, & quē secū trahunt, nō refertur ad antiquitatē veritatis. Et ideo de matre adolescentula, & de patre sene sine promissione nati sunt. Quia & Dominus nō nisi ob antiquitatē veritatis in Apocalypsi † albo capite apparuit. Nati sunt ergo tales ex occasione antiquæ veritatis in nouitio tēporaliq; mendacio. Dicit ergo nos Apostolus secūdū Isaac promissionis filios esse: & sic p̄secutionē passū Isaac ab Hismaele, q̄madmodū hi q̄ spiritaliter viuere cœperāt, à carnalibus Iudęis p̄secutionē patiebant: frustra tamē, cùm secūdum scripturā eiiciatur ancilla & filius eius, nec hæres esse possit cū filio liberæ. *Nos autē*, inquit, *fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.* Ea enī libertas nūc maximè opponēda est seruitutis iugo, quō in operibus legis tenebātur, q̄ ad circuncisionem istos trahebant. Cvm autē dicit, *State ergo*, significat eos nondū cecidisse: accommodatius enim diceret, surgite. Sed quod addidit, *Et ne iterū seruitutis iugo attineamini*: quādo quidem hic nullum aliud iugum potest intelligi, quo eos attineri nolit, nisi circuncisionis taliumq; obseruationum Iudaicarum. Ita enim & sequit, *Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit*: quomodo accepturi sumus quod ait, ne iterū seruitutis iugo attineamini: cùm ad eos scribat qui Iudæi nunquam fuerant? Nam hoc agit vtique, ne circuncidātur. Sed nimirum hic declaratur & confirmatur illa sententia, de qua superius disputauimus. Quid enim aliud hoc loco gentibus dicat, non inuenio, nisi vt profit illis quòd à seruitute superstitionis suę per fidē Christi liberati sunt, ne iterū serui esse velint sub iugo obseruationum carnalium, quamuis sub lege Dei, tamen carnalem populū seruiliter alligātium. Christum autem nihil eis profuturum esse dicit, si circuncidātur. Sed illo modo, quo eos isti volebāt circūcidi, id est, vt in carnis circūcisione ponerent spem salutis. Nō enim Timotheo nō profuit Christus, quia Paulus ipse illum iam Christianū iuuenem circuncidit: fecit autem hoc propter scandalum suorum, nihil simulans omnino, sed ex illa indifferentia, qua dicit, Circuncisio nihil est, & præputium nihil est: nihil enim obest illa circuncisio ei qui salutem in illa esse non credit. Secūdum hanc sententiam etiam illud addidit, *Testificor autem omni homini circuncidēti se*, id est, tanquam salutarem istam circuncisionē appetenti, *quia debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Quod ideo ait, vt vel terrore tam innumerabilium obseruationum, quæ in legis operibus scriptæ sunt, ne omnes implere cogerentur: quod nec ipsi Iudęi, nec parentes eorum implere potuerunt, sicut Petrus in Actibus Apostolorum dicit, abstinerent se ab his, quibus eos isti subiugare cupiebāt: *Euacuati*, inquit, *estis in Christo, qui in lege iustificamini.* Hæc est illa proscriptio, qua Christum proscriptū superius dixerat, vt cùm isti euacuarentur à Christo, id est, Christus ab eis tanquam à possessione quā tenebat, abscedit, opēra legis in eam possessionē tanquam in vacuam inducantur: quod quia non Christo, sed illis obest, addidit, *à gratia excidistis.* Cùm enim hoc agat gratia Christi, vt illi qui debitores erant operum legis, liberentur hoc debito, isti ingrati tantæ gratiæ, debitores esse volunt vniuersę legis

d. legistis

Gen.21.a.1.

Gen.25.a.1.

Esaiæ 54.a.1

1.Cor.7.a.4.

Apoc.1.c.14. al. cano.

Gen.21.a.10

Gal.4.d.31

Expositio capituli quinti.

Gal.5.a.1.

Act.15.b.10.

1.Cor.7.d.19.

Gal.5.a.3.

faciendæ. Nondũ autẽ erat factũ, sed quia voluntas iã
moueri cœperat, ita plerisq; locis loquitur quasi factũ
sit. *Nos enim*, inquit, *spiritu ex fide spẽ iustitiæ expectamus.*
In quo demõstrat ea pertinere ad fidẽ Christi, quæ spi-
ritaliter desiderãtur & expectãtur, nõ quæ carnaliter:
qualibus promissionibus seruitus illa tenebatur: sicut
2. Cor. 4. d. 18. alio loco dicit, Nõ respicientibus nobis quæ videntur,
sed quæ nõ videntur. Quę enim videntur, tẽporalia sunt:
quæ autẽ nõ videntur, æterna sunt. Deinde subiũxit, *In*
Gal. 5. a. 6. *Christo enim Iesu neq; circũcisio quicquã valet, neq; præputiũ:*
vt illam indifferentiã declararet, nihilq; perniciosum
esse in hac circuncisione ostẽderet, nisi ex illa salutem
sperare. Nihil ergo valere dicit in Christo circũcisionẽ
aut præputiũ, *sed fidem quæ per dilectionẽ operatur.* Et hic
illud tetigit, quia sub lege seruit⁹ per timorẽ operatur.
Currebatis bene, inquit, *quis vos impediuit veritati non obe-*
Gal. 3. 1. 1. *dire?* Hoc est, q̃ superius ait, Quis vos fascinauit? *Suasio,*
inquit, *vestra non ex eo est qui vocauit vos.* Hæc enim sua-
sio carnalis est, ille autẽ in libertatẽ vocauit. Suasionem
autẽ eorũ dixit, q̃ eis suadebatur. Eos autẽ paucos, qui
ad illos veniebãt, vt ista suaderẽt, quia in cõparatione
multitudinis credentiũ Galatarũ exiguo numero erãt,
fermentũ appellat. Recipient autẽ isti fermentũ, & to-
ta massa, id est, tota eorũ ecclesia, in corruptione carna-
lis seruitutis quodammodo fermẽtabitur, si tales sua-
sores tãquã iustos & fideles recipientes honorauerint:
Ego, inquit, *confido de vobis in Domino, quòd nihil aliud sa-*
pietis. Hinc vtiq; manifestũ est, nõdũ illos fuisse posi-
sos à talibus. *Qui autẽ conturbat vos*, inquit, *portabit iudi-*
ciũ, q̃ cuicunq; ille fuerit. Hæc est illa cõturbatio contraria
ordini, vt de spiritalibus carnales fiãt. Et quoniam in-
telligendũ est fuisse quosdam, qui cùm vellent eis istã
seruitutẽ persuadere, & viderent eos Pauli apostoli au
toritate reuocari, dicerẽt etiã ipsũ Paulũ id sentire, sed
nõ eis facilè aperire voluisse sententiã suã, opportunis-
C simè subiecit, *Ego autẽ fratres, si circuncisionem adhuc præ-*
dico, quid adhuc persecutionẽ patior? Ab ipsis enim patieba-
tur persecutionẽ, q̃ talia persuadere moliebantur, cùm
iã Euangeliũ suscepisse viderentur. Quos tãgit alio lo-
co, vbi ait: Periculis in falsis fratribus? & hic in capite
2. Cor. 11. f. 26. epistolæ vbi dicit: Propter subintroductos autẽ falsos
Gal. 2. a. 4. fratres, q̃ subintroierũt prosculare libertatẽ nostrã,
quã habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem re-
digeret. Ergo si circũcisionẽ prædicabat, desinerẽt eũ
persequi. Qui tamẽ ne timerentur ab eis quibus Chri-
stiana libertas annũciabatur: aut ne ab ipso Apostolo
timeri putarentur, propterea superius libera plenus fi-
Gal. 5. a. 2. ducia, nomẽ suũ etiã professus est, dicẽs: Ecce ego Pau-
lus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis
nihil ꝓderit: tãquã si diceret, Ecce me imitamini vt nõ
timeatis, aut in me causam refundite, si timetis. Quod
autẽ dicit, *Ergo euacuatũ est scandalũ crucis*: sentẽtiam il-
D lã repetit, Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mor-
Gal. 2. d. 21. tuus est. Sed hic quoniã scãdalũ nomina, in memoriã
reuocat: propterea maximè in Christo passos esse scã-
dalũ Iudæos, quia istas carnales obseruationes quas ꝓ
ipsa salute se habere arbitrabant, eũ sæpe animaduer-
tebant præterire atq; contemnere. Hoc ergo ita dixit,
ac si diceret, Sine causa ergo Christum, cùm ista con-
temneret, scãdalizati Iudæi crucifixerũt, si adhuc eis
pro quibus crucifixus est talia persuadẽtur. Et adiecit
elegantissima ambiguitate quasi sub specie maledic-
tionis ꝑnedictionem dicens, *Vtinam & abscindantur*
qui vos conturbant. Non tantum, inquit, circũcidantur,
sed & abscindãtur. Si enim fiunt spadones propter re
gnum cælorum, & carnalia seminare cessabunt. *Vos e-*
nim, inquit, *in libertatem vocati estis fratres.* Quia illos
conturbatio à spiritalibus ad carnalia reuocans in ser-
uitutẽ trahebat. Sed iã hinc opera illa legis tractare in-
A cipit, de quibus eũ suprà dixerã in fine epistolæ tracta-
turum, quæ ad nouũ quoq; Testamentũ pertinere ne-
mo ambigit, sed alio fine: quo liberos ea facere deçet,
id est, charitatis æterna sperãtis hinc prẽmia, & ex fide
expectãtis. Nõ sicut Iudæi, qui timore ista implere co-
gebãtur, nõ illo casto permanẽte in seculũ seculi, sed
quo timebãt præsenti vitæ suæ: & ideo qũ. edã opera le
gis implebãt quæ in sacramentis sunt, illa verò quæ ad
bonos mores pertinẽt implere omnino nõ poterãt. Nõ
enim implet ea nisi charitas. Quia & hominẽ si ꝓpte-
rea nõ occidit aliquis, ne & ipse occidatur, non implet
præceptũ iustitiæ: sed si ideo nõ occidat, quia iniustũ
est, etiã si id possit facere impunè, nõ solũ apud homi-
nes, sed etiã apud Deũ. Sicut Dauid cũ diuinitùs acce 1. Reg. 24. 4.
pisset in potestatẽ regum Saul, vt impunè vtiq; occide
ret: nec hominib⁹ in se vindicaturis, quia multũ ab eis
diligebatur idẽ Dauid: nec Deo qui hãc ipsam potesta-
B tẽ dedisse se dixerat, vt omnino, ei faceret quod vellet.
Pepercit ergo diligẽs proximũ tanquã se ipsum, nõ so-
lùm persecutũ, sed etiã persecuturum, qui eum corrigi
quàm interfici maluit: homo in veteri Testamẽto, sed
nõ homo de veteri Testamẽto, quẽ fides futuræ hęre-
ditatis Christi reuelata & reddita saluũ faciebat, & ad
imitandũ vocabat: ideo nũc dicit Apostolus, *In liberta-*
tẽ vocati estis fratres, tantũ ne libertatem in occasionem carnis Gal. 5. a. 13.
detis: id est, ne audito nomine libertatis, impunè vobis
peccandũ esse arbitremini. *Sed per charitatẽ*, inquid, *seru-*
ite inuicẽ. Qui enim per charitatẽ seruit, liberè seruit,
& sine miseria obtemperas Deo, cũ amore faciendo q̃
docetur, nõ cum timore quod cogitur. *Omnis enim lex,*
inquit, *in vno sermone impleta est, in eo quòd diliges proximũ*
tuum tanquam teipsum. Omnẽ ergo legẽ, nũc dicit ex his Mat. 22. d. 39.
operibus quæ ad bonos mores pertinent. Quia & illa
C quæ sunt in sacramẽtis, cũ bene à liberis intelliguntur,
nec carnaliter obseruãtur à seruis, ad illa duo præcepta
referãtur necesse est, dilectionis Dei & proximi. Rectè
itaq; accipitur ad hoc pertinere quod etiã Dominus,
ait, Nõ veni legẽ soluere, sed implere: quia erat ablatu-
rus timorem carnalẽ, Spiritalẽ autẽ charitatẽ daturus, Mat. 5. c. 17.
qua sola lex impleri potest. Plenitudo enim legis, cha-
ritas, vt quãdo fides impetrat spiritũ sanctũ, per quem Rom. 13. d. 10.
charitas Dei diffusa est in cordibus operãtiũ iustitiã, Rom. 5. a. 5.
nullo modo quisquã ante gratiã fidei de bonis operib⁹
glorietur. Quapropter istos iactãtes se de operibus le-
gis ita refellit Apostolus, dũ ostendit opera vetusta sa-
cramẽtorũ vmbras futurũ fuisse, quas iã aduentu Do-
mini libero hęredi necessarias nõ esse mõstrauit. Opera
verò ad bonos mores pertinentia nõ impleri nisi di-
lectione, per quam fides operatur. Vnde si opera legis Gal. 5. c. 6.
quædam post fidem superflua, quædã ante fidẽ nulla
sunt, viuat iustus ex fide: vt & onus graue seruitutis Abac. 2. c. 4.
abiiciat, leui sarcina Christi vegetatus, & iustitiæ me- Mat. 11. d. 30.
tas non transgrediatur, leui iugo charitatis obtempe-
rans. Quæri autem potest, cur Apostolus & hic so-
lam cõmemorauit proximi dilectionẽ, quam lege di-
cit impleri, & ad Romanos cùm in eadem quæstione
versaretur, Qui enim diligit alterum, inquit, legẽ im- Rom. 13. d. 8.
pleuit. Nam non adulterabis, nõ homicidium facies, Exod. 20. c. 13.
non furaberis, non cõcupisces, & si quod est aliud mã-
datum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proxi- Leuit. 19. d. 18.
mum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi ma- Rom. 13. c. 10.
lum non operatur. Plenitudo autem legis, charitas. 1. Cor. 13. c. 10.
Cùm ergo in duobus præceptis dilectionis Dei & pro-
ximi perfecta sit charitas, cur Apostolus & in hac &
in illa epistola solam proximi dilectionem cõmemo-
rat, nisi quia in dilectione Dei possunt mentiri homi-
nes, quia rariores tẽtationes eam probãt: in dilectione

autem

autem proximi facilius conuincuntur eam non habe-
re, dũ inquã cũ hominibus agunt? Consequens est au- A
tem, vt qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mẽte
Deũ diligit, diligat & proximũ tanquã seipsum. Quia
hoc iubet ille quẽ ex toto corde, ex tota anima, ex tota
mente diligit: itẽ diligere proximũ, id est, omnem ho-
minem tanquã seipsum, quis potest, nisi Deũ diligat,
cuius præcepto & dono dilectionẽ proximi possit im-
plere? Cùm ergo vtrũq; præceptũ ita sit, vt neutrũ sine
altero possit teneri, etiã vnum horũ cõmemorare ple-
runq; sufficit, cũ agitur de operib⁹ iustitiæ: sed oppor-
tunius illud de quo quisq; facilius cõuincitur. Vnde
1. Ioã. 4. d. 20. & Ioãnes dicit, Qui enim nõ diligit fratrẽ suum quẽ
videt, Deum quẽ non videt quomodo potest diligere?
Mentiebãtur enim quidam dilectionẽ se Dei habere,
& de odio fraterno eã non habere cõuincebantur. De
quo iudicare in quotidiana vita & morib⁹ facile est. *Si*
autẽ mordetis, inquit, *& comeditis inuicẽ, videte ne ab inui-*
B *cem consumamini*: hoc enim maximè vitio cõtentionis
& inuidẽtiæ, pernitiosę disputationes inter eos nutrie
bãtur, malè de inuicẽ loquendo, & quærẽdo quisque
gloriã suam vanamq; victoriam quib⁹ studiis cõsumi-
tur societas populi, dũ in partes discinditur. Quomo-
do autẽ ista vitare possũt, nisi spiritu ambulẽt, & cõcu-
piscẽtias carnis nõ perficiant? Primũ enĩ & magnũ mu-
nus est spirit⁹, humilitas, & mansuetudo. Vnde illud
quod iã memoraui. Dominus clamat: Discite à me,
Mat. 11. d. 29 quia mitis sum, & humilis corde. Et illud Prophetæ:
Esaiæ 66. a. 2. Super quẽ requiescit spiritus meus, nisi super humilẽ
& quietũ, & trementẽ verba mea? Quod autẽ ait: *Caro*
concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Hæc
enim inuicẽ aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis: putant
hic homines liberũ volũtatis arbitriũ negare Apostolũ
nos habere, nec intelligũt hoc eis dictum, si gratiã
fidei susceptã tenere nolũt, per quam solã possunt spi-
ritu ambulare, & cõcupiscentias carnis non perficere. C
Si ergo nolũt eam tenere, non poterũt ea quæ volunt
facere. Volũt enim operari opera iustitiæ, quę sunt in
lege, sed vincũtur concupiscentia carnis, quã sequẽ-
do deserũt gratiam fidei. Vnde & ad Romanos dicit:
Prudẽtia carnis inimica est in Deũ: legi enim Dei nõ
Rom. 8. b. 7. est subiecta, neque enim potest. Cùm enim charitas
legẽ impleat prudẽtia verò carnis cõmoda tempora-
lia consectãdo spiritali charitati aduersetur, quomo-
do potest legi Dei esse subiecta: id est, libenter atque
obsequẽter implere iustitiã, eiq; non aduersari quãdo
etiã dum conatur, vincatur necesse est, vbi inuenerit
maius commodũ temporale de iniquitate se posse as-
sequi, quã si custodiat æquitatẽ? Sicut enim prima ho-
minis vita est ante legẽ, cùm nulla nequitia & malitia
prohibetur, neq; vlla ex parte prauis cupiditatibus resi-
stit, quia nõ est qui prohibeat; sic secunda est sub lege
ante gratiam, quãdo prohibetur quidẽ & conatur à
peccato abstinere se, sed vincitur: quia nõdum iustiti-
am propter Deum & propter ipsam iustitiã diligit, sed
eam sibi vult ad cõquirendum terrena seruire. Itaque
vbi viderit ex alia parte ipsam, ex alia cõmodum tem-
porale, trahitur pondere temporalis cupiditatis, & re-
linquit iustitiam. Quam propterea tenere conabatur,
vt haberet illud quod se nunc videt amittere, si illam
tenuerit. Tertia est vita sub gratia, quando nihil tem-
poralis cõmodi iustitiæ præponitur, quod nisi chari-
tate spiritali quam Dominus exemplo suo docuit, &
gratia donauit, fieri nõ potest. In hac enim vita etiam
si existant desideria carnis de mortalitate corporis, ta-
men mentem ad confessionem peccati non subiugãt.
Rom. 6. b. 12. Ita iam non regnat peccatum in nostro mortali cor-
pore, quamuis non possit nisi inhabitare in eo quãdiu
mortale corpus est. Primò enim nõ regnat cũ mẽte ser- Rom. 7. d. 25
uimus legi Dei, quãuis carne legi peccati, id est, pœna
li cõsuetudini, cũ ex illa existũt desideria, quib⁹ tamen
nõ obedimus. Postea verò ex omni parte extinguitur.
Ibid. 8. b. 11. Quoniã si spiritus eius habitat in nobis, qui suscitauit
Iesum Christũ à mortuis, viuificauit & mortalia cor-
pora nostra propter spiritũ qui habitat in nobis. Nũc
ergo implẽdus est gradus sub gratia vt faciamus quod
Ibid. c. 13. volumus spiritu, etiãsi carne nõ possumus: id est, non
obediamus desideriis peccati ad præbendũ illi mẽbra
nostra arma iniquitatis, etiãsi non valemus efficere vt
eadẽ desideria non existãt: vt quamuis nondũ simus in
pace illa æterna ex omni hominis parte perfecta, iam
tamẽ desinamus esse sub lege, vbi prænaricationis rea
mens tenetur, dum eã concupiscentia carnis in con-
sensionẽ peccati captiuã adducit: simus autẽ sub gra-
tia, vbi nulla est cõdemnatio iis qui sunt in Christo Ie-
1. Reg. c. 24. su: quia non certamen, sed victum pœna consequitur.
Ordinatissimè itaq; subiungit, *Quod si spiritu ducimini,*
non adhuc estis sub lege: vt intelligamus eos esse sub lege
quorum spirit⁹ ita cõcupiscit aduersus carnem, vt nõ
ea quæ volunt faciãt: id est, non se teneãt cõiunctos in
charitate iustitiæ, sed à concupiscẽte aduersum se car-
ne vincantur: nõ solùm ea repugnãte leg⁹ mẽtis eorũ,
sed etiam captiuãte illos sub lege peccati, quę inest in
membris mortalibus. Qui enim nõ ducuntur spiritu,
sequitur vt carne ducãtur. Non autẽ pati aduersitatẽ
carnis, sed duci à carne damnatio est. Et ideo quòd si
spiritu, inquit, ducimini, nõ adhuc estis sub lege. Nã
& superius non ait, spiritu ambulare, & concupiscẽ-
Gal. 5. c. 16. tias carnis nõ habueritis: sed ne perfeceritis. Quippe
nõ eas omnino habere, non iam certamẽ, sed certami-
nis præmiũ est, si obtinuerimus victoriam perseueran-
do sub gratia. Commutatio enim corporis in immor-
talem statũ, sola carnis concupiscẽtias non habebit.
C Dein de incipit opera carnis enumerare, vt intelligãt
se, si ad operandũ ista desideriis carnalib⁹ cõsenserint,
tũc duci carne, non spiritu. *Manifesta autẽ sunt*, inquit,
Gal. 5. c. 19. *opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, idolorum*
seruitus, veneficia, inimicitiæ, contẽtiones, animositates, æmu-
lationes, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessatio-
nes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam
qui talia agũt, regnum Dei non possidebunt. Agunt autem
hæc qui cupiditatib⁹ carnalibus consentientes faciẽ-
da esse decernunt, etiã si ad implẽdum facultas nõ da-
tur. Cæterùm qui tangũtur huiusmodi motib⁹ & im-
mobiles, & in maiore charitate consistunt, non solũ
nõ eis exhibẽtes membra corporis ad malè operandũ,
sed neque nutu consensionis ad exhibẽdum consen-
tientes: nõ hæc agunt, & ideo regnũ Dei possidebunt.
Non enim iam regnat peccatum in eorũ mortali cor- Rom. 6. b. 12.
pore, ad obediendum desideriis eius, quãuis habitet in
D eorum mortali corpore peccatũ nõdum extincto im-
petu consuetudinis naturalis, quia mortaliter nati sũ-
mus, & propriæ vitę nostrę, cùm & nosipsi peccando
auximus quod ob origine peccati humani damnatio-
nisq; trahebamus. Aliud est enim, non peccare: aliud
non habere peccatum. Nã in quo peccatũ nõ regnat,
non peccat: id est, qui non obedit desideriis eius. In
quo autem non existũt, omnino ista desideria, nõ so-
lùm non peccat, sed etiam non habet peccatũ. Quod
etiam si ex multis partibus in ista vita possit effici, ex
omni tamen parte non nisi in resurrectione carnis at-
que commutatione sperãdum est. Potest autem mo-
uere quod ait, quæ dico vobis, sicut prædixi, quoniã
qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt: si quę-
ratur vbi ista prædixerit, nam in hac epistola non in-
uenitur. Ergo aut presens cùm esset, hoc prædixerat,

aut cognouerat peruenisse ad illos epistolã quę missa
1. Cor. 6. b. 9 est ad Corinthios. Ibi enim sic ait, Nolite errare, neq;
fornicatores, neque idolis seruiẽtes, neque adulteri,
neque molles, neque masculorũ cõcubitores, neq; fu-
res, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapa-
ces regnũ Dei possidebũt. Hic ergo cùm enumerasset
opera carnis quib⁹ clausum est regnũ Dei, subiecit e-
tiã opera spiritus quę spiritus fruct⁹ vocat, *Fructus autẽ
spiritus est*, inquit, *charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, be-
nignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continẽtia*: & addidit,
Aduersus huiusmodi non est lex: vt intelligamus illos sub
lege positos, in quib⁹ ista nõ regnant. Nã in quib⁹ hæc
regnãt; ipsi lege legitimè vtuntur, quia nõ est illis lex
1. Tim. 1. b. 8. ad coërcẽdum posita. Maior enim & præpollẽtior de-
lectatio eorũ iustitia est, sic enim ad Timotheũ dicit,
Scimus enim quia bona est lex, si quis ea legitimè vta-
tur, sciẽs hoc quia lex iusto posita nõ est. Iniustis autẽ
& nõ subditis & impiis peccatorib⁹ & scelestis & con- B
taminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, forni-
catorib⁹, masculorũ cõcubitoribus, plagiariis, mẽda-
cib⁹, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersa-
tur: subauditur, his lex posita est. Regnant ergo spirita-
les isti fructus in homine in quo peccata non regnant.
Regnãt autem ista bona si tantũ delectant, vt ipsa te-
neãt animum in tentationibus ne in peccati cõsensio-
nem ruat. Quod enim amplius nos delectat, secũdum
id operemur necesse est: vt verbi gratia, occurrit for-
ma speciosæ feminæ, & mouet ad delectationẽ forni-
cationis: sed si plus delectat pulchritudo illa intima &
syncera species castitatis, p gratiã quæ est in fide Chri-
sti secundũ hãc viuim⁹, & secundũ hanc operamur: vt
nõ regnante in nobis peccato ad obediendũ desideriis
eius, sed regnãte iustitia per charitatẽ cum magna de-
lectatione faciamus quicquid in ea Deo placere co-
gnoscimus. Quod autẽ de castitate & de fornicatio- C
ne dixi, hoc de cęteris intelligi volui. Neq; moueat, vel
quòd nõ omnino ad eundẽ numerum & ordinẽ ope-
ra carnis in hac epistola enumerauit, atq; in illa ad Co-
rinthios: vel q, spiritalia bona pauciora, plurib⁹ carna-
libus vitiis opposuit: neque ita ecõtratiò vt fornicatio-
nibus castitas, immũditiis munditia, atque ita cæteris
cætera occurrerẽt: non enim hoc suscepit vt doceret
quod sint, sed in quo genere illa vitãda, illa verò expec-
tãda sint, cũ carnis & spiritus nomin⁹ à pœna pecca-
ti atq; peccato ad gratiã Domini atq; iustitiæ nos cõ-
uerti oportere prędiceret: ne deserendo gratiã tempo-
ralẽ, qua pro nobis Dñs mortuus est, nõ perueniamus
ad æternã quietem, in qua pro nobis Dominus viuit:
neque intelligẽdo pœnam tẽporalem, in qua nos Do-
minus mortalitate carnis edomare dignatus est, in pœ-
nã sempiternã incidamus, quæ persuerãti aduersum
Dominũ superbiæ præparata est. Cùm enim comme-
moratis multis operib⁹ carnis, addidit & his similia: sa-
tis ostẽdit nõ se ista exãminatiore numero collocasse,
sed liberiore sermone posuisse. Hoc etiã de spiritalib⁹
fructibus fecit. Non enim ait aduersus hęc non est lex:
sed, aduersus huiusmodi: hoc est, siue ista siue etiã cæ-
tera huiusmodi. Sed tamẽ diligenter cõsiderantibus
non hic omnimodo carnaliũ spiritaliũq; operum op-
positio inordinata atque confusa est. Ob hoc autem
latet, quia pauciora sunt, vel singula quibusdam plu-
ribus opponuntur. Nam ex eo quòd carnalium vitio-
rum in capite posuit fornicationes, in capite autẽ vir-
tutum spiritalium charitatem, quem non diuinarum
literarum studiosum faciat intentum ad perscrutanda
cætera? Si enim fornicatio est amor à legitimo con-
nubio solutus, & vagus explendæ libidinis consectan-
do licentiam: quid tam legitimè ad spiritalem fœcũ-

A ditatẽ coniungitur quàm anima Deo? Cui quanto fi-
xius inhæserit, tãto est incorruptior. Inhæret autẽ cha-
ritate. Rectè igitur fornicationi opponitur charitas, in
qua sola est custodia castitatis. Immũditiæ autẽ sunt
perturbationes de illa fornicatione conceptæ, quibus
gaudium trãquillitatis opponitur. Idolorum autẽ seru-
itus, vltima fornicatio est animæ, propter quam eti-
am bellũ aduersus Euangelium cùm recõciliatis Deo
furiosissimum gestum est, cuius reliquiæ quãuis tritæ
diu, adhuc tamẽ recalent. Huic itaq; pax contraria est
qua reconciliamur Deo, eademque pace etiã cum ho-
minibus custodita, veneficiorũ, inimicitiarũ, conten-
tionũ, ęmulationũ, animositatũ, dissentionũq; vitia sa-
nãtur in nobis. Vt autẽ ea in aliis, inter quos viuimus,
iusta moderatione tractẽtur, & ad sustinẽdum longa-
nimitas, & ad curãdum benignitas, & ad ignoscendũ
bonitas militat. Iam verò hæresibus fides, inuidiæ mã-
suetudo, ebrietatibus & comessationibus continen-
tia reluctatur. Ne quis sanè arbitretur hoc esse inuidiã
quod est æmulatio: vicina enim sunt, & propter ipsam
vicinitatem plerũque vtrũlibet horum pro altero, vel
æmulatio pro inuidia, vel inuidia pro æmulatione po-
nitur. Sed quia vtrũq; hîc locis suis dictũ est, vtiq; di-
stinctionẽ à nobis flagitãt. Nam æmulatio est dolor Æmulatio.
animi, cùm alius peruenit ad rem quã duo pluresve
appetebant, & nisi ab vno haberi nõ potest. Istã sanat
pax: qua id appetimus q, omnes sibi appetũt, si assequã- Inuidia.
tur, vnum in eo fiũt. Inuidia verò dolor animi est, cũ
indignus videtur aliquis assequi, etiam q, tu non appe-
tebas. Hanc sanat mansuetudo, cùm quisq; ad iudiciũ
Dei reuocãs non resistit voluntati eius, & magis ei cre-
dit rectè factum esse, quã sibi quod putabat indignũ.
Crucifixerunt autem carnẽ suam cũ pasionibus & concupis-
centiis, sicut consequẽter dicit, *qui sunt in Christo Iesu.* Psa. 118. c. 119
Vndè autem crucifixerũt, nisi timore illo casto perma-
nente in seculũ seculi, quo cauemus offendere illum,
quem toto corde, tota anima, tota mente diligimus?
Nõ enim hoc timore timet adultera, ne custodiatur à Deut. 6. a. 5.
viro, quo timet casta ne deseratur. Illi enim tristis est
præsentia viri, huic absentia. Et ideo timor ille corru-
ptus est, & trãsire nõ vult hoc seculũ: iste autem casti⁹
permanet in seculũ seculi. De quo timore crucifigi se
optat propheta, cùm dicit, Cõfige clauis à timore tuo Psa. 118. 120
carnes meas. Ista crux est de qua dominus dicit, Tol-
le crucem tuã, & sequere me. *Si spiritu*, inquit, *viuimus*, Matt. 16. d. 24.
spiritu & sectemur. Manifestum est certè secũdũ id nos
viuere quod sectati fuerimus, sectabimur autẽ quod
dilexerimus. Itaq; si ex aduerso existãt duo, præceptũ
iustitiæ, & consuetudo carnalis, & vtrumq; diligitur,
id sectabimur quod ampli⁹ dilexerimus. Si tãtumdẽ v-
trumq; diligitur, nihil horũ sectabimur, sed aut timo-
D re inuiti trahemur in alterutram partem, aut si vtrunq;
æqualiter etiam timemus, in periculo sine dubio re-
manebimus, fluctu dilectionis & timoris alternante
quassati. Sed pax Christi vincat in cordibus nostris.
Tũc enim orationes & gemitus, & in auxiliũ inuocata
dextera misericordiæ Dei, sacrificium contribulati
cordis nõ despicit, charitatemq; sui ampliorem com-
mendatione periculi, de quo liberabit, exuscitat. In eo
autem illi fallebantur, quod negare quidẽ nõ poterãt,
sectãdum sibi esse spiritum sanctum assertorem atque
ducẽ libertatis suę, sed ad opera seruilia carnaliter cõ-
uersi, retrorsum se conari non intelligebant. Propterea
non ait, si spiritu viuimus, spiritum sectemur: sed spiri-
tu sectemur, inquit. Fatebantur enim spiritui sancto
seruire oportere, & cũ nõ spiritu suo, sed carne volebãt
sectari: non spiritaliter obtinentes gratiam Dei, sed in
circuncisione carnali & cæteris huiusmodi spem con-
stituen-

stituentes salutis. *Non efficiamur*, inquit, *inanis gloriæ cu-*
pidi, inuicem inuidentes, & inuicem procurantes. Prorsus A
magnificè & omnino diuino ordine, posteaquam eos
instruxit aduersus illos à quibus in seruitutem legis se-
ducebantur, hoc in eis cauet ne instructiores facti, &
volentes iã calũniis carnaliũ respondere cõtentionib⁹
studeant, & appetitu inanis gloriæ, legis oneribus non
seruientes, vanis cupiditatibus seruiant. Nihil autem
sic probat spiritalẽ virũ, quàm peccati alieni tractatio,
cùm liberationẽ eius poti⁹ quàm insultationẽ, potiusq;
auxilia quàm conuitia meditatur, & quãtũ facul-
tas tribuitur suscipit. Et ideo dicit, *Fratres, etsi præoccu-*
patus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis,
instruite huiusmodi. Deinde ne sibi quisque videatur in-
struere, etiã cùm proteruè exagitat irridetq; peccãtẽ,
aut superbè tanquã insanabilem detestatur, *In spiritu*,
inquit, *mansuetudinis: intendens teipsum, & ne tu tenteris.*
Nihil enim ad misericordiã sic inclinat, quàm proprij
periculi cogitatio. Ita eos nec deesse voluit fratrũ cor- B
reptioni, nec studere certamini. Multi enim homines
cùm à somno excitantur, litigare volũt: aut rursus dor-
mire, cũm litigare prohibẽt. Pax igitur & dilectio cõ-
munis, periculi cogitatione in corde seruentur: modus
autẽ sermonis, siue acrius, siue blandius proferatur, si-
cut salus eius quẽ corrigis postulare videt, moderãdus
2. Tim. 2. d. 24. est. Nã in alio loco dicit, Seruũ autẽ Domini litigare
non oportet: sed mitẽ esse ad oẽs, docibilẽ, patientem.
Ibidem. Et ne quisquã ex eo putet cessandum sibi esse à corre-
ptione erroris alterius, vide quid adiungat, In mode-
stia, inquit, corripientẽ diuersa sentientes. Quomodo
in modestia, corripientẽ, nisi cùm lenitatẽ corde reti-
nemus, & aliquã medicamẽti acrimoniã verbo corre-
ptionis aspergimus? Nec aliter accipiendũ video quod
1. Tim. 4. a. 2 in eadẽ epistola positum est, Prædica verbũ, insta op-
portunè, importunè, argue, hortare, increpa in omni C
longanimitate & doctrina. Importunitas enim oppor
tunitati vtiq; contraria est: neq; omnino vllũ medica-
mentũ sanat, nisi q, opportunè adhibueris. Quanquã
ergo & sic possit distingui, insta opportunè, vt alius sit
sensus, importunè argue, deinde cætera contexantur,
hortare, increpa cũ omni longanimitate & doctrina.
Vt tunc opportunus sentiaris, cùm instas ædificando,
cùm autẽ destruis arguendo, nõ cures etiã si importu-
nus videaris, si hoc est talibus importunũ. Ita duo quæ
sequuntur, ad duo superiora possunt singillatim refer-
ri: hortare cùm opportunè instas, increpa cùm impor-
tunè arguis. Deinde cætera duo similiter, sed conuerso
ordine, referuntur, cũ omni longanimitate ad sustinẽ-
das indignationes eorum quos destruis, & doctrina ad
instruenda eorũ studia quos ædificas. Tamẽ etiãsi illo
vsitatiore modo distinguatur, insta opportunè: quòd
si hoc modo non proficis, importunè: ita intelligendũ D
est, vt tu opportunitatẽ omnino non deseras, & sic ac-
cipias q, dictũ est, importunè, vt illi videaris importu-
nus, qui non libenter audit quæ dicuntur in eum: tu
tamen scias hoc illi esse opportunum, & dilectionem
curamq; sanitatis eius animo teneas mansueto & mo-
desto & fraterno. Multi enim postea cogitantes quæ
audierint, & quàm iustè audierint, ipsi se grauius & se-
uerius arguerunt: & quamuis perturbatiores à medico
viderẽtur abscedere, paulatim verbi vigore in medul-
las penetrante, sanati sunt: quod non fieret, si semper
expectaremus periclitantem putrescentibus mẽbris,
quando eum liberet aut vri aut secari. Quod nec ipsi
corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis in-
tuitu curant. Quotus enim quisque reperitur qui fer-
rum eorum aut ignem nõ ligatus expertus sit, cùm &
illi rariores sint qui volẽtes ligati fuerint. Plures enim

resistentes, & mori se malle clamantes, quàm illo cu-
rari modo, vix lingua ipsa eorum relicta libera omni-
bus membris constrinxerũt, neq; ad suũ, neq; ad relu-
ctantis, sed ad ipsius artis arbitriũ: quorũ tamen voci-
bus conuitiisq; dolentiũ nec cõmouetur curantis ani-
mus, nec quiescit manus. Medicinæ autẽ cælestis mi-
nistri, aut p odiorũ trabẽ cernere stipulã in oculo fra-
tris volunt, aut tolerabilius mortem videre peccantis,
quàm verbũ indignantis audire. Quod non ita acci-
disset, si tã sanũ animũ curando alterius animo adhi-
beremus, quàm sanis manibus illi medici aliena mem-
bra pertractant. Nunquã itaq; alieni peccati obiurgã-
di suscipiendũ est negociũ, nisi cũ internis interroga-
tionibus examinantes nostrã conscientiã, liquidò no-
bis coram Deo responderimus, dilectione nos facere.
Quòd si conuitiũ vel minæ, vel etiã persecutiones eius
quem argueris, lacerauerint animum, si adhuc illę per
te sanari posse videbitur, nihil respondeas donec sane-
ris prior: ne fortè carnalibus motibus tuis ad nocendũ
consentias, & exhibeas linguã tuam arma iniquitatis
peccato ad reddendũ malũ pro malo, aut maledictum Rom. 6. c. 1
pro maledicto. Quicquid enĩ lacerato animo dixeris, & 12. d. 17. 5.
punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige
& dic quod voles, nullo modo maledictum erit quòd
specie maledicti sonuerit, si memineris senserisq; te in
gladio verbi Dei, liberatorem hominis esse velle ab
obsidione vitiorũ. Quòd si fortè, vt plerunq; accidit,
dilectione quidẽ talẽ suscipis actionẽ, & ad eam corde
dilectionis accedis, sed inter agẽdũ surrepserit aliquid
dũ tibi resistitur, q, te auferat ab hominis vitio percu-
tiendo, & ipsi homini faciat infestũ: postea te lacrymis
lauantẽ huiusmodi puluerem, multo salubrius memi-
nisse oportebit, quàm non debeamus super aliorum
superbire peccata, quando in ipsa eorum obiurgatio-
ne peccamus, cùm facilius nos ira peccantis iratos,
quàm miseria misericordes facit: *Alter alterius onera* Gal. 6. a. 2.
portate, & sic adimplebitis legem Christi: legẽ vtique cha- Rom. 13. c. 8
ritatis. Si autem implet legem qui diligit proximum, Leuit. 19. d. 18.
dilectioq; proximi etiam in veteribus scripturis ma-
ximè commendatur: in qua dilectione dicit alio loco
idẽ Apostolus, recapitulati omnia mandata legis: ma- Rom. 13. c. 9
nifestũ est etiam illã scripturã quæ priori populo data
est, legẽ Christi esse, quã venit implere charitate, quæ
non implebatur timore. Eadem igitur scriptura & idẽ
mandatum cũ bonis terrenis inhiantes premit seruos,
Testamentũ vetus: cùm in bona æterna flagrãtes eri-
git liberos, Testamẽtũ nouum vocãtur. *Si enim aliquis*,
inquit, *videtur esse aliquid cùm nihil sit, seipsum seducit*. Nõ
enim eũ seducũt laudatores eius, sed ipse potius: quia
cùm sibi sit ipse præsentior quàm illi, mauult se † in il- al. illis credere.
lis quærere, quàm in seipso. Sed quid dicit Apostolus? Gal. 6 a. 4.
Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in seipso tan- D
tùm gloriam habebit, & non in altero, id est, intus in con-
scientia sua, & non in altero, id est, cùm eum alter
laudat. *Vnusquisque enim*, inquit, *proprium onus portabit*. Non ergo laudatores nostri minuunt onera con-
scientiæ nostræ, atque vtinam non etiam accumu-
lent, cùm plerunq; ne illis offensis laus nostra minua-
tur, cum obiurgatione illos curare negligimus, aut ia-
ctanter eis aliquid nostrum ostentamus, potius quàm
constanter ostendimus. Omitto ea quæ fingunt &
mentiuntur de se homines propter hominum laudes.
Quid enim ista cæcitate tenebrosius, ad obtinendam
inanissimam gloriam errorem hominis occupari, &
Deum testem in corde contemnere? Quasi verò vllo
modo comparandus sit error illius, qui te bonum pu-
tat, errori tuo, qui homini de falso bono placere stu-
des, de vero malo displices Deo. Iam cætera planissi-

ma esse existimo. Nam & illud vsitatum præceptũ est, A vt prædicatori verbi Dei prębeat necessaria cui prędicatur. Ad bona enim opera hortandi erant, vt etiam egenti Christo ministrarent, staturi ad dexteram cum agnis: vt plus in eis operetur dilectio fidei, quàm legis posset timor. Neq; hoc quisquã maiore fiducia debet
Act.18.a.3. & 20.g.34. 1.Cor.4.c. 12. 1.Thes.2.b. 9. 2.Thes.3.b. 8.
præcipere quàm hic Apostolus, qui manib⁹ suis victũ transigens, hæc in se nolebat fieri, vt maiore pondere, propter eorũ magis vtilitatẽ qui hæc exhiberent, quàm propter eorũ quibus exhiberent ea se monere, omnibus demonstraret. Quod autem deinceps subiungit, *Nolite errare, Deus non subsannatur. Quod enim seminauerit homo, hoc & metet.* Nouit inter quæ verba perditorum hominũ laborent; qui constituuntur in fide rerũ earũ, quas non vident. Videt enim seminationẽ operũ suorũ, sed messem non vident. Nec talis eis messis promit
Abac.2.c.4.
titur, qualis hic rẽddi solet, quia iustus ex fide viuit. *Quia qui seminauerit*, inquit, *in carne sua, de carne sua metet corruptionem.* Hoc dicit de amatoribus voluptatum magis quàm Dei. In carne enim sua seminat, qui omnia quæ facit, etiã si bona videantur, propterea tamen facit vt carnaliter ei bene sit. *Qui autẽ seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Seminatio in spiritu est, ex fide cùm charitate seruire iustitiæ, & non obaudire desideriis peccati, quãuis de mortali carne existẽ-
1.Cor.15.d. 26.
tibus. Messis autẽ vitæ ęternę cùm inimica nouissima destruetur mors, & absorbebitur mortale à vita, & corruptibile hoc induet incorruptionem. In hoc ergo tertio gradu quo sub gratia sumus, seminamus in lachrymis cùm existunt desideria de animali corpore: quibus non consentiendo renitimur, vt in gaudio metamus, cùm etiã reformato corpore, ex nulla parte hominis, vlla nos solicitabit molestia, vllúm ve tentationis periculũ. Nã etiã ipsum animale corpus deputatur
Ibid.f.44.
in semine. Seminatur enim corpus animale, ait alio loco: vt ad messem pertineat quod adiunxit, surget corpus spiritale. Huic ergo sententiæ Propheta concinit,
Psal.125.a.5.
dicens: Qui seminat in lachrymis, in gaudio metet. Bene autem seminare, id est, bene operari, facilius est quàm in eo perseuerare. Fructus enim solet laborẽ cõsolari. Messis autẽ nostra in fine promittitur, & ideo
Matt.10.c. 22. Psa.26.d.14
perseuerantia opus est. Qui enim perseueraueritvsq; in finem, hic saluus erit. Et Propheta clamat, Viriliter age, & confortetur cor tuũ, & sustine Dominũ. Quod nunc Apostolus ait, *Bonum autem facientes*, inquit, *non infirmemur: proprio enim tempore metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.* Quos eum credendum est, nisi Christianos significare? Omnibus enim pari dilectione vita æterna optanda est, sed non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. Deinde cùm docuisset, opera ipsa legis, quæ sunt salubria & ad bonos mores pertinent, dilectione fidei posse tantummodo impleri, non timore seruili, redit ad illud, vnde tota causa agitur: *Vidistis*, inquit, *qualibus literis vobis scripsi manu mea.* Cauet, ne quisquam sub nomine epistolæ eius fallat incautos. *Qui volunt*, inquit, *placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum vt in cruce Christi persecutionem non patiantur.* Multùm enim persequebantur Iudæi eos, qui videbantur deserere traditas huiusmodi obseruationes: quos ipse quàm non timeat satis ostẽdit, cũ tales literas etiã sua manu scribere voluit. Docet ergo timorem adhuc in istis operari tanquam sub lege constitutis, qui ad circuncisionem gentes cogerent. *Neque enim qui circuncisi sunt, hi legem custodiunt.* Illam enim dicit custoditionem legis, non occidere, non mœchari, non falsum testimonium dicere; etsi qua huiusmodi ad bonos mores pertinere manifestum est: quæ nisi charitate & spe bonorum æternorum, quæ per fidem accipiuntur, impleri nõ posse iam dictum est. *Sed volunt vos circuncidi*, inquit, *vt in vestra glorientur carne*: id est, vt non solùm non patiantur persecutionẽ à Iudæis, qui nullo modo ferebant incircuncisis legẽ prodi, sed etiã glorientur
Matt.23.b. 15.
apud eos, quòd tã multos proselytos faciunt. Vt enim vnũ proselytũ Iudæi faciant, mare & terram eos circumire solere, Dominus dixit. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Mũdus mihi crucifixus est, ait, vt me non teneat: & ego mundo, vt eũ non teneã, id est, vt neq; mũdus mihi nocere possit, neq; ego de mundo aliquid cupiam. Qui autẽ in cruce Christi gloriatur, nõ vult placere in carne, quia persecutiones carnaliũ non timet, quas prior vt crucifigeretur ille sustinuit, vt vestigia sua sectãtibus præberet exemplum.
B *Neque enim circuncisio aliquid est, neque præputium.* Seruat vsq; in finẽ illã indifferentiã, ne quis eũ putaret, vel in Timothei circuncisione simulatè aliquid egisse, vel in cuiusquam agere, si fortè aliqua talis causa extitisset. Ostendit enim, non ipsam circũcisionẽ obesse aliquid credentibus, sed spẽ salutis in talibus obseruationibus
Act.16.a.3.
constitutã. Nã & in Actibus Apostolorum hoc modo inueniũtur illi circuncisionẽ persuadere, vt aliter eos, qui ex gentibus crediderant, saluos fieri negẽt posse. Non ergo ipsius operis, sed huius erroris perniciẽ refellit Apostolus. *Neq; circũcisio* ergo, *aliquid, neq; præputium sed noua*, inquit, *creatura.* Nouam creaturã dicit vitã nouã per fidẽ Iesu Christi: & notãdũ verbum est. Difficile enim inueneris creaturã vocari etiã eos, qui credendo in adoptionem filiorum venerunt. Dicit tamẽ & in alio loco: Si qua igitur in Christo noua crea-
2.Cor.5.d. 17. Rom.8.d. 21.
tura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.
C Omnia autem ex Deo. Vbi autem dicit, Et ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus: & postea dicit, Non solùm autem, sed & nosipsi primitias spiritus habentes: discernit eos qui crediderunt ab appellatione creaturæ, quomodo eosdem aliquando homines, aliquando non homines dicit. Nam exprobrans obiecit Corinthiis quodã loco, quòd adhuc homines essent;
1.Cor.3.a.3.
vbi ait, Nónne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Quomodo eũdem Dominum etiam post resurrectionem, alicubi non hominem appellat, sicut in principio huius Epistolæ, cùm ait, Non ab ho-
Gal.1.a.1.
minibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum: alibi autẽ hominem, sicut illo loco vbi ait, Vnus enim
1.Tim.2.b.5
Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. Et *quicunque*, inquit, *hanc regulam sectantur, pax super illos & misericordia & super Israel Dei*: id est, eos qui verè ad visionem Dei præparantur, non qui
D vocantur hoc nomine, & carnali cæcitate videre Dominum volunt, quando gratiam eius respuentes serui esse temporum cupiunt. De *cætero*, inquit, *laborem nemo mihi præstet.* Non vult per turbulentas contentiones tædium sibi fieri de re, quantum satis erat, exposita, & in epistola quam ad Romanos scripsit, & hac ipsa. *Ego enim stigmata Domini Iesu Christi in corpore meo porto*: id est, habeo alios conflictus & certamina cum carne mea, quæ in persecutionibus quas patior, mecum dimicant. Stigmata enim dicuntur notæ quędam pœnarum seruilium: vt si quis, verbi gratia, seruus in compedibus fuerit propter noxam; id est, propter culpã, vel huiusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur: & ideo in iure manumissionis, inferioris est ordinis. Nunc ergo Apostolus stigmata voluit appellare, quasi notas pœnarum ex persecutionibus, quas patiebatur. Propter culpam enim persecutionis,

Act.9.c.16.
tionis, qua persecutus erat Ecclesias Christi, hæc sibi A retribui cognouerat. Sicut ab ipso Domino dictum est Ananiæ, cùm idem illum Ananias tanquam persecutorem Christianorum formidaret, Ego illi ostendam, inquit, quæ oportet eum pati pro nomine meo. Veruntamen propter remissionem peccatorum in qua baptizatus erat, omnes illę tribulationes non ei valebant ad perniciem, sed ad coronam victoriæ proficiebant. Conclusio Epistolæ tanquam subscriptio manifesta est. Nam & in nonnullis aliis epistolis ea vtitur, *Gratia Domini Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres, Amen.*

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
ANNOTATIONVM IN IOB, LIBER VNVS.

Ex lib.2.retract. cap.13.

LIBER cuius est titulus, Annotationes in Iob, vtrum meus habendus sit, an potius B eorum qui ea sicut potuerunt vel voluerunt, redegerunt in vnum corpus descriptas de frontibus codicis, non facilè dixerim. Suaues enim paucissimis intelligentibus sunt, qui tamen necesse est offendãtur multa non intelligẽtes, quia nec ipsa verba quæ exponũtur ita descripta sunt in multis locis, vt appareat quid exponatur. Deinde breuitatẽ sententiarum tanta secuta est obscuritas, vt eã lector vix ferre possit; quem necesse est plurima non intellecta transire. Postremò tam mendosum cõperi opus ipsum in codicibus, nostris vt emendare non possem: nec editum à me dici vellẽ, nisi quia scio fratres id habere, quorum studio non potuit denegari. Hoc opus sic incipit:

De CAP. I.
Et opera magna erãt ei super terram. Quia operabatur de ipsis operibus. *Faciebant cõuiuium quotidie, donec eorum numer⁹ impleretur.* Signũ est charitas. *Et offerebat pro eis victimas, secũdum eorum numerum.* Intelligendum, alias esse peculiares confessiones, quasi singulas victimas. Aliud verò sacrificium pro omnium & pro omnibus peccatis, quod significat ante Dominum. *Ne fortè peccauerint filij mei, & maledixerint Deo in cordibus suis.* Bene additur, ne fortè: quia in corde eos maledixisse suspicabatur. *Et ecce venerunt angeli Dei vt starẽt coram Deo.* Affectio animæ ad veritatẽ nõ potuit aliter narrari, nisi temporaliter & localiter quodammodo diceretur. *Et venit equidem diabolus cum eis.* Vtrum quia non potuit, nisi per eos audire, dictum est, cum eis. *Et dixit Dominus diabolo, Vnde ades?* Collatio præteritę actionis cũ eo, vnde permittitur aliquid de inceps agere, responsio ad interrogationem est. Ipsa verò interrogatio vis diuina est, in qua non permit-
Sap.1.c.9.
titur agere quod libet. In cogitationibus enim impij interrogatio erit ad manifestandũ eum nobis. *Sed mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet, da potestatem nisi in faciem tuam benedixerit tibi.* Pendens locutio: id est, si non tibi in faciem benedicet tactis rebus suis, quasi subaudiretur, quid iubes? *Et discessit diabolus à facie Domini.* A consultatione ad actionem. *Et venerunt hostes & ceperunt eos.* Secundum illud. Qui nunc operatur in fi-
Eph.2.a.2.
liis diffidentiæ, etiam istos excitauit. Notandum autem quomodo in hominibus habuerit potestatem, & in elementis, sed tamen datam à Deo. *Nudus exij de vtero matris meæ.* Notandum quàm consolatoriè loquatur, quamuis secundum consuetudinẽ luctum fecerit.

De CAP. II. *al. tamen* De CAP. III.
ECCE *trado illum tibi*, † *tantùm animam eius custodi.* Ne vitam eripere posse præsumeret. *Et tulit sibi testam vt raderet saniem.* Per passionem Domini significat radi peccata confitentium. ET *nox in qua dixerunt, Conceptus est homo.* Aliquæ superiores potestates, quæ hoc scire potuerunt. *Nox illa sint tenebræ.* Ne patiatur iam quæ passus est: hoc est, sint tenebræ: id est, sit oblitioni. *Neque requirat eam Dominus desuper.* Non reparetur per immortalitatem: id est, pereat mortalitas. *Ne veniat in ea lumen.* Lumen memorię. *Sed excipiant illam tenebræ & umbræ mortis.* Vita ista quæ vmbra est al. pœna.
futuræ † vitæ, vt sit sensus, Iustus qui lumen est, non eam videat, sed tenebræ, hoc est, peccatores & carnales tribulationes de vita ista. *Et conturbent eam, quasi amaritudines diei.* Præcepta bonæ vitæ, vel dies iudicii, quibus perturbantur carnales. *Et noctem illam accipiant tenebræ perpetuæ. Non sit in diebus anni.* Iustis spiritalibus qui sole fruuntur, & maiores sunt. *Sed nox illa sit dolor.* quia dolorem facit diligentibus se. *Neque numeretur in diebus mensium.* Iusti in ecclesia propter lunam tanquam minorem. Ad quos dicitur, Et ego fratres 1 Cor.3.a.1.
non potui vobis loqui quasi spiritalibus, vt ipse Paulus sit, de diebus anni. *Sed maledicat illam maledicens illi diei.* Dominus. Qui maledicet amantes carnalia. *Tenebrescant sidera noctis illius.* Eminentes in peccatis. *Permaneat, & in lucem non veniat.* Quia non conuertentur, dicit per Prophetam. *Quia non conclusit portas ventris* Psal.9.c.24.
matris meæ. Ciuitatem terrenam, quam significat Babylon. Concluderentur enim portæ, si non laudaretur peccator in desideriis animę suæ. *Quare enim in ventre non obij?* Antequam eminerem tibi per aliquam actionem. Conceptus enim ad spem pertinet. *Ex vtero exij, & non protinus perij?* Huius ergo figura intelligenda est in his verbis, qui in talibus concupiscentiis fuerat inueteratus. *Et vt quid constiterunt mihi genua?* vt ibi confirmaret? *Quare vbera suxi?* ddoctinæ nutrientes ad nequitiam. *Nunc vtique dormiẽs quiescerem.* moriendo huic mundo. *Cum regibus honoratis terræ*; in Ecclesia, *qui gloriabantur in gladiis.* Vnde est, Et gla- Eph.6.c.17.
dium spiritus, quod est verbum Dei. *Aut cum principibus quibus multum fuit aurum.* sapientia. *Qui compleuerunt domos suas argento.* eloquio Domini. *Aut tanquam abortiuum prolapsum de vulua matris.* vt nunquam emineret. *Aut tanquam infantes qui non viderunt lucem.* Ad nobilitatem aliquam non peruenerunt. *Ibi impij depo-*
D *suerunt furorem suum.* In morte ab hoc mundo. *Ibi requieuerunt fatigati corpore.* Aut fatigati corpore non animo, aut finem corporalium consecuti. *Non audierunt vocem exactoris.* Iudex tradet te exactori, inde est: hoc Mat.5.d.26.
est, donata illis esse peccata: de impiis quippe dicebat. *Pusillus & magnus ibi est.* De vno dictum puto bene intelligi, secundum illud quòd qui se humiliat, exalta-
Luc.14.b.11
Rom.13.a.3.
1.Ioan.4.c.
18.
bitur. *Et seruus non timens Dominum suum.* Siue secundum illud, vis non timere potestatẽ, bonũ fac. Siue secundũ illud, Consummata dilectio foris mittit timorem. *Vt quid enim datur eis, qui in amaritudine sunt lux?* peccatorum honor. *Et vita animabus quæ sunt in doloribus?* In dolorum materia, hoc est, in peccati. *Quæ desiderant mortem, & non contingit illis*, Adoption-m

fructus peccati. *Mors viro requies, cuius vita absconditа est*. vel quia corã Deo vel quia paucis nota. De ea verò iam morte accipiendum per quam morimur mundo. In illa enim nõ est requies. *Conclusit enim Deus aduersus eum*. nõ eum dando in desideria cordis sui. *Ante escas quippe meas gemitus adest*. Ante gaudium ciborum Dei tribulationes præcedere. *Et fleo coarctatus timore*. vides, quia euitare nõ possum quæ timui. † *Timor quẽ verebar venit mihi*. Aduersa quæ de misericordia Dei ad correptionem fiunt. *Neque in pace, neque in silentio, neque in requie*. Falsa enim fuerunt, propter quæ timebat. *Venit enim mihi ira*. vindicta, secũdum quam iustus vix saluus fit. Pondus *autem verborum tuorum quis sustinebit?* Hic ergo dicit se cogi ad loquendũ, quia non sustinet dicta eius. *Nónne timor tuus stultus est?* Paratus enim ad hæc esse debueras, si aliis veraciter suadebas. Nec talia bene timuisti; cùm diceres, Timor enim quẽ verebat venit mihi. *Et spes tua & simplicitas vitæ tuæ quasi stultitia.* Qua ista bona putãtur. *Fremitus leonis & vox leenæ*. Ipse diabolus & superbiæ ciuitas, quæ sæpe etiam bestiæ more à Prophetis ponitur. *Et gaudiũ draconũ extinctum est*. superborũ & insidiosorũ. *Myrmicoleon perit, eo quòd non haberet escam*. Quia in nouissimo nõ erunt, quos inducẽs comedat. Separabuntur enim pii ab impiis. Hic autẽ errat, quòd ea quę de diabolo audierat prophetata, de Iob intelligebat. Myrmicoleon verò accipiẽdus est, vel quia vtrunque in eo est, cùm & rapit & occultè prosequitur frumenta, quæ sublato oculo facit non germinare: vel quia auaris & in terra thesaurisantibus dominatur: vel quia iustos persequitur, quasi formicas prępartantes sibi escas estate ad hyemẽ, quibus † tũ pascentur, cùm boni ab impiis fuerint separati. *Et catuli leonum diuisi sunt ab inuicem*. Conspiratio principum ciuitatis illius dissipata est, qui nati sunt de illa societatis ciuitate & diabolo: vel quia se inuicem vastauerũt. Inde est, Exurget gens cõtra gentẽ. *Nihil horum tibi accidisset*. Vel illa damna & orbitas & plaga vulneris: vel te nõ penetraret dolor animi, quia & te consolareris si aliis ex corde dixisses. *Nunquid non capit auris mea ab eo magnifica?* Quia ista quæ dicit, ex reuelatione se dicit dicere. *Et spiritus in faciẽ mihi occurrit*. Quasi flatum sensisse vult intelligi: nã negat in consequentibus fuisse figurã. Reminiscendum ita etiam spiritũ in Apostolos descendisse. *Quid enim? nunquid homo coram Domino mũdus erit?* Aut hæc audisse se dicit, aut dicit ideo se horruisse, quia nemo mundus corã Domino, vt Deum, vt est, videat. Modò mundus secundũ perfectionem accipiendus, vt quod superius negat mundũ hominem perite, secundũ quendam modum intelligamus. *Si contra seruos suos non credit*. Quod euenit cùm diceret Helias, Domine, Prophetas tuos occiderunt. Et dicit illi, Reliqui mihi septẽ milia virorũ. Nõ enĩ inde septẽ milia virorũ iã mũda erãt. Nã Angeli dicti sũt & Prophetę. *Et aduersus angelos suos paruum quid reperit*. Vel quod aduersus eos dicitur, vel quod ipsi dicant. Hoc tamen potest etiam de veris angelis accipi, *Habitantes autem domos luteas, quorum conuersatio non est in cælis, percussit illos tanquam tinea*. Aut aliqua corruptio percussit eos tanquam tinea: aut Deus eos percussit, vel hac tinea, vel sicut percutit tinea: hoc est, latenter intrinsecus corruptione ab eisipsis exorta per concupiscẽtias carnales, hoc est, habitatione in domibus luteis. *Et à mane vsque ad vesperam vltra non sunt*. Aut vltra secundum hoc non sunt, aut à prosperis rebus vsque ad tribulationẽ: pœnam enim consecuti sunt. *Et quod non possent sibiipsis subuenire perierunt*. cùm in se habent spem. *Interierunt, quia non habebant sapientiam*. non in se sperandi.

Verba Eliphaz, Ex Cap. IIII.

al. Timorem.

al. nonpascẽtur.

Marci 13. a. 8.

3 Reg. 19. d. 18.

De Cap. V.

Invoca *autem, si quis tib respondeat*. Illis enim respondetur qui mundi sunt corã Deo. *Etenim stultum perimit ira*. Indignatio qua quisque angitur, tanquã iniquè sibi aliquid acciderit: dũ non cogitat vsq; adeo se immundũ esse coram Deo, vt inuocanti nõ angeli respõdere, aut se demõstrare dignati sint. Qui enim hoc non cogitat, stult⁹ est, & ira irrationabili interimitur. Aut id circo angelos nõ audire, nõ videre potest stultus, quia ira interemptus est, & à zelo occisus. *Errantẽ autem occidit zelus*. ad imitandũ peccatores. *Ego autẽ vidi stultos, radicem mittentes*. Stultos nunc impios accipiẽdum, vt econtrariò sapiẽtia hominis pietas sit, sicut in consequentibus dicitur. *Et conterantur super ianuas infirmorũ humilium*, cùm recepti fuerint in cubiculũ à sponso, & stulti foris remanserint. *Quæ enim congregauerunt, iusti comedent*. Et de Iudæis potest intelligi, congregantibus prophetias, quas gentiles potius comederunt. Et de his qui facientes comedunt, quæ alij præcipiunt & nõ faciunt. Ipsi verò de malis non liberabuntur, quamuis prædicent nõ esse facienda. *Exhauriatur fortitudo eorũ*. qua superbiunt aduersus infirmos. Exhauriatur autẽ vt iam incipiat laborare. *Non enim prodiet de terra labor*. Id est, de creatura non conquerantur, sed de se. *Sed homo in labore nascitur*. Secundũ id dictum est, nascitur, secundũ quod in laboriosam vitam ex quieta quisque cõuertitur. *Pulli autem vulturis altissimè volitant*. Vultur bene intelligitur Dominus, quia altitudinę prophetiæ videt mortalitatẽ nostrã, qua descendens pasceretur, cõuertens nos in corpus suum. Pulli ergo vulturis, filij spõsi dicti sunt. Altissimè autem volitantes, conuersationẽ in cælis habentes, vt à labore liberentur in quo homo nascitur. Secuti sunt quippe vocẽ dicentis, Venite ad me omnes qui laboratis. Possunt & pulli vulturis in malo intelligi aereę potestates, quæ mortibus, hoc est, peccatis pascũtur. Quoniã huiusmodi præuaricatores angeli nõ sunt perducti ad humilitatẽ mortalitatis multũ laboriosam, in qua homo nascitur, valde illi superbiũt, hoc est, altissimè volitãt. *Qui dat pluuiã super faciem terræ*. Tanquã cõfitẽtibus faciat misericordiã. *Vt non faciat manus eorum veritatem*. Nõ faciãt quod promittunt. *Inhiantes dominari infirmis, in die occurrent illis tenebræ*. Vt Iudæis qui Dominũ non cognouerunt quis esset. *Aut tanquam in nocte palpabunt in meridie*. Sicut videntes signa, tamẽ dubitabant dicẽtes, Propheta est. Alij, seducit populum: quãdo nec ad lucernam videre voluerunt. *Et pereant in bello*. in tentationibus. *Et egrediatur de manu potentis infirmus*. diaboli, *Sit autẽ infirmo spes*. illi enim fortes rem hic quærunt. *Beatus autem vir quem arguit Dominus*. In hoc enim errat, quia videtur sibi, quòd Iob iniquitatibus suis hæc patiatur, cùm ex hoc beatus sit, quia in hac vita cùm arguitur, habet corrigendi possibilitatẽ. *Et in septimo non te tanget malũ*. Sacramentum sabbati. *In fame te liberabit à morte*. Verbo enim alit & facit firmum ad tentationes. *In prœlio vero de manu ferri soluet te*. De potestate vinculorum. *A flagello linguæ abscondet te*. Ne sentias contumelias. *Nónne patieris iniustos, & iniquos deridebis?* Vt sapientia perditioni iniquorum irridebit. *Et feroces bestias non timebis*. id est, Iudæos non timebis: *quia tibi gentes obaudient*. Hæc autem de Domino accipienda sunt. Eliphaz hic errat, quia putat de Iob intelligenda, quæ ei reuelata sunt, cùm totum Domino competat. *Quia cum lapidibus agri habebis fœdus*. Lapides agri, quia in gentibus nulla ordinatio legis fuit, vt quasi de ædificio lapides essent. *Bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi*. Siue de Iudæis, siue de gentibus. *Deinde scies quòd in pace erit domus tua*. id est, Ecclesia. *Et filii tui erunt quasi omnis herba in campo*. sine ariditate. *Et venies in sepulchrum tanquam frumentum maturum*. post passionem

Phil. 3. d. 20.

Mat. 11. d. 28

Ioan. 7. b. 11.

sionem. *Ecce hæc ita exquisiuimus*. Hic autoritas huius prophetiæ cõfirmatur. *Tu verò scito temetipsum*. quid egeris. Nõ enim iniustè hæc tibi De⁹ permisit accidere.

Verba Iob. Ex Cap. VI.

Sed *vt videtur, verba mea sunt mala*. Nõ enim verba Iob de impatientia sunt flagellorum, cùm significent dolorem, nõ peculiarem Iob, sed quem habuit de omni genere humano. *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt*. Verba Dei quibus anima transfigitur, cùm cogitur ad confessionem. *Quarum furor bibit sanguinem meũ*. Tollunt enim peccatum. *Cùm enim incipio loqui, stimulant me*. Quòd enim loquor, Illæ cogunt. *Quid enim? Nũquid frustra onager clamabit, nisi escam requirens*. ne inde famem patiatur, quia liber esse voluit. *Aut bos mugiet, cùm habeat in præsepi cibos*. Asino cibaria labore bouis præparantur, sicut gentibus labore Prophetarum & Apostolorum, qui vtique Iudæi fuerunt. Itaque hæc verba cibum desiderantis sunt, id est, auxilium, non impatiẽtis ad dolorem. *Nunquid potest sine sale edi panis*. Quasi ei diceretur: Cur sic ea per figuras dicis? Respondit, quia si ex persona sua ea diceret, insulsa essent. *Aut est sapor in sermonibus vanis*. Vanos sermones hominum dicit, quia panis verba Dei sunt, sed panis cælestis. *Sic nec anima mea potest cessare*. Quomodo non potest sine sale edi panis sic nunc ministerium præbeo verbo Dei propter illud. Quomodo audient sine prædicante? *Fœtidas enim escas meas video, sicut est odor leonis*. Nam verba mea fœtida sunt sicut leo, vel propter superbiã, per quã iactãtes putent, vel propterquod amplexantes carnalia fœtorẽ leonis habent, qui propriis verbis gaudent. *Quis det vt veniat postulatio mea*. Postulationẽ dicit rem quã petebat. *Et spem meã det Dominus*. Sic enim cõfidens ob spẽ post tribulationem venturæ consolationis, opportunè tẽtatur. Bene autẽ spem dicit, quia cùm res venerit, iã tentatio non erit necessaria. *Sit mihi ciuitas sepulchrum, super cuius muros saliebam*. Societatem illam Babylonij vult sibi sepulchrum, nõ vt eũ obruat, sed vt sciat quia mortuos teget quicunq; in illa fuerunt, de cuius tanquã firmamento & munimine superbiebat. *Non parcã. Non enim mẽtitus sum: verba sunt sanctì Dei mei*. Quia nõ alia dixit quàm audiuit à Deo, id est, de homine generaliter prophetat, quia auxilio indiget in confessione. *Quæ est enim virtus mea vt sufferã*. Quod significat vulnus eius. *Aut quod tẽpus meũ vt sustineat anima mea*. Quia imminente morte terrentur homines, vt cõuertantur & confiteantur Deo putredinem peccatorũ cuius cõsideratione se dicit cogi ad cõfessionem. *Nunquid virtus lapidum virtus mea*. Duros & impenetrabiles iaculis verborum Dei, qui non mouentur ad confitendũ. *Aut non in ipso confidebam, cùm mihi bene esset*. id est, cùm essem immortalis ad imaginem Dei. *Sed adiutorium à me recessit*. Factus mortalis volens in me confidere. *Et visitatio Domini me despexit*. Secundum quod dictũ est: Aut filius hominis, quoniam visitas eum. *Propinqui mei non respexerunt me*. Horrui angelis, *Tanquam torrens deficiens*. Misericordia enim aliquãdo inundauit me. *Et siccaui, & nõ fui mihi fons, aut sicut fluctus transierunt me*. Tanquã sint consolationes potus. *Qui me metuebant, nunc irruerũt super me*. Diabolus cum angelis suis. *Perij, & exul de domo mea factus sum*. Aut de habitatione cælesti, aut de cõscientia. Idcirco foras extra domũ suam sedebat. *Vias Themanorum videte, semitas Sabæorum intuemini*. Illos significat qui in temporalibus fidunt, de quibus se, id est, hominem quem significat, dicit nõ prę sumere. *Nũc autem & vos insurrexistis in me sine misericordia*. putantes beatitudinem hominum, si carnalibus abundent, quia insultabant potius quàm compatiebantur. *Sed videntes vulnus meum, timete*. Intelligentes quid significet, timete futuras pœnas. *Quid enim, nunquid aliquid vos petij, aut fortitudine vestra indiguo*. Quia coram eo infirmus est, qui potest cum saluare. *Docete me, & ego obmutescam*. Idcirco enim patientes debuerũt esse ad doctrinã eius, quia ipsi eum docere non poterant. *Sed vt video, parua veri hominis verba dicitis*. Eum dicit verũ hominem, qui personam significat agẽtis pœnitentiam, conuersione ad Dominum, cuius parua verba dicebant. *Non enim à vobis auxilium peto*. Verus enim homo à Deo petit auxilium. Ille enim verus est qui confitetur. Vnde est, Qui facit veritatem, venit ad lucem. *Neque enim elocutionem sermonis vestri sustinebo*. Dei enim locutionem se dixit sustinere qua instruatur. *Veruntamen super pusillum irruistis*. Quod ad vos pertinet, insultare mihi voluistis, quãuis non intellexeritis quid significet, quia neq; Iob quem videbant insultare debuerant. Ideo veniunt tamen. *Nunc autem aspicientes vacate mihi*. Nõ habentes quod me doceatis. *Et rursum iustitiæ adestote*. Quia primo videbantur sibi iustitia cogi ad loquendum. *Non est enim in ore meo iniquitas, & fauces meæ nónne sapientiã meditabantur*. Dicit se non Deum accusasse, sed hominem induxisse accusantem iniquitates suas, sicut superius sermo eius intellectus est. Hanc dicit meditationem sapientiæ. Nunquid *non tentatio est vita humana super terrã*. Hic iam apertius ostendit, ex cuius significatione superius loqueretur. Tẽtationẽ verò dicit tanquam stadiũ certaminis, vbi vincit homo vel vincitur. *Et sicut quotidiani mercenarij vita ei⁹*. Temporalem mercedẽ expectantis, vt iam eorum qui iustitiæ suæ fructum in futuro expectant, non sit vita super terrã. *Aut tanquam seruus metuens Dominum suum, & consecutus vmbram*. Quod significat absconditio Adæ à facie Domini, & tectio foliorũ de quibus vmbra fit, quam relicto Deo consecutus est homo. *Aut tanquam mercenarius qui expectat mercedem operis sui*. Iste à superiori in hoc differt, quòd superior habuit, hic autem habere desiderat ipsa temporalia. *Sic & ego expectaui menses vanos*. Iam ad vmbram dixit vanos, id est tẽporalia bona. *Et noctes dolorum datæ sunt mihi*. In quibus & lux amittitur sapientiæ, & materies est pœnarum. *Si dormiero, dico quando dies est? & si surrexero, rursum, quando vesper?* Quãdo cupiditatem negotij patitur homo in otio, & otij in negotio. *Repleor autẽ doloribus à vespere vsque ad mane*. Quo occidit à Deo. Vnde & ad vesperam deambulãs Deus eos dimisit: quod significat volẽtes, quib⁹ nulla expectatio est remedij, nisi mane. De quo dicitur, Mane astabo tibi, id est, quando post iudiciũ mane Deus reuelabitur iustis. Vnde & Dñs vespere sepelitur, & mane resurgit. Hanc ergo vitã tanquã lucifero potest cõparare. *Et concrescit corpus meũ putredine*. vermium multitudine. *In fundo globos terræ, radens saniẽ*. Expressio cupiditatum vel curarũ confessionis, in qua gaudent iniqui, quòd ad occasionem redigunt peccãdi, quæ alij per pœnitentiã confitẽtur, vnde sunt canes qui Lazari vulnera lingebant. *Et vita mea exilior est quã loquela*. Minus enim facio quàm loquor. *Recordare ergo, quia spiritus est vita mea*. id est, in vita spiritali. *Et non reuertar ad visibilia*. Nõ me cognoscet oculus videtis, quia mutabor, vt videtẽ hic diabolũ accipiamus inuidẽtẽ. *Oculi tui in me, & nõ subsisto*. interficis enim in me vitã carnalẽ in qua fui. *Tanquã nubes expurgata de cælo*. Aut p cælum turbata, quomodo dicimus de ferro purgato, vt hic significauerit auxiliũ sibi fuisse de cælo, vt purgaretur: aut certè vt iã nõ sit nubes, sed in aerẽ purũ extenuetur, tanquã radiis solis expurgata, vt obscuritas carnis & sanguinis nõ sit in cælo. Nõ enim caro & sanguis regnũ Dei possidebũt, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & absorbebitur mors in victoriã. *Si enim homo descenderit ad inferos, vltra non ascendet*. Ad hoc ex-

Pſal. 8. a. 5.

De Cap. VII.

Ioan. 3. c. 21.

Ibidem.

Pſal. 5. a. 4.

Ioan. 19. & 41. & 20. a. 1.

Lucæ 16. c. 20.

1. Cor. 15. c. 50.

go recordare, vt non descendas. *Et nō reuertetur amplius in domū suam.* id est, ad requiē suam. *Propterea itaque & ego non parcā ori meo.* Confitendo cùm tēpus est. *Vtrùm ne mare sum ego, aut draco.* Nō enim sicut impios aut diabolum repulisti: *quia statuisti super me custodiam*: vt non me moueam ad perturbationem, vt sunt maris termini. *Quia dixi, consolabitur me lectus meus.* Carnalia in quibus requiescebat. *Et referā ad meipsum consolationem in thoro meo.* Ad te enim debeo referre consolationē meā. *Exterres me per somnia, & per visionem me obstupefacis.* per tribulationes vitæ huius, quæ ita somnia sunt, quomodo & bona vitæ huius somnia. *Absolues à spiritu meo animam meam.* propter visibiles terrores à quibus liberabitur anima metuens venire ad eos. *Et à morte ossa mea repuli*, nam ierant in mortem ossa mea, nisi his exterritus fortior essem, & patiens, quod est ossium firmitas. *Non enim in sempiternum viuam.* vt patienter feram breuitate vitæ. *Et metu mortis me correxi.* Vnde inconuertibilis diabolus, quia nō moritur, sed damnatur. Initium sapiē-
Eccl.1.b.11. tiæ timor Domini est. *Discede à me, vana est enim vita mea.* Quia non suffero tentationes. *Aut quia sensu tuo intēdisti in eum.* propter quod rationalis est. Vnde illud,
1.Cor.2.d.16. Nos autem sensum Domini habemus. Rationis verò munus dicit extensionem intellectus. *Et in requie iudicabis eum.* dignum requie. *Vsquequo me non dimittis, vinctum tribulationibus, neque deseris donec deglutiam saliuam meam.* In dolore ac flagellis contineam & absorbeam voluptatū fluxus, per tribulationes admonitus. *Si ego peccaui, quid possum tibi facere.* Sensus hic est, Si peccaui, nihil possum facere. *An forte loquendo molesti tibi sunt homines.* Tu ergo qui scis sensum. *Quare constituisti hominem, vt loqueretur aduersus te, vt esset tibi oneri.* Si autē peccatum hominis, nec facto nec dicto tibi nocet. *Quare non obliuisceris peccatum eius.* Sed purgas illud potius: nisi quia illa quę supra dicta sunt, ad bonitatem tuam referuntur. *Quid est enim homo, quòd exaltasti eū, &c.* Quæ non intelligentes amici eius, putauerunt ab eo Deum reprehēdi. Si enim nō propterea facis mihi tētationes vt cohibeā fluxos motus meos, vt mihi ita cōsulas, quę alia causa est, vt corripias hominē? Nō enim nocere tibi potest, quia peccat: aut sentis quasi aduersitatem loquelæ eius, cum scias sensum humanum, & vtiq; posses, quod tibi aduersarium est, non constituere. *Et quare non es oblitus iniquitatis meæ.* Si non ea causa, vt mihi prodessent tentationes istæ, vt bonitatis tuæ sit totum, & quòd me corripis? *Nunc autem in terrā ibo.* Cùm enim purges peccatum meū, restat mihi tamen adhuc in terram ire per mortem corporalem. *Nam euigilabo, & vltra non ero.* in hac terra. MISIT *in manum iniquitates eorū.* In manū misit, aut in vindictā, aut supplātationē.
Baldath Suitis verba. De CAP. VIII. *Debitores eos.* id est, peccatores demōstrauit. *Et restituet tibi vitā.* iustitiæ, quæ debetur iustitiæ, id est, beatā. *Et erunt priora tua minima.* in cōparatione posteriorū, quæ infinita erunt. *Aut nunquid non hi docebunt te, & referent tibi.* Quoniam nonnullorum maior est autoritas. Iam & hic de Christo dicturus audira narrat, quomodo Eliphaz narrauit reuelationē. *Nunquid viret scirpus sine aqua.* Ita ergo & impij arescent sine misericordia Dei. *Adhuc in suā radice consistit, & nō meretur.* Si aquā nō habeat. *Antequā uiuat omnis herba, nónne arescit.* nisi bibat? *Non enim ante aliquando viruit impius, atque araneis implebitur tabernaculum eius.* Opera inutilia. Iam verò de Iudæis & Domino videtur dicere. *Quòd si & suffulserit domū suā, non stabit.* Aut scripturis sanctis, aut spe promissionis Domini, aut regnū ipsum. *Et cùm cœperit, non per-*
al. puruescentes. *manebit sequi Deū.* Quod Iudeis euenit, q̄ secuti nō sunt incipiētes. *Humidus enim est ante solē.* carnaliū fluxu† putrescēs. Ante solē verò, sub tribulationib⁹: vt ante, sub, significet, sicut dicimus, ante me fac. *Et de putredine eius*
A *germen eius ascendet.* Nisi enim illi tā mali essent, non per Rom.1.a.5. passionem exaltaretur Dominus, qui de illis secundū carnē natus est. *In congregationibus lapidum dormit.* Maiores enim illum crucifigēt, & in medio lapillorum viuet humiliū, de quibus fuerunt Apostoli. *Si deglutiatur locus, mentietur eum.* Si abscōderit quòd filius Dei sit, dicetur, quia non est filius Dei. Opus est ergo vt ipse sese indicet: in hoc enim loco nō possunt diuina cognosci. *De terra autem alterum germinauit.* vel Dominus resurgēdo, vel alterū genus piorum, id est, Christianorū. *Dominus enim non probauit innocētem.* An nō reprobauit? Vel illud, Impiū non probauit innocentē. *Nec vllū munus.* Id est, sacrificia quæ habebant Iudæi. *Veracium autem os impleuit risu.* confitentiū. *Et tabernaculum impij*
Verba Iob, Decap. IX. *non permanebit.* vel ipsum tēplum, vel regnū. VERE *scio quia ita est.* Id est, quia secundum iniquitates meas hæc mihi restituit: sed non sicut vos arbitramini. *Sed*
B *quia nemo est in conspectu eius iustus, non respondebunt ei vnum de mille.* In omnibus quippe cōuincet. *Qui in vetustatem perducit montes, & nesciunt.* Id est ad infirmitatē.
Psal.6.b.8. Vt est, Inueteraui in omnibus inimicis meis. *Qui vertit eos in ira.* Irascendo eos vertit, id est, vt aliud inueniāt quàm appetierant cùm qui se exaltat, humiliabitur.
Luc.14.b.11 *Qui commouet orbem à fundamentis.* per vocationē quę facta est, per quam cōmoti sunt excellentes in mundo.
Daniel.11.b.4. *Et columnæ eius mouebūtur. Qui præcipit soli, & non oritur.* Vt aut sapiētia nō intelligatur, aut qui scripserunt. Vt est, Signa librū. *Qui extendit cælum solus.* Ecclesiam, quæ propriè Dei sedes est, quam extendit per totū orbem solus, ad significandam vnitatem trinitatis. Nā vtique per filium in spiritu sancto omnia facta sunt. *Et ambulat super mare tanquam super terram.* Super terram, id est, firmiter confirmans ecclesiam in sęculo, vel subiiciē-
C do sibi peccatores in quibus nō mergitur, non cedendo tētationibus eorum. *Si transgressus me fuerit, non videbo. Si altior me fuerit, aut celeritate perstrinxerit me, nō eū agnoscam.* Opus est ergo, vt & cōgruat infirmitati meæ, & non me deserat. *Si enim morti tradiderit, quis auertet.* Morti enim tradit, cùm vel transgreditur, vel transit vt nesciatur. Hæc est mors animæ, vt Deum nesciat. *Ipsius enim inauertibilis ira.* Aliorū enim potest auerti. *A potentiore ab ipso subdita sunt cætera sub cælo.* Excepto ipso cælo, id est, rationali creatura, quia si ipsa sibi cætera subdidisset, nunquam per ea, quæ sibi † subdiderat, al. dederat. puniretur. Quia verò Deus ei illa subdidit, punitur per ea, quādo offenderit eū q̄ subdibit. *Quod si etiā iustus fuero, non exaudiet me.* Rogans eū, pręsumens de mea iustitia. Cōparans enim ea his quæ apud se sunt incōmutabilibus & perpetuis, tanquā iniustū me non exaudiet. Ergo eius mihi misericordia necessaria est. *Iudiciū eius*
D *rogabo.* Quia ego iudicare nō possum me iustū esse. Vnde est, Sed neq; meipsum iudico, qui aūt iudicat me, 1.Cor.4.b.3. Dominus est. *Si verò inuocauero, & non exaudierit, non credam, quoniam exauduit vocē meam.* Cùm iudiciū eius rogo, si non exaudierit, non credā quòd vel aliquando exaudierit me. Occultis enī causis me audiuit, nō merito deprecationis meę: aut certè nō credā nō me exauditū nunc. Aliquādo .n. exauditus sum. Aut ita, Quia si exaudierit quod peto, credā etiā exauditū me. Nā si non credidero, quāuis fiat quod peto, tamē non exauditus sum, vt signū exauditionis credulitas postulantis sit. *Ne fortè in turbine me cōterat.* Propterea quero iudiciū eiⁿ, ne in turbine me cōterat. *Multas enī tribulationes meas fecit sine causa.* Quorū causa me latuit. Aut certè confitētis vox est, flagellis Dei cōfitētis nō se esse correctū, & idcirco posse turbine cōteri quasi maiori supplicio. *Non enim sinit me respirare.* Tā multæ sunt tribulationes meę

nes meæ. *Etenim quia potest, obtinet & vincit.* Vt voluntatē eius faciā, non meam. *Quòd etsi fuero iustus, os meum*
al. auferuit. *impia loquetur: si me iustum putauero, veruntamen † auferetur vita mea.* Quāuis nesciā si impiè egi, tamē † auferetur vita mea, vt patiar quæ nolo, aut nō faciā, quæ volo. *Vnum est quod dixi, magnum & potentem disperdit ira.* Id est, propter hoc vnum fiunt tribulationes hominibus, vt magnus sibi potēsq; nemo videatur, præsumēs de viribⁿ suis. *Quia nequam homines in magna morte erunt.* Non in mediocri, in qua sunt etiā iusti cū tribulātur, & ab eis deridentur. *Terra tradita est in manus impij.* Aut corpus iustorū non anima, quū eos persequuntur, aut quādo impius dominari permittitur. Potest & accipi homo peccator in manus diaboli secundū mortalitatē suā. *Faciens iudicium eius operit.* Aut ipsius impij iudiciū, aut iusti. In hoc enim tēpore opertū est. Aut certè hoc ipso facit iudiciū eius: id est, eo illū punit, quo occultat ei prouidentiā suā. Vt est, Præ magnitudine iræ B suæ non requiret. Vel eo iustū vindicat quo occultat ei. *Persecutori eius iudicium suum.* Id est, prouidētiā suā, vt arctius peccatorū laqueis per impunitatē capiatur. *Quod si non est, quis ergo est.* Potest hoc de Domino intelligi, qui & derisus est, & cuius terra, hoc est, corpus, traditū est in manus Iudæorū, & cuius iudiciū faciēs occultaūt maiestatē ipsius. Quod si ipse non est, quis ergo est, q̄ maiora facit q̄ fecit ipse? Vel sic, Quòd si nō facit Deus iudiciū iusti vel impij, q̄s pōt facere? *Vita au-*
Lucæ 15.c.13 *tem mea leuior est cursore.* Tāquā fugitiuos dicit homines à iustitia discedentes, vt ille filius minor profectus in regionē lōginquā. *Aut quasi aquilæ volantis & quærentis escam.* De superioribus in quibus animæ rationales naturaliter beatæ sunt: id est, operibⁿ iustitiæ inclinauerunt se ad terrenas voluptates. *Quod si & locutus fuero, obliuiscor dum loquor.* Locutio quēadmodū affectū habuit ad exteriora, sic anima dū progreditur ad ea, quæ C foris sunt cupiditate fruendi creatura, obliuiscitur interiorē creatorē. *Declinans in faciem ingemiscam.* Illam enim declinationē dolores sequūtur. *Commoueor omnibus membris.* Timor quo incipit recurrere. Et *quia sum impius, quare non sum mortuus, & laboro.* Scio subaudis. Aut dicit se laborare, quia impietati mortuus non est. Et *mundatus fuero mundis manibus.* Aut Dei manibⁿ, aut suis: id est, bonis operibus per regenerationem. *Satis in sorde me tinxisti*: In istā mortalitatē perductū. *Et execra-*
1.Cor.5.a.4. *tum me est vestimentum meum.* Immortalitas qua cupimⁿ superuestiri. Sed quia non possumus in hac corruptione, ideo dicit, Execratū me est vestimētū meū. *Non est enim homo, sicut & ego cui contradicam.* Homini enim possem demonstrare iustitiā meā, in tuo autē iudicio inuenior iniustⁿ. *Vtinam esset nobis arbiter.* Videtur blas-
1.Tim.2.b.5. phemare, nisi illū mediatorē Dei & hominum optare intelligatur, vt per eum alleget preces suas. Hoc modo enim ille audit inter vtrūq; positus, & arguit hominē.
Ioan.5.d.22. Filio enim omne iudiciū pater dedit, & qui argueret, & qui audiret inter vtrunq;. *Auertat à me virgam suam.* Trāseat timor legis, vt adoptionis libertate & charitate illi cōiungar. *Non enim sum mecū.* quia his hæreo, quę foris sunt. PROFERAM *contra me sermones.* Hæc con-
De CAP. X. fitentis sunt. Et *dicā ad Dominum, Noli me docere impium*
1 Cor. 10.c. 13. *esse.* Noli me tentare vltra quàm possum ferre, nec mihi sinas accidere quibus mihi impietas persuadeatur. *Aut bonum est tibi, si iniquè egero?* Nō est autē tibi bonū, si iniquè egero. Non ergo iniustè me ita cōstituisti, q̄a despicis opus q̄ manus tuæ fecerūt. *Si quod despicis opus manuum tuarum, ad consilium impiorū animaduertisti.* Sed non eius impietatis quæ hominibⁿ apparet. Et *ad consilium impiorū animaduertisti?* Nō quia placet illi, vt iniquè agāt. *Aut sicut homo perspicit, perspicis?* q̄a vtiq; non A sicut homo perspicis: ideo in cōsilio impiorū animaduertisti. Est enim impietas quā tu solus vides, & ab hominibus nō videtur. *Aut humana est vita tua.* id est, breuis, vt non possis de perpetuitate iudicare. Et *peccata mea inuestigasti.* Non enim te latere potuerūt quæ latēt homines. *Scis enim me nihil impij fecisse.* Nā quantū ad homines, nihil impij feci. *Sed quis est qui de manibus tuis †*
al. eripiat? *eripiatur?* iudicātis. Sicut Deus iudicas, cùm vides etiā eas impietates quas homo nō videt. *Postea verò mutatus percussisti me.* Me scilicet mutato, nō Deo: quia mutatⁿ homo mutatū Deū sentit, vt per tenebrarū diuturnitatē mutati oculi mutatū solē sentiūt. *Memor esto quia de luto finxisti me.* Tua ergo misericordia indigeo. *In terram me iterum conuertes.* Morte quæ pœna est peccati. *Nonne tanquam lac mulsisti me?* Quia etiā iā mortalibus p̄buit misericordiā, cū homines de hominibus infirmi primordio formauit. Hæc ergo cùm in te sint, scio quia oſa potes, quia tantæ bonitatis sunt, vt carnalem B quoq; substantiā operentur. *Quòd si & peccauero, custodies me.* aut vt me nō perdas, aut ne lateat peccatū meū. Et *si iustus fuero, non possum respirare.* in cōspectu hominū. Nam tu vides peccata quæ homines latent. *Plenus enim sum opprobrio.* in conspectu tuo. Et *captor sicut leo.* ad occisionē. Est superbię peccatū quod homines latet, quādo etiā in factis laudabilibus possit obrepere. *Iterum autem commutatus sæuissimè crucias me.* post pœnā peccati qua mortalis factⁿ est homo. Secūdū has dicit tribulationes, quas in hac vita homines patiūtur, quia repentè pleræq; accidunt tribulationes quæ turbant quietē ipsius vitæ mortalis, cū in salute est, vel in securitate rerū quāuis tēporaliū, quā misericordię Dei deputauit. *Instaurans in me tormēta mea.* Quia iā ipsa mortalitas tormentum est, de qua tribulationes alię fiunt. *Quare ergo de ventre eduxisti me?* De obscuritate ad notitiā, quæ sola maioris miseriæ est materia cùm subuertitur. Hanc generationē superius etiā cōmemorauit. Et
Rom.4.c.17. *essem tanquam non fuissem.* penitus ignotⁿ. Vnde est, Vocat ea quæ non sunt tanquā ea quæ sunt: id est, secundū ignobilitatē. *Aut nunquid non est tempus paruum vitæ meæ?* Nō enim propter lōgitudinē vitæ meæ mortuus nō sum, cùm vtiq; paruū sit quod viuo. *Patere me, donec requiescam pusillum.* Post misericordiā qua de limo fecisti me, & mutatū mortalitate percussisti me, & ipsa mortalitate cōsolatus es me, deinde exercuisti me tribulationibus. Patere ergo me, vt requiescā in re: *Antequā eam in pœnas vnde reuerti non licet.* Ab his enim quas supra cōmemorauit licet reuerti, si se homo ad Deum cōuerterit. Vult autē requiescere antequam eat in pœnas æternas, ad hoc vtiq;, vt nō eat. Quēadmodū si dicamus alicui, Corrige te, antequā dāneris: nō enim cū se correxerit, dānabit. *Vbi nō est lux, nec est videre vitā ho-*
D *minum.* Illa est enim vita hominū, vbi est lumen verū q̄ illuminat omnē hominē. Alia est terra viuētiū, alia terra morientiū. AVT *nunquid videbitur eloquens iustus esse?* Ioan.1.d.9. CAPVT XI. Putat enim Iob verbis magis quàm operibus abūdare. *Beatus natus homo, breuis vitæ.* Sētētiā suā illi replicat, quā vult intelligi loquaciter dictā & inaniter. *Cùm nemo sit qui contradicat tibi.* Quia quando dicebar, nemo ei cōtradixit. *Sed quomodo Dominus loquatur ad te.* Ea loquere potius, quibus misereat tui Deus, quia duplex erit super te, corripiendo, & cōsolādo. Et *tunc scies quia dignè reddita sint tibi à Domino quæ peccasti.* Post correctionem sequente illuminatione. *Aut vestigium Dei inuenies.* vt velis Deum reprehendere. Sublime est cælum. Et *quid facies.* vt inuenias sacramenta cæli? Non enim debes eum reprehendere, cuius opera non cōprehendis. *Quis dicet illi, quid fecisti?* Et hoc enim rectè erit factum, si Deus hoc fecerit: quia facere aliquid ille nisi
Sophar Naalmathitæ verba.

rectè nõ poteſt. *Ipſe enim nouit opera hominum iniquorum.* Non iniqui operis eſt. Vnde vult intelligi, quia ſtultè hic quẽ iniquũ putat, reprehenderit Deũ: ſic enim eũ loqui exiſtimauit. *Homo verò aliter nutat ſermonibus.* Modò illi placet Deus, modò illi diſplicet, cùm apud Deum ſic firmitas. *Et vir natus mulieris tanquam onager erit in deſerto.* Cupiditate libertatis impatiens dominatoris atq; domitoris. Et extendens ad eum manus tuas vt acceptet opera tua. *Si iniquũ quid eſt, in manu tua eſt.* Ipſa duo repetiuit, ſed ordine mutato. *Et iniquitas in domo tua non maneat.* Hoc dixit cor. *Sic enim fulgebit facies tua tanquam aqua.* pura conſcientia. *Tamquam fluctus qui non præterit, & non terreris*, niſi omnes tãgat in hac vita. *Et oratio tua tanquam lucifer erit, ante illuminationem præibit.* Quaſi & iſta ad prophetiã ſanctæ ciuitatis vel ad populũ Dei pertinentia, audita, vel reuelata dicuntur, ſicut à ſuperiorib⁹ amicis eius dicta ſunt. *Et rogabũt faciem tuam multi.* Omnia iſta de eccleſia. SED *iuſtus vir*
Verba Iob. De CAP. XII. *& ſine crimine venit in deriſum.* De Domino intelligẽdus eſt ſenſus. Non ergo mirũ, ſi & ego vobis in deriſum veni. *Et domus eius vt deuaſtaretur ab iniquis.* Eccleſia à perſecutoribus. Imò verò nullus cõfidat, cùm ſit nequã, ſe impunitũ futurum: quia iudiciũ à domo Dei.
1.Pet.4.d.17 *Tanquam inquiſitio in eos non ſit futura*, nõ confidant. *Sed tamen interroga quadrupedia, ſi tibi reſpondeant.* Ideo rectè inquirit iniquos, quia ex operib⁹ potuerũt cognoſcere creatorẽ, & colere debuerũt. Non enim creaturarũ reſponſione doceri non debuerant, cùm acceperint rationẽ qua iſta cognoſcerẽt. *Si non in manu eius eſt anima omniũ viuentiũ.* Hinc ergo ſcitur, qa ipſe omnia creauit, quia anima omniũ viuentiũ in manu eius: & ſpiritus omnis carnis humanę, id eſt, rationalis anima. *Auris enim ſermones diiudicat.* Quemadmodũ ſenſus ſenſibilia diiudicat, ita ſpiritalia ſpirit⁹, quæ debuit cognoſcere, quoniã in manu Domini eſt opera Domini. *In multo tempore ſapientia eſt.* Non vtiq; in multo tempore. *Sed apud Dominum.* à quo petenda eſt. *Si deſtruxerit, quis ædificabit?* propter virtutẽ deſtruxerit, & propter ſapiẽtiã clauſerit, vt ad eã non peruenias. *Si prohibuerit aquã, ſiccabit terram.* Sapientiam ipſam terrã verò hominem. *Quod & ſi emiſerit, perdet euertens terram.* Multis enim ſapientibus factis turbabũtur peccatores. *Qui ducit conſultores captiuos.* Subiugat enim ſibi eos qui te conſulũt. *Iudices enim terræ in pauorẽ miſit.* Aut Iudęos, aut Pilatũ, aut ſenſu terreno iudicãtes. *Qui collocat reges ſuper ſedes.* id eſt, Apoſtolos. *Et circundedit baltheo lumbos eorum*, id
ſl. emittit. eſt, continentia. *Qui † dimittit ſacerdotes captiuos.* vt ab hominibus ducantur: & ſignificantur Iudæi. *Qui permutat labia fideliũ.* Permutat in bonũ, vt non de iuſtitia ſua, ſed de gratia eius præſumant. *Et intelligentiam ſenum cognouit.* Cui placet intelligentia ſenũ. Vnde eſt,
Gal.4.d.19. Cogniti eſtis à Deo. Cui aduerſariũ eſt, Nõ noui vos.
Mat.25.a.12. Et bene cœpit à fide, & peruenit ad intelligentiæ canos. *Qui reuelat profunda de tenebris.* aperiendo ꝓphetias. *Et produxit in lucem vmbrã mortis.* id eſt, fecit vt cognoſceretur vita iſta, quia vmbra mortis eſt. *Decipiens gentes, & perdens eas.* putantes quòd nocerẽt eccleſiæ Dei, cùm ſibi nocerent: quod de impiis intelligendum eſt. *Sternens gentes, & in viam ducens eas.* ad humilitatem, tanquã illũ aſinũ. *Reconcilians corda principum populi terræ.* Sibi recõcilians vel Iudæos vel reges terræ, qui primò perſequebãtur eccleſiam. *Eduxit autem eos in viam quam non nouerant.* Subruendo legis opera, vt ſimpliciter intelligerentur. Hinc eis viſus eſt peccator. *Quo ervore tenebrati ſunt tanquam ebrius.* ET
De CAP. XIII. *arguam in conſpectu eius, ſi voluerit.* vt arguat ſeipſum, quod eſt cõfeſſionis. *Et curatores malorum omnes vos.* Bonos enim non poteſtis conſolatione cutare. *Audite ergo obiurgationem*

A † *oris mei.* in vos. *Et ante conſpectum eius proferetis dolum.* al. cordis
cùm vultis vos videri iuſtos quod non eſtis. *An ſubtrahitis vosipſos iudices fieri? Nunquid poteſtis diſſimulare, & non iudicare?* quia de vobis verũ dico. *Si enim omnia facietis, adiiciemini ei.* Id eſt, etiam ſi omnia præcepta faciatis, inueniet in vobis quod arguat. Nemo enim iuſtus in conſpectu eius. *Quòd etſi occultè perſonas mirati fueritis ſuas.* ſeipſos iuſtificãdo, nõ ſolùm ad homines, ſed etiã ad ſeipſos. *Corpus autem luteum.* vt fragilitatis ſaltẽ veſtræ conſideratione timeatis. *Apprehendens meas carnes dentibus meis.* Non mihi parcã vt non ſolũ vos arguam, ſed etiã me. *Et animam meam ponam in manu.* inſpiciendã vt nihil cælẽ, ſiue vt cõputẽ peccata mea. *Licet occidat me ille qui potens eſt, qui & cœpit.* Quãuis occidat peccata mea. *Tamen loquar & coram eo arguam me.* non me iuſtificabo abſcondens peccata mea. *Ecce enim appropinquo iudicio meo.* vt iudicẽ de me. Quaſi ipſa ſit hominis iuſtitia in confeſſione ſibi non parcere. *Tunc à facie*
B *tua non abſcondar.* quemadmodũ abſconduntur peccatores. *Manum aufer à me.* vt nihil in me ſit caſtigãdum, & ſit in me charitas. *Et timor tuus non me terreat. Quot ſunt iniquitates meæ?* Hinc põt videri illud dixiſſe: Animam meã ponã in manu mea ad cõputandũ, *Aut putas me eſſe contrarium tibi?* Cùm vtiq; infirmus ſum, & quaſi hoc metuis, ne ſi iuſtificatus fuero, par tibi ſim. *Cùm ſolium ſim.* Ergo eſt aliqua latens cauſa, quando hoc nõ eſt. *Et impoſuiſti mihi peccata iuuentutis.* Vt hæc ſit cauſa, quare dicat abſcondi à ſe peccata ſua, quia ſuperbierit, quod eſt peccatũ iuuentutis. *Et poſuiſti in compede pedem meum.* in vinculo mortalitatis. *Et radices pedum meorum cõtemplatus es.* Cupiditates meas. *Qui veterasco ſicut vter.* vt vinũ nouũ portare nõ poſſim. Aut panno nouo cõ-
ſui, velut veſtimẽtũ quod à tinea comeſtũ eſt. HOMO De CAP. XIIII.
enim natus ex muliere, breui viuẽs tempore, & plenus iracundiæ plenæ. *Et hunc feciſti venire in iudicium coram te.* Quã-
C uis enim ita mortalis ſit, & ipſe habet tamen, vnde rationẽ reddat: exigitur tamẽ de illo quod poteſt, quamuis perparũ poſſit. *Dinumerati enim ſunt menſes eius apud te.* Eo enim quòd tẽporalis eſt, de peccato cõuincitur. Nam æternũ illũ tu feceras. *Diſcede ab eo, ſine requieſcat.* Secundũ opinionẽ carnalis & animalis hominis, cui totũ bonũ hæc vita eſt. Et ideo ſibi vult parci, vt fruatur hac vita. *Eſt enim arbori ſpes.* Irridenter hæc pronũcianda. Vtiq; enim magna eſt ſpes hominis, quod carnales nolunt credere. *Vir verò cùm mortuus fuerit, abiit.* Et hic ironia eſt. *Tempore enim minuetur mare, nam pòſt impletur.* Dicit autẽ de his locis vbi acceſſus & receſſus ſit, vel quòd oĩa litora latenter minuuntur & augẽtur, horis lunaribus ſcilicet, cùm oritur luna vel nobis, vel aliis vſq; ad mediũ menſem creſcit, & inde minuitur. *Vſquequo cælum eſt, non cõſuetur ad nouum.* id eſt, ipſi cæ-
D lo. *Atque vtinam apud inferos me cuſtodiſſes.* Vſque adeo eſt ſpes reſurrectionis, vt iam & his carerẽ vitæ incertis. *Et abſcondiſſes me, donec requieſceret ira tua.* Hinc eſt abſcõdere puſillũ donec tranſeat ira Dñi, id eſt, donec trãſeat iſta mortalitas, & ad reſurrectionẽ veniatur. *Si enim mortuus fuerit homo, viuet.* Nã hæc nõ eſt vita: cõſummatis diebus vitæ ſuæ, tũc viuet. *Deinde vocabis, & ego reſpondebo tibi.* Obediẽs tibi ſine impedimẽto mortalitatis. *Signaſti in ſacculo iniquitates meas.* vt redderes mihi. *Annotaſti ſi quid inuitus erraui.* Etiam hoc annotaſti, Inuitũ autẽ errare pœna peccati eſt. *Et quidem mons cadens deſluit.* Ita & homo ex altitudine & firmitate ſua cecidit. *Et petra veteraſcit in loco ſuo.* vt homo in genere ſuo & conditione ſua. *Et alluuione frequentium gurgitum, quaſi & homo ita ad exilitatem perductus ſit.* cùm crebris cupiditatũ alluuionib⁹ atteritur. *Spem verò hominis perdidiſti.* Gradus fecit de monte ad petram,

petrã, à petra ad lapides, à lapidibus ad arenã, quia has minutiones carnales patiũtur. Et bene iã perdidiſti di-
A xit. *Impuliſti enim in finem.* in conſumptionem. *Vt pereat ſpes iſta.* qua carnales gaudent. *Mutaſti faciem eius, dimiſiſti eum.* cùm imago Dei in eo exterminata eſt. *Et cum multi fuerint filij eius, neſcit.* Quia moritur, quamuis propagetur ſoboles. *Sed carnes eius ſuper eum doluerunt.* id eſt, talem conditionẽ ſuam homo carnaliter dolet, & animaliter luget. Spiritalis enim nouit, quia & ſi exterior
1.Cor.4.d.16. homo corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem, quia hoc fieri ſentit in ſeipſo. ET *impleuit dolore*
CAPVT XV. Elephaz Themanitis verba. *ventrem.* Spiritus enim ſcientiæ per conſolationem ſanat potius à doloribus. Tu autem qui imples ventrem dolore, non ſpiritu ſcientiæ reſpondes. *Nonne tu repuliſti timorem?* Deum non timuiſti, in eum talia dicens. *Et elegiſti linguam malorum.* qua homines maledicunt. *Quid enim? Nunquid primus homo natus es?* Quia tantum ſuperbis. *Aut ante colles concretus es?* Etiã montes nomine col-
B lium accipiẽdos, id eſt, ante omnes virtutes ſpiritu potentes. *Sed, & ſenex & decrepitus in nobis eſt.* Qui ſciat, etiam quæ nos neſcim⁹, eſt inter nos. *Quid auſum fuit cor tuum, & quid ſuſtinuerunt oculi tui?* ſperauerunt. *Quid eſt homo vt ſit ſine crimine.* Quod tu dixiſti. *Si in ſanctis eius non eſt fides.* propter incerta temporum quibus plerunque falluntur, vt multa dicant, & nõ faciant. *Et cælum non eſt mundum ante eum.* pro his qui habitant in cælo. Aut certè cælũ pro ipſis ſanctis ponitur, quia in his habitat Deus. *Quæ ſapientes dixerunt, & nõ cælauerunt parentes ſuos.* Quia etiam Iudæis Apoſtoli prædicauerunt. *Ipſis ſolis data eſt terra.* In hac tantum. *Nec ſuperueniet illis quiſquam extraneus.* nec ſanct⁹ homo vel angelus: id eſt, in ſecuritate poſſidebunt. *Cùm putauerint ſe eſſe iam in pace.* Ita dicit, quaſi hoc putet ipſi Iob eueniſſe. *Non credit conuerti à tenebris.* non credit vt cõuertatur à pec-
C catis. *Et decretus eſt in eſcam vulturum.* aërearum poteſtatum, quæ mortibus peccatorum paſcunt. *Sicut dux in prima acie decidet.* Audax eſt, & nõ fert tribulationes. *Quia eleuauit manus contra Deum.* An quia eleuauit, & currit contra eum contumelioſè, aduerſaria faciendo quàm præcepit? *In craſſa ceruice ſcuti ſui.* præſumens de protectione ſua. *Quia operuit faciem eius in adipe ſuo.* Per adipem: id eſt, per exaltationem ſuperbiæ ſuæ abſcondit à ſe Deum. *Et fecit capiſtrum ſuper femora.* Vt libi dinibus ſuis colligaretur, quo vinculo ducerẽt ad mortem. *Quæ enim illi parauerunt, alij auferunt.* Ipſum etiam regnum terrenum, vel quamcunque ſpem temporalem, quam cum toto mundo iuſti accipient. *Et non ditabitur, nec permanebit ſubſtantia eius.* impii ſcilicet. *Non immittet ſuper terram vmbram.* id eſt, non viret. *Sed ſtirpẽ eius arefaciet vẽtus.* Tẽtatio. *Præciſio eius ante horam.* Corrumpetur priuſquam ſperat. *Decidat tanquam flos oliuæ.*
D Decidat à pace, vel quia meliora hos ſequuntur, quemadmodũ florem fruct⁹. *Teſtimonium enim impij, mors.* ſignum. *Et ignis cõburet domus eorum qui munera accipiũt.* Hi ſunt enim impii qui munera temporalia proponũt iuſtitiæ. *Concipiet & in ventre gemitus.* Ea quæ ſperat in
CAPVT XVI. Verba Iob. pœnã illi proficiunt. AVDIVI *alia multa.* Nõ ſolùm quæ vos dicitis. *Conſolatores malorum omnes.* Malos poteſtis conſolari, quia ipſi vos imitantur, nõ bonos: & eſt vocatiu⁹. A nullo enim veſtrũm audiui aliquid boni. *Quid enim? Nunquid ordo in ſermonib⁹ eſt.* Spirit⁹ ſuperbię. *Aut in quo moleſtũ tibi erit?* Quamuis non ames quod dicis. *Et ego ſecundum vos loquor.* Quomodo digni eſtis. *Si ſubiecta eſſet anima veſtra pro mea.* Si vos pateremini q̃ ego, loquerer ſermonibus, nõ factis: ita nihil eſt loqui quod non facitis. *Si enim loquar, non dolebo vulnere.* Oſtenditis vos neque in loquẽdo, neque in tacendo prudentes eſſe. Nam ſapientes & cùm loquuntur, in con-
A ſolationibus condoleſcunt, vel in confeſſione ſua loquentes dolent vulnus ſuum: vel cùm tacent, prudenter tacent. *Nunc autẽ laſſauit me, & fecit ſtultum & putrẽ.* vt non cõtra vos loquar. *Deus fregit ſuperbiam.* vt ſtultus factus ſapiens fiam. *Apprehendiſti me, & in teſtimonium factus ſum.* Cõuiciſti me de peccatis meis, & aduerſum me ego ſum teſtis. *Et ſurrexit ſuper me mendacium meum.* cùm mihi iuſtus videbar. *Contra faciem meam reſpondit.* hoc eſt, ſtatuam te ante faciem tuam. *Iracundia vſus deiecit me.* Benedixit, vſus iracundiæ, non enim eam patitur. *Deiecit me tanquam ſuperbum, fremuit ſuper me dẽtibus.* Obiurgauit me, vt dentes pro verbis intelligantur. *Sagittæ piratarum eius ſuper me deciderunt.* Aërcas poteſtates quibus vtitur Deus, & eis permittit vt aut exerceantur boni, aut puniantur mali. Piratæ autem; quia in hoc mari nauigantibus inſidiantur. *Acie oculorum irruit.* Nõ diſſimulauit à peccatis meis, tanquam innuit vt puniret. Ipſe enim tanquam lumen eſt punitoribus, oſten-
B dens puniendos. *Ruina mihi fuit aſpectio eius.* Aut ita fecit vt viderem peccatum meum: antè enim non ſic mihi ad ſenſum perductum fuit. *Acriter percuſſit me ingens Dominus, & ſimul concurrerunt in me.* Deo enim percutiente, illi concurrerunt angeli ſatanę. *In pace cùm eſſem, diſcerpſit me.* Ab ipſa pace aut à memetipſo diſcerpſit, vt ab aduerſariis & ſibi aduerſantib⁹ dilacerarer. *Et tenẽs comam meam diuellit.* per peccata mea me aduerſum me diuiſit. *Statuit me ſicut ſignum.* in quem iactularẽtur, vt ſolet ſignum poni iaculantibus quò iacula dirigantur. *Circundederũt me lanceis, emiſit ẽtes in renes meos, non pepercerunt.* propter deſideria carnalia, quæ ſibi impacta dicit per malas perſuaſiones ab angelis malis. *Effuderũt in terram fel meum.* Vt terrena bona zelarer in iis qui his abundant. *Deiecerunt me proſtratione magna.* ne carnalem proſtrationem intelligeremus. *Cilicium aſſuerunt corio*
C *meo*, peccata interiora, quibus teminiſcitur ſe fuiſſe in bonis. *Et ſuper palpebram meam vmbra mortis.* Volo videre, & impedit me conſuetudo carnalis. *Terra ne operiar ſuper ſanguinem carnis meæ.* id eſt, neſi immũda fuerit oratio mea optãdo terrena, accedat cumulus terrę ſuper vinculũ mortalitatis meæ, quod ſignificat nomine ſanguinis: id eſt, ne cupiditate terrena maioribus calamitatibus volũtarij peccati operiar, quod eſt illud naturale peccatum de conditione mortali. *Nec ſit locus clamori meo.* Intercludatur meritum orationis meæ, *Et ecce nũc in cælis eſt teſtis meus.* De Domino videtur dicere, qa nondũ in terram deſcẽderat. *Et conſcius meus in excelſis.* propter participationẽ mortalitatis. *Diiudicetur vir cũ Domino.* Veniat Dominus vt cũ eo vir iudicetur, tanquã Ioãnes cum Chriſto. In quorum diiudicatione intelligitur quid diſtet inter hominem perfectũ, & Deũ hominẽ factũ. *Sicut filius hominis ad proximũ ſuũ.* Dominus homine ſuſcepto ad eũ qui inciderat in latrones.
Luc.10.c.36 *Anni enim dinumerati venerũt mihi.* Quod mihi ꝑ Chriſtũ ſubueniatur plenitudine temporũ. *Et viã per quam*
Gal.4.a.4. *non reuertar, ingrediar.* via renũciandi ſeculo. DEFECIT De CAP. XVII.
agitatus ſpiritu, Ordo, Defeci ſpiritu laboribus concuſ-
2.Cor.5.a.4. ſus. *Oro vt ſepeliar, & non contingit mihi.* vt abſorbeatur mortale à vita. Ingemiſcimus enĩ grauati, in quo nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri: id eſt, mutemur potius quàm moriamur. Quod vtiq; quãuis hic homo cupiat, nõ cõtingit. Debet enĩ mortẽ cõdemnatione peccati. *Preces adhibeo cũ labore, & quid feci non mihi feci.* impetrãs. *Furati ſunt externi bona mea.* Ipſam immortalitatem qua ſpoliatur, ſignificat, qui ſemiuiuus à latronibus eſt relictus. *Quis eſt iſte?* qui mihi ſubuenturus eſt, Dominũ Luc.10.c.30
ſignificans. Sed ideo dicit, quis eſt, quia inter homines futurus erat, vt vix ab eis diſcerneretur, *ad manum meã ligetur?* vinculo charitatis, vt cuſtodiat me, & ducat

quo vult. *Quia cor eorum abscondisti à prudentia.* Qui eum non cognouerũt abscondisti. *Propter hoc non exaltabis eos.* quia humiles non fuerunt. *Ideo cæcati sunt.* & nõ petuerunt humilitate Christi exaltari. *Partim annunciantur mala.* Quòd cæcitas ex parte in Israel facta est, siue quia eis mala videbantur quæ Christus annunciabat, vt dicerẽt, Seducit turbas: siue per Prophetas quæ annunciata sunt de cęcitate Israël, nõ vtique toti, sed parti acciderunt. *Et oculi super filios eorum tabuerunt.* admiratione miraculorum, quibus dictum est, Si ergo in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? *Posuisti autem me in loquelam nationibus.* hominem quẽ redemit: id est, ecclesiã de qua loquerentur nationes, siue quæ loqueretur nationibus, Et *in risum illis deuenit.* aut nationibus, cùm ei detraherent, aut Iudæis qui loquebantur nationibus. *Obscurati sunt ob iram oculi mei.* Obscurati sunt oculi Ecclesiæ, id est, Apostoli, cũ intellecti non sunt ab iis qui hac pœna erãt puniendi. Et *expugnatus sum valde ab omnibus.* Tam Iudæi enim quàm gentes expugnauerunt Ecclesiam. Et *mirati sunt super hoc veraces.* Vel quare potestas data sit impiis in ecclesia, vel quare ab impiis Euangelium agnitũ non sit. *Iustus autem super inimicum consurgat.* Qui temporaliter cadit persecutionibus, vt postea infidelibus dominetur. Et *purus manibus sumat audaciam.* Spei audaciam, vt confiteatur Christum in persecutione. *Non enim inueni in vos veritatem.* Omnibus enim tam Iudæis quàm aliis gratia necessaria est. Et *conuulsæ sunt compages cordis mei.* Vt non celem peccata mea. *Noctem in diem verterũt impij.* Vnde est, Vę illis qui dicunt quod bonm est malum, & malum bonum, qui ponũt tenebras lucem, & lucem tenebras. *Si sustinuero, inferi domus mea erunt.* Pertulero peccata mea, vt non confitear. *Interitum appellaui patrem meum.* Non ero filius vitæ. *Appellaui autem Deus matrem meam & sororem tabem.* Ex eo quòd inseparabiliter hæreant, tanquam cognati. *Quæ est enim mihi iam spes?* Subauditur, Si sustinuero, inferi domus mea erunt. *Aut bona mea videbo.* Quis seductus cõuerti noluit, & sustinuit peccatorem? Et *lumen impiorum extinguetur.* Noli ergo mirari, si & tuum tanquã impij lumen extinctum est. *Lux eius fuerunt tenebræ, in domo claritas domus eius.* Id est, aut diabolus aut antichristus. *Et lucerna super eum extinguetur.* Exiguũ & terrenum lumen. *Accipiant infimi substantiam eius.* Quæ habere ille noluit, habeant humiles. *Immissus est pes eius in laqueum.* Ipse enim captus est, Dominum persequendo. *Confortauit super eum sitiens.* Vt vincant eum esurientes & sitientes iustitiam. *Absconditus est super terram funiculus eius.* Quo capiatur: Hoc est, ea quæ illi quasi conceduntur. Et *captio eius in semitis.* quà transit. *Per circuitũ perdant eum dolores.* vndique. Et *multi circa pedes eius veniunt in angustia famis.* Multi qui ei obsequuntur. *Comedantur rami pedum eius.* doctrinarũ: id est, quà it. *Rumpatur de habitaculo eius sanitas.* tranquillitas huius vitæ. Et *teneat eum necessitas causæ regalis.* Opportunitas punitionis eius quæ valebit ad gloriam Dei, propter quod modo illi permitritur cupiditas sua. Causam regalem dicit, quia se Christum iactabit, *Habitet in tabernaculum eius in nocte eius, necessitas causæ regalis cruciet conscientiam eius.* Appetitio tyrannidis, in nocte in supplicio cæcitatis eius quãdo damnatur. *Aspergentur speciosa eius sulphure.* quibus placebat igne fœtido concrementur. Et *de sursum irruet messio eius.* à Deo. Et *non sit nomen eius in facie platearum vbi erat.* Tollatur de memoria populi. Et *non sit* † *cognominatio in populo suo.* Ad tantam deiectionem veniat, vt à suis non agnoscatur. *Nec saluetur sub cælo domus eius.* Aliqui enim resaluabũtur. *Sed in populo eius viuãt alteri.* Aliis subiugetur populus eius. Et *destruitis me verbis.* Infirmatis me, qui me consolari debuistis. *Scitote tantum, quia Deus fecit mihi sic.* apud quem possum de peccato cõuinci, non apud homines. Et *vallum suum circa me circundedit, fossa circa muros est.* Coactus sum ad confessionem. *Ecce rideo opprobria, & non loquor.* Vtilitatem dicit confessionis, quia si vellet ridere peccatum suũ, & non illud proloqui, clamaret, & non exauditetur. *In vultu meo tenebras posuit.* Illuminationem vultus mei abstulit à me, quod contigit auersis. Et *abstulit coronam de capite meo.* Dignitatem spiritalem, quã dat sapientia. Et *disrupit me vndique, & abij.* Omnia tenebam, & abstulit illa à me, aduersus illud quod acceperat virtutem continendi omnia. Et *arbitratus est me tanquam inimicum.* Sic me iudicauit, quasi ei nocerem, si ei par essem. Et *circundederunt tabernaculũ meum.* cor & conscientiam. *Fratres mei recesserunt.* in spe correctionis, quia fratres sunt, quamuis primò correctionẽ meam aspernati sint. Et *eos secuti qui sibi aliena.* hoc est, perniciosò suaderẽt. Et *amici mei immisericordes facti sunt.* In malis spiritalibus qui non cũdolent proximis suis, sed potius eos irridẽt, quos non irriderent in malis carnalibus constitutos. Et *scientes nomen meum obliti sunt me.* Non me cognoscẽtes quòd mutatus sum. *Vicini domus & ancillæ meæ cum quibus secreta communicabam.* Adulatores qui recedũt ab eo qui cõfitetur Deo: ipsi enim dicũtur ancillari. *Seruum meum vocaui, & non respondit.* Aut corpus, aut eos q̃ ei ad mala seruiebãt. *Os meum deprecabar, & rogabam vxorem meam.* tanquam dicẽs, Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? id est, cupiens, vt ei consentiat. *Inuocaui blandiens filios vteri mei, quos genueram* persuadens eis spem seculi. Et *quos dilexeram, consurrexerunt in me.* in illa vita. *In cute conputruerunt carnes meæ.* Amore eorum quę forinsecũ sentiuntur, computruerunt interiora mea. Nam vtique leue est, si ad literam accipiamus, tanquam scabiem habuerit. Et *ossa mea in dẽtibus meis sunt.* Firmitas & fortitudo mea in verbis est, nõ in factis. *Miseremini mei, miseremini mei, ô amici.* Angelos videtur postulare, vt ꝑ eo deprecentur, aut certè sanctos vt pro pœnitente orẽt. *Manus enim Domini est quæ tetigit me.* Manu Domini se tactum dicit, vt doleret vulnus suum quod sine sensu ei fuit. *Quare me persequimini, sicut & Dominus?* Detestamini & horretis sicut Dominus, vel obiurgatis, cùm iam confitear. *De carnibus meis non satiamini.* Non gaudetis, si carnaliter viuam. *Stylo ferreo & plumbo.* vt quemadmodũ cedit plumbũ stylo ferreo, sic cedẽt sermonibus meis corda hominũ. *Aut in testimonium in petris sculpãtur.* vt illi ea discãt qui firmi sunt ad euangelizãdũ. *Scio enim quia æternus est qui me resoluturus est.* quia potest me reparare. *Quorum ego mihi conscius sum.* quia merui illa. *Quæ oculus meus vidit, & non alius.* Hoc est, Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus qui in ipso est. Et *ommia mihi consumpta sunt in sinum.* In interioribꝰ vbi nemo videt, id est, in conscientia. *Quod si & dixeritis, quid dicemus contra eum?* Secũdum quod dictum est etiam spiritualibus. Intẽdens teipsum, ne & tu tenteris. Et *radicem sermonis inueniemus in eo.* vt de ipsius eum cõuincamus. *Ira enim super iniquos veniet.* Qui se extollũt super peccatores, & putant se tales esse non posse, ipsos dicit iniquos. Non *enim intelligitis magis quàm ego.* Ad alios se conuertit, qui cũ eo Iob consolabantur. *Eruditionem confusionis meæ audiam.* Obliquè vult vt Iob audiàt eruditionem confusionis suæ: tunc enim potest etiã spiritũ sapientiæ cõsequi, Hæc autẽ locutio solennis est, cũ dicimus, Bonum est mihi vt caueã: nam malũ mihi erit, si nõ caueam cũ volumus vt alius caueat. *Nunquid hæc nostis à seculis?* Ex quo sunt secula, sic est. Et hoc putat, quòd Iob ignoret tanquam impius.

Rom. 11. c. 25.
Ioan. 7. b. 12.
Mat. 12. b. 27.
Esaiæ. 5. c. 20.
Baldath Suitis verba. De Cap. XVIII.
Verba Iob, De Cap. XIX.
Psal. 41. 11.
Esaiæ 7. c. 15
al. Mulctra.
Verba Sophar. De Cap. XX.
al. cognoscibilis.

Oculus videbit, & nõ adijciet. Non enim videbitur. *Filios eius disperdat impius.* Siue imitatores eiꝰ, siue seductos ab eo diabolus disperdat. *Et manus eius succendantur doloribus.* Operibus eius crucientur. *Ossa eius impleta sunt iuuentute eius.* Superbit de firmitate sua. *Abscondet eam sub lingua sua.* Non illam demõstrauit tanquam dolosus, vt tacitè illa vtatur. *Parcet ei, & non relinquet eam.* Amans eã, & nolens ea carere, non eam persequitur. Aut parcit ei Dominus, & hac impunitate non eam relinquet. *Et tenebit eam in medio guture suo.* Tanquam quod eum delectat. *Et nõ poterit subuenire sibi.* Non ideo se liberabit. *Fel aspidis in vẽtre eius.* In interioribꝰ, in occultis habens nocendi malitiam. *Diuitiæ iniquè congregatæ euomentur.* Cum tormento interiorum & pressura cordis. *De domo eius protrahit eum angelus.* Quandocunque manifestabũtur occulta eius per tribulationes. *Et furore draconum fulgebit.* vt ille qui primò occultus fuit, tribulationibus proditus, furore draconum fulgeat iãpalam. *Interficiat illum lingua colubri.* Seducat eum diabolus. *Et nõ videat* † *mulctram pecorum.* Fructus ouium, id est, iustitiæ opera non faciat, vt se inde intelligat posse redimi. *Neque pabula mellis & butyri.* Opera bona cũ charitate & hilaritate cordis, & largitate præbentis. Butyrũ enim lac pingue est. *In vanũ & frustra laborauit.* Quia nõ intelligit hæc de his operanda quæ ad misericordiam pertinẽt. Vnde & Dominus butyrum & mel dicitur mãducare, quia hæc illi in humilibus eius præbẽtur. *Quæ egerũt vt durum quid.* quod mandi nõ potest, nec glutiri. Durũ nescio quid est, puto, iniquitas vel superbia. *In desiderio suo non saluabitur.* quia iniqua desiderauit. *Nõ erunt reliquiæ de cibis eius.* Transierunt cupiditates eius. *Cùm putauerit se repletum esse, coartabitur.* Non tam satietas est de plenitudine cupiditatũ quàm pressura. *Si quomodo impleat vẽtrem suum.* Talis necessitas ei veniet, vt dubitet verũ impleat ventrem suum, cùm vtiq; ista ideo quærãtur, vt pellatur necessitas. Hoc autem dixit, quia tanto plus cupit, quanto plus habuerit. *Et emittet super eũ furorem iracũdiæ.* Quia non vidit eum facere opera bona. *Vulneret eum sagitta ærea.* perpetua. *Pertransẽat corpus eius iaculum.* Penetret eum tẽtatio, vt & de his quæ sperat, & de his quę relinquit, *Vulneretur, tanquam à pectore.* per tergum traiectus. *Fulgura in tabernaculis eius.* terrores repẽtini, in cogitationibus eius. *Lædat aduena domum eius.* Diabolus qui aduentitius est ad tẽtandum, si quidem habeat homo etiã proprias tentationes. *Et detegat cælum iniquitates eius.* cęleste iudiciũ. *Et possessio bonorũ eiꝰ ab ipso.* Hęc illi largietur Deus. Et *nõ sit mihi à vobis hæc consolatio.* Qua putatis bonis temporalibus gaudendũ, cùm cõmunia sint piis & impiis. *Et si quando quis iniquus esset, hinc in eum vindicari.* Cùm Iob dicat vsq; ad sepulchrũ permanere bona ista impiis, & nõ in eos per ea vindicari. *Quid enim? Nunquid humana est castigatio mea?* A deo est mihi castigatio. Itaque & ipse potest cõsolari, non vos. *Aut quare non irascar?* Nolite ergo me ita cõsolari: nam impiorum vtique felicitatem video. *Respicite ad me, & admiramini.* tãquam inania dicentem. *Si enim recordor, perturbor.* In dignitates humanæ vitæ rediens ad affectum præteritum ab eo, in quo nũc est, cõfitetur. *Et tenẽtur carnes meæ doloribus.* Carnaliter doleo. *Quare impij viuunt?* Quærit ab eis causam, quia dicebãt hic in impiis vindicari. *Et permanent sicut vetustate oues eorum.* Quomodo possũt vetustate perseuerare? Non.n. semper erũt. *Erant autẽ in manibus eorum bona.* Nõ tulit eis bona ipsa, cũ hęc dicerent. *Imò verò, impiorũ lucerna extinguetur.* claritas tẽporalis, etiam si non sicut isti intelligebãt. *Deficiant filij eius.* Bona eiꝰ, bona quæ in eis persuasit, temporalia scilicet, aut antichristi aut diaboli. *Videant oculi eius necem suam.* Significat & hanc prosperitatẽ ignorari ab his qui hac gaudent, in futuro autem ad sensum etiã impiorũ perducetur. *Quia nulla voluntas eius in domo sua post eũ.* Quia in conscientia sua Dominum nõ consecuti sunt in tribulationibus: *Licet numerus mensium eius dimidiatus sit.* Quamuis Dominum præsentem coluerit, tamẽ quia non futura spẽrauit, quod est plenus mensiũ numerus. *Ipse enim homicidia iudicat.* Quia impij cùm persuaserint impietatem per dilectionẽ carnalium impietatum, futuro seculo vtique occidunt. Non tamẽ talia homicidia iudicant homines, sed solus Deꝰ. *Hic morietur in robore simplicitatis suæ.* Videtur exequi occulta homicidia commemorãs largum vnum, & alium auarum: quia homines abũdantes & largi putantur & boni. *Intestina eius plena sunt adipe.* habet lætitiã. *Et medulla eorum diffunditur.* intestinorũ, quia non tenet intra se bona sua, sed impẽdit illa vel in se, vel in aliis. *Itaque scio vos audacter mihi insistere.* Non enim considerate dicitis. *Quia dicitis. Vbi est domus principis?* vel impiorũ vel superbi, quia putabãt hic eis auferri bona, cùm pleriq; etiam pleni vitã finierunt per ea puniẽdi. *Et vbi est velumen in tabernaculis impiorũ?* Honor. *Interrogate eos qui transeunt per viam.* qui non delectãtur via, sed transeunt per eam. *Et signa eorum nõ ignorabitis.* vel impiorum quæ dant transeuntes, dicentes quid ei futurum sit, vel à quibus cognoscũtur impij. *Quis annunciabit coram eo viam eius?* Coram impio viam suam nemo, nisi Dominus annunciat fiducialiter, quia ipse ei respondet. *Et tamen ipse Dominus, in sepulchrum deductus est.* Ita merces pietatis nõ hic sperãda est. *Et super acerũ vigilauit.* Antè enim ipse resurrexit, quàm aceruus resugeret resurgentium. *Dulces fuerunt ei lapides torrentis.* quos seculum non subuertit, id est, discipulos suos. *Et post eum omnis homo sequitur, & ante eum innumerabiles.* Aut post eum omnis homo, id est, vnus homo: & ante eũ innumerabiles, qui nunc in numero hominum † deputati sunt. Aut post eum turba credẽtium, & ante eum patriarchæ & prophetæ. *Quomodo ergo consolamini me inaniter?* præsentia bona vel mala suadentes. Nonne *Dominus est qui docet sensum & scientiam?* Quasi dixerit Iob, non eum rectè iudicare, cùm vtique reprehendi Deus non possit, nisi per intelligentiam qua superior est, siquidẽ ab ipso detur homini. Et *veniet tecũ in iudicium?* vt cõparceris ei? *Lumen tuum in tenebras conuersum est.* dignitas. *Et dormiente te aqua operuit.* securum inundatio tribulationis. *An per nebulam diiudicat?* quasi per nebulam videre nõ possit. *Nubes latibulum eius, & non videbitur.* Latent eũ quæ in terra sunt, & ambitum cæli percurrit, figuram & non terram. *Ergò ne semitam seculi custodis?* Quasi Iob putarit à Deo res humanas non curari. *Quia capti sunt immaturi.* secundũ se immaturi. Putabant enim se in perpetuum permansuros: aut certè antequam peruenirẽt ad sapientiã, sed quia hoc audierãt, non quia ista sentiebant isti amici Iob. Et *cogitatio impij lõgè est ab eo.* cogitatio impij, quia non sic facit sicut sperat impius: id est, aut quia placet ei impietas, aut non videt eam. *Videntes iustiores erunt.* Intelligẽtes, quamuis isti non intellexerint, putantes quia hic reddit ur impijs. Et *inculpabilis subsannabit eos.* impios. *Esto durus.* si sustinueris patiens, hoc est, dura. *Procul facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Cõuersationem vel vitam tuam, quamuis hęc isti carnaliter dicant. Et *ponens illud super aggerem in petram.* Aduersus id quod dixit, Flumen decurrens fundamẽta eorum, quia humiliauit semetipsum ipsum lumen. Et *dices, elatus in superbiam.* Aduersus superbos. *Erue innocentem, & saluaberis munditia manuum tuarum.* Noli deficere in bonis operibus, quia curat Deus

Verba Iob, De Cap. XXI.
Gal. 6. a. fi
I. Cor. 2. c. 11.
al. deputandi.
Cap. XXII. Eliphaz Themanitis verba.

De cap. xxiiii. Verba Iob. humana. Et *quidem scio quia de manu mea est increpatio*. de peccatis meis. *Et manus mea grauis facta est super gemitum meum*. Ideo me percussistis vt doleam. *Et venire vsque ad solium eius*. Vt sim tam sanctus vt peruenian ad eorum numerũ qui sedes eius sunt. Tũc enim possent dicere vera & audire: Vnde & cæli dicũtur sancti. *Et cognoscam causationes quas loquetur mihi*. Redditiones causarum, quibus se omnia iustè iudicare demonstrat. *Et sententiã quæ annũciat mihi*. iam proximus ei. *An in multa virtute diiudicabitur mecum?* vt per potentiã resistat mihi: *Neuaquam tamen in terrore abutatur me*. propter peccata mea pro quibus timeo modo. Cùm sum in terrore, non abutatur me. *Cæterùm cùm ad eum venero*. in illa libertate qua ego annumerabor solio eius. *Omnia amabo, & non mihi resistet virtus eius*. quamuis modo possit me abuti, vt pote peccatore, id est, faciat de me quod vult, etiam cum pœna mea, iustè tamẽ. *Veritas enim & increpatio est ab eo*. Id est, non iniustè increpat. *Educit in finem iudicium meum*. Etiam si modò corripit, postea manifestabit. *Nam si primus ambulauero, postea non ero*. Non arroganter sperem, nõ infideliter desperem: hoc est, non declinare dextra aut sinistra. Inde est, Si ascẽdero in cælum, tu ibi es. *Quis me inde potest pellere, &c.* Psal. 138. b. 8. *A læua quid aget? Non apprehendam*. Superiora repetit. A læua autem dicit non se apprehensurum deditum tẽporalibus. *Conuertetur ad dexteram, & non videbo*. Ideo non debeo esse à læua. Conuertetur autẽ dixit, quia ipse in spiritalibus est: vnde ego me auerto, si à læua fuero. *Scit ipse viam meam*. vt etiãsi per tribulationes me duxerit, sequar. *Probauit me sicut aurũ*. in tribulationibus. *Ingrediar in præceptis eius*. de tenebris meis exeam, sed tamẽ in præceptis eius. *Si autem ipse iudicauit*. sic vt per tribulationes me tanquã aurum probet. *Propterea ad eum festinaui*. quia me tribulauit, ideo relictis temporalibus ad eum festinaui. *Et commonitus solicitus fui de eo*. vt his pœnis carnalibus æterna supplicia deuitarẽ. *Idcirco à facie eius turbabor*. modò turbabor, vt caueam cogitans futurum iudicium, vbi erit eius manifestatio. *Et Dominus molliuit cor meum*. & ipsum timere, quo cauet futuras pœnas, misericordiæ Dei deputat. Nõ enim sciret superuenturas pœnas, & tenebras malis, nisi Dominꝰ molliret cor eius præsentibus tribulationibus, aduersus illud quod indurat Deus cor Pharaonis. Exodi 9. c. 16. Rom. 9. d. 17 Q V A R E *Dominũ nõ latuerũt horæ quamobrem finem trãsgressi sunt*. Christum. *Et inclinauerũt pauperes à via iusta*. vt vel imitarẽtur eos, vel inde arbitrarẽtur non esse diuinum iudiciũ, quia impunitam videbant malitiã, quia eis nocebãt relinquentes iustitiã. *Simul absconditi sunt mites terræ*, cum his qui declinauerunt à via iusta, abscõditi sunt mites, ne mihi ferrẽt auxilium. Nã tria sunt genera hominũ in ecclesia, cùm fit persecutio: alij .n. consentiunt, alij fugiũt, alij patiuntur, quorum D De cap. xxiiii. personã sustinet Iob. *Et irruerũt asini feri in agro super me*. stulti & indomiti, & ob hoc superbi irruerũt super me confitentẽ, scilicet ecclesiã. *Et exeuntes ad opus suum*. hoc enim opus est eorũ vt in me irruãt: id est, ad hoc deputati sunt à Deo. *Suauis factus est ei panis in adolescẽtes*. impio & persecutori suauẽ panem dicit, id est, persecutionẽ, qua libenter fruebatur, cùm eam faceret adolescẽtibus vt adolescentes aut pro amatoribus voluptatum accipiamus, quia ipsi facilè talibus consentiũt: aut pro eis qui tantum in ecclesia profecerunt vt pueritiæ quidẽ simplicitatẽ trãsierint, sed nõdum peruenerunt ad robur illud virile, quo etiam persecutor contemnitur. *Agrum ante tempus nõ suum demessuerunt*. aut genera dicit persecutionum, vt aliquem agri damno terrerent; aut pro agro ecclesia intelligenda, quam ante maturitatem persecutionibus metere vo-

A luerunt, id est, antequã simul zizania crescerẽt, vt tẽ- Mat. 13. b. 29
pore messis separentur. *De stillicidiis montium madescent*. cõfugientes nudi ad speluncas, vbi saxa distillant. *Rapuerunt ab vbere pupillum*. pupilli & viduæ plerũque ex persona ecclesiæ accipiẽdi sunt. *Est populus sub tormẽto, & eum qui ceciderat, humiliauerũt*, desertum vel auxilio Dei, vel alicuius, quod est magnæ scæuitæ, nõ talibus parcere. *In angustiis insidiati sunt iniquè*. in necessitatibus. *De ciuitatibus & de domibus eij ciebantur*. ab eis eijciebantur alij. *Anima verò parvulorum in gemitu*, valde fuit. *Ipse autem Deus eorum curam non habuit*: impiorum, quia eorum modo curam nõ habẽdo, fecit eos desperare de iudicio Dei. Quia impunè mala faciebant. *Et ideo in tenebris traditi sunt*. ignorantiæ iudicij Dei. *Et repentè eos vt fur occupabit dies ille. Oculus adulteri obseruat tenebras*. Ostẽdere vult in quas tenebras tradãtur impij per impunitatem: non enim eas quas captãt adulteri, & cæteri qui malè faciunt per noctem, ne agnoscãtur per B diem, sed illas quæ etiam malè super eos sunt. *Suffodit in tenebris domos*. Alia mala facta commemorat. *Per diẽ obsignauerunt semetipsos*. occultauerunt. *Non cognouerũt lucem, quia simul eis manet vmbra mortis*. non quia nox recessit, propterea eos deseruit vmbra mortis. *Leuis est super faciem aquæ*. ad comparationem terrę splendidiores accipiendi sunt, quos lux penetrat & imago leuitatis, & ideo leuis est super eos vmbra mortis. Nã & ipsi portãt eam per cõditionem carnis. Vel leuis est super faciẽ aquæ, dixit super eos qui in baptismo cõfitentur. *Maledicatur pars eorum super terram: sterile sit quod delegerũt*. de sinu enim pupillorum rapuerũt. *De † ore infirmorum verbum*. per malam suasionem. *Deinde rememoratum est peccatum eius*. quod putabat in obliuionẽ venire. *Conteratur sicut lignum insanabile omnis iniquus*. quod nõ sanatur. *Sterili enim non fecit bene*. quæ sine consolatione filiorum est. *consurgens ergo non credit contra vitam suam*. non credit aduersus vitam suam: debuit enim credere malam se habere vitam, & eo ipso cõsurgere. *Cũ infirmari cœperit, non speret sanitatem*. tribulari, sed cadit in languorem. Tales enim impius cõsolationes quęrit in rebus aduersis, quibus infirmior fiat, *Emarcuit sicut malua in æstu altitudo eius*. quia non tulit æstum tribulationis: malua autem, propter infirmitatem. *Aut sicut stipula spica decidens sponte eius*. *Quia mane erat in culmine ipsius*. Ipse enim sibi elegit tales consolationes, quibus peius infirmetur. *Alioquin quis est qui loquatur mẽdacium me dicere*. si & aliter sunt. Q V I D *enim exordiũ quã* De cap. xxv. *timor ab eo?* ista subiunctio videtur illis verbis consentire quibus dicit Iob, Idcirco à facie eius turbabor, cõsiderabo, & timebo ab eo. *Nemo putet esse moram piratis*. sine mora secundum permissum eius tentant. *In quẽ enim non venient insidiæ ab eo?* Hoc est, cũ ipse permit tit. Insidias autem dicit tẽtationes. *Aut quomodo erit homo iustus coram Domino?* ergo iustè eum tentari permittit. *Vel quomodò se mũdauit natus ex muliere?* nisi enĩ Deo mũdatus fuerit, immundus est. *Si lunæ præcipit, & non lucet*. quoniã si exigant rationes & ordo prouidentiæ ipsius, vt luna non luceat, præcipiet, vt non luceat, & non lucebit. Sed quare? Vtrũ in de velit videri nõ mundam lunam corã eo, quia præcipit ei, & nõ lucet: aut fortè rationalis animæ natura figuratè hic insinuatur, cui sol intelligibilis est, lumẽ illud verum quod illuminat omnẽ hominem. Et quoniã tanto magis luna lucet terrenis aspectibus, quanto magis recedit à sole: cũ autem propinquat soli, interimitur terris: intelligamus animæ diuinitùs præcipi, vt superata natiuitate terrena atq; mortali, qua splẽdor eius apparet, terreno sẽsu vidẽtibꝰ appareat & propinquet, subiugeturque sapientiæ, quo eius luce † secretissima Ioan. 1. b. 9. al. corde al. secretissime.

exultans

Mat. 6. a. 1. Hier. 9. c. 23. 1. Cor. 1. d. 31 2. Cor. 10. d. 17. exultans, caueat facere iustitiam suam coram hominibus, vt videatur ab eis, sed cùm gloriatur, in Domino glorietur. Quia & cùm apparet hominibus, dono creatoris apparet. *Nec stellæ sunt mundæ apud eum*. in comparatione eius. C V I *ades? vel quem aditurus es?* cùm indignans tanquam † iniustitiæ eorum putaret eos à Deo puniendos. Verùm sibiipsi loquens seipsum reuocat, vt Deo potius dimittat iudicium eorum, ne aut adesse Deo videatur, aut adiuuare eum velle: quasi inualidũ ad coërcendos vel corrigendos homines. Aut cõsiliũ dare quid cum illis agat, aut sequi eum tanquam assecuturus causam, quare dolosos homines esse & viuere patiatur. *Cùm superet omnẽ animam quærentem*. virtute incomprehensibili: aut quasi annunciarem illi aliquid de illis. *Cùm ab ipso habeat homo & spiraculum*. cùm aliquid enunciat. *Nunquid gigantes redigentur in nihilum?* non ergo mirandum, si istis Deus parcit, quando gigantem non † redegit in nihilum. Et ne diceretur, Sed ad inferos detrusi sunt, subiecit, *Quia infernum videt Deus*. & tamẽ eos ibi ordinauit vbi esse meruerunt, sicut iustos siue nunc sicut sunt, siue postea sicut erunt, quamuis eos nunquam remoueat à facie sua, *Quia omnia nuda sunt coram eo*. ita de proximo gigantes etiam istos consolatores superbos accipias. *Subter aquam & proximi eorum*. an subter aquam, subaudiendum, tenẽtur, vel aliquid tale. *Et non est velamen perditioni*. Etiam perditio eũ nõ latet. *Extendens aquilonem super nihilum*. potest aquilo diabolum significare, & terra peccatorem, quoniã & illi & illi inanis est spes. *Suspendens terram super nihilum*. in aërem. *Ligans aquam in nubibus suis*. propter obscuritatem prophetiæ. *Et nõ est scissa nubes sub eo*. sub veritate quam habuit nubes, quæ non scinditur, Scripturas intelligentibus: non enim aduersa dicuntur, sicuti putãt non intelligentes. *Qui tenet faciem solis*. ne agnosceretur ab impiis sol iustitiæ. *Et extendit super eum nubem suam*. carnem quam Dominus suscepit. *Præceptum circundedit super faciem aquæ*. populos: *vsque ad consummationem lucis*. huius vitæ finem, hoc est finem seculi. *Aut quous-* Ephe. 5. b. 6. *que consummentur*. id est, perficientur homines, quibus dictum est, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc aũt lux in Domino. *Columnæ cæli contremuerunt, & obstupuerunt ab increpatione eius*. quod contigit Petro per Paulũ. Gal. 2. c. 11. *Virtute sua sedauit mare*. placauit seculum, à quo persecutionẽ patiebatur ecclesia. Vnde etiam columnas cęli contremuisse ab increpatione eius, potest hoc modo intelligi, vt robustissimi ecclesiæ contremuerint pro infirmis, ab increpatione Domini permittentis tentationes persecutionis. Columna enim clamat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & non vror? 2. Cor. 11. g. 29. *Prudentia eius vulneratus est cetus*. vulneratum dicit diabolum dolore, quo ei iusti nõ cedebant. *Et claustra cæli metuunt eum*. vel angeli vel qui acceperunt D claues regni cælorum. *Præcepto autem peremit draconem desertorem*. eundem dixit & cetum. Sed nunc ostendit quomodo sit vulneratus, cùm acceperunt præceptum qui ei renunciauerunt. *Ecce hæ partes viæ huius*. quà ad Dominũ venitur. *Virtutem autem tonitrus eius quis sciet?* quando faciet. Tonitrum dicit euidentissimam vocẽ manifestationis eius. Aut illã fortè vocem, quã dedit Ioan. 1. a. 1. per filiũ tonitrus, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ: vt sit ordo, Quãdo faciet, quis sciet virtutem tonitrus eius? E T *spi-* De cap. xxvii. *ritus diuinus in naribus meis*. hic ostenditur propheticè eum dicere quæ dicit, & propheticè cognoscere, quia isti consolatores eius dolo pleni sunt. *Absit à me iustos vos dicere donec moriar*. Etiamsi vsque ad mortem persequamini me, quia vos liberè reprehendo. *Nec enim separabo innocentem*. ne vos autem. *Nec enim conscius*

A *sum mihi iniquum quid commisisse*. illi enim solent plerũque aliis parcere, qui metuunt sibi aliquid veri obiici. *Quæ enim spes est impio?* quia expectat ne quis putaret malè cum optasse inimicis suis, hic aperuit quo animo dixerit. Impietatem quippe illorum vult euerti, & perire superbiam, quod fit cùm soluitur ab impietate anima quæ tenebatur rea: soluitur autem per confessionẽ pœnitentis hominis, & gratiam ignoscentis Dei. Ergo quæ enim est spes impio? Interrogatio & responsio. *Quia expectat & confidit in Domino, si fortè soluatur, aut preces eius exaudiat Dominus*. potest quidem & alius sensus occurrere in his verbis, sed non ita contexitur & libro & fidei, vt quasi totum ex desperatione sit, quòd spem prorsus non habeat impius. Cùm aduersus hoc scriptũ sit: Credenti autem in eum qui iustificat impium, Rom. 4. d. 5. deputatur fides eius ad iustitiam. Et ideo quod sequitur, gratia Domini dicere intelligitur. *Aut si euenerit ei necessitas*. ideo debemus expectare gratiam soluentis. B *Nunquid enim in necessitate*. id est, in tentatione. *Habuit fiduciam?* meritorum in conspectu Dei. *Aut si inuocauerit exaudiet eum?* si tanquam fiducia operum suorum inuocat, quæ nulla sunt. *Quapropter annunciabo vobis quid sit in manu Domini*. quid disponat Deus. *Ecce omnes nostis, quia vanè vana loquimini*. ob hoc gratia iã expectãda est. Quomodo enim allegauit merita operũ suorũ vanè vana loquens? *Possessio verò potentium veniet ab omnipotente super eos, vt possideant eos potentes*. id est, diabolus & angeli eius. Potentes autem ideo dicit, quia isti infirmabuntur sequẽtes vanitatem, vt in eos illi præualeãt duces & principes vanitatis, quomodo & Dominus fortẽ eum appellat, non ob aliud nisi quia tenet inualidos. *Quod si multi fuerint filij eius, in occisionẽ eunt*: filios eius dicit qui eum ad seducẽdũ imitantur, falsorũ dogmatum persuasorem in damnationem. *Si autem iuuenes facti fuerint, indigebunt*. id est, si confirmati fuerint in C errore, indigebunt: non enim eos satiauit vanitas. *Et qui circa eum sunt morte morientur*. qui simillimi ei sunt ad seducendũ. *Et viduis eorum non miserebitur*. plebibus quas seduxit cum eis, viri morte desertis, quasi fidem illis cõiugalem in erroris promissione seruauerit. *Quod & si collegerit vt terram argentũ*. id est, si prudentes & sapientes. *Cùm adhuc terra & lutum sunt*. id est, cùm adhuc stulta & carnalia sentiunt, eis consenserint, postea correcti & cognoscentes ad iustos conuertentur. *Erunt enim domus eorũ sicut tinea & araneæ, quæ seruabat*. cor vel cõscientia. Aut domus dixit munimenta, quibus sẽ protegũt, verùm astuta & latebrosa, sed inualidissima, sicut tineæ folliculus quo se abscondit, & araneæ cauerna, in quã se recipiendo cooperit, & claudit eã. Quã seruauit autẽ, intelligitur seipsam in illa cauerna: quia non omnes araneæ hoc faciunt, propter spontaneam & interiorẽ corruptionem iniquę cogitationis, & propter inutilia opera, quæ quasi diligẽter in domo seruauit sibi impius. *Diues dormiet, & non adijciet*. quia post mortem nõ adiiciet ad ipsas impietates diuitias. *Oculos suos aperuit, & non est*. in resurrectione .n. nõ inuenietseipsum diuitẽ, quod putauerat. *Tollet eum æstus, & abibit*. aut æstus maris tribulatio seculi: aut æstus quo arescunt herbæ quæ radicẽ non habent. *Et ventilabit eum de loco suo*. aut de spe sua, aut Deus eum ventilabit de loco suo, vt non sit in loco Dei: hoc est, in populo quem inhabitabit Deus. *Et proijciet super eũ, & non parcet, tanquã aggerẽ* Prouerb. 1. c. 16. *pœnarum plaudet super manibus suis*. sicut dictum est: Et ego perditioni eorum superridebo: non enim superlugebit perditionem impiorum. E S T *enim argenti locus vnde fit*. prudentes qui magis in actione sunt. *Locus autem auro vbi purgatur*. sapientes qui in contemplatione sunt. *Ferrum enim de terra fit*. Hæc me- De cap. xxviii.

talla indifferenter in bono accipienda sunt: nam ideo ferrũ dixit, quia nihil interest, quasi superius de ferro diceret, quamuis per ferrũ possint fortes intelligi. Aeuera enim nulla distinctio est in sapiẽtia hominũ quàm in ea sunt. *Aes autem similiter vt lapides excluditur* quia totum de terra separatur: vt ostẽdat propterea esse bonos malis mixtos ad tẽp°, quia de ipsis malis seducũtur boni, & per illos purgantur tanquã metalla operi vel ædificio necessaria, cũ ipsa terra opus habeant eliquari ac formari, vnde & separandi sunt, vt post hãc separationẽ habeat terra locũ atque ordinem suum, sicut impij per damnationem pro meritis suis. *Et omnem finẽ ipse inuenit*. quid quò perduceret inuenit autẽ dixit, instituit. *Lapis tenebræ & vmbra mortis*. lapis, id est, vetus testamẽtum, tenebris & vmbræ mortis datum est, id est, carnalia sectantibus, quamuis ab vno Deo hoc expectarent. *Vbi superbientes non discindebant torrentem*. id est non transibant per lapsum temporalium ad aliquam soliditatem, sed ipso lapso ferebantur. *Et facta est discissio torrentis à cinere*, hoc est, à confitente peccata sua, & non superbiente de meritis operum, quod factum est per gratiam noui testamenti: discissio torrẽtis à cinere ab hominibus. Et cõmoti sunt ab hominibus adulantibus non increpante Deo, ab ipsa quæ eis promissa erant perdendo primatum suum. *Terra de qua egressus est panis*. subaudiendum, ipsos dico commotos de quibus tanquã de terra panis Domini exiit. *Et eam incẽsurus est*. infidelem cælestiiudicio Dominus. *Locus saphyri lapides eius*. ordo, locus saphyri, id est, preciosi & necessarij ædificio ciuitatis cælestis. *Et aggeres aurum ei*. aurum ei non modicum est, sed aggeres. *Semitam quã non cognouit auis*. humilitatem Domini. *Nec vidit eam*
Matth.3.b 9. *oculus vulturis*. diaboli. *Non transit super eam leo*. per fortitudinem superbiens. *In durissimo lapide extendit manũ suam*. potens est enim Deus de lapidibus excitare filios Abrahæ. *Et ripas fluminum dirupit*. vt totum irrigaret. Flumina enim dixit prædicatores verbi, voluerunt quippe ripis suis contineri, vt tantùm circuncisioni prædicarent. *Omne vero preciosum vidit oculus*
Ioan.1.b.14. *meus*. humanus, per verbum carnem factum. *Altitudinem fluminum reuelauit*. virtutes toleranti persecutiones in martyrio. *Occultæ & altæ sunt in homine*. donec tentatione persecutiones reuelentur. *Ostendit virtutem suam in lumine*. in eis quibus dixit, Vos estis lux
Matth. 5 .b. 14. mũdi. Per quos etiã pars Iudæorum nõ parua conuersa est. *Abyssus*, dixit, *non est in me*. ideo in abysso constituti homines eam inuenire non potuerunt, quia in ea non est. *Non dabitur aurum pro ea inclusum*. id est thesaurus. *Non erit deterior auro Ophir*. tanquam si diceret, vel sic eam quærite, siquidem deterior non sit auro Ophir. *Non æquabitur ei aurum & vitrum*. aut intelligendum aliquod vitrum speciosum, aut quia sunt homines, qui vitrum plus diligant quàm sapientiam. *Et commutatio eius vasa aurea*. non sunt, subaudis. *Et excelsa & grauis non erunt in memoria*. in obliuione erunt in comparatione eius: aut excelsa & grauis tanquam superba quæque non sint in memoria, vt per humilitatem trahas de absconditis sapientiam. *Sapientia vnde inuenta est?* dicit, quia non potuit eam inuenire homo nisi per gratiam, ideo ad Deum conuertendũ esse cor. *Latet ab oculis omnis hominis*. quia non est in sensibilibus. *Perditio & mors dixerunt*. perditi & mortui, cùm in deliciis viuunt. *Dominus commendauit viam eius*. humilitatem, quæ abscondita est à volucribus
Ioan .10 .g. 38. cæli. *Et ipse nouit locum eius*. locus sapientiæ quis nisi pater est? Cùm enim dicitur. Ego in illo, & ille in me, inuicem sibi quasi loca sunt. *Ipse enim omne quod est sub cælo perspicit*. hoc modo ea nouit quo fecit, & non

A sensibiliter. *Ventorum libramenta atque mensuras*. tota creatura per partem significatur. Et bene, pondere, Sap.11.c.21
mensura, & numero, omnia dixit facta, in quibus intelligitur creator. *Quando fecit, sicut vidit, enumerauit*. non extra vidit vt faceret, sed in semetipso, sicut artifex. *Et vim tempestatum vocibus*. tempestatum pro tentatione positum est. Tentationem autẽ pro his qui tentantur, quomodo dicerentur voces naufragij pro vocibus naufragorum. *Tunc vidit eam, & exposuit eam*. In prædestinatione Dominus vidit viam qua se conuertent tentati. *Parauit & inuestigauit*. in prædestinatione, De. CAP. XXIX.
non in actione. QVISNAM *me restituet in menses priorum dierum?* Hæc ex persona dici videntur ecclesiæ simul cum capite Christo, tanquam totus ipse homo loquatur tempore abundantiæ tribulationum, & tentationum, tanquam his diebus, de quibus Dominus dicit, Veniẽt dies quando optabitis videre vnum de die- Lucæ. 17.c 22.
B bus istis, & non videbitis. Eo enim tempore quo Domin° erat in terra, nulla erat solicitudo, quamuis adhuc populo paruo Christiano, qui cõstabat ex his qui 1 Cor.15.c 6.
in eũ crediderant, ex quibus erant plus quã quingenti fratres, quibus etiam post resurrectionem apparere dignatus est, sicut Apostolus dicit. Nulla ergo tũc erat solicitudo, ne aut à malis male gubernaretur ecclesia, aut hæresum vel schismatum laniaretur insidiis. Nã necipsas corporales persecutiones passa est, nõ aliquas pertulit vel intrĩsecus vel extrĩsec° aduersitates. Loquit° itaq; Iob ex persona hominis, hoc est, populi ad nouũ Testamẽtũ pertinẽtis, desiderãtis illos dies, sicut prædixerat Domin°. Et fortasse ideo menses appellauit nõ annos, quia ex quo elegit Domin° discipulos, vsque ad passionem, nõ anni, sed mẽses fuerũt. *Cũ lucebat lucerna eius super caput meum*. vel carnem Domini visibiliter præsentem, vel verbum ex ore præsentis corporaliter. C *Cùm verbum Domini inspiceret domum meam*. ad diligentiam custodiendi conuersationem. Et *circũ me pueri mei*. qui obsequebantur humiliter necessaria administrantes. *Cùm flueret per vias meas butyrum*. per mores meos exultationem fidei & bonorum operum. *Cùm montes mei abundarent lacte*. prophetæ bene paruulis exponerentur. *Cùm exirem matutinus in ciuitate* aut cùm iam claritas lucescereet, transactis tenebris timoris, aut in exordio ecclesiæ, vt non satis occultus. nõ satis manifest°. *Et in plateis ponebatur mihi sella*. à turbis deferebatur mihi docendi autoritas. *Videntes me adolescentes abscondebãtur*. dediti cõcupiscentiis. *Senes autem assurgebant*. prudentes, Et *potentes cessauerunt loqui*. superbientes de doctrinis suis. *Quia auris audiuit, &* Psal.17.a. 45.
beatificauit me. populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et *oculus videns, me declinauit*. Iudæorum non credentium. Et *os vidua*
D *benedixit mihi*. eius animæ quæ diaboli coniugio renũciauit. Ecce ferebatur mortuus filius vnicus matris Lucæ 7.b.12.
suæ, quæ erat vidua. Et *vestiebar iudicio, sicut chlamide*. in præferendis spiritalibus, carnalibus, nesciat sinistra Matth.6.a.3
quid faciat dextra tua: id est, qua intentione operetur: operta enim sinistra dextra exorta est, ĩ vestitu chlamidis, quod facit qui rectè iudicat, quò sit referẽ dũ q; operatur. *Iudiciũ quod nõ nouerã exquisiui*. ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te, quid nobis erit? Dicit felicitatis suæ fuisse quòd habuerit à quo quæreret Matth.19.d. 27.
de futuro iudicio. *Confregit molas iniquorum*. vt iam non deuorarent plebem de cibo panis. *Actas mea senescit sicut arbor palmæ*. multo viuam tempore: prælongabitur enim, & ero sicut arbor palmæ in honore sempiterno, & celsitudine & rectitudine. Et *ros* †*mutabitur* al. metabitur.
in messe mea. ex quo seminatur & germinat ager, messis dicitur. *Gloria mea noua mecum*. id est, noui Testamenti,

stamenti, *& arcus meus in manu mea gradietur*. faciam quod præcipio. *& in sermone meo nõ adiecerũt*. perfectio A
nem Euãgelij significat: nã sermo synagogæ datus indiguit adiectione. *Sed gauisi sunt cùm loquerer eis*: quia prior locutio timorem habebat, sequens charitatem. *Quod & si videre ad eos, non credebant*. de his quæ in parabolis ita loquebatur, vt nõ intelligeretur: non tamẽ sicut verba sonare videbantur, vana dicere putaretur.
Gen.18.b. 12. Hic est risus Saræ, qui significabat omnia eos in prophetia fecisse, vnde figuratè aliquid dicitur. *Elegi eorum viam, & sedi princeps*. aut suscipiendo mortalitatẽ, aut cum publicanis & peccatoribus conuiuãdo, sed ita vt princeps eis essem ad salutem. *Et habitabam sicut rex cinctus fortib°*. qui suis dimissis eũ secuti sunt. *Quasi consolans tristes*. eos dicit qui spe gaudebãt, cùm de præsenti vita erant tristes. Beati lugentes, vt dictum est.
Matth.5.a.5 2 Cor.1.c. 10 Et quasi tristes, semper autem gaudentes, qui possunt tenere illam magnitudinẽ, de qua dictum est, Qui
Mat.5.c.19. De CAP. XXX. autem fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in B
regno cælorum. NVNC *autem derident me infimi, nũc monent me minores tempore*. quia & postea nati sunt in ecclesia tales, & nõ proficiũt plurimum. Monẽt me autem, dixit, quia per honores ecclesiasticos accipiũt potestatẽ prædicandi populo, quæ ipsi non faciunt. *Quorum*
Mat.23.a.13. *spernebam parentes*. parentes eorum dixit, quorum imitatione filij sunt, quibus tunc dicebatur, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ. *Et virtus manuum eorum quasi nihilum mihi erat*: parentum potestas qui tunc vsque adeò plurimum poterant, vt crucifigerẽt Dominum. *In eis peribat omnis vita*. quia non se vel in fine correxerunt. *Egestate & fame instabiles*. à variis desideriis insatiabiles. *Qui fugiebant in desertum heri*. cõferendo se ad excusationem legis, quam non simpliciter intelligebant, Et quia in deserto acceperant, fugiẽtes in deserto heri: sicut enim hodie pertinet ad nouum Testamentum: sic ad vetus heri. De nouo enim dictum est, C
Psal 94.c.8. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare cor-
Psal.2.b.7. da vestra. Et, Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Qui vodebant cortices arborum*. quia figuras legis quibus vtilia tegebantur, pro cibo habebant. *Quorum erat cibus radix herbarum*. sacramenta quæ corporaliter iussi erant celebrare, tã quam terræ inhærentia, ex quibus tamẽ simplicis intelligẽtiæ fructus surgeret, & supra terram in liberratẽ ferretur, quò illi peruenire non poterãt. *In honorati & abiecti, & egentes omni bono*. amisso primatus honore ab spe promissionis, quia & ipsum terrenum donum pro meritis suis amiserant, & regnum cælorũ non tenent. *Qui radices lignorum manducabant*. propter magnam famem, quod de radicibus herbarũ dictum propter fructum frumenti, hoc de radicibus lignorũ intelligendum est, & propter fructum vini & olei. Nã omnes istos spiritales fructus accepit ecclesia, quorũ D
radices terræ implicatæ & sacramẽta erant, quæ corporaliter Iudæi obseruare cogebantur: Sabbatum, circũcisionem & victimas, & cætera huiusmodi spiritualium ciborum. *Insurrexerunt super me fures*. quia ad honores indebitos, qui iustorum sunt proprij, per tenebrosas fallacias peruenerũt. *Quorũ domus erant cauernæ petrarum*. qui concupiscentias suas defendebãt, & tegebant quibusdã obscuritatibus diuinorum librorũ. *Et inter arbores clamabant*. Manifesta erãt peccata eorũ,
Gen.18.c. 20. quãuis eã scripturarum obscuritate quasi vmbris arborũ tegere conarẽtur. Hinc est, Clamor Sodomorũ ascẽdit ad me. Et plerisq; locis pro manifestis peccatis clamorẽ ponit scriptura, vt verbũ sit quicquid corde cõcipitur: clamor, cũ procedit in factum. *Qui sub stirpibus terræ manebãt*. non saltẽ in stirpib°, sed etiam inferius in stirpibus manere possũt intelligi, qui vel carnaliter præcepta custodiũt, Stirpes enim sunt non iã ipsi fructus, sed vnde surgunt partes fructiferæ, vel arborum, vel herbarũ: sic tamẽ fructiferum genus est, quia & nõ fructiferi generis stirpes dicũtur filij stultorum, & ignobilium Iudæorum: nam hos dixit superius parentes eorum propter imitationem, quia & isti sub Dei nomine ambulant quem nõ colũt. Stultos autem & ignobiles dicit Iudæos, qui contrariò, non solùm se confidebãt esse duces cæcorũ, sed etiam filios esse Abrahę, quo patre se esse iactabant nobiles. Sed cùm audiunt, Cæci sunt & duces cæcorum: stulti demon- Mat 15.b 14
strãtur. Et cùm audiunt, Si filij Abrahę estis, facta A- Ioan.8.c.39.
brahæ facite: degenerando demonstrantur ignobiles. *Nomẽ & honor extinctus à terra*. erat in. sed extinctum est. *Nunc autem cithara eorum ego sum*. horum quorum illi patres sunt, qui me ad aurem habebant, non ad cor. *Et me habẽt ad fabulam*. inanem & inutilem narrationem & auditionẽ, quamuis me & narrẽt & audiãt. *Abominati sunt enim me discedentes procul*. lõgè facti sunt
B à iustitia peccando, & præcepta iustitiæ malis moribᵗ execrãdo. *Nec in faciem meam pepercerũt spuere*. execrãda namq; facies Christi est, his qui præcepta eius cũ cõtemptu exhorrẽt: vel, male me innotescere fecerunt morũ suorum prauitate. *Aperiẽs enim pharetrã suam afflixit me*. secreta rerũ, vnde tentationes existũt. *Et frenum in faciẽ meam miserunt*. vt eis inuitus consentirem, portãs eos ducentes quò vellẽt ad ima sua. *Et à dextris germinãtes cõsurrexerunt*. & fauẽdo bene monẽdo exorti sunt quidẽ, vt suas cupiditates explerent nõ persequẽdo. *Pedes meos vinxerunt compedibus*. officiorum ecclesiasticorum, vt non eos possent fugere. *Contritæ sunt semitæ meæ*. vt nõ apparerent per quas solent boni ambulare, non quærentes sua, sed Christi. *Exuit enim me*
Phil.2.c.20 *stola*. autoritate pristina, cui †eredi solet, quod contingit multitudine, & cõsuetudine peccatorum præua- al. cedi.
C lente. *Et iaculis suis vulnerauit me*. præceptis quib° video mala, & quia coercere nõ possum, crucior. *Abusus est me sicut voluit*. etiã calamitate & miseria mea vsus est ad iustiã suam De°, sicut voluit. *Dolorib° inuolutus sum*. & in me, & in aliis patior. Foris pugnæ, intus timores. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Et iterantur do-*
2 Cor.7.b.5 2 Cor.11.g. 29. *lores mei, discedit sicut spiritus spes mea*. Quasi inane aliquid conuersi ad spem temporalium, habentes quod promitto. *Et sicut nubes transiit salus mea*. Non sperantes salutem promissam amore præsentis salutis. *Et nunc super me effundetur anima mea*. peccãdo. *Nocte verò ossa mea confracta sunt*. firmitatem quam habuit, dixit sibi ereptã. Et *nerui mei dissoluti sũt*. actiones præteritæ. *In multa virtute apprehẽdit stolam meam*. ad demonstrandam virtutem suam, modò affligendo, & postea reparãdo. Et *quasi ora vestimẽti mei circundedit me*. modicũ mihi reliquit autoritatis. *In terra & in cinere pars mea*. in pœnitẽtia, quia extremũ. *Steterunt & cõsideraverunt me*. & me iacẽte superbè steterunt, quærẽtes quid in me reprehẽderent. Et *proiecisti me à salute*. Illos dolet qui spem reparationis amiserunt. *Domus enim est omni mortali terra*. ideo se dicit mortẽ metuere, quia conuersatio eius nõ sit in cælo, secundũ plures qui mali sunt in eccle- Philip.3 d 20.
sia, & terrenè viuũt. *Atque vtinã posse meipsum interficere*. vt morerer seculo. *Aut vocare aliũ, & faceret mihi hoc*. vel angelum meliorem, vel Deum per quem corrigerer. *Ego bona præstolabar*. dolet quia repentè sibi ista euenerunt. *Venter meus efferbuit, & non tacebit*. interiora, vel memoria qua recordatur quid fuerit primò, & quomodo afflicta est in gemitib°. Et *steti in cœtu clamãs*. quia nõ in frequentia audita est eorum qui se nolebãt corrigere. *Cutis mea innigrata est valde*. ex his quæ forinsecus patiebatur. *Versa est in luctum cithara mea*.

De CAP. XXXII. opera bona quibus laudabat Deum gaudens. TESTAMENTVM *feci oculis meis*. nunquid cœpi separare visibilia? *Vt non cogitem de virgine*. vt subaudiatur, absit. Mat.24.b.13 Hinc iam incipit merita ecclesiæ commemorare, in his qui perseuerant in fine in tentationibus magnis, abundante iniquitate, & refrigescente charitate multorũ. Et non cogitabo de virgine, incorruptione sapientiæ vel iustitiæ. *Et quæ est alia pars Dei super?* subaudit non cogitabo, aut ita, & quæ est, nisi illa? *Si incessi cum irrisoribus*. iam bonis qui sunt in ecclesia difficile est nõ talibus sociari. *Vel si festinauit ad dolum pes meus*. hypocrisis. *Seram, & alij fructus meos edant*. quomodo Iudæis contigit, id est, ea dicere quæ alij faciant magis quàm ipsi. *Sine stirpe sim super terram*. vt facilè arescam. Ille enĩ in terra tanquam in petra firmus est, qui facit quod dicit. *Si secutiũ est cor meũ mulierem*. vt suã quereret gloriã in populo Dei potius quàm Dei, cui vni iure debetur. *Aut si obsedi ianuas eius* insidiosè captaui desideria plebis eius, vel timorem, quibus ageretur, vt mihi potius seruiret quàm Deo. *Placeat quoque vxor mea alteri*. fama mea diabolo, cui quãdo placemus, displicemus Deo. Ille enim malis nostris gaudet. *Et filij mei humilientur*. facta vel imitatores mei. *Furor enim animæ meæ* 1.Cor.5.a.4. *est indomitus, commaculare viri vxorem*. mihi eã vendicãdo. *Quòd si & despexi iudiciũ famuli mei & ancillæ, cùm iudicarẽtur apud me*. secũdum quod dictum est. Secularia igitur iudicia si habueritis. Famulos autẽ dixit laicos adhuc secularibus deditos. *Quòd si & visitationẽ, quod responsum dabo?* in tribulatione, quam conscientiã habeo, quia ista despexit? *Nõne sicut ego conceptus sum in vtero, & illi?* Eadem enim in sacramẽtis omnibus prædicantur, eadem credunt. *Et fuimus similiter in ventre*. nõ enim ille aliter renunciat, quàm ille qui plenè seruiturus est Deo. *Et de ventre matris meæ dux eis fui*. ab initio enim fui. Hæc operatur ecclesia. *Aut si despexi nudum pereuntem, & non operui*. si non de fide remissionis peccatorum tanquam tunicam nõ habẽtem, velaui à nuditate fœditatis: id est, peccati pereuntem. Iam enim desperat multitudine peccatorum. Et hinc est, Et quo- Psal.31 a.1. rum tecta sunt peccata infirmorum. *Si non bene dixerũt mihi humeri*. spe immortalitatis, tanquam pallio de super cooperti. Ne autem post fidem remissionis peccatorum sufficere putarent præteritarum pœnarum metu carere, & incperent sperare temporalia, bene adiecit. *De tonsura mearum calefacti sunt*. quod à frigore spei terrenę illorũ vindicati sunt consideratione, si earnalia per renunciationem posuerũt, exemplo gregis de tonsarũ. *Si leuaui super pupillum manum meam*. qui nõ inueniendo patrem, poterat creaturam vel hominem sequi. *Fidens, quia mihi est adiutorium multum*. volens eis dominari. *Discedat humerus meus à iugulo meo*. quod his contingit qui se ab ecclesia separant, dum volunt populis dominari, vt præcisionem præcisionis patiantur. Per humerum autem aut brachium significantur actiones. *Timor enim continuit me*. ne leuaret manum super pupillum. *Et à pondere eius non sustinebo*. si hoc velim vt pupillum opprimam. *Posui aurum robur meum, nunquid præsumpsi?* de doctrina aut sapientia Dei. *Quòd si & in lapide precioso fidebam*. quasi de operibus meis. *Si & lætatus sum, cùm esset mihi census multus*. quasi de meo, vt Hier.9 c.23 qui gloriatur, in Domino glorietur. *Si & in innumera-* 2.Cor.10.d. *bilibus posui animam meam*. subaudiendum ad omnia. 17. *Discedat ab humero meo brachium meum*. quod amarer à multis. *Et deceptum est clam cor meum*. ordo, Si & in innumerabilibus posui animam meã, & deceptum est clam cor meum, si cõsensi tali cogitationi, vt in me præsumerem, *Quòd si & osculatus sum manum meam*. ponens ad os meum, gauisus sum tanquam de operibus meis. *Quòd si & gauisus sum super ruina inimici mei*. ecclesiæ, vt sunt persecutores ecclesiæ. *Audiat auris mea maledictionem meam*. perducatur ad sensum meũ. *Opprobrio sim in populo meo*. diffamatus plebi sanctorum, vt separetur tãquam illusus. *Quod si sæpe dixerunt ancillæ meæ*. adulatores. *Qui det nobis vt carnibus eius saturemur*. cùm satis bonus essem, vt imitarentur felicitatem carnalẽ in me. *Non tamen hæc gessi*. ne dicerent enim hęc, non me præbebam in talibus bonũ. *Foris non manebat hospes*. recipiebam peregrinum in seculo. *Quòd si hęc sponte peccans, abscondi peccatum meum*. voluntariè enim peccantibus nobis, postquam accepimus notitiam veritatis. *Aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire ianuam meam*. vt ideo exierit ianuam, quia sinu vacuo fuit. *Quis mihi tribuat auditorem?* quis mihi prestat vt audiar? *Manum Domini si non timui*. qua scripsit, Si non dimiseritis, nec Mat.6.b.14. pater vester dimittet vobis. *Cõscriptionem si quam habeo*. ordo, Conscriptionem si quam habeo. *Et si non dirupit eam super humeros meos, & coronatus leuans super humeros meos, & coronatus plublicè legam*. id est, aduersus faciem meam, statuam te ante faciem tuã. *Quia populi corona confundar*. quia non feci mãdatum Domini, quod me fecisse iam dixeram, negando primò me habere conscriptionẽ, quæ mihi postea obijcitur. *Si super me vnquam terra gemuit*. stipẽdiarij ecclesiæ quòd malus sum. *Aut sulci eius plorauerunt simul*. quo semina recipiuntur, & vnde fructus dantur: quia malus sum, & mala semina seminabam. Ideo simul. *Aut si & virtutem eius comedi solus sine precio*. ipsa misericordia qua participat catechizãti qui catechizatur, hoc est, solus non retribuens ei qui daret. *Aut si animam Domihi terræ decipiens contristaui*. non me dignum exhibens passioni eius qui Gal.5.a.6. pro me animam fudit: Nolite cõtristare spiritum sanctum in vos. *Pro tritico germinet mihi vrtica*. pro spiritali- Ephes.4.g. bus doctoribus magistri prurientium auditu per con- 30. fricationes hominum mẽte corruptorum, & à veritate destitutorum. *Et pro hordeo spina*, pro carnalibus obedientibus peccatores & resistẽtes. Erat enim Iob in 1.Tim.6.b.5 conspectu suo iustus in conscientia sua. DEVS *abiecit eum, & non vir*. vt hanc dicam causam cur tacuerint. *Et sermonibus vestris non respondebo ei*. ego enim talia dicam, vt mihi quemadmodum vobis respondere Verba Helii Buzitis. De CAP. XXXIII. non possit. *Quia ergo expectaui, & non sunt locuti*. quasi ad Iob conuersus dixit. *Vẽter meus sicut vter musto plenus*. Commendat hũc Scriptura, quia in prophetia locuturus sit. *Et veluti follis ærarij diruptus*. ad duritiam soluendam. *De vi loquor*. indẽ & iratus dicitur. Non enim opus esset vt ego loquerer, si vos ei responderetis: alioquin & me tineæ edẽt, aut sicut vos, aut sicut omnes qui mirãtur personas. MVNDVM *est cor meũ in ver-* De CAP. *bis*. nõ duplex. *Spiritus diuinus qui me fecit*. subaudis, est: XXXIIII. Spiritus diuinus est qui me fecit. *Quomodo ergo dicis. Iustus sum, & non exaudiuit me?* quasi aduersario dixerit Iob. *Semel enim loquitur Dominus*. quasi vocationẽ omnium iustorum semel fecit Dominus, & tẽporaliter circa singulos hoc agit diuina prouidentia. *Per somniũ aut in visitatione nocturna*. aut in ignorãtia, aut in tribulatione. *Aut sicut incidit sæuus timor in homines, cùm dormiunt in cubiculis*. securi, *& corpus eius à ruina eruat*. trãslatè sicut ossa. *Et pepercit animæ eius à morte*. cùm eum cõuerterit, parcet ei. *Quia vẽturum est bellum, & iterum arguet eum in infirmitate in cubiculi*. post conuersationem iam probat, ne de se præsumat. *Et multitudo ossium eius emarcuit*. fiducia de se. *Omnemque escã non poterit sumere*. consolationẽ de temporalibus. *Et renouabit corpus suum, sicut litura in pariete*. mutationem vitæ, vt hic translatè propter ædificium in societatem. *Et molliet carnes suas sicut paruuli*. ne sit durus superbia, secũdum quòd

Helui

Heliu videtur, tentatur Iob humilis per innouationem. *Et intrauit facie hilari cum professione*. paratus ad tentationes. *Salua animam*. ne veniam in corruptionẽ, hic, tentatio mortis. *Vices tres cum viro*. conuersionis, probationis, mortis. *Sed eruit animã meam de morte*. Quia adhuc hæc mortis restat. *Vt anima mea in lumine collaudet eum*. Iam ergo orationes cessabunt, quia nulla De CAP. XXXIIII. erit indigentia. RESPONDENS *autem Heliu, dixit*. Quomodo dicitur, & adiecit. *Et qui habetis scientiam, auribus percipite*, spiritalibus. *Quia auris sermones probat*. ista carnalis. *Quid est bonum, quia dixit Iob, Iustus sum?* Quid boni dixit, quia dixit? *Et in iudicio meo mentitus est*. Hinc est, Ego bona præstolabor: ideo præter spem, quòd est, mentitus est. *Quis est vir vt Iob?* Adhuc verba Iob sunt. Dixit enim. *Non visitabitur qui ambulauerit cũ Deo*. Hic illum putat deceptum, quia hoc sperans illa omnia fecerit. Aut certè quòd in bonum non putat visitari eum qui ambulauerit cum Domino, *Absit à Deo impietas*. Aut vt non visitet in bono qui cum eo ambulauerit, aut etiam si visitauerit in tentatione, impiè & iniustè agat. *Impius est qui dicit regi, iniustè agis*. Dan.10.d. Tu autem non debes illud dicere, qui non es impius, 21. Bene, qui dicit, nõ qui dixerit, ne iam etiã ob hoc esset: Quomodo dicitur factum est, qui hoc facit. *Impiissimè principibus*. tanquam angelis dicat, Nisi Michael princeps vester impiissimè agitis. Aut si ita impiissimè dicitur principibus, quãto magis regi? *Abusi sunt enim iniquè cùm excluderentur infirmi*. Male vsi sunt exclusione sua, cùm propter infirmitatẽ excluderentur ab ea visione, qua videntur omnia diuinitus ordinatissimè ordinari & administrari. In eo autẽ malè vsi sũt, quia spiritum suum sequi maluerunt, Deum ista non curare: ex hoc enim illis vanè veniet, vt in necessitatibus suis clamẽt & rogẽt hominẽ, cùm Deum rogare debuerunt. *Neque erit locus, & non est vmbra mortis vt latitent qui fa-* Tit.3.c.10. *ciunt iniqua*. Non ad hoc est vmbra mortis vt latitent, vt est, Non senes habẽt sapientiam: quia non senectus est causa sapientiæ: &, Hæreticum ne salutes, ne inde, qua hæreticus est. *Et euertet noctem, & humiliabuntur, vt supra eos sit quod sub ipsis erat*. id est, premat eos quod subditum illis erat. *Et extinxit impios, lucere sibi videbãtur, & iustitias eius nõ cognouerunt*. Dicit quid boni Deus fecerit de iniquitate eorum, vt perferatur ad eum clamor pauperis. *Ipse quietem dabit & quis poterit condemnare?* Non qualẽ quærunt homines quæ illis tribulationibus turbatur. Si Deus iustificat, quis est qui cõ- Rom.8.f.33. demnet? *Et contra hominem*. simul aduersus gẽtiles & Iudæos. *Qui regnare facit hominẽ hypocritam propter peruersitatem populi*. Quoniam dicitur, Qui ergo doces aliũ, Rom.2.c.21. teipsum non doces. *Absque me videbo, tu ostende mihi te reprehendens, meipsum fortè reprehendendum esse non video?* Interroganter pronunciandum. *Si iniquitates operatus sum, non adijciam*. correptus à te. *Nunquid à te exigit eam, quia repulisti?* quia reprehendisti. *Et vir sapiens au-* Verba Heliu De CAP. XXXV. *diet verbum meum*. Deum omnia curare. *Iob autem non in sapientia locutus est*. putando quòd aliquid sibi iniquè diuinitus acciderit. QVARE *hoc existimasti in iudicio?* Quare hoc iudicasti? *Tu quis es, qui dixisti, iustus sum ante conspectum Domini?* Ante conspectum Domini dixisti, iustus sum. Vtrunque enim reprehensibile est in homine. Vnum, si aut super bẽdicatur, aut falsum sit iustum eum esse, etiam secundum humanam iustitiam. Alterum autem, quia nunquam verè ab homine dici potest, *Quod ante conspectum Dei sit iustus*. cui comparatus quilibet iniquus est. *Aut dicis, Quid prodest tibi, aut quid faciam si peccaui?* Hoc enim ei videtur Iob dixisse Deo, quasi aut Deo prosit peccatum eius, vt isto dolore ad impietatem cogatur, vbi ait, Nolite me docere impium esse. Aut bonum est tibi si iniquè egero, aut Deo nocet peccando, & ideo illum sic insequatur Deus quasi hostem suum premens, ne aliquid ab illo mali patiatur. Nã hoc etiã dixerat, Si ego peccaui, quid possũ tibi facere? Aut si multa iniusta feci, quid poteris facere? Ad vtrũque ergo Heliu respondit, cõsequentibus verbis, *Ego dabo tibi responsum, & tribus amicis meis: Aspice in cælum & vide, respice in nubes quàm altè sint à te, si peccasti, quid agis*. Cõfirmat q, ab eo edictũ est, Si ego peccaui, quid possum tibi facere? Plus est, multa iniusta fecisti, quàm quod superius dixit, peccasti. *Sed tamen quid poteris facere Deo?* quãdo ne nubes quidem poteris lædere. *Et si iustus es, quid dabis ei?* Econtrariò quomodo iustitia tua nihil ei prodest, sic iniustitia nihil nocet. *Aut quid de manu tua accipiet?* Et iamsi dare velis propter sacrificia quæ stulti putant Deum sumere velut eis indigentem. *Viro † simili tui impietas tua, & filio hominis iustitia tua, vel illa nocet, vel hæc prodest*. Sed his versibus al. similis confirmauit potius quàm refellit sententiã, quã dixit Iob, Si ego peccaui, quid possum tibi facere? Consequenter ergo oportet vt ostendat, quare in hac vita homines affligantur iniuriis malorum, inter quos etiam diabolus cum angelis suis numeratur princeps iniuriarum & iniquitatum omnium. Cùm enim Deo nõ possint nocere peccantes, cur eos tradit in potestate affligẽdos malis. Et exponit deinceps, dicens, *A multitudine clamabũt, vociferabuntur à brachio multorũ, & nõ dixit vbi est Deus qui fecit me*. Ad hoc enim patiuntur hæc, vt Dominũ quærant, non vt inaniter vociferẽtur. Quòd autẽ ait, fecit me, pro documento est. Quia quærentẽ se non relinquet, quem ipse fecit. *Qui distribuit custodias nocturnas*. Tempora huius seculi sub certis potestatib⁹ ordinata, quia nec in ista erroris nocte relinquet hominẽ sine custodia, qui eum fecit. *Qui separat me à quadrupedibus terræ, & à volatilibus cæli sapientiorem me fecit*. Sic enim quærendus est Dominus in afflictionibus vitæ huius, vt non ab eo terrena bona desideremus, quia iam bestiis meliores sumus antequam illa accipiamus, *Ibi clamabunt, & non audies*. Ibi dixit, in multitudine in afflictione clamantium, & à brachio multorũ. Psal.35.a.13. Aut certè ibi, sicut est, Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatem. Et nõ audies quod dixit, de eo dixit, ab iniuriis malorũ, subaudiendũ clamabunt. *Vana enim nõ vult Dominus videre*. Non vult subuenire vana petẽtibus, & non ideo vociferãtibus in afflictione vt bona sempiterna percipiant, cùm propterea separati sint à quadrupedibus terræ, & sapientiores facti volatilibus cæli: sed vociferantur, quia non sunt in huius seculi iniquitate felices. *Ipse enim omnipotens perspicit eos qui faciunt iustitiam, & saluum me faciat*. Sicut ipse videt facientes, qui cordis intima perspicit, sic ea salute sal- 1.Cor.2.a. uos facit, quã ipse videt in occulto. Quia nec oculus vi- 4. dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Esaiæ 64.a. 4. præparauit Deus diligentibus se. Ideo etiam si pertur betur vana salus hominis, dat tamen auxilium de tri- Matth.6.a.4 bulatione pater qui videt in abscondito. *Iudicare itaque eũ si potes*. collaudare eũ sicuti est. Hoc.n. visus est Iob dicere, cùm ait, Vtinã esset nobis arbiter. *Et nunc quia* al. delicta. *non est visitans iram suam, nec cognouit † debita vehementer*. Cognouit ad vindictam. Vnde est, Quoniam ini- Psal.50.a. 5. quitatem meam ego cognosco. Et in eodem loco, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Cognouit ergo Ibid.b.11. delicta: nam ideo patiuntur homines tribulationes in hoc seculo. Sed non vehementer, quia partibus cor- Verba Helii De CAP. XXXVI. rigens das locum pœnitentiæ. *Et Iob vane aperuit os suum*. in ignorantia sua verba multiplicat. SVSTINE *me pusillum vt te doceam: adhuc enim in me sunt*

ſuperba, tãquam in eum quippe dicitur qui de operibus ſuis audet extolli. *Quieſcente terra ab auſtro, firmabis cum eo cælos?* Qui æqualiter ad videndum fuſi ſunt ab auſtro. Terram cõgruenter intelligimus eos qui de Iudæis crediderunt in Chriſtum. Sicut enim ſol ab aquilonari terra remotior eſt, auſtrali autem vicinior: ita quos propè inuentos dicit Apoſtolus luci Euãgeliſtarũm, non abſurdè accipiuntur, terra ab auſtro. Sicut autem cælos Euãgeliſtas ſolemus accipere, vt eſt, Cęli enarrant gloriam Dei. De his enim dictum eſt, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: ita terras rectè accipimus plebes, quibus euangelizatum eſt. Et quoniam plebes quæ de Iudæa crediderunt, poſteaquàm quieuerunt, exeuntes de hac terra, nunc enim hic non ſunt, firmata eſt tamen autoritas Euangeliſtarum in eccleſiis quę ſunt ex gẽtibus, firmata autem miſericordia Dei, non iam opitulãte autoritate eccleſiarum Iudææ quę in Chriſtum eſt, propterea ſenſus hic eſt, vt per interrogationem pronuncietur, Nunquid tu quieſcente terra ab auſtro, id eſt, iam nõ exiſtente in hac vita plebe vlla Chriſtiana ex Iudæis, firmabis cum eo Euãgeliſtas, & diuinarum ſcripturarũ libros, qui per miſericordiam Dei nõ ſolis Iudæis, ſed etiam gentibus æqualiter ad videndum fuſi ſunt? gratiam quippe Dei cõmendat & miſericordiã, ne quis de meritis glorietur, quæ Iudæorum erat ſuperbia. *Quare doce me quid dicamus ei, & requieſcamus multa dicentes*. quia non eſt quòd ei dicant conuicti, nullum ſe habere meritum per ſeipſos, ſed eius indigere miſericordia. *Nunquid liber aut ſcriba aſtiſtis mihi*. vt ſtans faciam hominem tacere. *Quare ergo non dicis*. ſi habes quod dicas. Non enim quaſi dictanti mihi excipis, vt tu nihil dicas. *Sed vtique colloquimur, omnibus autem nõ eſt viſibile lumẽ*. q̃ refulget in nubib⁹. Redit ab ea quæ dicebat de ſpe remiſſionis peccatorũ, & illuminationis gratiæ per miſericordiã Dei: refulget enim lumen in nubibus. Non tamen iſtarum nubium proprium eſt, illuminãtur enim. Aliud eſt enim quod fulget ſuo lumine, aliud quod refulget illuſtratum. Sed non eſt omnibus viſibile. Multi enim putãt lumine ſuo fulgere animas, cùm ſapiẽtes ſunt. Vnde ſunt illi, qui dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. *Et Spiritus tranſiit, & mundabit eas*. Hic ſpiritum dixit, de quo dictum eſt, Ab increpatione ſpiritus iræ tuæ, & à ſpiritu tuo quo fugiam? Per correptionis enim tentationem oſtẽditur hominibus meritum eorum, quia ipſi peccatis ſuis tenebræ ſunt, & egent gloria Dei, vt illius lumine illuſtrari velint, illi dantes honorem, non ſibi, atque ita ſuperbia depoſita, mundentur à delicto magno: nam ſpiritus ſanctificationis non trãſit, ſed manet. *Ab aquilone nubes coloris aurei*. ab ſceleratiſſima impietate, & à Deo longè remota, veniunt tamen mundati atque conuerſi, & illuminati ſapientia, vnde, niſi per gratiam qua non merita attenduntur, ſed peccata dimittũtur? vnde ille cùm ſibi vellet ignoſci, Doceam, inquit, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur: tanquam nubes ab Oriente vel Aquilone iam coloris aurei, illuminatis tenebris ſuis. *In his eſt magna gloria & honor omnipotentis*. cui plurimum dimittitur, plurimum diligit. Quoniam poteſt & impium iuſtificare qui eſt omnipotẽs: *& non inueniemus aliũ ſimilẽ virtuti eius*. ſolus n. hic peccata nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Solus enim Deus verax, omnis autẽ homo mendax: vnde vicit cùm iudicaretur Deus homo factꝰ, qui iuſtè iudicat, nõ putas exaudire eum? Non itaq; homo de venia deſperãdo addat peccata peccatis, tanquam addictus iam damnationi, quia certus eſt de iuſtitia Dei, ſub qua non poteſt

Pſal.18.a.2. Ibid.a.5.

Iob.viro.

Pſal.50.c.15.

1.Pet.2.d.22. Pſal.115.a. 11.

A eſſe impunitus. Ita enim Deus iuſtè iudicat vt etiam exaudiat veniam deprecantes, & tanto magis quanto magis iuſtè iudicat. Nõ n. iuſti iudicij eſt, pœnitẽtes ſupplices miſcere cum iis qui recuſant humilitatem & ſatisfactionem penitentiæ. *Propterea timebunt eum homines*. ſi ſe homines eſſe meminerint, confitendo peccata ſua, quia adhuc homines ſunt, quibus dicitur. Nónne homines eſtis? *Timebunt quoque eum & ſapientes corde*. ne ſibi tribuendo quod acceperunt, & dicendo ſe eſſe ſapientes, ſtulti fiant. Poteſt enim auferri ſuperbis quod datur humilibus. Quapropter & ſapientes quamuis cordis illuminatione, non linguæ iactatione ſapiẽtes ſint & reges, ſpiritaliter iudicantes terram, ipſi autem à nemine iudicentur, ſeruiant tamen Domino in timore, & exultent cum tremore, ne pereant de via recta. Deus eſt enim qui operatur in eis & velle & operari pro bona voluntate. *Et poſtquam quieuit Heliu loqui, dixit Dominus ad Iob per turbinem nubis*. Etiã ſi hoc modo vox iſta facta eſt quomodo ad Moyſen, vel quomodo cum ſe Dominus tribus diſcipulis in monte oſtendiſſet, tamen quòd non dictum eſt ſimpliciter per nubem, ſed per turbinem nubis, hoc ſignificari arbitror, quòd non per ſanam carnem interrogatus, hoc eſt, tẽtatus eſt Iob, ſed per tribulationem perturbationemque carnis. *Quis eſt qui celat meum conſilium, contemnens ſermones in corde, & me putat dare*. Nemo eſt ergo qui ſe immeritum pati aliquid aſperum dicat, quia ſi non factis, ſaltem verbis peccatur: & ſi non verbis, ſaltem temeraria præſumptione intus in corde, vel ſermonib⁹ cogitationum, & quoniam Deum non latent: nemo flagellatus dicat indignè ſe accipere diſciplinam: quaſi vltra non ſit quo per illam proficiat. Sciendum eſt enim, ſic in principio libri huius diabolo laudatum Iob teſtimonio Dei, & in fine tribus amicis eius, vt

B

Rom.1.c.22 Pſal.17.b.9. Pſal.138.b.7.

C tamen noſſet Deus quantum ei deeſſet ad perfectionem, quò etiam laudabiles ſecũdum hãc vitam viros, & Deo iam placentes, paterna flagella perducunt, quę noluit ab Apoſtolo remouere, dicẽs, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. *Accingere tanquam vir lumbum tuum*. Significat ad hoc pati dura & amara Dei ſeruos in hoc ſeculo, vt omnes affectiones ſuas à terrenarum delectationum fluxu coligant atque conſtringant. *Interrogabo te, tu autem reſpande mihi. Vbi eras cùm fundarem terram?* Hinc iam commẽdare incipit eminentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia in ipſo eſt ſalus omnium percuſſorum venenata ſuaſione ſerpẽtis, ne in ſe ſibi quiſpiam eſſe ſalutem putet. Ille enim Deus, non ſicut dictum eſt, Dij eſtis, & filij Altiſſimi: ſed cui rapinæ non ſit eſſe æqualem patri: & filius hominis, non ſicut filij hominum in quib⁹ non eſt ſalus: ſed præ participibus ſuis. Non enim iuſtus tantum, ſicut Iob, ſicut Paulus, ſicut Eccleſia, ſed etiam iuſtificans tanquam vnigenitus à patre, plenus gratia & veritate. Ad inſinuandam ergo differentiam diuinæ humanitatis eius, in quo princeps huius mundi nihil inuenit: quia in paſſione quæ non rapuit tunc exoluebat: & iuſtificationem ſanctorum per peccatorum remiſſionem, quibus ſanctis in vnum redactis, fit corpus eius Eccleſia, cuius & particula eſt Iob ſecũdum hiſtoriam quaſi iuſtificatus, & figura vniuerſæ Eccleſiæ per prophetiam incipit dicere quæ dicturus eſt. *Vbi eras cùm fundarem terram?* Vtrum quia nondum erat, an quia nõ per eũ fundata eſt, ſicut per vnicum filium, & terram iſtam, an ipſam Eccleſiam? ipſa autem accepit lapidẽ angularem, de quo mox dicturus eſt. *Indica mihi ſi noſti ſcientiam*. Hæc enim quæ à Domino pro nobis temporaliter geſta ſunt, ad ſcientiam pertinent. *Quis poſuit menſuras eius, ſi noſtiꝰ* ſecun-

2.Cor.12.b 9.

Pſal. 81.b.6. Philip.2.a.6. Pſal.145.a3

Ioan.1.b.14 Ioan.14.d. 9. Pſal.68.a.5.

Epheſ.4.b.7 Pſal.67.d.19.

ſecũdum diſtributionem donorum ſpiritalium. Vnicuiq; enim noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit, Aſcendens in altũ, captiuauit captiuitatẽ, dedit dona hominib⁹. Quia ſi totum corpus oculus, vbi auditus? Secũdũ menſuram quippe vniuſcuiuſq; partis incremẽtũ corporis facit, in ædificationem ſui in charitate. *Aut quis eſt qui induxit ſuper eam funiculum*. vt eam faceret hæreditatem ſuam, diſtinguens ab eis, quibus dicit, Nõ noui vos. Nouit enim Dominꝰ qui ſunt eius. *Aut ſuper quo circuli eiꝰ fixi ſunt*. Quia cõſtringũt eã ne diſſoluãtur, diuini libri fixi ſuper Deũ: q̃a quiſquis eos ſine illo interpretari voluerit, fluitet atque erret neceſſe eſt. *Quis eſt autem qui miſit lapidem angularem ſuper eã*, quẽ reprobauerũt ædificantes. *Quãdo facta ſunt ſidera ſimul*. ſimul baptizata tot milia verbo vitæ, inter peccatores tãquã in tenebris fulgentia. *Laudauerũt me voce magna omnes angeli mei*. Euangeliſtæ. *Concluſi portis mare*. populos amaricantes amore terrenorum. Sed quare portis? An fortè vt non ſolũ modũ haberet exercendi iuſtos †perſecutionibus, ſed etiã vt liceret iuſtis inde egredi? *Cùm fremeret ex vtero matris ſuæ, volens progredi*. Cùm iraſceretur in concilio Babyloniæ ciuitatis, fornicãtis amore huius ſeculi, volens extẽdere perſecutiones ſuas ad perdẽdos de terra eos, de quibus dictũ eſt, Nõ peto vt tollas eos de ſeculo: ſed, vt tollas eos de malo. *Circumpoſui illi nubem operimentũ*. Nõ enim boni tantũ, ſed etiã mali multi amatoresq̃ huiꝰ ſeculi ſacramẽto corporis Chriſti ſubiecti ſunt: cuiꝰ autoritate à ſanctorũ perſecutione reprimũtur. Et *nebula obuolui illud*. Ignorãtia qua terrenã inde expectãt felicitatẽ, terrenamq̃ infelicitatẽ timẽt: & propterea timẽt, quos niſi ita eſſet, perſequerentur. Non enim ſolũ dictũ eſt. Edẽt pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominũ qui requirũt eum: ſed etiam dictũ eſt, Manducauerũt & adorauerũt omnes diuites terræ. *Et poſui illi terminos, & imponens clauſtra & portas*. Terminos quibus ſæuitia cohibeatur, nõ vt nihil affligat, ſed quouſque exerceat: clauſtra, vt iuſti nõ progrediãtur: portas, vt ab eis iuſti egrediãtur. *Et dixi, Hucuſque venies, & non tranſibis*. Sicut ipſe diabolus modũ accepit quouſque affligeret Iob, ita illud mare quouſque perſequeretur eccleſiã, *Sed in temetipſo cõminuentur fluctus tui*. alterna vaſtatione diſcordiarũ atque bellorũ. *Aut nunquid tecum lucem conſtitui matutinam?* id eſt conſilio tuo tẽpus reſurrectionis prædeſtinaui. *Aut cognouit lucifer ordinẽ ſuum?* ſubaudiendũ eſt, Nunquid tecum? Dominũ autem luciferum dicit, propter ipſum matutinũ reſurrectionis exortum. Non enim de alio dici potuit, Et lucifer oriatur in cordib⁹ veſtris. *Ipſe agnouit ordinem ſuum*. vt eſſet primitiæ dormientiũ, primogenitus à mortuis caput Eccleſiæ ſecuturo etiã corpore in futura reſurrectione ſanctorum. *Apprehendere pennas terræ*. dictũ eſt, Si recipiam pennas meas in directũ: virtutes vtiq; ſpiritales fidelium, quibus à ſecularibus ſuſpenduntur illecebris. *Excutere impios ex ea*. Ad hoc enim prior tanto antè reſurrexit agnoſcens ordinem ſuum, vt fidem reſurrectionis inſinuaret, atque per ipſas pẽnas eccleſiæ vbiquè prædicatus, miniſterio circumuolantium nunciorum iuſte apprehendat eas in opus iudicandi duodecim tribus Iſrael, cùm venerit excutere impios ex Eccleſia, qui nunc ante iudicium permixti tolerantur. Et *tu ſumens terræ lutum figuraſti animal*. Siue ipſum Adam commemoret, ſiue quòd nunc ſexta ætate ſeculi, ſicut tunc ſexto die de peccatoribus tãquam de luto terræ homo factus eſt, ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Non vtique hoc fecit Eccleſia, ſed in hoc potius facta eſt per verbum opportuno tem-

5.Cor.12.

Matth 7.d. 23. 2.Tim.2.c. 19.

Pſal.117.c. 22.

alperſecutoribus.

Ioan.17.c.15

Pſal.21.d. 27.

Ibid.30.

Iob 1. c. 12. &21.b.6.

1.Petri.1.d. 19. 1.Cor.15.c. 20.

Pſal.138.9.

Gen 1.c.27.

A pore incarnatum, per quod facta ſunt omnia, *Et famoſum eum poſuiſti ſuper terram*. Magis iſte homo famoſus poſitus ſuper terram, qui ſexta ætate ſeculi factus eſt, quàm ille qui ſexta die antequam eſſent cęteri homines, per quos diffamaretur: niſi fortè, quia nunc ita innotuit. *Et abſtuliſti ab impiis lucem*. Sicut ille qui venit vt, qui nõ vidẽt videãt, & qui vidẽt, cæci fiãt. *Aut brachiũ ſuperborũ cõminuiſti?* Potentiã eorũ, ſicut ille qui infirma mundi elegit, vt cõfunderet fortia. *Aut veniſti ad fontẽ maris?* ſicut ille cui venienti patuit confitẽdo quicquid occultũ erat in cordibus impiorum, qui credendo in eum iuſtificati ſunt. Nã quem fontẽ maris melius accipimus, niſi ſecretum vnde erumpit omnis hæc amariſſima impietas, quæ ingentes fluctus iã manifeſtorum malorũ operum concitat, quæ vident homines in apertis factis, qui fontem ipſum videre non poſſunt? *Aut in veſtigiis abyſſi ambulaſ?* Abyſſus hic rectè intelligitur vita ſecularis, quæcũq; eſt in profundo malorũ, quò, ſicut ſcriptum eſt, cùm venerit peccator, cõtemnet. Quia ipſi quoque deſperatiſſimi ſubiecti gratiæ per remiſſionẽ peccatorũ, ſaluifacti emerſerũt, & receperunt Chriſtũ, nõ in abyſſum quo premebantur. *Sed in locum eius vbi ambulabat calcans eos ambulet*. inhabitans eos Chriſtus, in veſtigiis abyſſi remanentib⁹ per memoriam peccatorum ſuorũ, vt dũ recolunt vbi fuerint, amplius diligant quem receperũt, à quo ſibi tãta dimiſſa ſunt. *Aut tibi aperiuntur metu portæ mortis*. Omnib⁹ enim morientibus aperiũtur portæ mortis ſed nõ metu, ſicut vni illi qui deſtruẽdæ mortis cauſa mortuꝰ eſt: aut certè aperiuntur ad reſurgendũ. *Aut ianitores inferni videntes te, timuerunt?* ſicut illũ vnũ in quo nihil dignũ morte princeps mundi inuenit, quẽ tam citò dimiſerunt, quẽ inuiti admiſerunt. Inferi autem ianitores, aliquæ inferiores poteſtates morti præpoſitæ intelligendæ ſunt. *Aut cognouiſti latitudinẽ ſub cælo?* ſicut cognouit qui per illam diffudit Eccleſiã. *Narra ergo mihi quanta quæque ſint?* Quis ergo hoc ſciat, niſi quẽ ille docuerit? *Aut in qua terra habitat lux?* Ille enim docet, quia manifeſtatio verborũ eius illuminat, & intelligere facit infantes. *Aut quis tenebrarum locus?* Hoc ille vtique docet, qui dicit, Accedite ad eum & illuminamini. Hinc enim oſtẽdit eos tenebreſcere, qui recedũt dum nolunt eſſe infantes. Initiũ enim ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo. Inde qui nõ glorificauerũt Deum, aut gratias egerunt, euanuerũt in cogitationib⁹ ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ, & facti ſunt tenebrarũ locus. Niſi forte ille eſt tenebrarum locus, qui excipit perſeuerãtes in peccatis, vt ipſi ſint tenebræ, quarũ ille eſt locus, quẽ verè nullus hominũ nouit. Similiter & terra in qua habitat lux, poteſt intelligi terra illa viuẽtiũ: id eſt beatitudo exceptura perſeuerãtes in fide & ſpe & charitate, qui fuerunt aliquãdo tenebrę nũc autem lux in Domino. *Si duces me in fines eorum?* quouſque perueniũt qui tales ſunt. *Quid eſt enim vbi non ſit ſapientia Dei*. quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: Cui vtique nullus hominum comparandus eſt. *Quòd ſi & noſtri ſemitas eorum, nunquid ſcis quia tunc natus es, & numerus annorum tuorum multus?* Quòd ſi & noſtri ſemitas impiorum, qui vel tenebræ ſunt vel tenebrarum locus, quia omnes etiam qui iam ad Deum conuerſi ſunt, in ipſis ſemitis ambulauerunt antequam acciperent à Deo gratiam, qua iuſtificat impium. Nunquid ſcis tamen, quia tunc tibi extitit cauſa mortaliter naſcendi in hoc ſeculo, cùm eaſdem ſęmitas inierunt primi omnium hominum parentes, qui præuaricatione impij manibus & verbis accerſerunt mortem, vt omnes in Adam morerentur? Non enim ex quo quiſque in hac

Ioan.1.a.3

Ioan.9.g.30

1.Cor.1.d. 27.

B

Prou.18.a. 3.

C

Pſal.33.a.6.

Eccl.10.b.14

Rom.1.c.21.

Epheſ.5.b.6

D

Sap.8.a.8.

vita apparuit, computandus est numerus annorũ eius tam paruus, sed ex quo facta est prima mortalis natiuitas. Cùm enim, verbi gratia, natus est Abrahã, tũc omnes in illo Hebræi nati sunt. Numerus ergo annorũ vnicuiq; multus est secũdũ mortalitatis originem, quæ exorta est in semitis impiorum. Quis autẽ meminit fuisse se, aut cùm esset, scire potuit esse se in lũbis patris sui? Quãdo quidẽ nec illud tẽpus quisque recolit, quo nõ in parentibus, sed in seipso natus est, quo tempore certè nemo dubitat quod iam erat & viuebat & sentiebat. Omnia autẽ scit illa sapiẽtia quæ format omnia, nõ tantũ illa supercælestia, sed etiam illa mortalia. Et quia Christus Dei virtus est & Dei sapientia, scit ista ille qui etiã mortaliter natus est, non conditione mortali, quia in mortuis liber, sed miseratione mortalium, vt à morte faceret liberos. *Aut venisti in thesauris niuis?* Id est, ad eam cognitionẽ peruenisti, sicut ille sciebat etiam opportunas causas imminentiũ scandalorũ secretas atq; abditas. Nam inde appellat thesauros, ad probanda & exercenda spiritalium corda, cùm exclamaret, Væ mũdo à scandalis. Oportet autẽ venire scãdala: væ autẽ illi homini per quem scãdalũ venit. Per superbiã quippe elati in alto, more niuis cõgelascũt & cadunt: ex quorũ iniquitate abundãte refrigescit charitas multorum. Qui autem sustinẽt Dominũ viriliter agentes, & spiritu feruentes, perseuerẽt vsque in finẽ, & salui erũt. *Aut thesauros grãdinis vidisti?* Grãdo sunt illi iniqui, quando nõ solùm torpent nullũ feruorẽ spiritus habentes, sed etiam obstinata duritia persequẽdo vel irruẽdo cõtundũt. *Quæ reposita sunt tibi in tẽpus inimicorum, & in die pugnæ & belli?* Vel hinc quis nõ videat, cui⁹ personã in prophetia gestet Iob? Nõ enim huic vni homini repolita sunt ista in tempore inimicorũ, & in die pugnæ & belli, sed vtiq; vnico populo Dei. Tempus quippe inimicorũ est, donec trãseat iniquitas, quæ quãto magis abundat, tãto magis aduersus diabolum acrius pugnandũ atque bellandũ est, ne charitas perseuerantiũ refrigescat. *Vnde autem procedit pruina, quis hoc nouit?* nisi quia hæc vt initia parturitionũ sunt. Pruina quippe minutissima grando est. *Et dispergitur auster sub cælo?* Auster quamuis mortalibus carnibus grauis sentiatur, nõ tamẽ vspiam memini in sanctis libris mali aliquid significare, sicut Aquilonẽ nunquam in bono. Illum, quia ex parte flat qua lux claret: istũ, quia ex ea vnde lux est remotior dispergitur. Ergo Auster sub cælo, vt aduersus illas omnes iniquitates auxiliũ aliquod intelligatur Dei, quamdiu nondũ in cælo, sed sub cælo sumus. *Quis præparauit flumen validæ pluuiæ, & viam vocibus tempestatis?* Vide quemadmodũ tria illa breuiter cõplexa sunt, quæ Dominus in tẽtationibus ponit cõtemnẽda his qui ædificant super petram, & perniciosa his qui ædificant super arenã. Pluuiã cõmemorauit & flumẽ & voces tempestatis, vbi ventos intelligimus. Pluuia ergo tentatur, qui ex ipsa cellitudine scripturarũ diuinarũ peccandi occasionẽ praue intelligendo accipit: tanquã si audiens, Cui modicũ dimittitur, modicũ diligit, dicat sibi, Faciamus mala, vt veniãt bona, & permaneat in peccato, vt gratia abundet: & multa huiusmodi, quibus homines sermonem diuinũ malè interpretando subuertunt, impunitatẽ sibi promittentes, quando misericordia Dei in diuinis libris commendatur. Flumine autem, quando ab hominibus qui hæc ita intellexerunt & acceperunt, tentatur: flumen enim nunc dicit illud quod de pluuia colligitur, & torrens vocatur, cùm ait, Quis præparauit validæ pluuiæ flumen, quod impleatur, & quod currat? Sicut sunt vasa iræ perfecta ad perditionem, quæ illo modo quo dixi, Scripturas accipiũt. Per illos enim habet liberiorem cursum perniciosa illa interpretatio, quam agri fructiferi non recipiunt: & tãto maiore impetu impellit & dejicit & trahit quod instabile inuenerit, quanto videtur de autoritate diuina suscepta. Ventis verò tentatur, quem perflant inanes suasiones hominum superborum: id est, ex propria autoritate verba vana iactantium. Qui ergo iudicio Dei præparatur, ad perditionem, non obtemperando verbis eius, quod est super arenam ædificare, non resistit vtentis talibus, & cadendo fit via vocibus tempestatis. Validæ autem pluniæ dictum arbitror difficilis ad capiendũ, id est, ad intelligendũ. *Vt pluat super terram vbi non est vir.* Subaudiẽdũ est, Quis præparauit? Per virũ autẽ videtur legẽ significare, quæ data est Iudæis. Ergo supper gentes intelligimus imbrem Euangelij: in deserto, vbi nõ est homo: in ipsis gentibus, vbi nõ erat aliqua autoritas cognoscentis Deum. *Vt faciat inuiũ & inhabitabile, & vt germinet herbæ viror.* Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. In omnibus autẽ his quatuor versibus, subaudiendum est, Quis præparauit? *Quis est pluuiæ pater?* sicut spõsus qui filios suos misit prædicatione regni cælorum irrogare terram. *Et quis est qui peperit glebas roris?* Bene suscipientes illam prædicationẽ. Sic enim ait glebas roris, quomodo dicũtur vasa vini ad hoc facta, vt vinũ suscipiãt. *De cuius vtero procedit glacies?* Vtrũ glacies in bono accipienda est, propter stabilitatẽ & à fluxu continentiã, vt ita dictũ sit, De cuius vtero procedit glacies? quemadmodũ illud, Quis est pluuiæ pater? An vterus pro secreto posit⁹ est, vt de ei⁹ vtero procedat glacies: sicut dedit illos De⁹ in reprobũ sensũ? An potius illius vtero procedit glacies, qui persuadẽdo impietatẽ qua intrinsec⁹ plen⁹ est, facit frigescere & durescere amisso calore charitatis. *Quis enim hunc nouit?* Sicut ille qui ait duris & resistẽtibus Euãgelio, Vos ex patre diabolo estis. *Aut pruinam in cælo quis genuit?* quæ descẽdit sicut aquæ flumen. Quod de glacie in vltimo sensimus, hoc & de pruina intelligẽdũ puto. Nec tamẽ frustra est additiẽ, in cælo vt ex iis qui præsunt intelligatur, imitantibus sanè bonos nuncios veritatis, qui transfigurant se sicut ministri iustitiæ. Quò pertinet, quod adiunctũ est, *Quæ descendit sicut aquæ flumẽ: Aut faciem impij quis tabefecit?* Id est, cõfudit. Quis nisi ille q; quos iustificauit, ipsos & glorificauit? *Aut intellexisti nexus Pleiadis, & septiũ Orionis aperuisti? An aperies Arcturos in tempore suo, & vesperum super ædificationem eius induces.* Num & astrologia perscrutanda est ad cognoscẽdũ proprietates istorũ siderũ, vt hunc locũ intelligere possimus. Miror & si hoc cõgruit sermoni nostro: & certè nimis longũ est, trãsimus ergo ad alia. An quibusdã sideribus nominatis, figura locutionis qua intelligitur à parte totũ, omnia sidera accipienda sunt? Si tamẽ & Mazizoth sidus est quod interpretatũ nec in Græca lingua inuenimus. Nam Hebræum esse nomen, satis apparet. Ita enim à parte totum intelligitur, & quod scriptum est, Ante luciferum genui te. Non enim Lucifer in omni creatura est conditus, vt ante Luciferum, ante omnem creaturam dictum videatur. Sed per Luciferum omnia sidera, quod est à parte totum; & per omnia sidera omnia tempora intelliguntur. De sideribus enim scriptum est, Et sint in signis & in temporibus, vt Dominus natus ante omnia tempora, non vtique natus in tempore, & ob hoc patri coæternus insinuaretur. Pleiadis ergo & Orionis & Mazizoth & vesperi commemoratio, cuncta sidera intelligenda de compendio persuadet. Si enim vno lucifero, quanto magis tot nominatis etiam cætera accipi per huiusmodi locutionem licet. Cur ergo alibi dictum est, Intellexisti

Matth. 18 c. 7.
Matth. 24. a. 12.
Psal. 26. d. 14.
Rom. 12. c. 11.
Lucæ 7. f. 42
Rom. 3. b. 8.
Ibid. 9. c. 22.
Matth. 7. d. 24.
Rom. 1. d. 18
Ioan. 8. f. 44
2. Cor. 11. d. 14.
Rom. 8. f. 30
Psal. 109. a. 3.
Gen. 1. b. 14

xisti nexus: alibi, aperuisti: alibi, aperiẽs in tempore suo: & alibi, super ædificationem eius inducens: propria sunt ista singulorũ ex ordine commemoratorum. An rectè dicio ssit etiam septũ Pleiadis intellexisti, & aperuisti nexus Orionis? Atque ita & alia duo † commemorari possunt, sicut illud in Psalmo, Qui habitat in cælis irridebit eos, & Domin⁹ subsannabit eos, nihil sentẽtiæ deperiret, etiam si ita diceretur, Qui habitat in cælis subsannabit eos, & Dominus irridebit eos. Sicut enim ille qui habitat in cælis, ipse est Dominus: ita siue Pleiadis nomen, siue Orionis, in eadem significatione est, si per vtrũlibet omnia sidera intelliguntur. Omnium itaq; siderum nomine, omnes in ecclesia tales intelligendi sunt, qui conuersationem habẽt in cælis, nexus eorum intelligũtur, quibus & inuicẽ sibi & Deo connectuntur ne cadãt. Charitas autẽ nunquã cadit. Quis autem hoc nosset, nisi ille ostendisset, qui ait, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicẽ diligatis. Et, qui me diligit, diligetur à patre meo. Septum eorum est quo sepiũtur diuina scriptura, quã non transgrediuntur. Quis autem hãc aperit, nisi ad quem transitur, vt auferatur velamen. *Tempus apertionis est eorum.* id est, demonstrationis & manifestationis, cùm veniet Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tũc erit laus vnicuique à Deo. *Solus enim hæc ipse faciet in tempore suo.* Quia cùm ipse apparuerit vita nostra, & nos cum illo apparebimus in gloria. Inducet autem eos super ædificationem eorum, qui eos faciet hoc possidere, quod hic ædificauerunt. Si cuius enim opus permãserit, quod superædificauit mercedem accipiet. *Scis commutationes cæli.* vtrum in deterius, sicut ij qui cognoscentes Deũ, non sicut Deum, glorificauerũt: *Noluerunt enim esse sedes Dei.* Ac per hoc mutati sunt, cũ euanuerunt in cogitationib⁹ suis. An in melius? Quia omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Qui autem immutabuntur, manifestum est, cùm ait, Et nos immutabimur. Cùm enim iusti immutabuntur, cælum immutabitur: quia thronus Dei cælum est, & sapiẽtia verbum Dei, & Deus erat verbum, & thronus sapientiæ, anima iusti. An vtrunque potius? Non enim commutationem cæli, sed commutationes dixit. Aut omnia quæ sub cælo sunt, pariter fiunt. Sicut enim huius mutationes afficiunt ea quæ sub cælo sunt, ita & commutantur iusti siue in deterius, siue in melius afficiunt carnales ad vtrunque. *Vocabis nubem voce.* aut interiore, aut illa qua dictũ est. *Sequere.* Aut illa qua dictũ est, Saule Saule, quid me persequeris? *Et in tremore atque validè obediẽt tibi populi pòtẽtes.* Cũ audiũt, In timore & tremore vestram ipsorũ salutẽ operamini, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volũtate. *Mittis vi flumina, & ibũt.* Flumina, inquit, de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Vi autem dicit, fiducia, qua persecutores non timuerunt: quia & qui vim faciunt, diripiunt regnum cælorum. *Aut dicent tibi, quid est.* Id est: nũquid abs te quærunt vel voluntatẽ iussionis tuæ, sicut Saulus ait, Quid me iubes facere? Aut spem mercedis suæ, sicut dixerunt, Ecce dimisimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? *Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, & varietatum scientiam?* Texit & apud Salomonẽ mulier vestimẽta viro suo. Opera ergo intelligẽda sunt ecclesiarum, quibus honoratur Deus. Nam & ipsa textura, id est, infirmos fratres, tãquam lanuginantem tramam firmorũ atq; † electorum spiritalium, quasi stamiñũ contextione cõstringere maximũ & singulare opus est ecclesiarũ. Et varietatũ sciẽtia ad id valet, vt tãquã in polymito est varietas colorũ, qua non turbetur decus vnitatis: sic in fratribus ita sint dona diuersa, vt nulla inuidiæ discrepãtia cohæreant, sibi sufferẽtes inuicem in dilectione studentes seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. *Aut quis est qui numeret nubes sapientia?* Nouit enim Dominus qui sunt eius. Quis autem hoc hominum, inquit, nouit, *Et organa cæli in terram declinauit.* Angelos cælestes, per quos diuinæ voces enunciari solent. Non enim ceciderunt sicut ille vnus, sed flexu obediẽtiæ declinati sunt in terrã, maximè cũ & ipse Dominus esset in terra. Nã Euangelista, inquit: Et angeli ministrabant ei. *Diffusus est autem sicut terra cinis, & agglutinauit eum sicut lapidibus cibum.* Diffusa est latè atque abundanter humilitas pœnitentiæ, ad hoc vt Dominus qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam cohæreret eis tanquam glutine charitatis, homo hominibus, vt mediator esset Dei & hominum, seipsum illis dans cibum per sacramẽtum corporis & sanguinis sui, stulta mundi tanquam lapides eligens, vt cõfundat sapientes. Angelis enim cibus est inquãtum est verbũ Dei apud Deũ: lapidibus autem vt cibus esset, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ergo agglutinabis tu hominib⁹, præcedẽte pœnitẽtia *Tanquam cinis diffundatur faciens ei viam.* Nam ille qui dicit, Facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ: & ne dixeritis vobis, Patrem habemus Abraham, potẽs est enim Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ. Quibus lapidibus eum tãquam cibum agglutinandum esse nunciabat. Si autem non præcedit humilitas pœnitẽdi, non agglutinabitur, quia excelsa à longè cognoscit. *Aut capies leoni escas, aut animas draconum replebis?* De diabolo dictum est, Et cõculcabis leonẽ & draconem, propter insidias & iram. Omnes ergo angeli eius leonibus & draconibus comparãtur. Ille autẽ capit eis escas, & animas eorum replet, qui de impietate conuictos tradit in eius potestatem. Volũt enim latere impietatẽ suam, sed cùm producũtur, vtiq; capiũtur, vt sint in potestate diaboli & angelorũ eius, quibus consenserunt. Pauidi ergo sunt in cubilibus suis, in latebris insidiarum suarum. Nã si pauidi non essent quis subsisteret? Pauent autem illius imperium, sub quo exclamarunt. Quid venisti ante tempus perdere nos? Et quemadmodũ de porcis manifestum est, quòd in eos non issent, nisi permissi essent, sic intelligendum est nihil eos in quẽquam posse nisi permissos. Permitti autem iustitia qua reguntur omnia, siue probationis causa, siue vindictæ, vel ad damnationem, vel ad correctionem irrogatæ. *Et sedent in insidiis insidiantes.* Non enim quiescit in eis voluntas nocẽdi, etiã cùm potestas non datur. Obseruant autem in insidiis in tam syluosa densitate occasionum carnaliũ quis capiatur diuinis legibus: id est, conuincatur de peccato suo, ita vt eorum escæ deputari mereatur. *Quis autem præparauit coruo escam? pulli enim eius ad Deum clamantes & errãtes, & escam quærentes.* vt in Psalmo, Et pullis coruorũ inuocantibus eum. Cui sententiæ est locus iste simillimus: Nec in malo possunt intelligi, quia inuocãt eũ. Significãtur ergo nigri, hoc est peccatores nõdum dealbati remissione peccatorũ. Sed ideo pulli, quia iã humiles: ideo errãtes, quia nondũ cognouerunt veritatẽ, quam tamen piè quærũt cùm ad Deum clamãt. Præparari autẽ coruo esca potest propter eius præscientiã qui nouit etiam nondum humilem quẽquam cõuersum iri: sed tamen pulli, hoc est, humiles ad Dominũ clamant. *Si cognouisti tempus pariendi tragelaphorum petras?* Tragos hircus, elaphos ceruus. Tragelaphus ergo cõpositum ex hirco & ceruo animal. Significat igitur mentem seruiẽtem legi Dei secundum interiorem hominem. Videt autem, quantum adhuc ex parte hir-

al. cõmmeri.
Psal. 2. b. 4.
Phil. 3. d. 20.
1. Cor. 13. c. 8
Ioã. 13. d. 34.
Ioan. 14. c. 11.
1. Cor. 4. a. 5.
Col. 3. a. 4.
1. Cor. 3. c. 14
Rom. 1. c. 21
1. Cor. 15. f. 51.
Matt. 5. f. 34.
Ioan. 1. a. 1.
al. electorum.
Ioan. 11. d. 29.
Act. 9. a. 4.
Philip. 2. b. 12.
Ioan. 7. f. 38.
Matt. 11. b. 12.
Act. 9. a. 7.
Matt. 19. d. 27.
Prouer. 31. e. 29.
Ephes. 4. a. 3
2. Tim. 2. c. 19.
Mat. 4. b. 11.
1. Pet. 5 b. 5.
Iac. 4 b. 6.
1. Tim. 2. f.
1. Cor. 1. d. 27.
Ioan. 1. b. 14
Matt. 3. b. 8.
Psal. 137. a. 6.
Psal. 90. d. 13
Marci 2. c. 24. & 5. a. 11.
Psal. 148. b. 9.
De c. a. 7. xxxix.
Rom. 7. d. 25

cus est, aliam legẽ in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in lege peccati. *Parat autem talibus petras opportuno tempore*. Ille qui firmamenta solida exemplorum in Scripturis posuit, in quibus & quiescẽtes de se nõ desperent, quorum caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, donec viuacitate certi serpentinis suasionibus superatis spiritu viuãt, & spiritum sectentur, ne regnet peccatum. Vnde similitudo hirci ducitur in eorum mortali corpore ad obediendum desideriis eius. *Aut partus ceruariũ custodisti?* Ecclesiarum. In numero spiritalium materno affectu imitationem suam persuadẽtiũ, quibus iam non possunt serpentinę opiniones nocere, tamen & tales custodiuntur nõ de se, sed de Deo præsumentes. *Et numeraſti menses partus earum?* Non enim pariunt nisi per Euangelium, quod à baptismo suo Dominus vsque ad passionem & ascensionem suam certis mensibus magisterij sui autoritate prædicauit. *Et dolores earũ soluisti?* Nõ enim sine dolore dicebatur. Filij mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Soluuntur isti dolores cùm fuerit partus æditus: id est, veritas persuasa eis pro quibus ita ingemiscitur, id agẽte in interioribus conscientiæ verbo Dei. *Et nutristi hinnulos earum sine metu?* In lacte sacramentorum nõ timidos. Non enim acceperunt spiritum seruitutis iterum in timore, partus earum eũtes in libertatem vberioris pascuæ spiritalis, abrumpẽt filij eorum vincula concupiscentiarum secularium. *Multiplicabuntur in tritico*. solidiore cibo, sapientiæ post nutrimẽta lactis. *Exibunt, & non reuertentur eis*. Exibunt, tanquam ex angustiis doctrinæ, quæ per homines incipientibus traditur. *Et non reuertentur matribus suis*. Non iam opus habentes lacte, nec doctoribus hominibus indigentes. Sanè isti tres versus non per interrogationem pronunciãdi sunt. *Quis autem est qui dimisit onagrum liberum?* Mirum nisi eos per onagrum significat, qui pauci ab omni negocio liberi Deo seruiunt. *Et vincula eius quis resoluit?* Affectionũ carnalium atque popularium. *Posui enim habitaculum desertum & tabernacula eius salsuginẽ*. Vnde clamet, Sitiuit in te anima mea. Irridẽs multitudinem ciuitatis, quam Babyloniam Scriptura dicit: perambulantem per latam viam, quæ ducit ad perditionem. *Et querelam exactoris non audiẽs*. Nemini quicquam debens. *Considerauit montes pascuæ suæ*, Magnitudinem reuelationum. *Et post omne viride quærit*. Omne sempiternum. *Volet autem monoceros seruire tibi?* superbus dignitate huius seculi. Quia & tales subiugauit Christus, & ministros ecclesiæ cõstituit: μονόκερως enim vnicornis est, quod superbiam significat. *Aut dormire super præsepe tuum?* Sicut super illius humilitatem qui etiam in præsepi est infans positus, requiescitur securitate veniæ peccatorum, & obliuione curarum malæ cõscientiæ. *Et alligabit in loris iugum suum?* Iugum leue portans alligatum loris: hoc est, in autoritatibus eorum qui carnẽ mortificauerunt atque domuerunt. Vnde & Ioannes zona pellicea cingebatur non asperis restibus peccatorum. *Adducet tibi sulcos in campo?* aperiet pectora plebis obedientis ad obtinẽdum regnum Dei. *Confidis autem in eo, quia mutata est virtus eius*. vt nõ vanitatem humanæ laudis & honoris etiam in ecclesiæ ministerio requirat, sicut requirebat in seculo. *Aut dimittes ei opera tua?* sicut ille pro quo se dicit Apostolus legatione fungi, exhortãs pro Christo reconciliari Deo. *Et credes ei, quia reddet tibi sementem?* Nihil ex eo suo dominatui vẽdicabit. Sementem quippe dicit opus seminãdi. *Et in aream tuam inferet?* Vt sit inter illos quibus ipse Dominus præcepit rogandum Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam: non autem vt sibi

Gal.5.c.17.
Rom.6.b.12.
Gal. 4. c.19.
Rom.8. c.15
Psal. 62.a.2.
Rom.13.b.8.
Mat.3 c. 12.
Marci 1.a.6
2. Cor.5.d. 20.
Luc.10.a.2.

velit aream facere, sicut princeps hæresum & chismatũ, & quicunque non Dei gloriam quęrunt, sed suam. Difficilimũ est enim, vt velit iste monoceros, sed tamẽ & hoc præstat & efficit in hominis animo, qui facit mirabilia solus, consilia destruens, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuans omnem intellectum ad obedientiam suam. *Penna struthionum mixta est alis herodionis & accipitris*, tardis ingenio, quod significant struthiones, quia volare non possunt, donatum esse per eius gratiam, qui stulta mũdi elegit, vt æquarentur ingeniosorum celeritati pariter credentium, qui per alias aues quas commemorauit, significantur, per hunc versum intelligẽdum est. *Et reliquit in terra oua sua*. Iam incipit de struthione dicere: id est, de his quos per hoc animal significat. Non enim miscerentur pennæ eorum tardæ alis velocium auium ad pariter volandum, nisi spem priorem in terra relinquerent, quam per oua significat. *Et in puluere calefiunt*. Quia & si id quod sperabat in seculo non attenderit plerũque fauentibus amatoribus seculi, qui pulueri cõparantur, prouenit. *Et oblita est, quia pes disperdidit ea, & bestia agri conculcauit ea*. Quòd si & aduersa cuiusquã cupiditas & iniqui huius mũdi perturbẽt, & obterant spem eius, talem tanquam oua eius quæ relinquit in terra, ita nõ curat vt tanquam oblita non sentiat. *Obduruit contra filios suos ne sint eius*. etiamsi iam non spes sit sicut oua, sed res ipsa, sicut filij iam nati, hoc est, felicitas temporalis, fortiter cõtemnit eam, nolens eam suam esse felicitatem, quia illam veram desiderat. *Frustra laborauit absque vllo timore*. hoc antequam conuertatur: laborat enim spe seculi sine fructu, & quod est insipientius sine vllo timore, dum præsumit in rebus incertis. *Quia despexit eam Deus in sapientia, & non distribuit intellectum*. Quid enim stultius quàm fidere in vanitate, & laborare ad acquirẽda peritura sine vllo timore amittendi? Cõcipiunt enim plerique hunc affectum, quibus longa felicitas seculi prouenit, præsertim si ab auis & atauis perpetua successione ducatur, vt se repentè infelices fieri posse non credant. Et quia magni solent apparere in terra, non tamen pennis virtutum cælesti cõuersatione frui, rectè struthionibus comparantur. Sed attende quod sequitur. *Cùm tempus fuerit, in altum euolabit, & irridebit equitem & ascẽsorem*. Posteaquam venit plenitudo temporis, vt præciperetur diuitibus huius seculi, non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, cœperunt sursum corda habere ad Deum, & deridere superbos persecutores, quos Dominꝰ proiecit in mare: tũc enim penna struthionis mixta velocibus auibꝰ, cęlum petit, & cętera quæ de hoc animali suprà dicta sunt. *An tu circundedisti equo virtutẽ?* Martyrẽ videtur describere, intrepidũ & alacrem testẽ fidei salutaris, non tamẽ virtute propria, sed qua eũ circũdedit Dominus. Et *inseruisti collo eius hinnitũ?* Induite vos armatura Dei, vt possitis resistere in die malo. *Et gloriæ pectoris eius audacia*. Hæc est audacia qua Esaias audet & dicit, Inuẽtus sum à nõ quęrentibꝰ me: palam apparui iis qui me nõ interrogabãt: Gloria verò pectoris est cõsciẽtia hominis probãs, vt in semetipso habeat quisque gloriã & non in altero. *Prodiens in cãpo luxuriat*. In lucẽ libertatis exiẽs facilitate boni operis in latitudine charitatis exultat. *Et procedit in prælio*. cũ virtute aduersus tentationes aduersitatum. *Occurrens iaculo contemnit*. quia circumposita sunt ei arma, in quibus est illud scutum fidei, in quo ignita inimici iacula extinguuntur. *Nec se auertit à ferro*. Vel à morte visibili, vel quia sunt & duri ad non consentiendum veritati, & acuti ad persequendum à quibus se non auertit, quia

Gal. 4. a.4.
1. Tim.6.d. 17.
Ephes. 6. b. 11.
Esaiæ.6.a.1
Ephes.6.c. 16.

quia ipsos etiã vt diligat iubetur. *Super ipsum enim gaudet arcus & gladius*. Per cõfessionem quippe eius asseritur, & cõminatio Dei, quæ inuisibiles pœnas longè prænũciat, & testificatio verbi, qua omnes tanquã cõminus errores debellat. Aliud est enim minari, quòd lõgè futura sunt supplicia peccatorũ, quod est tanquã arcu tela intendere: aliud tanquam manu ad manum gladio verbi præsentes debellare cupiditates. *Lanceæ hastæque tremore*. Quid est quòd lanceæ hastæq; tremore super ipsũ gaudet arcus & gladi? An quia nisi & ipse tremat, hoc est, timeat futuram mortem, quã iaculatur diuina iustitia, nõ potest præsentẽ contemnere, quã persecutor minatur, vt intrepidam habeat confessionẽ, & prædicit cum fiducia veritatem, cui non possint inimici resistere: atque ita super eam gaudeat, hoc est, per ipsum liberè asseratur doctrina Dei, per quã minatur impiis futurum interitum, & interficit pręsentẽ iniquitatẽ? Nisi .n. gaudiũ spei nostræ cũ tremore damnationis esset, in nobis negligens esset ipsa securitas & superba præsũptio: neq; in Psalmo nobis diceretur, Exultate ei cum tremore. *Et iracundia euertit terram*. Apud semetipsum irascẽs, ad euertendas in se terrenas concupiscẽtias & timores carnales, quibus quisq; à tolerantia passionis auertitur. In hac sentẽtia forte dictum est. Irascimini & nolite peccare. Cũ iracundia enim saluberrima se debet quisque correctione corripere, dicẽs. Vt quid tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in dño, quia confitebor illi. Quia enim ore confessio fit ad salutem, statim sequitur, Salutare vultus mei Deꝰ meus. *Nec credit donec clamauerit tuba*. Ante tempus quippe tentationis, etiãsi euersa est terrena trepidatio, nõ apparet, nec facilè credendũ est, nisi tẽpus ipsum tentationis docuerit. *Cùm autẽ tuba cecinerit, dicet, Euge*. Cùm tẽpus tentationis venerit, tũc verò placebit ei anima eiꝰ, si gloriatur in tribulationibꝰ, Quia tribulatio patientiã operatur, patiẽtia verò probationẽ, probatio verò spem: vt iã non dicat animæ suæ irascens, Vt quid cõturbas me? Sed gloriãs dicat, Lauda anima mea Deũ. *Et procul odoratur pugnã*. non quasi in hominibꝰ persequẽtibus qui videntur, sed procul, hoc est, lõgè ab oculis: sciens quia nõ est ei colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarũ harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus, hoc est, procul. Aptè autẽ dictum est, odoratur, propter principẽ potestatis aëris huius. Odores quippe olfactu sentiũtur, siue boni siue mali, Odoratur ergo pugnã qui intelligit principẽ potestatis aëris huius operari in filiis diffidẽtiæ, quorum persequentiũ iras aut insidias patitur, vt aduersus spiritalia nequitiæ spiritalibꝰ armis dimicet, non corporalibus aduersus carnem & sanguinẽ, id est, malos & perditos homines, quos carneis oculis videt. *Tonitrum ducum & clamorẽ*. subaudiẽdum est, odoratur. Tonitrũ autem propter ipsum aërẽ puto dictũ esse, in quo clausa spiritalia nequitiæ versantur. Nõ enim rectores mũdi propterea dicti sunt hi spiritus, quia cælũ & terram regũt, sed sicut ipse exponit Apostolus. Etenim ne ita intelligeretur, subiecit statĩ, quid dixerit rectores mũdi, tenebrarum harum, inquit, hoc est, impiorum: quibus ad Dominum conuersis, dixit, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. In voluntate enim cuiusque est, vtrum tenebræ sit, an lux. Sed cùm tenebræ, in seipso, hoc est, peccatis quæ ipsius sunt propria: cùm autem lux, non in seipso, sed in Domino, à quo illuminatur, vt quemadmodum dixit Esaias, Tenebræ eius sint velut meridies, Dicitur & in Psalmis, Illuminabis tenebras meas.

Psal. 2.c.11.
Psal.4.b.5.
Psal.41. b.6. c12.
Rom.10.b. 10.
Rom.5.a.3.
Psal.145.a.1.
Ephes. 6. b. 12.
Ephesa.2.a.2.
Esaiæ 58. c. 10.
Psal.17.c.29

Quos ergo dicit Apostolus rectores tenebrarũ, ipsi & in hoc versu dicti sunt duces. Ducũtur enim & ab his tenebræ, hoc est, impij, vt persequãtur pios, id est, eos qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, non eos qui patiuntur propter impietates & iniquitates suas. Ducũ autẽ talium clamorẽ dicit odorari martyrem: non quia sonitus aliquis inde auditur auribus corporis, sed quia cordis auribus per fidem clamẽt, quanta diabolus & angeli eius aduersus Dei seruos machinẽtur. Ait enim Apostolus, Non enim ignoramus astutiam eius. Aduersus quem clamorem ducum, surdæ vtique sunt aures infidelium *Nunquid in sapientia tua plumescit accipiter?* sicut in sapientia Dei, quæ est Christus, nouus homo paulatim innouatur, conuersationẽ habiturus in cælestibus. *Expansis pennis immobilis, respiciens ad austrum?* explicatis ab omni impedimento seculari virtutibus geminæ dilectionis permanẽs incõcussus in fide, non tamẽ in hoc ipso de seipso præsumens, sed sperans in Deũ, & in illum reuocans intentionem, à quo ipse charitatis ardor inspiratur, vt fortitudinẽ suam ad ipsum custodiat, dicens, Nónne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse est Deus meus & salutatis meus, susceptor meus, non mouebor amplius. *Ac tuo præcepto exaltabitur aquila?* Sicut eius præcepto, qui ait, Cùm exaltatus fuero, omnia traham ad me. Pro nobis enim moriturus, & corpus resurrectione leuaturus in cælum. Vbi fuerit, inquit, cadauer, illic congregabuntur & aquilæ. Satiauit enim in bonis cælestibus desiderium eius, cuius sicut aquilæ iuuentus renouabitur. Potest & exaltatio ad id pertinere, quod ait Apostolus, Siue enim mente excessimus, Deo: vt versus qui etiam ibi sequitur de vulture, ad id pertineat quod etiam ibi sequitur, Siue temperantes sumus, vobis. Sequitur enim, *Aut vultur super nidum suum in petra sedens morabitur*, quia ex affectu dictũ videtur nõ sublimia cõtemplãdi mentis excessũ, sed inferioribꝰ cõsulendi per temperãtiã qua humanis rebus cogũtur. Vt impij qui pro mortuis habẽtur, iustificati per verbũ, hoc est, qua si ore deuorati conuertãtur in corpus ecclesiæ. Vultur enim de mortuis pascitur, & ideo super nidum suum, vbi tanquã fœtus ponit opera huic vitæ necessaria. Ideo autẽ in petra, quia cùm dixisset Apostolus, Siue tẽperantes sumus, vobis: continuò subiũxit, Charitas enim Christi cõpellit nos, petra autem erat Christus. Et *bene sedens morabitur*. secundũ id quod dictũ est, Cõpellor autem ex duobus, concupiscentiam habẽs dissolui & esse cũ Christo: multò enim magis optimum, vt hoc ad exaltationem aquilæ pertineat, ad vulturem verò sedẽtem in nido, & morantem, manere in carne necessarium propter vos. Et quia petra etiam tota ecclesia bene intelligitur, propter etiam Simonem, qui ob hoc à Domino Petrus appellatus est summitas petræ est caput ecclesię. Ad hoc additur versus qui sequitur. *In summitate Petræ & in cauerna*. Summitas enim refertur ad id quod est caput, cauerna verò ad id, quòd vita nostra abscõdita est cum Christo in Deo. Et *cùm ibi fuerit, quærit escas*. de quibus dictum est Petro, Macta & manducа, vt incorporatet ecclesiæ credituros ex gentibus. *Longè oculi eius respiciunt, & pulli eius volutantur in sanguine*. spe futuræ immortalitatis, in vitam æternam intentionem suam longè porrigit, quamuis opera eius in carnis infirmitate volutentur, id est, dubiis motibus iactentur, dum incertum habet humana ignorantia ex iis, quæ misericorditer facit, quid cui prosit ad Deum, cùm tamen longè oculis prospicientibus propter æternam salutem sincera charitate dispensat. Sed cùm inuc-

Ephes.6.b. 12.
2. Cor.2.c.11
Psal. 67.a.2. b.6.
Ioan.12.c. 32.
Matt. 24. c. 28.
Psol. 102. a 5.
2. Cor.5.c. 13.
1. Cor. 10.a. 4.
Phil. 1.d. 23.
Col.3.a.3.
Act.11.a.7.

neriti ſte talis diſpenſator & operator eos, qui per affe-
ctum, quo renunciant diabolo, iam mortui ſint huic
ſeculo, ſine dubitatione aliqua eis exhibet oris mini-
ſterium in opere ſermonis, quo eos in corpus eccleſiæ
iam paratiſſimos traiiciat. Et ideo ſequitur, *Vbicunque
fuerint cadauera, confeſtim reperiuntur. Reſpondit Dominus,
& dixit.* Quòd nunc Dominus tanquam repetit ſer-
monem, cùm ipſe loqueretur, intelligitur Iob ad ea,
quæ dicta ſunt obſtupuiſſe in ſilentio, & quieuiſſe, vt
nihil amplius dicere auderet. Ergo duobus qui ſequũ-
tur verſibus exhortatur eum Dominus ad reſpondendum. *Nunquid qui diſputat, cum omnipotente quieſcit?* hoc
eſt, Quare tu quieſcis cum omnipotente diſputans?
Arguens Deum reſpondebit ita? ſubaudiendum eſt, nun-
quid, vt ſit ſenſus, Nunquid arguit Deum qui diſpu-
tans reſpondebit? Quærendo enim cum omnipotente
diſputatur, non conuincendo aut refellendo. Non
ergo quia omnipotens eſt, ideo quieſcendum eſt à diſ-
putando cum eo. Neque enim ad arguendum ab eo
aliquid per diſputationem tanquam ab ipſa veritate
requiritur. Poteſt & ſic intelligi, Nunquid qui diſpu-
tat cum Domino, quieſcit, id eſt, quia non quieſcit,
qui cum omnipotente diſputat, non eſt cum eo diſ-
putandum vt † quieſcat. Solet enim diſputans con-
tradicere. Qui autem contradicit Deo, quieſcere non
poteſt, hoc eſt, non inuenit quietem, niſi in eius vo-
luntate, ſine vlla contradictione conſentiat. Arguens
enim Deum reſpondebit ita, id eſt, cum diſputando
reſpondet Domino arguit Deum, & propterea non
peruenit ad quietem. Vnde dictum eſt. O homo, tu
qui es qui reſpondeas Deo? Sed quid tale fecerat Iob?
Non enim Deus illum accipit tanquam contradicen-
tem ſibi, ſicut amici eius non intelligentes, cùm tale
teſtimonium illi perhibeat, & in capite libri, & in fi-
ne, an propter perſonam, quam Iob geſtabat dictum
eſt, hoc eſt, corporis Domini, quod eſt eccleſia, in

A qua multa infirmorum pars eſt, non quidem deſpe-
ratorum, ſed tamen adhuc in prouectu ſuo periclitantium, quibus penè commouentur pedes, & quo- Pſal.72.2.
rum paulò minus effunduntur greſſus, cùm zelant in
peccatoribus, pacem peccatorum intuentes? Qui di-
cunt, quomodo ſciuit Deus, & ſi eſt ſcientia in altiſſi-
mo? Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſeculo
obtinuerunt diuitias. Nunquid vanè iuſtificaui cor
meum, & laui in innocentibus manus meas, & fui
flagellatus tota die, & argutio mea in matutinum?
Nam hinc potius Iob ipſe videtur reſpondere ſequen-
tibus verſibus. *Reſpondens autem Iob dixit, Quid ergo iudi-
cer commonitus & increpatus à Domino, audiens talia cùm
nihil ſim?* id eſt, Quid ergo mihi iudicium comparo,
cùm me commonet & arguit Dominus? Si ei contra-
dicam audiens talia, id eſt, intelligens quanta iuſtitia
& miſericordia mecum ſic agatur, cùm per meipſum
vtique nihil ſim. *Quod reſponſum dabo?* id eſt, quid po-
B tero contradicere veritati? *Manum ponam ad os meum.*
id eſt, tenebo & cohibebo loquacitatem meam. *Semel
locutus ſum, iterum non adijciam.* Niſi in myſterio acci-
piatur, quomodo ſemel locutus eſt Iob, qui toties lo-
cutus eſt? Aut quomodo iterum non adiiciet, poſt pau
lulum locuturus? Sed locutio hic intelligenda eſt pro-
greſſus animæ in hæc exteriora, quo relinquit Deum,
& ei reſiſtit. Vnde maior iſte progreſſus, etiam clamor
in Scriptura appellatur, cùm dicit Deus clamorem
Sodomorum ad ſe peruenſſe. Cui locutioni atque cla Gen.18.&
mori contrario eſt beatiſſimum illud ſilentium, 19.
de quo dicitur, Et ſilebit ſine timore ab omni mali-
gnitate. Bene itaque dicit ſe ſemel locutum continua
quadam locutione in tota vita veteris hominis, cùm
eſſet ſpiritus ambulans, & non reuertens. Nunc au-
tem manum imponens ori, ne vltrà progrediatur, Pſal.75.d.34.
C promittit ſe non adiicere iterum, ne recedat à Deo.

† quieſcatur.

Rom.9.d.20.

TOMI QVARTI OPERVM DIVI
AVGVSTINI FINIS.

APPENDIX

TOMI QVARTI

CONTINENS D. AVGVSTINO ALIQVANDO FALSO INSCRIPTA:

Librum I. viginti vnius ſententiarum.
Dialogum quæſtionum LXV.
Quæſtiones veteris & noui Teſtamenti.
Libros duos de incarnatione verbi.
De trinitate & vnitate Dei.
De eſſentia diuinitatis.
De fide rerum inuiſibilium.
De ſubſtantia dilectionis.
De vera & falſa pœnitentia.
De ſalutaribus documentis.
De amicitia.

VIGINTIVNIVS SENTENTIARVM SIVE QVÆSTIONVM LIBER.

CENSVRA.

CONSTAT *hunc librum à ſtudioſo quopiam ex variis authoribus nullo ordine congeſtum. Secundum caput finit carmine nihil ad propoſitum faciente. Ex tertio fecit epiſtolam, verbulis aliquot in initio ac fine attextis. Decimum ſextum caput totum conſtat carmine Sotadico, quod ipſe non diſſimulat cùm ait, Referam vt valeo, numeros tu benignus audi. Nonnulla bis referuntur in tam exiguo libello. Nec abſunt ſolœciſmi: Quod genus, vt, Quàm citius ac breuiter noris. & Cõmemorare literis, pro Commemorare. Vt omittam quod in ſententia decimatertia indoctam faciat diſtinctionem.*

1 Beatus qui.

MNIS qui beatè vult viuere, ſi viuit vt vult, beatus eſt. Omnis autem homo beatè vult viuere. Omnis igitur homo qui viuit vt vult, beatus eſt. Ex quo conficitur neminem viuere vt vult, qui vult turpiter viuere: quia nemo beatus eſt qui turpiter viuit. Ideo autem non viuit vt vult, quia etſi multa ſecundum voluntatem ſuam faciat, conſequuntur tamen plura contra ipſius voluntatem.

11 De Iudæis. 1.Cor.10.c.1.

CVM Apoſtolus dicat, Omnia in figura contigiſſe Iudæis, vmbras præterea fuiſſe cũcta præterita: nam corpus Chriſtum eſſe: poſſum contendere, paſcha non niſi ſemel geſtum eſſe, quando figurarum corpus, fuit occiſus Chriſtus. Nam etſi ouis, qualem lex ad paſcha deſcribit, non poteſt inueniri, vt ſit ex ouibus & hædis: diſcordat enim horum animalium ad coniunctionem communis fœtus ipſa natura, quomodo potuit paſcha verum geri, cùm defuerit agnus talis, ille qui paſcha eſt? At ſi Chriſtus talis ex iuſtis, id eſt, ouibus & peccatoribus, id eſt, hædis ſecundum carnem naſcitur, hic eſt ſolus agnus ille qui quæritur, quique dum non amplius quàm ſemel occiditur, non amplius ſecundum veritatem quàm ſemel celebratur illud perfectum paſcha monſtratur. Figurę igitur, vt diximus, tunc temporis fuerunt: nam agnus eligitur, vt ſimplicitas & innocentia deſignetur: maſculus quæritur, vt virtus comprobetur: immaculatus, vt ſine crimine: annicu-
lus, vt exacto prędicationis tempore: perfectus, vt inſtructus omni virtutum genere: menſe primo, vt totus annus à primordio proprio conſecretur: quartadecima die menſis, vt lumine veritatis impleto, erroris nox operiatur: ad veſperam, vt ſeculi occaſus imminens approbetur: eiecto fermento, vt à corde peruerſæ mentis malitię corruptio tollatur: oblitis ſanguine liminibus domorum, vt figura Dominicæ paſſionis fronte ſignetur: igne aſſus, eſt enim Euangelium & ſermo Chriſti robuſtus cibus, nec in aqua madidus, non eſt enim delicatæ interpretationis humido languore ſoluendus. Nihil prętermittitur, nihil enim in Chriſto omnino reprobatur. Oſſa non conteruntur, quia nec comminui, id eſt, vinci in quoquam Chriſtus poteſt. Quicquid ſupereſt, diuinis ignibus imponitur: id eſt, quæ quis capere non poteſt, Chriſti diuinæ ſcientię remittit, eorum tantùm quæ manifeſta ſunt, pro viribus epulatur intentus. Nam & quod ſtantes edunt, forma eſt, ne quis cadat, aut ne quis ſe in Euangelio ad neceſſitatem proſternat: ſed ingentis animi robore contra perſecutionum prœlia inuictus, id eſt, ſublimis & erectus aſſiſtat. Nam quod ſuccinctis lumbis, Euangelicæ ſignũ eſt continentiæ, dum locus ſeminum coercetur & conſtringitur: additis baculis, ſpiritu ſancto quo quis nititur. Pedibus calceatis, id eſt, lubrico erroris eiecto, dum prouectione ad fidem cęleſtiũ quaſi ferratis pręſidiis in Euangelio cuncta ſunt fixa, firmiſſima veritate

* Euid.11.

A ſolidata. Feſtinantes etiam: feruentes enim fide probantur, tepidi & negligentes reſpuuntur & euomuntur. Cum azymis ſumuntur: Chriſtus enim cum omni ſimplicis animi pura ſimplicitate ſumitur. Cum picridiis etenim hoc paſcha in Iudæorum damnationem acerbiſſimas amaritudines ceſſit. Non niſi circumciſis dabatur: purgatis enim ſolis & lauacro indulgentiæ cęleſtis expiatis, percipiendi Chriſti corporis ſacrati cibi facultas porrigitur. Ita quę figurata in Iſraelitis fuerant, in nobis corroborata ſunt: & quæ in illis imagines, in nobis ipſę ſunt veritates. Imitabantur illi facere paſcha, dum in ſimilitudinibus exercerentur, ſolis diſcipulis Chriſti verum paſcha facturis.

Non ij qui pecudum pertractant cõrque iecũrque,
Sed quorum emundat prudens pręcordia virtus,
Excludens poſitam ſubter labem vitiorum,
Remigio poterunt cęlum penetrare ſecundo,
Æthera iam vacuum lętis tranſcurrere pennis.

121. De quæſtione fati & fortunæ.

QVIA tuum animum non leuiter moueri, & cùm pręſens eſſem aduerti, & nunc tuis literis gratiùs certiuſque cognoui, reſcri-
B ptum tibi non parui voluminis debeo: quod Dominus pręſtabit, vt ita explicem quemadmodum noui tibi congruere ac ſaluti fidei tuę. Non enim paruum malum eſt, peruerſis opinionibus non ſolùm ad committendum blandimento voluptatis adduci, ſed etiam ad defendendum peccatum à medicamento confeſſionis auerti. Illud ſanè quam citius ac breuiter noueris, omnes leges atque inſtituta omnia, diſciplinas, laudes, vituperationes, exhortationes, terrores, præmia, ſupplicia, cæterá que omnia quibus humanum genus adminiſtratur & regitur, penitùs labefactari atque ſubuerti, nihílque in eis omnino iuſtitię remanere, niſi voluntas ſit cauſa peccandi. Quanto ergo licentiùs & ęquiùs mathematicorum improbamus errores, qui diuinas leges vel etiam domorum noſtrarum regendarum curam damnare atque abiicere cogimur, quod nec ipſi mathematici faciunt. Nam cùm aliquis eorum nummatis fatua fata vendiderit, mox vt oculos à tabellis eburneis ad domus ſuę moderamen ac ſolicitudinem reuocauerit, non ſolùm vocibus, ſed etiam plagis emendat vxorem, non dico ſi petulantiùs ioculan-
C tem, ſed ſi immoderatius per feneſtram aſpicientem animaduerterit. Quę tamen ſi ei dicat, quid me cędis? Venerem cęde ſi potes, à qua cogor hoc facere. Tunc verò ille non curat quàm vana verba componat fallendis extraneis, ſed quàm iuſta verba imponat corrigendis ſuis. Quando ergo quiſque eorum reprehendi cœperit, cauſam conuertit in fatum, & ideo ſe culpari non vult, quia fato ſe dicit coactum fuiſſe ad id quod arguitur. Redeat ad ſeipſum, ſeruet hoc in ſuis, non caſtiget ſeruum furem, non de contumelioſo filio conqueratur, vicino improbo non minetur. Quid enim horum faciens iuſtè facit, ſi omnes à quibus iniurias patitur, non culpa ſua, ſed fato impelluntur vt faciant? Si autem iure proprio patrisfamiliâs diligentia quoſcunque homines pro tempore in poteſtate habet, hortatur ad bonum, deterret à malo, imperat vt ſuæ voluntati obtemperent, honorat eos qui ſibi ad nutum obaudiunt, vindicat in eos qui ſe contemnunt, rependit gratiam beneficiis, odit ingratos, egóne expectabo vt contra fatum diſputem, cum tanta eum non verbis, ſed factis eloqui deprehendam, vt propè manibus ſuis omnes mathematicorum capillos ſupra capita eorum frangere videatur? His itaque pauciſſimis ſi auiditas tua contenta non eſt, & librum aliquem de hac re quem diutius legas, deſideras, patienter

d

tibi expectandæ sunt vocationes nostræ, & rogandus Deus qui & otium & facultatem satiando de hac re animo tuo tribuere dignetur. Ero tamen alacrior si & sæpe commemorare me literis tuam non pigeat charitatem, & quid de hac epistola sentias, rescripto edocueris.

IIII. *De miraculis magicis. Exod.8.*

NON enim oportet moueri cùm magicis artibus miracula fiunt plerunque similia miraculis quæ fiunt per sanctos dei seruos: sicut scriptum est in Exodo, quòd magi Pharaonis fecerunt nonnulla similiter sicut fecit Moyses. Non ergo oportet hæc mirari, quia omnia quæ visibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurdè fieri posse creduntur. Sed hoc interest, quòd cùm sancti talia faciant, in nomine Dei Domini omnium rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturę: cum autem mali homines magicis artibus operantur similia, in manus suas dantur cùm exauduiuntur à dæmonibus. Digni sunt enim qui tali exauditione decipiantur, vt pœna illis fiat hoc quod videntur impetrare beneficium, cùm eis exhibent quasi priuatim aëreæ potestates quędam miracula, vt eos habeant subiugatos, permissu tamen diuinæ prouidentię, vt pro meritis animarum sua cuique tribuantur.

V. *De centum quinquaginta tribus piscibus.*

POTEST etiam si numerus iste considerctur, occurrere ad ecclesiæ sanctitatem, &c. Require in libro Octogintarium quæstionum, quęstione quinquagesima septima.

VI. *In quo melior sit homo beluis.*

HOMINEM ex anima & corpore constare nulli dubium est, ita vt anima sit vis quędam qua corpus viuificatur, & sint duo, ita vt vnum altero sit præstantius, illud dominetur, hoc seruiat. Sed rursus in eadem anima duo quędam videntur: vnum quod amans diuina, intelligit & participat rationi, ac dicatur rationale; alterum quod sensibilibus fruens, beluis communicat, ac sit irrationale. Quod rursus in duobus animaduertendum est, quorum vnum est quo resistere appetit subsistentibus, alterum quo adipisci congruentia, quod & beluas facere manifestum est. Quibus collectis, apparebit hominem constare ex anima quidem & corpore, sed officiis hac partitione diuersis. His autem omnibus præsidet illa prima & rationi vicina pars, quæ cùm sese suáque vi, ac potentia fabricatoris, non per se, quia ipsa ex se nihil est, sed per benignitatem Dei per quam anima est, fuerit delectata, naturæ inferiorem in se partem frenando, atque à rebus temporalibus abducendo, liberat dolorum egestate, indigentię difficultate, morborum molestiis, atque in sua bona benefica largitione reducit, vt iustitiæ in ea firmitas maneat, regnando secundum suam naturam & seruienti præstando: cuius seruientis si vita fuerit delectata, & hæc temporalia dilexerit, non dominans, sed seruiens, & non præstans inferiori, sed ei obsequens, iudicabitur, ad extremum grauiores pœnas expertura, deserta iis omnibus quę aduersum Dei præcepta dilexit: recurrendo autem ad superna, ac se totam Dei beneficiis resumendo, erit similis ei à quo facta est, & erit beata, habens eius similitudinem ad quam facta est. Sic enim scriptum est, Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei: quam nos ipso intuitu recepturos esse sic dicitur per Ioannem apostolum: Charissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. De distributione autem animę dictum est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et apostolus Paulus sic ait, Saluum faciat Dominus spiritum vestrum, animam & corpus. Quapropter nihil beluis homo præstat, nisi quòd intellectualis anima est: ipsis autem hominibus cæteris præstat, cum intelligit Deum, neque temporalia bona peruersus vanitate sectatur. Nam & illud verissimè dictum est, Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum. Et illud, Qui gloriatur, in Domino glorietur, si intelligit, quia ego sum Dominus. Et illud: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quę abundantia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole?

Gen.1.g. 26. Eccl. 17.a. 1. 3.Ioan.3.a. 2. Deut.6.a. 5. Mat.22.d. 37. 1.Thess.5.d. 23. Psal.31.c.9. Hier.9. f.22. 1.Cor.1.d.31. Eccl.1.a.2.

VII. *De corporis resurrectione.*

EXCEPTO eo quod omni fide dignum est, nihil Deum non posse, tali etiam ratiocinatione colligi potest, non esse contra naturam vt resurgat hoc corpus. Vniuersum corpus, quod etiam huius mundi sensibilis cæli & terrę nomine significatur, est aliquo modo. Omne autem quod est aliquo modo, neque tamen summo modo, eius speciei participatione est, in quantumcunque est, quę summo modo est: qua cùm tenetur, ordinatas quasque commutationes pati potest, non autem esse omnino corpus non potest. Si enim omnino corpus non erit, aut nihil erit, aut aliquid melius. Sed nihil esse nõ finitur obtinente specie quæ semper manet, & verè summéque est. Melius autem aliquid esse quàm corpus non potest: quia & corporis vniuersi certus est modus, & eorum quæ incorporea facta sunt, numerus augeri non indiget: & non est opus aliquam nouam naturam fieri, quasi aut non omnia facta fuerint, aut in locum alicuius quę perierit alia substituenda sit: cùm & perfectè facta sint omnia, & ea gubernentur prouidentia secundum speciem semper manentem, vt ordinatæ mutabilitati, & per hoc in mutantis quandam manentiam cedat natura sensibilis, atque ita in suo genere teneatur modúmque proprium custodiat. Ex quo fit vt corpus omne aliter atque aliter fit, corpus tamen esse non desinat: ita vniuersæ naturæ salua sunt omnia, quæ sensibus nostris discedunt & interire penitùs existimantur. Vnde non mirum est si hoc corpus modum istum suum quo nunc est in quantum est, recipiat, aut melior aliquem sortiatur, cum is qui vocatur interitus, discessio in alios modos sit, non omnino peremptio.

VIII. *De fide, spe, & charitate.*

FIDES sine spe & charitate est, si dicas, Credo vera esse ad quæ me vocas, sed ego ea capere non possum, nec volo. Fides sine spe cum charitate est, si dicas, Credo vera esse ad quę me vocas, & volo ea consequi, sed non possum. Fides cum spe sine charitate est, si dicas, Credo vera esse ad quæ me vocas, & ea possum assequi si velim, sed nolo. Charitas sine spe & fide est: si quis dicat, vehementer se velle sine illecebris corporis sui viuere in æternum, sed neque credere esse vitam æternam, nec si sit, eam se posse assequi. Cum fide sine spe charitas est, si & desiderare se vitam æternam, & credere esse quis dicat, sed se posse assequi neget. Spes autem sine fide quomodo esse posset, non inuenio. Nemo enim sperat se posse assequi, quod esse non credit. Oportet ergo inesse animo omnia tria, fidem, spem & charitatem: vt & credat vera esse ad quę vocatur, & speret se posse assequi, & omnino ea diligat.

IX. *Quòd philosophia in tres partes diuiditur.*

PHILOSOPHIA in tres partes diuiditur: moralem, naturalem, rationalem. Moralis in duas, scientiam & administrationem. Scientia in duas, hortationem, & tractationem bonorum & malorum. Administratio in duas, officium & finem. Officium quod facere debemus, finem ad quod referimus omnia quæ rectè faciamus, ipsum autem ad nihil aliud refertur. Naturalis distribuitur in duas partes, corporea & incorporea. Corporeorum diuisio quinquepertita est: In causam, quæ aliquid facit: materiam, vnde facit: motum, per quod facit: causationem, quare facit: effectum, quod facit. Incorporeorum quadripertita est. In locum: locus enim non est corpus, sed spatium quod obtinetur à corpore. In tempus: In extremitates. Extremitates enim corporum non sunt corpora, quia non habent crassitudinem. In dicibilia. Dicibilia enim quę concipimus animo vt enunciemus verbis, non sunt corpora. Sanè tunc dicuntur dicibilia, si ex rebus verbis animo impressa sunt. Rationalis distribuitur in tres partes: Dirigentiam, quæ est in perceptione sensuum, vel esse dicitur. Definientiam, qua definimus, quicquid sit. Differentiam, qua ratiocinamur argumentúmque concludimus.

X. *In quo fuerat Adam antequam peccaret.*

ANTEQVAM peccasset Adam, anima erat rationalis, perfecta & beata: corpus habens, non quale nunc habemus fragile atque mortale, sed quale congruebat tali animæ quæ nondum in se Dei similitudinem praua voluntate corruperat. Quale nos quoque post resurrectionem habituri sumus, cùm eadem anima eandem similitudinem Dei perfecta sanctitate perceperit. Postea verò quàm peccauit, facta est anima rationalis cupiditate corrupta, corpus habens quale in nobis nunc cernimus.

XI. *De casu peccantis.*

CASVM peccantis ex arbitrio libero venientem, quem nulla inopia, neque cupiditas perurgebat, quærimus. Suspicari autem videor qualitate materiæ factum. Sed occurrit Dei opus, Dei perfectio à quo talis ac tantus fieri meruit: & omnes nobis rationes confundit, ne Deus meliore consilio de illa desperans materia, ideo liberum arbitrium dederit, vt si peccatum obreperet, rectè alienus à culpa esset.

XII. *Quod summè est.*

ET quod summè, cum ipso & de ipso est: quod autem non summè est, ab eo qui summè est, de nihilo accipit vt sit. In hac ergo natura non potest rectè Deo tribui, nisi quod in se habet esse, id est, omne eius bonum. Quod autem ad peccata mortémque pertinet, sine dubio vergit ad non esse: hoc vndecunque sit, nõ est certè ab hoc quod summè est, nec ab eo quod aliquo modo est. Non est ergo nec à Deo nec ab aliquo opere Dei. Erit ergo ab eo quod est ei contrarium quod summè est. Quod ergo quæris vnde sit, non est vnde sit.

XIII. *Quid sit hominis conuersione.*

PRIMA animalia mortalia, insensualia, irrationalia, vt arbores, &c. cum quibus est homini commune crescere, generare, ali, mori. Secunda mortalia, irrationalia, sensualia, vt pecora, cum quibus est commune crescere, generare, ali, mori, sentire, fugere, appetere. Tertia sensualia, rationalia, mortalia, vt homines. Quarta immortalia, sensualia, rationalia, vt angeli, cum quibus est commune audire, sentire, intelligere.

XIIII. *Voluntas quid.*

VOLVNTAS est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non admittendum, vel adipiscendum.

XV. *Genera virtutum.*

PRIMAE ciuiles politicorum: purgatoriæ, quibus exuitur anima à vitiis: exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à Deo, vbi totum viuit, vbi totum semper viuit, vbi totum semper beatè viuit: intelligibilia, quæ intelliguntur. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur. Intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: intellectualis, quia & ipsa intelligit.

XVI. *De pulchritudine mũdi.*

MODO si placet, auribus æquis atque mente pura
Operum accipe prima Dei: quæ tu negas bona esse,
Et clamas hæc fieri non debuisse cuncta:
Quoniam vt Deus omnia, summus summa, facta non fuit.
Elementa boni bona mundi prima quatuor sunt.
Leuis ignis, acutus, & est qui mobilis supernè.
Grauis huic obtusáque contrà est atque pigra tellus.
Inimica igitur tria summis sunt tribus quoque ima,
Duo quæ medio veniunt, aër, vnda, nectunt
Extremis rursus amica quantum & ipsa secum.
Leuitatem & mobilitatem cum igne iungit aër,
Obtusum pondus & infrà iungit vnda terris,
Hebes est & mobile vinclum, quo aura & vnda inhærent,
Sed hebes quòd loquitur altè, debet aura terris:
Quòd mobilis influit vnum, debet vnda flammis.
Media extremis sibi sumunt bona de propinquis,
Et de longè positis hæc singula occuparunt sibi.
Sic variis elementis quadratur iste mundus:

Sic est discordia concors, sic remota iuncta.
Ita motibus omnibus hæc sunt ritè temperata, vt
Imparibus numeris sit pulchritudo compar.
Quid quæque ferant elementa, & quid sibi apta gignant,
Referam vt valeo, numeros tu benignus audi:
Vt in his quoque fœdera mundi, firma lege veri,
Vbi videris ordine credas ista facta certo.
In quatuor his elementis, aura, aqua, igne, terra,
Animalia certa creantur, propriæ apta sedi, &
Quæ habeant alios alia vsus congruósque motus.
Gradientia fixáque, duplex quod genus videmus,
Animalia sunt elementis vltimis duobus.
Age iam vltima despice terræ, confer ima summis:
Fixum radicibus hæret arbustum omne terris:
Fixa vt sublime rotantur sidera alto cælo firma.
His vestigia fert quod repit omne terris:
Globus est vt cuique ita firmant gressum & astra septem.
Natat vndis, & volat, auras ambiente motu,
Sursum atque deorsum animantum quod petit vicissim.
Medio medium bene librans hinc & inde nisu.
Aliud quoque conueniens his quatuor vicissim
Contrarium inesse qualitate duplex,
Paucis aduerto, docebo: namque parua non sunt.
Ita primum tertio habetur, quartum vt est secundo:
Contraria in his volo cernas, vimque singulorum.
Calet ignis & aridus est, quòd possidet superna:
Præfrigida & humida serpit tertia vnda.
Contrauenit inter vtrumque locatus, mixtus ex vtroque,
Quarto contrarius aër, vltimo secundus,
Ambobus partim parilis, atque totus impar.
Nam humore liquescit aquarum, feruet ignis æstu.
Capit vndis terra rigorem, fitque sicca cælo.
Vicibus variis ita totus quatuor sibimet
Per motiua tempora nexus temperatur annus.
Pluuialis hyems rigat vndis, aqua frigora arctat.
Maturat & omnia torret sicca & ignea æstas.
Ver temperiem sibi sumit ex hoc vtroque gratam:
Tepidam igne & aqua tenet auram molliter fluentem.
Autumnus frigore torpet, siccitate hiulcat.
Sic corpora quatuor ex his nostra copulantur.
Spatium hæc quoque noctis, & horas temperant dierum.
Medium igne quod ardet & aret tempus hinc diei est.
Medium vndis frigidum & humidum est tempus inde noctis.
Sunt extremà humida noctis, prima iam calet lux.
Hinc atque illinc tibi blandum mane temperatur:
Sunt vltima sicca diei, prima friget vmbra:
Ex vtroque accipe legem, & temperare vesper.
Et tot res inuide tales: Fulgida astra cæli,
Cælum cælique figuram perpetésque motus,
Fixum in medio, quod & vnum est pondus omne terræ.
Glaucum Oceanum mare, & amnes vngulæ orbis alui,
Auras liquidas, modò densas, inde mox serenas:
Tot corpora pennipotentum, picta, grata, blanda,
Varium decus nitores adde tot natantum,
Tot terrigenis decoratum multiforme pulchrum:
Et tot res inuide tales esse, te nolle clama.
Rapidum tardo, & rata currens, hac & hac vaganti:
Statísque manentia: densis rara, magna paruis:
Obscuris flammiferata, nigra luminosis:
Intercidentia natis, nata nascituris:
Medium extremis, medio illa, & ima summis,
Concordant lege superna: Lege dico veri:
Vnum carmen modulantur concinnúntque in vnum:
Vnum quoddam appetit, omne quicquid ambit esse.
Et tot res inuide, si audes, te esse nolle clama.

XVII. *Bona malorũ admixtu dulcora.*

ITEM non esse bona dulcia, si non paterentur aduersa. Item bonum quod obtemperando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Non erit magnus magnum putans si cadunt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Quòd si artifex de tali materia faciat aliquid quod melius illo est, nonne melius seipso aliquid fabricauit? Nullo modo: quia non solùm melior, sed ne par quidem arti potest esse materia. Sic enim materia est subiecta artifici: si subiecta est, inferior sit necesse est.

XVIII. *Pondus & mensura.*

MENSVRA vnum potest intelligi. Numeri enim ab eo mensurantur: vt mensura possit pater intelligi, & numerus ipse filius, pondus Spiritus sanctus: amor est enim. Nam qui amat dicitur, pendet ab amore, & qui pendet ad aliquid venturus est. Erit namque numerus de mensura, & inde ipse ordo sequitur. A pondere dicitur pendet, ad ordinem nisus pertinet. Ordo enim potest etiam & pondus accipi: pondus conatus esse potest ad locum, conatus vel conati ad locum appetitus occurrit, pondus ergo ad ordinem pertinet. Lucem istã solis substantiam esse non qualitatem manifestum est. Qualitas enim in corpore consistens est, & vbi est corpus, ibi qualitas. Corpus solis in cælo, qualitas ergo ibi. Qualitas enim vt figura, vt color, vt duritia, vt mollities. Lux autem ista vsque ad terras distenditur, & manifestum quia corpus: de loco enim in locum transit. Et ista sunt duo infinita, lux solis, & terra. Qualitas enim cum eo mouetur, cuius est qualitas. Lucis ergo solis & aëris substantia naturas suas habentes, inuicem sine aliqua angustia, vel sine expulsione alterius manentes, ita sibi commiscentur, vt vna alteram non mutet: & corpora sunt. Refers nunc ad incorporea coæua, vt lux, & ignis: æqualia, vt homo de homine: melius coæua, quàm non coæua, melius æqualia, quàm non æqualia. In illa ergo diuinitatis natura & coæua & coæqualia. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Summum bonum non est infœcundum & sterile. Quod autem de illo genitum est, æquale illi est, in hoc maximè, vt vnum de vno sit. Et est summus modus de generatione vnum, vnde vnigenitum vt magis approbetur æquale. Modus, finis cuiusque rei. Sed ne cuiquam videatur, quia & filius debuit generare, si ita esset, nullus esset generandi finis. Moderatum autem immoderato melius est: propter æqualitatem magis finis est moderatus, vnum de vnigenito. Duo infinita esse possunt, & hæc corpora, vt aër & lux, quę per locos distenduntur, & non se angustant. Si ita ergo in corporalibus, quanto magis in spiritalibus? In Domino nihil debet esse mutabile. Si ex parte genuit, mutabilis est, qualitas in substantia est mutabili. In sapientia Salomonis, Omnis sapiẽtia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Item in Salomone, Vapor est enim virtutis Dei & manatio quædam omnipotentis Dei sinceris. Iterum, Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. De verbo ratio procedens, rectè dicitur verbum. Vox aliquid est, silentium nihil est. Vnum si solùm esset, in se esset, sterile esset, & nihil præstaret: sed quia benignum est, procedens ad aliquid faciendum, processit in alterum se. Ipsa est generatio vnici, quia qui facit, est, & per quem facit, est, & effecerunt duo. Vnum enim antecedit duo: & his duobus est aliquis ordo, & fiunt tria, quæ trinitas dicitur. Cardo dicitur rerum omnium, qui accipitur pater. Cardo enim quamquam sit immobilis, tamen motum qui est ipse filius intellectus, vnus esse dicitur, quem omnes digni fruuntur, sed non omnes vniter. Nam homo susceptus à diuina sapientia, quantò diutinè susceptus est, tanto diuinius intelligit. Nam quamquam vnũ sit corpus, tamen non eandem habent omnia membra sanitatem. Aliter dicitur sanitas oculi, aliter capitis, aliter cæteri corporis. Homo enim à peccato cuadens conatur intelligere, ille autem susceptus ab eodem intellectu. Nunquam autem erit manus, pes, aut pes oculus: sic & homo nunquam erit quod ille qui susceptus est à sapientia Dei. Deus dicitur finitus forinsecus vsque ad animam, intrinsecus vsque ad se. Omnia enim in se continet. Anima autem finita est vsque ad corpus, & vsque ad Deum. Corpus etiam foris finitum est vsque ad nihil, intrinsecus autem infinitum est: diuidendo enim nunquam finitur.

Ecel.1.a.1. Sap.7. d. 25. Ecel.1.a.4. Psa. 109.a 3.

XIX. *De ideis.*

OMNIS transitus de loco ad locum per lineam fit, quoniam omne latum linea sibi coniungitur, & omne corpus linea sibi coniungitur, quæ linea vtique corpus non est: ita & omnis transitus in anima, id est, mutatio vel affectio, qua modò stulta modò sapiens per quasdam vtique lineas, id est, per quosdam transitus medios fit, quomodo ipsa de nihilo facta est. Homo si verum sciat, penè Deus est: Deus si verum nescit, non penè, sed bene lapis est. Mens autem hominis quàm optimo motu ferri debet. Quo igitur circuitu mouenda est? Est autem optimus mentis circuitus rationalis cogitatio, quæ ab eo quod quæritur profecta, per succedentium argumentorum circulum certior redit in locum. Ideóque etiam similitudines intellectui idoneæ sunt, quòd per ipsum motum quem natura desiderat, animo exhibeantur. Nam quasi auferunt animos ab eo quod agitur, & illò iterum referunt: sed quod efferunt, contra pigriciem fit, quod referunt, contra errorem. Vnde placuit etiam prisci sapientibus quasdam res imaginibus signare fabularum, vt cùm ad eas fertur intentio, refertúrque ad id quod significant, motu suo mens etiam cùm ludit exerceatur in disputatione. Præuidendum ne quis mentiatur. Omnis anima affectibus mutatur. Nam & in officiis mutabilis est. Deus est enim solus immutabilis, & angeli: ergo semper immutabiles sunt cùm officia impendunt. Vermis de morte natus, & mortem consumens: de putredine natus, putredinem consumens. Omnia mutabilia etiam puncto temporis mutantur, & maximè corpora quæ penitùs non manent, sed ætatibus sine intermissione mouentur. Nam omnis res ætates suas habet, vt ad breuem ætatem ætas omnis maior quasi æternitas sit: cùm etiam adhuc viuentes mortes quasdam patiantur ipsarum ætatum, & vltima mors maior quodammodo mors sit, vt ipsa cremẽta ætatum mortes patiantur. Et montes cùm ruunt, & insulæ cùm ruunt & nascuntur, quasi mortes fiunt in vniuersitate, vt vltima mors sit etiam mundo quæ dicitur conflagratio. Nam tria sunt: vnum semper immutabile, vt Deus: semper mutabile, vt corpo: mediũ quoddam, vt anima, vt mutabilis esse possit, posit & immutabilis. Sed post commutationem corpus non mutatur. Ea demum vera & sincera libertas est, qua fit vt vbicunque sis, bene sit tibi. Deus autẽ est solus, nusquam absens ab eis quibus sola voluptas est. Pater autem misericors mortalia illis vincula faciebat. Descensus animæ talis est, vt cùm putat se aliquid appetere quod sibi prosit, ad alia huic rei necessaria trahatur: ac si id quod volebat in multis implicetur, & dicat, Præueni nolens quod volebam, redit autem per gratiam Dei. Tria sunt genera virtutum: primæ ciuiles politicorũ. Secundæ purgatoriæ, quibus exuitur anima vitiis. Tertiæ exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à Deo, vbi

totum viuit, vbi totum semper beatè viuit. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur: & intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: intellectualis, quia intelligit: intelligibilia enim dicuntur quia intelliguntur. NOTITIA enim euidentior boni, mali est experimentum iis quibus potentia interior est, vt per disciplinam malum ante experimentum sciant. Non essent bona dulcia, si non paterentur aduersa. Item bonum quod obseruando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Non erit magnus magnum putans, si cadunt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Vtrum secundum tempus, an secundum excellentiam Deus ante tempora. Non enim secundum tempus ante tempora: alioquin incipit tempore præcedere tempora, & non iam præcedit tempora qui tempora illa præcedit.

XX. De malo.

A

NOS autem Deo iubente ea quæ volumus agimus, quoniam quæ possumus volumus, bona dumtaxat. Nam mala in potestate sunt quæ in voluntate esse non debent. Idque est & plurimum & solum in libero arbitrio, plenissimè velle omne quod rectè agere possis: si quod rectè vis agere non potes, fac velis agere quod rectè potes. Manifestum est in Spiritum sanctum peccantem veniam habere non posse, nam vindicatur. Cùm enim affligitur, in ipsa pœnitentia punit factum, & soluit vindictam. Non ergo dimittitur, quia punitur.

XXI. Delibero arbitrio.

FINIS.

SEXAGINTA QVINQVE QVÆSTIONVM DIALOGVS, SVB TITVLO OROSII PERCONTANTIS, ET AVGVSTINI RESPONDENTIS.

CENSVRA.

Quiuersati sunt in operibus Augustini, vel non moniti sentient hoc volumen à studioso collectum ex variis locis. Quin vt prologi stylus disidet ab Orosiana phrasi, ita reliquus sermo non consentit Augustino, nisi cùm ipsius verba recitantur. Ad hæc voces quædam admixta, nullatenus, & ecce, & potentialiter, aliæq; consimiles indicant recentiorem quempiam admoniisse manum. Quæst. xxvii. addita est appendix, cum præfatiuncula: Libens adesto, & te totum ad audiendum præpara. cuiusmodi voces aliquot & in initio intercit. Denique hic est libri finis: Nam qui præesse festinat, quidam patrum elegantèr expressit dicens, sciat se non esse episcopum, qui præesse cupit, non prodesse. Vbi non tantùm inepè loquitur, sed etiam ipsum citat Augustinum. Eius enim verba sunt lib. 19. de ciu. Dei. cap. 19. Intelligat non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.

LICET multi & probatissimi viri diuerso quidem stylo, sed non diuersa fide innumerabilia opuscula ediderint, ita vt difficile sit eorum omnia legere, ea tamé quæ leguntur, propter eloquij venustatem, & difficillimas quæstionum perplexitates minimè intelliguntur. Reuera enim, dum nituntur propter altitudinem scripturæ diuinæ occultam viam carpere, paruitati nostræ ambiguitatem non minimam reliquerunt. Sunt etiam planè spiritales viri, qui eorum assequuntur eloquium, & penetrant intellectum. Quorum nos dum concupiscentiis satisfacimus, præclarè eorum scientiæ non æquamur, vt eas sicut illi intelligere valeamus. Quapropter quęso te, vt percontanti mihi respondeas, & quæ obscuritatem faciunt, elucidare digneris.

al. cogitur.

B

IN primis igitur quæro abs te, vtrum Deus Trinitas sit, & quibus testimonis approbes, nosse desidero. Principium Geneseos euidenter ostendit. Ait enim, In principio fecit Deus cælum & terram. Quid autem principium intelligendum putabimus, nisi filiũ Dei? Ipse enim de seipso interrogantibus Iudeis quis esset, respondit: Principium qui & loquor vobis. Ergo principium filius. Per filium fecit Deus cælum & terram: Omnia per ipsum facta sunt: sicut euangelista Ioannes narrat: & sine ipso factum est nihil. Nam proculdubio in Dei nomine pater, in principij nomine filius intelligendus est. Profectò cùm dixisset, In principio fecit Deus cælum & terram: secutus adiunxit: Et spiritus Dei ferebatur super aquas: qui tertia est in trinitate persona. Igitur si trinitas non esset, nunquã Dominus noster Iesus Christus diceret discipulis suis: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & Spiritus sancti: nec baptizato Dño in Iordane à Ioanne, vox de cælo dixisset: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: nec Spiritus sanctus in columbæ specie descendisse super eum, & mansisse diceretur. Miror infelicem Sabellianam hæresim, hoc est, Patri passianorum, quòd sic cæci sunt mente, vt tam præclara, tam aperta testimonia non attẽdant. Ipsi namque asserunt vnam esse personam, id est, ipsum filium esse qui pater est, & ipsum Spiritum sanctum. Sed nos cæcitatem ipsorum relinquentes, tres personas secundum scripturas sanctas intelligamus, id est, alium esse patrem qui genuit, alium filium qui genitus est à patre, alium Spiritum sanctum: non aliud, quia substantia vnum sunt. Personas distinguimus, non deitatem separamus. Igitur filius Dei natura est filius, non adoptione. Sic enim scriptum est, Ex vtero, inquit, ante luciferum genui te. Non quòd Deus pater vterum habeat sicut nos, aut corporeus esse credendus sit: sed per vterum substantiam intelligi voluit, de qua natus est filius. Quod est pater, hoc genuit: Deus Deum, lux lucem. Igitur sicut homo hominẽ, & canis canem gignit. Nunquam autem visum est vt homo genuerit canem. Ac per hoc non de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de seipso filiũ genuit.

Orosii quæstio.
Augustini responsio.
Gen. 1. a. 1.
al. Quem alium.
Ioan. 8. d. 25.
Ioan. 1. a. 3.
Mat. 28. d. 19.
Mat. 3. d. 17.
Psa. 109. a. 3.

DE personarum distinctione, vel de geniti filij persona satisfactum mihi esse arbitror: nunc quæro à te quid credas de Spiritu sancto, vtrum & ipse ingenitus sit, an genitus? Spiritum sanctum neque ingenitum, neque genitum fides certa declarat. Quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare videbimur. Si autem genitum, tunc duos filios credere culpabimur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est nec genitus, sed ab vtróque procedens: id est, à patre & filio. Et vt hæc testimoniis approbem, ipsum Dominũ nostrum Iesum Christum discipulos suos audi docentem: Cùm autem venerit, inquit, paracletus quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et rursum ipse Dominus noster Iesus Christus, post resurrectionem suam, vt ostenderet à se procedere Spiritum sanctum sicut à patre, insufflans in discipulos suos ait, Accipite Spiritũ sanctum. Item, Ego mittam promissum patris mei in vos. Vnus ergo spiritus est patris & filij, vnus amborum spiritus. Igitur quòd patris sit spiritus, ipse Dominus & Saluator noster Iesus Christus discipulis suis ait: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et quòd idem & filij sit spiritus, Paulus apostolus testis est: Si quis autem, inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius. DE singulis personis, quòd alius sit pater, alius filius, alius Spiritus sanctus, vel quòd filius sit genitus, & Spiritus sanctus procedẽs, secundũ scripturas sanctas aduertimus: nunc verò illud scire cupio, si Deus sit filius aut Spiritus sanctus, vel vtrum vna sit substantia vel essentia, quã Græci ὁμοουσίαν vocant.

Q. VAEST. II. Responso.
Ioan. 15. a. 26.
Ioan. 20. c. 22.
Luce 24. c. 49.
Mat. 10. c. 20.
Rom. 8. b. 9.
Q. VAEST. III.
Responso.

A

B

Intende animo, & verè quæ te mouent libentiùs demonstrabo. Beatus Paulus Apostolus, quòd filius sit Deus, ad Romanos scribens de Israelitis, Quorũ patres, inquit, ex quibus est Christus secundum carné, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et iterũ in Euangelio secundum Ioannẽ, Vt cognoscant, inquit, te solũ verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ordo est verborum, Vt cognoscant te, & quẽ misisti Iesum Christum solũ verũ Deũ. Et rursus alia scriptura dicit, Vt simus in vero filio eius Iesu Christo, ipse est verus Deus & vita æterna. Et vt æqualitatem suã ostendat, ait ipse Dominus, Ego & pater vnum sumus. Vnum sunt, scilicet natura, non persona. Et iterum, Propterea, inquit, quærebant Iudæi Iesum interficere, quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et rursum beatus apostolus Paulus: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Non enim poterat esse rapina, vbi æqualis erat natura, quæ non erat vsurpata, sed nata. Non rapuit, quia habuit: & multa innumerabilia, quæ ad momentum non occurrũt. Spiritum verò sanctum verum Deum Actus Apostolorum apertissimè edócent. Anania, inquit Petrus, cur tentauit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto? Et infrà, Non es hominibus mentitus, sed Deo. Et in Euangelio secundum Ioãnem, Deus, inquit, spiritus est. Paulus apostolus ad Corinthios scribens, Nescitis, inquit, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate ergo & portate Deũ in corpore vestro. Pater inquam est Deus, filius Deus, Spiritus sanctus Deus. Non tres dij, sed vnus est Deus. Nam si pater maior, filius minor, Spiritus sanctus plusquam minor, quod hæretica prauitas asserit, iam non erit vnus Deus, sed tres dij, quod nefas est credere. Et valde redarguit illos diuina scriptura. Audi Israel, inquit, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Ac per hoc sicut non dicimus tres deos, nec tres essentias, ita nec tres sapientias, nec tres spiritus. Nam interrogati de singulis personis, Si pater sit sapientia vel Spiritus

Rom. 9. a. 5.
Ioan. 17. a. 3.
1. Ioa. 5. d. 20.
Ioan. 10. c. 30.
Ioã. 5. c. 18.
Phil. 2. a. 6.
Act. 5. a. 4.
Ibid. a. 4.
Ioan. 4. d. 24.
1. Cor. 6. d. 19.
Deu. 6. a. 4.

ritus sanctus: respondemus, Pater sapientia, & filius sapientia, & Spiritus sanctus sapientia: non tres sapientiæ, nec tres spiritus, sed vna sapientia est & vnus spiritus, sicut est vna substantia, aut vna essentia, quia hoc est illi esse quod sapientem esse vel spiritum esse.

A

ET si æquales sunt pater & filius, quomodo ipse filius dicit, Pater maior me est: &, Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius qui me misit: & iterum, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste: &, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit?

Q. VAEST. IIII.
Ioã. 14. d. 28.
Ibid. 6. d. 38.
Mat. 26. d. 42.
Ioan. 7. c. 16.
Responso.

Ista omnia & alia quæ à te non sunt dicta, secundum formam serui quam assumpsit dicta sunt. Igitur cùm primus homo conditus esset à Deo, & libero arbitrio muneratus, præceptúmque ei positum esset, si custodisset quæ ei Deus præceperat, morte non corporis, neque animæ mulctaretur. Sed ille inobediẽs mandato Dei, atque elatus superbia, suasioni serpentis obediẽs, Dei præcepta cõtempsit. Et hæc causa extitit, vt mortis periculum incurreret, & ab illo vno homine omnis humana natura vitiosa atque peccato obnoxia mortalis existeret. Apostolus Paulus, Per vnum hominem, inquit, peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Quia sicut per vnum hominem omnes homines in condemnationem, ita & per vnius iustitiam omnes homines in iustificationem vitæ. Et iterum, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Hic, inquam, homo cælestis est. Cælestem itaque dico, quia non ex humano cõceptus est semine, sed de Maria virgine pro nostra salute assumptus à filio Dei: sicut euangelista Ioannes testatur: Et verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Et verbum caro factum est, non in carne mutatum, vt non desisteret esse quod erat, sed cœperit esse quod non erat. Assumpsit enim carnem, non se conuertit in carnem. Carnem istam à parte totum hominem intelligimus: id est, carnem & animam rationalẽ. Et sicut primus homo & carne & anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit vt per mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum & carne & anima viuificaretur. Ergo, vt suprà diximus, secundum assumptam hominis formam dictum est, Pater maior me est.

Rom. 5. b. 12.
1. Cor. 15. f. 47.
Ioan. 1. b. 14.
Ioã. 14. d. 28.

B

VIDEO te dum de vno filio Dei inquiris, duos introducere voluisse, vt dicas filium Dei, & filium hominis. Non sunt duo filij, sed vnus est filius. Quia ille qui erat Dei filius, factus est filius hominis in vnitate personæ. Quia sicut anima & caro vnus est homo, ita verbum & homo vnus est Christus. Duas substãtias, id est, duas naturas accipimus in vno filio Dei, vnam diuinitatis, & alteram humanitatis, non duas personas: igitur si dixerimus duas esse personas, introducimus esse duos filios, & iam nõ erit trinitas, sed quaternitas. Profectò enim per illud quod Deus est, æqualis semper patri, vbique præsens est, & in cælo totus, & in terra totus, & nullo contentus loco. Per id quod homo, & passus, & mortuus, & resurrexit, & ascendit in cælum, sedétque ad dexteram Dei patris, & sic veniet ad iudicandum viuos & mortuos, quemadmodũ visus est ire in cælum, in eadem forma carnis atque substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

Q. VAEST. V. Responso.

C

CVM vna sit substantia patris & filij & Spiritus sancti, quomodo filius sine patre & Spiritu sancto suscepit carnem? Neque persona patris, neque Spiritus sancti, sed sola filij persona suscepit carnem. Et vt hoc intelligas, comparationibus vtar, vt ex creatura intelligas creatorem. Certè in anima est ratio & cùm vnum sint, aliud anima agit, aliud ratio. Anima viuimus, ratione sapimus. Ita pater & filius & Spiritus sanctus cùm sint vna substantia, tota trinitas operata est hominem, quem non tota trinitas assumpsit: sed sola filij persona.

Q. VAEST. VI. Responso.

VOLVNTATE genuit pater filium, an necessitate? Nec voluntate, nec necessitate: quia necessitas in Deo non est: præire autem voluntas sapientiam non potest, quod est filius: igitur prius est rationabiliter sapere, quàm rationabiliter velle. Nam quidam nostrum cùm eum interrogasset hæreticus, vtrum volens, an nolens genuerit pater filium: laudabiliter respondisse fertur, Dic, inquit, & tu hæretice, Deus pater necessitate est Deus, an voluntate? Quod si dixisset, necessitate: sequebatur illum grãdis absurditas. Si autem, voluntate: respondebatur illi, Ergo voluntate est Deus, non natura: & ita in laqueum quem volebat ponere, ipse incidit: & videns se conuictum, obmutuit.

Q. VAEST. VII. Responso.

D

QVOMODO illud intelligendum est quod legitur, Sicut pater vitam habet in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso? Scimus filium Dei à semetipso non esse, sed à patre genitum esse, patrem verò à nullo genitum esse, à nullo vitã accepisse. Dedit pater filio vitam gignendo: non quòd prius fuerit filius sine vita, & postea acceperit vitam, sicut nos qui per peccatum amisimus vitam, & per gratiam Saluatoris recepimus: sed ideo dicitur accepit vitam: quia non est à seipso genitus, non enim existendo dedit, sed gignendo. QVONIAM & ratione & testimoniis persuasisti mihi de subiectione filij, quòd non sit secundum substantiam minor, sed secundum formam serui quam assumpsit: ideo quæro, quid de missione Spiritus sancti sentias, nunquid & ipse hominem assumpsit, vt missus esse dicatur? Sicut nec secundum substantiam dicitur, seu missus, seu minor filius, ita nec Spiritus sanctus. Postremò sicut ille propter hominem minor aut missus, ita iste propter columbam vel ignem missus dicitur: scilicet, quia non in ea substantia qua est æqualis patri apparuit, sed, vt dictum est, per subiectam creaturam. Non enim sicut filius hominẽ assumpsit, vt sic in æternum permaneat, sic Spiritus sanctus colum-

Q. VAEST. VIII. Ioan. 5. Responso.
Act. 5. a. 4.
Ibid. a. 4.
Ioan. 4. d. 24
Q. VAEST. IX.
Responso.
Mat. 3. d. 17.
Act. 2. a. 2.

bam vel ignem: sed factæ sunt illæ visiones de creatura inferiore, ad manifestandum Spiritum sanctum, quæ esse postea desistunt. Numquam enim illa incomprehensibilis immutabilisque diuinitas, quæ est trinitas Deus, ab oculis carnalibus videri potest, nisi vt dictum est, per subiectam creaturam.

A

FILIVS autem Dei quomodo sit de patre natus, Spiritus verò sanctus ab vtroque procedens declarasti. Ideóque quæro quid distat inter natiuitatem filij, & processionem Spiritus sancti?

Q. VAEST. X.

FILIVS autem solius est patris, non Spiritus sancti. Amborum, inquam, spiritus: id est, patris & filij. Quod si Spiritus sanctus filius esse diceretur: nullus autem filius est nisi duorum, patris & matris, quod absit vt inter Deum patrem & filium tale quid suspicemur: quia nec filius hominis simul ex patre procedit, & ex matre: quia cum procedit ex patre, non tunc procedit ex matre, & cùm procedit ex matre in hac luce, non tunc procedit ex patre. Spiritus verò sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de vtroque procedit.

Responso.

QVOMODO intelligendum est illud, quod Ioannes euangelista de Spiritu sancto dicit, quòd non loquetur à semetipso. Sic enim ait: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur: Non loquetur à semetipso, quia non est à semetipso. Pater enim à nullo est natus, filius à patre est genitus, Spiritus sanctus à patre & filio procedens. Ideo non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur. Audire illi esse est, esse autem à se non est, sed à patre, ideo quæcunque audiet loquetur.

Q. VAEST. XI. Ioan. 16. a. 6.
Responso.

B

QVID est quod dicit apostolus Paulus ad Romanos scribens, Nam quid oremus, inquit, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis? Modus iste locutionis frequenter in scripturis sanctis inuenitur, sicut dicit Dominus ad Abraham: Nunc cognouì quod timeas Deum: hoc est, cognoscere te feci: Sicut dicit Apostolus, Nunc cognoscitis Deum, imò nunc cogniti estis à Deo. Cui enim semper omnia in præsentia sunt, & futura iam facta sunt. Quomodo nunc dicimur cogniti à Deo, nisi faciente Deo vt cognoscamus Deum? Sic & hic scribitur Spiritus sanctus gemere pro nobis: id est, gementes nos facere. Infundit enim nobis charitatem in Deum & proximũ. Sicut dicitur lætus dies, quòd lætos facit: aut tristis, quòd tristes facit: aut læta epistola, quòd lætos facit: ita & hic gemere dicitur Spiritus sanctus, eo quòd nos gementes facit.

Q. VAEST. XII. Rom. 8. c. 26.
Responso.
Gen. 22. c. 12.
Gal. 4. d. 19.

CVM Iudæi signum peterent à Domino & Saluatore nostro, respõdit illis, Generatio hæc adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Approba ergo quomodo in inferno fuerit tribus diebus, & tribus noctibus, cùm feria sex ta quæ est in parasceue, hora nona emiserit spiritum, & prima sabbati ante lucem quæ est Dominica, resurrexerit. Ecce non sunt tres dies pleni, nec tres noctes.

Q. VAEST. XIII. Mat. 12. d. 40

C

Antiqui patres nostri hoc senserunt, vt prima dies quæ est parasceue à parte vltima, & vltima quæ est Dominica à parte prima tota cum noctibus suis debeat comparari, & ita denominando à parte totum, tres dies fuerunt, vltima pars feriæ sextæ, totum sabbatũ, & prima pars Dominicæ cum suis noctibus.

Responso.

CVM repromittat Dominus noster Iesus Christus sanctis suis, quòd in resurrectione fulgeant sicut sol, quare ipse Dominus in resurrectione sua sic non fulsit? Clarificata carne vtique resurrexit, sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem perspicere. Si enim antequam moreretur pro nobis & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli sui eum videre non potuerunt, sed præ timore in terram ceciderunt, quanto magis clarificata carne Domini eam videre non potuerunt?

Q. VAEST. XIIII. Mat. 13. c. 43.
Responso.

MARCVS euangelista narrat Dominum hora tertia crucifixum, Ioannes autem sexta, cui potius credendum est ex his duobus? Et ille verum dixit, & ille similiter. Nam hora tertia clamauerũt Pilato Iudæi, Crucifige, crucifige eum. Milites autem hora sexta crucifixerunt eum. Igitur quod illi lingua, hoc isti manibus effecerunt. Ne autem viderentur Iudæi non crucifixisse Dominum, ideo Euangelista posuit hora tertia crucifixum Dominum, quia non tantùm illi crucifixerunt qui ministerium impleuerunt, sed & illi qui clamauerunt. In eis enim completum est quod ait Psalmographus, Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Vides qualem gladium habuerunt, vnde hora tertia Dominum occiderunt.

Q. VAEST. XV. Mar. 15. c. 25.
Ioã. 19. c. 14.
Responso.
Psal. 56. a. 5.

CVM Deus omnia bona creauerit, nihilque sit quod non ab illo conditum sit, vnde malum? Malum natura non est, sed priuatio boni hoc nomen accepit. Denique bonum potest esse sine malo, sed malum non potest esse sine bono, nec aliquid potest esse malum vbi non fuerit bonum. Ac per hoc dicimus & angelum bonum, & angelum malum, & hominem bonũ, & hominem malum: sed bonum quòd angelus, malum quòd vitiosus: bonum quòd homo, malum quòd vitiosus. Ideóque quando dicimus bonum, naturam laudamus, quando dicimus malum, non naturam, sed vitium, quod est bonæ naturæ contrarium, reprehendimus.

Q. VAEST. XVI. Responso.

OMNES angeli æquales an inæquales creati sunt? Et si æquales, cur non omnes firmi & stabiles fuerunt: Si verò inæquales, quo merito alij præscientiæ suę stabile-

Q. VAEST. XVII.

Responsio. tatem accipere meruerunt, & alij futurum suæ ruinæ casum minimè præuidere potuerunt? Omnes quidem angeli æquales creati A sunt, sed cadentibus illis per superbiam, cæteri Domino pia obedientia cohæserunt, accipientes certam scientiam suæ stabilitatis, quam illi nunquam habuerunt: Et sic sunt gratia Dei in omnibus circumdati, vt nunquam possint cadere à beata vita, qua fruuntur Domino cohærentes.

QVAEST. XVIII. *Gen. 1. c. 26. Responsio.* QVOMODO intelligendum est quod dicit Deus in Genesi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? In mente est ratio & intelligentia: Ipsa ita que mens quando cogitat ea quæ sunt æterna, tunc verè imago Dei dicenda est: Et cogitando æterna, vir est: sicut ait Paulus apostolus: Vir non debet velare caput suum, cùm sit imago gloriæ Dei: Quantóque se magis extenderit in id quod æternũ est, tanto magis inde formatur ad imaginem Dei: Et ideo non est cohibendus, vt inde se contineat ac temperet. Quando verò ea agit & cogitat quæ sunt temporalia, mulier appellatur: tunc non est dicenda imago Dei, & propterea debet velare caput suum, ne nimiũ sit ci⁹ ad inferiora progressio, & cùm licita agit, illicita cõcupiscat.

1. Cor. 11. b. 7.

QVAEST. XIX. *Responsio.* PRIMVS homo an mortalis factus est, an immortalis?

Et mortalis secundum aliam, & immortalis secundum aliam causam. Tale itaque corpus habebat primus homo, quale & nos, sed sine peccato. Non enim habebat legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, sed vtique promeruit post præuaricationem. Igitur animale corpus habuit Adam, sed vt non senescereret nec deficeret per illius ligni virtutem qua sustentabatur, quod in paradiso vitæ nomen acceperat. Quapropter si Dei præcepta seruasset, obedientiæ merito in illud corpus spiritale quale sanctis in resurrectione promittitur, esset postmodum commutandum. Ac per hoc poterat non mori, si Dei præceptis pia obedientia cohæsisset. Non enim & sic factus fuerat, vt non posset mori sicut cæteræ naturæ quæ omnino mori non possunt, sed ita vt obedientia immortalem, inobedientia mortalem faceret.

QVAEST. XX. *1. Cor. 15. f. 50. Responsio.* QVID est hoc quod dicit apostolus Paulus, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt? Ex hoc testimonio multi minus intelligentes, ac per hoc hæreticè asserunt hominem non posse in eadem quã defunctus est carne resurgere: sed tollentes veram carnem naturæ suæ, quale est corpus quod nunc habet, corpus aëreũ quod nunquam habuit, homini post resurrectionem attribuunt. Quod valde absurdum considerantibus ipsam sententiam, approbatur: Caro & sanguis, inquit, regnum Dei non possidebunt. Et hoc idem Paulus apostolus exponens, quodammodo subsecutus, adiunxit, Neque corruptio incorruptionem possidebit. Quibus scribit Apostolus? Nempe his qui dicebant: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Hos redarguens beatus Paulus apostolus, carnem & sanguinem appellat: hoc est, opera carnis & sanguinis, non posse adipisci regnum Dei. Nam si propria hic substãtia carnis accipienda est, quid dicent de his quibus scribit idem Apostolus: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu? Numquid nam Romani carnem non habebant, quibus Apostolus scribebat? Sed in carne, inquit, non estis: id est, non estis carnales, non facitis opera carnis, quę inimica sunt Deo, quæ legi Dei non subiiciuntur. Qui autem in carne sunt, inquit, Deo placere non possunt. Ecce qualis caro regnum Dei nõ possidebit. Nam quòd homo in eadem qua moritur carne resurgat, Dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam dubitantibus discipulis, & putantibus se spiritum videre, respondit: Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Ac per hoc credimus hominem non tantum cum carne & ossibus, sed etiam cum sanguine, & quicquid ad naturam eius pertinet resurgere, sed sine vlla corruptione esse illic, vbi semper est ęterna vita & ęterna felicitas, contemplando trinitatem Deum. Igitur sicut iusti cum sua carne ad æternam felicitatem, ita impij ad æternam resurgent miseriam.

Ibidem. *Esa. 22. d. 13.* *Rom. 8. b. 9.* *Luca 24. f. 39.*

QVAEST. XXI. *Gen. 1. a. 1. Responsio. Iob. 38. a. 6.* GENESIS principium habet: In principio fecit Deus cęlum & terram: An igitur angeli postmodum facti sunt, cùm dicatur, quòd primò omnium fecit Deus cęlum & terram? Quando facta sunt simul sidera, ait scriptura, Laudauerunt me omnes angeli mei D voce magna. Quarto enim die facta sunt sidera, & iam angeli erãt. Neque enim die tertio, neque secundo facti sunt. In his enim apparet quæ facta sunt. Tertio enim die arida, scilicet terra ab aquis discreta est. Secundo enim factum est firmamẽtum, vbi sol & luna discurrunt & sidera. Porrò primus dies ipse est angelica natura, quę primo cęli nomine nuncupata est. Vnde euidenter ostenditur primo die spiritalem factam, id est, angelicam naturam, & sic hoc cęlum quod oculis cernimus. Nam quod ait, In principio fecit Deus cęlum & terram: non est primo omnium, sicut ais: sed in principio, id est, in filio, imò per filium fecit Deus omnem spiritalem corporalémque creaturam, quę & cæli & terrę nomine appellata est. Nam quòd ipse sit principium, de se interrogãtibus Iudęis quis esset, respondit, Principium qui & loquor vobis. Primò igitur voluit cęlum & terram velut quandam spiritalem corporalémque * materiam dicere, & sic quemadmodum singillatim facta sunt, ordinem tenere. Quod enim dixit cęlum, hoc mihi videtur dixisse aquarum abyssum tenebrosam antea, quodammodo fluitãtem vitam, nisi conuertatur ad creatorem, & fiat lux, & contempletur trinitatem Deum esse in Deo. Neque enim ita dicimus, vt ista materies præcedat formam suam, sicut precedit lignum arcã, sed sicut precedit vox verbum. Non enim tempore, sed originę.

Gen. 1. a. 1. *Ioan. 8. d. 25.* *al. creatura.*

Igitur prima creatura lux non est ista quę quarta die facta est, sed spiritalis, id est, angelica natura. QVAEST. XXII. *Responsio.* CVM dicitur, Spiritus Dei ferebatur super aquas: localiter ferebatur, sicut sol & luna & alia sidera, an aliter? Spiritus sanctus Deus est: Quare non continetur loco aut distenditur: Neque temporum motionibus subiacet, sed est vbique presens & totus: Cùm modò sanè nominauit creaturam, cui superferri diceretur Spiritus sanctus, non localiter, sed potentialiter dicitur. Non ex indigentia Deus fecit opera sua, sed ex beneficentia, neque horum indiget quæ fecit. Indigus quippe atque egenus amor subiacet rebus quas diligit: ipse autem egenus non est, nec subiacet rebus quas diligit. Et ideo dictum est superferri creaturæ Spiritum sanctum, quia non ex indigentia operatus est ipsam creaturam. QVAEST. XXIII. *Gen. 1. a. 3. Responsio.* CVM dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: in die dixit, an ante omnem diem? Si in die dixit, temporaliter dixit: Si temporaliter dixit, per aliquam creaturam dixit, Igitur non est prima creatura lux. Nec in die dixit, nec temporaliter dixit, quia ante omnem profectò creaturam verbum suum genuit, & per verbum omnem creaturam creauit. Dictio itaque Dei, verbum Dei est. Sed diuina scriptura paruulis cõgruens, & quodammodo eos lactans vt proficiant & cibum spiritalem capiant, voluit semper per omnem creaturæ formationẽ dictionem Dei nuncupare. Vt verbi gratia, si requiramus: Quomodo facta est lux? Audiet, In verbo Dei erat vt fieret. Quomodo factum cælum? In verbo Dei erat vt fieret. Et cætera per ordinem si requiras quomodo facta sint, In verbo Dei erant vt fierent. Hoc est enim: Dixit Deus, fiat lux. Neque enim coraporalibus modis loquitur diuina natura, nec quoties dicitur, dixit, toties verba formauit. Vnum enim verbum genuit cœternum & consubstantiale sibi, in quo omnia ineffabiliter & intemporaliter dixit.

Ioan. 1. d. 20. *Ioan. 1. a. 3.*

SI subitò Deus vidit lucem, quòd esset bona, an antè nesciuit, & visio ei contulit scientiam? QVAEST. XXIIII. *Responsio.* Omne opus præcedit voluntas nostra dum cogitamus quid operari debeamus. Nemo enim ignorãs aliquid facit, dum cogitat qualiter fiant quæ facienda cogitando disposuit. Et cùm hoc in hominem cadere non possit, vt aliquid ignorans faciat, quanto magis in Deum, qui omnia æterno & stabili suo consilio, quæ voluit fieri fecit, nec aliter facta, aliter facienda esse vidit. Eo itaque modo vidit facta, quo viderat facienda.

Luce 13. c. 11.

ET diuisit, inquit scriptura, lucem à tenebris. Omne enim quod QVAEST. XXV. diuiditur, etiam esse potest. Sicut ergo essentia lucis, ita est & essentia tenebrarum. Et cur non dixit scriptura, Vidit Deus tenebras quòd essent bonæ, sicut de luce dictum est? *Gen. 1. a. 4. Responsio.* Deus bona & incommutabili voluntate creauit omnes angelos bonos. Et quia ex his quosdam per superbiam præsciebat casuros per incommutabilitatem præscientiæ suæ, diuisit inter bonos & malos. Malos igitur appellans tenebras: bonos appellans lucem: de bonis dicens: Vidit Deus quia boni sunt, de malis nullatenus hoc dixit, ne peccata quæ sunt tenebræ, approbare videretur.

Sex ætates mundi. Eadẽ verba referũtur in q. 55.

PRIMVM diem spiritalẽ astruis esse creaturã, & quomodo habuit vesperam & mane? QVAEST. XXVI. *Responsio.* Omnis creatura antequam tempore suo fieret, in ipso Dei verbo prius erat ab angelis cognoscenda, & sic suo tempore facienda. Quapropter ipsa creaturæ cognitio in semetipsa vespera, in Deo erat mane: quia plus videtur ipsa creatura in Deo quàm in seipsa videatur. Creatura plus scilicet videtur in arte qua facta est, quàm ipsa in seipsa quæ facta est. Propterea enim ait euangelista Ioannes: Quod factum est, in ipso vita erat: Omnia ergo quæ facta sunt, & vitam non habent, in ipso verbo Dei vita sunt, in seipsis vita non sunt. Cælum, terra, lapis, vitam non habent, & tamen in Deo vita sunt, Viuunt igitur in Deo sine initio vtique incommutabiliter omnes rationales creaturæ, ac per hoc plus videntur ab angelis sanctis in verbo Dei vbi sunt vita, quàm in seipsis, quia scientia angelorum in comparatione Dei quodammodo vespera est. Sic ergo in cognitione spirituum dies primus, in cognitione firmamenti secundus, in cognitione discretionis terræ ac maris tertius, in cognitione solis ac lunæ & stellarũ quartus, in cognitione reptilium & volatilium quintus, in cognitione iumentorum & ferarum vel hominis sextus. Neque enim dici vnius, quem intelligimus naturam spiritalium creaturarum, id est, angelicarum, sexies facta cogaitio, sex dies fecit, propter senarij numeri perfectionem. Sed de numeri senarij perfectione aliquid tibi ex scripturis sanctis colligam. Libens adesto, & re totũ ad audiendum præpara. Vnum in numero diuidi non potest, ab ipso enim surgit omnis numerus. Ergo duo diuidi possunt: Sed pars eorum vnum est. Igitur diuisio duorum in bis vnum est: diuisio trium in ter vnum est. Quid autem aliud hic numerus ostendit, nisi trinitatem quæ Deus est? Quæ quamuis tres sint personæ, vnum creduntur in vnitate naturæ. Quaternarius duas partes habet: Nam quarta eius vnum, media eius duo: Vnum videlicet & duo tria sunt. Ecce partes suas, nec vltrà excrescit, nec complet, & ideo imperfectus est numerus. Quinarius autem habet nisi vnum, quod est quinta eius. Senarius ergo numerus perfectus est, quia partibus suis completur: habet enim vnum, quod est sexta pars eius: duo quæ sunt tertia, tria quæ sunt media: Vnum ergo & duo & tria, sex faciunt. Ideóque propter huius numeri perfectionem, sex diebus operatus est omnem creaturam. Tres ergo hæ partes senarij numeri, demonstrant nobis trinitatem Deum, in trinitate numeri mensuræ & ponderis fecisse omnem creaturam. Plurimũ valere senarij numeri perfectionem, in scripturis sanctis frequẽter reperimus

Appendix.

reperimus, præsertim in morte Domini simpla, & in resurrectione eius simpla, & in morte nostra dupla, & in resurrectione nostra A dupla. Mors itaque Domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in carne sola: Mors verò nostra non solùm in carne, sed & in anima: In anima propter peccatum, in carne propter pœnam peccati. Ille verò quia peccatum non habuit, in anima non est mortuus, nisi tantùm in carne, & hoc propter similitudinem carnis peccati, quam de Adam traxit. Igitur simpla eius mors profuit duplæ nostræ, & simpla eius resurrectio, duplæ nostræ resurrectioni profuit. Est etenim mors carnis eius & resurrectio eius, mors carnis nostræ & resurrectio eius, & mors animæ nostræ & resurrectio eius: Mors autem carnis eius & resurrectio eius, duas mortes nostras, & duas resurrectiones nostras significat. Vnde si addas ad vnam mortem Domini & vnam resurrectionem eius, quæ duo faciunt, quatuor, hoc est, duas mortes & duas resurrectiones nostras, sex fiunt: Ideóque simplum Domini bis & duplum nostrum bis, tria bis sunt, & tria bis secundum quod supra diximus, partes sunt vnde senarius numerus est. Nam & triginta sex horæ, quibus Dominus fuit in inferno, huic simplo & duplo congruunt. Duodecim ergo horæ fuerunt diurnæ, & vigintiquatuor nocturnæ, Item vigintiquatuor ad duplam mortem nostram concinunt, & illæ duodecim horæ ad mortem Domini simplam. Reuera enim & natiuitas eius senarium numerum habet. Quadraginta enim B & sex annis ædificatum esse templum asserunt Iudæi in Euangelio, quod intelligitur de corpore Domini. Quadraginta & sex anni pro diebus positi sunt: Quadraginta & sex diebus dicunt infantem formari in vtero, & subinde vsque in diem parturitionis augmentari. Quadragiessexies quippe seni, fiunt ducenti septuaginta sex, qui faciunt menses nouem & dies * sex. Computa ergo ab octauo kalendas Aprilis quando passus est Dominus, nam & tunc etiam creditur fuisse conceptus, vsque in diem octauum kalẽdas Ianuarij, & reperies dies ducentos septuaginta sex, qui constant per senarium numerum. Quid de illa muliere in Euangelio, quam decem & octo annis curuauerat satanas, quam sanauit Dominus, dicemus? quia & ipsi anni senarium numerum habent. Ter enim seni octodecim sunt. Illa itaque mulier intelligitur figurare genus humanum, quod sexta ætate seculi à captiuitate diaboli redemptor noster Dominus Iesus liberauit. Prima ætas est ab Adam vsque ad Noe. Secunda ætas est à Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi. Sexta quæ nunc agitur, donec excelsus veniet ad iudicium. Sexta igitur ætate seculi reformatur genus humanum ad imaginem Dei. Profectò enim anni decem & octo, non solùm sex ætates, sed etiam tria tempora euidenter demonstrant. Vnum scilicet ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Quinimò & ipse annus senario numero continetur, habet enim dies trecentos sexagintaquinque. Sexies autem sexageni, sunt trecenti sexaginta. Remanent profectò dies quinque & quadrans. Quinque autem dies sexies, fiunt mensis. Tamen etiamsi illum quadrantem pro die ponas, à parte totum, sex faciũt, Ecce quantum me Dominus adiuuit, de senarij numeri perfectione, etsi non quantum volui, tamen quantum potui reddidi rationem. QVOMODO autem diuiſæ dicuntur aquæ quæ erãt sub firmamento, ab illis quæ erant supra firmamentum? Ordo enim elementorum & pondus, non sinunt vt sit aquarum substantia supra cælos, Aqua enim cedit terræ, & aër cedit aquæ, & ignis cedit aeri. Nullo modo enim potest fieri, vt secundum elementum quod est aqua, sit supra quartum, quod est ignis. Et quomodo dictum est, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis? Quomodo & qualeslibet sint aquæ illæ quas scriptura docet supra cælos esse, easdem esse ibi minimè dubitemus. Sicut enim nubes istæ, quæ vtique aquæ sunt, feruntur supra aera, quod est tertium elementum: ita fieri posse arbitror, vt aquæ tenues atque subtiles ferantur supra cælum. Nam ex hoc pondere elementorum multi philosophi resurrectionem carnis illudentes, non posse fieri, inquiunt, vt homo qui vtique ex terra factus est, sit in cælo. Sed hos veritas conuincit, quæ facit multa animalia terrena in aere volitare, & aquam esse supra aerem, & ignem vtique quod est quartum elementum, esse in terra. Ergo Dei potentia quæ hæc facere approbatur, facit vt & homo & aqua sint supra cælum. SI totam terram aqua tegebat, non erat locus vbi aquæ congregarentur, dum totam terram aqua tegebat. & quomodo scriptura dicit, Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnum, & appareat arida? Totam terram aqua tegebat sicut rarissima quædam nebula, quæ postea in vnum redacta atque collecta est, vt posset etiam terræ species apparere: & terra longè latéque subsidens, potuit concauas partes præbere, quæ confluentes aquas susciperent, vt arida appareret.

Gen. 1. a. 9. Responsio.

QVAEST. XXIX. *Gen. 1. d. 31. Mat. 10. c. 18. Responsio.* CVM Deus omnia bona creauerit, dicente scriptura, Et ecce omnia quæ fecit Deus, bona valde: cur rursus Dominus in Euangelio dicit, Nemo bonus nisi solus Deus? Quòd homo sit bonus, idem ipse Dominus in Euangelio dicit, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Sed vt hoc diceret, Nemo bonus, nisi solus Deus: illi scilicet respondebat qui vitam æternam ab eo quærebat: Illi, qui tantum hominem arbitrabatur, dicens: *Mat. 19. c. 16.* Magister bone. Ideóque sic respondit, dicens: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi solus Deus: id est, formam istam assumptã quam cernis, videbunt boni & mali, pij & impij, non tamen erit eis in bonum qui mala agunt. Ergo non me dicas secundum hanc formam bonum, quam videbunt & illi qui me pupugerunt. Est alia forma, quam non videbunt impij, quam non videbunt nisi soli iusti, secundum hanc formam bonus sum eis, qui digni fuerint me videre. FONS, inquit sancta scriptura, ascendebat de terra, irrigans vniuersam faciem terræ. Si vniuersam terram irrigabat, ergo & montes irrigabat, quia & montes vtique terra sunt. Si verò & montes irrigabat, diluuium erat. Et si diluuiũ erat, quomodo terra germinauerat herbam virentem & facientẽ semẽ: aut quomodo habitabat homo in terra, si vniuersam terram aqua tegebat? Fons ibi ponitur singularis pro plurali numero. Hoc enim si solicitè inquiramus, in scripturis sanctis frequenter reperiemus. Habes nempe in Psalmo, Misit in eos muscam caninam, & comedit eos, & ranam, & exterminauit eos: cùm vtique nec vna musca, nec vna rana fuerit. Et alibi in Psalmo dixit, Et venit locusta: non ait locustæ, sed locusta. En habes singularem numerum pro plurali. Secundum id quod ait nobilissimus quidam poetarum, Vterúmque armato milite complent. Porrò autem propter vnitatem naturæ dictum est vnus fons, vt omnes intelligamus qui sunt in terra, quia quodammodo omnes ex vnius abyssi natura manant. Nam quod ait, Irrigabat vniuersam faciem terræ, non totam terram rigabat, sed partem. A toto enim partem significauit, quemadmodum dicimus, Christus mortuus est, Christus resurrexit: cùm non mortuus fuerit neque resurrexerit nisi secundum carnem. TVLIT ergo Deus hominem, ait scriptura, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Quid, rogo, operaretur & custodiret, paradisum ne an aliud? Ista sententia duplicem intelligentiam parit. Siue enim operaretur homo paradisum, id est, in paradiso aliquid operaretur, non necessitate victus, sed * ad delectationem operabatur: adhuc enim non peccauerat, nec ei terra spinas & tribulos germinauerat, vt in sudore faciei suæ ederet panem suum. Hoc nempe meruit post peccatum. Ante peccatum igitur non indigentia, non necessitate, sed sola, vt diximus, voluptate operabatur paradisum per agriculturam, & custodiebat per disciplinam. Non contra bestias neque contra animalia aliqua paradisum custodiebat, sed sibi, scilicet ne amitteret peccando, quem custodire poterat obediendo. Siue ipsum hominem posuit Deus in paradiso vt operaretur & custodiret: operaretur scilicet vt bonus esset, & custodiret vt tutus foret. Quidlibet horum dicatur, siue homo paradisum operaretur per agriculturam, & custodiret per disciplinam: siue ipsum hominem Deus operaretur vt bonus esset, & custodiret vt tutus esset, quiduis horum intelligas, rationem vterque intellectus non impedit. CVM Deus minetur homini mortem die quo cibum vetitum tetigerit, cur eo die mortuus non fuit? Sic enim scriptura dicit, In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Quatuor esse mortes scriptura sancta euidenter ostendit. Prima mors est animæ, quæ suum deserit creatorem, cùm enim deserit peccat. Sine, inquit Dominus in Euãgelio, mortuos sepelire mortuos suos. Ecce habes mortuos secundum animam, scilicet sepelientes mortuos. Et quos sepeliunt? Secundum carnem mortuos. Hæc itaque sententia duas mortes manifestissimè docet, vnam * animæ, alteram corporis. Tertia autem est solius animæ, quam, dum ex hoc corpore exierit, patitur, secundum illud quod in Euangelio de diuite legimus, Pater Abraham, inquit diues, mitte Lazarum vt digito suo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta est mors, cùm anima recipiet corpus, vt in ignem mittatur æternum: secundum illud quod Dominus in Euangelio de futuro iudicio ait, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Die itaque quo peccauit Adam, in anima mortuus est. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatius viuat, viuit ex Deo. Ergo deserta anima Adæ à Deo, iure dicitur mortua prima morte, ex qua tres postea secutæ sunt mortes. Vt enim hæ subsequerentur, primò præcessit desertio Dei, secundum quòd eo die quo peccauit Adam mortuus est. QVOMODO poterat timere mortem Adam quam nullatenus sciebat? Sicut enim nos scimus resurrectionem quam nunquam experti sumus, nec vidimus, ita ille sciebat mortem. Sciuus quoque quòd exiens anima à corpore suo faciat mortem, & dum reuersa fuerit, in corpore suo faciet resurrectionem. Ecce scimus resurrectionem quam nunquam experti sumus. Sic & ille sciebat vtique mortem, non adhuc per experientiam, sed per scientiam. Sciebat quippe quid esset viuere, & per priuationem vitæ sciebat vtique mortem. Sicut sciuntur tenebræ per priuationem lucis, & sicut scitur silentium per priuationem vocis, & sicut scitur vacuum per priuationem corporis, ita sciebat mortem per priuationem vitæ.

Ibid. 2. d. 20. *Luca 16. c. 24.* *Mat. 25. d. 41.* *al. delectatione.*

QVAEST. XXX. *Gen. 2. c. 15. Responsio.*

QVAEST. XXXI. *Gen. 2. c. 17. Responsio.*

QVAEST. XXXII. *Responsio.*

Ps. 77. c. 45.

Ps. 104. c. 31. Vulg. 2. Adn.

Mat. 8. c. 22.

al. animarũ, alterã corporum.

QVAEST. XXXIII. *Responsio.*

QVAEST. XXXIIII. *Gen. 1. c. 19. Gen. 3. a. 6.* ADDVXIT Dominus cuncta ad Adam animalia & volatilia, videnſque ea, nomina imposuit. Et de muliere paulo pòst dicitur: Videns ergo mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, &c. Ecce manifestissimè scriptura ostendit amborum oculos apertos fuisse. Nec enim fas est dicere primos homines cęcos factos. Et cur post paululum post ligni vetiti tactum, eadem scriptura dicit, Aperti sunt oculi amborum? Nisi enim oculos haberent apertos, nec ille animalibus nomina imponeret, nec illa videret ligni pulchri-

tudinem. Hoc quippe verum est, quia apertos oculos habebant, & tamen nisi ad aliquid clausi essent, nullatenus scriptura diceret, Aperti sunt oculi amborũ. Aperti sunt, scilicet, non ob aliud nisi ad inuicem concupiscendum, vt esset lex in membris repugnans legi mentis: vt etiam in ipsis membris esset non voluntarius motus, iusta scilicet Dei vindicta, vt homo qui noluit esse subiectus Deo, non haberet subditum corpus. Ergo in eo aperti sunt oculi amborum, vt mouerentur concupiscentialiter membra.

Responsio. *Rom.7.d.23.*

QVAEST. XXXV.

CVM audissent vocem Adam & Eua, ait scriptura, Domini Dei deambulantis in paradiso, absconderunt se: Rogo quænam est ista deambulatio? Absit vt Deus qui est trinitas, ex hoc quòd eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis esse credatur. Omne siquidem corpus locale est, & omne locale vtique corpus est. Deus verò incorporea res est, nec temporaliter mouetur, nec loco continetur, neque de loco ad locum transfertur. Eius namque deambulatio intelligenda est per aliquam creaturam factam, quam creaturam hominem fuisse ex ipsius circumstantia scripturę intellectum à maioribus recolo.

Responsio.

QVAEST. XXXVI.

CVM Deus vnus sit, dicente scriptura, Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est: quomodo ipse dixit, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est? Nobis enim pluralitatem insinuat. Deus quamuis vnus sit, tamen trinitas est, pater scilicet, & filius & Spiritus sanctus. Vnus ex nobis dictum est, non propter pluralitatem deorum, sed propter pluralitatem personarum.

Deut.6.a.3. *Responsio.*

QVAEST. XXXVII.

MVLTA vtique videmus animalia ex corruptione corporum, maximè mortuorum nasci. Numquid tunc creata sunt quando ipsa corpora? Absit, vt tunc creata dicantur quando ipsa corpora, sed corporibus insita sunt quodammodo, quæ sunt suo tempore exorta. Sicut enim semen cuiuslibet arboris habet quandam vim, vt cùm obrutum fuerit in terra oriatur, & virgultum producatur, deinde ramis nihilominus constipata dilatetur, & frondibus, deinde floribus decorata fructificet: ita est & in corpore, vt ita dicam, quoddam seminariũ, vnde suo tempore curante prouidentia Dei, aliqua genera animalium oriantur.

Responsio.

QVAEST. XXXVIII.

CVM Deus dixerit, Germinet terra herbam virentem, & afferentem semen & ligna fructifera: Ligna infructuosa, vel spinas vel tribulos quando fecit? Simul omnia Deus fecit, dicente scriptura: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Nullatenus igitur dicenda sunt infructuosa ligna, quæ aliquo modo hominibus afferunt adiumenta: quia & reuera, si non inuenimus in eis aliquid ad edendum, inuenimus certè ad medicamentum, inuenimus ad adiutorium. Nam quantum vtilitatis inueniatur in eis, tu ipse considera. Proinde quia à fruendo dicitur fructus, & ab omni ligno possumus habere aliquod adiutorium, iure nullum lignum dicimus infructuosum. Spinæ autem & tribuli quamuis post peccatum homini nascantur ad laborem dicente scriptura. Terra spinas & tribulos pariet tibi: tamen non est dicendum tunc ea aboriri ex terra, quia iam erant vtique ad pastus pecorum vel volatilium facta, non ad augendam hominis pœnam producta.

Gen.1.b.11. *Responsio.* *Eccl.18.a.1.* *Gen.3.c.18.*

QVAEST. XXXIX.

SI omnia in numero & mensura & pondere Deus disposuit, sicut sancta scriptura testatur, ipsum numerũ & mensuram & pondus vbi disposuit? Numerus & mensura & pondus ipse Deus est: Ipse numerus sine numero, à quo est omnis numerus: Ipse est mensura sine mensura, à quo est omnis mensura: Ipse est pondus sine pondere, à quo est omne pondus. Omnia ergo in numero & mensura & pondere disposuit, tanquam si diceret, omnia in se disposuit. Non enim creaturam eam extra se, aut alicubi vidit, vt sicut homines, memoria retineat quæ faceret. Omnis enim causa creaturæ, voluntas est creatoris. Hoc ibi est voluntas, quod natura. Sic tamen æterna est illi natura, sic est æterna voluntas. Non enim accidit Deo huiusmodi noua aliqua cogitatio ad formandas creaturas. Proinde omnia in se trinitas Deus disposuit, quia in se cuncta habuit quæ fecit. Intelligitur & aliter: Omnia in numero & pondere disposuit: id est, omnia quæ fecit, numerum & mensuram & pondus habent.

Sap.11.c.21. *Responsio.* *Sap.11.c.21.*

QVAEST. XL.

NVMQVID nam sic adduxit Deus ad Adam cuncta animantia terræ, & vniuersa volatilia cæli, quomodo adducunt aucupes vel venantes ad retia? An forsitan vox de nube facta est iussionis, quam intelligerẽt tanquam rationales animæ, & ea audita illi omnes obedirent?

Responsio.

Non hoc acceperunt animantia vel volatilia cæli, vt sint rationis capacia, per quam obedire possint creatori suo: in suo tamen genere obtemperant Deo, non rationalis voluntatis arbitrio, sed sicut mouet ille omnia temporibus opportunis, non ipse temporaliter motus. Mouet itaque seipsum sine tẽpore & loco, mouet creatum spiritum sine loco temporaliter, mouet creaturam corporeã temporaliter & localiter. Præcedit igitur substantia quæ temporaliter tantum mouetur, illam quæ temporaliter & localiter mouetur. Præcedit itaque substantia quæ nec temporaliter nec localiter mouetur, illam quæ tantum temporaliter mouetur. Ipse spiritus conditus mouet seipsum per tempus sine loco, mouet corpus per tempus & locum. Spiritus verò creator mouet seipsum sine tẽpore & loco. Igitur spiritus rationalis, qui est in hominibus, siue irrationalis, qui est in brutis, eius iussis mouetur. Sed rationalis habet intelligentiam, per quam iudicare possit, vtrum iussis consentiat, aut non consentiat. Animalia verò reptilia ac volatilia non acceperunt hoc iudicium, pro suo tamen genere atque natura ad iussa aliquo actu propelluntur. Vnde angelica natura iussa Dei perficiens, mouet iussis omne genus animantiũ, docens id quod nescit. Si etenim homines possunt nonnulla animalium genera mansueta facere, ita vt quasdã voluntates hominum facere videantur, quanto magis hoc angeli possunt?

Responsio.

QVAEST. XLI.

QVAE causa fecit, vt Deus quem astruis moueri, non moueatur in tempore: aut spiritus creatus qui mouetur in tempore, non moueatur etiam in loco? Deus qui instituit tempora, & est ante tempora, nihil in eo est præteritũ & futurum, nullum consilium nouum, nullãque noua cogitatio: quia scilicet si noua, tunc etiam accidens. Si verò aliquid accidit Deo, iam non est immutabilis. Nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullum nouum consilium, ideo non mouetur in tempore. Igitur immutabilis Deus est. Spiritus verò conditus, sicut est angelorum, quanquam sine tempore contempletur Dei æternitatem, veritatem, charitatem, tamen quia ex tempore in inferioribus iussa Dei perficiunt, iure creduntur moueri in tempore. Corpora verò sua in loco mouent, dum descendũt de cęlo & ascẽdunt in cælum. Spiritus itaque hominum mouetur in tempore, reminiscendo præterita, & futura expectando, aliqua noua discẽdo. Neque enim cùm recordor aliquam lectionem aut aliquam ciuitatem, sicut motus est spiritus meus cogitando, vt hæc recordaretur ex tempore, ita motus est & loco. Quòd si loco moueretur, aut in cælo aut in terra moueretur, quia sine cęlo & terra nullus est locus. Vbi autem fuit ipse spiritus, in cælo an in terra, vt videret ipsam lectionem vel ipsam ciuitatem? Ergo si in nullo loco vidit, vt recordaretur, in seipso vidit. Et quia initium habet etiam cogitatio, & omne quod initium habet, etiam tempus habet, igitur secundum suprà dictam rationem, spiritus creatus per tempus moueri potest, non per locum: Spiritus creator sine tempore & loco: corpus autem & loco & tempore.

Responsio.

CVM requies non sit nisi post laborem, cur Deus requiescere dicitur? An & ipse opere fatigatus est, vt requiescere dicatur?

QVAEST. XLII.

Non in aliqua creatura tanquam eius bono indigens requieuit Deus, sed in seipso. Denique non in aliquo dierum, sed post sexti diei opera requieuisse legitur. Vnde liquidò apparet, nullam creaturam Deum per indigentiam, sed sola bonitate fecisse. Quòd si in aliqua creatura requieuisset, aliquam creaturam indigens fecisset. Ergo quia nullam creaturam per indigentiã fecit, proinde in nulla creatura requieuit. Nam quod dicit scriptura, requieuisse Deum in die septimo ab omnibus operibus quæ fecit: hoc intelligi posse arbitror, quòd non in ipsum diem, tanquam eius bono indigens, quo sit beatior requieuerit, sed ipsum diem septimum, id est, angelicam naturam adduxisse ad requiem suam: vt viderent scilicet in Deo sicut omnem formandam creaturam, ita & illum viderent quòd nullam creaturam pro indigentia, sed sola bonitate fecisset. Hoc enim arbitror posse intelligi requiem Dei. Intelligitur etiam aliter requies Dei, id est, cum nos post bona opera requiescere facit, secundum illum modum quo dixit Deus ad Abraham, Nunc cognoui quòd timeas deum: quod intelligitur, cognoscere fecit: ita & hic intelligitur requiescere Deus, cùm sanctis suis requiem præstat. Item aliter requiescere dicitur Deus à condendis nouis creaturis, quia post editionem sex dierum operum, nullam deinceps cõdidit de nouo creaturam. Nam quod ait, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor, non nouam creaturam condens intelligitur, sed quam condidit administrans & conseruans.

Responsio. *Gen.2.d.2.* *Gen.22.c.12.* *Ioan.5.c.17.*

QVOMODO loqui serpens poterat in paradiso, cùm fuisse appareat irrationale animal, cui loqui non competit? Serpens per se loqui nõ poterat, quia non hoc à creatore acceperat. Assumpsit enim in ministerium illum diabolus, vtens eo velut organo, per quod articulatum sonum emitteret. Per illum nempe verba faciebat, & tamen hoc etiam ille nesciebat. Natura ergo rationis expers subditur rationali creaturæ, sed tamen non tantum quantũ vult ex ea & in ea facit, sed quantum à creatore acceperit.

QVAEST. XLIII.

ET si non intelligunt serpentes, quomodo audiunt verba Marsorum, vt ad incantationes eorum de speluncis exeant suis?

QVAEST. XLIIII.

Licet intellectum non habeant, tamen sensu corporis nullatenus carent. Habent enim & visum, & auditum, & adoratũ, & gustum, & tactum. Et ideo quamuis audiãt verba Marsorum, nequaquam tamen intelligunt. Non enim obediunt intelligendo, sed vt de antris ad verba Marsorum exeant, permittente Deo coguntur à diabolo. Vnde datur testimonium de illo primo facto, quòd primum hominem diabolus per serpentem decepit in paradiso.

Responsio.

NVMQVID quia opus erat Adæ, vt ei coniunx fieret, aliter nõ poterat fieri, nisi vt dormienti costa detraheretur, ex qua coniunx ædificaretur? Poterat Deus etiam aliter facere, sed ideo congruentius iudicauit vt sic faceret, vnde aliquid significaretur. Sicut enim dormienti Adæ costa detrahitur vt coniunx efficiatur, ita & Christo morienti de latere sanguis effunditur, vt ecclesia cõstruatur. Communicans nempe corpori & sanguini Christi, efficitur ecclesia Christi coniunx.

QVAEST. XLV.

Responsio.

QVOMODO intelligendum est quod dicit Adam, Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Beatus apostolus Paulus hoc capitulum sibi ponens exposuit, dicens, Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Sed quomodo Christus reliquit patrem, cùm vna substantia sit cum patre? An alicubi esse poterit siue filio: cum de ipso filio qui est sapientia, dicatur, quòd attingat à fine vsque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter? Ergo si ibi est filius vbi & pater, non potest esse patet sine filio, nec filius sine patre. Quia scilicet sicut inseparabiles sunt in natura, ita & inseparabiles in personis. Sic enim ipse filius de patre dicit in Euangelio, Qui me misit, mecum est.

QVAEST. XLVI.

Gen.2.d.24. *Responsio.* *Eph.5.g.32.* *Sap.8.a.1.* *Ioã.8.d.29.*

Quomodo

Quomodo ergo dereliquit patrem vt adhæreret vxori suæ, id est, ecclesię suæ: nisi illo modo quo Apostolus dicit, Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Ipsa ergo formæ seruilis acceptio, est exinanitio, & ipsa exinanitio quanquam non sit diuinitatis abolitio aut naturę amissio, tamen propter formam serui in qua dignoscitur apparuisse, iure dicit Apostolus patrem reliquisse. Reliquit & matrem, scilicet synagogam, veteri Testamento carnaliter inhærẽtem, & adhæsit vxori suæ, id est, ecclesiæ suæ sanctæ, vt in pace noui Testamenti essent duo in carne vna.

Phil.2.a.6. *Responsio.*

QVAEST. XLVII.

CVR Cain ex terræ fructibus munera reprobantur, & Abel de adipibus gregis sui munera suscipiuntur? Cain typum gerebat Iudæorum, qui illa temporalia sacramenta secundum vetus Testamentum exercebant. Horum enim sacrificia superueniente Testamenti noui fide, contempta & euacuata sunt, & Christianorum sacrificia quæ ex innocentia Christi innocentis agni constant, laudãtur, quæ significabãt ipsius Abel ex ouibus munera. Munera igitur Cain non accipiuntur. Vnde etiam dicitur in Psalmo, Oblationes & holocausta noluisti, &c.

Gen.4.a.3. *Responsio.* *Psal.39.b.7.*

QVAEST. XLVIII.

QVID significat, quòd Cain fratrem suum Abel in agro interfecit? Iam superius diximus Cain significare Iudæos qui Christum occiderunt. Occiditur itaq. Abel minor natu. Occiditur Christus caput populi minoris natu à populo Iudæorum maiore natu. Ille in agro, iste in Caluariæ loco.

Responsio.

QVAEST. XLIX.

QVOMODO intelligendum est, quòd sanguis Abel legitur de terra ad Dominum clamasse? Sanguis Abel significat sanguinem Christi, quo vniuersa ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat vniuersa ecclesia dum potatur sanguine Christi, & dicit Amen, tuipse si potes considera. Iudæi ergo qui intelliguntur in persona Cain, quoniam non credentes in Christo, nõ potantur sanguine Christi, maledicti sunt super terram. Super illam scilicet terram quę aperuit os suum per cõfessionem, & bibit sanguinem fratris suiid est, Christi sui. Quem quia Iudæi nõ bibunt, ideo maledicti sunt.

Responsio.

QVAEST. L.

QVID significat quòd Enoch septimus ab Adam cum Deo ambulauit, & non apparuit? Enoch septimus ab Adam transfertur ad Deum, & septimo requies promittitur sanctis, quia in sexta ætate seculi reformantur in agnitionem Dei, vt transferantur ad requiem.

Responsio.

QVAEST. LI.

QVID significat, quòd Noë per aquam & lignum liberatur? Aqua significat baptismũ, & lignum crucem. Sicut Noë per aquam & lignum liberabatur, ita & ecclesia baptismo & passionis Christi signaculo liberatur.

Responsio.

QVAEST. LII.

QVID significat quòd arca de lignis quadratis constructa erat intrinsecus, & extrinsecus bitumine liniebatur? Sicut arca de lignis quadratis construebatur, ita & ecclesia de sanctis cõstruitur. Quadratum enim in quacunque parte posueris, fortiter stat: & sancti in quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, non prosperitatibus cedunt. Bitumen enim significat charitatem: per quam sancti nec illis scandalis quæ fiunt ab his qui intus sunt cedunt, nec illis quæ fiunt ab his qui foris sunt: & seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis, tolerantes & malos Christianos qui sunt in ecclesia: & hæreticos qui sunt foris & extra ecclesiam.

Responsio.

QVAEST. LIII.

QVID significat, quòd arca in longitudine habuit trecẽtos cubitos, & in latitudine quinquaginta, & in altitudine triginta?

Responsio.

Sancta ecclesia vt faciat mandata Dei, adiuuatur spiritu Dei, dicente Psalmographo, Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Nisi dilatatum cor habuisset, viam Domini minimè cucurrisset. Et vnde dilatatur cor, nisi per charitatem spiritalem? Hinc & beatus Paulus apostolus simili Psalmographo voce consentit, Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Vnde quæso dilatatum est? Gratia, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo accepto Spiritu sancto operatur ecclesia cũ dilatatione præcepta Dei, quæ sine gratia Spiritus sancti nequaquã poterit operari. Huic enim spiritũ septiformẽ scriptura sancta cõmemorat & commendat. Septies ergo septem fiunt quadragintanouẽ, & addito vno vt cõpleatur numerus, fiunt quinquaginta. Vnde & Dominus ascendens in cælum, quinquagesimo die misit Spiritũ sanctum, vt corda credentium dilataret. Trecenti verò cubiti significãt decem præcepta legis. Decies autem triginta, fiunt trecenta. Sed hæc pręcepta non possunt impleri nisi charitate faciente, id est, Spiritu sancto, qui significatur in latitudine quinquaginta cubitorum. Idcirco arca vtrumque numerũ habet. Nam & ipsa opera bona propter supernum finem facit ecclesia, quod significant triginta cubiti altitudinis: Re enim vera spiritus est altitudo nostra, ipse scilicet trecenarius doctrinam euangelicam consecrauit. Ipse est & supernus finis, atque omni bono opere indubitanter ecclesiam replet.

Ezech.1.b.1. *Psal.118.a.32.* *2.Cor.6.c.11.* *Rom.5.a.5.* *Act.1.b.9.*

QVAEST. LIIII.

QVID significat, quòd post dies septẽ ex quo ingressus est Noë in arcam, pluit Dominus super terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus? Quòd post dies septem Dominus pluit super terram, hoc significat quòd omnes qui baptizantur, in spe futuræ quietis, quæ septimo die significata est, baptizantur. Et omnis reatus peccatorum qui in decem legis pręceptis admittitur per vniuersum orbem terrarum, qui quatuor partibus continetur: vnde decem per quatuor ducta quadraginta fiunt: siue ille reatus qui ad dies pertinet ex rerum prosperitate, siue qui ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento cælestis baptismi abluitur.

Gen.7.b.10. *Responsio.*

QVAEST. LV.

QVID significat quòd Noë sexcentorum erat annorũ, quãdo diluuij aquæ inundauerunt super terram? Sexcenti anni significant sex ætates mũdi. Prima ætas est ab Adã vsque ad Noë. Secũda à Noë vsque ad Abraham. Tertia ab Abrahã vsque ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis vsque ad aduẽtum Domini nostri Iesu Christi. Sexta quæ nunc agitur. Sexcentesimo anno vitę Noë factũ est diluuium, ita sexta ætate seculi reformatur homo in agnitionẽ Dei per baptismum.

Responsio. *Gen.8.c.16.*

QVID significat, quòd de omni genere animalium atque volatilium, immunda bina inducuntur in arcam, & munda septena? Immunda illos homines significant, qui ad schisma sunt faciles: munda verò homines sanctos, qui spiritum septiformem accipientes ex fide viuunt. Hinc etiam quidam Poẽta ait, Numero Deus impare gaudet. QVID significat, quòd omnes montes excelsos supercreuit aqua quindecim cubitis?

Responsio. *Virg. ecloga.8*

QVID significat, quòd Noë vir iustus plãtauit vineã, bibẽnsq. vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo? Deus quodammodo plãtauit gentem Iudæorum, segregando eam à cunctis gentibus. Vnde & circũcisionis signum eis indidit, legem dedit, sacrificia instituit, seipsum in carne venturum in lege prędixit: sed cùm non crederent, in vineæ suo vino, id est, malitia populi passus est, crucifixus est, sputis illitus & illusus. Sed hoc passus est in tabernaculo suo, id est, in gente sua.

Responsio. *Responsio.*

QVID significat, quòd Cham pater Chanaan, videns verenda patris sui, exiuit foras, & nunciauit fratribus suis? In duobus filiis maximo & minimo, duo populi significati sunt, vnam vestem à tergo portantes, sacramentum scilicet iam præteritæ atque transactæ Dominicę passionis: nuditatem patris tegentes, neque intuentes, qui in Christi necem non consentiunt, & eum honorant velamento, tãquam scientes vnde sint nati. Medius filius, hic est populus Iudæorum, ideo medius, quia nec primatum Apostolorum tenuit, nec vltimus in gentibus credidit, nuditatem patris quia consensit in necem Christi, enuntiauit fratribus suis. Per eum quippe manifestatum est & quodammodo publicatum, quod erat prophetiæ secretum. Ideoque fit fratrum suorum seruus. Quid est enim aliud hodie gens ipsa, nisi scriniaria Christianorum, portans legem & prophetas ad testimonium assertionis ecclesiæ, vt nos honoremus per sacramẽtum, quod nunciant illi per literam?

Gen.9.d.22. *Responsio.*

QVID significat quod dixit Deus ad Abraham, Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui? Abraham personam Christi portabat. Sicut enim Abraham terram & cognationem suam dimisit, & domum patris sui, & venit in terram quam ignorabat: ita & Christus dimisit gentem suam, scilicet Iudæorum, & venit ad populum gentium. Hic temporalis explanatio hoc habet, moraliter autem eximus de terra nostra, quando diuitias & mundi huius facultates contemnimus. Et de cognatione nostra, id est, de vitiis prioribus, quę nobis à natiuitate nostra cohęrentia velut affinitate quadam & consanguinitate coniuncta sunt. Et de domo patris nostri, id est, omni memoria mundi huius, quæ oculorum occurrit obtutibus.

Responsio. *Gen.12.a.1.* *Responsio.*

QVOT sunt genera visionum?

Responsio. *Visioni tria genera.*

Tria. Prima visio est corporalis, secunda spiritalis, tertia intellectualis. Corporalis ergo visio est quę fit per corpus. Spiritalis, cùm imagines eorum quæ videmus, in memoria condimus. Intellectualis, nempe cùm ea quæ corporaliter videmus, & imaginaliter in memoria retinemus, intellectu discernimus: quòd illud sit corpus, illud similitudo corporis. Hunc autem intellectum bestiæ & pecora atque volatilia nullatenus habent. Vident & ipsa per corpus, & eorum quę videntur imaginaliter * species formatur, vnde & pecora præsepia cognoscunt, & aues ad nidos suos redeunt. Sed nec se ipsa intelligunt quæ sint, nec illa quæ oculis cernunt.

Responsio. *Ætates sex.* *al. spiritus.*

Postremò corporalis visio sine spiritali esse nõ potest. Statim ergo vt auertimus oculos ab eis quæ vidimus, imagines eorum quæ vidimus, in memoria retinemus. Spiritalis verò visio sine corporali esse potest, vnde & absentes homines recordamur, & in tenebris ea quæ vidimus, imaginaliter cernimus. Intellectualis nempe nec corporali indiget nec spiritali. Per intellectũ nec corpus videmus, nec imaginem corporis. Per hanc quippe videtur iustitia, charitas, ipse Deus, ipsa mens hominis, quę nullum corpus habet, nec vllam similitudinem corporis. Ob id & raptus fuerat apostolus Paulus in tertiũ cælum, id est, ad intellectualem visionem, vt Deum non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas cerneret. Tres ergo cæli, tria sunt visionum de quibus loquimur, genera. Ad hoc profectò peruenerat Paulus, vt Deum sic in ista vita videret, sicut sancti post hanc vitam videbunt.

2.Cor.12.a.2

QVAEST. LXIIII. QVOT genera sunt Apostolatus, vel quale nomen sit Apostolus, volo cognoscere, Apostolus interpretatur missus. Apostolorum sunt genera quatuor, à Deo non per hominem, à Deo sed per hominem, per hominem tantum, & ex se. A Deo etenim missus est Moyses. A Deo & per hominem, sicut Iesus Naue. Per hominem tantùm, sicut nostris temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogati sunt. Ex se autem, sicut sunt ipsi pseudoprophetæ. QVOMODO possumus scire qui mittatur à Deo? Illum cognosce missum à Deo quem non paucorum hominum laudatio vel potius adulatio eligit, sed illum quem & vita & mores optimi exornant, & Apostolicorum actio commendat sacerdotum: vel etiam vniuersorum populorum iudicio comprobatur: qui non appetit præesse, qui nec pecuniam dat vt episcopatus honorem acquirat. Nam de eo qui præesse festinat, quidam patrum eleganter expressit dicens, Sciat se non esse episcopum, qui præesse cupit, non prodesse.

A *Responsio. Apostolatus genera quatuor.*

QVAEST. LXV. *Responsio.*

FINIS.

LIBER QVÆSTIONVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

CENSVRA.

Hæc quæstionũ stylum constat Augustini non esse. Res verò ipsa ratióque tractandi Augustino indigna. Quæstione II. dicit Deum, vt diabolo præsumptionem, non potestate, sed ratione destruxerit, mundum fecisse. Quæstione IX. cùm ostendit cur aliqua in scripturis dicantur immunda, non attingit rationẽ, quæ Augustino est familiaris, de significatione, sed aliũ friuolũ ponit, vt immunda dicantur cõparatione mundorum. Quæstione XIII. cum reddere conatur causam cur in Sodomis pueri & infantes perierint, nihil habet cũ Augustini doctrina simile. Idem fere iudicũ est de quæstione XIIII. nã Augustinus longè aliter tractat quæstionẽ de patriũ peccatis reddendis in filios. In eadẽ vitiur verbo exemplandi, vt prius meliorandi. Quæstione XXI. negat mulierẽ esse ad imaginẽ Dei creatã. Gen. 1. Idem repetit quæstione XLV. Quæstio XXII. imperitè tractatur. Neque intellexit quid esset iustitiæ perfectio, tractans illud, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. In quæstione XXIII. nihil de origine animæ cũ dicto Augustino patitur difficultatis sed desinit creari in corpore, idque esse dicit animã esse ex anima. Ridiculè ibidẽ addit animã quia spiritus est, in fecce habitare non posse. Quæstione XXVII. disputat cõtra opinionẽ Augustini, ridiculis rationibus cõfirmãs nõ apparuisse Samuelẽ, sed diabolũ & Samuelis spectrum. Passim angelos & dæmones præsupponit incorporeos, quod Augustino nõ fuit certũ, qui aliter loquitur. Quæstione XXI. dicit cõtra Augustinũ maniter asseri de spiritu sancto illud Genesis, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Quæstione XLIII. valde stomachatur in Iephte, quem dicit stultè vouisse, & stultè persoluisse filiam eiusdem vocat, nec in eo vllũ agnoscit iustitiæ testimonũ cõtra Apostolũ ad Hebræos scribentẽ. Quæstione XLVI. stultos dicit qui asserunt Samuelẽ sanctũ officio sacerdotii, quod est contra Augustinũ lib. 17. de ciuitate Dei, cap. 4. Quæstione XLVIII. loquitur more Arianorũ de filio Dei, quẽ vocat Dei opus & effectũ, & significat cõsilio generatũ esse: & generant, inquit, id est, fecit existere. Quæstione LIIII. illud, Tu es filius meus, refert ad naturã humanã secundũ quã natus sit Dei filius. Quæstione LVI. dicit improbabiliter quibusdã videri Ioseph filiũ Heli & Iacob: vnus secũdũ naturam, alterius secundũ legẽ. Cùm Augustinus hoc quibusdã locis sequatur. Quæstione LVIII. Et ego nescio cui, sic accepit vt dicat cũ nescisse quòd Christus esset, per quẽ promisso Abrahæ fidẽ impleretur. Quod est ignorasse an esset Messias. Alter Augustinus super Ioannẽ. Quæstione LXXIII. dicit Mariã in morte Domini cũ cæteris dubitasse. Quæstione LXXX. negat eos qui nascũtur filios esse diaboli. Quæstione LXXXIII. sic loquitur quasi Deus insiliẽ egisset, si hominem statim diabolo eripuisset. Quæstione XC. Mendax est sicut & pater eius, iproquet ad Cain quẽ diem patrẽ dicabat, hoc est, eius qui fecit opera diaboli. Idẽ tractat quæstione XCVIII. Quæstio cuius est quæstio, sed concio, vt & quædã aliæ. Quæstione CI. dicit insto vero nõ cũpetere aliquẽ accusare: quod simpliciter falsum est. Quæstione CVI. inter alia absurda desinit ætatẽ mũdi sex annorũ millibus. Quod est ab Augustino alienũ, & apocryphũ. Quæstione CIX. Canonẽ missæ reprehendit, & Melchisedec asserit esse Spiritũ sanctũ, de quo vide August. de hæresibus cap 34. cùm que esse nõ summũ sacerdotẽ, sed secundũ, inferiorẽ Christo. Quæstione CXV. dicit Abrahã cum patre suo idola coluisse. Alter Augustinus lib. 16. de ciu. Dei, cap. 13. Et hanc quæstionẽ dicit se Romæ scripsisse, quò post suum baptismum Augustinus nõ est reuersus. Sub finem quæstionis dicit dæmones quosdã homines diligere. Et in cõsequentibus Pelagianizat, more Iuliani, vt videre est apud Bedã lib. 6. in Cantica. Quæstione CXVI. Pascha aut dilectissimi fratres à passione appellati est. Quæstione CXVIII. negat Adam & cæteros veteres habuisse Spiritum sanctũ. Sed cætera obseruet Lector: plura enim habet ab Augustino & veritate aliena. Ex quæstione XLIIII. colligitur authorem vixisse ante Augustinũ & Hieronymum. Nonnulli etiam ex multiplici collatione persuasum habent, hoc opus, & commentaria in Paulinas epistolas Ambrosio inscripta, eiusdem esse authoris.

QVAEST. I. QVID sit Deus. Deus hoc est quod nulla attingit opinio. Plus est enim quàm quicquid dici poterit aut cogitari. Sed dicamus aliquid, quod licet impar sit, tamen ex aliqua conueniat ratione his quæ Deo digna videntur. Nam vnaquæque natura pro capacitate sui suspicatur de Deo, vt quantum natura distat à natura, tantùm distet sententia à sententia in indicando quid Deus sit. Quia enim supra omnia est, necesse est vt omnium mentes excedat. Homines enim quantum possunt aciem mentis extendere, aspiciunt quid Deus sit, opinione non definitione. Angeli autem qui superiores hominibus sunt, quia plus de Deo aliquid sentiunt, non est dubium. Archangeli verò eo ipso amplius: cherubim autem & seraphim, quæ potentiæ iuxta Deum esse dicuntur, maiora de Deo sentiunt, non tamen comprehendunt penitus quid Deus sit. Quia nemo nouit patrem nisi filius, nec filiũ quis nouit nisi pater. Igitur Deus est, sicut hominibus videtur, spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis omnimodo à quo omnia initium consecuta sunt: venerandus, diligendus, metuendus: extra quem nihil est, imò in quo sunt quæcunque sunt sursum & deorsum, summa & ima, omnipotens, omnitenens, verè in omnibus diues, quia nihil est quod eius non sit: bonus, iustus, misericors. Bonus, quia fecit existere quod non extiterat. Iustus, quia quæcunque fecit vt proficerent, proprio libertatis arbitrio dimissa sunt: quia tamen non tam perfecta sunt vt labi non possint, seminaria his legis inesse decreuit, naturaliter addens auxilium manifestatæ legis, vt authoritas eius perfecta esset hominibus. Misericors verò, quia peccantibus nõ facilè reddit, sed sustinet vt conuersis ignoscat. Est etiam & seuerus, vt terrore quę ab eo bene condita sunt conseruentur, ne negligẽtia pareret vitę præcipitium. Et ne quod mirabilius est prętermittamus, tanta est eius clementia, vt contumelias passus ab his quos fecit sufferat, et prior vocet ad pacem. Numquid non maioris virtutis hoc est, quàm condidisse creaturam, in quo si permaneret nimia bonitas eius, obesset creaturę? Vnde aliquando diligi, aliquando timeri se vult, ne aberrantes ab eo depereant. Hinc est vnde ne patientia eius non vtique ad damnum ipsius, sed ad nostrum omnino contemnenda putaretur, ait: Tacui, numquid semper tacebo? Itaque Deus bonus, & omnia quę fecit bona sunt. Vnde ergo malum? Nihil est malum nisi prœuaricatio boni, dum in concessa prę sumuntur, aut concessa inordinatè fiunt: vt alibi mandatum, alibi peccatum fiat, vt quando quod in vxore concessum est, sit in meretrice, & quod Deo offerendum erat, offertur diabolo: & cùm quis non tulit suum, sed alienum, & cùm prœuaricatorem occidi licet, occiditur innocens. Nulla igitur natura probatur malum. Voluntas autem est accidẽs naturę, cõcepta ex causis, quę malè mouetur dum excedit modum vt illa gerat quę naturę suæ non sunt. Causę autem prœuaricationis oriuntur ex sensibus, quando aliquid malè videmus aut audimus. Quem errorem hęc res facit, quia homo non est Deus, qui solus errare non potest. Natura igitur hominum proprio arbitrio remissa & dimissa est, vt possit facere quod vult: vt si bonum naturę suę exercitatio melior et, honorabilior sit: si autem infirmet vigorem suum, contumelia dignus habeatur huiusmodi, facit enim quod contra se sit. Non est minimum quod concessum est homini, vt cùm recta sequitur, gaudeat in se, sed per id opere suo videt se meliorem: aut certè imputet sibi, qui cùm potuit non dedit operam vt melioraret se bonis. Si autem homo potestatis suę non esset, subiectus fuerat necessitati, vt neque boni operis haberet gloriam, neque mali pœnam, sed fuisset vnum ex pecoribus. Quoniam ergo ad vtrumque facti sumus possibiles, vt per negligentiam delinquamus, si quod bene audire & videre debemus, malè, id est, extra normam & rationem audiamus: per vigilantiam autẽ naturę bonum custodiamus: & cauti esse semper non possumus, quia, sicut dixi, ad vtrumque facti sumus possibiles. Si peccamus, non iam condemnamur, nisi iterum delinquamus, iam quasi proditores. Qui enim semel peccauerit, reparare se debet ne denuo peccet: ne par sit ei qui se vicerat, vt iterum si non peccet, iam superior habeatur: quia qui semel elisus est, bis triumphabit. Hęc iustitia est, vt quia colluctatio est in mundo, qui propensior ad peccandum est, in non peccando coronetur. Nihil ergo in Dei opere malũ est. At si à quibusdam mala quędã dicantur, vt

B

Mat. 11. d. 27. *Deus quid sit*

C

D

venenum,

venenum, aut tenebræ, quia corpora nostra vim veneni ferre non possunt: malum dicant etiam ignem aut aquam, & ferrum vel plumbum, quia multum ab auro distat, malum dicatur. Ad comparationem enim lucis tenebras condemnãt, cùm sciant pro loco suo necessarias esse, sicut plumbũ aut testam. Nam vtique requiem dant post laborem. Igitur omnis qui colluctatur in mundo, sic eniti debet, ne in re aspera victus abscedat, & fiat reus, vix aut tardè se reparans, & fortè inter hæc proueniat exitus, & exeat hinc cum peccato. Qui enim omni virtute nititur, si elisus fortè fuerit, quasi vir cadit, nec succenset ei quisquam, sed hortatu quodam animum eius reparat. Videt enim eum propositum habuisse vincendi, & sperat talem posse proficere ad victoriam, quem non sine fatigatione sui hostis elisit. Qui enim facilè vincitur, non habet animum resistendi: nec vincitur, sed consentit. Hic acerbius peccat. Huiusmodi vix ad veniam admittendus est, qui votum habet delinquendi. Qui enim id meditatur ne peccet, etiam si peccauerit, non asperè peccat. Quoniam diligentibus Deum aliquando minora peccata subrepunt. Quanto autem minora sunt, tanto subtiliora, & dum contemnuntur non vitantur. Maiora enim longè apparent. Ac per hoc qui in maioribus peccat, voluntatis eius est crimen. Sanè quoniam superiùs peccata ex sensibus ortum capere diximus, dum contra legis imperium vel rationem aliquid aspicimus aut audimus, id est, si solem videntes adorandum eum putemus propter pulchritudinem eius, tunc malè videmus: quia ad iniuriam pertinet creatoris communis, vt quod illi soli debitum est, deputetur creaturæ: Quippe cùm ab eo prohibitum sit per legem. Aut cùm corpora bene composita & decora videmus, aut aliquid proximi si concupiscamus, aliter ea aspicimus, quàm mandat lex: tunc facimus peccatum quod vocatur malum. Sed fortè dicatur, Nihil igitur formosum debuit fieri ne nos peccaremus, vt tutela nostra ex aliorum deformitate constaret? Quod si esset, nec fermum esset, nec de eo fierent homicidia. Neque lucerna in vsu esset, ne fures lumine eius ad effringendum vterentur, vt quod magnopere omnibus vtile est, deesset propter quorundam vaniloquia. Cùm constet nos semper omnia aspicere, nec tamen semper omnia concupiscere: quia non illorum vitium, sed nostrum est cùm fumus negligentes, quod constat ex interuallo creari quia non fumus quod Deus est. Sic autem malè audimus, si audientes idola deos esse, consentiamus, aut si turpia cantantibus, aurem accommodemus. Tunc autem bene audimus, si audientes de Deo quòd vnus sit, oblectemur. Si quis autem contra legem aliquid audiens assentiat, peccat, & hoc erit malè audire.

A

QVAEST. II. CVR Deus mundum fecerit? Fecit quia est opifex, aut negetur si non est. Sed esse, ipsa opera manifestant. Fecit ergo vt esset quod ante non erat, quia sine dubio melius est esse, quàm non esse. Si dicatur, Numquid inane fuit aliquid vbi faceret, aut quid prius erat vbi fecit? Hoc vas electionis apostolus Paulus paucis absoluit. At enim cùm de Deo esset sermo: In ipso viuimus & mouemur & sumus: hoc est, omnia in Deo, quia vbique est & ante omnia solus ac æternus, inuisibilis omni creaturæ. Et ne mysterium prætermisisse videamur, aut potius ignorasse cur mundus factus sit, dicimus diaboli apostasiam multos angelos, id est, spiritales potentias secum in prœuaricationem traxisse, dum voluit sibi regnum impia præsumptione defendere: quod propheta Esaias significat, dicens: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris: id est, qui cæteris lucidior apparebas? Erat enim quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, & cum quorum societate ad impium descendit certamen. Videns enim infra se multas spiritales potentias, quippe cùm in paradiso Dei præstantior esset cognitione mysterij cælestis, ipsa elatione inflatus, voluit dici Deus: hac scilicet ratione qua etiam in præsenti vita exemplum eius quosdam imitatos videmus, qui contemplatione aggregatorum circa se militum elati, satellitibus in hac re fomitem conspirationis præbentibus, imperium sibi vendicare voluerunt: hinc est vnde Deus vt eius præsumptionem non potestate sed ratione destrueret, materiam condidit quæ esset rerum confusio, ex qua faceret mundum. Distincta enim quę simul confusa erant, hunc præstiterunt quem videmus ornatum. Discretis enim ab inuicem substantiis, facta compaginatione mundus vocatur: quia vnaquæque res ab altera segregata ad mundum apparuit: vt hic homo positus, creatus ex supernis & infernis, id est, ex cælestibus & terrenis, vnius Dei Dominum, non tantùm voce, sed & imagine, qua vnus ab vno Deo factus est ex quo cæteri orientur, ostenderet. Ideo enim vnus vnum fecit, vt doceret ab vno omnia esse, ac per hoc vnum esse Deum, vt superior creatura ad confusionem suam in homine disceret, qui de terra conditus est, veritatem. Et ex eo diabolus inimicus extitit hominis. Prœuidit enim quia ad accusationem eius factus est homo: vnde subtilitate sua id egit, vt in eandem illum prœuaricationem in quam ipse ruit, induceret, vt accusatorem suum participem suæ damnationis efficeret. Ex transgressione enim diuinitatem illi spopondit, ad quam ipse dum affectaret, ab ea deiectus est. Et quia omnis natura à crimine libera est, ex accidenti sunt nominatæ: antè enim res, posteà significatio: ac per hoc satanas & diabolus ex actu eius composita sunt nomina, vt sit non naturæ eius, sed voluntatis eius significatio. Itaque vt propositum Dei quod in causa creati hominis decreuit, maneret, & factum diaboli per quod hominem circumuenit ad cumulum eius reatus proficeret, Christus de sacris sedibus etiam ad terras venire dignatus est: vt & hominem à transgressionis sententia liberaret, & diaboli futuram perditionem, ne quis factum eius imitaretur, ostenderet. Propterea dixit Ioannes apostolus: Ideo venit filius Dei, vt solueret opera diaboli, qui si natura malus esset, pœnam ei promittere, aut dementis erat, aut iniqui. Quis enim arguat eum quem videt non aliter aliquid facere quàm natura eius admittit? Si ignis potest succenseri, quia vrit, aut aqua quia infrigidat, cùm non vtique voluntate hoc faciat, sed natura? Vnde etiam diabolus si natura malus esset, voluntatem non haberet. Nec enim posset discernere, sed vno atque eodem modo omnibus se quasi cęcus ingereret. Porrò autem iudicio quodam hoc agit: nam suam voluntatem facientibus parcit, à quibusdam neophytis dissimulat, ad Dei auxilium confugere volentibus offendicula & impedimenta opponit, & seruis Dei insidias tendit, & promptioribus circa eius obsequia magis infestus est. Vnde manifestum est, voluntatem eius esse in crimine. Quamobrem Petrus apostolus ait, Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Gẽtiles non quęrit, Iudæos non quærit, malæ vitæ & conuersationis non quærit, sed quærit Dei seruos & Christi famulos quos sibi scit inimicos, quia factum eius & præsumptionem eius condemnant. Denique lege data, plus exarsit inuidia aduersus eos qui sub lege erant, sciens legis documenta vnum Deum tradere, & bonam cõuersationẽ hominibus. Igitur si hoc naturaliter putatur facere, reus constitui non potest, quia hoc facit quod naturæ suæ est & potest, & non facit quod non potest, quia naturæ suæ non est. Itaque neque laudandus, neque condemnandus est. Laudandus non est, quia obsunt quæ agit. Condemnandus autem non est, quia non voluntate hoc facit, sed impulsu naturæ, Nam aliquos scimus subito dementes factos, fuste, ferro, lapidibus, morbis, multis nocuisse, quosdam etiam occidisse. Captos autem industria & iudicibus oblatos, minimè reos factos, eo quòd non voluntate, sed impellente vi nescio qua hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur qui nescit quid fecerat? Ita & diabolus si bonum nescit, quare condemnandus censebitur, quoniam non facit quod nescit? Imò si posset fieri laudandus erat, quia facit quod non nouit. Nos autem iure rei constituimur, quia * illud non scimus quod scimus debere nos facere, vel quia illud facimus quod scimus debere nos non facere. Sed quia per omnem scripturæ cõstitutionem reum diabolum constitui videmus, & propterea gehennam illi paratam legimus, legibus illum damnandum scimus, quia cùm sciret & posset facere bonum, fecit malum. Nec enim Deus qui iustus est, damnaret eum quia bonum non fecerat quod nesciebat, sed quia malum fecerat quod sciuerat. Manifestatum itaque puto, nullam naturam debere dici malum, quia omne malum, sicut claruit, ex voluntate fit, quę per sensus accidit naturæ.

Act. 17. f. 28.

Esa. 42. c. 14.

Esa. 14. c. 12.

Mũdus quare vocetur.

B

C

D

QVAEST. III. QVID opus erat per Moysen, & non antè, exordium mundi & ordinem creaturæ exponere? Prius describi non debuit, quia adhuc ex hac causa error tantus non erat in hominibus. At vbi iam error creuerat generi humano, ita vt etiam filij Israël contra hanc expositionem in Aegypto tradi auderent à philosophis Aegyptiorum, à quibus etiam Moyses fuerat instructus omnem peritiam Aegyptiacam, quæ Apim quendam mundum istum asserit per malos angelos condidisse: hunc quoque principem mundi videri, id est, satanam. Quam sententiam Marcion secutus, ruit in mortem. Nam & Manichæi ab eodem satana hominem dicunt factum, non mundum istum, stultiores cæteris. Cùm enim mundum constet hominis causa fabricatum, illi à Deo dicunt mundum factum, licet de alieno: hominem verò ab aduersario creatum, vt in domo alterius alter posuerit Dominum. Oportuit ergo Moysen, vt errorem istum proderet & auferret, manifestare mundi & hominis fabricati Deum esse authorem. Accepta enim authoritate per signa & prodigia quæ fecit, docuit sine dubio id verũ esse quod testibus signis tradebat. Quis enim non crederet ei, cuius tanta signa in rebus gestis existerent? Denique hinc est, vnde qui contra disciplinam hanc sentiunt, errare noscuntur, quia nudis verbis assertionem suam allegare nituntur. Itaque vt nihil Deo coæternum esse doceret, ordinem ipsum creatarum rerum vtile fuit exponi: vt dum minora prius facta memorat, postea autem maiora, nihil horum infectum habeatur: quia quæ tempore minora sunt, virtute maiora sunt: vt si illa præscribere de tempore se putent, ipsa infirmitate qua posterioribus subiecta sunt, conuincantur: aut si hæc de virtute præsumendo primatum sibi vendicent, posteritate ipsa humilientur, vt nihil horum non initio subiectum videatur. Antè quidem cælum factum est & terra, deinde lux, quæ in officio diei est: pòst firmamentum quod appellatum est cælum, & congregationes aquarum quas appellauit maria, vt appareret arida terra in qua possit habitari. Terram autem quam post cęlum factam dicit, non terram solam vult intelligi, sed materiam significauit, id est, omnia inferna quæ in mundi omnem speciem profecerunt. Cælum autem nõ hoc carnale, sed illud supernũ quod spiritale est, in principio factum contendit. Vt cùm cęlum primò dicit factum, deinde terrã, in cęlo omnia inuisibilia, & in terra omnia visibilia creata à Deo significaret. Totius enim naturę summa & ima cõprehẽdit, vt quicquid mediũ est, proculdubiò etiã factũ credatur. Luminaria verò quæ ad gubernandũ mundũ instituit, quarto die

QVAEST. III.

al. aliud facimus quàm.

asserit facta, vt quanto maiora sunt virtute, tanto inferiora sint tẽpore. Hominem autem sexto die constituit, vt in domum iam factam habitatorem introduceret. Et valde sublimior est homo, quẽ vtique sexto die factum declaratum est: quem idcirco sublimiorem dixi, quia interior eius natura inuisibilis est, & intellectu capax: sed fortitudine maior est sol, & lumine fortior luna est, quàm terra. Hinc est quod quibusdam displicet dictum: Vidit Deus lucẽ quia bona est: vt quia omnia à malo facta dicebantur, & bona credi non poterant, Moyses vt bona quæ facta sunt probaret, ipsi Deo placita quæ fecit ostendit, vt cui displicerent, reum faceret. Nam quomodo possit nescire lucem qui dixit, Fiat lux, & facta est lux? Aut quis facit quod nescit? Facta autem lux, & placuit ei qui fecit. Quis opifex in opere suo non lætetur? Sic dictum est, Vidit Deus lucem quia bona est. Et denuo sunt qui dicunt, quòd mala est. Quid si sine testimonio esset relictum? Igitur descripta mundi fabrica, è primi hominis origine traducem tenuit generis Seth, qui redditus est pro Abel, & per ordinem venit ad Abraham patrem Iudæorum: vt ostenderet Abraham huic Deo credidisse, qui opifex mundi est, & ipsum legem dedisse, in qua futurus Christus promissus est, qui liberaret genus humanum de dominio diaboli. Ex his rationabilis probatur fides nostra. Testimonium enim huic dat origo descripta, quia ab initio genus est Christianorum. Ex Seth enim filio Adæ venitur ad Enoch, ab Enoch ad Noë, ex Noë ad Abrahã, ab Abraham descenditur ad Dauid, à Dauid ad Mariam, ex Maria de Spiritu sancto nascitur Christus. Priores ergo omnes quotquot fidem habuerunt vnius Dei, quam Saluator prædicauit, iure Christiani dicendi sunt. Ab initio enim Saluator venturus promissus est. Vnde Ioannes in Apocalypsi ait, Agnus qui occisus est à constitutione mundi. Itaque semper Christiani fuerunt. Il enim omnes quos suprà dixi à primo homine creato in mundo, per quos tradux tenditur ad Saluatorem, huius Dei fidem habuerunt. De quo Christus locutus est dicens: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Potest dici econtrario, Si antè & illi Christiani fuerunt, quæ notitia per Christum? Hunc intelligentiæ profectum aduentus contulit Christi, quia prædicatio vnius Dei ostendit mysterium, & quid cuique personæ competat, demonstrauit, & ad explendam legis iustitiam, addidit quæ reseruata erant.

Gen.1.a.4.

Apoc.13.b.8.

Ioan.17.a.3.

QVAEST. IIII. Qvare Deus legem non à primordio dedit? Primum lex formata in literis dari non debuit, quia in natura ipsa quodammodo inserta est, & creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat quid bonæ vitæ conueniat: aut ignoret, quia quod sibi fieri non vult, alij minimè debeat facere? At vbi naturalis lex euanuit, oppressa consuetudine delinquendi, tũc oportuit legem manifestari, vt in Iudæis omnes homines audirent. Non quòd penitus obliterata esset, sed quia maxima eius authoritate carebant. Idololatriæ studebatur. Timor Dei in terris non erat, & fornicatio operabatur. Circa rem proximi auida erat concupiscentia. Dãda ergo lex erat, vt & quæ sciebantur authoritatem haberent, & quę latere cœperant, manifestarentur. Nam inuenimus ante Moysen non solum nõ latuisse, sed etiam vindicata esse peccata. Quamobrem & iusti fuisse reperiuntur multi, qui scientes Deum vindicem, timebant peccare. Quod cùm cœpisset iam negligi, legẽ naturalem reuelari oportuit, vt scirent cuncti aperta ratione Dominum requisiturum actus humanos. Quamuis per diluuium vindicatum legatur, & in Sodomam & Gomorrham, sed hæc vetustatis oblivio texerat. Vnde per Moysen terroris causa ad disciplinam corrigendam, & fidem in Deum reformandam, commemorata sunt. Quare & Apostolus: Iustis, ait, lex non est posita, sed iniustis, idola colentibus, fornicatoribus, & talia. Nunc videamus an conueniat iis qui Dei iudicium audientes rident futurum: si poterit, an oberit: si veritate muniatur, an careat ratione. Lex quidẽ data est mundo, sed videmus eam circa multos cessare. Non ergo iustum videtur, vt qui hic pèccant per potentiam, securi sint. Alij legibus illudunt, pauperes deprimuntur, iustis accusatio componitur, bene agentes opprobrio sunt, pij indigent, mali florent, iniqui & corruptores in honore sunt, auari & raptores locupletantur, iudex venalis est. Nonne iniquum videtur si conditor rerum non hæc requirat: vt qui hic iniustè oppressi sunt, releuentur: & qui bene viuendo indiguerunt, remunerentur, & qui propter iustitiam opprobrio erant, honorentur: illi autem qui per potentiam leges contempserunt, aut tergiuersatione illuserunt: iniquitatem sectantes, sic gloriosi in his, vt ipsi iustitiæ insultare videantur, vt humiliati & confusi tormentis subiiciantur in conspectu eorum in quorum malis & despectione gaudebant, vt ipsi de pœna illorum læti peo gratias referant, apud quem solum personarum acceptio cessat?

Tob.4.c.16.

Gen.7.b.11. & 19.c.24.

1.Tim.1.b.9.

Rom.2.b.11.

QVAEST. V. Vt quid Abel sacrificium acceptum est, & Cain refutatum est? Ex verbis hoc ipsius lectionis potest colligi, quia non est literarum arte velata historia. Nam Abel prudentem & deuotum in eo ipso sermo indicat scripturæ, Cain verò negligentem & improuidum, ac per hoc minus deuotum. Abel ergo de placidis potiora elegit quę deo offerret creatori, vt de iis vtique quæ creauerat præcipua illi offerret, vt per hoc & dedicationem suam & meritum eius probaret, vt & propriam reuerentiam, & Deum authorem ostenderet. Hoc Cain velut rusticus præsentare nequiuit. Totum enim animum terræ inserens, mentis oculos ad cælum leuare non potuit, vt quid creatore dignum esset, aspiceret, qualiacumque etiam Deo obtulerit munera. Quæ causa etiam in Iudæis obliquæ mentis deprehenditur. Sæpe enim reprehensi sunt, cùm munera sua improuidè Dei altari offerrent, quæ nec hominibus digna videretur, dicente Domino: Cęcas & luscas offertis mihi, non hæc suscipiam de manibus vestris. Offer eam præposito aut duci tuo, si acceperit ea. Cùm constet apud omnes, personæ sublimi maxima offerri debere munera. Ideóq. Cain munera refutata sunt, dicente ei Domino: Quid contristatus es, & vt quid concidit vultus tuus? Nonne si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti? Quiesce. Apud te conuersio eius, & tu dominaberis eius. Vides ergo quia diuisio incurrit peccatum, dum nõ æstimans quid dignum Deo esset, potiora reseruauit suis vsibus. Itaque non quia obtulit reprehensus est, sed quia indigna obtulit. Neque ex eo damnatus est, sed quia factum noluit emendare commonitus. Ad te enim, ait, conuersio eius, & tu dominaberis eius: hoc est, me non accipiente, ad tuum dominium cõuersum est munus à te oblatum, vt de cætero sciret quid faceret. Hinc inuidia exarsit vt occideret fratrem, vt ab iniusto occideretur homine, qui iustitiam primus ostenderat, & exemplum malum cauendi daretur hominibus. Sic enim æmulatione zeli cæcatus est, vt nõ solùm gratias nõ ageret, eo quòd reus factus non fuerat, sed nec didicerat quomodo hoc emendaret, verùm etiam adderet aliud grauius per quod damnari mereretur. Talis est causa improuidi ac fratricidæ Cain, qualis & illius nequam serui, cui cùm ignotum esset à Domino, ingratus effectus exiens suffocabat conseruum suum, vt etiã de præterito ignoto sibi facinore, & de impietate in conseruum suum admissa nec excusabilis damnaretur: & tamen ad præsens non est damnatus Cain, sed confusus & reus sub terrore dimissus est super terram, vt si pœniteret ignosceretur ei. Denique timens ne aliquis eum pro hoc facto occideret, ait ad Dominum: Maior causa est mea, *relinqui me, si eiicis me hodie à facie tua, & à facie terræ abscondam me, & ero gemens & tremens super terram. Et erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Territus itaque Cain verbis iusti iudicis Dei, timet despici à Domino, ita etiam vt à conspectu hominum confugere se debere putet: certus, quia qui irato Deo viuit, etiam ab homine possit occidi. Sed quid ei respondet Dominus? Non sic, inquit: hoc est, non ad hoc te remisi cùm non merearis viuere, vt ab aliquo occidaris, sed vt gemas & tremas, quasi qui primus malum exemplum dederis super terram, dum laboribus tuis non respondet fructus ex humo. Itaque omnis qui occiderit, inquit, Cain, septem vindictas exoluet. Hæc sententia ostendit iure damnandum Cain. Quando enim vidit legem datam sub tali comminatione ne quis imitaretur factum eius, plus cœpit timere, sciens quid mali admiserat. Septem ergo vindictas promittit si quis ad hoc facinus aspirasset, vt videns ex hoc opere Cain reum factum, & cùm adhuc legis manifestatio non erat, sciret se septemplici pœna mulctari si hoc non vitaret. vt legis notitia sex plagas adderet suprà quàm meruerat Cain, vt cum plaga Cain septem numerarentur vindictæ. Hoc etiam numero remunerandi sunt qui relictis omnibus Dominum sequuntur, & in futuro vitam æternam habebunt. Hoc est signum quod posuit Dominus in Cain, ne occideret eum omnis qui inuenisset eum. In parricida enim posita lex est, vt si quis homicidium fecisset, quia omne parricidium homicidium est, septies reus esset, quàm fuerat Cain, vt hac seueritate perterriti cęteri, ab hoc se facinore cohiberent.

Gen.4.a.5.

Ibid.

Mat.18.21.

Gen.4.b.13. al. relinque.

Gen.1.c.17.

QVAEST. VI. Vtrvm Lamech occiderit Cain, sicut putatur? Frustra hoc putant qui arbitrantur quod Lamech hoc dixerit de Cain: Occidi virum in liuore meo, & iuuenẽ in vulnere meo. Iam enim in quinta generatione natus erat Lamech à Cain, id est, de Mathusalẽ abnepote Cain. Hoc autem idcirco commemorat Lamech, vt ostenderet acrius astringendum eum qui sub manifesta lege peccauerit. Ac per hoc si post Cain in imitatorem eius septies vindicatum est, quanto amplius in eum vindicandum est, quem nec factum Cain & correptio, nec pòst in eum lata sententia terruit, vt à tam impio & crudelissimo facinore volũtatem auerteret? Post Cain ergo Lamech hoc homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quæ suprà dicta sunt, septẽ vindictas exoluit: & quid post Lamech ei qui hoc secutus fuisset esset futurũ, ostendit dicens, De Lamech autẽ septuagies septies. Vt quia malum opus pœnitentia non subsequitur, septuagintaseptem plagarũ ictibus feriatur. Vnde & Saluator etiam septuagies septies peccanti, cõuerso tamẽ remitti præcepit. Sed ne putetur alius antè Lamech homicidium post Cain fecisse, quia dixit, De Cain vindicatum est, quasi iam factum Lamech dicat de se: quomodo autem diceret quia vindicatum in eum erat, cùm adhuc recens esset homicidium quod confessus fuerat se fecisse, cùm constet omne factum sententiam secũ habere? Quando enim alia spes non est, præterquam quod expleto operi dignum scitur, futurum pro facto habetur. Denique dictum Adæ & Euæ est, Qua die manducaueritis, morte moriemini: & vtique non statim mortui sunt, sed post longum temporis interuallum: sed quia iam spem immortalitatis amiserant, futura mors præsens dicta est, quia hæc cœpit in spe haberi. Igitur cùm Lamech iuuenem se occidisse fatetur, & Cain, sicut claruit, vsque ad hoc tempus peruenire non potuit, aut si peruenit, quod impossibile videtur, senior fuit, eum non occidit.

Mat.18.a.11.

Gen.4.d.23.

QVAEST. VII. Qvæ decem verba in tabulis data sint, aut singulæ tabulæ quæ & quot verba habuerint? Decem sententias, decem verba appellauit: quia & Saluator sensum verbum significauit,

Mat.22.c.24. Mar.12.d.28. Luc.20.a.2. Exod.20.a.3.

Malach.1.b.8.

Gen.4.a.5.

Eph.6.a.2.

QVAEST. VIII. Exod.34.d.29.

Gen.2.c.13.

QVAEST. IX. Gen.1.d.31. & 7.a.2.

Act.10.b.14. Rom.14.d.23. Gal.3.b.12.

QVAEST. VI. Gen.4.d.23.

QVAEST. X. Gen.5.c.10.

Mat.18.a.11.

QVAEST. VII. Gal.3.c.17.

significauit, dicens inter cætera ad Iudęos, Interrogo vos & ego vnum, verbum, respondete mihi, Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo, an ex hominibus? Hunc sensum verbum appellauit. Simili modo & in duabus tabulis decem verba scripta dicuntur, quæ decem sensus sunt. Denique dicit: Non sint tibi dij alij, præter me: primum verbum hoc est. Et subiecit secundum: Non facies tibi vllam similitudinem eorũ quæ sunt in cælo sursum, & in terra deorsum, neque in aqua quæ est sub terra. Deinde adiecit tertium: Non sumes nomen Dei tui in vanum. Non enim mundabit eum Dominus qui sumit nomen eius in vanum: hoc est, non in mendacio nomen Dei tui assumes vt periures per illud. De hinc quarto loco dicit: Sabbatum Domini Dei tui seruabis, & non facies in illo vllũ opus seruile. Hæc quatuor verba sunt de decẽ. Ista ad Deum propriè pertinent. Hæc sunt in prima tabula scripta. Deinde in secũda tabula hæc continentur. Primum verbum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum, Non occides. Tertium, Non fornicaberis. Quartum, Non furaberis. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces quicquã proximi tui. Hæc in secunda tabula scripta probat apostolus Paulus, dicens: Honora patrem & matrem, quod est mandatum primum in promissione. Quomodo enim esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso cœpisset? In promissione autem ideo dicit, quia statim subiecit, Vt sis lõgæuus super terram, & bene sit tibi. Hęc est promissio facta iis qui mandata custodiunt. Itaque habes & mandata distincta & numerum eorum consummatum, & quæ & quot singulis tabulis scripta sunt.

Vt quid Moyses descendens de monte cum tabulis vultum splendidum habuit & intolerabilem? Accepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte, facie gloriosa. Lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & in tãtum vt à peccatoribus videri non posset. Ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriam Dei non merentur aspicere. Post simulachrum enim vituli fusilis, & confractionem tabularum in quibus lex data fuerat, rursus ascendit Moyses in montem cum tabulis, in quibus accepta lege cùm descenderet, gloriosa facta est facies eius, vt non possent aspicere filij Israël vultum eius, neque Aaron, quia & ipse peccauerat. Sed interposito velamine loquebatur ad illos, vt tam diu indigni essent gloria Dei, quàm diu in peccatis verarentur. Vnde dicit Apostolus: Cùm conuersus fuerit ad Deum, auferetur velamen, vt dono Dei abluti, digni fierent intẽdere gloriam Dei. In confractione enim tabularum quas antè acceperat, Iudæorũ populum reprobum significauit, eo quòd peccatis studentes, promissione Dei indigni futuri erant. Quod autem reiterata lex est, alter populus futurus significatus est, cui proficeret lex data in monte.

Si omnia Deus bona fecit & valde bona, vt quid dixit ad Noë, De mundis & immundis inducte cum in arcam, cùm immundum bonum dici absolutè non possit? Per id quod multimodam rationem habent verba, faciunt quæstiones. Nam si ad hanc causam de qua agitur referantur, nulla erit quæstio, quia per ordinem res ipsæ se produnt. Nam aliquãdo commune dicimus quod indiuisum est, aliquando quod immundum est. Duobus enim modis appellatur commune. Denique Petrus apostolus: Commune, inquit, & immundum nunquam intrauit in os meum. Et apostolus Paulus: Omne, inquit, quod non est ex fide, peccatum est. Et alibi: Lex ait, non est ex fide, & tamen non est peccatum. Vides ergo, quia vnus atque idem sermo nõ eadem semper significat. Ideo & cùm dicitur, immundum, considerandum est ex qua causa dicatur, quia aliquando ad comparationem melioris immundum dicitur, aliquando ad opera fordida refertur, vt malum intelligatur. Nulla igitur substantia malum, quia quæ per substantiam immunda dicuntur, ad comparationem pulcherrimarum rerum immunda sunt. Nam & canis immundus dicitur ad ouem, & plumbum ad comparationem auri immundum est, & coruus ad pauum, & cùm vniuscuiusque corporis membra sint, alia honesta, alia inhonesta vocantur, cùm sciantur mala non esse. Itaque omnia in sua natura bona sunt, quia vtilia.

Cvm Deus dicat ad Abraham de filiis Israël, quòd quarta progenie exituri essent de Ægypto, cur lex dicit, Quinta progenie exierunt filij Israël de terra Ægypti? Quantum ad verba pertinet, videtur esse contrarium, si autem sensus quæratur, inuenietur esse non dispar. Sic enim lex loquitur, vt à diligentibus & sedulis possit intelligi, vt ratio veritatis non incuriosis, sed solicitis se reuelet. Nã vtique Deus dixit, quarta progenie: & Moyses scripsit, quinta progenie: quamuis vtrumque Moyses retulerit, & fallere eum impossibile sit in quo tanta virtus operata sit: ac per hoc inuestigandus est sensus, quia non otiose aliquid agit, nec improuidè diuina loquitur scriptura. Itaque duæ partes sunt quas singuli memorarunt. Deus enim quatuor generationes significauit quæ natæ sunt in Aegypto: Moyses autem addens his vnam, ex qua * hæ ortum acceperunt, cùm intrassent in Aegytum: Quinta, inquit, generatione exierunt filij Israël. Generationem enim quæ intrauit in Aegyptũ, & quatuor quæ illic natæ sunt simul complexus est. Nam ab Abraham vsque ad exitũ filiorum Israël de Aegypto, generationes sunt octo. Ducentis enim quindecim annis à promissione facta Abrahæ, habitauerunt in Chanaan, & ducentis quindecim in Aegypto. Hi sunt anni quos comprehendit Apostolus ad Galatas, dicens: Post quadringentos & triginta annos facta est lex. Igitur hę

Gen.15.c.16.

QVAEST. XI. Gen.27.c.18.

Num.6.d.27.

Ioan.11.b.52.

QVAEST. XII. Gen.17.b.10.

Iudith 13.d.27. & 14.b.6.

QVAEST. XIIII. Gen.19.*

d. Hebrai.

quatuor generationes natæ sunt in Chanaan. In Isaac vna, altera in Iacob, tertia in Leui, quarta in Gerson, & Caath, & Merari. Cùm intrassent autem filij Israël in Aegyptum, Caath genuit Amram: Hęc est prima generatio facta in Aegypto. Amram autẽ genuit Aaron & Moysen & Mariam, quæ est secunda generatio facta in Aegypto. Et Aaron genuit Eleazar & fratres eius, quę est generatio tertia. Eleazar autem genuit Phinees quarta generatione. Hæ sunt quatuor generationes procreatæ in Aegypto. Vnde ait Dominus ad Abraham: Peregrinum erit semen tuum, & seruitio oppriment eos, ego autem liberabo eos, & quarta generatione exient inde. Vide in apertum est, quia non aliquid aliud significauit Deus, quàm quod gestum est in Aegypto. Moyses autem vt etiam illam generationem poneret, quæ cum Iacob patre suo intrauit in Aegyptum, ex qua istę quatuor originem habent, dixit, Quinta progenie exierunt filij Israel de terra Aegypti.

Si viri iusti voluntas bona est, quare Isaac non Esau quem voluit, sed Iacob benedixit quem noluit? Iusti hominis quantum ad conscientiam eius pertinet, voluntas bona est: quantum autem ad præscientiam, immunis est ab aduersis. Deus enim solus est, qui de futuris iudicat. Et per hoc Isaac iustus quantum ad præsentem humanitatem dignum est, maiorem filium suum benedicendum magis putabat. Sed Deus qui occultorum cognitor est, minorem benedictionem mereri ostendit, vt in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed Dei, quia officij dignitas est, nõ hominis meritum, quam Dei sequitur benedictio. Denique dictum est à Deo in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes: Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eos: vt gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum, benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus. Dictum est enim de nequissimo Caipha interfectore Saluatoris inter cætera, Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi aut digni aut indigni, sed ordinationem traditionis: vt quãuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus vt officium ministerij exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.

Qvare Abraham sidei suæ signum, circumcisionis accepit sacramentum? Si velis aduertere, non incongruum videbis quod putas diuersum esse à ratione. Credens enim se filium habiturum in quo omnes gentes benedicerentur, & à quo sanctimonium exoriendum erat, illa in parte signum accepit, per quam generatio sit filiorum & cessat, vt sanctior sit. Sed si aliquibus deformatio videtur, animaduertant Abraham in eo gauisum, & filios eius hoc testimonio fuisse gloriosos. Nam Achior vtique vnus ex principibus gentilium videns tantam virtutem esse in Deo Abrahæ, vt Holofernem ducem exercitus Assyriorum, cuius potentiam tota terra tremebat, proprio gladio manu feminæ decollaret, spontè se circumcidit, arbitratus ex eo ipso dignitatem sibi esse quęsitam. Nónne præ se fert, si aliquis pro nomine Christi oculum aut aliquod membrum amiserit? Nónne partem ipsam humanis vultibus ingerit, vt appareat gloriosus? Pro fide enim aliquid ad tempus amittere, lucrum est facere. Ità & Abraham fidei suæ signum accipiens, non deformatus est, sed melioratus. Spiritaliter verò hoc significauit, quia nebula carnis circumcidi debebat à cordibus hominum per fidem Christi: quia carnalis error obstabat, caliginem præstãs humanis cordibus ne cognoscerent creatorem. Abraham autem, quia & promissus est ex femine eius futurus Christus qui hanc caliginem abstergeret, ideo circumcisus est, quia filium credidit se habiturum, qui errorem hunc amputaret. Iam vide si non congruè illa in parte vel tale signum accepit.

Si iudicium Dei iustum est, quare infantes in Sodomis simul cum parentibus cremati sunt? Vt nimis impium facinus Sodomitarum possit aduerti, peccatum eorum peruenit vsque ad necem filiorum ipsorum, ne de origine illorum signum aliquod remaneret: Nónne prouisum est illis ne diu viuentes exempla sequerentur patrum? A gehenna enim liberi sunt, in aliena causa occisi. Parentes enim tam pro se, quàm pro his rei sunt, quia vt eorum opera obliterarentur, omnis progenies ipsorum erasa est. Nam sicut de bonis parentum læti sunt filij eorum, quòd commendentur prærogatiua eorum: sic & de morte quæ pro malis illorum infertur queri non possunt, vt quẽadmodum participes in lucro sunt, sic sint & in damno. Similiter & in Aegypto pro noxis patrum plexi sunt filij, sed vt ad emendationem eorum proficeret: vt quia ex aliis causis Deum credere & venerari, qui in Moyse erat, noluerunt, hac plaga territi confiterentur cum satisfactione, ne grauius hunc reatum sentirent. Hæc ergo mors filiorum, crimen est patrum. Quocumque enim modo filij debitum spiritum reddiderunt, futuri accusatores parentum, quia perfidiam suam nec sanguine filiorum vincere potuerunt. Non ergo in futurum, sed ad præsens tempus mala parentum filios inuenerunt. Nec qualecumque beneficium est, gloriosum non esse, nec tamen reum. Nam si quidam cum precibus enituntur in postremis positi, ad fidem veram accedere, vt si non coronam vel veniam mereantur: quomodo poterunt hinc aliquid queri, cum quibus ita actum est, vt neque esset vnde ignosci sibi precarentur, neque sublimes haberentur qui minimè laborauerãt?

Confer nunc vnius momenti cruciatum ad multi temporis pœnã. Arbitrare etiam multos laborare, & quia perfeuerare non possunt, non solum effectum laboris amittere, sed & pœna mulctari. Adde etiam, quia difficile de malis nati, & inter nequissimos educati vel conuersati, mentem suam temperant ad disciplinam Dei sequendam. Vide ergo si non magis bene actum est cum filiis perditorum.

QVÆST. XIIII. *Exod.20.a.5.* QVID est vt Deus qui iustus prædicatur, peccata patrum filiis reddere promiserit in tertiam & quartam progeniem? Nihil iniustè Deum facere aut dicere, qui dubitat, insanus est. Itaque si verba Domini non supprimantur, sed omnia quæ ad eandem quæstionem pertinent, proponantur, lucebit quod obscurum videbatur, & pium æstimabitur quod minimè iustum putabatur. Quienim verba supprimit quæstionis, aut imperitus est, aut tergiuersator, qui calumniæ magis studeat quàm doctrinæ. Porrò autem repromisit quidem Dominus reddere se peccata patrum filiis, sed iis qui oderunt eum: hoc est, qui in paternis malis versati seruiunt idolis, sicut & patres illorum: Ille enim inimicus Dei est: qui honorem nominis eius vendicat creaturæ. Sicut enim iustorum filij & ipsi iusti nobiliantur in se genus iustitiæ, dum & patrum & sua iustitia sublimantur: ita & nequissimorum, & ipsi filij nequissimi crementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij sunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo locutus videtur Deus, sed verum est, & hoc habet ratio. Quis enim malum & mali hominis filium non duplici genere execretur, quomodo bonum & boni filium duplici mercede censet honorandum? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere se promisit, vt si post patrem malum filius non sequatur perfidiam patris, nepos autem aui in malis imitator existens, sciat se non immunem futurum à feueritate sententiæ: aut si & nepos fortè non aui, sed patris secutus vestigia, testamentum diligat Dei, non ignoret pronepos ad se vsque peruenire sententiam si æmulus sit proaui perfidiæ. Hac legis manifestatione deterreri voluit Deus impios patres, vt agnoscentes quantum mali pareret sectatio idololatriæ, vel affectu filiorum reuocarẽtur ad reuerentiam creatoris, aut filij timentes ne incurrerent peccata patrum, Dei legi obtemperarent. Illi autem * attendentes ad nequitiam, aliter hoc interpretari cœperunt dicentes, Pares nostri manducauerunt vuã acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: vt securi de impunitate, eo quòd filiis ipsorum redderentur peccata, illi tamen neque spiritus neque carnis haberent pietatem. Hinc dicitur eis, Non morietur filiis pro patre, neque pater pro filio, sed anima quæ peccauit, ipsa morietur: vt addiscerent non impunè sibi futurum, sed sic reddi peccata patrum filiis, vt quia impietatem parentum secuti mala quę obliteranda erant, exemplauerint, acerbiùs puniãtur. Postquam ostendit Deus quid mali pariat idololatria, addidit statim quæ bona diligentes se sequantur, dicens, Et faciens misericordiam in millia millium iis qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea: vt bonum patris, non vsque ad pronepotem, sed vsque ad millia millium reddat. Vtputa si quis ex femine Dauid diligat Dominum, quem constat vtique porrò ante mille annos fuisse: huic additur misericordia Dei, vt in necessitate duabus suffragantibus causis, misericordiam accipere mereatur: quia & ipse Dei cultor est, & ex eius semine est, qui amauerit Deum. Et in hoc clementia Dei laudabilis est, vt odio habentibus se vsque in tertiam & quartam reddat progeniem, & non in millia millium: vt si in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterum caput habere incipiat, vt ex eo numeretur vsque ad tertiã & quartã progeniem. Sed dicet quis: Authori magis amplius reddendũ iustum videtur, quàm imitatori? In authorem congruè datur vindicta: filiis autem quòd plus dicit reddi, pœna est patris. Et si causam queras, accessu legis peccatores plus fiunt rei, sicut Lamech & post Lamech. Quibusdam tamen videtur, sic reddita esse peccata patrum in filios, dum in captiuitatem ducti sunt causa patrum, & fuerunt ibi vsque ad quartam generationem. Quod si verum est, non solùm odio habentibus se reddidit peccata patrum; sed & diligentibus nomen suum: quia & Daniel abductus est, & tres pueri, & Baruch, & Ezechiel, & Esdras ibi natus est. Liquidò ergo apparet illud conuenire propositæ quæstioni, quod suprà diximus.

al. addẽtes. Ezech.18. a. 2.

Exod.20.b.6.

QVÆST. XV. *Eccl.7.c.17.* CVM iustum lex prædicet, & hic verè iustus, qui plenam habet iustitiam, quomodo contrà Salomon, Noli, inquit, esse iustus multum? Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata verò iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est iustus: quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit vbi pecces: denique Dei temperata iustitia est. Peccantibus enim aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando reddit non quantum digni sunt: suffert enim eos vt sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non potest, à nobis mitiganda est, vt possit prodesse sub se agentibus. Hic ergo iustus non est multum, qui Dei imitator est.

QVÆST. XVI. *Exod.4.f.24* QVARE angelus qui volebat in via Moysen occidere, circumcisione infantis placatus est? Quod sine consilio Moyses fecerat, apparentia comminantis angeli cẽdauit. Denique videns fieri, quod per negligentiam fuerat prætermissum, cessauit ab ira. Idcirco ergo sic infestum angelum in se vidit Moyses, & paratum ad vindictam, quia viri sublimis culpa, graue peccatum est. Quanto enim persona eius sublimis est, tanto magis graue delictum eius. Quod ergo à summo viro, vtpote à ductore populi fit, acerbissimum est peccatum. Pergebat itaque ad filios Israël, missus à Deo Abrahæ, & signum iustitiæ Abrahæ non ferebat, in quo gloriari sciebat Iudæos: vt aut ipse solicitator diceretur, aut non ab eodem Deo missus, qui Abraham elegerat. In Madian enim habitans filios suos minimè circumcidit: quos aut ducere secum ad Ægyptum non debuit, qui cæteros ibat inde educere: aut certè circumcisos assumere, propter quę suprà diximus. Sephora ergo vxor Moysi, quod cõpendio loquitur scriptura, non ignorans qua causa viro suo infestus angelus videbatur, accipiens petram, circumcidit filium suum, & recessit angelus. Ea enim ratione, mitigata est ira, qua fuerat accensa. Nam aliquando compendio loquitur Scriptura, quæ subintelligi vult ex propósita ratione: sicut & illud quod Saluator dicit inter cætera ad Iudæos, Quare & vos prœteritis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis? Nam dixit Dominus, Honora patrem tuum & matrem, & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, omne munus quodcumque fuerit ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem aut matrem suam. Sine dubio per compendium dix it Saluator, vt Subintelligantur sacerdotes Iudæorum, dum auaritię studerent, Dei legem spreuisse. Impia enim conspiratione consilium dederunt filiis, vt maledicentes patrem aut matrem quodcumque offerrent quasi donum Deo, per quod data sententia in maledictos solueretur. Vnde securi facti filij, contra Dei præceptum contemnebant parentes: ita & Moyses cùm infestum sibi videret angelum intelligens causam, quid fieri deberet ostendit vxori vt recederet ab eo angelus, qui eum quærebat occidere. Hoc subintelligitur in hac causa, sicut & illud quod suprà diximus in sacerdotes.

Mat.15.a.3. Exod.20.b.12.

QVÆST. XVII. *Exod.23.c.26. Deut.7.a.14. Esa.56.a.5.* QVID est vt maledictos dicat lex, qui semen non reliquerint in Israël: per Esaiam autem nihil obesse dicatur spadonibus, quia generare non possunt? Quoniam aliter quàm dictum erat, intelligi cœperat: idcirco Esaias propheta ostendit postea quo sensu dictum esset. Cùm enim hoc ex causa offensi Dei sententię loco positum esset, quia deserentes Deum in eo percutiebantur, neducentes vxores semen relinquerent, sic hoc arripuit error humanus, vt putarent reos esse apud Deum, si qui aut vxores nollent, aut accipientes, vt assolet, generare nó possent: quasi nihil aliud quàm semen quæreret Deus, sicut arguuntur per Malachiam prophetam. Esaias ergo vt consolaretur eos quos malą intelligentia contristauerat, docuit nihil obesse, si quis aut non posset habere filios, aut nollet, dummodo legem Dei seruaret. Maledictum enim illis cõpetebat, qui cùm possent ac vellent, diuino obstante iudicio, steriles erant, ne fructum haberent creationis Dei, quem spernebant. Vnde cùm viderent aut generare se non posse, aut genitos minimè possidere, cognoscerent indignantis Dei iram esse, & cõuersi satisfacerent. Nam & sancti viri cùm cupidi essent filiorum, & non id obtinerent, æstimabant peccata obstare & dolebant, ignorantes Dei esse prouidentiam, cui seruabantur. Denique ad Dei procurationem, & Anna concepit, & peperit Samuelem, & Elizabeth Ioannem, & vxor Manue Samsonem. Spiritalis enim intelligentia in hac causa ista est, vt maledicti habeantur qui non reliquerint semen, quòd videat Deum: id est, qui non habuerint aut filium, aut seruum, aut proximum, qui Dei timorem doceat super terram.

1.Reg.1.c.20. Luce.1.c.24. Indice.1.d.24.

QVÆST. XVIII. *1.Reg.15.c.24.& 2.Reg.12.d.13.* QVARE Saul peccans petit orari pro se vt ignosceretur sibi, & impetrare non potuit: Dauid autem peccans postulauit, & veniam consecutus est? Dei iudicium retractari non conuenit: nam humana imbecillitas atque imperitia, Dei se debet iudicio tradere, in quo non sapit: vt ex sententia Dei intelligat veritatem, & nihil aliud fieri debuisse, quàm quod videt fecisse Deum, quem scit acceptorem personarum non esse. Si enim Dauid precem suscepit, & Saul refutauit, nihil aduersum sentiendum est Deum fecisse. Sciens enim qua mente vterque locutus est, eius petitionem accepit, quem vidit tribulato corde veniam postulare. Illum autem despexit, quia animam eius pœnitentiæ non retigerat dolor. Quia Deus cordis auditor est magis quàm vocis. Hinc dictum est, Homo videt in facie, Deus autem in corde. Ideo etiam fallimur, quia simulatio in verbis & vultu circumuenit nos: in corde enim quid sit videre non possumus. Quamobrem Dei iudicium sequi nos oportet, qui secundum cor in quo vniuscuiusque sententia est, examinat singulos. Hoc etiam & Saluatorem fecisse inuenimus. Scribam enim se offerentem non suscepit, sedentem autem Leui ad telonium vocauit: quia verba scribę non secutum est cor, Leui autem tacens hoc in corde habebat, quod scriba in verbis. Iesus autem, qui iuxta quod scriptum est, sciebat quid esset in homine, Leui elegit. Propterea Dauid non alium pro se voluit humiliari sicut Saul, sed ipse supplex tribulato corde veniam precabatur.

Act.10.f.34.

1.Reg.16.d.7.

Mat.8.b.19. Mat.9.a.8. Mar.2.b.14 Luca.5.c.27.

QVÆRENDVM est, si Adami factus, corpus immortale habuit, an mortale? Deus hominem fecit, qui quamdiu non peccaret, immortalitate vigeret: vt ipse sibi author esset ad vitam, aut ad mortem: vt custodiens se à peccato, labore suo gauderet, & esse se immortalem: negligens verò factus ipse sibi imputaret, quia cœperat esse mortalis. Quamdiu enim in creatoris lege duraui, dignus fuit edere de arbore vitæ, vt mori non posset. Nec enim corpus tale erat quod dissolui impossibile videretur: sed gustus arboris vitæ, corruptionem corporis inhibebat. Denique etiam post peccatum potuit indissolubilis manere, si modo permissum esset illi edere de arbore vitæ. Nam

QVÆST. XIX.

Nam quomodo immortale corpus habebat, quod cibo sustentabatur? Immortalis enim non eget cibo neque potu. Cibus enim vires præstabat, vitæ autem arbor medicinæ modo corruptionem omnem prohibebat. Sic enim homini erat quasi inexpugnabilis murus.

QVÆST. XX. *Psa.77.c.25. Exo.16.d.15.* QVID est quod dicitur, Panem angelorum manducauit homo, cùm angeli non egerint cibo, quippe cùm sint natura simplices, & potentia spiritali vigentes? Panem quem angelorum appellat, manna est. Manna autem interpretatur, quid est hoc? Videntes autem filij Israël, quasi semen coriandri cadere super terram candidum: dixerunt ad inuicem, Quid est hoc? quod in Hebræa lingua dicitur man hu? Hic ergo panis aut cibus, non mundi lege creatus est commixtione elementorum, sed desuper venit spiritali ratione prouisus. Nec quidem in supernis habebatur, quia corporibus alendis ad momentum Dei virtute creatus est. Ideo autem angelorum panis dictus est, quia ea virtute creatus est, qua angelica natura subsistit & viuit: Sine Deo enim nulla vita est. Per id quod de cælo venisse dicitur, angelorum dictus est panis. Vt enim quanta & qualia beneficia Dei circa hominem sunt memoraret, sic locutus est, vt gratias referrent agnoscentes Deo, qui tanta cura seruos suos gubernat, vt eis hæc in carne adhuc positis, si necesse fuerit, exhibeat, per quæ viuunt angeli. Dixit Apostolus inter cætera, Petra autem erat Christus: vt quia Christi virtute aqua fluxit de petra, petra appellatus sit Christus. Simili modo, & quia manna potestate eius venit de cælo: manna, id est, Christus, panis dicatur, vt quod tunc factum est eius rei, quæ nunc in ecclesia offertur, figura fuisse existimetur, vt Christiani populi, quos in angelis significauit Scriptura, panem manducarent homines, id est, Iudæi. Et quia maior gratia est nunc, quàm in Prophetis, & libertas data per Christum: quia vbi spiritus Domini, ibi & libertas: ad comparationem temporum & gratiarum, Christiani angeli dicti sunt: quorum pane, qui Christus est, satiati sunt Iudæi, quos homines dixit. Horum enim magis Christus est, quibus & reuelatus est, & qui hoc nomine vocari censentur. Duplici ergo genere potest intelligi suprà dicta quæstio, vt & panis angelorum cælestium dici possit & Christianorum, secundum ea quæ dicta sunt.

1.Cor.10.a.4. Exod.17.b.6.

2.Cor.3.d.17.

QVÆST. XXI. *Gen.1.c.27.* QVID sit ad imaginem & similitudinem Dei fecisse hominem, & an mulier imago Dei dicatur? Hoc est ad imaginem Dei factum esse hominem, quia vnus vnum fecit: vt sicut ab vno Deo sunt omnia, ita & ab vno homine omne genus humanum. Similitudo autem hæc est: vt quemadmodum de patre est filius, sic & de viro mulier, vt vnius principij authoritas conseruetur. Sed filius ineffabiliter & incomprehensibiliter natus est de Deo patre: mulier autem corporaliter, sicut legimus, facta est de viro, vt per eam natiuitas oriretur. Filius verò Dei ideo natus est, vt per ipsum fieret creatura. In hoc ergo dissimile est. Nam & de Deo Deus natus est, de viro autem femina: quia illic simplicitas est, & non potuit nisi simplex de simplici nasci, spiritus de spiritu, Deus de Deo. Igitur vir imago Dei est. Sic enim scriptum est, Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Vnde & Apostolus, Vir quidem, inquit, non debet velare caput, cùm sit imago & gloria Dei: Mulier autem, inquit, velet caput. Quare? Quia non est imago Dei. Vnde denuò dicit Apostolus, Mulieri autem docere non permittitur, neque dominari in virum.

Gen.2.d.21.

Gen.1.c.27. 1.Cor.11.b.7. 1.Tim.2.d.11.

QVÆST. XXII. *Eccl.14.c.16. Esa.42.a.2.* QVID est, vt dicat Salomon, Iustifica animam tuam ante obitum tuum. Et in Psalmo, Non iustificabitur, ait, in conspectu tuo omnis viuens? Hic iustificat animam suam ante mortem, qui spe vitæ futuræ consequitur fidem ne moriatur inapius. Sed Salomon de eo dicit qui sub lege viuit, & non conuersatur iustè. Huiusmodi ergo si corrigat animum vt iustitiæ vias ambulet, iustificat animam suam ante mortem. Salomon enim propter iudicium futurum consilium dedit, ne quis indiligens circa se in peccatis moriatur. Dauid verò de perfectione iustitiæ locutus est, quia nemo iustificabitur apud Deum vt dignus promissione sit, nisi fuerit mortuus cum iustitia. Quamdiu enim viuit, futurorum meritum non habet adhuc plenum. Vnde dicit Saluator, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Mat.10.c.12.& 24.b.13.

QVÆST. XXIII. AN ex traduce sint animæ sicut & corpora? Inhonestum puto si dicantur animæ cum corporibus generari, vt anima nascatur ex anima quod nec animæ ipsi competit: aut si certè singulæ cælestes potestates factæ sunt, & ex ipsis cæteræ natæ sunt, potest ex vna Adæ anima credibile videri cæteras nasci. Sed non conuenit, quia soli Deo hoc possibile fuit, vt simplex generaret, nec cæteris concederetur. Quod tam mysticum est in causa Saluatoris, vt non solùm à solis gentilibus vel Iudæis, verumetiam ab ipsis qui Christianos se dicunt incredibile reputetur. Photiniani enim & Arriani hanc fidem spernunt, nec credunt Deum generasse. Nam si eo tempore quo seminatur corpus, etiam anima generatur ex anima, de Adam costam sublatam legimus, non tamen animam natam ex anima: sed si costa secum habuit animam, iam non nata est, sed detracta in partem. Sed nec hoc scriptum est. Propheta enim Zacharias inter cætera, Qui plasmauit, inquit, animam hominis in eum. Nec Esaias ab his dissentiens ait, Sic dicit Dominus Deus qui fecit te & finxit te in vtero. Si ergo in vtero fingitur, iam formato corpori tribuitur. Cùm enim omnia membra implet corporis, figurata dicitur in corpore. Vt sicut aqua cùm sit sine effigie, missa tamen in vas figurata videtur: ita & anima cùm sit natura incorporea & simplex, quasi formatur in corpus, singula membra viuificans. Quod quidem Moyses manifestius tradidit dicens, Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit: si formatum fuerit, det animam pro anima: si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia: vt probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum femine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex anima, multæ animæ quotidie pereunt, cùm semen fluxu quodam non proficit natiuitati. Sed si propius respiciamus, videbimus quid sequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est, vt ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accepit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione informabatur, quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. Anima certè quia spiritus est, in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur. Cùm ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, vbi erit anima? An foris vagatur quamdiu immittatur: cùm ratio tradat sic dari eam vt animet corpus, non vt otiosa vagetur? Sed ex quo detur dicant qui aliud putant: ex mare, an ex femina? Si ex femina, non conuenit, quia aliud in exemplo est. Proponunt enim ex viro cum costa datam & animam. Quod multis rationibus infirmari docuimus. Vnde fortè videatur dari ex femina, maximè propter Saluatorem, quem scimus sine complexu carnis de Spiritu sancto natum ex femina. Quod si arbitrantur, plus dant feminis: authoritatem enim viri immutant in feminam. Cùm enim tam corporis quàm animæ originem ex viro dicant, conuertunt se vt id quod potius est, ex muliere dicant, id est, animam: quod verò minus, ex masculo, id est, corpus: cùm manifestum sit ordinem exempli à Deo traditi immutari non posse.

Exo.21.c.22.

QVÆST. XXIIII. QVID est, vt cùm vir & mulier vna sint caro, vir imago Dei sit, & non femina? Vnius substantiæ quidem sunt vir & mulier, & in anima, & in carne: sed gradu maior est vir, quia ex eo est femina, sicut dicit Apostolus, Caput mulieris vir. Causa enim maiorem fecit virum, non substantia. Nam & in vno corpore maiora membra sunt & minora, non natura, sed ordinatione.

Eph.5.f.23. 1.Cor.11.a.3.

QVÆST. XXV. *Gen.50.d.24* Vt quid Ioseph post prophetiam adiurat filios Israel, vt cùm à Deo liberarentur, cineres eius de Aegypto transferrent. Non otiosè istud mandasse Ioseph filiis Israel, in absoluto est: quia enim prophetare potuit, non improuidè locutus esse credendus est. Cùm enim esset in Dei creatoris deuotione propensior: sciens autem ab Aegyptiis se coli causa administrationis, qua in magna egestate Aegyptum gubernauit, post exitum suum errorem petiuit auferri: Certus vanitatem vulgi mortuos magis vt deos venerari quàm viuos, ne ei deferretur debitus creatori honor. Hic ergo ostendit se liberum fuisse à vana superstitione Aegyptiorum, quando ne ad Dei iniuriam proficeret, cineres suos transferri mandauit. Quod quidem & Apostolos inuenimus secutos. Paulus enim & Barnabas cùm sacrificari sibi vidissent, scientes exosum Deo, sciderunt vestimenta sua dicentes, Quid facitis, & nos homines sumus vobis similes: & sic compescuerunt turbas.

Act.14.c.15.

QVÆST. XXVI. *4.Reg.2.b.10* REQVIRENDVM de Heliseo, an id quòd durè petisse ab Helia dictus est, consecutus sit? Cupidus spiritu Heliseus faciendarum virtutum, illectus exemplo magistri, accepta facultate poscendi quodcunque voluisset, auarus ad bonum, dupliciter spiritum sibi inesse, quàm in magistro erat postulauit. Cui homo Dei Helias ait, Durè petisti. Auiditate enim non consideraui discipulum non esse super magistrum. Helias tamen sciens illum non ambitione præsentis gloriæ hoc postulasse, respondit: Attamen si videris me assumi abs te, erit tibi sic. Scilicet hic ponderandus est. Subindignatus autem cùm dixisset, Durè petisti: subiecit, Si videris me tamen absumi, erit tibi sic. Neque negasse illi visus fuerat, ostendit sic illi futurum sicut dignum erat, non sicut ipse postulauerat. Multa enim subintelligi vult scriptura, vt collectus sensus ex verbis, non sit rationi religionis aduersus. Nam vtique dura petitio, etiam merita debebat amittere. Sed quia sic cupidus boni sic postulauit, Deus qui scit, quid vnicuique dandum sit doni, priuari illum non passus est meritis suis. Videamus itaque si Heliæ meritum admitteret, vt Heliseus duplum donum eius mereretur accipere. Dictum namque est à Spiritu sancto per Zachariam, cuius meriti futurus esset Ioannes, Veniet, inquit, in spiritu & virtute Heliæ. Parem ergo Ioannem Heliæ ostendit: & Dominus dicit, Nemo maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista. Non dixit, omnibus maior est: sed, nemo illo maior est: hoc est, æqualem habet, maiorem non habet. Helias ergo par illi est, nullo vtique minor: quomodo Heliseus maior illo est, cùm Ioannes quo nemo maior est, par Heliæ sit? Nam veniens ad aquarum transitum, non accepit honorem ab eis vt potuisset transire, nisi nominasset Deum Heliæ: vt per hoc dura petitio correpta videretur: dum non nisi nomine Heliæ auditus est, ne id quod durè petierat, accepisse putaretur quod non sufficeret pro temporis merito dispensatio spiritus concessa Heliæ.

Mat.10.c.24.

Luce.1.b.17. Mat.11.b.11.

4.Reg.2.c.14

QVÆST. XXVII. *1.Reg.28.b.12.* AN Pythonissa Samuelem excitauerit, & ipse ab ea visus sit, & locutus sit ad Saul quæ historia refert in libro Regnorum? Indignum facinus æstimo si secundum verba historiæ commendetur assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir, & natiuitate sanctus, & vitæ operibus iustus? Aut si non attractus est, consensit: quod vtrumque de viro iusto credere absurdum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia:

Si autem voluntarius, amisit meritum spiritale, quod positus in carne quæsfuerat: quod valde absurdum est, quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus. Porrò autem hoc est præstigium satanæ, quo vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus inter cætera ait, Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Vt enim errorem faceret in quo & ipse gloriaretur, in habitu viri iusti & nomine se subornauit: vt nihil proficere spem quam prædicabant Dei cultoribus mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, quòd de morte Saul & filiorum eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo, ante diem occasum corporis præuidere, cùm signa quædam soleant apparere morituris: quippe à quibus Dei protectio amota videtur: quanto magis diabolus quem angelica maiestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait, An ignoratis altitudinem satanæ? quid mirum ergo si imminentem propè mortem potuit præuidere, cùm hoc sit vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, vt ad Pythonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea quæ verbis expressa sunt putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit, rectè faciet quidem, si tamen minimè istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum & intellectum. Saul namque reprobus factus, non poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul & habitum Samuelis descripsit, ea quæ dicta & visa sunt exprimens: prætermittens si vera an falsa sint. Quid enim ait? Audiens in quo habitu esset excitatus, intellexit, inquit, hunc esse Samuelem. Quid intellexerit retulit, & quia non bene intellexit, contra scripturam alium adorauit quàm Deum, & putans Samuelem, adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ suæ haberet satanas. Hoc enim nititur vt adoretur quasi Deus. Si enim verè Samuel illi apparuisset, non vtique vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum solum adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ, dignum ardore gehennæ, Cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus satanas, quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis contra legem: & virum peccatis pressum, cùm magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verùm potest videri si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim transmigrauit, quem adorauit. Semper enim diabolus sub velamine latens, prodit se dum ea confingit quæ abhorreant à personis, per quas fallere nititur.

2. Cor. 11. d. 14.

Apoc. 2. g. 24

2. Cor. 2. c. 11.

1. Reg. 28. c. 24.

QVAEST. XXVIII.

QVID contradicendum iis sit qui mundum istum ab æterno naturaliter moueri inquiunt, neque initio, neque abolitioni obnoxium. Mundum ab æterno constare, & nulli debere subiectionem, improbabile & impossibile est, quem videmus tanta diuersitate extare corporum: cùm nihil diuinum & æternum possit esse nisi simplex in quo nulla diuersitas videatur, sed sit vnitas. Nam & vices ipsas temporum non bene seruat, vt non solùm in temporibus variis sit, aut contrariis constet substantiis, sed & in ipsis vicibus temporum: cùm res æterna diuersitatem abhorreat, & sit nec tactu nec visu capienda, vtpote incorporalis: hic autem passioni obnoxius est, quia & aqua repugnat igni, & ignis si amplius fuerit, superat aquam, & terra cùm sit natura arida & frigida, patitur incendium, quasi res corporalis. Itaque inconueniens est mundum æternum dicere, quem cùm videmus passioni subiectum, & per secula senectute deficere, credimus & finiri. Quid censet de homine qui mundum æternum putat? Certè homo cœpit in mundo: sine homine ergo cui proficiebat annua fœcunditas mundi? ac sine aliqua prouidentia generabat? Et quomodo æternus corruptibilia & mortalia generabat, cùm de æterno debeat æternum existere? Et quod visibile est & sentitur & tangitur, qua audacia vocatur æternum? Et quod vicibus temporum ministratur, ita vt ipsa tempora aliquando non seruent officia sua, quomodo appellatur æternum? Æternitas enim non corrumpitur, nec immutatur.

QVAEST. XXIX.

Gen. 17. b. 12.

QVARE octauo die mandatum est circumcidi? Octauo die à natiuitate idcirco præceptum est circumcidi, quia iuxta numerum & curricula dierum septem, ipse rursum primus inuenitur quasi post sabbatum, vt iam non octauus habeatur, sed primus. Quia enim salus futura per Christum in * primo die erat prædestinata, qui Dominicus ideo dicitur, quia in eo resurrexit Dominus, qui est post sabbatum, propterea salutis huius figura in circumcisione data est, vt quasi renouatio futura in circumcisionis lege dignosceretur. Et quia per fidem saluari haberent homines, quæ primo die * resurrectionis Domini firmata est: figura huius rei in circumcisione primo die data est, quæ etiam esset signum fidei Abrahæ. Integra ergo causa est, quia signum præteritæ fidei primo die signatæ, figura fuit futuræ fidei primo die constabilitę.

al. primordio.

al. resurrectione.

QVAEST. XXX.

Prou. 18. c. 17.

IN Prouerbiis, Iustus, ait, accusator est sui in primordio sermonis: quomodo iustus, si peccator? Omnis veritas iustitia est, qui enim confitetur quod est, iustus est, veritatem enim loquitur: Peccatores autem vindicantes sua delicta, iustificari non possunt. Vnde huiusmodi dignè iustus dicitur, quia pronuncians peccatum suum, remitti sibi vtique postulat, misericordiam Dei implorans. Scit enim dictum in lege, Confitere peccata tua, vt iustificeris. Quid est autem in primordio sermonis confiteri, nisi non coactum fateri, sed voluntarium?

Esa. 43. d. 26

Quis enim etiam timens Deum sine peccato est, cùm & in cogitatione admisceantur delicta, & aliquotiens peccemus inuiti? Potest tamen & de eo dici vel sentiri qui catechumenus dicitur, vt accedens ad fidem iustificetur. Cùm enim petit immutari se, sine dubio peccatorem se confiteturvt iustificetur.

QVAEST. XXXI.

AN cum muliere, natura serpens locutus sit, an actu dictus serpens diabolus eam seduxerit? Quantum ad historiam pertinet, serpens natura dictus est, qui sapientior esset cæteris bestiis quas fecerat Dominus Deus super terram. Denique & sententiam Dominus in serpentem dedit. Nam quid mirum si diabolus sapientior erat bestiis, de quo dicit Apostolus inter cætera, An ignoratis altitudinem satanæ? Vsque adeò autem natura serpens fuit, vt diceretur illi, Supra pectus & ventrem tuum repes, & terram edes omnibus diebus vitæ tuę. Hoc longè fuit à conditione satanæ, quia neque corporeus est, neque mortalis. Et si propiùs aspiciatur, videbitur sententia data nihil obfuisse serpenti, sed in eo in quo factus est, iussus est permanere. Quia enim minister factus est satanæ ad hominem subiugandum, cui omnia Deus subiecerat: idcirco Deus in ea subiectione qua omnia homini subiecerat, represit elationem serpentis, quia cœperat minister esse superbiæ. Videbatur enim homo factus sub serpente, per quem accepto consilio legem datam contempsit. Quoniam autem serpentes prudentes sunt, confirmat in Euangelio Dominus dicens: Estote astuti vt serpentes. Igitur quia claruit verè serpentem locutum esse cum Eua: illud superest vt discernatur, an potuerit tam prudens esse & astutus, vt dolo falleret eam. Si enim cæteris bestiis prudentior erat, non tamen hominibus: quippe cùm nullum animal rationale sit nisi homo. Itaque serpentem subtilitatem istam composuisse impossibile est: quamuis enim prudens dicatur, sed non vltra naturam suam. Nec enim deliberat aut excogitat, aut consilium capit: idcirco diabolum fuisse qui per serpentem mulierem circumuenit, dubium non est. Admiscens enim se serpenti, egit per illum quasi per organum, vt nec mulier occulti diaboli intelligeret dolum, sciens prudentem esse serpentę. Ac per hoc corporaliter data sententia, spiritaliter in satanam cecidit, quia sententia reum tenet. Non enim ab homine data sententia est, vt innocentem fortè perimeret per errorem aut maleuolentiam: sed à Deo qui falli vtique non potest, vt sententia eius eum solum teneat, qui reus est. Quia enim cùm sit inuisibilis satanas, dolum corporaliter egit, corporalis videtur data sententia, vt illum spiritaliter teneat, cuius factum elicuit dari sententiam. Nam proiectus de sacratissimis cælorum sedibus, impudentissimus satanas in terram volutatur gemens semper. Sed fortè dicatur, In qua putas lingua serpens locutus est ad mulierem? Serpentis vtique ore. Si enim hodie non desunt qui latratus canum intelligant, & luporum vlulatum, & barritum elephantorum, & cantum gallorum: quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit & intelligere sibilum serpentum, cum multos sciamus auium voces discernere? Nam & constat diabolum eius lingua vti cuius corpus intrauerit: nec aliter falleret mulierem. Ac per hoc serpentis ore locutus est per serpentem.

Gen. 3. c. 1.

Apoc. 12. g. 24.

2. Cor. 2. c. 11.

Gen. 3. c. 14.

Mat. 10. c. 16.

QVAEST. XXXII.

CVM leganus apud Salomonem, Diues & pauper obuiauerunt sibi: fecit autem ambos Dominus: quomodo ergo personarum acceptio non est apud Deum?

Prou. 22. d. 2.

Longè absit à fidelium mentibus hæc impietatis assertio. Nam scriptura ne pauperem contemnendum doceret, & diuitem honorificandum, ostendit amborum opificem esse Deum. Non vtique in paupertate & diuitiis, sed in eo quod sunt. Si enim facultatibus ab inuicem discrepant, non tamen naturæ substantia. Nec enim quia occasiones prouentus quosdam faciunt in mundo, aut prosperos in diuitiis, aut infaustos in paupertate, idcirco despiciendi sunt quos Deus non illuminauit, aut suscipiendi quibus veritas non dedit testimonium. Contemnendi planè sunt, sed corruptores morum & sacrilegi in lege Dei: honorandi verò diligentes Deum & disciplinæ cultores. Isi enim diuites apud Deum habentur, qui bonæ conuersationis sunt: & quanto in mundo contemptibiliores sunt, tanto magis honorificentiores sunt in cælo. Nam qui beneficium temporis habent in ampliandis facultatibus, si se cognoscant, & Dei intelligant voluntatem, qui terram omnibus dedit, & solem suum cunctis oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit, iniquitas autem temporis, aut fortuitæ occasionis, aut indigentia quibusdam abnegat quæ Deus omnibus dedit: ipsi ministrant eis, vt perficientes Dei voluntatem, non solùm in mundo, sed & in cælo diuites sint, ne pauci temporis diuitiæ excludant æternas. Illi verò quos paupertatis causa despiciendos putant, si futurum Dei iudicium contemplentur, illic semper diuites erunt, vbi diuites seculi egebùt, pœnitentes se pauperes non fuisse.

Mat. 5. g. 45.

QVAEST. XXXIII.

CVM Salomon dicat, Anni impiorum minuentur, quomodo ergo est quòd videamus impios aliquantos longæuos? Dignum erat quidem omnes impios, non solùm citius hac luce carere, verùm etiam nec vnius momenti temporis vita frui, qui conditoris sui immemores, vitæ totius authoritatem imputant creaturæ. Sed scriptura hos impios alloquitur, qui cùm sub Dei lege agerent, propensiores in idolis erant. Peiores enim sunt cæteris impiis: scientes enim Deum & contemnentes eum, obtemperant seruis. Et quòd de his dictum sit probat Apostolus dicens, Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, gentiles autem non habentur in numero Viuorum.

Prou. 10. d. 27.

Rom. 3. c. 19.

QVAEST. XXXIIII.

Sap. 1. c. 13.

Eccl. 11. b. 14.

QVOMODO idem Salomon, Deus, inquit, mortem non fecit: cum alio loco dicat. Bona

& mala.

Eccl. 11. b. 14.

& mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt? Nulli dubium est bona omnia à Deo esse, mala autem quæ dixit, nobis mala sunt, dum vindicatur de nobis. Pœna enim quamuis iustè inferatur, patienti tamè mala videtur. Nam & per Prophetam ad peccatores loquitur Deus dicens, Faciam vobis mala, id est, pœnis vos agam. Vita autem & mors sic à Deo est, quia legem dedit, quæ seruantibus se vitam promittit, contemptoribus verò mortem, sed illam quæ secunda dicitur. Dum enim vnumquemque adiudicat quid mereatur, ab ipso est, siue absolutio ad vitam, siue reatus ad mortem. Non ergo inuentor mortis est, sed iudex, quia mortis author peccatum est. Quomodo ergo Deus poterat facere mortem, qui nescit peccare? Sed cùm peccatis retribuit, ab ipso dicta est esse mors, cùm non ex ipso sit, sed ex hoc qui peccauit. Eadem ratione paupertas & diuitiæ à Deo sunt. Quidam enim habentes timorem Dei, luxuriam spernunt, vitam prodigam fugiunt ab egeno & paupere oculum non auertunt: huiusmodi crementum faciunt bonorum. Scriptum est enim in Prouerbiis, Paupertatem & ignobilitatem aufert disciplina. At hi qui timorem Dei non habent, solutius viuentes & egenum despicientes, sicut scriptum est, In inopia erunt, non solùm negligentes & improuidi circa se, verumetiá contemptores datæ legis. Hoc modo fecit Deus pauperes ac diuites: quia dum offensio legis parit egestatem, à Deo fieri dicitur author legis. Et cùm aliqui terrore disciplinam legis custodiunt, à Deo author legis diuites fiunt.

Prou. 13. c. 18.

QVAEST. XXXV.

1. Reg. 26. c. 16.

QVA ratione Dauid Saul, post quam Deus ab eo recessit, Christum Domini vocat, & defert ei? Non nescius Dauid diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat, ne Deo iniuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decreuit: Dei enim imaginem habet rex, sicut & episcopus Christi. Quamdiu ergo in ea traditione est, honorandus est, si non propter se, vel propter ordinem. Vnde Apostolus, inquit, Potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est potestas nisi à Deo. Quæ enim sunt, à Deo ordinatæ sunt. Hinc est vt gentilem in potestate tamen positum honorificemus, licet ipse indignus sit, qui Dei ordinem tenens gratias agit diabolo. Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni futuræ famis somnium reuelatum est: & Nabuchodonosor aliis secum assistentibus solus filium Dei vidit in camino ignis, nò vtique merito suo, qui idolo se adorari voluit, sed merito ordinis regalis.

Rom. 13. a. 1.

Gen. 41. a. 1.

Gen. 26. d. 26.

Dan. 3.

QVAEST. XXXVI.

Isa. 7. d. 24.

SI anima quæ peccauerit, ipsa morietur, quid est vt Achar filius Charmi peccauerit, & triginta viri occisi sunt in causa eius? Alio sensu scriptura locuta est quàm propositum est. Non enim de hac morte quæ communis vtique omnibus est, dixit, sed de illa quæ appellatur secunda. Hæc enim peccatores suscipit: illis autem qui in pugna mortui sunt, non peccatum Achar redditum est, sed obfuit illis ne in protectione diuina adiuti inualescerent hostibus. Nec enim causa Achar infirmati sunt, sed Dei auxilio minimè muniti, vt dum fortiter facere nequeunt, occiderentur. Nam pauci fuerunt contra multos, vnde & superati noscuntur. Nulla ergo iniustitia in voluntate Dei est: in potestate enim habet, si adiuuare vult, vt si astuerit, misericors sit, si noluerit, iustus: nec enim in talibus debitor est, vt teneatur obnoxius. Hinc est quòd Iesus Naue contristatus scidit vestimenta sua, intelligens non sine causa Deum auxilium suum subtraxisse.

Isa. 7. a. 6.

QVID est vt missa mors in Iacob venerit in Israel, cùm Iacob ipse dictus sit Israel?

QVAEST. XXXVII.

Vnius populi duo nomina posuit, vt ex nominibus merita eorum possint intelligi. Nam vtique qui Israel cognominatus est, prius Iacob dicebatur. Colluctans enim cum Saluatore, intellexit Deum esse, quem specie corporis videbat: ideóque appellatus est homo videns Deum. Populum ergo, quem Iacob nuncupat, hoc loco & in hac causa carnalę significat, quomodo nomina quæ à parentibus imponuntur. Sed hi, id est, Iudæi, propter mala opera non Israelitæ dicti sunt, quia vaccis & lucis sacrificabant in Samaria, studio & imperio Hieroboam regis. Ille autem populus, qui in Hierosolymis in templo domini hostias offerebat per sacerdotes dei, Israel appellatus est. Samaria ergo propter impietatem suam tradita est captiuitati & morti: Hierosolyma autem reseruata est, propter quod habuit reges diligentes deũ. At vbi autem & ipsa Hierusalem impietatem secuta est Samariæ, sententia illam comprehendit data in Samariam. Ideo ergo dictum est, Misit deus mortem in Iacob, id est, in populum Samariæ, qui carnaliter conuersatus est, sicut suprà diximus. Et venit in Israel, hoc est, in populum Hierusalem, quia idololatriam secuta est, imitata Samariam: vt simili modo abduceretur in captiuitatem à Nabuchodonosor, sicut & Samaria à Salmanasar rege Assyriorum. Hæc est aperta sententia data malis, & inuenit bonos, dum desierint esse iusti. Missa enim mors in Iacob, sicut suprà ostensum est, peruenit in Israel, non prætermittens Samariam. Sed dum causa, qua missa est in Samariam, inuenta est in Hierusalem, missa illuc venit in eum locum, quo eadem res erat: quia vindicta causam sequitur, non discernens personam.

Gen. 32. g. 28

QVAEST. XXXVIII.

Isa. 31. c. 9.

SI equus & mulus non habent intellectum, quanto magis terra res sine sensu? quid ergo est vt dicatur terra benedicere dominum? Non est sic intelligendum vt sonant verba: opus est enim, quod licet mutum sit, clamare dicitur laudem creatoris: hortatur enim aspicientes se, benedicere opificem: sicut & omne vas bene compositum, laudat artificem. Quippe cùm legatur in Psalmis, Numquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam? In omni ergo insensata substantia, non voluntas, quæ vtique nulla est, sed opera benedicunt authorem. Si autem spiritaliter vis hoc accipere, per terram hominem significatum intellige, secundum dictum Prophetæ, Memento enim ait, Domine, quoniam terra sumus, quem opera creaturæ in laudem conditoris sui prorumpere exhortantur.

Psa. 29. d. 10.

QVID est quod legitur in Salomone, Spes est, inquit, in tenebris: Melior est canis viuus leone mortuo?

QVAEST. XXXIX.

Eccl. 9. b. 4.

Tenebræ gentilitatem & ignorantiam significant. Spem ergo maiorem in gentili populo esse, quàm in apostata vult intelligi per id quod subiecit, dicens, Melior est canis viuus leone mortuo: quia sicut leo omnibus feris fortior est, ita Christianitas omnibus sectis. Si quis ergo ab hac destiterit, amittit salutem: ita vt deterior gentili sit. Potest enim fieri vt credat gẽtilis, & acquirat salutem quam perdidit apostata. At si non credat, adhuc peior est apostata: quia deterius est amisisse salutem, quàm non habuisse. Canem autem gentilem significatum Saluator ostendit dicens, Non licet accipere panem filiorum, & mittere canibus.

Mat. 15. c. 26

QVAEST. XL.

Esa. 54. a. 1.

QVID est quod dicit Propheta, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum? Quoniam filij Hierusalem terrenæ apostatauerunt à Deo, non potest huic gaudium asscribi, sed mæror. Ad opprobrium ergo huius Hierusalem Propheta illam superiorem Hierusalem lætari debere dicit, quam Apostolus matrem nostram appellat: quia sine gemitu & doloribus multo plures filios habet, quàm hæc quæ cum lachrymis generat carnaliter, Iudæos vtique: illa autem Christianos per fidem spiritaliter. Quam ideo desertam dicit, quia ipsa est vita, quam deseruit Adam primus, & secutus est mortem. Cum regenerantur ergo homines, reuertuntur ad eam quam deseruerant vitam. Hæc vita Christus est, quia ipse dicit, Ego sum vita. Est & Deus pater vita, quia ait Dominus, Sicut habet pater vitam, ita dedit filio vitam. Sine dubio & Spiritus sanctus vita est, dicente Domino: Quia de meo, inquit, accipiet. De vita vtique qui accipit, vita est. Tres ergo sunt vna vita. Hæc est vita, per cuius fidem regeneramur. Ipsa est mater nostra, sicut in Genesi legimus: quia ipsa, id est, vita, est mater omnium viuorum. Qui sunt qui viuunt, nisi qui credunt?

Gal. 4. d. 26.

Ioan. 14. a. 6.

Ioan. 5. e. 1. 6.

Ioan. 16. b. 15.

Gen. 3. d. 20.

QVAEST. XLI.

AN spiritus qui super aquas ferebatur, Spiritus sanctus intelligatur, quia dictum est, Spiritus Dei ferebatur super aquas?

Gen. 1. a. 2.

Si videtur hic errasse in ista sententia, non est accipiendum quòd dixit. Ideo & à quibusdam Spiritus sanctus esse putatur, quia Dei spiritus legitur esse. Inualida autem & inanis assertio est: non solùm enim ordo hoc non patitur, & ratio abnuit, sed & verba ipsa infirma probantur ad causam istam astruendam. Nam his verbis frequenter aliud inuenimus significatum in lege. Inter cætera autem ait Dominus Deus dicens: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro. Et in subiectis: Sed deleam, inquit, omnia, ab homine vsque ad pecus. Propterea quia diluuium facturus erat super terram, numquid Spiritus sanctus potest intelligi? Nónne de animabus locutus est? Nam non solùm nostræ animę spiritus dicuntur, sed & pecorum. Sic enim scriptum est, Et mortua est omnis caro in aqua in qua erat spiritus vitę. Et in Ezechiele prophęta sic dictum est, dum de reformatione hominum promittit Deus dicens: Hæc dicit Dominus deus ossibus istis, Extendam super vos cutem, & dabo in vobis spiritum meum, & viuetis. Numquid de sancto Spiritu locutus est, & non de anima? Omnia quidem cælestia spiritus sunt, sed differunt ab inuicem, & deus spiritus est, sed longè aliter. Omnis itaque spiritus dei est, non tamen deus est, nisi spiritus qui de ipso est. Cuius significatio hæc est vt sanctus dicatur. Nam & homines filij dei vocantur, & Christus dicitur filius dei, sed interuallum est, quia hic verus est, illi adoptiui. Sic quoque & inter spiritum dei diuersitas est. Spiritus enim sanctus de deo est, & consubstantialis ei: reliqui verò spiritus dei esse dicuntur, sed creatura sunt. Cùm super aquas spiritalem creaturam esse tradat ratio, & quæ super se habeat potiorẽ creaturam alteram, quia creatura à creatura differt in claritate: quicquid enim propè sedem dei * accedit, clariora sunt ministeria. Vnde dicit Raphael angelus inter cętera: Ego sum, inquit, vnus ex septem angelis sanctis, qui astamus & conuersamur ante maiestatem dei.

Gen. 6. a. 3.

Gen. 7. d. 21

Exge. 37. a. 4

Ioan. 4. c. 24.

2. Cor. 3. d. 17.

1. Cor. 15. c. 41.

al. accedit.

Tob. 12. b. 21

QVAEST. XLII.

CVR angelus missus loqui ad Moysen in igne & in rubo apparuit in monte? deus excelsus est, dignum ergo fuit vt in alto apparerẽt, scilicet in loco qui vicinus est cælo. Et quia ignis semper superiora appetit sursum crescẽdo ad cęlum, in eo debuit cęlorum dominus apparere, qui de humo ad superna contendit. In rubo verò causa fecit vt appareret delictorum, quia enim peccatorum causa legem descenderat dare. Spinę autem in peccatis significantur, quia sustinui, inquit, vt faceret vuam, fecit autem spinas. Et lex statim vindicare non venerat, sed prius ostendere, ideo ignis rubum non combussit: id est, data lex non fecit reos de prętérito peccatores. Nam & quia peccata non sunt de natura, sed ex accidenti: rubi, id est, spinarum materia non habet radicem spinis armatam. Ratione ergo factum est, vt ita dominus appareret Moysi.

Exod. 3. a. 2.

Esa. 5. a. 2.

QVAEST. XLIII.

CVR Abraham filium immolare prohibitus, Iepte filię sacrificium persoluit? Multum interuallum est inter causam Abrahę & Iephte. Primò quidem Abraham legitimè natus est, Iephte verò spurius: erat enim filius meretricis. Deinde Abraham conuersa-

Iudic. 11. g. 39.

Gen. 22. b. 11

tionis optimæ, Iephte autem princeps Iatronum Abraham vir iustus, & in tentatione probatus, in Iephte autem nullum iustitiæ testimonium. Abrahæ itaque præceptum est, vt filium suum Deo offerret, vt ostenderetur hominibus quantum Deo crederet Abraham, qui nec filium suum iubente eo dubitauit occidere. Qui enim contra mundi spem nasci eum potuit facere de sterili & anicula, non fuit ambiguum, quòd contra mundi rationem posset eum suscitare à mortuis. Hoc facto cumulatus est iustitia Abraham. Ostendit enim Deus, quia non sanguinem pueri poposcerat, sed vt famulus suus Abraham hoc facto auctior fieret: diligẽtes enim se aliquid pati vult, vt iustè illos promouere videatur. Nam Iephte homo facinorosus & improuidus, stulta deuotione munus Deo promisit dicens, Quicquid mihi redeunti à cæde occurrerit ante ostia domus meæ, hoc offeram Deo. Numquid coactus deuouit, aut numquid intellexit quomodo deberet votum facere? Quid enim si canis illi aut asinus occurrisset, quod Dominus offerri prohibuit, aut si filius alienus, aut si vxor, vt in dolore alieno exultans redderet votum? Idcirco improuidæ menti quod in alienam perniciem deuouerat, in illum ipsum iudicio diuino retortum est: & vsqueadeò insensatus fuit Iephte, vt nec postea stultè se deuouisse cognosceret, vt error eius qui ab ipso cœperat, per ipsum emendaretur. Intelligere enim debuit Deum non tali sacrificio delectari, & rogare pro stultitia sua, & aliud offerre quod contra legem non esset: sed fidelem se præstitit* factus patricida, cùm constet fidem stultam non solùm minimè prodesse, sed obesse. In causa itaque filiæ suæ ipse mactatus est, vnde & Deus à tali sacrificio dissimulauit. Si enim hoc prohibuisset, aliud offerre sibi illum voluisse videretur, cùm sciret vt indignum non debere illum offerre. Filia autem eius lucrum fecit, quia enim innocens in malis patris mortua est, pœna caruit inferi, quod diu fortè viuendo adipisci nequisset. Vt autem triumphus victoriæ Iephte prosequeretur, non meritum eius fecit, neque populi: nec enim legitur supplices illos fuisse Deo vt daret eis defensorem. Aut numquid ipsum Iephte Dominus misit, aut allocutus est? Sed quia Allophyli deos suos laudabant, quasi qui subiectos illis fecerant filios Israel, vituperantes Deum Abrahæ, idcirco propter honorem nominis sui Deus vindicauit in Allophylos, si non propter istos vel propter meritum Abrahæ & suum culmen. Aut numquid quia spiritus Domini insiliit in Samsonem meretricantem, dignus dicitur cùm hoc factum intelligatur ad Allophylorum perniciem?

Iudic. 11. f. 31.

al. factus patricida.

Iudic. 14. b. 6. d. 19. & 15. c. 14.

Qvomodo ostendi posset ex Prophetarum testimonio iam in nouo Testamento à gentibus recepto, promissionem quam Deus Abrahæ fecerat per Christi aduẽtum esse completam? Scriptum est in Esaia propheta, Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Sed fortè dicant Iudæi, Domus Dei, id est, synagoga omnibus patet. Nec renitimur, ita tamen, vt, sicut semper, circumcisi applicentur ad legem. Lex eorum est qua iussi sunt more Abrahæ circumcidi. Nihil ergo nouum hoc exemplo Prophetæ poterit videri, quia ex quacumque gente quis veniens non est prohibitus adiungere se legi ab exordio Iudaismi. Nihil nouum à Propheta dictum poterit æstimari, imò superfluè, si semper admissi sunt seruire gentiles Deo Abrahæ, nec aliquando prohibiti inueniuntur. Et verum est, quia subiicientes se legi nunquam non suscepti probantur. Si igitur hæc ita sunt, superfluè videtur admonuisse Propheta, quod semel traditum custoditum est semper. Et an quis tam hebes poterit inueniri, qui dicat tantum Prophetam rem superfluam & inanem locutum? nescio cui totum sic vel audire & non prohibere. Nam cum Iudaicus vtique populus propter peccata quæ in Deum delinquebant, ab idolis suffragia requirentes, à Prophetis sæpe correpti, pœnitentiæ iter ingredi nollent, vt reuerterentur ad Deum, ad exprobrationem illorum domum suam Deus apertum se omnibus gentibus ad orandum significauit, vt abdicatis Iudæis, alios in loco illorum positurum se ostenderet. Nam si semper admissæ sunt gentes ad legem, sicut suprà dictum est, sicut hoc Propheta dicebat futurum, nisi quia aliud significauit quàm præceptum erat prius? Non enim posset dicere de re quæ quotidie fiebat, quia futura erat. Vnde manifestum est istud ad necem proficere Iudæorum, quibus ostendit Propheta quòd alij his amotis vocandi essent ac recepturi donum gratiæ Dei, quod promissum fuerat Iudæis. Quid sit autem promissum, Esaias propheta docet, dicens: Veniet ex Sion qui eripiet & auertet impietatem ab Iacob, & hoc illis à me testamentum. Igitur hoc testamentum est abolitio peccatorum. Hoc est testamentum nouum quod promissum est per Hieremiam dicentem, Ecce veniet dies, dicit Dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus illorum in die qua apprehendi manum illorum vt educerem illos de terra Ægypti, quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Hæc est præuaricatio illorum quando simulachrum vituli fecerunt, tunc testamentum eius corruperũt. Vnde & tabulæ in quibus data lex fuerat, sub monte confractæ sunt, ex eo quod grauiora præcepta meruerunt accipere. Sed quia clemens & misericors Deus est, promisit per Prophetas mutare se legem, vt aliud testamentum daret quod differret ab eo quod dederat prius: vt non solùm quod graue erat mutaretur, sed & illa quæ in figura data erant: id est, sabbatum & circumcisio: vt quia

Adversum Iudæos.

Esa. 56. c. 7.

Esa. 59. d. 20.

Hier. 31. f. 32.

Exod. 32. a. 2. & d. 19.

diu pressi erant, per omnia releuati supplices Deo gratias agerent. Et quia in prauaricatione paterna durantes animos ab idolis auertere noluerunt, gentes cum reliquis qui fidem seruauerunt, testamento frui quod futurum dixerat contestatur: vt duplici modo grauati excruciarentur perfidi Iudæi: & ad tempus enim grauati sunt præceptis, & in futurum congruas pœnas exoluent, quia neque in veteri, neque in nouo Testamento fideles inuenti sunt. Nouum ergo testamentum dare se dixit, vt cessaret vetus, quod datum erat patribus. Ac per hoc qui in hoc testamento seruit Deo, neque sabbatum, neque neomenias, neque circumcisionem custodit, neque escarum discretiones, sed tantùm Dei habet timorem in fide: quia non ex lege iustificabitur, sed ex fide, dicente Abacuc propheta, Quia iustus ex fide viuet. Et non vtique iam multis vtatur præceptis ad Deum promerendum, sed paucis. Esaia iterum de hoc sensu eadem dicente, ait enim: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ eorum saluæ fient. Verbum enim consummans & breuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet Dominus in vniuerso orbe. Reliquis qui in fide promissionis perseuerauerint, cæteris diffidentibus, breuiatum legis verbum ostendit: hoc est, nouum Testamentum quod promisit. Quod non aliter testamentum diceretur, nisi simili modo etiam hoc sanguinis testimonio firmaretur. sicut & Testamentum vetus, vt nomen vnum sit vtriusque: sed in veteri multa, in nouo autem pauca sint præcepta, sicut promisit. Vt quia Abraham patrem multarum gentium futurum dixerat, eodem modo iustificarentur & filij, sicut fuerat iustificatus & pater: vt cessantibus quæ post fidem Abrahæ cœperant, suscipientes fidem per quam iustificatus est idem Abraham, filij essent Abrahæ, sicut dictum est à Domino. Quod quidem nec mirum nec inauditum est, vt sine cura sabbati & circumcisione & reliquis huiusmodi mandatis iustificentur homines. Nec enim per hoc placuit Deo Enoch, vt transferretur, neque Noë hoc seruando in diluuio solus inuentus est iustus: neque ipse Abraham postquam circumcisus est, iustificatus est: Credidit, inquit, Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Tunc circumcisus est, vt signum esset in eo, quia credidit cùm senior esset, filium se habiturum. Non ergo circumcisio commendat Abraham, sed fides. Ideóque credentibus sufficit fides ad iustificationem, vt filij sint Abrahæ in fide, non in circumcisione, quia his non est opus circumcisione. Non enim hoc creditur quod credidit Abraham. Iudæi autem idcirco iussi sunt circumcidi, vt fidei Abrahæ signum haberent, non suæ fidei, sed vt filij eius secundum carnem scirentur: si autem credant, erunt filij eius & in iustificatione. Quid enim prodest dici filium potentis eum qui impotens sit, nisi quia magis obest? Dedecus est enim, inclyti & gloriosi filium esse sine honore. Nam in tantum circumcisio carnis nullius meriti est, vt vindicaturum se dicat Deus per Hieremiam prophetam in omnes circumcisos præputio, si non fuerint circumcisi corde. Illis autem non indignatur qui circumcisi corde præputiati sunt carne, quia nemo sine cordis circumcisione placuit Deo. Quicumque ergo circumcisi sunt carne, genus significant Abrahæ iuxta carnem: nam qui circumcisi sunt corde, significant genus Dei secundum fidem, quia circumcisi omni mundano errore Deum profitentur parentem. Quid ergo prodest carnis circumcisio, si cùm fides defuerit in Iudæo, ad meritum Abrahæ peruenire non poterit? Aut quid obest præputium, cùm nemo nisi qui æmulus fuerit fidei Abrahæ, peruenit ad iustitiam eius? Superfluè igitur gloriantur de carnis circumcisione, cùm videant illam apud Deum meritum non habere. Etsi, sicut est ostensum, melius est fidem habere quàm circũcisionem, meliores sunt gentiles Iudæis, quia isti fidem habent, Iudæi circumcisionem. Et quos putas magis agnoscat filios Abrahã, qui iuxta carnem similes illi sunt, an qui in fide? Sed Abrahæ fides testimonium per hibet. Ac per hoc non in carne, sed in fide gloriatur. Ideóque istos in filios suscepit, quos videt imitatores esse gloriæ suæ. Quomodo enim illos potest appellare filios, à quibus videt abhorrere vnde placuit Deo & iustificatus est? Non ergo filios suos, sed inimicos poterit iudicare. Inuidi enim eius videntur spernentes fidem per quam glorificatus est. Nec mirum si Iudæi diffidentes, deprehendantur minimè suscipientes nouum Testamentum, cùm sciamus illos nec in veteri fuisse fideles. Semper enim contra Deum rebelles & cõtumeliosi fuerunt, vnde talia præcepta acceperunt per quæ ceruices illorum, quæ inflexibiles erãt, premerentur. Nunquam enim bona de Deo sperare voluerunt, cuius tanta beneficia & virtutes tam mirandas agnouerant. Hinc est vnde inter cætera dicit Ezechiel propheta, Leuaui manum meam in deserto inter eos, vt dispergerentur inter gentes, & disseminarentur in regionibus, eo quòd iustificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerunt. Et in subiectis, Ego dedi illis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuent in eis. Ostendit qua causa data sint illis præcepta tanta & tam aspera, vt quia ingrati tantis bonis extiterunt, dictante iustitia, præceptis seuerioribus premerentur. Idcirco non bona ea dixit, cùm iusta sint: quia non illis ad iustificationem proficiebant, sed ad exitium: & pœna licet dignè illata, patienti tamen bona non est. Post hęc tamen, quia pius est Deus, nouum Testamentum daturũ se promisit, in quo abbreuiatio facta legis, vt iustificaret credentes, sicut iustificatus est Abraham: vt cessantibus neomeniis, & sabbato & circumci-

Abac. 2. a. 4.

Esa. 10. c. 22.

Gen. 17. a. 4. & 5.

Gen. 5. c. 24. Ibid. 6. b. 8. Rom. 4. a. 1. Gal. 3. a. 6.

Ezech. 20. d. 23.

Hier. 4. a. 4.

Esa. 7. c. 14. Mich. 5. a. 2.

Dan. 9 f. 24.

circumcisione & cæteris præceptis, non quæ naturalis legis sunt: id est, homicidium, adulterium, & talia, ita iustificarentur vt Abraham. Renouata enim fide Abrahæ, omnia voluit cessare, vt tale tempus esset, quale fuerat quando credidit Abraham. Sed fortè dicant Iudæi, Si ea quæ à Moyse data sunt, cessare dicta sunt per abbreuiationem legis, numquid circumcisio à Moyse data est vt cesset? Ac per hoc signum patris nostri habemus, quia sumus filij Abrahæ, quod propter testimonium generis cessare non debet. Tempore quidem suo seruanda fuit circumcisio: id est, antequam nouum Testamentum daretur, quod promissum erat. At vbi Dei gratia præstante, onera legis cessare iussa sunt, quid opus est circumcidi? Idcirco autem noua lex data est: id est, spiritalis, vt cessarent carnalia, & suscipientes eam, signum eius acciperent: vt sicut in veteri Testamento Abrahæ signum habuerunt, ex quo cœpit Testamentum vetus: ita & in nouo signum habeant Saluatoris, qui noui Testamenti constitutor est. Quemadmodum enim ex Abraham Hebræi dicti sunt, sic & ex Christo Christiani dicuntur. Quicunque ergo adhuc Hebræi dicuntur, nouum Testamentum quod promisit Deus, non receperunt, beneficium & misericordiã Dei in irritum deducentes: qui populum suum iam non hominis nomine volens censeri, sub filij sui nomine cõstituere illos dignatus est. Qua igitur audacia dicũt Iudæi non nostra nos lege vti, sed sua, cùm dicat Dauid, Confitebor tibi in gentibus: & iterum, Epulamini gentes cum populo eius? Et ad Hieremiam prophetam dicit Dominus, Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequàm exires de vulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus posui te. Iudaismus certè proprias habet significationes: aut enim populus iste in Iacob significatur, aut in Samaria, aut in Hierusalẽ, aut in Iudæa, aut in Israel. De gentibus autem apertum est, quia aliter illos significat quàm sunt Iudæi, noster autem propheta est Hieremias. Quamuis enim in omnibus Prophetis gentes participes doni sui ostenderit Deus, ad Hieremiam tamen specialiter dicit, quia nobis illum dedit Prophetam. Hic enim nouum Testamentum futurum significauit, quod plus gentibus proficeret quàm Iudæis, quòd nunc declaratum videtur. Cùm enim in vniuersa terra noui Testamenti sit prædicatio: Iudaismus tam raro est, vt difficilè Iudæus fidelis inueniatur, & omnes ecclesiæ noui Testamenti gentium nominentur, quod dictum erat in Osee propheta, Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Repulsis ergo Iudæis, conuocat gentes ea misericordia & gratia, quæ vocare dignatus est & Abraham. Nec enim Abraham vocatus non cognouit Dominum: itaque qui dignatus est Abraham, idem ipse dignatus est gentes. Cur ergo dicunt, Nostra est lex: cùm manifestum sit, donum Dei omnium esse volentium? Cesset ita que ista vsurpationis temeritas, quia gratia Dei communis est omnibus. Quo namque pudore negant Christum nostrum in lege promissum, cùm videant omnia signa in eo, quæ lex futura prædixerat? Quia & secundum Abrahæ promissionem omnes gentes iustificantur, in eum credentes. Et secundum Esaiam prophetam de virgine natus est in Bethleem ex tribu Iuda, sicut fuit promissum ex semine Dauid: & iuxta quod Hieremias prophetauit, nouum Testamentum, quod Deus tunc promiserat futurum, prædicauit: & post omnia signa virtutum ostensa, humiliauit se, secundum dicta Prophetarum, & omnia quę prædicta sunt, passus, tertia die resurrexit, quemadmodum scriptum est in Propheta. Et si tempus promissionis requirant, sicut in Daniele propheta ostẽsum est, inuenient impletum tempus, quo natus & passus est Christus: quia à tempore primi anni Darij regis Persarum vsque ad natiuitatem & passionem Domini & excidium Hierusalem, quod factum est per Vespasianum imperij Romani principem, impletæ sunt hebdomadæ septuaginta, quę sunt anni quadringenti nonaginta, qui computis per regna & per successores imperij manifestus est. Quomodo etiam à Tertulliano computatum inuenitur in libro quem scripsit aduersus Iudæos, quod ne ad iniuriam eius proficeret, quia rectè computauit, prętermisimus. Et quis ambigat de hoc numero, cùm trecenti circiter anni nunc super hunc numerum inueniantur? Impudentis ergo est post tantum superadditum numerum aduentui Saluatoris, dicere, Non venit. Sub Apostolis enim, aut tempore quo agebat Dominus inter homines, se poterat occultare malitia contradicens veritati, vt cùm omnia signa promissi Christi videret in Saluatore, de tempore tamen ambigere se diceret, vt perfidiam suam celaret. Post autem, cùm super promissum numerum supercrescere multi anni cœperunt, quę impudentia est negare venisse, quod etiam & signis & temporibus adimpletum scitur? Nam quando aliquid plenum est, & non superabundat, potest contentiosus aliquis dicere, non esse plenum, sed superabundantia clauditur os contentioso: ita & Iudęi tempore Saluatoris potuerunt dicere (licet per fallaciam) nõ bene computatum à Darij tempore vsque ad Dominum Christũ, vt ipse dicatur esse qui promissus est. Fallimur enim in annis & in mensibus & in diebus imperatorum, & ad liquidum non colligimus. Vbi autem creuerint tempora super numerum prescriptum annorum promissi Christi, nulla potest prętendi excusatio, vt non ipse esse Christus dicatur, qui venit, nisi, quod absit, mentitus dicatur esse qui promisit. Quando enim tempus promissionis emensum est, & negatur venisse qui promissus est, quid aliud quã mendacij arguitur qui promisit? Sed veracem esse qui promisit, signa

Osee 2. d. 24.

omnia docent, quæ prędicta in Christo sunt, & reperta in Christo noscuntur. Iudæi autem, dum emendare erubescunt, non cogitant futurum intelligi non esse mendacium.

Qvomodo homo ad imaginem Dei factus sit, & vtrum ad dominationem, & an mulier quoque? Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hoc quibusdam ex alia parte lectionis intelligendum esse videtur: ex hac videlicet, in qua legimus dixisse Deum, Venite descendamus, & confundamus linguas eorum, Quia quantum in superficie videtur, simile est: vnius enim vox est, plurali numero loquẽtis: sed discrepat sensu, quia & dissimilis ratio est. Illic enim de creando homine dicit, quem ad imaginem & similitudinem suam Deus vult creari. Illud autem quod dicit, Venite descendamus & confundamus linguas eorum, ad hoc pertinet, ne se intelligerent homines: vnde ad angelos potest videri locutus Dominus, quasi imperator ad exercitum: communiter enim dicit, quia facturus erat per illos, vt pote creator illorum: ac per hoc, Confundamus, inquit, linguas eorum. Nam cùm dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram, non potest dici angelis locutus: quia non potest dici vna esse imago Dei & angelorum, sicut Imperatorum & Comitum: quia quorum imago eadem est, non potest dissimilis esse nec dignitas, nec natura. Denique adiecit, Et fecit, inquit, Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum: vt Deus dixerit, & Deus fecerit, non alter Deus aut differens, sed idem Deus. Quod enim vnus ad vnum dixit, non aliam naturam significauit, sed personam. Cùm enim Deus vnus sit, tres tamen personæ sunt: & ideo vnus est Deus, quia siue in filio, siue in Spiritu sancto Dei vnius substantia est: quia non potest non hoc esse, quod de ipso est, quod ipse est. Dei ergo patris persona est dicentis, Faciamus: Filij verò facientis hominem ad imaginem Dei: siue ad patris, siue ad suam? nihil interest, quia vtriusque vna imago est. Fecit autem filius per Spiritum sanctum. Sicut enim pater per filium dicitur facere, ita & filius per Spiritum sanctum, ipso dicente, Quia ego in spiritu Dei eiicio dæmonia. Igitur vna trium imago est, quia siue pater, siue filius, siue spiritus, vnus est Deus: ac per hoc vnus factus est homo ad vnius Dei imaginem. In eo autem imago Dei est homo, vt sicut vnus est Deus in cælis, ex quo omnia subsistunt spiritalia: ita vnus esset in terris homo, ex quo cæteri haberent carnalem originem. Aliquibus tamen videtur quia in dominatione, Dei imago est factus homo: & quia dicit, Et dominetur piscium maris, & volatilium cæli, & totius terræ: cùm non solùm viro, sed & mulieri ista cernantur subiecta, quam constat Dei imaginem non habere. Quod quidem duplici modo caret ratione: per hoc enim neque ad filium dixisse Deus asseritur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed ad dominationes cælestes, quas Apostolus commemorat, si imaginem Dei homo in dominatione habet: & mulieri datur, vt & ipsa imago Dei sit, quod absurdum est. quomodo enim potest de muliere dici, quia imago Dei est, quam constat dominio viri subiectam, & nullam authoritatem habere? Nec docere enim potest, nec testis esse, neque fidem dicere, neque iudicare, quanto magis non potest imperare?

Qv AEST. XLV.

Gen. 1. c. 26.

Gen. 11. b. 7.

Comes hic dignitatis nomen est.

Matt. 12. b. 28.

Qv AEST. XLVI.

Vtrvm Samuel fuerit de filiis Aaron, & vtrum sacerdos fuisse existimandus sit? Sunt quidam inter nos, qui partim negotiis secularibus occupati, partim minus studiosi circa scripturas sacras, errorem patiuntur, putantes Samuelem sacerdotem fuisse: id est, ex Aaron habere originem: ex cuius progenie constituit dominus deus nasci, non fieri sacerdotes. Nec alicui præter filios eius concessum est, vt poneret in altare incensum. Ex quibus aliqui plus errantes, negant quidem Samuelem de genere fuisse Aaron: hoc est, non illum dicunt natum sacerdotem, & nihilominus sacerdotio illum asserunt functum. Quibus prius respondendum est. Peius enim est negare Samuelem natum fuisse sacerdotem, & tamen asserere illum functum esse sacerdotio, quàm dicere sacerdotem illum fuisse ex filiis Aaron. Hic enim ignorantia est, illic stultitia. Cùm enim dicunt, qui illum putant natum sacerdotem, ex filiis Aaron non esse, manifestum habebunt non illum fuisse sacerdotem: ignari quia non licuit agere alicui sacerdotium, nisi ei qui esset ex semine Aaron. Compertum enim habent, manifestum enim est, quòd Chore cùm non esset ex filiis Aaron, & voluisset super altare imponere incensum, hiatu terræ absumptus est cum sociis suis. Et Osias rex, cùm non vtique esset ex semine Aarõ, sed ex tribu Iuda, & præsumpsit agere sacerdotium, stans ante altare, percussus lepra in fronte est, & sic expirauit. Illi autem, qui dicunt Samuelem non natum esse sacerdotem, & nihilominus egisse illum asserunt sacerdotium, satis stultum est quod dicunt: & stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi. Quanta enim hebetudine ducuntur, vt sole apparente super terram, dicant, quia nox est, Cùm enim legant, & non vno loco legant, hoc à deo esse decretum, vt nemo auderet sacerdotium agere præter Aaron & filios eius, obstinata mente contendunt, sacerdotem fuisse Samuelem: non enim intelligunt, quia si natus sacerdotes non est Samuel, & sacerdotium egit, presumptor dicitur: quia hoc deus statuit, vt nascerentur, non fierent sacerdotes: & de Samuele hoc sentire puto tutum non esse. Quomodo enim posset fieri, vt vir laudabilis & dei testimonio commendatus hoc ageret, quod inconcessum sciebat? Cuius etiam præsumptionis vindictam pro certo habebat semel & iterum factam: neque enim dei indicio potuit ad hoc

Fidel. 17. d. 50. & 56.

Hier. 1. b. 2.

Num. 16. c. 31.

4. Reg. 15. a.

1. Paral. 26. d. 21.

aspirare, quem immutabilé sciebat: à quo, si fortè hoc audisset, tentari se potius credidisset, sciendo Deum nullo modo sententiam A suam posse rescindere. Posset enim magis sub Dei apparentia & nomine id agi secum credere, vt circumueniretur à parte aduersa, quàm iudicium suum Deum posse mutare. Denique cùm Balaam prohibitus fuisset à Deo, ne iret ad Balach, & postea iterum requisisset, an iret, indignatus ei Deus, ex ore asinæ corripuit eum: Num. 22. d. 19. quia prohibentem angelum videns asina, cœptum iter implere nolebat. Balaam verò, prohibente Deo ne iret, iterum interrogans, an ire illum vellet, sic de Deo quasi de homine iudicauit, qui per id quod inpræscius est, varius & mutabilis est. Sed Balaam nullo diuino testimonio commendatur: erat enim hariolus. Samuel autem vir Deo charus, & iudiciorum eius sciens fixam esse sententiam, quomodo aliud fieri crederet, quàm sciebat à Deo esse constitutum? Sed Heli, inquiunt, mortuo, & filiis eius sacerdotibus, Samuel cœpit agere sacerdotium: quod nec lectio docet, nec ratio admittit. Hoc enim dicentes, nullum putant tunc fuisse, qui ageret sacrificiũ siue sacerdotiũ, vt his tribus mortuis, nisi Samuel populi munera obtulisset, sacerdotium agi desisset: quæ ascueratio est Dei inimica. His enim Deus improuidus iudicatur quasi nesciens, cùm id statuit, quod permanere non posit. Vt quid enim nullis aliis quàm filiis Aaron sacerdotium agere vsque in seculum statuit, hoc est, vsque ad tempora aduentus Christi, si hoc deficere sciebat? Si autem nesciuit, quod abfuit, improuidus fuit: & ideo fieri potuit, vt nec Samuel fuerit illis deficientibus sacerdos. Si autem prouidus & præscius Deus est, permansit quod statuit: & si permansit quod statuit, Samuel non egit sacerdotium, qui nei non erat sacerdos. In veteri enim lege nasci decreuit Deus sacerdotes: in noua verò fieri Dominus iussit sacerdotes. Eligant nunc vnum de duobus, aut natum probẽt Samuelem sacerdotem, aut factum. Sed consentiunt non illuminatum esse sacerdotem, quia sciunt illum non esse ex filiis Aaron. Si ergo natus non est sacerdos Samuel, factus autem non legitur, nec probatur, quia nec statuerat Deus fieri Sacerdotes, in absoluto est, Samuelem minimè fuisse sacerdotem. Sed contradictores clausis oculis, si sacerdos, inquiũt, non fuit, vicem tamen egit sacerdotis, quoniam legitur Deo sacrificium obtulisse. Quis audeat negare quod scriptum probatur? 1.Reg.7.c.9. Obtulit enim Deo sacrificium Samuel, sed non inde vicem sacerdotis egisse cognoscitur. Ipse enim semper dicitur offerre, cuius oblationes sunt, quas super altare imponit sacerdos, & Saul obtulit hoc vtique genere: id est, per sacerdotem, sicut & nunc offertur: & Dauid obtulit, & Salomon obtulit, & cæteri similiter obtulerunt, numquid omnes vicem sacerdotis egerunt? Quamuis enim proprio sacerdos fungatur officio, ille tamen offerre dicitur, cuius nomine agit sacerdos: ipsi enim imputatur, cuius munera offerunt. Et qui non fuit sacerdos, quomodo vicem agere poterat sacerdotis? Numquid diaconus potest vicem gerere sacerdotis? Præfectus etenim potest agere vicem præfecti, & prætor prætoris: non tamen priuatus potest agere vicem potestatis alicuius, quanto magis sacerdotis vicem agere non potest, qui non est sacerdos? Quo enim consilio ad hoc aspirare audeat, quod sibi scit non licere? Nam si sacerdos alicubi desit, potest alterius loci sacerdos rogatus venire, & vicem eius agere, non tamen propheta, quamuis sanctæ vitæ sit, agere potest quod scit sibi minimè esse concessum. Aliud enim est bene viuere, & aliud potestatẽ alicuius officij accipere. Sicut enim qui sacerdos est, non ex eo vitam suam commendatã putare debet: ita & qui sanctæ conuersationis & vitæ est, non iã ex eo sibi sacerdotium vendicare debebit. Quamuis enim bonũ sit sacerdotium, tamen malum erit ei, cui concessum non est, & præsumit. Nam si respiciamus quod scriptum est de sancto Samuele, videbimus quale testimonium det ei scriptura, dicens, Et innotuit, inquit, omni populo, quoniam fidelis est Samuel propheta Domino. Et in Psalmo, Viant, inquit, Moyses & Aaron in sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quis non aduertat ex hac distinctione diuisas esse personas dignitatũ causa, vt Moyses & Aaron sacerdotalem dignitatem adepti noscantur, D Samuel verò inter prophetas Deo dignus extitisse habeatur? qui precibus Deum inuocabant ad protegendum populũ suum, sicut legitur. In tantum autem sacerdotes minimè defuisse probantur, vt reuocata arca ab allophylis baiulis Leuitis viris Bethlamitis, obtulerint Deo sacrificia absente Samuele. Rege autem facto Saule, Achimaas erat pronepos Heli sacerdotis, qui portabat Ephot. Sed hinc, inquiunt, videtur sacerdos fuisse Samuel, quia vestitus erat Ephot. Quasi non hodie diaconi palmaticis induantur sicut Episcopi. Ephot autem etiam Dauid legimus fuisse indutum, & duplicem Ephot. Samuel autem adhuc puerulus, succinctus erat Ephot: numquid puerulus potuit Deo munera populi offerre? Vides ergo, quia Ephot vnum quidem nomen est, sed non vnam rem semper significat. Sacerdotes enim portabant, non vestiebantur Ephot: Reges verò & Leuita Samuel induebantur Ephot. Aliquando ergo vestis, aliquando quasi armariolum, quod portabãt sacerdotes ad interrogandum Dominum, significatur Ephot. Quantum apparet, probatum est Samuelem non sacerdotem, sed Prophetam fuisse: nunc his respondemus, qui ignorantes quia Samuel non est de filiis Aaron sacerdotis, æstimant illum sacerdotem fuisse: nec enim fas erat, vt de origine Aaron descendens, sacerdos non esset. Quos primùm volo cognoscere, quia si sacerdos erat Samuel, sine dubio & Helcana pater eius sacerdos fuit. Congruum quoque fuerat, & filios eius sacerdotes fuisse, quia sacerdotes non erant, iudices illos constituit filiis Israel, sicuti & idẽ ipse erat Samuel. Sic enim legimus, quia iudicauit filios Israel. Helcana autem pater Samuelis, propter quod sacerdos non erat; Ascendebat, inquit, in diebus statutis de ciuitate sua Ramathaim adorare & sacrificare Deo omnipotenti Sabaoth: & ibi erat Heli & duo filij eius, Ophni & Phinees sacerdotes Domini. Quid tam apertum, quia veniebat Helcana offerre munera sua ante Dominum per sacerdotes tempore competenti, secundum quod statuerat Moyses, vt tribus temporibus anni offerret munera & decimas suas, vbi fuisset arca Domini & sacerdotes? quippe qui & duas vxores habuit tempore vno, quod illicitum est sacerdotibus: erat enim Helcana ex Leuitis, sicut generationum ordo se continet in libro Paralipomenon. Adhuc enim Leuitę non erant habentes ordinem cõstitutum ministerij circa sacerdotes & arcã Domini. Dauid enim in regno suo disposuit vices sacerdotibus & Leuitis, vt à viginti annis & supra, in lege autem vigintiquinque annis & supra, inciperent exhibere seruitia Dominicis ceremoniis: vt essent de filiis Aaron, id est, de Phinees & Thamar traduce classes sacerdotum vigintiquatuor, quæ vices suas agerent certis tẽporibus: Leuitæ autem constituti sunt, qui erant tabernaculi ianiitores, & qui baiuli arcæ Domini, & qui excubias seruarent, & qui vasorum essent custodes, & qui promiscuius suscperent oblationes. Et viginti quatuor classes institutæ sunt cantantium & citharizantium & musicorum cæterorum, ita vt etiam hi, id est, omnes Leuitæ haberent temporum vices: quia necesse erat eos & otium habere, vt & domorum suarum agerent curam. Et non solum hac proficient ad causam suprà dictam: quoniam Samuel non fuit de filiis Aaron, sed & illud quod dicit mater eius ad Dominum, Quia si mihi, inquit, dederis filium, eum modo eum Domino omnibus diebus vitæ suæ: non hoc diceret, si natus esset sacerdos, oportebat enim illum seruire altari: sed quia Leuita erat, & lex Leuitis adhuc non erat posita, sed vnusquisque pro voluntate sua agebat, ita vt oberrantes illicita præsumerent. Ionatha enim filius filij Moysi, cùm inter Leuitas deputatus esset, sacerdotium agere præsumpsit. Ac per hoc legimus in libro Iudicum, Quia vnusquisque, inquit, placita, sibi faciebat, eo quòd non esset rex in Israel. Idcirco vouit Anna dicens, Commodo eum Domino: ne cum cæteris oberraret. Et vt plenius quæstio discuti possit, etiam illud tractemus, quod dictum est de Helcana, quia veniebat ex diebus in dies offerre munera sua, & decimas: quomodo decimas offerebat, qui nihil possidebat? Leuitæ enim non acceperunt agros, quia de decimis, quæ à plebe dabantur, victum quærebant. Sed potest fieri, & sic datur intelligi, quia potuit habere possessionem vxoris suæ, aut emptam: quia de aliis tribubus accipiebant vxores, non solùm hi, sed & cæteri, ita vt & sacerdotes acciperent de aliis tribubus vxores. Nam Ioiade sacerdos magnus vxorem duxit de tribu Iuda filiam regis Ioram.

Num. 22. d. 19.

1.Reg.1.c.3.

1.Reg.1.d.11.

Iudic.17.d.6

1.Reg.1.b.11.

2.Par.22.d.11.

Qvomodo hoc quod in Esaia dicitur, Et apprehendent septem mulieres, & cætera: septem Ecclesiæ catholicæ significentur? Et apprehendent, inquit, septem mulieres vnum hominem, dicentes, Panem nostrum manducabimus, & vestimentis nostris operiemur; veruntamen inuocetur super nos nomen tuum, auser opprobrium nostrum. In absoluto est, per septem mulieres septem ecclesias esse significatas: quamuis enim vna sit, sed septiformis dicitur, vt corpus vnum septemplici numero consistet membrorum: non solùm autem nos, sed & superni ciues ecclesiæ membra sunt, cuius caput Christus est. Siue igitur vna, siue septem dicantur ecclesiæ, non discrepat: vna enim dicitur, quia vnum habet caput, quod est Christus: septem autem ideo, quia si cut membra diuersa sunt, ita & potentiæ spirituales, inter quas & nos deputamur, diuersæ sunt virtutes, propter quod & aëreæ dicuntur, Idcirco enim diuersæ sunt, vt non omnia singulæ possint, sed simul omnes corpus sint Christi: quia ipse est caput corporis ecclesiæ, ex quo totum corpus subsistit, id est, ex quo omnia in cælis & in terra habent originem. In hac ergo quæ in terris est ecclesia, omnium ecclesiarum facta est mentio: quia cùm huic sacramentum creatoris prædicatur, etiã cælestibus huiusmodi intimatur doctrina. Inferioribus enim cùm insinuatur, necesse est vt audiant & superni. Vnde Apostolus, Mihi, inquit, minimo omnium sanctorum data est hæc gratia, inter gentes euangelizare incomprehensibiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit * dispensatio mini- *al. dispositio.
sterij absconditi à seculis in Deo, qui vniuersa creauit, vt innotescret principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiã multiformis sapientia Dei. Per hanc ergo ecclesiam superni docentur, quia veritas, air, de terra orta est. Vt enim mentio superiorum fiat, Hic septem ecclesiæ nuncupantur in vna plebe, quas septem ecclesias supplices Propheta inducit Saluatori facto homini. Intellexerunt enim ad hoc natum esse Christum, vt auferret opprobrium; primùm quidem sub lege sua agentium, deinde cæterorum. Habebant autem in memoria, scriptum esse: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Hæ ergo septem ecclesiæ apprehenderunt hominem vnum, id est, natum Christum, dicentes, Panem nostrum manducabimus, & vestimentis nostris operiemur. Veruntamen inuocetur nomen tuum super nos, auser opprobrium nostrum. Quid est hoc quod precantur? Si enim pane proprio

Esa.4.d.1.

Esa.54.d.11.

proprio vtuntur, & vestimentis suis induuntur: id est, & viuunt, & nudæ non sunt, quid eis deest? Si enim panis ad vitam significatur, & vestitus ad Dei inuitionem, quia qui sine Deo est, nudus dicitur: vnde Apostolus, Qui in Christo, ait, baptizati estis, Christum induistis. Et iterum: Si expoliati, inquit, non nudi inueniamur, quid est quod poscunt vt auferatur ab eis opprobrium: nisi quia hic populus significatur in septem ecclesiarum numero, qui sub lege agens Christum expectabat promissum ad abolenda peccata? Ideo dicunt, Panem nostrum manducabimus: hoc est, verbis legis quæ vnum tradunt Deum, pascemur: quia non in pane tantùm viuit homo, sed in omni verbo Dei. Et vestimentis nostris operiemur: id est, creatoris nostri nomine censebimur: quia hoc vnusquisque indutus dicitur, quod est & profitetur. Denique senatores vel officiales ex vestibus intelliguntur quid sint. Sed quia hęc satis non faciunt ad Deum promerendum, hoc etiam statuit, vt per sacramentum cognitionis vnius Dei, hæres esse incipiat homo regni cælorum. Per fidem enim peccatis ablutus, & à morte secunda (quę ex sententia data in Adam, homines apud inferos detinebat) alienus, nullo detinente, pergit in Paradisum Dei patris, in quo dixit latroni Dominus, quod secum esset futurus. Quamuis enim populus supradictus, qui per septem ecclesias significatus est sub Dei lege esset, & deuotione tã proprij, quàm paterni delicti, Quia omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria Dei: idcirco orant suprà memoratæ ecclesiæ, vt auferatur opprobrium earum inuocatione nominis Christi: quia qui signum eius habent quo vicit mortem, ab inimico teneri non possunt. Et non solum istæ Ecclesiæ Christi nomen super se inuocari precantur, sed & supernæ spirituales in cælestibus degentes. Quanquam enim spiritales sint & cælestes potentiæ, opprobrio tamen subiacent, si à creatore suo fuerint alienæ, & nec membra erunt corporis, quæ caput suum nõ cognoscentes oberrant. Et quia aliud non est quod explanauimus, in subiectis propheta testatur dicens: In illa autem die illuminabit Dominus in consilio super terram. Et adiecit: Quoniam abluet Dominus, inquit, sordes filiorum & filiarum, & sanguinem purgabit de medio eorum. Quid tam euidens, quia in illo die in quo promissum Dei adimpletum est, & fidei sacramentum declaratum est hominibus, illuminati sunt, vt per creatoris cognitionẽ purificati qui rei fuerant mortis, fierent æternæ vitæ hæredes? Promisendè igitur Propheta locutus est, vt omnes dono Dei indigere significaret, vt siue peccatores, siue iusti, Dei misericordiam expectasse nos cerentur. Peccatores propria delicta propria, vt de faucibus mortis eriperentur: iusti verò paterno absoluti peccato, deleta sententia data in Adam, per quam cuncti tenebantur à morte, libertate accepta Dei regnum intrarent, facti iam non serui, sed filij Dei.

Gal.3.d.17.
2.Cor.5.a.4.
Deut.8.a.3.
Mat.4.a.4.
Luce 23.f.43.
Rom.3.c.23.
Esa.4.a.2.

QVÆSTIONVM
SECVNDA PARS EX
NOVO TESTAMENTO.

QVAEST. XLVIII.

Eus certè perfectus est & nullius egens, quid ergo opus fuit Christo Saluatore vt nasceretur de Deo, & filium haberet Deus per quem omnia faceret? Cùm ea quæ non erant Deus voluisset existere, & maiestatis suæ minimè hoc condignum opus sciret, prius de se, cùm sit natura simplex & incorporeus, filiũ generauit, qui nihil ab eo distaret, vt magnitudini suæ congruus responderet effectus. Quid enim vltrà posset facere, quàm vt ex se alterum qui perfectus est, generaret? Hoc ergo perfectũ opus est, quo nihil posit aliud videri præstantius. Cętera enim omnia minora sunt: quanto enim excellentior his omnibus Christus est, tãto magis creatio illorum inferior est generatione eius. Est & aliud: Deus enim, ex quo sunt omnia, volens condere creaturam, verbũ prius quod in mysterio apud se habebat, generauit: hoc est, fecit existere. Quod verbum idcirco filium nuncupauit, vt ostenderet de se illũ extitisse, & esse sibi consubstantiuum: vt lex, qua filij de parentibus sunt, hoc credibile faceret, per quod manifestaret creaturę mysterium, quod latuit in eo ex æterno.

In Carth. multa sunt mutila.

QVAEST. XLIX. *al. Saluatore. Luce 2.b.11. Mat.3.d.14.

Cvr Saluator cùm sanctus natus sit, & Christus Dominus in ipsa natiuitate appellatus, baptizatus est, cùm baptisma purificationis causa sit, & peccati? Verum & manifestum est, * creatorem non eguisse baptismo, quia Christus non factus, sed natus est, dicẽte angelo pastoribus: Ecce natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus. Denique sciens Ioannes sanctitatem eius, prohibuit eum à baptismo: Saluator verò instituit fieri oportere, nõ vtique propter peccatum suum, sed propter implendam iustitiam. Dignum enim erat, vt ipse exemplo esset futuris filiis Dei, qui per baptismum filios Dei fieri docebat: & qui credentibus Spiritum sanctum à Deo dari promittebat: debuit istud in semetipso visibiliter demonstrare, quo comperto credentes inuisibiliter se posse Spiritum sanctum habere sperarent: nam Saluator vtique, cùm de Spiritu sancto nasceretur, purificatum corpus habuit. Vnctio enim carni eius spiritaliter in vtero virginis data est. Spiritus enim sanctus purificauit quod de Maria virgine in corpus Saluatoris profecit: & hæc est vnctio carnis corporis Saluatoris, quare & natus Christus est appellatus. Quod enim per olei vnctionem præstabat Deus ministerio prophetarũ iis qui in reges vngebantur, hoc præstitit Spiritus sanctus homini Christo, addita expiatione: quia anteriores Christi solam potestatem imperij accipiebant per vnctionem: Saluator autem & potestatem accepit homo natus, & purificatus est natus: incongruum enim erat, vt Dei filius in corpore peccatis subdito nasceretur. Hominis ergo causam suscipiẽs, & per regenerationem filios Dei fieri docens, baptizari debuit, vt in se hoc ostenderet ratum. Facilè enim probatum habetur & suadetur quod dicitur, si à magistro fieri videatur: sic vtique & virtutũ insignia oportuit fieri, vt iam filius Dei apparens, per mysteriũ regenerationis medelam daret corporis passionibus, vt exemplo esset futuris fratribus, quia per regenerationem accepit vnusquisque potestatem virtutis. Si ideo Saluator baptizatus est, vt exemplo esset; quare circumcisus, cæteros prohibuit circumcidi? Circumcisio præteriti temporis mandatum est, quã vsque ad Christum oportuit habere authoritatem, vt tamdiu curreret quamdiu Christus nasceretur promissus Abrahæ, vt de cętero cessaret circumcisio promissione impleta. In figura enim Christi Isaac promissus est. Dixit enim ei Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes: quod est Christus. Fides enim, quam Abraham acceperat, restaurata à Christo est, vt in semine Abrahæ, quod est Christus, omnes gentes benedicerentur, sicut promissum fuerat Abrahæ. Circumcisio itaque signum fuit promissi filij Dei, id est, Christi: quo nato cessare oportuit signum promissionis: ita tamen, vt ipse promissus adueniens signum patris acciperet, vt sciretur is esse qui promissus fuerat, omnes gentes iustificare per fidem in circumcisione cordis. Quia enim patri Abrahæ carnaliter nascentis filij signaculum circumcisionis corporale fuit, ita & eorum, qui spiritaliter nascuntur, spiritale signum est circumcisio cordis: idcóque rectè post Christum non adhuc oportuit carnaliter circumcidi. Qvomodo intelligatur, quod dicente Maria ad angelum: Et vnde hoc sciam, quia virum non cognosco? Respondit Gabriel angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & spiritus altissimi obumbrabit tibi. Ambigenti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat, dicens, Spiritus sanctus superueniet in te: hoc est, ne dubites, quia virum nescis: quod enim dixi, quia concipies, Spiritus sanctus superueniens in te, operabitur vt concipias sine viro, & virtus altissimi, inquit, obumbrabit tibi. Altissimi virtus sine dubio Christus est: hoc enim ad ipsius personam pertinet. Superueniens ergo Spiritus sanctus in virginem, sanctificauit eam opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo virtus quæ dicitur Dei filius, nasceretur: cuius obumbratio in virginem, hoc est, vt de immensitate diuinitatis aliquid esset in vtero virginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur, virtus Dei esset, qui Dei virtus necnõ & Deus. Nihil enim de Deo est, quod non dicatur Deus. Nam hoc corporeum est, vt sit in carne aliquid & caro dici non posit, vt pili, & ossa, & nerui, & cætera.

QVAEST. L.

QVAEST. LI.

Luce 1.d. 34.

Si de Spiritu sancto natus est Christus, id est, effectu eius ex Maria caro factus, cur dictum est: Sapientia, quæ vtique Christus est, ædificauit sibi domum? Quæstio ista gemina ratione potest intelligi, Primùm enim domus Christi ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde etiam potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur & templum eius. Si enim propter habitationẽ dicitur templum Dei, non absurdè dicetur & domus, sicut legimus in lege. Sed si effectu Spiritus sancti factum est corpus, & domum posse dici arbitramur, quare ad personam Christi relatum est, quæritur. Factum filij, factum patris est, quia vtriusque vna virtus est. Simili modo etiam factum Spiritus sancti, factum filij dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatem. Siue enim pater faciat, siue filius, siue Spiritus sanctus, trinitas est quæ operatur: & quicquid tres fecerint, dei vnius est operatio.

QVAEST. LII.

Prou.9.a.1.

Si omnia ratione facta sunt, quid est vt octauo kalendas Ianuarias Saluator natus dicatur? Nemo sic poterit hebetari, vt neget omnia facere Deum cum ratione. Ideo ergo Christus descẽdens de sacris sedibus ad salutem mundo tribuendam, vt etiam mundum ipsum & tempora à se instituta doceret, tunc nasci homo voluit, ad diminutionem humani generis augmentandam in Deum, quando ex magna diminutione lux quæ dies est, crementum incipit accipere: vt tempus natiuitatis eius ratione congruat doctrinæ diuinæ, quæ ex vmbra mortis homines cœpit multiplicare ad vitam. Si ex semine Dauid Christus filius Dei factus est secundum carnem, hoc est, natus iam filius Dei, & in vtroque quia sanctus natus est, quomodo ergo postquàm baptizatus est, dictum ei à Domino Deo est: Tu es filius meus, ego hodie genui te? Christus Dei filius ex æterno est secundum Spiritum sanctitatis: iuxta carnem verò ex semine Dauid natus est filius Dei, vt in vtroque non factus Dei filius habeatur, sed natus. Illud autem quod in baptismo audit, mysterij, non sua causa est: Nam hoc omnibus audit qui baptizantur. Ipse autem demonstratur tantummodo, vt ex hoc appareat in homine virtutibus Deus: cæteri verò firmantur, quia ex hoc incipiunt esse filij Dei, cùm sanctum accipiũt Spiritum. Quamuis enim sanctum natum sit corpus

QVAEST. LIII.

QVAEST. LIIII.

Psal.2.b.7.

Domini, non tamen sacramento regenerationis firmatus fuerat homo Christus esse filius Dei, nisi Spiritum sanctum accepisset, iuxta decretum renascibilitatis donum. Nam & Iudæi filij Dei dicti sunt in denotione, non in sacramento quod nunc operatur, vt accepta remissione peccatorum superueniente sancto Spiritu dicantur filij Dei. Saluator ergo & natus est secudum carnem filius Dei, & post in mysterio firmatus. Nec enim poterat, quod de sancto Spiritu natum est, non de Deo nasci, sed vt propositum mysterij impleretur, superueniente spiritu non diminutum est, sed auctum.

QVAEST. LV. *Quo tempore mundus initium ceperit.* QVID causæ fuit vt illo tempore crucifigi se permitteret Dominus, quo octauo kalendas Aprilis Pascha acturi erant Iudæi?

Omnia propriis locis & temporibus egit Saluator. Vt enim omnia se voluntate patris rectè condidisse doceret, tunc voluit passione sua mũdum redimere & reformare, quando eum & creauerat, id est, in æquinoctio, vnde mundus initium cœpit, & dies super noctem increscere. In regno itaque agens Romano, non nisi octauo kalendas Aprilis pati debuit, quando æquinoctium habent Romani. Tunc enim vtique primùm hæc pars mundi illuminata est, & ex eo dies cœpit crementum accipere. Ideóque & passione Saluatoris à morte liberata & à tenebris ad lucem perducta est. Nulla itaque vituperatio authoris poterit videri, quando lapsam creaturam tunc reformauit quando & fecerat. Nec enim reprehendi poterit rei lapsæ initium creationis, cùm ad id redeat instauratio Paschæ. Eadem enim die voluit esse renouationis gaudium, quo fuerat & dedicationis.

QVAEST. LVI. *Mat.1.c.16. Luca 3.c.23.* QVARE in Matthæo pater Ioseph Iacob scribitur, & in Luca Heli, vt aut duos patres habere imperitè descriptus sit, aut certè qui verè pater eius fit nesciatur? Non est ambiguum patrem Ioseph Iacob fuisse. Ordo enim à Dauid per Salomonem tramitem suum tenens, recto cursu peruenit ad Iacob, cuius filius est Ioseph: Heli autem filius Mathat, à Dauid per Nathan filium eiusdem Dauid, ordinem tenet, vtque ad tempus quo Saluator aduenit: vnde singuli Euangelistæ à Dauid singulorum fratrum generationum ordinem prosecuti, quasi surcam fecerunt, vt Matthæus à Dauid per Salomonem descenderet ad Ioseph: Lucas verò ab Heli, qui tempore fuit Saluatoris, ascendit per traducem Nathan filij Dauid: & vtriusque, id est, Heli & Ioseph iunxit tribum, ostendens vnius generis esse vtrumque: vt cùm Heli sociat Ioseph, non discrepare eos in generatione, sed fratres ostendat: ac per hoc non solùm ipsius Ioseph filiũ esse Saluatorẽ, sed & Heli: ipsa enim ratione, qua ipsius Ioseph filius dicitur Saluator, ipsa est & Heli filius, & cæterorum omniũ, qui de eadem tribu sunt. Hinc est quod dicit Apostolus: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem. Diuino etenim nutu permotus Lucas est, vt ab Heli per traducem Nathan ascenderet ad Dauid, & per Tharam patrem eius ascenderet ad Sem filium Noë, & adhuc super diluuium peruenirет ad Serh filiũ Adæ, qui redditus erat pro Abel: & eadem ratione faceret filium Adæ Saluatorem, qua dicebatur filius esse Ioseph & Heli. Super Adam autem transcendens, assignaret ante omnem carnem Christum filium Dei esse. Illud quod quibusdam videtur, quia Heli acceperat vxorem Iacob, quomodo lex mandauit, vt si quis mortuus fuisset sine filiis, acciperet frater aut propinquus vxorem eius, & resuscitaret semen fratris sui: & ita factum, vt Heli generaret Ioseph Iacob, cuius vxorem acceperat: & per hoc iungi generationẽ, vt non immeritò Ioseph patrem habere Heli dicatur. Hoc nec probabile est, nec ad vllam rem proficit. Illud autem quod suprà dictum est, per generationem iungit duos fratres filios vnius, & Christum ostendit filium Dei esse ante omnem generationem. Euangelista enim cùm referret, dicens: Et ipse Iesus erat incipiens ferè annorũ triginta, filius sicut putabatur Ioseph, qui fuit Heli, id est, Iesus filius æstimabatur Ioseph.: & non solùm Ioseph erat filius, sed & Heli: non quia Ioseph filium dicit Heli, sed eodem genere, quo Ioseph vocabatur filius esse Iesus, ita erat etiam filius Heli, propter quod fratrum filij erant Ioseph & Heli, id est, Salomonis & Nathan filiorum Dauid, vt per Dauid ascendens ad Abraham & Noë & Seth, & ad ipsum Adam, & super Adam, doceat esse Christum filium Dei. Cùm enim dicit, Qui fuit filius Seth, qui fuit filius Adæ, qui fuit filius Dei: Christum vtique ita dicit Adæ filium, sicut dicebatur filius Ioseph. Ait enim Maria ad eum: Fili quid fecisti nobis sic? Etenim ego & pater tuus mœsti & tristes quærebamus te. Super Adam autem iunxit Christum patri Deo, vt qui horum, id est, ab Adam vsque ad Ioseph & Heli filius dicebatur, ante istos omnes Dei verus filius intelligeretur, ad confusionem Photini, qui Christum non nisi ex Maria, nec ante fuisse cõtendit. Quorum enim non erat, filius dicebatur: & Dei, cuius filius verus erat, negabatur. Si enim quod improbabile est, & ad nullam rem proficit, Ioseph Heli filius dicatur, secundum quod suprà diximus, non dixisse videbitur de Christo, quia fuit filius Dei, sed de Adam. Per ordinem enim singulorum filios patres subiiciendo, venit ad Enos, cuius patrem dicit Seth: patrem autem Seth dicit Adam, Adæ verò patrem dicit Deum: & nescio quæ vtilitas sit sic assenerare. Si autem per ordinem, sicut diximus, singuli patres Christi dicantur, sicut & filius dicebatur Ioseph, quia dictum est, Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, ipso ordine legitur filius esse Seth, & filius Adæ. Et super hos omnes assignatur filius Dei, vt ante ipsos dicatur esse, quorum filius nuncupatur.

Nathan filius Dauid.

Rom.9.a.5.

Deut.25.b.5.

Luce 3.c.23.

Luce 2.g.48.

Rom.9.a.5.

QVAEST. LVII. *Malac.3.a. Mat.11.a.* QVID est hoc, vt cùm in Malachia propheta scriptum sit, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te: Marcus hoc euangelista in Esaia propheta scriptum asserit? Non potuit latere Marcum, quid scriberet: nec enim expers erat lectionis, qui ab infantia diuinis literis imbutus & exercitatus erat in lege, maximè cùm Apostolos sit secutus. Sciens autem omnia ad authorem referenda dicta, hæc ad Esaiam reuocauit, qui sensum istum prior intimauerat dicens: Vox clamantis in deserto, parate viam Domino, rectas facite semitas Dei nostri. Denique post verba Malachiæ statim subiecit Euangelista dicens: Vox clamantis in deserto: vtiungeret verba vtriusque prophetæ ad vnum sensum pertinentia sub prioris propheta persona.

Esa.40.c.3.

QVAEST. LVIII. *Iob.1.e.31. Mat.3.d.14.* QVA ratione negat se Ioannes Christum scisse ante baptismum, cùm venienti ei ad baptismum dicat, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: quomodo ignorabat eum quem prohibiturus humilians se ei? Tanta sanctitate prædictus est etiam ab ipsis cunabulis Ioannes, vt nec falli nec fallere credatur, nec Dominum suum qui eum in vtero per Spiritum sanctum illuminauerat nescire: ac per hoc verum est, quia & descẽdente in eum spiritu agnouit eum, & priusquam ad baptismum veniret, non ignorauit eum. Sciebat enim eum, sed an ipse esset qui donum Dei olim patribus repromissum ministraturus esset nesciebat: hoc est, quod tunc se didicisse profitetur, cùm vidit in eum spiritum descendisse. Sic enim se à Deo instructum dicit Ioannes, Super quem, ait, videris spiritum descendentem & manẽtem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc etiam Apostolus contestatur: Dico enim, inquit, Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc est in quo nesciebat Dominum Ioannes: quamuis enim magnificentiam eius nõ ignoraret, hoc tamen latuit eum, quia per ipsum fides Abrahæ implenda erat.

Iob.1.c.33.

Rom.15.b.8.

QVAEST. LIX. *Ioan.3.b.11.* SI baptisma cæleste mysterium est, cur Nicodemo cùm de baptismo dubitanti loquitur Dominus: Si terrestria, inquit, dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis? Qui baptismum putat carnali ratione constare, hic non est spiritalis: nec donum cæleste poterit consequi, qui se per aquam, non per fidem immutari credat. Aqua enim cernitur, sed qui non videtur spiritus operatur, vt fides in eo sit. Quia sicut sordes corporeas aqua, ita spiritus animam abluit à peccatis: vt quomodo visibilia visibilibus, ita & spiritalibus prosit spiritus, ac per hoc spiritalis ratio vertitur in baptismo. Plus enim est ibi quod auditur, quàm quod videtur. Cùm hinc ergo Nicodemus carnali instructus ratione dubitaret, Saluator vt eũ ad fidem attraheret exẽplo vsus est congruo, vt ad rem inuisibilem firmandam visibile daret exemplum, quod solo auditu consistit, non visu, & non negatur: & est tamen terrenum, quia mundi rem operatur. Ait ergo Dominus ad Nicodemum suadendo illi: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat vel quò eat. Sic est omnis qui renascitur ex aqua & Spiritu sancto: vt quomodo vox venientis spiritus, id est, venti, auditur quidem, non autẽ videtur, sicut dictum est: sic & ratio baptismi auditur quòd dicatur: tamen quomodo per spiritum fit non videtur: auditur tamen, cùm quid futurum est ab eo qui verba insinuat, prædicatur, vt fieri credatur quod auditur, non tamen ratio facti reddatur. Cùm autem nec per exemplum Nicodemus duceretur ad fidem, tunc audiuit à Saluatore, Si terrestria, inquit, dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Ista verba terrena dixit, quę ad exẽplum protulit: hoc est, si per rationem terrenam, inquit, exempli dati, spiritus, id est, venti, non creditis posse fieri, quia quomodo fiat, non videtur: quomodo fieri poterat, vt si darem cælestia exempla quæ vtique nescitis, crederetis? Potest enim homini suaderi quod nescit, per id quod scit, vt puta deus dicit de Christo, quòd filius eius sit verus, quod quomodo sit, comprehendi non potest. Per id autem quod scimus secundum carnem quomodo sint filij, credimus ideo eum dixisse, Christus filius meus est verus, vt de semetipso illum esse significaret. Hoc modo & Saluator rem quę nec verbis nec animo explicari potest, per id quod sensibile est & auribus auditur, voluit commendare: hoc est, per exemplum spiritus qui est ventus, quem & sensibilitas capit & auris audit, sed vnde veniat nescit, factum Spiritus sancti, quod capi non potest, voluit facere credibile. Sed & in Actibus Apostolorum eodem modo legitur: Et factus est: inquit, subitò de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus validi, & repleuit totam domum: & cætera. Ecce apertè exemplo venti Spiritum sanctum insinuat ita de cælo aduenisse, & sonuisse quemadmodum validus ventus super terrãm. Nam & Hieremias ventum spiritum vocat dicens: Ventus spirat in omni regione. Qui propterea quod in hoc mundo est, & per diuersa circumfertur loca, vnde veniat, vel quò eat, nescimus. Spiritus autem sanctus de cælo venit: sicut legimus, vt credentes illuminet. Quomodo ergo quibusdam videtur de Spiritu sancto Saluatorem dixisse, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, vel quò eat? cùm constet exempli causa locutum hoc Saluatorem. Denique subiecit: Sic est, inquit, omnis qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Quid tam apertum, quia spiritum ventum significauit? Sed ideo putant non ventum significatum, quia ait, Vbi vult spirat: quasi non omnis creatura, lege sibi posita, remissa sit arbitrio proprio. Et nos enim imus, & facimus quod volumus, agentes sub lege, quare & rationem

Iob.3.b.11.

Act.2.a.2.

Ioan.3.a.8.

rationem præstabimus. Aut possibile putatur, & nec stultum videtur, vt effectum volens sancti Spiritus insinuare, illum ipsum daret exemplum: igitur omni genere quæstionem solutam arbitror.

QVAEST. LX. *Mat.8.c.4. Mar.1.d.44. Luca 5.c.14.* SI lex & prophetæ vsque ad Ioannem, quomodo Saluator ad sacerdotes mittit offerri munera pro emundatione lepræ? Hoc quidem non fuit temporis, sed ad condemnationem factum est Iudæorum: vt cùm veritatis culmen meliorati temporis non intelligerent ad lucrum salutis suæ factum, inclinaret se veritas ad accusationem eorum. Cùm enim velut legis inimicum haberent Saluatorem, quia misericordiæ causa ab onere illos legis volebat liberare, sicut prædictum erat ab Hieremia propheta. ait enim inter cætera: Et dabo illis Testamentum nouum, non quale dedi patribus eorum: tunc Saluator, ne inimicus, sicut putabant, appareret, noua prædicans, eum qui mundatus fuerat à lepra, ad sacerdotes misit offerre munera pro emundatione sua, sicut præceperat Moyses: & vt ad accusationem eorum hoc proficere testaretur, In testimonium, inquit, illis: vt iudicio hæc res contra illos testis esset, qui Saluatorem inimicum legis dicebant. Hoc secutus est & apostolus Paulus: cum enim prædicaret iam non opportere circumcidi, ipse Timotheum circumcidit propter scandalum Iudæorum: maluit enim rem superfluam facere, quàm tumultum excitari à falsis fratribus: quod quidem errori profecit Iudæorum. Satis enim eis factum est ad horam, per quod in perpetuum errarent.

Heri.31.f.32.

Lmit.14.a.2

Act.16.a.3.

QVAEST. LXI. *Mat.12.a.1. 1.Reg.21.a.4.* QVID est vt Iudęis discipulos accusantibus, eo quòd sabbatum violarent, spicas manibus confricantes & comedentes, Saluator exemplum Dauid proferret, quia manducauit panes, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, per quod non videntur excusari, sed simul cum Dauid rei fieri: quippe cùm nec sabbatis fecerit hoc Dauid? Saluator hypocrisim Iudæorum multis vult exemplis arguere, maiora ostendens admissa in lege, & nullũ ausum fuisse accusare: vt non solum semel & iterum sabbatum in lege violatum monstraret, verumetiam sacerdotalem panem ipso sacerdote concedente præsumptum illicitè: & quod maius est, à sublimi authoritate legis suæ viris. Primus enim Iesus Naue diuino præcepto sabbatum non seruauit, quo facto, muri Iericho vltiò ceciderunt. Quantum profuit sabbatum non custodisse, sed fidem? Et Machabæi, cùm prius cæsi fuissent, sabbatis dimicauerunt, & de hostibus triumphauerunt: & sacerdotes vt Dominicis cærimoniis inseruirent, in templo sabbatum contemnebant. Dauid autem iam vnctus in regem, postquam Dei virtute interfectum armis expoliauit Allophylum, in itinere positus, necessitatem famis passus, à sacerdote panem accepit, quem non illi licebat manducare: sed excepta necessitate non licebat: licitum autem erat, si necessitas exegisset. Denique sacerdos videns necessitatem, non negauit, & Dauid à Deo electus, sine cunctatione accepit: talis causa est & sabbati. Quare & circumcidi in sabbato non prohibetur: hæc enim quæ periculosa non sunt, sic seruãda mãdata sunt, vt non obsint, si ex necessitate fuerint admissa: quia non ad salutem, sed ad reuerentiam mandata sunt. Illud autem quod omnino non licet: semper non licet: nec aliqua necessitate mitigatur, vt admissum non obsit: est enim semper illicitum, quod legibus quia criminosum est, prohibetur. Superiora autem illa, quæ diximus aliquando licere, talia sunt, qualia ieiunia legitima, quæ in necessitate soluta, non faciunt reos, si stomachi fuerit causa aut infirmitatis febrium. Hæc igitur scientes, dolosè Iudæi discipulos accusabant, quasi sabbatum violarent, sicut suprà dictum est. Saluator autem noluit illis de tempore impletæ legis prædicare, ne plus ad infaniã profilirent: sed de præterito, vnde sabbatum vindicandum magis putabant, calumniosos illos ostendit: & non solùm in sabbati causa, sed etiam in sacerdotali pane confusi sunt, sicut suprà ostensum est.

1.Reg.21.a.1.

1.Mach.2.d. 38.& 41.

QVAEST. LXII. *Mat.2.c.18.* QVID est vt occisis filiis Liæ, qui erant ex tribu Iuda, Rachel filios suos plangere dicatur? Quantum ad historiam pertinet, Rachel filij sunt tribus Beniamin. Porrò olim pro maleficiis propriis, operibus scilicet Sodomitarum, & stupro quod in concubinam viri Leuitæ gesserant, à reliquis tribubus extincti & erasi sunt. Quamobrem consolationem recipere velle negatur, sciens nullam spem eorum qui perisse noscuntur. Filij autem Liæ in primauis annis, in Saluatoris causa occisi sunt. Vnde eorum causæ planctum non vult ascribi, quia & innocentes occisi sunt, & propter Deum à quo sine dubio mercedis gratia æterna vita donati sunt. Quapropter planctum Rachel filiis dicit competere, qui & in præsenti & in futuro erasi sunt. Illi autem carnaliter plancti, spiritaliter consolati sunt. Filij autem Rachel carnaliter conuersati, flammis spiritalibus consumentur. Idcirco autem Liæ filiis occisis adimpletum planctum Rachelis Euangelista testatur, quia tunc plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt æternæ vitæ hæredes existerent. Cùm enim aliquid aduersum aduenit, ex felicitate alterius, infausta sua miserius luget.

Indic.19.a.1.

Mat.2.c.18

QVAEST. LXIII. *Mat.2.a.2.* QVA ratione Magi Chaldæi per stellæ apparentiam Christum regem Iudæorum natum intellexerunt, cùm stella indice temporalis rex soleat designari?

Hi magi Chaldæi non maleuolentia astrorum cursum, sed rerum curiositate speculabantur. Sicut enim datur intelligi, traditionem Balaam sequebantur. Qui cùm accersitus esset à Balach ad maledicendum populum Dei, diuino nutu benedicere cœpit. Ex huius ergo relatione compertum habebant, futurum Dei prouidentia ex Iacob qui regnaret. Hinc enim, quod non est occultũ, prophetauit dicens: Orietur stella ex Iacob, &c. Istam ergo traditionem Magi secuti, videntes stellam extra ordinem mundi, hanc esse intellexerunt quam Balaam futuram indicem regis Iudæorum prophetauerat. Quod quidem factum contra inimicos religionis est. Inde enim testimonium accepit vnde solet improbari. Astrologi enim inimici sunt veritatis.

Num. 23. c 19.

Num. 24.c. 17.

QVAEST. LXIIII. QVOMODO probatur post tres dies & noctes resurrexisse Saluatorem ex mortuis? In hac causa si numerum dierum ac noctium per ordinem requiris, effectum intelligentiæ non habebis: quia & Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, & tamen non integer numerus inuenitur. Quando enim per diem ascendit, & per diem descendit, omnem vtique numerum non impleuit: sed quia vbi dies est, computatur nox, & vbi nox est, computatur & dies, vt à parte ad totum quadraginta dies & quadraginta noctes dicantur. Ita est quod dixit Saluator: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Et quia tres noctes sunt, tres accipiantur & dies. Est enim nox ne nouum aut contra rationem fortè videatur, vt cùm nox ex die pendeat: nam ante lucem factam, ex qua appellatus est dies, quàm vesperum quod sequitur nox institutum, minimè dubitatur, quòd passio Dominica à nocte sumere assueuerat initiũ, non absurdum est. Nam sicut lux, id est, dies, imago vitæ est, ita nox similitudo mortis est, id est, tenebræ: sicut in scripturis euidenter ostenduntur filij lucis, & econtrà tenebrarum. Nec mirum si cùm vbique dies nocti, & lumen tenebris, hic solum quæ sunt sequentia anterioribus præponantur: vel quod in tali causa rerum ordo confunditur & mutatur, vt antè signauimus. Nam mortis nox magis, quàm dies esse videtur. Ideo etenim à nocte initium sumitur, quia non aliter principi tenebrarum nisi per noctem potuit subintrari, id est, non potuit vinci: Et vt aliquatenus Dominus lucis, id est, æternæ vitæ, principi tenebrarum siue mortis subiectus esset ad tempus: quatenus & præteritos & post futuros à morte liberaret. Nam non esset mors penitus euacuata, nec vmquam tenebrarum caligo discussa, si Dominum non vidisset subintrantem. Etenim tanta luce secretum mortis in quo dominabatur euanuit, nec penitùs vinci potest, nisi qui vel per sua vel in suis capitur. Rectè ergo in tali negotio tantummodo nox obtinet principatum, ita vt amitteret potestatem: & vt Iudæi non credentes in perpetua nocte remanerent, nec author dies tanti sceleris, imò sacrilegij, sed nox fieret, præcedenti nocti contra rerum seriem subditur dies, sicut Deus & Dominus omnium rerum principi nefarię mortis, vt omnes à mortis laqueis explicaret. Quod si cui adhuc fortè videtur esse contrarium, diligenter aduertat ne incipiat illud durius æstimare, quòd Deus se personãm induens serui, non dicam hominis, mortem deleuit. Quid ergo hic & ordinem quæris, vbi omnia videas esse contraria? Quæ est enim lux quę fuit in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt? Dominus lucis, qui & comprehensus est. Qui enim scit se ad hoc comprehendi vt feriatur, tempus illud in mortem computat. Est & dies sequens quo auditus & crucifixus est. Est & nox quæ* cœpit in sabbatum, est & ipsum sabbatum. Est etiam vesper post sabbatum, hoc est, quod Iudæis à Moyse præceptum est in figura, vt vespere intrarent in sabbatum, in quo Dominus resurrexit: qui complectitur diem Dominicum, quia nox non computatur sine die, neque dies sine nocte. Hac ratione post tres dies & post tres noctes Dominus resurrexit.

Exo.24.d.18.

Luca.11.d.30.

Ioan.1.a.5.

al.cadit.

Si vno ore & ratione Euangelistæ locuti sunt, quomodo factum est vt tribus dicentibus, id est, Matthæo, Luca & Ioanne, quia sexta hora crucifixus est Dominus, Marcus è diuerso tertia hora crucifixum dicat Saluatorem?

Obscuris vera inuolucre non est bonum. Nam tres Euangelistæ vnum sensum habuerunt, Marcus autem rem quę ab illis prætermissa fuerat, voluit intimare, sciens necessariam. Nec enim falli posset qui authorum exempla secutus, ea quæ scripsit magna deuotione & industria didicit, & nec sine sancto Spiritu fecit. Quid ergo ex hoc ostendere voluit, debet absolui. Contuendum itaque est, quia non à Pilato, sed à Iudæis Saluator crucifixus est. Quantum enim ad leges Romanas pertinuit, innocentem pronunciauit Saluatorem. Ait enim Pilatus Iudęis, Ego nullam inuenio causam in eo. Et dicentibus illis, Crucifige eum: respondit, Quid enim mali fecit? Denique persistens & volens educere eum de manibus eorum calumniam passus est, dicentibus eis, Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Sic factum est vt traderet eum iudicio illorum. Sententiam ergo non dedit Pilatus, sed Iudęi. Denique prœmoniti sunt, inquit, à principibus sacerdotum, vt dicerent crucifigatur. Hanc sententiam tertia hora datam vult intelligi in qua assiduis vocibus perdurantes cum interuallo horarum ferè trium, quibus item & reditum est ab Herode, crucifixerunt Saluatorem. Omnis enim qui addicitur morti, ex eo iam mortuus computatur quo sententiam excepit. Manifestauit igitur Marcus, quia non in iudicis sententia Saluator crucifixus est. Difficile est enim innocentem probare eum qui sententia iudicis punitur. Discordare ergo se passus est in verbo, vt doceret tertia hora cœptum esse, quod sexta hora impletum est: non legibus, sed persistente maleuolentia Iudęorum.

Luca 23.f 44

Ioan.19.c.14

Mar.15.b.25.

Ioan.19.a. 4.

QVOMODO Marcus euangelista dęmonia cognouisse ait & professa esse Iesum, ecõtra autem Apostolus, principes & potestates huius seculi neget cognouisse diuinitatem

QVAEST. LXIV.

QVAEST. LXVI.

Mar.1.d.34. Domini Iesu. Dicit enim inter cætera Marcus, Sciebāt eum ipsum
1.Cor.2.b.8. esse. Apostolus verò, Quem nemo, inquit, principum huius seculi
A cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum maiestatis
crucifixissent. Si dæmonia sciebant, quomodo principes ignorabāt?
Act.3.c.17. Quibusdam videtur principes huius seculi maiores Iudæorum
significasse, quasi iuxta illud quod Petrus apostolus dicit: Scitis e-
nim, inquit, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sic-
ut & principes vestri. Ergo Iudæorum erant principes, non tamē
huius seculi principes erāt. Vnde ait, vestri: non seculi: quippe cùm
dixerint regem se habere Cæsarem, sub cuius fuerant redacti po-
testate. Sunt autē isti hi principes quos alio loco significauit Apo-
Eph.6.b.12. stolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & san-
guinem, sed aduersus principes & potestates huius mundi, adue-
rsus tenebrarum harum rectores. Rectè ergo quæritur: Si enim isti
non cognouerūt Iesum, quomodo poterat fieri vt dæmonia agno-
scerent eum. Sed aliud est quod cognouisse in Christo dæmones
dicit, & aliud quod huius seculi principes negat cognouisse. Nam
dæmonia sciebant ipsum quidē esse, sed qui per legem fuerat pro-
missus: omnia enim signa videbant in eo quæ dixerant futura esse
prophetæ, vt quòd ex semine Dauid de virgine venturus esset re-
demptor Israel: mysterium autem diuinitatis eius ignorabant, sic-
Mar. 4.a.3. ut & principes eorum. Denique quærit, quamuis captiosè, diabo-
lus à Saluatore dicens: Si tu es filius Dei, &c. Videns enim aliquan-
do diuinam virtutem, aliquando hominis infirmitatem, ambigens
B quid verum esset, torquebatur. Concordant ergo scripturæ secun-
dum ea quæ releuata sunt. Impossibile est enim discordare vnius
QVAEST. LXVII. spiritus viros. QVID est quod in cruce positus
Luce 23.c.34 Saluator ait: Pater, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt: si e-
Gen.20.a.4. nim nesciunt quid est quod ignoscitur, maximè cùm dicat rex A-
bimelech ad Deum: Numquid gentem ignorantem perdes?

Non omnis ignorans immunis à pœna est: ille autem ignorans
potest excusari à pœna, qui à quo disceret non inuenit. Istis autem
hoc ignosci petit, qui habentes à quo discerent, operam non de-
derunt. Huiusmodi non licet ignorare. Accipient ergo veniam, si
QVAEST. LXVIII. conuertantur. CVM vtique orandum pro inimicis
Mat.5.g.45. Dominus docuerit, quid est quod in Apocalypsi contra hos ani-
Apoc.6.c.10. mæ occisorum vlcisci se petunt, à Deo postulantes vindictam?
Gen.4.b.10. Sic enim animæ occisorum clamant vindicari se postulantes, si-
cut sanguis Abel clamauit de terra. Causæ ergo sunt quę clamare
dicuntur, cùm loqui non possint. Sanguis enim effusus quid aliud
quàm iudicari se postulat, clamans non voce, sed ratione? Nam &
opus opificem laudare dicitur per hoc ipsum quod videntē se ob-
lectat. Non enim tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant iam fieri
quod sciunt tempore præfinito futurum, quod nec anticipari po-
C test, nec differri. Sed hoc dicto ostendere voluit, vindicaturum
Deum sanguinem sanctorum suorum: ne quia tam patiens nunc
videtur, inultum putaretur impium bellum quod contra sanctos
geritur: vt & terrorem incutiat persequentibus Dei seruos, & ex-
hortaretur pro se patientes. Releuatur enim anima patientis quā-
do vindicari se audit à potente. Præ se enim spem fert si mortem
suam audiat iudici displicere: tunc enim pro certo habet innocen-
tem se esse. Et Deus quidem misericors & patiens est, sed modera-
tè. Expectat enim vt impij credant, & peccatores se emendent: si
quo minus, plectantur, quia Dei longam patientiam contempse-
runt. Cuius rei exemplum etiam tempore misericordiæ prædicare
ostendit, ne non patiens, sed insensibilis, & quem neque dolor
alicuius, neque pietas commoueret, videretur. Hinc est vnde ait
Esa.42.c.14. per Prophetam, Tacui, numquid semper taceo? Et Dominus, Nū-
Luce 18.b.7. quid non faciet Dominus vindictam seruorum suorum clamantium
ad se die ac nocte? Sic vtique clamant, sicut suprà diximus: Si
quis ergo Christianus ad tempus vindicet, non acerbè, neque cum
sanguine, non peccat: mēlius tamen fecerit, si dimiserit iudici Deo.

QVAEST. LXIX. Si iam prædicante Ioanne, aut Saluatore, lex cessauit, quomo-
Mat.5.c.17. do Saluator ait, Non veni soluere legem aut prophetas, sed adim-
plere: Si enim prophetia est, quomodo non soluta est quæ agendi
amisit authoritatem? Omnia quæ de Christo dicta sunt, adim-
D pleta sunt: & ipse Dominus sic adimpleuit legem & prophetas,
cùm omnia quæcunque de se scripta sunt, fecit, nec dissoluit ali-
quid, sed confirmauit. Lex enim & prophetæ vsque ad ipsum. Pro-
phetę enim de ipso locuti sunt, ideo vltra illum quæ ab his de hoc,
id est, de Christo dicta sunt, tendi non possunt, neque post ipsum
Mat.3.c.10. aliquid huiusmodi prophetæ reperire potuerunt: quia neque ha-
bent de quo dicant, & de quo dicebatur iam venit. Omnia etenim
suis voluminibus complexi sunt, & incarnationem & conuersa-
tionem, & passionem, & resurrectionem, & diuinitatis manifesta-
tionem, & futurum eius iudicium reuelauerunt, ac per hoc cessa-
uerunt prophetę in pleto opere dispensationis. Lex autem duplici
modo cessauit. Nec quidem tota: nam & id quod cessauit po-
terit permanere, si seruetur conditio. Aliud enim cessauit in sen-
tentia, aliud in ipsa lege. Prædicante Ioanne baptismum pœnitē-
tiæ in remissionem peccatorum, cessauit sententia legis quæ reos
tenebat peccatores: cessauerunt etiam onera legis, quæ ad duritiā
cordis Iudaici fuerant data in escis, neomeniis, sabbatis, & cęteris.
Misericordia enim adueniente, cessauit vindicta. Sed onera legis
in perpetuum cessauerunt. Sententia verò his cessāt & aboletur,
qui permanere in beneficio consecuto. His autē qui redeūt ad ho-
minē veterē, refricatur legis authoritas, quia immemores benefi-
ciorum redeunt sub sententiam legis. Circumcisio verò & sabba-
A tum vsque ad illud tempus valuit quo nouæ legis prædicaretur
mandatum: sic enim data sunt, vt adueniente lege fidei, cessarent.
Vnde dicit Apostolus, Finis legis Christus. Nam & Daniel hoc sig-
nificat, cùm & de aduentu Domini & temporibus hebdomadum
Rom.10.c. Dan.9.f.24. prophetat, quia & chrisma & iudicium & sacrificium & ipsa ci-
uitas cessatura erant. Spiritali enim adueniente lege, necesse erat
cessare carnalia. Tunc enim ex parte corporis seruiebatur Deo,
nunc ex parte animæ. Pridem visibiliter scilicet tunc, modò inuisi-
biliter: tunc in carne, nunc in animo: quia Deo vtique qui spiritus
Ioan.4.d.24 est, in spiritu seruiendum est. Non ergo solutā lex est, quia cessauit,
sed successum illi est impleto tempore. Nec enim administratio e-
ius accusatur in iudicium, si peccatoribus indulgentia datur, cùm
hinc magis rectè data & iustè probetur, quia quibus donābatur,
peccatores fuisse non negantur, quia iustis, inquit, lex non est posi-
1.Tim.1.b.9. ta. Non ergo quia misericordia præferenda est, contemnenda pu-
tetur iustitia: cuius reuerentia si non esset, ipsa misericordia fructū
non haberet. Nisi autem hanc seruauerint post acceptam miseri-
Exod.20.a.5 cordiam, nihil illis proderit indulgentia. Nam dixit lex, Non facies
tibi idolum, neque adoraueris quæ in cælo sursum sunt, & quæ in
terra deorsum: & non peierabis: & honora patrem & matrem: &
non occides, neque fornicaberis, neque furtum facies: non dices
falsum testimonium, neque concupisces quicquam proximi tui.
B Numquid hæc cessasse dicenda sunt? Absit. Sine his enim quis
poterit vel in hac vita idoneus iudicari? Ac per hoc cætera cessaue-
runt quæ suprà diximus, neomeniæ, sabbata, lex escarum, sacrifi-
cia, circumcisio, &c. Hinc est vnde dicit Apostolus inter alia,
Rom.13.a.3. Principes non sunt timori operi bono, sed malo. Vis autem non
timere potestatem, fac bonum, & habebis laudem ex illa. Hæc ser-
uata bonos faciunt, non tamen perfectos. Vnde Saluator, Nisi ab-
Mat.5.c.20. undauerit, inquit, iustitia vestra plus quàm scribarum & Phariseo-
rum, non intrabitis in regnum cælorum. Addens enim istis po-
Ibid.b.15. tiora Saluator, non soluit vtique legem, sed adimpleuit. Sensus
Lcont. 14.d. enim legis ad salutem hominis pertinet, vt puta, oculum pro o-
20. culo, dentem pro dente: vt timens ne pateretur quod aliis facere
prohibitus est, cohiberet se à nequitia. Saluator autem superiorem
in hunc sensum addens iustitiam: Ego autem, inquit, dico vobis,
Mat.5.f.39. Non resistere malo, sed si quis te percusserit in dextram maxillam
Luce 6.d.29 tuam, præbe illi & sinistram: vt dum vicem non reddit malo, per-
fectus sit. Reddere enim vicem iustitia est, sed non plena: si verò
dissimulet ab iniuria, plena iustitia est & abundans. Retribuere e-
nim gaudet ad tempus, remittere autem in futurum præstat læti-
tiam. Sic enim adimpleuit legem Saluator, dum quos illam iusti-
tiam docuit, hic iustiores effecit, quia illa non potuit. Quamobrem
gaudium legis est, quia discipuli eius peritiores effecti sunt. De-
struisset planè legem, si impunè peccare docuisset. Porrò autem
suspendit sententiam, vt hic qui malè facit, habeat spatium pœni-
tendi: si quo minus, redit in illum sententia cumulata, quia non
cognouit ad hoc se remissum vt emendaret se.

QVAEST. LXX. CVM Dominus certè inimicos nos diabolo fieri præceperit,
Mat.5.d.25. quid ergo est vt in Euangelio dicat, Esto consentiens aduersario
tuo citò? Quis est hominis aduersarius, nisi diabolus? Nulli du-
bium est diabolum esse hominis inimicum, maximè fidelis, vehe-
mentiora enim tela sua contra Dei seruos exacuit. Sicut ergo iste
bonorum inimicus est, ita & lex malis aduersa est. Quis enim con-
temnenti se non aduersetur? Dominus ergo peccatorem alloqui-
tur, vt consentiat mandatis quę illum inobedientem condemnāt,
vt subiiciat se voluntati eorum, & fiat ex inimico amicus: quia &
contemptor legis inimicus est eius, voluntati enim eius resistit:
Ideòque hortatur Dominus peccatorem, vt bene agendo recon-
ciliet sibi legem, ne in die iudicij accuset eum apud iudicem, &
condemnatus pœnas det spretæ legis: Omni etenim, inquit, qui
malè vult agere, disciplina Dominica inimica videtur: cui nisi cōſ-
enserit, mittetur in gehennam, diabolo, qui verè inimicus humani
generis est, præparatam.

QVAEST. LXXI. QVID est quòd Iacob appellatus est homo videns Deum, &
Gen.32.g.30. Moyses vidit Deum facie ad faciem: nec non & Esaias, Vidi, ait,
Exod.33.a.11 Deum sabaoth oculis meis: Contrà autem Ioannes euangelista,
Esa.6.a.1. Deum, inquit, nemo vidit vnquam? Hoc quantum videtur
1.Ioā.4.c.12. contrarium est, quantum ad fidem verò pertinet, Deum omnino
nemo vidit vnquam, neque patrem, neque filium. Quod enim vi-
sus dicitur, ad intelligentiam refertur, visus est enim velut in ima-
gine. Veluti nos cùm imperatores nesciamus, videmus eos in figu-
ra, non in veritate: ita & Deus visus est, vt intelligeretur Deus
esse qui apparebat per rationem, non per substantiam, quia in na-
tura sua Deus videri non potest. Et vt verius propositæ quæstio-
nis secreta pandamus, sensum Euangelistæ explicare nitamur.
Ioannes enim occultum aliquid prodere voluit, quod sciuit ad
salutem doctrinam pertinere: idcirco, Deum, inquit, nemo vi-
dit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarra-
Ibidem. uit. Animaduertamus sensum Euangelistæ: vt enim verum esse,
quia nemo vidit Deum vnquam, ostenderet, filium hoc enarrāſ-
se docet: quem falli vtique impossibile est, quia in sinu patris
est. Sinus autem patris quid est, nisi affectus in charitate veri pa-
tris per naturæ vnitatem in filium? Quamobrem nemo vidit
Deum, nisi vnicus filius: hoc Ioannes apostolus filium Dei au-
diuit dicentem inter alia, Non quia patrem vidit quisquam, nisi
qui

qui est à Deo, hic vidit patrem. Vt ergo ad condemnationem pro-
ficeret Iudæorum, qui Christum Dei filium audire nolebant vel
credere, ostendit Euangelista hunc esse Christum qui patribus
apparuisset in Deum: illum autem qui pater est, numquam vide-
rit nisi à filio. Quando enim Deum patrem negat visum, & Deum
apparuisse patribus profitetur, manifestare se vult Dei filius, quia
ipse semper in Deum visus à patribus est. Vnde inter cætera dicit
Ioan.5.f.37. Iudæis de patre, Neque vocē eius audistis aliquādo, neque figurā
eius vidistis. Ecce nō est contrariū, & visum, & inuisum esse Deum.

QVAEST. LXXII. QVANDO legitur in Apocalypsi Ioannis, Vade, inquit, & ac-
Apoc.10.c.8. cipe librum de manu angeli, & deuora illum, & amaricabit ven-
trem tuum, sed in ore tuo erit dulcis sicut mel: quis iste liber est
qui amarum facit ventrem cùm sit dulcis? Omnia diuina vo-
lumina amara sunt, sed perfidis atque carnalibus. Idololatris enim
insuaue est cum audiunt vnum Deum prædicari in Christo: &
Photinus simul pertimescit horrore correptus: erubescit etiam Sa-
bellius audiens patrem esse qui filius dici non possit, quia ab ipso
sunt omnia: filium autem idcirco filium appellari, quia non vti-
que pater ipse est, sed de patre, neq; quo, sed per quem sunt omni-
a. Confutatur & Arrius cum legit Christum verum esse filium
Ioan.1.b.14. Dei: sine dubio enim verus dici non posset, nisi propriè esset de
eo. Conuincitur & Marcion, addiscens quia verbum caro fa-
ctum est, qui putat Christo carnem negandam. Arguitur etiam
B improbus Manichæus, videns scriptum ab Euangelista, quia Sa-
Ioan 2. a.1. luator non solùm præsentia sui nuptiarum vota decorauit, verùm
etiam poculis honestauit, qui nuptiarum aditus intercludit &
promiscuè conuenire hortatur. Hæc continentur in libro quem
accepit Apostolus deuorandum. Hic liber Euangelium secundū Ioan-
nem intitulatur, quòd non solùm malè sentientibus amarum est,
verumetiam indisciplinatis, qui nolunt corripi vt in peius profici-
ant. Ista reuelatio eo tempore facta est quo apostolus Ioannes in
insula erat Pathmo, relegatus à Domitiano imperatore fidei cau-
sa. Tunc fuit in spiritu vt posset videre cælestia, & dum hæc ei
ostenduntur quæ futura sunt causa impietatis & stupri & cęte-
rorum, datus est illi liber qui dulcis quidē erat in ore, sed amarum
faceret ventrem: vt ex iis qui videntur vnius corpus esse hominis,
istis dulcis esset qui propter quod integræ professionis sunt in ore
significati sunt: hoc enim dulce in ore est, quod vnum est: illis au-
tem qui hæretica prauitate carnaliter viuunt vel sentiunt, propter
quod in ventre significati sunt, amarus. Accusabit enim eos in die
Ezech.3.d.2. iudicij dei. Post reuelationem ergo Euangelium iussus est scri-
bere, propter hæc quæ suprà diximus. Et Ezechieli prophetæ si-
militer dictum est, vt acciperet librum qui esset dulcis in ore eius,
quando perfidiam populi missus est increpare.

QVAEST. LXXIII. QVID est quod Simeon dicit ad Mariam matrem Domini in-
Luce 2.c.34. ter cætera, Hic positus est in ruinam & in resurrectionem multo-
rum in Israël, & tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius,
vt reuelentur multorum cordium cogitationes? Simeon vir
sanctus, & diuinis oraculis commendatus per Spiritum sanctum
locutus est quid futurum esset hominibus ex causa Christi, vt ruī-
na his esset, qui cùm sibi viderentur stare per obseruantiam & pe-
ritiam legis, diffidentia tamen operum Christi caderent, desolati à
promissione patrum. Illis autem qui nullius propè dignitatis es-
sent in lege, credentibus verò in Christum, resurrectio in Israël: vt
digni Deo fierent qui prius indigni & inutiles erant, & reproba-
rentur qui aliquid esse putabantur. Hoc est quod alio loco dicit
Ioan.9.d.39. Dominus, In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vi-
dent, videant, & qui vident, cæci fiant. Denique non legis docto-
Mat.11.d.35. res, non Pharisęi, non Scribæ secuti sunt Christum, sed piscatores
homines imperiti & rusticani. Hinc est vnde dicit Iesus,
Pater gratias ago tibi, quia abscondisti hæc à sapientibus & pru-
dentibus, & reuelasti ea paruulis. Quod autem adiecit, dicens: Et
Luc.2.e.35. tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur multorum
cordium cogitationes: hoc vtique significauit, quia etiam Maria,
per quam gestum est mysterium incarnationis Saluatoris, in mor-
te Domini dubitaret, ita tamen vt resurrectione, honore & virtu-
D te firmaretur: omnes stupore quodam in morte Domini dubita-
rent, non tamen in dubitatione manerent. Sic enim animam per-
transit gladius, si dubitatio non permaneat in cogitatione, sed pel-
latur superueniente reformante se pristina virtute. Quis enim
non ambigeret videns eum qui se filium Dei dicebat sic humilia-
tum, vt vsque ad mortem descenderet? Et quia, vt dixi, omnis am-
biguitas in resurrectione Domini recessura erat, pertransire dixit
gladium, non supercadere, aut contingere transeuntem membrum
aliquod. Vt sicut gladius missus pertransiens iuxta hominem, ti-
morem facit, & tamen non percutit: ita & dubitatio mœstitiam
faceret, non tamen occideret: quia non sedit in anima, sed per-
transiit, quasi per vimbram contingens corda discipulorum. Deni-
que Cleophas & alius discipulus Emaus euntes in via tristes, di-
Luc.24.e.27. xerunt inter cætera ipsi Domino, nescientes quia Dominus est:
Nos putabamus, quia ipse erat qui incipiebat liberare Israël. Du-
bitauerunt, sed statim agnito Domino, transiuit dubitatio. Sicut
dictum est & de Ioseph, quia ferrum pertransiuit animam eius. In
carcere enim innocens diti positus, de Dei iudicio circa se quod du-
bitauerit, non est mirum: sed quia plus de Deo sperabat, non per-
transiit in ambiguitate. In eo enim quis iudicatur, in quo propen-
Apoc.21.c.8. sior est. Apocalypsis Ioannis hoc fancit. Dicit enim, Dubiis & in-
fidelibus pars erit in stagno ignis & sulfuris. Ideo quia non per-
A manet in dubitatione, eripitur à morte: hoc est mortem euadere,
quia dubitare de Deo, vel de Christo, mors est. Ac per hoc qui de-
QVAEST. LXXIIII. finit dubitare, euadit mortem. QVID sibi vult vt Esaias
Esa.53.c.9. propheta dicat de Christo, Qui peccatum non fecit, contrà autem
2.Cor.5.d. Apostolus, Eum qui peccatum, inquit, nesciebat, pro nobis pecca-
21. tum fecit? Quantum ad sensum pertinet, quæstiones diuersæ
sunt, sed verba similia, ex parte quidem similia, ex parte verò dis-
crepantia: fecit enim, & non fecit, contrarium est: nesciebat &
non fecit, simile est. Propheta ergo ex persona Christi locutus est,
quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Apo-
stolus verò loquitur de persona Dei patris, qui eum, id est, Christū
qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fecit. Quod duplici
modo intelligendum est. Primum enim fecit illum peccatum, dum
incarnari illum voluit, vt quem fors non tangebat, de peccatrice
carne corpus acciperet, per quod dicitur factus peccatum. Deinde
dum offert eum pro peccatis, fecit illum peccatum. Hostia enim in
lege pro peccatis oblata, peccatum nūcupabatur. Non ergo Chri-
stus peccatum fecit, sicut dicit Propheta, sed à patre ipse peccatum
factus est, sicut ostensum est. Offerre autem Christum pro nobis
quid est, nisi dare potestatem volenti eum occidere? Quod idcirco
concessum est, quia profuturum erat, vt esset causa descendendi ad
B inferos, vt spoliaret tartarum animabus. Superabundans enim &
inauditum peccatum est, occidisse eum qui non solùm nullo gene-
re peccauerat, sed & multis vitam donauerat. Hoc peccato reus fa-
ctus diabolus, contradicendi audaciam perdidit. Nam simile aliud Gal.3.b.13.
ad Galatas in epistola legitur: inter cetera enim, Factus, inquit,
pro nobis maledictum. A quo factus, nisi à patre? Iudicio enim
Dei crux Christi maledictum est Iudæorum, peccatum enim illo-
rum exclamat mors Saluatoris. Crucifigi ergo se permisit, vt pas-
sio eius proficeret nobis, vt hinc cum signo eius exeuntes, à secun-
da morte minimè teneremur. Metuit enim mors etiam seruos eius
QVAEST. LXXV. à quo victa est. CVR Saluator pro se tantùm & Mat.17.d.
Petro didrachma soluit, non etiam pro cęteris Apostolis: quippe 24.
cùm omnes eum relictis facultatibus omnibus subsecuti sint, pro
omnibus soluere debuisse videtur? Didrachma capitum vel
tributi exactio intelligitur, non prædiorum, quod nunc pannosum
aurum appellatur, quia & pauperes exiguntur: nec enim Saluator
aliquid possidebat in mundo, cùm sit dominus mundi. Mortuus
enim alienis impendiis sepelitur, & nos à quibus mundus extra-
neus est, facultates augere cupimus, vt morientes mundum à no-
bis inuasum, non tantum voce, sed & literis contestemur, vt pro-
Luc.14.c.26 fessione nostra ab eo cuius mundus est, condemnemur. Hinc Do-
minus, Qui non, inquit, reliquerit omnia, & secutus me fuerit, non
C potest meus esse discipulus. Quicunque ergo sic habet facultates
suas, vt spem in illis non habeat, paratus autem sit pro fide illas abi-
icere, viam ambulat qua itur ad Christum Dominum nostrum.
Didrachma ergo ab his exigenda erat qui aliquid negotij gerebāt,
aut artibus operam dabant. Saluatori autem, quia nihil horum cu-
rabat, neque discipulis eius, exigenda vtique non erat: sed quia ini-
micus diabolus semper in insidiis erat, occasionem quærens si pos-
set inclinare Saluatorem, exactorum didrachmæ animos occupa-
uit, vt eius facerent voluntatem: vt accedentes ad Petrum qui pri-
mus inter Apostolos erat, soluti debere ab eorum magistro diceret
didrachmam, qui ab eis oneribus liberi erant. Nihil enim agebant
in mundo quod esset mundi: vt quia non erat vnde solueret, aut
his scandalo esset, aut certè humilitate suffragij quæreret à quo
solueretur. Tūc Dominus vt improuidum diabolum aduersus se-
metipsum semper machinari ostenderet, ad mare ire Petrum apo-
stolum iubet, & capti piscis os aperire, & illic inuenire numum ex-
actioni debitum: quo soluto, non solum scandalum non esset ex-
actoribus neque * inclinaretur requisito auxilio ad soluendū, verū al.humilia-
etiam signum virtutis maximæ demonstraret, per quod captos à tetur.
diabolo ad se traheret, vt argumento & astutia sua diabolus tor-
queretur. Dicunt ergo exactores didrachmæ ad Petrum apostolū, Mat.17.c.
D Magister vester non soluit didrachma, &c. Quo dicto, magistrum 26.
vt pro omnibus discipulis solueret, conuenerunt. Saluator autem
cùm pro se & Petro dari iubet, pro omnibus exoluisse videtur:
quia sicut in saluatore erāt omnes causæ magisterij: ita & post Sal-
uatorem in Petro omnes cōtinentur. Ipsum enim cōstituit esse ca-
put eorum, vt pastor esset gregis Dominici. Nam inter cętera dicit Mat.16.d.
discipulis, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Et Petro 41.
dicit, Ecce satanas expostulauit, vt vos ventilet sicut triticum: ego Luce 22.d.
autem, rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando con- 31.
uersus cōfirma fratres tuos. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat, &
pro Iacobo & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceā? Manifestum
est in Petro omnes contineri: rogans enim pro Petro, pro omni-
bus rogasse dignoscitur. Semper enim in præposito populus cu-
Ioan.17.b.9. corripitur, aut laudatur. Quia & alio loco dicit, Ego pro his rogo
d.24. quos mihi dedisti pater, & volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum.

QVAEST. LXXVI. QVID est quòd Ioannes in Euangelio, Lex, ait, per Moy-
Ioan.1.b.17. sen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est: ergo
gratia & veritas antè non fuit. Quomodo ergo lex à Deo data di-
citur, in qua veritas non fuit? Non sic passim præteundum
est, sed considerandum est quid sit, Lex per Moysen data est. Per
Moysen enim lex data manifesta habet præcepta, sed scripsit &
historiam, quæ & ipsa lex appellatur. Et videamus quid in

al. non erit verũ? forè quod dicit. Exod.20.c.15. Gen.1.c.26. Exod.3.a.2. Exod.17.b.6 1. Cor.10.a.4.

præceptis eius, * non erit fortè verum quod dicit, Non occides, nó fornicaberis, non furtum facies. Talia sunt & cętera, nam historia eius, quia ante aduentum Christi veritas non erat, hoc manifestum est. Etenim quæ sub velamine erant quid significarent, incertum erat. Cùm autem per Christum manifestaretur, cuius persona sit quæ dicit in Genesi, Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram, & quis est qui fecit, & quis fuerit qui in rubo à Patriarchis visus fuit, & quis in petra operatus sit, qui dedit aquas in deserto, quia petra, inquit, erat Christus: sic fuit veritas per Christum, quando ea quę latebant, aut in dubium veniebant, quid significarent à Christo ostensum est. Nam inter cętera Dominus ait, De me scripsit Moyses. Hoc prius latuit: error enim erat. Putabatur enim Deus pater, qui erat filius: & qui æstimabatur angelus, cognitus est esse Dei filius: & promissio facta fuerat Abrahę, quæ quamdiu non reddebatur, in ambiguo erat, cùm autem veniente Christo reddita est, facta est veritas: quando & quod promissum est redditum est, & cœpit sciri quod erat promissum. Promittentis enim fides tunc vera probatur, cùm exoluit promissum.

Ioan.5.g.45.

QVAEST. LXXVII. Mar.7.b.17.

QVID est quod inter cętera dicit Marcus euangelista de Christo, Intrans in domum voluit neminem scire, & non potuit latere: si ergo voluit & non potuit, infirmata voluntas eius videtur?

Impossibile prorsus est vt Saluatoris voluntas non impleatur, nec potest velle quod scit fieri non debere: idcirco quòd factum est, hoc voluisse dicendus est. Nam voluntas eius numquam extra naturam eius est. Sicut ergo natura eius in reprehensionem nó cadit, ita nec voluntas. Nam quod proponitur, factum legitur in finibus Tyri: tunc intrauit in domum, & neminem voluit scire. Nunc requiritur quomodo vel quare neminem voluit scire. Animaduertendum est enim, quia istud in finibus gestum est gentilũ, quibus adhuc tempus prædicandi non erat. Denique mittens discipulos suos præcepit, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues quæ perierunt domus Israël. Idcirco noluit se prodi, quòd esset in domo, requiri autem se non noluit, sed libenter accepit. Quamuis enim tempus non esset prædicandi gentilibus, vltrò tamen venientes ad fidem non suscipere, inuidię erat. Sic factum est, vt dum Saluator à discipulis proditus non esset, ab aliis tamen qui eum ingredientem domum viderant, proditus fit: & cœpit sciri quòd esset in domo, vt intrarent ad illum qui vellent consequi beneficia. A suis ergo noluit prædicari, quòd esset in domo. Requiri enim se voluit, & ita factũ est. Non enim latuit ab aliis demonstratus quòd esset in domo. Denique mulier Chananæa audiens de illo, intrauit ad eum, deprecans vt expelleret dæmonium à filia eius: quæ nisi prius subiecisset se Deo Iudæorum, beneficium consecuta non esset. Implera ergo voluntas Saluatoris est secundum quæ explanauimus: ea enim quæ compendio breuitatis studens Euangelista complexus est, discutientes inuenimus quod latebat.

B

Mat.10.a.5.

Mat.15.c.22.

C

QVAEST. LXXVIII. Ioan.7.b.8. & 14.

CVM legatur in Euangelio Ioannis, quòd cùm negasset se Saluator ascendere ad diem festum, ascendit, hoc incontinantis esse videtur. Semper breuiata propositione sensum occultas. Nam hoc quod in quæstionem vocas tunc factum est, quando in Galilęa positus propter tumultum Iudęorum, fratribus suis adhuc non credentibus sibi, compellebatur ascendere in Iudæam, quia futurus erat dies festus Iudæorum, vt seditionem pateretur. Ipse autem respondit eis, dicens: Vos ascendite ad diem festum istũ, quia mundus vos non odit, me autem odit quia arguo opera eius. Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia tempus meum nondum impletum est. Tunc fratres eius ascenderunt ad diem festum, ipse vero mansit in Galilęa. Pòst autem & ipse ascendit ad diem festum. Quid videtur contrarium, quando non tunc ascendit quando negauit, sed ascendit postea? Et ascendit non quasi ad diem festũ, sed quasi ad litem. Illi enim omnes lęti ascenderunt, quasi ad perfruẽdas delicias diei festi. Certum est ergo, quia non ascendit ad diem festum Saluator. Is autem ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Denique dicit, Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus in eo. Hic dies festus eius est, in quo vicit mortem. Si proprio arbitrio viuimus, quare Saluator dixit, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et consentiens his Apostolus, neque volentis, inquit, neque currentis, sed miserentis Dei est: & cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quomodo voluntatis arbitrium liberum est, quando alterius nutu aut ad bonum ducitur, aut ad malum? Aliter causa se habet quàm proposita est. Non enim hic quæstionis huius sensus est quem obrẽdis. Nã nullo genere ex his liberi arbitrij poterit causa turbari, quia si penitus sensum dictorum aduertas, scies hinc magis arbitrij liberi firmari sententiam. Hæc enim contra maleuolos Iudęos prolata sunt. Cùm enim dolo simulationis ortæ ex inuidia, Ioseph patrem proprium & filios eius fratres asserirent Saluatoris, ne Dei esse filius crederetur, tunc Saluator ait, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Quomodo autem pater attrahebat ad filium, nisi per opera quæ faciebat per illum? Sic enim dicit, Pater manens in me, ipse operatur: vt opera hæc attraherent ad fidem Christi. Virtutes enim quas faciebat Saluator, ipse suadebat Deum esse patrem Christi: vt qui alium patrem habere illum diceret, nó attraheretur à Deo ad Christum. Ideo ergo Deus opẽratur per Christum, vt verbis eius fides commendaretur, quibus dicebat se filium Dei. Hæc est attractio nostra, non violentia, sed testimonium Dei in Christo, cui qui credidit, attractus dicitur ab eo ad Christum. Nemo enim Saluatori credit, nisi qui patrem illius proprium dicit Deum. Nam Apostolus non vt arbitriũ pulsaret hæc fatus est, quæ in quæstionem redegisti: sed vt iudicũ Dei retractari prohiberet, hæc dicit iustum prædicans Deum, scit enim cuius debeat misereri. Cordis enim inspector prouidet postulantis mentẽ an mereatur accipere. Denique dicit per Prophetã Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorũ lõgè est à me. Nam simulatoris animum iustum est vt obduret. Qui enim non per errorem, verum vocat falsum, sed per maleuolentiam: ait intelligẽs bonum, finxit se nescire quod bonum est, vt conuertat illud in malum: hoc vtique debet illi præstari vt verè non intelligat bonum, ne saluetur, quod non vult. Nec enim iustum est, vt inuitus saluetur, qui non per ignorantiam salutem spernit, sed per malitiam vel inuidiam. His igitur confirmatur magis liberum arbitrium quàm destruitur, vt vnicuique pro voto suo respondeatur.

QVAEST. LXXIX. Ioan.13.d.31.

QVAEST. LXXIX. Ioan.6.e.44. Rom.9.d.16.

D

CVM certè aut filius Dei quisque sit aut diaboli: semper ergo filius est, sed aliquando Dei, aliquando verò diaboli: quid ergo nascitur requirendum est? Dominus cùm filij Israël sæpe delinquerent educti de Ægypto, iratus sententiam dedit, dicens, nullum illorum intraturum in terram promissionis excepto Caleph & Iosue filio Naue, qui prius Auses dicebatur. Eos autem qui nati fuerant in deserto, ipsos dixit intraturos, eo quòd nescirent bonũ aut malum. Nescire autem bonum aut malum, simplicitas quædam est naturalis, quę neque ad bonum neque ad malum erudita est. Hæc est ignorantia sine malitia, sine sensu enim nascimur: sed natura nostra hoc bonum habet, quòd capax est edisere veritatem: filius autem diaboli est qui natus malis rebus imbuitur, vt his fudeat quæ inimica sunt creatori, multos asserens deos, & his immolandum quasi mundi rectoribus. Hic si resipiscat, & iuxta naturam suam sentiat, ad creatorem se conferens, filius Dei erit: ac per hoc neque filij Dei sunt qui nascuntur, neque filij diaboli. Quid enim dicit Saluator Iudæis, Vos de patre diabolo estis, & concupiscẽtias patris vestri vultis facere. Vides ergo operibus & professione filios creari diaboli: hos autem esse filios Dei, qui considentes proprium esse Deum patrem Christi, rectè versantur. Sic enim Deus instituit genus nostrum, vt sine sensu nascamur, possibilitatem tamen habeamus discendi, siue bona siue mala: vt ipsi nobis aut mala acquiramus, aut bona: vt lætemur in nobis cùm rectè agentes remuneramur, aut ipsi nobis imputemus si prauæ sequẽtes condemnemur.

Ioan.8.f.44.

QVAEST. LXXXI. Gal.2.c.15.

CVM Apostolus dicat, Nos natura Iudæi, de Iudęis ergo nasci Iudæos ostẽdit: non de Proselytis dico, quos constat fieri Iudęos. Denique qui in eremo nati sunt, non sunt circumcisi, & tamen Iudæi erant. Non ergo circumcisio Iudæum facit, sed natiuitas sub Dei creatoris deuotione progenita. Si ergo de Iudæis Iudęi nascũtur, quare non etiam de Christianis Christiani, nam & de paganis pagani nascuntur? Non omne quod nascitur, hoc est vnde nascitur. Nam & aurum de terra nascitur, & non tamen terra est: & gẽmę & alia multa: & de ligno esca nascitur, & de ouo pullus. De paganis autem vt pagani nascantur hæc facit causa: quia enim omnis paganus in ignorantia est, & qui nascitur ex eo sine sensu est, ambo ignorantes sunt. Sed hoc interest inter vtrumque, quia qui genera, sine dubio blasphemus est, ac per hoc filius diaboli est: natus autem infans nescit blasphemare, sicut nescit benedicere, paganus tamen est, quia sine sensu est. De Iudæo autem idcirco Iudęus nascitur, quia sub creatoris deuotione generatur. Sicut dixit Adam de Cain, Procreaui hominem per Deum. Sicut enim pagani indeuoti creatori, dæmoniis gratias agunt in omnibus quæ agunt: ita & Iudæi Deo creatori supplices, laudant eum in omni actu suo, in eo despiciendi quia non cognoscunt Christũ, per quem sunt omnia. Hoc etiam modo de Iudæo Iudęus nascitur. Non enim sicut quibusdam videtur, quia circumcisio facit Iudęum. Circumcisio enim signum Iudaismi est, non Iudaismus: quia non Abrahę circumcisio iustitia est, sed signum iustitię, vt nati ex Abraham signũ haberent, per quod probarentur filij esse Abrahæ: Quippe cùm ex Iuda Machabæo hoc nomine sint appellati, vt non solùm ex Iuda, sed & cæteri ex omnibus filiis Iacob Iudęi vocarentur, propterea quòd Iudas dux fuerit eis. Ideóque nati Iudæi signum accipiunt, vt qui sunt intelligantur. De Christiano autem ideo non nascitur Christianus, quia ipse qui generat, non natus, sed factus est Christianus. Quamobrem & iste qui nascitur, fieri oportet vt sit. Nec enim per substantiam nascitur, sed per fidem quę iam natis accedit. Ignorantia enim cum carne nascitur, fides autem postea spirituali ratione inseritur. Sed dicitur econtrà, Si factus vtique est qui generat, hoc iá debet generare quod ipse est, vt accepta dignitas traducem faceret. Nam senatores generant senatores. Sed senatorum dignitas non habet apud Deum meritum. Neque ipsa natura, hoc est substantia consequitur beneficium, sed in sola fama & sermone dignitas vertitur: ac per hoc currit quidem sermo per traducem carnis, sed nihil aliud præstat quàm opinionem dignitatis: sicut & hi qui consules sunt aut statuis honestantur, gaudẽt in vano: Christiani autem cùm fiunt, ipsi naturæ accedit dignitas, vt essentia ipsa hominis æternum habeat incorruptibilitatis beneficium, vt non opinio sola, sed & res sit in effectu apud Deum. Tale est istud vt quis disertus pauper in laude sit & egeat pane, aut reliquis necessariis. Hęc enim vera laus est, si sic illi proficiat quęsita dignitas, vt nullius egeat: dum hoc naturę eius præstatur, vt per seipsa viuat, & bene

C

Gen.4.a.1.

Ioan.1.c.3.

bene viuat nullo requisito suffragio: hoc est, verè diuitem fieri & gloriosum.

QVAEST. LXXXII. Gal.4.a.3.

PAGANOS elementis esse subiectos nulli dubium est: & quid est ergo quod Apostolus dicit, Eramus & nos sub elementis huius mundi seruientes. Si itaque & Iudæi elementis erant seruientes, quid differebant à paganis? Manifestum est adiectione, aut diminutione, siue immutatione vnius syllabæ sensum peruerti. idcirco paganos elementa colere omnibus cognitum est: Iudæos autem non elementis, sed sub elementis Deo seruisse: propter neomenias & sabbata, & circumcisionem, & cætera talia, hæc enim carnalia sunt. Quicquid enim visibile est, carnale est, & de elementis est: sed quia ex præcepto Dei erat, Deo seruiebatur: vt ex visibilibus ad inuisibilia veniretur, & ex hac causa profectus fieret ad maiora capienda, vt in his meditati digni fierent promissis spiritalibus. Ex ea igitur parte quam supra dixi, sub elementis seruiebant Iudęi: ex alia parte legem habebant spiritalem: quæ & peccare prohibet, & exhortatur ad dilectionem Domini Dei, qui venturus eis fuerat promissus ad remittenda peccata.

QVAEST. LXXXIII.

SI per Christum salus & vera & perfecta cognitio, cur non antè venit vt & anteriores nostri qui in ignorantia fuerunt, adiscerent veritatem? Denique post aduentum Christi multi saluati sunt, magis quàm prius. Vnde etsi antè venisset, multo plures saluati fuissent. Si ergo ita est, reprehensibile videtur nulli misericordiam facienti calumniam fieri oportere. In potestate enim dantis est, quando vel quantum velit misereri. Exhortandus est enim huiusmodi & precibus prouocandus, non contentione à bono opere reuocandus: & fortè non contradiceretur, sed pro hac misericordia vices illi aliqua redderetur. An quis medicum arguet qui medicamenta sua & officium suum gratis impendet: aut accusabitur tarditas eius ab eis à quibus non est requisitus? Hæc quidem diximus secundum rationem, sed Saluatoris bonitas ista non curat propter imbecillitatem humanam: suam enim sequitur naturam ad faciendam misericordiam. Idcirco tunc venit quando debuit venire, voluntatis suæ rationem secutus, non meritorum nostrorum. Nam si merita perpendas, venire non debuit. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit & gratum futurum beneficium. Si autem ei cui necessitas imminet antè subueniatur, erit quidem gratum, non tamen valde poterit scire quid sibi præstitum est. Si autem in ipsa necessitate posito auxilium ferat, sciet quale beneficium consecutus sit. De tribulatione enim ereptus, maiores gratias referet. Quomodo si esurienti offeras panem, si autem offeras cùm non esurit, non vtique tam gratum erit. Idcirco rectè factum est, vt non antè veniret Dominus. Primum enim dimisit genus hominum vti voluntate sua, non sine testimonio sui, quia ex ipsa mundi fabrica per annua munera, quæ elementorum ministerio humanis visibus exhiberi decreuit, intelligi & timeri diuinitatem suam voluit: quippe cùm etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch & Noë notitia eius esset in terris. Sed cùm languore quodam humani generis obsolescere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei & morum. Et cùm adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit, quę neque obsolesceret, & magis metum incuteret. Maior enim timor est, vbi authoritas manifesta est. Et quia acceptam legem gentes spreuerunt, non se subiicientes ei, neque ij qui acceperunt seruauerunt eam, motus Dominus misericordia, misit filium suum, qui se pro illis offerens, mortem destruens, data omnibus remissione peccatorum, Deo patri illos iustificatos offerret. Non enim posset descendi ad inferos, nisi per mortem. Nec ordo enim nec ratio poscebat, eum qui mortuus non fuisset, intrare ianuas tartari. Nónne si quis vult in terra sua barbaros decipere, immutat se in habitu illorum, vt putetur vnus ex his, & sic explorat quomodo illos subuertat? Ita factum est & de diabolo: quoniam malo more hominem subuerterat, vt in morte non remaneret, inuentum est remedium quomodo quos malè tenebat amitteret & subintraretur ei: & quem putabat se velut hominem occidisse, reperiret illum apud inferos Deum. Quo facto, reus inuentus omnes quos tenebat amisit, & de cætero aperta est ad cælum via. Ecce quantum profuit aduentus Saluatoris, vt scientes homines de quo periculo liberati sunt, sine cessatione gratias illi referant. Sed fortè econtrà dicatur: Si multi ante legem & post legem peccatis prefi totos se carni dederunt, & digni fuerunt in tartaro remanere, sine dubio fuerunt qui deuotione & creatoris reuerentia vitam suam naturæ lege frenarunt: numquid non etiam hi detenti sunt apud inferos, exuti hac vita? Si autem antè venisset post mortem Adæ, liberato Adam qui prior peccauerat, cęteris ad cælum aperiret viam, vt quia bene vixerant, agnito creatore defuncti reciperentur in cælum. Damnum ergo est, quia non antè venit Christus? Damnum esse manifestum est, sed quęre, iustum, an iniustum sit. Solent enim damna iusta esse, de quibus queri non liceat. Numquid fur deprehensus & iuxta legem in quadruplum condemnatus, iusus est queri? Ac per hoc damnum quod genus hominum passum est, iustè factum est, vnde & permissum est. Quare & saluator inter ipsa primordia venire non debuit. Cùm enim diabolus superbiret, homo factus à Deo positus est illi inimicus; vt auxilio Dei minutus quia impar erat, resisteret ei accepto mandato. Diabolus autem solita subtilitate simulauit se igno rare quid præceptum esset à Deo, & inuenit Euam instabilem: postea autem promittens illi, quòd si interdictum contigisset, præstaret illis diuinitatem, circumuenit eos. Tunc diabolus superato homine triumphauit: hic victus genus suum subiecit peccato. Quamobrem iniustum erat victori violenter auferre spolia, quia Deus quod fecit iustè fecit. Pręterea cùm acerbè peccauerit homo assentiens ei contra mandatum creatoris, fieri se Deum, idololatriã admisit per quod in Deum peccauerat: ideoque non illi statim debuit subueniri, quippe cùm pœnituerit. Nec grata ei fuisset misericordia, si nó sciuisset quid mereretur. Quamquam enim omnia possit Deus, illud facit quod conuenit rationi, vt irreprehensibilis perseueret.

A

B

C

D

QVAEST. LXXXIIII.

QVARE lunæ cursus in ratione Paschæ custodientes, Paganos reprehendimus, quia dies lunares & motum custodiunt.

Absit à Christianis vt sidera venerari dicantur, quibus indulta est spiritalis cultura, vt despicientes quæ videntur, iis quę inuisibilia & supercęlestia sunt, copulentur, & hæc omnia transcendant futuri cum angelis Dei. Nam & siderum cultores aut cum ipsis erunt, aut infra ipsa. Quomodo enim fieri potest, vt aliquis super hæc sit quę colit? Pagani itaque non computum lunę obseruant: sed lunam ipsam velut deam venerantur. Et effectus curriculorum eius apprehendisse se arbitrantes, quid certis diebus agendum, quidve cauendum sit, decernunt, imperio eius quasi vitam & conuersationem suam ordine quodam subiicientes: quos quia extra Dei ordinationem hęc ausi sunt vsurpare, falli frequenter deprehendimus. Hęc enim luminaria in signa temporum Deus constituit. Vnde & nos numerum lunę custodimus, non illam ipsam excolimus, vt à quartadecima luna, quæ nobis secundum legem prima est, rationem Paschæ obseruemus. Omnia enim plena Deus instituit, ideóque à quartadecima vsque ad vigesimam primam his septem diebus Pascha nobis celebrare concessum est, vt de his septem aliqui dies à parasceue vsque ad resurrectionem Domini concludantur: vt neque tertiadecima in passione sit, neque quartadecima in resurrectione, aut quintadecima, nec ante primam secundum nos lunam, passio Christi sit, neque resurrectio eius non primo die quo cœptus mundus est. Omnia enim mundi tempora vnius hebdomadæ curriculis numerantur, quia his Deus mundi membra & ornamenta composuit. Sex enim diebus mundum aptauit, & septima cessauit, quam sabbatum appellauit. His enim septem diebus totius mundi ratio & numerus continetur. Semper enim in se redeuntes, multiplicant numerum temporum. Post sabbatum enim à primo die repetit semper vsque ad diem septimum, id est, sabbatum. Vt resurrectio Domini primo die inchoati mundi facta dicatur: qui dies Dominicus dicitur. Ipsum enim fecit Dominus vnum cum vespere, & in septenarium numerum euolutus incipit iterum, vt sit post hebdomadam primus. Quod ita decretum ab initio est propter sacramentum incarnationis Domini, & passionis & resurrectionis. In corpore enim Domini totus propè mundus resurrexit, & instauratus est. Absolutum est non nos lunam colere, sed numerum qui per lunæ cursum institutus est custodire. Diabolus autem qui est satanas, vt fallaciæ suæ authoritatem aliquam possit adhibere, & mendacia sua commenticia veritate colorare, primo mense quo sacramenta Dominica scit celebranda, quia non mediocris potentiæ est, Paganis quæ obseruarent instituit mysteria, vt animas eorum duabus ex causis in errore detineret: vt quia preuenit veritatem fallacia, melius quiddam fallacia videretur, quasi antiquitate præiudicans veritati. Et quia in primo mense, in quo æquinoctium habent Romani, sicut & nos, ea ipsa obseruatio ab his custoditur, ita vt etiam per sanguinem dicant expiationem fieri, sicut & nos per crucem: hac versutia paganos detinet in errore, vt putet veritatem nostram imitationem potius videri quàm veritatem, quasi per æmulationem superstitione quadam inuentam. Nec enim verum potest, inquiunt, æstimari quod postea est inuentum. Sed quia apud nos pro certo veritas est, & ab initio hæc est, virtutum atque prodigiorum signa perhibent testimonium, vt teste virtute, diaboli improbitas innotescat. Quoniam enim sola est quæ facilè suadeat, hęc contra versutiam & præuentum diaboli posita est, vt simulationem eius reuelet. Nemo enim etiam inimicorum negare audeat illic esse veritatem, vbi veritas apparet.

QVAEST. LXXXIIII.

QVID est vt cùm constet à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis decem & septem esse generationes, Euangelista quatuordecim dicat, prætermissis Ochozia, qui post Ioram est filium Iosaphat, & Ioas filio Ochoziæ, & Amasia filio Ioas?

QVAEST. LXXXV. Mat.1.c.17.

Nihil Euangelistam quàm sensum legis secutum credibile videri debet. Ideóque non immeriò hi ab Euangelista sublati sunt de numero cęterorum. Sic enim horum continuauit impietas, vt malignum eorum nullum interuallum haberet. A Ioram autem cœptum malignum sic parambulauit vsque ad Oziam filium Amaziæ, vt nullius lateris esset suffragium, quo experte merito patris aliquis horum remaneret in numero regum. Nam Ioram maligne agens merito Iosaphat

remissus in numero est, & Ozias merito Ioathan reseruatus in numero est. Illorum autem trium continuata maligniatas in Deiudeis est. Salomon quoque merito patris remissus in regno est: & Roboam filius Salomonis malignè agens merito Asia relictus est in numero regum. Illi autem tres in medio malorum conclusi sunt malignè agentes, ideo erasi sunt. Peius enim à perditione generis exemplũ est, quando se iugiter malignitas pandit, propterea quòd ex traduce eorum non est Ioseph, prætermissi sunt. Ab Abraham enim horum generationem secutus est Euangelista, ex quibus originem traxit Ioseph, cui desponsata est Maria, quæ genuit Christum.

QVAEST. LXXXVI. *Luce.1.c.27.* QVID est quod probet Mariam matrem Domini ex tribu & semine esse Dauid? Idonei testis proferemus sermonem. Dicit enim angelus ad Mariam inter cætera, Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Quomodo diceretur ab idoneo teste pater eius Dauid: si non esset Maria ex semine Dauid?

QVAEST. LXXXVII. SI vnus est Deus, cur in tribus spes salutis est, & nõ in duobus aut quatuor, aut certè in ipso vno, & quare non est ab initio trinitas prædicata? Nihil penè nouum effectum est, sic enim trinitas prædicatur, vt vnus Deus credatur. Non ergo additum est aliquid, sed sacramentum Dei vnius reuelatum. Inter ipsa autem primordia manifestari non oportuit, quia prius prædicandum, & postea id quod prædicatum est reuelandum: vt scias patrem esse, à quo cuncta sunt: filium verò dici, per quem sunt omnia: Spiritum autem sanctum appellari, per quem omnia: quæ à patre quidem, sed per filium sunt regenerantur ad fidem Dei vnius. Hi ergo tres sunt quidem, sed vna diuinitas. Ratio igitur facit vt tres sint, non plures aut infra. Omnis enim numerus vsque ad nouem peruenit, quia tres dum inuicem in se sunt, faciunt numero nouem, quia in vno tres sunt, & tres sunt vnum. Qui enim videt vnum, videt tres, dum nihil differt alter ab altero. Tres ergo vnum, & ter tres vnum. Hæc enim in nono numero perfectio est, quantum ad numerum pertinet, quia de vno sunt omnia. Addito enim vno ex quo vel in quo tres qui numerantur nouem, fiunt decem vel viginti. Semper tamen vsque ad nouem venitur, & vnus additur, quia nouem vnũ sunt, vt plena perfectio sit vnitatis.

QVAEST. LXXXVIII. *Esai.6.a.1.* SI maior gratia & manifestatior intelligentia in nouo est quàm in vetere Testamento, quare Esaias propheta sedentem in throno maiestatis vidit Deum Sabaoth, qui est Christus, iuxta interpretationem *Ioan.12.g.41* Ioannis euangelistę: Dixit enim inter cætera: Hæc locutus est Esaias quando vidit maiestatem eius, & locutus est de eo. In nouo *Act.1.* autem Stephanus primus martyr stantem se vidisse dicit Iesum à *Act.7.g.55.* dextris Dei. Quid est istud vt hic subiectus videatur post triumphos, & illic quasi Dominus antequam vinceret? Prout causa erat, fecisse ita & Dominus se ostendit. Prophetæ enim visus est quasi rex corripiens plebem: & hoc se ostendit quod erat, hoc est, sedentem. In pace enim erat causa diuinitatis eius. Stephano autem vt stans appareret, fecit calumnia Iudæorum. In Stephano autem Saluatoris causa vim patiebatur. Ideo sedẽte iudice Deo, stans apparuit, quasi qui causam diceret: & quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat. Omnis qui causam dicit, stet necesse est.

QVAEST. LXXXIX. *Ioan.16.a.8.* QVOMODO accipiendum est quod Saluator inter cætera dicit de Spiritu sancto, quòd veniens, inquit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò, quia eo ad patrem, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est? Causam quidem videtur dixisse arguendi mundi, sed indiget explanatione. Cùm Saluatori non crederent Iudæi neque mundanæ potestates, quia non solùm hominibus se manifestari voluit, sed & principibus & potestatibus, in cælestibus sicut docet Apostolus in epistola ad Ephesios, post passionem suam vera se locutum Spiritum sanctum probaturum ostendit. Et hoc est arguere mundum, ostendere illi vera esse quę credere noluit. Credere enim noluit à Deo venisse Saluatorem. Saluator autem seruata iustitia non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat: & per *Ephes 3.* id quod regressus est, probauit se inde venisse. Quia nemo, inquit, D *Ioan.3.b.13.* ascendit ad Deum, nisi qui descendit à Deo. Videntes ergo potestates ascendere eum, cõfusæ sunt, videntes verum esse quod velut falsum spreuerant. Itaque ista iustitia arguit eos, qua iustum probatum est, quia regressus est vnde venerat. Sic autem arguit eos de peccato, quòd non solùm credere ei noluerunt, sed & occiderunt eum. De iudicio verò sic eos corripuit, dum ostendit principem mundi reum factum & comprehensum ab eo, cuius fidei non cõmunicarunt. Videntes enim animas de inferis ire in cælos, cognouerunt adiudicatum esse principem huius mundi, vt reus factus in causa Saluatoris quę tenebat iure amitteret. Hæc quidem ascendente Saluatore visa sunt: sed superueniente in discipulos Spiritu sancto, palam apertéque manifestata sunt. Vera enim correptio tunc fuit, quando post passionem resurrectionémque ad testimonium Saluatoris publicè à perfidis videbantur resurgentes mortui, claudi currentes, leprosi mundati, paralytici confirmati, cęci aspicere, surdi audire, muti eloqui, dęmoniaci purgari, infirmi recuperata sanitate gratias agere. Hoc modo Spiritus sanctus arguit mũdum, quia in nomine Saluatoris, qui reprobatus est à mundo, omnium curationum virtutes operatus est.

Q. XC. *Ioan.8.f.44.* SI diabolus ipse est satanas, quid est vt inter cętera dicat ad Iudæos Saluator, Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias

A patris vestri vultis facere: ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cùm loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est sicut & pater eius.

Diabolus non speciale nomen est, sed commune cum cęteris. In quocumque enim opera diaboli fuerint inuenta, sine dubio diabolus appellandus est. Operis enim nomen est, non naturæ. Itaque hoc in loco patrem Iudæorum Cain significat, cuius imitatores volentes esse Iudæi, Saluatorem peremerunt. Hinc dicit eum, quia se parricidio maculauit, & reum fecit mortis, in veritate non stetisse: ab ipso autem forma data est fratricidij. Istum ipsum dicit, cùm loquitur, mendacium de suis propriis loqui, vt ostenderet vnumquemque non nisi propria voluntate peccare. Sed quia imitator diaboli est, adiecit, Quia mendax est, sicut & pater eius. Hic enim vt primum hominem morte condemnaret, simulauit se nescisse quid præceptum fuisset ei à Deo. Sic & Cain interrogatus *Gen.4.b.9.* finxit se nescire vbi esset frater suus Abel quem occiderat. Hoc ergo in loco diabolum Cain esse dixit: patrem autem eius diabolum, cuius opera secutus est. Diaboli enim filius, diabolus est. Sed diabolus ille qui est satanas, patrem in malitia sua nullum habet. Ipse enim sibi in malo author est. Prior enim ipse peccauit, ac per hoc quicumque imitari illum fuerint, filij eius dicentur, & ille pater eorum. Etenim nos in fide patrem Abraham habemus, quia B prior ipse credidit Deo: ac per hoc nomine eius censemur. Fideles enim dicimur sicut & ille.

QVAERENDVM quomodo contradicendum sit argumentis Q. XCI. Photini, dicentis Christum ante Mariam non esse. A Ioanne prius quæramus Baptista quem ipse Saluator testem suum esse professus est. Ait enim inter cætera de Domino, Qui de sursum *Ioan.3.d.31.* venit, super omnes est: qui autem de terra est, de terra loquitur. Qui verò de cęlo venit, quod vidit & audiuit, testificatur: & testimonium eius nemo accipit. Ecce Ioannes omnes secum pariter ad comparationem Domini terrestres appellauit: quia illum de cælis testatur venisse, cæteros verò omnes de terra esse, hoc est, de inferioribus. Et ipse Dominus inter cætera eadem loquitur, dicens, Non enim descendi de cælo vt facerem voluntatem meam, *Ioan.6.d.38.* sed voluntatem eius qui misit me patris. Et iterum Dominus inter alia hoc sensu loquitur dicens, Et nunc dico vobis, quia ego *Ioan.16.d.26.* rogabo patrem. Ipse enim pater diligit vos, quia vos me diligitis & creditis quia à Deo exiui. Exiui enim à patre, & veni in hunc mundum: iterum relinquo mũdum, & vado ad patrẽ. Tunc videntes discipuli manifestè illum locutum esse, dicunt ei: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quoniam scis omnia, & non opus tibi est vt quis te interroget, in hoc credimus quoniam à Deo existi. Hæc interpretatione non indigent. Quippe cùm ista summa sit religionis nostrę, vt Christum C ante carnem in cęlis cum Deo fuisse credamus, vt filium apud patrem. Nam si propter iustam conuersationem & cælestem doctrinam de cælo & à Deo se dixit esse & venisse in mundum, eadem debuerant dicere de se omnes prophetæ & Apostoli. Et quia dixit, Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem: hoc fortè dicatur significasse, quia doctrina quæ venerat à Deo, relicto mundo ad Deum est regressa. Aliud enim quod dicant non habent. Si enim de cælo venisse, & à Deo exisse, & venisse in hunc mundum, ad virtutis & doctrinæ pertinet causam, non ad Saluatoris personam, cùm dicit: Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem: illò vtique redit vnde venerat: sed vidimus post abscessum Domini, & virtutem fuisse in mundo & doctrinam. Vides ergo non de virtute dictum esse à Domino & doctrina, sed specialiter de se Dominum locutum. Quod si virtutis quæ in Christo operata est, dicis esse verba, hęc ipsa virtus Deum patrem suum appellat. Ecce incurris quod times: quia si virtus dei filius dei est, ipsa vtique virtus dei est, de qua dicit Apostolus: Christum dei *Cor.1.c.19.* virtutem & dei sapientiam: hęc exiuit à Deo, & iterum ad eum *24.* regressa est. Itaque hæc ipsa virtus quæ Christus est, in spiritu dei *Mat.12.b.28* dęmonia se testatur eiicere, qui spiritus per Apostolos operatus est, vt scias Spiritũ sanctũ per quẽ Dominus operatus est, post abscessum Domini hic in mundo per Apostolos operatum: vt plenius appareat Dominum de sua persona locutum, quia relicto mundo regressus est ad Deum. Aut si putas virtutem hanc non esse Christum: duæ erunt virtutes & duo filij dei, & vbi est illud quod legitur, Vnigenitus filius dei qui est in sinu patris? Et ite- *Ioan.1.c.18.* rum, sic enim, inquit, dilexit deus mundum hunc, vt filium suum *Ioan.3.b.16.* vnicum daret pro eo. Animaduertis iam virtutem dei, quæ corporaliter operata est in mundo, ipsam vnam esse quæ & dei virtus dicatur & filius. Et videamus quid crediderint, aut cui Apostoli audientes à Domino, Ecce iterum relinquo mundum, & vado *Ioan.16.d.28* ad patrem. Responderunt ei, Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia nosti omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quoniam à deo existi. Nunc videamus si de virtutibus ambigerent discipuli, vtrum à deo existet, cùm vidissent a Lazarum iam fœtidum quarta die resuscitatum, bęato à natiuitate oculos reformatos, tactu e fimbriæ mulierem à profluio liberatam, d aquę naturam mutatam in vinum. Aut de persona Domini nemo planè dubitauit, vel de virtutibus: quippe cùm dicerent illum, e alij esse Heliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Nam cum lapidare vellent illum Iudæi, respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi vobis

a *Ioan.11.c.39.* b *Ioan.9.a.1* c *Mat.9.c.20.* d *Ioan.2.a.1.* e *Mat.16.b.14.* f *Ioan.10.f.31*

vobis à patre meo, propter quod eorum opus lapidatis me? Dixerunt ei Iudæi, Nos de bono opere non te lapidamus, sed propter A blasphemiam: & quia cùm sis homo, facis te Deum. Si ergo Iudæi quòd Dei opera essent non ambigebant, Apostoli ambigebant? Quoniam ergo omnis dubitatio de Saluatoris persona erat: res enim inaudita, & quæ in sensum humanum non ruerat, stuporem hominibus faciebat, cùm audiebant dicentem illum se à Deo exisse, & proprium sibi patrem esse Deum: idcirco discipuli satis sibi esse factum confitentes manifestatione verborum Domini, dixerunt ad eum: Nunc scimus quoniam nosti omnia, & non est opus vt quis te interroget. In hoc credimus, quoniam à Deo existi. Si enim non verè à Deo exiuit, fides Apostolorum exinanitur, sed non potest, quia à Saluatore probata est. Respondit enim eis, Modo creditis: id est, tanta signa videntes non credebatis. Itaque probatum est Apostolis Christum à Deo exisse & venisse, vt per hanc exitionem filium istum Dei credere non esset ambiguum. Si enim nemo vidit Deum nisi qui est à Deo, hic vidit Deum: & si nemo *Ioan.1.a.1.* nouit patrem nisi filius, hoc est verè apud Deum patrem fuisse, & ab eo exisse, & venisse. Nemo enim alius poterat à Deo exire, nisi hic qui in principio erat apud Deum, quia & nec quisquam alius sciebat aut viderat Deum. Ideo non incredibile nobis est, verum filium hunc Dei credere. Sicut dicit Ioannes in epistola prima: Et *Rom.8.f.32.* fumus, inquit, in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, *Ioan.5.c.19.* & vita æterna. Et Apostolus, Qui proprio, inquit, filio non pepercit. Et Euangelista: Quia proprium, ait, sibi patrem dicebat Deum. Si verus ergo filius Dei est Christus, quomodo homo tantùm est? Verus enim filius non diceretur, nisi propriè ab eo esset genitus. Aut dicat Photinus, Quare verus filius Dei creditur, si non est verus? Aut quid opus erat hunc credere filium Dei, si vnus esset de cæteris sanctis, qui filij Dei digni sunt appellari? Aut numquid aliqua indignitas in hoc est, per quam filius Dei sicut cæteri sunt, credi non posset: & idcirco dicitur, vt hic de quo incredulum videtur, credatur filius esse Dei? Si enim potior cæteris est, quid opus est vt dicatur, crede Christum filium Dei esse, si vnus esset de cæteris, nisi quia vt aliter de hoc credatur? Vnde & vnicus dicitur, quod non præcipitur de cæteris: vt quia multi sunt qui filij Dei sanctitatis causa appellantur, hic solus verus filius Dei credatur, vnde & vnicus dicitur. Nam quis sanctorum ausus fuerit filiũ *al.* verum. Dei se dicere, non dicam & * vnicum, nisi Saluator conscius natiuitatis suæ à Deo profectæ? Quomodo autem pateretur se adorari, si nesciret se de Deo, cùm scriptum sit, Dominum Deum tuum *Deut.6.c.13.* adorabis, & ipsi soli seruies? Quippe cùm Ioannem angelus corripuit, eo quòd adorare se vellet, dicens ei: Ne feceris, quia conser- *Apoc.19.b.10.& 22.b.9* uus tuus sum, deum adora. Et cùm soli deo seruiendum Scriptura testetur, Apostolus tamen, Qui seruit, inquit, Christo placet *Deut.6.c.13.* deo. Quare? Quia vnum sunt deus & Christus, pater & filius. *Rom.14.c.18.* Apostolus se Christi seruum fatetur, & dicit Corinthiis: Nolite *1 Cor.7.c.23* fieri serui hominum. Et ad Galatas: Paulus apostolus, non ab ho- *Gal.1.a.1.* minibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis: ostendit apertè Christum deum esse & hominem, vt Apostolatum suum non ab homine esse, sed à Christo, iuxta quod deus est, & à patre deo esse demonstraret. Denique in subiectis ait: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi: Quid tam apertum? dei enim doctrinam non per hominem dicit se esse assecutum, sed ab ipso deo edoctum. Nam nos dei doctrinam per homines accepimus: vas autem electionis nihil se probat ab Apostolis assecutum, hoc est, ab hominibus. Nam si, quia dei doctrina est, ideo non per hominem discitur, quam laudem suam testatur Apostolus, si sic didicit sicut cæteri Apostoli? Vt quid dicit, Neque ego ab homine accepi illud, neque doctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi? Quis ambigat hoc loco Christum deum significatum? Sed quid mirum, cùm inter cætera dicat ad Romanos, *Rom.9.a.5.* Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus, benedictus in secula. Quid est, & ex quibus Christus secundum carnem? Non enim hoc diceret, nisi esset & se- D cundum deum, & secundum carnem ex patribus, secundum diuinitatem verò ex deo Christus sit super omnia deus. Sed fortè ad patris personam pertinere dicatur: sed hoc loco nulla est paterni nominis mentio. Ideóque si de Christo dictum negatur, persona *Phil.2.b.10.* cui competat detur. Quare autem Christo non competat, cuius nomini cælestia, terrestria, & inferna genu flectunt? hoc est, super omnia esse deum. Præter hæc enim alia nulla sunt. Dicat nunc Photinus, si hęc homini genu flectunt: aut si deus potentias illas cælestes & sanctos angelos vt hominem adorent, decreuit. Sed absit, quia deus nihil stultum decreuit, maximè cum non liceat, nisi deum adorari, quanto magis in cælis. Rex enim adoratur in terris quasi vicarius dei. Christus autem post hanc vicariam, impleta dispensatione adoratur in cælis & in terra. Legimus namque, quia verbum caro factum est: hoc est, ministro Spiritu sancto incarnatum esse ex Maria, hoc verbum in principio apud deum *Ioan.1.a.1.* fuisse, & deum esse, hoc quoque filium dei appellari. Quomodo ergo non ante Mariam est quod in principio erat, & deus erat? Etiamsi obcæcatus deum hic esse negas, verbum tamẽ non negas: neque ignoras hoc verbum filium dei appellari, & hoc apud deum fuisse in principio. Qua ergo ratione post Mariam dicis *Apoc.19.c.13.* esse, quod in principio legis fuisse? In Apocalypsi enim legimus de

A Christo, & nomen eius est, verbum dei. Quod verbum multas habet interpretationes. Nam nihil de deo est quod non deus dicatur, sed propter authoritatem vnius dei, quod de ipso natum est, verbum appellauit: vt hac ratione ducti, qua scimus verba nostra non nisi ex nobis esse, Christum de deo esse crederemus. Nec aliter quidẽ oportuit dici vt de ipso esse crederemus, & non extra eum crederetur. Nam & simili modo & virtus & sapientia dei vocatur, vt eadem ratione de ipso intelligatur. Si enim dixisset Deus & Deus: non illum de se esse significauerat, sed duos fecerat deos, quod vnitati aduersum est. Hæc ratio in diuinis libris est, vt significatus Deus Christus, modum non excedat Dei vnius. Quàm autem illud tuum stultum est Photine, quod sic distinguis in capite Euangelij Ioannis ne verbum Deus dicatur. Sic enim legis, In *Ioan.1.a.1.* principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc in principio erat apud Deum. Quid sibi vult hæc distinctio? quem indicat sensum? quam significat pietatis rationẽ, nisi solam aduersus Dei filium inimicitiam? Quę enim significatio est pronuntiantis, & verbum erat apud Deum, & Deus erat? Hæc ergo legis nostræ sapientia est, vt doceat quia est Deus? Quę lingua est, & quæ gens, quæ terra, quæ secta, quę neget Deum esse? Et vt quid insinuet dicit: Et verbum erat apud Deum. Aut verbum *Ioan.1.b.14.* hoc quid vult intelligi, nisi rationem eius ostendat? Non enim B propter Deum Euangelium legitur siue scribitur, de quo nemo dubitat, sed propter verbum de quo quæstiones fiunt. Mysterium enim dei est, quod ideo creditur, quia non est omnibus manifestum: ideóque scriptura contendit docere quid sit verbum dicens: Et verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Istud & rationi conuenit, & pronunciatio integra est. Ostendit enim quia verbum hoc quod in principio apud deum erat, & deus erat: in sacramento mysterij æterni dei quod ignotum erat à seculis & generationibus, deus verbum apud deum patrem fuisse credatur. Et quia carnalibus in dubium venit, qui volunt scripturam pro sensus sui loqui capacitate, fides posita est, quæ sensum scripturæ secuta præmium mereatur. Salomoni cùm sapientiam à deo postulasset, responsum à domino est: Ecce dedi tibi, inquit, cor sapiens & prudens, quale non fuit ante te, & post te non exurget vir similis tibi. Quid dicemus: verum est quod promisit deus? Imò verum est. Nemo ergo homi- *Mat.12.d.42.* num similis erit Salomoni. Et quid videbitur de Christo, qui inter cætera, Regina, inquit, Austri venit ab vltimis terræ audire sapientiam Salomonis? & ecce plus Salomone hic. Nunc elige cui credas Photine, deo an Christo, patri an filio? Si patri credis, arguis filium: si filio credis, accusas patrem. Si enim homo tantum est Christus, frustra se præposuit Salomoni contra promissum dei: si C autem intelligitur esse & deus, dignè se antepositit Salomoni, & promissum incontaminatum est dei, quia non exurrexit homo similis Salomoni. Christus enim idcirco se potiorem ostendit, quia deus est. O dementiam Photini, qui Christum ante Mariam fateri non vult, quem voce sua audit testantem quòd ante Abraham *Ioan.8.g.58.* fit? Cùm enim de tempore agerent cum eo Iudęi dicentes, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Respondit eis, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum, non dixit, melior sum: sed ad interrogata respondit, quia antè erat quàm putabant Iudæi. Maledictum planè legis Photinus euadere non *Hier.17.a.5.* potest, quia spem suam habet in Christo, quem tantùm hominem dicit, cùm legat, Maledictus homo qui spem habet in homine. Apostolus autem sciens Christum Deum, ideo & in præsenti & in futuro spem esse in eo ait: Si in hac tantùm vita, inquit, sperantes *1. Cor.15.c.19.* sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Non ergo homo tantùm est, in quo spem habere docemur, quia vana spes in homine est. Hæc diximus pauca de multis: sufficeret enim, si bonę mentis esset, Photino hoc solùm quod postremum posuimus.

QVAEST. XCII. *Ioan.14.d.27.* *Mat.6.c.24.* QVOMODO intelligatur quod dicit Saluator, Pacem do vobis, pacem meam relinquo vobis: non sicut hic mundus dat, ego do vobis? Qui pacem suscipit Saluatoris, D inimicitiam contrahet mundi. Nisi enim discordauerit cum diabolo, pacem non habebit cum Christo. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Hic ergo à mundo discordat, qui legem dei fideliter seruat, Christi pace munitus, omnium aduersariorum comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicum? Aliter tamen mundus pacem dat, quam se Saluator dare promisit. Mundus enim aut metu dat pacem, aut prece. Saluator verò cùm sit fortissimus omnium, nullum vtique metuens, non rogatus dat pacem. Saluatoris ergo hęc pax est, quæ idcirco datur, vt munimentum sit contra hostes. Pax quidem vno nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur, Dei & mundi. Hęc enim fragilis est, illa fortis: hæc carnea, illa spiritalis: hæc terrena, illa cęlestis: hæc de necessitate est, illa de voluntate. Christus enim nullius egens, pacem offert inualidis & inermibus, Dominus seruis, bonus malis, Deus hominibus. Rectè ergo ait, Non sicut hic mũ- *Ioan.14.d.27.* dus dat, ego do vobis: hoc enim dicens, intelligi voluit clementiam bonæ voluntatis suæ. Cùm enim omnis idcirco det pacem vt proficiat sibi: hic, id est, Saluator ad hoc dat, vt prosit non sibi, sed eis qui bus dat. Aliter ergo mundus dat pacem, quàm dedit Saluator. Et mundi pax non docet bonam vitam, non suadet ad patientiam, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericordiam, non promittit æternam vitam. Quicumque

enim acceperit pacem Christi, alienus erit à vitiis huius mundi, quæ militant aduersus animam.

QVÆST. XCIII. Ioan.7.f.39. Ioan.14.b.13

QVÆRENDVM an Spiritum sanctum habuerint Apostoli tempore illo quo fuerunt in terra cum Domino: quia inter multa dicit Euangelista: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Et in alio loco, Si diligitis me, ait præcepta mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit nec cognoscit eum: vos videtis eum & cognoscitis, quia apud vos manet, & vobiscũ est. Quid est hoc? negat datum spiritum ante passionem: rogaturum autem se promittit patrem vt mittat eum. Item subiecit, quia cum ipsis erat, & manebat apud eos. Post resurrectionem autẽ legitur insufflasse & dixisse eis, Accipite Spiritum sanctum. In Pentecoste autẽ descendisse legitur Spiritus sanctus in Apostolos. Tantas video in hac causa perturbationes: vt quid tenendum sit nesciam. In his omnibus quæ proposita sunt, non vna est causa. Breuiter enim singularum causarum significatæ sunt formæ, quia vnus quidem est spiritus, sed dona habet multa. Cùm ergo legitur Spiritus sanctus, intelligi debet & eius officium in quo sit significatus. Nam & cùm in eis erat & venturus erat, non est falsum. Sed si non istud ad personam trahas, sed ad naturam. Alterum enim venturum à patre promisit Christus, vt quia indifferens est eorum diuinitas, in præsentia Christi non putetur absens Spiritus sanctus, & in aduentu & in apparentia Spiritus sancti præsens æstimetur & Christus. Ioan.14. c.19 Ideo cùm venturum eum promittit, dicit: Vos videtis eum, quia apud vos manet, & vobiscum est. Vt securi essent apostoli, quia post ascensionem Domini non minorem aut degenerem ad tuitionem habituri essent pastorem aut regem. Nam non est dubium non datum esse credentibus spiritum, nisi sicut Euangelista testatur, postquam deuicta morte resurgens clarificatus est Dominus. Ipsius enim triumphantis Domini verba sunt & dicentis: Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, quẽ accepturi estis non post multos hos dies: hoc tẽpore quo ascendere ad patrẽ disposuit interfatus videtur. Illud autem Ioan.20.e. 22. quòd insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse: Accipite Spiritum sanctum, ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione Dominica per Spiritum sanctum aguntur, idcirco cùm regula eis & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis: Accipite Spiritum sanctum. Et quia verò ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc, gratia quædam est quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli, inquit, negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in Saluatore forma data est visibiliter, vt post baptismum Spiritus sanctus credentibus de cętero inuisibiliter dari non ambigeretur: ita & in suprà dicta causa forma data est in principio, vt ex eo traditioni ecclesiasticæ Spiritus sanctus infusus credatur. Vt autem Apostoli præsente Domino virtutes facerent, potestas data est, sicut & prius Prophetis. Trium ergo officiorum formæ doni Spiritus sancti in Apostolis sunt ostensæ. Quarum prima hæc est, quę ad ius ecclesiasticum pertinet in regenerandis vel cæteris officiis. Secunda, quę in Pentecoste data est, quæ est generalis. Non solum enim in Apostolos, verùm etiam in omnes decidit Spiritus sanctus credentes. Tertia forma est, quę solis Apostolis concessa est in signis ac virtutibus faciendis, vsque dum fidei semina iacerentur ad crementum. Semina enim fidei sunt virtutes per Apostolos factæ. Ipsi enim antistites positi sunt huius veritatis, qui per signa & prodigia non irrationabilem esse fidem nostram testarentur. Nulla enim probatio maior est veritatis quàm virtus. Hæc est enim quę omnem terrenam philosophiam accusat, quia semper solis verbis studuit, non habuit testimonium virtutis, quæ stabile esse quod verbis astructum erat, demonstraret. Igitur Spiritus sanctus generaliter semel datur omnibus credentibus, per quem filij Dei esse probentur, dum manet in eis. In signis verò & prodigiis faciendis non manet in homine, sed vocatus aduenit aut suggerit necessaria, & recedit. Similiter & in tradirione vel ordinatione deforis gratiam præstat, tuitionem etiam deferens deuotis fidei.

QVÆST. XCIIII. Mat.27.a.4

QVÆRENDVM est, si Iudas Scariotes proditor Domini, ante passionem Saluatoris laqueo vitam finiuit? Tradito Saluatore, & illuescente parasceue, omnes principes sacerdotum & scribæ & seniores conuenerunt in domum Caiphæ pontificis, quò perducendum sciebant esse Iesum, vt audirent eum. Hoc Mathæus & Marcus euangelistæ testantur, & nullum ex his ante perfectum impium opus à domo præsidis abscessisse, quippe cùm omnis instantia eorum & deuotio ad agendum pascha mors esset Saluatoris. Occupatis ergo eis ad necem Domini à manè vsque ad horam nonam, quo modo Iudas eis retulisse pretium sanguinis, quod acceperat ante crucem Domini, probatur, & dixisse illis in templo, Peccaui, quòd tradiderim sanguinem iustum? cùm constet vtique omnes principes & seniores ante passionem Domini non fuisse in templo. Quippe cùm etiam in cruce posito insultarent ei. Non enim inde potest probari, quia ante passionem relatum est, cùm sint multa quę cùm antè facta probentur, nouissima ordinatur. Et iterum quando locus admittit, vt quod pòst factum est, antè ponatur. Nam manifestum est vtique quinquagesimum psalmum anteriorem esse quàm tertium. Sic ergo aliquando euenit vt anticipentur quę posteriora sunt. Vnde & Maria quæ post resurrectionem fratris sui Lazari, ante sex dies paschę in cœna vnguento pedes Domini vnxisse probetur: propter significationem eius anticipatum est ab Euangelista dicente inter cætera, Maria autem Ioan.11.a.2. erat, inquit, quę vnxit Dominum vnguento. Hoc refert antequàm Lazarus moreretur: quod nisi postea factum inueniremus, nesciremus quo tempore factum esset. Sed ne fortè post nonam horam factum sit, vt videns impius & crudelissimus Iudas occisum Saluatorem, & ob hoc velum templi scissum, terram tremuisse, saxa fissa, clementa conterrita, ipso metu correptus doluerit, non nesciusiustum se tradidisse, in cuius passione sic indignatus sit iudex Deus. Sed & post horam nonam occupati erant, sicut æstimo, seniores & principes sacerdotum. Vesperè enim eadẽ die pascha acturi erant, sabbato autem nummos portare non licebat secundùm legem, ac per hoc improbabile est apud me, quo die, imò quo tempore laqueo vitam finierit Iudas Scariotes.

QVÆST. XCV. al. veteri.

VNDE orta sit obseruatio pentecostes vel qua ratione? Non est ambiguum cũcta religionis nostræ * vero testimonio roborari, & legis veteris prærogatiua signari. Omnia enim prętérita legis veteris, in figura fidei nostræ futuræ gesta & designata noscuntur, vt verum nos tenere non ambigeremus, quando ea quæ nunc & audimus & credimus ante secula prædestinata videmus, non solùm vocibus verùm etiam signorum virtutibus commendata. Sed nunc illud est, si eodem modo vt designata sunt, à nobis intelligantur, vt dies Pentecostes, vnde & qua ratione tractus sit cõgruẽ dignoscamus. Scripturæ enim Dominicæ sensus suos solicitis & deuotis aperiunt, negligentibus claudunt. Nec enim par erat vt res quæ meritis ac dignis reseruatæ sunt, passim ab omnibus viderentur. Pentecoste ergo, qui quinquagesimus à pascha computatur dies, hanc habet rationem, vt sicut post hebdomadam Dominicus dies primus est, in quo adimpletum est paschæ mysterium in redemptionem salutis humanæ, quia semper post curricula dierum septem, ad primum reuerti necesse est, vt ostendatur ætatem mundi septenario numero consummari, & ad requiem peruenire. Ita & post hebdomadas septem, primus dies est pentecoste. Denique numquam alio die quàm die Dominico pentecoste est, vt totum quod ad salutem humanam proficit, Dominico die & inchoatum & adimpletum noscatur. Dominico enim die factus est mundus, & post lapsum rursus Dominico die reformatus, cuius reformationis figura data est primum in circumcisione, in qua futuræ fidei signum fuit. Post hebdomadam enim qui octauus dictus est, primus est in mysterio. Hæc est enim dies quam fecit Dominus. Vnum eum diem fecit, ex quo cæteri curricula sortirentur. Ac per hoc ipso die resurrexit quem fecit, & secundum numerum suprà dictæ rationis, ipso die & in monte Sina legem dedit per famulum suum Moysen: vt sicut agnus figura passionis Domini fuit in sacramentum paschæ, ita & legislatio Euangelicæ prædicationis: quia eodem die, id est, pentecostes, lex data est, quo & spiritus sanctus decidit in discipulos, vt authoritatem caperent, ac scirent Euangelicum ius prædicare. Quod factum duplici testimonio confirmatur, quia & prædestinatum ostenditur, & manifesta Spiritus sancti infusione diuinum & supercæleste probatur ad legis nostræ testimonium perlibendum. Cùm enim incognitis sibi imperiti diuersis linguis magnalia Dei loquuntur, diuinitus se inspiratos ostendunt. Filiis ergo Israël tertio die mensis tertij data est lex per Moysen, sicut in libro Exodi continetur, qui dies à quartadecima Exod.19.f. 16. mensis primi, quo die factum est pascha in Aegypto, quinquagesimus est, hoc est, pentecoste. Vnde factum est, vt ad legem fidei prędicandam in pentecoste Spiritus sanctus descenderet in Apostolos, vt gesta veterum, futurorũ imagines haberentur ad securitatẽ fidei nostræ: quia falsum videri nõ potest, quod ab initio prædicatum est. Ideo remissionis & reformationis tempus in quinquagesimo Psalmo describitur, vt eadem prouidentia quinquagesimi Psal.50. diei, quæ & primi est, sciretur. Hinc factum est vt & manna primo die, qui est Dominicus, è cælo daretur populo Iudæorum, quod ita esse sex dierum continuatio probat quibus collegerũt, & septimo die, id est, sabbato, quieuerunt. Manna autem typus est esę spiritalis, quæ resurrectionis Domini veritas facta est in eucharistiæ mysterio. Omnia itaque gesta sunt, vt ad causam primę resurrectionis incolumia reuertantur, & non gloriatur satanas, sed hebescat, qui hominem falsa spe deiecit, ne in hoc maneret quod factum est per Christum Dominum. Nunc superest vt probemus, si ita intelligenda sunt quę diximus, vt suprà memorauimus. Mensis primus quo pascha quartadecima die celebratum est in Aegypto, hæc dies quarta feria fuit. Vnde & lex quarta feria Exod.12.a.1 data est. Quod hinc datur intelligi, quia quintodecimo die mensis secundi profectionis filiorum Israël sabbatum videtur fuisse: Exod.16.d. 14. idcirco non in die grex illis missus est coturnicum: sed vespere. Manè autem manna pluit de cęlo, id est, die Dominico, qui primus post hebdomadã in repetitione inuenitur. Denique sex diebus continuis manna collegerũt, septimo autem die, qui est sabbatum, quieuerunt. Ab hoc ergo die vsque ad tertij mẽsis diem tertium quo lex data est, quære, & inuenies quartam feriam fuisse quando

quando lex data est. Sunt enim à quintodecimo die mensis secundi, quando sabbatum fuit, vsque ad tertium diem mensis tertii, quo lex data est, dies decem & nouem. Tene ergo hos decem & nouem, & redi supra quintumdecimum diem secundi mensis, quo sabbatum fuit, qui à primo computatur quartusdecimus: & peruenies vsque ad diem primum secundi mensis, & habebis alios quatuordecim, quos superiunge ad decem & nouem supra memoratos, & inuenies primum diem mensis secundi sabbatum fuisse. Superadde adhuc ad caput primi mensis dies septem & decem, quia primi mensis tredecim dies retrahendi sunt, qui ante pascha fuerunt. Quartadecima enim die primi mensis pascha factum est. Retractis ergo tredecim, & additis septem & decem, inuenies quartadecima mensis primi quartam feriam fuisse. Et ne legendi fastidium patiaris, aut quæstionis singula membra curiosè inspicere, do compendiũ, vt & de numero dierum quot à pascha vsque ad datam legem sunt, certus sis, & ab ipso facilius discas, quota feria factum est pascha. Tertio die post secundum mensem lex data est. Sunt ergo menses duo & dies tres. Retrahe ergo de his tredecim dies qui ante pascha fuerunt, & reliqui erunt dies quinquaginta. Quoniam autem quarta feria data est lex, hinc faciliè videtur: manna prima feria datum est, quia continuis sex diebus collegerunt, quæ prima feria sextodecimo die fuit mensis secundi. Ab hac itaque prima feria vsque ad octauumdecimum diem quo lex data est, quartam feriam inuenies. A feria verò quarta, siue ante, siue retro computes in quinquagesimum diem, quarta feria est. Idcirco quia quarta feria pascha egerunt in Ægypto Iudęi, & quarta feria legem acceperunt. Quinta autem feria profecti sunt de Ægypto. Igitur dedicatio legis est pentecoste.

QVÆST. XCVI. 1. Cor.5.c.7.

QVÆRENDVM si pascha transitus interpretetur, sicut Græcis videtur? Apostolus falli non potuit qui ait: Pascha nostrum immolatus est Christus. Quod non suum vtique, sed legis est verbum, dicẽte Moyse: Et erit cùm dicent vobis filij vestri, quę est deseruitiõ hęc? Et dicetis, Immolatio hæc pascha Domini est. Quid amplius est necessarium ad testimonium? Lex loquitur: Apostolus probat: hoc superest vt contradictor abiiciatur vt peruicax. Manifestum est enim transitum post pascha fuisse. De sanguine enim immolati agni super postes ostij & super limen posuerunt, vt trãsiens nocte angelus non percuteret domum in qua signum sanguinis esset. Sanguis igitur salutem præstitit, non transitus: quia vt transitus non noceret, obstitit sanguis.

QVÆST. XCVII.

QVA ratione responderi possit Arrij impietati simpliciter ex lege? Si rationi fides commodetur, ipsa nominum ratio patris & filij ostenderet vnitatem. Si quæris quomodo? Nõ enim verus Dei filius diceretur, nisi extitisset de substantia Dei patris. Nec enim pateretur veritas & iustitia Dei verum dicere filium, si de ipso non esset. Non est enim verus Dei filius, si de ipso non est. Sed scriptura dicit, verus est: ergo de ipso est. Qui enim negat de Deo natum Christum, scripturę calumniam facit, quæ ideo illum dicit verum Dei filium, vt significet de Deo hunc natum. Si enim non est de Deo, & verus filius Dei dicitur, fallax est scriptura. Quòd si scriptura non fallit, qui Christum non fatetur extitisse ex Deo, & scripturam euacuat, & Christum negat verum filium Dei. Non enim voluntas verum filium facit, sed natiuitas. Sed potentię, inquiunt, Dei hoc subest, vt falsa faciat vera. Imò potentia Dei hæc est, vnde & omni laude dignus est, quia verum apud illum verum est, & falsum falsum est. Nam istud mendacis est, vt falsum dicat verum, quod Deo nõ competit. Nam omnia quidem potest Deus, sed non facit, nisi quod conueniat veritati eius ac iustitię. Manifestum igitur est idcirco verum dici filium Dei Christũ, vt proprius, id est, de substantia eius natus intelligatur. Vnde inquit Apostolus, Rom.8.f.31. Qui proprio filio suo non pepercit. Et in alia epistola: Qui cùm in Phil.2.a.6. forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Si ergo non rapinam arbitratus est, dicens se parem Deo, verum se filium Dei demonstrauit: Deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. Pares enim hi sunt, qui aut ambo veri sunt, aut ambo falsi. Nec enim parilitatem recipit cœptum & æternum, aut vnitatẽ. Vnum enim se esse dicendo Christus cum patre, parem se Deo fa- Ioan.5.c.18. cit. Non solùm enim, inquit, soluebat sabbatum, sed & patrẽ suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, hoc est, parem. Nonne manifestum est æqualitatem hanc de proprietate natiuitatis descendere? proprium enim se, id est, verum dicens Dei filium, æqua- Ioan.14.b.9. lem se faciebat Deo. Hinc est vnde dicit: Qui videt me, videt & pa- Ioan.5.c.26. trem meum. Per illud enim quòd consubstantiui sunt, qui vnum videt, ambos videt. Sicut enim habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: hoc est, æqualem sibi genuit filium pater: & omnia quę patris sunt, filij sunt: & quę sunt Ioan.10.c.29 filij, patris sunt, & nemo potest quicquam rapere de manu patris, Ibid.f.30. neque de manu filij. Et subiecit, Ego & pater vnum sumus. Et verba quę, inquit, loquor vobis, à meipso non loquor: pater autem Ibid.14.b.10. manens in me ipse loquitur, & opera quæ facio, ipse facit. Credite Ibid.10.g.30. mihi quia ego in patre, & pater in me est, alioquin vel propter opera ipsa credite. Quia enim generatio à semetipso non est, sed ab eo qui genuit, idcirco quicquid facit, factum dicit patris: vt per hęc omnia illud firmetur, quia ideo verus dicitur filius Dei Christus, vt de ipso natus credatur, ne & substantia eius extra vnius Dei naturam existimaretur. Humilitas ergo eius maxima exaltatio est. Ibidem. Cùm enim videtur se subiicere dicens, Verba quæ loquor vobis, à meipso non loquor: pater enim manens in mè, ipse loquitur, & opera quæ ego facio, ipse facit: probat se originem à Deo habere, & virtutem eius se esse ostendit, dum non quod est, à semetipso esse dicit, sed ab ipso. Per hoc enim commendatur Christus, non inclinatur. Qui enim à se loquitur, verus filius non est. Vides ergo quia Arriani inde malè intelligunt Christum, vnde bene intelligendus est: & inde illum improbant & falsum dicunt, vnde verus Dei esse filius approbatur: nam clarificandum se à patre postulat, & clarificare se patrem, quoniam petit, promittit, & vbi se humiliare videtur, exaltat. Pater enim cùm testimonium dat filio suo laudem suam testatur: Filius verò cùm prędicat patrem, gloriam suam manifestat. Magnificentia enim & nobilitas patris, generositas est veri filij. Ideo quicquid patris dicitur esse, est & filij sine dubio: & quod filij dicitur esse, est & patris. Nam qui spiritus dicitur Dei, idem spiritus dicitur & Christi. Ecclesia dicitur Dei, dicitur & Christi. Adoratur Deus, adoratur & Christus. Seruitur Deo, seruitur & Christo. Sancti dicuntur sacerdotes Dei, dicuntur & sacerdotes Christi. Templum ciuitatis sanctæ dicitur Dei, similiter & Christi. Lumine Dei illustrari dicitur ciuitas sancta, eodem modo & Christi. Sedes Dei est, nec non & Christi. Iudex Deus est, est & Christus: quia Esaias propheta in throno maiestatis Christum Esa.6.a.1. videt sedentem Dominum Sabaoth, quod Arriani non negant. De Deo patre legitur, quòd rex regum sit & Dominus dominorum, 1 Tim.6.c.15 eadem & de Christo filio Dei vero. Sic vbique diuinitate ex æquãtur pater & filius, vt vnius Dei modum non egrediatur numerus Apoc.17.d. 14.& 19.c. 16. personarum. Inter patrem autem & filium nihil interest, nisi hoc solum, quia pater ingenitus est, filius verò genitus: id est, pater à nullo est, filius autem de patre, quod quidem sublime est in filio. Hinc enim addiscitur nobilitas eius æternitatis, & quia verus filius est veri patris. Vnde est enim illud quod legitur in Genesi dicente Gen.1.c.26. Deo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Itaque si imago eorum & similitudo vna est, quomodo non vnum sunt & natura? In spiritalibus enim vbi vtique non sunt figuræ, simile non erit aliquid nisi per substantiam, vt vbi duorum imago vna est, quomodo non eorum vna erit substãtia? Idcirco enim imaginem eorum & similitudinem vnam esse legimus, vt eorũ vnum nihil differre ab altero crederemus: hoc est, verum Dei filium esse Christum, quia non est dispar à generante natiuitas. Denique Iudæi intelligentes, quia proprium sibi patrem dicebat Deum: dicunt Ioan.19. b.7 ad Pilatum, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Iudæi intellexerunt, & Christiani se dicunt non intelligere: qui non credebant, intelligebant, & qui se dicunt credere, faciunt ne intelligant. Vel hoc saltem admitterent, quod propheta Esaias, vt Christum non à semetipso quidem, sed de Deo Esa.45.c.14. deum esse significaret, inter cætera ait: Post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & te deprecabuntur, quoniam in te est deus, & non est deus præter te. Tu enim es deus, & nesciebamus, deus Israël saluator. Quantum ad bonam mentem pertinet, hæc manifesta sunt. His enim & pater in filio esse probatur: & filius deus eiusdem substantiæ cuius pater est significatur. In quo enim deus est, & præter ipsum deus non est, & ipse deus est, quid aliud poterit dici, quàm hoc quod pater est deus, & nec differre in aliquo. Hoc est enim duos esse vnum. In ipso enim deus est, quia quamuis deus sit, non tamen ex se deus est. Est enim à patre, quia filius est. Præter ipsum autem non est deus, quia vnicus patris filius est. Ipse autem est deus, quia vna atque eadem substantia dei & Christi est. Nihil igitur ambiguitatis relinquitur, vt patris & filij vna esse credatur substantia. Verus enim filius & veri patris est. Tale enim etiam illud Hieremiæ prophetæ est: dicit e- Baruch.3.d. nim inter alia: Hic deus noster, & non æstimabitur alter ad eum: 36. hic adinuenit omnem viam, scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto sibi. Post hæc in terris visus est, & inter homines conuersatus est. Numquid de degenere potest dici, ad quẽ alius non potest æstimari: aut alius deus quam pater est poterit dici, vt deo proficias ad iniuriã patris? Si enim æstimari ad eũ alter deus non potest, & absq. deo patre est: videte an debeat dici id quod sequitur: periculosum est enim. Maior enim patre dicetur. Putantes enim se deo patri deferre, si ab eo filium segregent, derogant ei: vt quem minorẽ volunt facere, impia obcæcati mente, prępónãt eum illi cuius authoritati inclinandum hunc putant. Scriptura autem vt nihil filium à patre differre doceret, differret autem si non esset verus, alium nullum dicit æstimandum ad eum, quia nulla alia substantia poterit similis reperiri substantiæ dei, quæ est & Christi. Aliter siquidem Christum de deo esse docere non poterat, quàm vt nullum diceret alium æstimandum ad eum. Sciens enim deo patri nullo modo dici posse subiectum filium eius, vt hinc parem esse ostenderet: Non æstimabitur, inquit, alter ad eum: quia patri deo, quoniam deus est: æqualis est: verus enim eius filius est. Igitur Propheta ait, Hic est deus: non, Hic est deus Israël. Si hic est, ipse est deus vnus. De isto enim dicit scriptura: Deut.6.a.4. Audi Israël, dominus deus tuus deus vnus est: & certè non est hic pater, sed est filius eius. Vides ergo non præiudicare vni deo personã filij, si & ipse vnus deus dicatur: quippe cùm hoc scriptura testetur. Vnde hoc, nisi quia vnum sunt pater & filius, quia non personis significatur vnitas, sed natura: aut non substantia duo sunt, sed vnum, nec duo diuinitate, sed vnus Deus, vt siue loquatur pater, siue loquatur filius, vnius Deus locutus dicatur. Nam si ipse

Gen. 2. d. 24. Mat. 9. a. 5. Dominus inter cętera de mare & femina: Iam non sunt, inquit, duo, sed vna caro, quanto magis pater & filius non duo dij sunt, sed vna substantia. Vt autem duo dicantur pater & filius, causa est natiuitatis. Ne autem iterum duo dij sint, causa est vnitas diuinitatis. Qua tamen hebetudine Christum creatum, id est, factum, prędicant, cùm legatur nihil Deum sine Christo fecisse? Si ergo
Ioan. 1. a. 3. sine illo nihil factum est, non erit ipse factura. Si enim factura est, factum est aliquid sine ipso. Sed absit, quia nihil sine illo. Natus enim de Deo non esse cœpit, sed semper extitit. Natiuitas enim nihil est aliud quàm exitio: exitio autem manifestatio est. Itaque non factus, sed editus est. Vt enim Christus de essentia Dei exisse vel processisse significaretur, exitio eius natiuitas appellata est: vt quia non dispar est à genitore natiuitas, consubstantiuus esse Deo Christus non ambigeretur, & mens illa quæ ait, Erat quando non erat, damnaretur: quia non potest aliquando non fuisse, qui vt apud Deum semper fuisse significaretur, de Deo legitur processisse. Nemo enim de Deo processit vbi non fuit. Solent quippe Arriani sic interpretari de filio Dei dicentes, Ideo verus Dei filius Christus dicitur, quia sic illum fecit vt verus sit: quasi sit aliquid falsum quod faciat Deus. Et illa omnia quæ suprà diximus de vnitate patris & filij, quid erunt, cùm sic roborata sint & firmata: si hic aliter sentiendum putatur? multa poterunt diuinis solidata oraculis vnius conuelli degeneris testimonio. Amputandum est tamen, ne sibi vel de eo ipso blandiatur iniquitas. Igitur sic inquit, illum fecit vt verus sit, vt voluntas cesserit pro natiuitate, & factura pro generatione. Tantum enim dandum est, inquiunt, potentiæ Dei, vt possit facere quę non sunt, tanquam quę sunt. Quoniam ergo hac astutiæ calliditate nituntur contra filium Dei, ex iis ipsis de quibus præsumunt, quia in reliquis sunt conuicti, respondendum est eis, vt in tota summa conuicti appareant. Propositio enim hæc quantum ad sensum pertinet, nullius momenti est: quantum autem ad verba, caligine ficti ne citò appareat. Sic est enim ac si Aegyptius positus in obscuro, quia causa mala bono sensu defendi non potest. Ad impietatem ergo defendendam sacrilegis verbis vtuntur. Si itaque hæc potentia Dei vt verum faceret Christum esse filium sibi, cùm de se ipso non esset natus: ergo talem illum fecit qualis ipse est, vt hoc præstiterit factura, quod datura erat generatio. Si ergo nihil interesse dicitis inter Deum & Christum, poterit fortè dubitari, quia non hoc malitiosè à vobis asseritur, vt quod in voce dicitur, hoc sit & in sensu: vt quia verus dicitur filius, verus sentiatur per id quod vnius substantiæ est cum patre, licet non per generationem, sed per facturam, quia totum potest Deus, sicut dicitis, vt factum sic sit quasi infectum. Si autem rationis lineam sequentes non posse dicitis quod initio continetur, æquale esse & consubstantiuum cum eo quod æternum est, reuelatis dolum ma-
ad illudatis. litiæ vestræ: quia vt sensum verbi * elidatis, falsa voce Christum verum esse filium Dei dicitis, negantes ei quia æqualis est Deo patri. Non enim verus est si inæqualis. Numquid poterit verus dici filius, si non verus dicatur & pater? Si enim verus est filius, erit verus & pater: quam veritatem æqualitas probat. Quòd si dispares sunt, neuter eorum verus est. Sed quoniam scripturarum testimonium irritum fieri non potest, quo Christus verus Dei filius approbatur, de Deo patre natus credendus est, quia vt veritas hæc firmaretur, & par Deo & æqualis legitur. At tu qui potentiam Dei inæstimabilem prædicas, ais, Deus generare non potest, quia simplex natura est: per quod etiam ipsi Deo patri contumeliam facis. Mendacem enim istum dicis, vt filium quem ille suum & verum asserit, deneges: & tuam hypocrisim detegas, quia falsò potentem Deum prædicas. Si enim potentiam Dei in id quod verum ex falso factum asseris, prædicas, vt quod verè verum est illudas, quanto magis hoc amplecti deberes, si bonæ mentis esses, per quod verum quod dicitur, verum probatur, & testimonium quod Deus
Mat. 19. d. 26. pater de filio suo dedit, verum firmaretur. Nam Dominus ait, Apud Deum autem, inquit, omnia possibilia: vt quicquid hominibus impossibile videtur, Deo possibile sit. Nam si ratio carnis respi-
Ionæ. 2. a. 1. citur, nec virgo peperit, nec Ionas in ventre ceti vixit, nec mortui resurgent, nec Deus filium genuit, quia simplex natura non potest generare, quia nihil sine commixtione generatur in hoc mundo. Hæc omnia aut simul credenda sunt, aut simul refellenda. Si enim ratio mundi tenenda est, in his omnibus debet authoritatem habere. Quòd si aliqua ratio spiritalium est, carnalis dicendus est, qui mundi ratione infectus, negat aliter quid fieri quàm nouit. Aliud iterum assolent sua tergiuersatione proponere. Aiunt enim: Vtrum voluntate pater genuit filium, an non? Vt cùm audiunt vtique quòd voluntate, statim vt inimici Dei filij respondeant: Ergo voluntas ante filium est, vt ex hoc non æternus appareat, quòd non vtique per natiuitatem initium acceperit, sed extiterit. Et tamen si hoc putant, non solùm ante filium erit voluntas, sed & ante patrem, quia causa generationis pater & filius est. Infidelitas carnales sensus sequitur in omnibus. Sic enim inducit causam Dei quasi hominis, vt antè deliberauerit & excogitauerit vt generaret, quasi infirmitati subiectus: cùm in Deo neque generatio sine voluntate fuerit, neque voluntas sine generatione. Ipsa enim voluntas, generatio est. Nam vtique commune dictum est: Fecit Deus, fecit homo, sed aliter facit Deus, aliter facit homo, ita & in cęteris causis: Sic enim de Deo dicendum est, vt dignum est ei. Solent enim etiam ipsi de Deo patre aliam facere quæstio-

A nem, dicentes: Accessit illi vt generaret, aut eius naturæ est, vt semper generet. Quod ideo asserunt, vt & Deum mendacem asserant, qui se Christum genuisse testatur, & Christum non verum, sed adoptiuum faciant. Si enim genuit, inquiunt, semper debet generare: vt quia non semper generat, nec Christum genuisse credatur: quasi mundum negetur fecisse, quia alios non facit. Quæ irreuerentia, quæ indisciplinatio est, legem Deo ponere, vt si genuit, aut multos genuerit, aut vnum generare non potuerit, nec ipsi Domino credentes, qui se vnicum Dei filium protestatus est. Post hæc quæ suprà ostensa sunt æqualia patri & filio, videamus an in his concordant quæ de Spiritu sancto scripta sunt, vt trinitas quam in salutari professione retinemus, non recipiat discrepantiam naturæ, quomodo non habet fidei diuersitatem. Quamquam enim salus sine aliquo ex his non sit, vna eorum tamen videtur potestas quę in se credentibus dat salutem. Quoniam ad testimonium filij verba patris protulimus, nunc ad testimonium Spiritus sancti, verbis vtamur filij, quibus non differre à se Spiritũ sanctum protestatur, vt cum filio pater, & filius spiritui sancto testis est, vnius esse naturæ trinitas intelligatur. Dicit ergo inter cętera Do-
Ioan. 14. b. 16. minus: Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis. Cùm alium paracletum mittendum dicit, se vtique paracletum probat. Nam & legitur in
1. Ioan. 2. a. 1. B epistola Ioannis. Dicit enim: Habemus aduocatum apud patrem
Ioan. 14. a. 6. Iesum Christum, qui exorat pro peccatis nostris. Et iterum dicit Dominus: Ego sum veritas. Ecce aperta vnitas spiritus sancti & filij Dei. Quæ enim de se loquitur filius, eadem loquitur & de spi-
Esa. 6. a. 1. ritu sancto. Nunc subiicienda sunt, quæ in huiusmodi sensum ordinat scriptura. Legitur in Esaia, quòd Dominum Sabaoth viderit in throno maiestatis sedentem, quem Ioannes euangelista Chri-
Ioan. 12. g. 41. stum esse intellexit, dicens inter alia, Hæc dicit Esaias quando vidit maiestatem eius, & locutus est de eo. Hunc Apostolus sanctum
Act. 28. f. 16 dicit esse Spiritum. Ait enim in nouissima parte Actuum Apostolorum: Bene locutus est Spiritus sanctus ad patres vestros dicens, Aure audictis, & non intelligetis: & cętera. Hæc verba à Domino Sabaoth dicta sunt. Hic est vnus Deus qui siue pater intelligatur, siue filius, siue Spiritus sanctus, non est contrarium: quia vna eorum diuinitas & vna potestas est. Nam si in vnius præfecti prætorio programmate, etiam cæteri præfecti iubere dicuntur, propter authoritatem vnius potestatis: quanto magis in vnius Dei imperio, si locutus vnus è tribus fuerit, non incongruè dicentur tres locuti. Est enim eorum natura & voluntas vna. Solent iterum præiudicare Spiritui sancto, quòd ideo degener intelligatur, quia in ordine tertius ponitur, cùm tanta simplicitas sit in scripturis diuinis, vt aliquando inuenias tertium primum positum. Vt enim
C causa se tulerit, sic & ponuntur. Nullius enim iniuria est, quia vna eorum diuinitas est. Denique legimus in Esaia dicente Domino:
Esa. 48. b. 12 Ego sum primus, & ego in æternum: & manus mea fundauit terram: & dextera mea solidauit cælum. Et in subiectis: Ego locutus sum, ego vocaui, ego adduxi eum, & prosperum iter eius feci: accedite ad me, & audite hæc, Non in occulto ab initio locutus sum. Cùm fierent, illic eram, & nunc Dominus misit me & spiritus eius. Quem vis esse qui fundauit terram? Ipse enim dicit se missum esse. Numquid patrem? absit. Filius ergo est qui se missum dicit à Deo & Spiritu sancto. Ecce paria sunt inter filium & Spiritum sanctũ. Sicut enim à patre & filio missus legitur Spiritus sanctus: ita & à Deo & Spiritu sancto missus est Christus. Hoc enim solus patris peculiare est, ne missus dicatur. Accipe dicta Apostoli, qui alio ordine complectitur trinitatem. Dicit enim inter cętera in epistola
2. Thess. 3. a. 5 ad Thessalonicenses secunda: Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei & in patientia Christi. Quem putas dicit Dominum, nisi Spiritum sanctum? Et quid mirum, cùm quem in throno maiestatis sedentem Esaias viderit, hic ipsum dicat Spiritum sanctum Dominum Sabaoth, sicut suprà ostendimus. Et Ioannes apostolus
1. Ioan. 4. a. 13. Deum intelligi in Spiritu sancto significat, inter cętera dicens: In hoc cognouimus quia Deus in nobis manet, de Spiritu sancto quę
D dedit nobis. Si ergo per spiritum suũ ipse in nobis manet, nõ ambigitur de Deo esse Spiritũ sanctum. Et nec dubium est, quia quod
1. Cor. 2. c. 11 de Deo est, Deus est. Hinc est vnde Apostolus dicit, Nemo scit quæ sunt in Deo, nisi spiritus Dei. Quomodo potest scire quæ in Deo sunt, nisi sit eiusdem diuinitatis? Inferior enim natura non potest scire quid sit in potentiore: quanto magis creatura quid in conditore suo esset, scire non poterat. Et ad Corinthios in epistola pri-
1. Cor. 11. a. 1.*. ma, præterito ordine qui in traditione fidei est, à Spiritu sancto incipit gratiarum & mysteriorum memorare operationes: & subiũgit Dominum Iesum: & tertium ponit Deum, quem & in Spiritu sancto & in Domino dicit operari: sicut ait & Dominus, Pater ma-
Ioan. 14. a. 11. nens in me, ipse operatur. Per id enim quod de Deo patre est & Spiritus sanctus & Christus, operatio eorum opus est Dei. Denique Spiritum sanctum idem dicit & Deum, propter vnitatem naturæ. Cùm ergo hoc loco idem Deum qui est & Dominus, dicat operari omnia in omnibus, inferiùs sic concludit dicens: Omnia autem
1. Cor. 12. b. 11. hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Quid tam apertum tres vnius esse operationis: quia operante vno, operari dicuntur tres. Quare, nisi quia vnius sunt diuinitatis? Nam non est ambiguũ donum gratiarum propriè Spiritum sanctũ operari. Sed vt Deũ & Dominũ & spiritum sanctũ vnũ esse propter naturæ indifferentiam doceret, opus spiritus sancti triũ esse opus ostendit

ostendit. Et vt manifestaret quia solius, quãtum ad personam pertinet, spiritus sancti opus est: Hæc autem omnia, inquit, operatur
A vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuiq. prout vult. Ideo, prout vult, quia voluntas eius, voluntas est Dei. Non enim dicit, prout vult Deus, sed prout vult spiritus. Creatura enim cogit se vt Dei
Ioa. 11. c. 20. faciat voluntatem: Spiritus autem sanctus naturaliter hoc vult. Vt autem apertè luceat, quia omnia spiritus sanctus operatur, dicit Dominus inter cętera: Si enim ego in digito Dei eiicio dæmonia, &c. Digitum Dei appellat spiritum sanctum, vt probet illum de Deo esse. Denique Iudæos qui eum in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia dicebant, in spiritum sanctum blasphemasse testatus est. Moyses quoque quia per spiritum sanctum signa
Exod. 8. c. 19. faciebat, confitentur magi dicentes: Digitus Dei est hic. Nam in actibus Apostolorum legimus, Deseruientibus autem eis & ieiunãtibus Domino, dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Barnabam &
Act. 13. a. 2. Saulum ad opus ad quod vocaui eos. Ecce seruitur Domino, & hoc spiritus sanctus sibi vendicat. Vnde manifestè apparet hunc
Act. 9. a. 4. esse Dominum sicut & Deum patrem. Et Saulum Christus de cæ-
c. 15. lo vocauit, & misit prædicare. Et hoc simili modo sibi vẽdicat spiritus sanctus dicẽdo, ad opus ad quod vocaui eos: nam nemo ignorat episcopos saluatorem ecclesiis instituisse. Ipse enim priusquam
Act. 20. f. 28. in cælos ascenderet, imponens manum Apostolis ordinauit eos episcopos. Hoc Apostolus spiritui sancto deputat, cùm dicit: Attẽdite vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit epi-
Act. 5. a. 3. scopos regere ecclesiam Domini Iesu. Et inter cętera dicit Petrus ad Ananiam, Anania, cur repleuit satanas cor tuum vt mentireris spiritui sancto? Et infrà, Non es enim, inquit, hominibus, sed Deo mentitus. Apertum est spiritum sanctum dictum Deum, cui mentitus Ananias, Deo mentitus dicitur. Quod si spiritum sanctum minimè voluisset Deum intelligere, dixisset, non es mẽtitus homi-
1. Cor. 6. d. 6. nibus, sed spiritui sancto, vt neque Deum hunc, neque hominem significaret. Et quid mirum? Apostolus enim aliquando templum
1. Cor. 6. d. 19. Dei hominem appellat, aliquando verò templum spiritus sancti, propterea, quia vnum sunt natura. Si enim Deus minimè intelligeretur spiritus sanctus, qua audacia diceret infrà: Tẽplum Dei san-
1. Cor. 3. d. 17. ctum est, quod estis vos: quoniam vnus Deus in omnibus Scripturis prædicatur: mysterium autem eius in trinitate adoratur. Idcirco sic ait Scriptura, vt sub vnius Dei professione ea quæ de ipso sunt, id est, filius & spiritus sanctus eius, in eodem honore intelligantur, in quo Deus est. Quia ideo sacramentum reuelatum est Dei, vt gloria eius in trinitate significaretur. Quamobrem non plena autoritate Deus vocatur quod de Deo est, ne alterum absq. eo qui vnus est, facere credatur. Sed intellectum dat, vt credamus ea ratione in trinitate creaturæ salutẽ consistere, quia vna est eorum diuinitas. Neque enim possent simul iungi & in ordine poni creator & creatura, Dominus & serui, æternitas, & quę sub initio sunt: quippe cùm sine vno eorum, salus nulli sit. Ad iniuriam enim vocatur omne quod Deus est, siue filius, siue spiritus sanctus, si extra vnius Dei honorem deputetur & gloriam. Scripturę igitur ostendunt Christum Deum, ostendunt spiritum sanctum Deum, vt videntes sciant quid sit, quid ostenditur. Tale est si quis gemmam ostendat, non clamans quia gemma est: nunquid quia ille non clamat, non erit gemma quæ videtur? Ita & Scripturæ ostendunt per ea quæ suprà tractata sunt, quid credere debeamus intra vnius Dei fidem sensum nostrum concludentes mysterio trinitatis.

QVÆSTIONES EX VTROQVE MIXTIM.

Quomodo in Euangelio Ioannis, diabolus dicatur habere patrem, sicut suprà secunda parte quæst. nonagesima disquisitum est.

Quæst. xcviii. Ioan. 8. f. 44.

VDISTIS quę cõtestetur sacrosanctum Euãgeliũ, dicẽte Domino ad Iudæos: Vos de patre diabolo nati estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in illo. Cùm loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia
D mendax est, sicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolum apostasiæ suæ autorem non habere. Ipse enim totius erroris est princeps. Qui videns à Deo factum se non mediocris potentię, ausus est præsumere diuinitatem, vt quia cæteros vidit inferiores, seipsum præferret vt Deum. Denique nomina quibus appellatur diabolus & satanas, ab actu eius cõposita sunt, non ex natura. Omne enim malum opere probatur, vt non substantia in crimine sit, sed voluntas concepta ex causis. Dum enim se vidit potiorem cęteris, inflatus est ad exercendum dominationem. Quomodo ergo patrem habere dicitur, qui autor sceleris eius habeatur? Aut vnde probatur ab initio homicida fuisse? Sed scriptura illum qui eius fuerit imitator, nomine eius appellat: vt quia ab opere nomen accepit, omnis qui malum opus fecerit, non immeritò diabolus nominetur. Saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius æmulus, dum inuidit fratri, homicidium perpetrauit, exemplum relinquens crudelitatis parricidij. Sicut & diabolus dum inuidit homini facto ad imaginem Dei, malignitatem operis sui cumulauit, typum præbens erroris. Hinc itaque exti-
Gen. 4. b. 5. tit etiã mendax Cain, dicente sibi Deo: Vbi est Abel frater tuus? Qui patris sui imbutus malitia, in mendacium prorumpens: Nescio, inquit, vt cui vitam extorserat, vbi esset nescire se simularet, sic

A furore cęcatus vt Deo sic responderet quasi homini, quem putaret se posse celare. Igitur huiusmodi imitatores facti Iudæi, etiam ipsum Dominum occiderunt. Cain potius fratricidam patrem volentes habere quàm Deum, vt totius sanguinis effusi reiciẽrẽt. Autorem enim vitæ perimentes, totius sceleris principes extiterunt, ita vt huic malo etiam filios suos obligarent dicentes, Sanguis eius
Math. 27. c. 25. super nos & super filios nostros. Vt enim Pilato suaderent, nihil mali esse quod petebant, in filios suos retorqueri dixerunt, si esset iniustum: quia vt furori suo satisfacerent, nec filijs quidem suis parcere voluerunt. Nam quia diabolus non natura malus est, hinc facilius discitur, quia pœna nõ promitteretur ei qui nõ fecerat quod nesciebat. Iniquum est enim punire eum qui non facit aliud quàm quod suæ est naturæ. Et magis istud malum est, si hoc exigas ab aliquo quod scias illum non posse. Quamobrẽ iustè plectendus est, quem cùm constet scire ac facere posse bonum, agit malum. Hoc etiã ex verbis Saluatoris poterit aduerti. Ait enim, sicut suprà memoratum est: Pater vester homicida fuit ab initio, & in veritate nõ
Hier. 23. c. 22. stetit. Igitur si per naturam mendax est, quomodo dicitur in veritate non stetisse? Hic enim in veritate non stat, qui in veritate non permanet. Constat ergo diabolum in veritate fuisse, sed non perseuerasse. Denique legimus in Propheta sic dicentem Dominum, Si
Gal. 5. a. 1. B stetissent, inquit, in substantia mea: id est, in lege mea. Et Apostolus ad Galatas, State, inquit, & nolite iterum seruitutis iugo cohiberi. Quid tam apertum? Hic enim mandat vt de cętero permaneat in mandatis eius. Quòd si diabolus seruasset, steterat in substantia & in lege Dei. Fundamentum est enim lex seruantibus eam. Quomodo ergo quibusdam videtur, diabolum aut malũ à Deo factũ, aut propriam habere originem, id est, ex nullo ortum, quod vtrunque Deo videtur contrarium? Qui enim ad hoc illum dicit factum vt esset malus, imperfectæ putat Deum esse bonitatis, quia perfectè bonus nõ facit malum. Qui verò originis eius Deum autorem esse non credit, eius dominium Deo abnegat. Per hoc enim cùm omnia Dei sint, aliquid esse arbitratur quod minimè ad Deũ pertineat: quos oportet pœnas perpeti, cùm viderint cuncta à Deo iu-
Quæst. xcix. 1. Cor. 10. c. 13. dicari per Christum. QVID sit illud Apostoli: Tentatio vos non apprehendat nisi humana? Non sine prouidentia, vt arbitror, magister gentium Apostolus, non vt tentatio nos apprehendat exoptat, sed vt humana duntaxat, quia diuina tentatio perniciem parit. * Hac enim Iudæi apprehensi à serpentibus perierunt.
al. Hanc enim Iudæi apprehendentes. Agentes enim sub Dei lege, de prouidentia eius dubitabant: ac per hoc ne diuina nos, sed humana tentatio apprehẽdat, hortatur. Hic enim tentari à Deo dicitur, qui sub nomine eius agens, ab idolis sperat salutem: quia non habet Deum probatũ. Omne enim quod
C probatum non est, tentatur, & quod tentatur, in dubium venit. Ac per hoc diuina tentatio mortalis est, humana verò tentatio salutaris est: quia sicut de Deo dubitare perniciosum est, ita de homine
Ibidem. desperare propter Dei legem saluberrimũ est. Quamobrem prouidenter Apostolus, Tentatio, inquit, vos non apprehendat nisi humana: vt propter Dei legem ab hominibus tentati, * fortes inue-
al. fortè si niamur, dubitantibus de nobis hominibus carnalibus, Deo autem probati simus, quia qui probati Deo non sunt, tentantur vt emendentur. Duplex ergo tentatio est: aliquando enim quasi fideles, aliquando quasi diffidentes tentamur, vt fidelium tentatio humana sit: propter fidem enim ab hominibus tribulamur. Tẽtãt enim nos si possint abducere à fide. Propter diffidentiam autem tentantur, vt angustiati pœnitentes redeant in viam, sicut factum est etiam Iudæis: cùm enim diffiderent de prouidentia Dei, tentati sunt à ser-
Gen. 22. a. 1. Tob. 2. pentibus, vt dolore correpti emendarentur. Deus enim sic tentat, vt corrigat huiusmodi homines. Est & alia tentatio qua tentatus est Abrahã & Iob, necnon & Tobias famuli Dei: vt Abraham per oblationem oblati vnici & dilectissimi filij vberiorem fructum
Iob 1. & 2.* iustitiæ haberet ad æternam gloriam. Iob autem amissione totius substantię augmentaretur diuitiis locupletatus in cælis & in terra. Tobias verò cæcitatem luminum passus sic prouectior extitit, vt
D ad præsens gloriosus fieret receptis oculis, & in futurum seruaretur ei claritas perpetua: quia ad hoc probantur iusti, vt proficiant. Ideóque in tentatione robusto animo esse debemus, scientes non ad diminutionem nostram hoc proficere, sed augmentum, si modò æquo animo toleremus per Christum. QVOMODO in Euan-
Quæst. c. gelio Matthæi dictum sit, Confiteor tibi pater Domine cæli, &c.
Mat. 11. d. 25. Audistis fratres charissimi quid contestetur Euangelium dicente Domino: Confiteor tibi Domine cæli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Igitur si dictorum sensum inspiciamus, videbimus ea quę ad exhortationẽ credẽtium à Domino dicta sunt, eorũ qui propterea quòd mũdanam sapiẽtiam spernunt, paruuli videntur sapientibus mundi, qui nullo testimonio commẽdati sapientes volunt dici. Ideirco indignum visum est Deo his ostendere veritatem: humilibus autem qui nihil de se præsumentes diuinæ se voluntati inclinant, æquitate cogente salutaria reuelanda sunt. Hic enim prudens Deo est & salutis suæ memor, qui scientiæ suæ anteponit Dei legem, quam vtique videt nõ verborum strepitu fulciri, sed rerum virtutibus. Et sine dubio hic stultus & vanus est, qui huic rei se commẽdat, quę nulla munitur prærogatiua signorum. Vnde non literatis seculi regnum Deus promisit, sed fidelibus, neque scrutatoribus fiderum æternitatem pollicetur, sed rectè agentibus, non dialecticis, qui fraude & minutis

quibusdam ratiunculis verum excudere nituntur, gloriam dat, sed bonæ volúntatis hominibus qui accurati magis vita sunt quàm sermone. Istos enim reprobat Deus, qui oratione clari sermonis magis vti volunt quàm bonis actibus. Nam & gloriam Dei in se vult cõuertere, qui rem Dei verbis exornare se putat. Res enim ipsę per se placere debent, vt non sermo, sed sensus laudetur. Si enim sensus autor est literæ, & verba propter res significãdas inuenta sunt, cur non magis res ipsæ puro sensu promendæ sunt, vt * fœlicius mentem incitent ad salutem? Ideóque piscatores elegit Dominus noster Apostolos, homines simplices & sine literis, qui sine aliqua seruitia fidem seruando, & bene viuendo, Dei in se ostenderẽt veritatem. Vnde & apostolus Paulus : Et ego veniens, inquit, ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis aut sapientiæ. Et inter cætera, Quia non (ait) in sermone est regnum Dei, sed in virtute: vt quia verba cõtradictioni obnoxia sunt, Dei legi virtus testis existeret, cui omnis cedit sermonum sublimitas. Itaque hæc idcirco præmissa sunt fratres charissimi, vt consuleretur simplicioribus, ne fortè indignos se putarent gratia Dei, quia minimè sunt literis forensibus eruditi, cùm magis ad laudem proficiat simplicitas eorũ: quoniam quod prudentes mundi non vident superbia literarum, hoc reddunt non verbis, sed consilio prudentes. Sciunt enim in bonis operibus requiescere Deum, & fidem quærere, non cultum sermonẽ. Legunt enim dicentem Dominum, In quo requiescã, nisi in humili & mansueto & tremente verba mea? Quamobrem vt digni efficiamur ad promissa præmia, ea quæ à Domino iubentur facere debemus, securi quia hos diligit Dominus, qui verba eius custodiunt. Sic enim dicit discipulis suis: Si diligitis me, præcepta mea seruate : vt in his Dominò seruientes regni eius hæredes esse possimus per Iesum Christum.

al. facilius.

1. Cor. 2. a. 1.

1. Cor. 4. d. 20

Esa. 66. a. 2.

Ioan. 14. b. 15

QVAEST. CI. De ira Pontifi Romanorum Leuitarum.

QVOMODO contra Leuitas Romanos disceptandum sit, qui contendunt Leuitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris coæquare. Dum iussis charitatis parere volumus, in vituperationem fortè cademus, qui de re quæ nulli aliquando in dubium venit, scribimus: quia cùm amicitiam offendere nolumus, studium quod ad aliquam rem occultam reuelandam proficere debuit, intricamus: quamuis propter nimiã stultitiam cuiusdam hoc asseuerantis, quod in subiectis pãdemus, istud nobis iniunxerit charitas memorata, ne cùm nemo diu ad hoc responderit, in peius proficeret, vt diu in vano exercitatus emendari non posit. Hoc enim charitatis studium est, quæ non quærit quæ sua sunt. Quidam igitur qui nomen habet Falcidij, duce stultitia & ciuitatis Romanæ iactãtia, Leuitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris coæquare contendit: non dicam præferre, quia stultius est, & fortè incredibile videtur, & nos nõ emẽdatores, sed calumniatores habeamur. Qua igitur lege quáve consuetudine, quónam exemplo hoc aggredi audeat, nullum scire arbitror, vt istos quibus consessus in ecclesia datus est, minimè iis coæquet qui propter quòd Antistites Dei sunt, in domo Dei & in honore Christi cum dignitate consistunt. Quę audacia est presbyteris ministros ipsorum pares facere? Quæ temeritatis præsumptio, sacerdotibus baiulos tabernaculi & omnium vasorum eius & lignorum concisores & portitores aquę conferre? Hoc enim officium fuit Leuitarum. Tale est, si præfectis officiales, dominis serui æquentur. Hoc enim scriptũ est dicẽte Domino ad Moysen: Accipe tribum Leui de medio filiorum Israel, & statue illos ante Aarõn sacerdotem, & deseruient ei. Quid hoc exemplo apertius, quod etiam nunc in ecclesia custoditur. Quanquam Romanæ ecclesię diaconi modicè inuerecundiores videantur, sed endi tamen dignitatem in ecclesia nõ præsumunt. Vt autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam vtique & altare portarent & vasa eius, & aquã in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes ecclesias, & sicut constitutum est à Domino per Moysen : aut nunquid meliores Helisęo sunt, qui aquam fundebat in manus Helię? Sic autem diaconus aduersus presbyteros defendit, quasi ex presbyteris diaconi, & non ex diaconis presbyteri ordinẽtur. Sed quia Romanę ecclesię ministri sunt, idcirco honorabiliores putantur quàm apud cęteras ecclesias, propter magnificentiam vrbis Romanę; quę caput esse videtur omnium ciuitatum. Si itaque sic est, hoc debent & sacerdotibus suis vendicare: quia si ij qui inferiores sunt, crescunt propter magnificentiam ciuitatis, quanto magis qui potiores sublimandi sunt? Quicquid enim officialibus prestatur, augmentum fit potestati. Sicut honor serui ad laudem proficit domini: quanquam apud iustum iudicem Deum vnicuiq. hic honor maneat qui decretus est singulis ecclesiarum officiis, vt qui diaconus est, diaconi honorem per omnes ecclesias habeat. Non enim qualisçunque honor est antistiti Dei seruire in ecclesia duntaxat, sed sacerdos totius honoris ecclesiastici dignus habeatur. Maior enim ordo intra se & apud se habet & minorem: presbyter enim & diaconi agit officium & exorcistę & lectoris. Presbyterum autem intelligi Episcopum, probat Paulus apostolus, quando Timotheum quem ordinauit presbyterum, instruit qualẽ debeat creare episcopum. Quid est enim episcopus, nisi primus presbyter, hoc est, summus sacerdos? denique non aliter quàm compresbyteros hic vocat & consacerdotes suos. Nunquid & ministros condiaconos suos dicit episcopus? Non vtique, quia multo inferiores sunt. Et turpe est iudicem dicere primicerium. Nam in Alexandria & per totam Ægyptum si desit episcopus, consecrat presbyter. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostendit Caiphæ, qui cùm esset homo pessimus, prophetauit. Quare? Quia princeps, inquit, erat sacerdotum. Et iterum multum distare inter diaconum & sacerdotem, liber approbat quem dicimus Actus Apostolorum. Cùm enim ex Samaria credidissent Philippo prædicanti diacono ab Apostolis ordinato, miserunt, inquit, ad Petrum & Ioannem vt venirent, & iis qui crederẽt darent spiritum sanctum per manus impositionem. Sed inscij credo Scripturarum aut immemores legis hæc defendunt. Recordari ergo debet qui ista putat asserẽda, quid Leuitis acciderit cùm taliter saperent. Cùm enim nihil inter sacerdotes & Leuitas interesse præsumerent, Deo iudice hiatu terræ absorpti sunt Chore, & consentientes ei, & ducentos quinquaginta viros torrens ignis simul consumpsit. Et Ozias rex cùm opus sacerdotale præsumeret, lepra perfusus est, vt hoc vtique exemplo cæteri territi nõ audeãt quod sibi concessum non est præsumere. Nunc enim videmus diaconos temerè quod sacerdotum est ãgere per conuiuia, & in oratione id velle, vt respõdeatur illis, cùm istud solis liceat sacerdotibus. Diaconi ergo ordo est, accipere à sacerdote, & sic dare plebi. Vides quid pariat vana præsumptio? Immemores enim elatione mẽtis, eo quòd videant Romanæ ecclesię se esse ministros, nõ considerant quid illis à Deo decretũ sit, & quid debeant custodire: sed tollunt hæc de memoria assiduæ stationes domesticæ & officialitas, quæ per suggestiones malas seu bonas nunc plurimum potest. Aut timetur enim ne malè suggerant, aut emuntur, vt prestẽt. Hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non considerare rationem. Dum enim per adulationẽ obsequuntur illis illicitè, præcipites illos faciũt, vt plus sibi putẽt licere: quippe cùm videant nõ sic deferri sacerdotibus, ac per hoc anteferri se putant. Sed testimonio, inquit, diaconi fit presbyter, quasi istud ad prærogatiuam pertineat magnitudinis. Legimus enim ad plebem dixisse Petrum apostolum, Eligite, inquit, ex vobis quos constituamus deseruire mysteriis ecclesiæ. Nolo dicere, mensis. Ecce laicorum testimonio creati sunt diaconi. Et Apostolus eum qui ordinandus dicitur episcopus, etiam testimonium vult habere gentilium. Sic enim ait : Oportet enim hunc & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Omnium ergo est testimonium dare, & non tamen omnes hoc honore digni sunt. Iudicare enim omnes possunt, & non tamen omnes possunt esse quod iudicant. Potest enim pictor iudicari bonus, & præferri alteri ab illo qui pingere nesciebat: & choraula melior alio choraula approbari, ab eo qui alterius est artis : ita & testis potest esse creandi presbyteri qui inferior ordine est. Et iterũ quo inflentur & putent sibi multum deberi à nobis, Perducuntur enim, inquiunt, qui ordinandi sunt, vt dum lateri illorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor * facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur vt obsequium præbeat ordinando. Nam & imperator vt imperator appareat, ordinatur obsequio militari: non tamen melior nec par est exercitus imperatori. Nam & [a] Aman cũ esset clarus in honore militari, à rege missus est vt Mardochæo in obsequium iret, vt quantũ dignus esset Mardocheus ex huiusmodi obsequiis nosceretur. Ita & diaconi creandis presbyteris in obsequium mittuntur: vt dignos eos fieri sacerdotes omnes intelligant. Exceptis enim sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus præponuntur diaconi.

Num. 8. b. 13.

4. Reg. 2. b. 11.

Ioan. 3. b. 5.

1. Tim. 3. a. 1.

Ioan. 11. g. 49.

Act. 8. a. 5.

Num. 16. b. 33. 2. Paral. 26. d. 21. 4. Reg. 15. 2. 5.

Diaconi est.

al. facti esse. Quasi officialis eius ab Episcopo mittitur.

a Hester. 6. c. 10.

QVAEST. CII. Contra Nouatianos.

QVOMODO contra Nouatianos contendendum sit, qui pœnitentiam salutarem negant? Dicunt discipuli sui ad Iesum, Domine, vis vt dicamus, descendat ignis de cælo & consumat eos, sicut fecit Helias? Et respondit illis Dominus dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. Cùm dignum vtique esset vendicare in Samaritanos non expectantes eum, Dominus tamen qui ad misericordiam dandam aduenit, sententiam amouit, vt de cætero corrigentes emendarentur. Et propheta Helisæus indignatus pueris qui ei contumeliam faciebant, Deo iudice vindicauit in eos, vt eo loco ab vrsis comederentur vbi sylua esse negatur. Dominus autem oblatę sibi meretrici pepercit, ei videlicet quam in adulterio se deprehẽdisse maiores Iudæorum dixerunt, vt quia pia prædicatio inceperat, nõ condemnãdum, sed ignoscendũ doceret. Nam per Moysen * data est lex, quia iustum fuit vindictam in primordiis suis cum seueritate exerceri, [b] quia & in illum qui sabbatis exiit ligna colligere, funebriter vindicauit : & in filium Ægyptię qui blasphemauerat in deũ, similiter vltionẽ dedit: & in causa fusilis vituli percussit filios Israel. Vnaquæque ergo lex inter ipsa primordia sensum suum plenum ostendit, vt vetus lex, quia ad vindicandum promptior erat, inter initia sua asperior videretur, vt metu incusso diligẽtes & solicitos facerent adiutores suos. Noua verò propterea, quòd pia & ad misericordiã facilis est, primordia sua mitissima & clemẽtissima demõstrauit, vt ipsa oblectatione ac dilectione omnes ad indulgentiã prouocaret. Postea autem & illa quæ asperior visa est propter fragilitatem humani generis, non solum rigorem suum molliuit, sed & humanam & piam se præstitit, & hæc quæ clemens visa est propter fragilitatem humani generis aliquando vindicauit. Ananias enim cum Saphira vxore sua diuinitùs cæsi sunt. Et Elimas magus incredulus & Dei legi repugnans, Domini iudicio & virtute cæcatus est. Et Herodes rex propterea quòd honorem non dedit Deo cæli, ab angelo Dei percussus scatens vermibus expirauit. Ne quia misericordia prædicatur, inultum omnino putarent homines & impunè peccari, timorẽ posuit, ostendens ad hoc dari veniam delictorum, vt quasi ex mortuis viuificati postea abstinerent se à contrariis, vt id elaboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iudicium venietur. Hæc enim vniciuq. sententia imputatur in qua defungitur. Quoniam igitur noua lex plenitudinem habet misericordiæ, ne contemptui duceretur ab amatoribus peccatorum, in supradictos vindicauit. Vetus verò lex quãquam ad vindictam data sit, quibusdã tamen ignouit, ne omnino crudelis diceretur: sed in plures vindicauit, quia sensus eius ad vlciscendum promptus est. Sine dubio ergo maior gratia nouæ legis est quàm fuit veteris. Si ergo maior gratia est, quomodo negatur hoc præstare posse quod præstitit illa quæ minorẽ gratiam habuit? Erat enim propensior in seueritatem. Itaq. si ista pœnitentibus ignouisse probatur, quí fieri potest vt ista quæ clemens est, non recipiat pœnitentes? Nam & Iudæi filij dei appellati sunt, qui per Moysen in nube & in mari baptizati, apostoli Pauli autoritate leguntur : legem enim accepturi proculdubiò purificati nosceuntur, vt de cætero acceptæ legis redderent rationem, vt si quid peccarent per pœnitentiam se reformarent, dicente Domino per Esaiam prophetam, Pœnitentiam agite qui erratis, & conuertimini. Sed fortè econtrario dicitur, pœnitentia quidem prædicata est, non tamen remissio. Si ergo pœnitentia à Deo prædicata est, fructus erit agentibus pœnitentiam. Nec enim superuacuè hoc Dominus commoneret. Porrò autem sciens Dominus conuersis dari debere peccatorum remissionem, hoc præcepit : quippe cũ dixerit, Nolo mortem peccatoris, tantùm vt conuertatur & viuat. Itaque & est fructus pœnitentiæ, sicut claruit, conuersis ad Deũ. Exclusa est ergo Nouatiani impiè composita assertio, qua verborum Domini sensum inuertit dicens : Ait Dominus, Qui me negauerit, & ego negabo ipsum: vt si aliquis Christianus quacũque ex causa negauerit, iam redire non possit, aut certè reuertens, minimè recipiatur. Et vbi erit demandata pœnitentia? cùm saluator post datam hanc sententiam negantem apostolum Petrum non negauerit. Quare? Quia pœnitentia subsequente erratum suum amarissimè fleuit, sciens vtique cõuersis ignosci & reformari eos per pœnitentiam. Sed Nouatianus fingit agendam pœnitentiam. Quia enim apertè non audet negare pœnitentiam dandam, astrictus lege, subtiliter hanc frustrare contendit. Quando enim dicit, quia qui negauerit, nullo modo veniam habebit, sed negabitur & ipse in conspectu angelorum Dei, quomodo non cum dolo agendam pœnitentiam profitetur? nunc autem manifestè fraus eius apparet, cùm subiungit dicens, Quicunq. peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neq. in futurum. Quamuis alia causa sit qua peccatum est in Spiritum sanctum, & alia negare Dominum Iesum, Nouatianus tamen vt huic peccato veniam deneget, vnum sensum vult esse, & negantis Dominum, & peccantis in Spiritum sanctum, vt hac tergiuersatione fructum amputet pœnitentiæ. Si enim idem est negare Dominum quod peccasse in Spiritum sanctum, nulla venia speranda est negantibus, neque fructus aliquis pœnitentiæ, quia hoc peccatum, neque hũc, neq. in futuro remitti Dominica oracula promiserunt. Hinc ergo apparet, Nouatianum cum dolo dicere agendam pœnitentiam. Vt quid enim poeniteret, si delictum aboleri negatur? Pœnitẽtiæ enim gemitus, fletus & lamẽtatio hoc acquirit, vt & veniam mereatur & reformationem. Denique Dauid pœnitens & confitens peccatum suum & veniam meruit, & ad pristinum statum redditus est, quia & rex permãsit, & postea prophetauit. Quod liquidò probatur : in quinquagesimo enim Psalmo pœnituit, & postea persecutionẽ à filio suo passus prophetauit. Tertius enim Psalmus iuxta historiã post quinquagesimum est. Sed fortè regi ignosci oportuit, humilibus antẽ ignosci non debet, cùm magis potentioribus difficilius ignoscendum videatur. Deus enim personam hominis non accipit. Quanto enim quis sublimior, tanto magis, licet leue peccatũ eius, graue est crimen. Sicut enim humilitas in potente sublimis & magnifica est, ita & culpa eius pro crimine habẽda est. Exceptis enim peccatis quæ constat omnibus esse illicita, non omnia licent potẽtibus quæ sunt concessa humilibus. Dignitatis enim homini negociari deformẽ est, & popinam ingredi notabile est. Senatoribus quoque fœnus diffamia est. Si ergo in his leuibus inuenti notandi sunt, quanto magis rei constituendi sunt, si peccauerint? Per hoc ergo apparet Dauid graui simè peccasse, & quidem duplici modo: conuersus tamen & homicidij & adulterij veniã cõsecutus est, & quod est amplius, deflens reformatus est. Cùm enim à propheta Nathan arguereturcum, peccatum celare non ausus est, sed confessus est dicens, Peccaui Domino. Tunc respondit Propheta & dixit, Abstulit Dominus peccatũ tuum, & non morieris, quoniam pœnituisti. Et quia inuenitur postea prophetasse, dubium non est hũc reformatum. Nam & Achab correptus à Propheta propter mortem Nabuthe ibat plorans, & conscidit vestimenta sua, & præcinxit se cilicio, & factum est verbum Domini in manu serui eius Heliæ de Achab, & dixit Dominus, Audisti quoniam motus est Achab à facie mea? non inducam ei mala in diebus eius. Et Ninuitis peccata deflentibus, imminente morte reparata est vita, Ecce quantus profectus est pœnitentiæ. Sed fortè dicatur econtrà, Cõcessa quidem est, sed non de crimine idololatriæ: quamuis enim hæc grauia sint, maius est tamen crimen idololatriæ. Rectè tamen exposita est non ex modica parte Nouatiani assertio, qua duo crimina grauia concessa pœnitentiæ videntur. Quia si fornicationi ignosci non debet, sicut Nouatiano videtur, quanto magis homicidio, aut adulterio? Sed hinc vanitas eius apparet, quando hæc quæ grauia sunt concessa probantur: quamobrem nunc, an idololatris concedi posse promiserit Deus, requirendum est. Omne enim quod iure hic concessum non fuerit, nec in futurum poterit concedi. Hic enim sicut dixit Dominus, aut ligantur, aut soluuntur peccata, in futuro autem nihil aliud erit, nisi remuneratio aut condemnatio. Omnis enim qui hic iure reprobatur, non poterit eligi, aut dignus in futurum iudicari. Audiamus igitur quæ dicat Dominus de idololatris ad Hieremiam prophetam, Vade & dic, inquit, reuertere ad me commoratio Israel, dicit Dominus, & non firmabo faciem meam in vos, quia misericors ego sum, dicit Dominus, & non irascar vobis in æuum, veruntamen cognosce delictum tuum: Impiè egisti, & posuisti vias tuas in alienos subtus omne lignum nemorosum. Ecce quid promittit eis Deus qui post lapsum ad se conuertuntur, vt post apostasiam regressis remittat peccata. Et iterum dicit Deus per Hieremiam : Delicati mei ambulauerunt vias asperas, ducti sunt vt grex direptus ab inimicis. Constantes estote filij, & proclamate, ad Deum erit vestra in abductione memoria. Nam sicut fuit mens vestra vt erraretis à Deo, duplicabitis decies tantum conuersi quærentes eum. Qui enim induxit in vos mala, inducet in vos æternam iocunditatem cum salute vestra. O clementia Dei, quemadmodum lapsos pronocat vt se erigant, quomodo hortatur vt post errorem idolorum reuertãtur ad eum : quasi pater beneuolus filiis suis iocunditatem perennem promittit salutis, si se corrigant. Item apud eundem inter cætera: Et restituam illos in terram istam & reædificabo eos, & non destituam, & replantabo eos, & non euellam: vt quia comminatus dixerat, Sacrificans diis, eradicabitur : ne peccantes in Deum desperarent de se, quòd iam quia sacrificauerant idolis eradicati, replantari non possent, hortetur eos, quia si pœniteant, poterunt ad statum suum pristinum reformari. Sententia enim tunc manet si non emendetur delictum. Denique Niniuitis prædicatum est, quia post triduum euerteretur ciuitas eorum. Quare post triduum, nisi vt aut pœniterent & auferretur sententia, aut in eo permanentes iustius deperirent? Hoc est quod dixit per Prophetam, Nolo mortem morientis, tantum vt reuertatur & viuat. Ita factum est vt morituris peccatorum causa Niniuitis, ignosceretur pœnitentia subsequente. Vt quid enim centum annis sub Noe arcam inuenimus fabricatam, nisi vt videntes & audientes quid immineret, emendarent se? Neminem enim Deus vult perire. Hinc est vnde in Salomone legimus: Quoniam, inquit, altissimus misertus est pœnitentibus. Et iterum : Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Hoc sensu & Dominus dolens super perfidiam Iudæorum, ait, Hierusalem Hierusalem quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti. Igitur semper Dominus per totam legem peccatores ad se conuerti hortatur, nolens opus suum perditioni esse obnoxium, cùm nec alia causa lex esset, quàm vt ex errore homines conuertantur ad veritatem: ita tamen, vt in nouo Testamento autor legis clementior videatur, quia tempore quo sacramentum filij sui Domini nostri manifestare dignatus est, largior & vberior in misericordia esse voluit, vt plus gratię prædicante filio esset quàm fuerat prędicantibus seruis. Nec immeritò. Sic enim fuit dignum vt maiora dona per filium quàm per famulos largiretur. Denique ad se conuersis credentibus omnia simul peccantibus concedit, nulla interueniente lamentatione pœnitentiæ. Vnde dicit Paulus apostolus : Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Pòst autem si peccauerint, per pœnitentiam poterunt mereri veniam. vt quia post acceptam gratuitam misericordiam peccauerunt, non iam gratis, sed interueniente gemitu & fletu posint ad indulgentiam peruenire. Impossibile est enim homini vt nõ peccet. Vnde Ioannes apostolus, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confitemur peccata nostra, fidelis & iustus est vt remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniustitia. Sicut Dauid meruit veniam & reformationem, cùm confiteretur peccatũ. Certè Christianis loquitur Ioannes apostolus. Ait enim in subiectis, Filioli mei, hæc scribo vobis vt non peccetis : & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Hoc dicit, vt si post baptismum peccauerimus, aduocatum supplices deprecemur vt exoret pro nobis patrem. Si enim apud veteres nostros pœnitentia habuit locum, quomodo fieri potest vt hoc tempore locum non habeat quando maior clementia prædicationis est : & qui inimicis misertus est vocando illos ad gratiam, amicis factis non miserebitur cum mercede? Tribulatio enim cordis, merces est pœnitentis. Si lapsis pœnitentib[a], qui ante lapsum amici fuerant, non ignosceretur, quod dictum est Nouatiani si esset verum, dolerent homines ex inimicis factos se amicos. Aut qualis æstimandus erat ille si inimicis non pœnitentibus misericordiam daret, amicis verò & pœnitentibus non daret? Præterea cùm sciat Dominus diabolum aduersus amicos & seruos Dei plus se extollere & fœuire. Vnde dicit Petrus apostolus, Vigilate & sobrij estote, quia aduersarius vester diabolus fremens sicut leo circuit quærens quem deuoret. Quoniam ergo nouit Dominus aduersarium nos habere horrendum & validum, si victi

Esa. 55. a. 7.

Ezec. 18. g. 32.

Mat. 10. d. 33.

Act. 6. a. 3.

Mat. 16. g. 15

1. Tim. 3. b. 3.

al. facti esse rum esse.

Mat. 12. c. 32

2. Reg. 12. c. 13.

3. Reg. 21. g. 27.

Ioue 3. b. 5.

Act. 5. a. 5. & 10. Act. 13. b. 8. Act. 12. d. 23.

Mat. 16. c. 19.

Hier. 3. d. 12.

Baruc. 4. c. 26

Hie. 24. c. 6.

Ioue 3. b. 4.

Ezec. 18. g. 32

Gen. 6. a. 3.

Eccl. 12. a. 3.

Sap. 11. d. 24.

Mat. 23. d. 37

Rom. 11. d. 29

1. Ioã. 1. d. 10.

1. Ioan. 2. a. 1.

1. Pet. 5. c. 8.

ab eo fuerimus, vult nos ad auxilium suum confugere, dolens elisos nos, vt virtute eius reparati fortiter repugnemus. [a] Sicut enim nisi breuiati fuerint dies illi quos dicit Dominus: nulla fiet salua caro: ita & si negetur hominibus pœnitentia, nemo poterit saluus fieri. Si enim [b] nemo, inquit, gloriabitur mundum se habere cor, Et alibi, [c] Nemo, ait, sine sorde, nec infans vnius diei: quis poterit euadere si pœnitẽtia denegetur? Et vbi est quod dicit Dominus, [d] quia gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitẽtiã agẽte? Sed si maiora crimina, inquit, ignosci nõ debent, fornicatio & idololatria, vbi est dictum Domini cum quo omnia peccata, & blasphemias promittit remitti hominibus, spiritus autem sancti blasphemia non remittetur hominibus? Omnia enim peccata remitti, excepto vno. Nunc elige Nouatiane, de quibus vis dictum: De adhuc non credentibus, aut de iam credentibus? Si de credentibus, quomodo dat remisionem peccatorum: cùm cõstet omnes antequam credant in Deum peccasse & in Spiritum sanctum? Nã nonnulli gesta dominica magicas artes appellant, opus sancti spiritus dæmoniis assignantes. Si autem de credentibus vis dictum, exclusa est assueratio tua, quia omnia peccata remittẽtur ei, & qui dixerit, inquit, verbum contra filium hominis, remittetur ei. Ergo siue in Deum, siue in Christum peccetur, remittetur hominibus. Omnia enim peccata complexus est, præter in Spiritum sanctum. Itaque non hoc peccatum vult intelligi, quod peccatur in Deum, hoc esse & in Spiritum sanctum: si enim hoc esset, nõ vtique istud excipe-ret. Quoniã ergo aliud peccatũ significat, cũ blasphematur in Spiritum sanctum: ad personam enim pertinet hoc dictum, nõ ad naturam Spiritus sancti, siue iam credentibus per pœnitentiam, siue futuris credentibus per baptismum omnia remittentur peccata. Quòd autem in Spiritum sanctum peccauerunt Iudæi, alia causa est, & quæ ad tempus illud pertinuit. Vnde non illis hoc remitti, nec hîc, neque in futurum ostendit. Non enim errore peccauerunt in Spiritum sanctum, sed maleuolentia. Sciẽtes enim prudentẽsq. opera quæ viderunt in gestis saluatoris, Dei esse, vt populum à fide eius auerterent, hæc simulabant esse principis dæmoniorum. Hinc est vnde dicit eis Dominus, Vos habetis clauem sciẽtiæ, & nec vos intratis, nec alios sinitis intrare. Hæc ergo sententia contra maleuolos prolata est, quibus remedium inueniri non potest vt saluẽtur. Nihil est enim hoc crimine grauius: fingit enim falsum esse, quod scit esse verum. Iudæi enim qui sub Dei lege esse videbãtur, quibũsq. facta promissio Christi est, videntes magnalia, & intelligentes hoc esse quod promiserat Deus, inuidia cæcati sunt vt hoc esse negarent, & non solùm negarent, sed & persequerentur vsque ad mortem. Non ergo dignum est, istis peccatum hoc vnquam debere remitti, qui conscientia sua teste, Deo cui se deuotos dicebant, ausi sunt repugnare. Vt autem in Deum vel in Christũ peccetur, diuersæ sunt causæ. Aut enim aliquis dum felicitati alterius inuidet, dolore humilitatis suæ insurgit in creatorem: aut aliquid repentinum passus quod sit aduersum, in iracundiam excitatus, in parentem iniuriosus existit: Christi autem incarnatio etiam ad iniuriam prouocat. Dũ enim ignorant homines sacramentum incarnati Christi, blasphemant, indignum ducentes si filius Dei qui incorporalis & simplicis naturæ est, hominũ more natus dicatur. Blasphemant ergo quia ignorant mysterium. Quamobrem conuersis his porrigenda est manus, quia sic contra verum existunt, dũ pro vero se facere arbitrantur. Tortus huiusmodi & exungulatus hoc verũ esse dicit quod * persequebatur. Suprà memorati autem Iudæi aliud senserunt & aliud egerũt, qui sine iudice & carnifice cõscientia sua teste semper torquentur. Qui enim per errorem inimicus existit vero, cùm conuersus fuerit, gaudet cognouisse se veritatem: maleuolus autem non habet quod emendet: si enim conuerterit se, incipiet verũ dicere quod prius falsum esse nesciebat. Spiritui autem sancto vt fiat iniuria, causa nulla extitit: officium enim eius offensionem non parit, quia in virtute signorum & prodigiorum apparet. Quis enim * insibilare contra eũ audeat, vidẽs mortuos excitatos? Aut quis irascatur ei cuius effectu videat currentes paralyticos, cæcum lumen accipere, surdum audire? Aut quomodo non amabit eũ, quẽ videat spiritus immundos eiicere, leprosos mundare, & simul omnes infirmitates curare? Huic Iudæi maluerunt iniuriam facere, opus eius dicentes opus esse dæmoniorum, dummodo inuidiam atque odium * contra Saluatorem exercentes explerent: idcirco neque hic neque in futurum hoc peccatum remitti eis ostendit. Sed Nouatianus maiora, inquit, crimina nominatim non remitti probantur, id est, idololatria & fornicatio post lauacrum. Id circo enim in baptismo ait, simul omnia remittuntur peccata, vt de cætero si quid graue commiserint, nullo modo veniam consequantur: quia post acceptum Spiritum sanctum, quod contra Spiritum sanctum est, admitti non debet. Quis neget peccari nunquam debere, si esset posibile? Porrò autem sciens Deus fragile genus humanum, semper remediis salutaribus prosecutus est eos, vt post peccata haberent quomodo se repararent. Si autẽ spiritus datus prohibet peccantibus dari pœnitentiã, nulla prouidẽtia est in nouo Testamento, & melius videbitur veterib° prouisum, quibus medicina ista minimè est denegata. Et quomodo maior gratia est in nouo quàm in veteri? Nam hoc inimici est, qui sciens hominibus aliter prouideri non posse vt perueniant ad salutem quàm interuentu pœnitentiæ Spiritum sanctum dari, cui si iniuria facta fuerit metu aliquo, aut per aliquem errorem iam satisfactio

a Mat. 24. b. 22.
b. 3. Reg. 8. c. 46.
Prouerb. 20. b 9.
Eccl. 7. c. 21.
1. Ioan. 1. d. 8.
c Iob 14. a. 4.
d Luce 15. b. 7.
Mat. 12. c. 32.
al. sequitur.
al. infibilare.
al. quod circa Saluatorem exercebant.

locum non habeat reformandi hominem. Hoc est, occasionẽ quæsisse perdendi homines, non saluandi. Sed absit, quia Dominus ait, Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Nam si nobis peccata quæ in nos peccamus inuicem, si conuertamur, septuagiessepties remitti à nobis alterutrum præcepit Deus, quanto magis ipse, si in illum peccetur, ignoscit conuersis? Omnem enim peccatorem conuerti vult. Vnde Apostolus fornicariis & immundis remissum probat dicens, Ne fortè veniẽs lugeam multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia & fornicatione quam gesserunt. Probat quosdam egisse pœnitentiam, de quibus non dolet, sed gaudet. Aliquos autem significat nõ egisse fornicationis suæ pœnitentiam, propter quod & lugere se eos dicit, non pertinentes ad vitam, quia non egerunt pœnitẽtiã. Si enim huiusmodi criminis in hac vita semper agenda pœnitẽtia esset, non diceret lugere se eos, quia non egerunt, sed quia non agũt. Sciẽtes autem hęc, incipient peragere pœnitentiã, quia non egerunt. Hoc enim volebat vt veniens ad eos pacẽ haberet cũ cõmunione eorum. Ecce probatum est, fornicariis post actam pœnitentiam communicandum esse. Non enim potest illis communicari quamdiu agunt. Tunc autem communicandum est, cũ desinunt agere iudicio ecclesiæ. Nunc superest videre an specialiter idololatris posse remitti probemus. Legimus enim in Apocalypsi beati Ioannis apostoli, pœnitentiam super idololatriã prędicari. Cõmonentur enim Episcopi, quos angelos vocat, id est, nuncios, sicut & beatus Paulus apostolus ait, Sicut angelum Dei accepistis me, vt peccantibus dent pœnitentiam, nec eos patiantur minimè cõmoneri qui scandala faciunt in ecclesia, cũ sint & ipsi de ecclesia. Dicit ergo: & angelo Pergami Ecclesiæ scribe. Hæc dicit, qui habet gladiũ ex vtraq. parte acutũ, Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ. Et tenes nomen meum, & non negasti fidem meã, in diebus quibus Antipas testis meus fidelissimus occisus est apud vos vbi satanas habitat: fit habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere scandalum sub oculis filiorum Israel, manducare delibata & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, Similiter age pœnitẽtiam. Hanc dicit esse doctrinam Nicolaitarum quę fuit in Balaam, id est, idololatriam & fornicationem, de qua iubet agi pœnitẽtiã. Et quia hominibus ecclesiæ loquitur, ostendit dicens, Hæc dicit spiritus ecclesiis. Quis autem fructus est pœnitentiæ, ita significat, Vincenti, inquit, dabo manducare manna quod est absconditum, vt per pœnitentiam quasi vincat peccata. Quid est enim pœnitere, nisi dolere præterita, & de cætero temperare ab his quę admiserat? Et angelo Thiatyræ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius Dei qui habet oculos sicut flammam ignis, & pedes eius similes æramento Tyrino, Scio opera tua & dilectionem & fidem & ministerium & patientiam & opera tua nouissima meliora prioribus. Sed habeo aduersum te, quòd finis mulierem Iezabel, quę se dicit Prophetam, & docet & seducit seruos meos fornicari & manducare immolata idolis: & dedi ei tempus ad pœnitendum, & noluit agere pœnitẽtiam de fornicatione sua. Ecce mittam illam in lectũ, & adulteros eius cum illa in tribulatione magna, nisi egerint pœnitentiam factorum suorum, & natos eius occidam morte: & scient omnes ecclesiæ, quia ego sum qui scrutor renes & corda, & dabo vnicuiq. vestrum secũdum opera sua. Vobis autẽ dico & cæteris qui Thiatyræ estis, qui hanc doctrinã non habetis, & ignoratis altitudinem satanæ, sicut dicunt, non mitto in vos aliud pondus: verum tenete quod habetis donec veniam. Vincenti autem & seruãti opera mea vsque in finem, dabo ei potestatem super gentes. Sub vna epistola data ad ecclesiã Thiatyram, duplicẽ Nouatianæ hæresis cõfundit & explodit errorem: & pœnitentibus enim idololatriæ causa fructum promittit, & in vna ecclesia malos non contaminare bonos ostendit, cùm vnius vtique essent communionis: nec enim extra ecclesiam positis scribebat dicens, Qui habet aures, inquit, audiat quod dicit spiritus Ecclesiis. Simili etenim modo apostolus Paul° Scimus enim, inquit, quia quæcunque lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur. Et alio loco, Quid enim, inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnius ergo ecclesiæ homines, partim ad pœnitentiam prouocat, partim collaudat dicens, Vobis autem dico cæteris qui Thiatyræ estis, quicunq. non habetis doctrinam istã, id est, idololatriæ, tenete quod habetis donec veniam: hoc est, perseuerate vsq. ad finem, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Similiter & qui perseuerauerit in malo, dãnabitur. Ac per hoc sicut iustitia iusti non liberabit eum in die qua erraverit, sic & iniquitas iniusti nõ nocebit ei cùm conuerterit se. Ideo dixit, Sacrificans diis eradicabitur: si autem conuerterit, vita viuet. Sicut est & illud quod ait Dominus, Qui me negauerit, negabo eum. Si autem conuerterit se, non poterit negari ab eo quem confitetur. Hinc est vt diceret in Psalmo, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis homo viuens. Hæc enim sententia imputatur homini in qua moritur. Nam quia in ecclesia mali cum bonis futuri essent vsque ad iudicium Dei, ipse Deus significauit, dicens, Simile est regnum cælorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium collegit. Cùm autem venissent ad littus, bonos segregauerunt in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli & segregabunt de regno Dei omnia scandala, & eos qui iniquitatem faciunt. Hæc causa significatur etiam in illo qui inter discumbentes inuentus est non habens vestimentum nuptiale

Luce 9. g. 55.
Mat. 18. d. 22.
2. Cor. 12. g. 21.
Gal. 4. b. 14.
Apoc. 2. c. 12.
Num. 24. c. 24. & 25. a. 1.
Mat. 10. d. 33
Mat. 10. c. 22
Mat. 10. d. 33
Psal. 142. a. 2
Mat. 13. f. 47
Mat. 22. b. 12

nuptiale: quem solum proiectum de cœtu ostendit ecclesię, quia crimen indignitatis eius non polluit cæteros: & quia hæc indignitas eius designata est, eo quòd vestimentum non habuerit nuptiale, manifestus fuit cæteris. Videbant enim eum inter se aliud esse vestitum. Hinc est vnde Paulus apostolus, In magna autem, inquit, domo, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Istud propter Hymeneum & Philetum posuit, qui cùm essent ex ecclesia, peruersè de resurrectione sentiebant: sicut aliqui de Corinthiorum ecclesia resurrectionem negabant. Sed hanc domum magnam Nouatianus mundum significat intelligendum, non ecclesiam, ne in vna ecclesia malos cum bonis, mundos cum immundis cogatur asserere. Quod facilè puto conuelli. In vna enim domo omnes sub vno sunt nomine: quamuis enim moribus diuersi sint, vno tamen Domini sui nomine censentur in professione. Mundus autem hic diuersæ professionis continet homines, ita vt dispares profiteantur se habere & deos & dominos. Vides ergo non hoc potuisse dici de mundo, sed de ecclesia: in qua sub vno degentes nomine, diuersi sunt actu. Quod quidem Nouatianũ nõ ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suæ iustas querimonias non habebat, ne apertè erubesceret, argumenta quædam sibi conflauit per malam legis interpretationem, quibus excusare niteretur & tegere liuoris sui inuidam voluntatem. Denique respondet ad hæc quæ diximus dicens, Nec ego renuo agẽdam pœnitentiam admissæ idololatriæ, sed ego remittere non audeo, quia crimen hoc ab eo remittendum est in quem admissum est. Hęc autem cum dolo respondet. Interpretationibus enim suis detegitur, quibus fraus eius apparet. Quando enim dicit, scriptum est, Qui me negauerit, & ego negabo eum: & mentiri non potest cuius verba sunt: pœnitentiam quam agendam dicit, inanem & infructuosam ostendit. Si enim sententia data est, & non fallit qui dedit, quid excruciare compellis hominem lamentationibus & gemitibus, qui huius rei effectum, aut denegas, aut scire te minimè profiteris? Omnis enim qui consilium alicui dat, ad hoc vtique dat, vt quid ex eo proficere posit, prædicet. Sed quia tu Nouatianę dolosè hoc profiteris, ad illudendas mentes hominum, agendam pœnitentiam dicis. Sciens enim apertè hoc negari non posse, subtiliter facis, quia non voce sed affectu pœnitentiam amputas. Omnem certè qui idolis sacrificauerit, in Spiritum sanctum dicis peccare, cui neque hîc, neque in futurum peccatum hoc remitti per legis verba contendis. Quomodo ergò huius delicti agendam pœnitentiam dicis, nisi quia fallis sicut suprà ostendi? Sed soles alio loco fraudem hanc velle contegere, dicens eodem sensu etiam Petrum apostolum dixisse Simoni, Age pœnitentiam ab hac malitia tua, si fortè remittatur tibi. Sed contuens apostolus Petrus veterem & venenatam malitiam hominis & peramaram, idcirco dubium ei dedit responsum. Quis enim mortalium sic peccauit, vt donum Dei pecunia vellet mercari? Maleuolentiæ ergo responsum istud datum est, non errori. Hæc est enim quæ remedium non habet, quia nec error est, nec per quam excusetur necessitas, vt possit per statum ad veniam peruenire. Si in tali itaq. causa aliqui fuerint inuenti, hoc audiant quod audiuit & Simon. Nam ideo dubiè respondit ei apostolus Petrus dicẽs: In felle enim amaritudinis & in obligatione iniquitatis video te esse. Si ergo in tam graui causa, & quæ sine remedio videatur, dubiè responsum est, ambiguũ non est, eis qui errore aut necessitate aliqua in Deum peccant posse remitti, si congruam pœnitentiam agant. Hoc enim concessum est iuri ecclesiastico ab autore, vt & pœnitentiam det, & post pœnitentiam recipiat. Et adhuc est aliquid quod deprehẽdit Nouatianus, Cur, inquit, corpus Domini tradunt eis quos nouerunt peccatores? Quasi posint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si autem accusati fuerint & manifestati, potuerũt abiici. Nam quis iudex accusantis sumat personam? Nam si ipse Dominus Iudam passus est, quem sciebat furem esse, & ea quæ mittebantur exportare, nec eum qui accusatus non est, abiecit: hoc exemplo vti oportet, vt eum abiicere non liceat qui publicè detectus non fuerit. Nam nec iusto viro competit aliquem accusare. Vnde Matthæus, Ioseph cùm esset, inquit, homo iustus, & nollet eam traducere, voluit eam occultè dimittere. Iudas ergo cùm esset inter discipulos, contagione sua non eos maculauit, dissentientes vtique à furtis eius, & eucharistiam inter eos accipiens nõ polluit innocentes. Nec Dominus ei quem latronem sciebat, corpus suum denegabat, quia secundum Apostolum, Qui indignè sumit, gladium sibi sumit. Vnde nec ab oculis eius se auertit. Peccatores etenim eos polluunt, qui consentiunt malis eorum. Vnde dictum est, Videbas furem, & concurrebas cum eo. Hinc est vnde Apostolus plebem Corinthiorum arguit, propterea quòd illum qui publicè vxorem patris habebat, non corriperent aut euitarent, vt se emendaret, dicens, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Cùm enim non esset dux aliquis aut præpositus ecclesiæ, plebis erat corripere cum quem videbant tam turpiter & obscœnè inter eos conuersari. Ac per hoc quasi consentientes eos crimini eius, Apostolus arguit. Nec enim in hac re accusatore opus erat, aut testibus. Publicè enim nouercam suam loco vxoris habebat. Itaque quantum ad causam nostram pertinet expositum rationem, non alios criminantes, sed nos defendẽtes. Nouatiani autem obtestor conscientiam, qui nos semper accusat, si sanctos scit esse omnes quos secum habet. Intantum autem irascitur nobis, vt & Christianos nos neget, cùm sciat nos ea fide initiatos de qua ipse præsumit. Christianum certè professio facit & vita. Si ergo vides hominem ea profiteri quæ tu, & non dissimilem esse in vita, quare negas esse eum quod tu es? Certè qui dicit Dominum Iesum, in Spiritu sancto dicit, verum enim dicit. Omnis enim veritas de Deo est. Cur non assentis vera dicenti, sed negas fatenti? Deinde contradicis non ratione, sed furore. Nunquid non inimicus Dei videris, qui vera de domino Deo profitenti resistis? Nunquid paganus, audiens aliquem idola dicentem esse deos, negat paganum esse? Cur tu negas Christianum quem audis verba integræ fidei profitentem, cùm legas, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem? At tu vt inimicus, quod per iracundiam non vides, Deo repugnas negans hoc confitentem habere salutem, cùm dominus dicat, Quicunque me confessus fuerit, & ego eum. Nunquid ait, si Nouatianus me fuerit confessus: sed tu hoc sic astruis, vt tibi hoc defendere videaris, vt is saluetur qui non Christianus tantùm, sed qui fuerit & Nouatianus. Sed si in Christo facta confessio dat salutem, vbicunque apud quoscunque integra fuerit hæc confessio, habet salutem. Itaque si confessionis huius traditio corrupta est apud nos, aut sensus immutatus, rectè accusas. Si enim hæc manet in nobis, sicut & in te, nos negando, & te negare videris. Sed fidei ministros accusas: fac verum esse, quãtuis probare non posis, Qui tamen ab his audierunt, verùm est quod audierunt, an falsum? Nec enim si vitiosus verum dixerit, non erit verum, quia à vitioso dictum est, cùm alia causa sit conuersationis, & alia professionis. Nónne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? Primo in illo sciens hoc proficere religioni, cùm confitemur esse nos Christianos, sacrilegus confitentibus nobis credit quod non vult audire, quia odit. Tu autem cũ eiusdem professionis sis & signaculi, nõn credis confitentibus nobis quæ ipse confiteris. Si aliter nos renatos scires quã tu renatus es, rectè non crederes hoc nos esse quod tu es. Vt quid à sacrilego persecutionem patior, si non hoc sum quod tu es? Nam si hoc de me profiterer quod tu de me dicis, persecutionem non paterer. Ac postremum mihi credendum est de me, non tibi. Meam enim professionem quærit iudex, non tuã de me. Quid ergo me confitentem tu negas, cùm verum sit, in hac causa non alienum testimonium, sed meam professionem requiri, aut pro me, aut contra me? Nolebam pro nomine torquere te contra me, vt appareret si vera confitentem & tu negares contra me, aut cui crederetur. Dolo enim hoc proponis, vt iustam causam videaris habere schismatis. Nã non ignoras in hac re meã de me testificationem requiri, non alienam, & hoc verum haberi, quod ego fuero confessus, non quod alter negauerit. Manifestum est vtique liberos esse eos, qui amore Christi non disquirentes hominum actus, ad fidem eius consequendam concurrunt: hoc eorum probantes quod sibi vtile norunt, id est, vt traditionem fidei, quæ de Christo est, consequantur. Nam qui præter mysterium aliquid aliud in hac re putat homini necessarium, traditioni facit iniuriam: minus enim sentit de gratia Dei. Quando enim nisi meritum hominis affuerit, negat donum Dei proficere posse deuoto sibi, aut potiorem, aut parem facit hominem ipsi traditioni, cùm longè sit meritum hominis ab hoc officio. Sicut de hac eadem re dicit apostolus Paulus, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque nec qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quomodo in hac re aliquid de homine sperandum est, cùm vera data sint quæ tradantur? Videamus itaque quid proderit, si boni meriti fuerit: aut quid oberit, si mali fuerit meriti. Accedens verba Dei audire desiderat, quibus fidem commendans, salutem se credit accipere. Quid facit in hac re, si bonæ aut malæ vitæ sit qui verba fidennia tradit, cùm fides deuota quæratur percipientis, vt ea quæ audit toto animo credat? Nunquid si malæ vitę sit qui tradit, impedimentum faciet percipienti, vt non credat quæ audit credenda, vt peccatum eius intret in cor eius ne credat: aut Deus qui iustus est despicere habet deuotum sibi propter peccatũ eius, quem ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat, quem constat falli frequenter, aut esse gratiosum: si ita esset, & homo causam suam ageret, nónne diceret Deo: Quis sit iste cuius causa me despicis, nescio: ego ad eum tui causa accessi, quia tuus dicebatur antistes: te quæsiui, te desideraui, tibi credidi, de homine nihil speraui. Quare ergo mala eius mihi obsint, quem nescirem nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustum videretur fortè, vt & mala eius obessent mihi. Sed sicut bona eius si dubiè credidissem, nihil proderant mihi, ita & mala eius nihil obesse mihi debent benè credenti. Ego enim verbis eius fidem dedi, quæ à te data dicuntur. Quicunque te inspirante loquuntur, de te promittunt: huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei, quæ ex te est, me copulaui. Secundum hæc integra est causa credentis. Aduocatorum enim more accepi antistites. Nunquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronunciabitur? hoc est officium aduocati vt secundum iuris ordinem, suscepti sui causam peroret. Nunquid poterit vita eius, si turpis est, obesse causæ suscepti? Persona enim aduocati nec obesse nec prodesse poterit: qualis enim fuerit causa, sic & respondebitur ei. Sic sunt & qui volunt Christiani fieri, accedunt antistitem, dicunt ei vota sua. Ille facit verba iuris ecclesiastici: si vera vota sunt,

1. Tim. 2. c. 20.
Iacob. 11. c. 6.
Mat. 1. c. 19.
1. Cor. 11. f. 27.
Psal. 49. c. 11.
1. Cor. 5. a. 1.
1. Cor. 11. a. 3.
Rom. 10. b. 10.
Luce 12. b. 8.
1. Cor. 3. b. 6.

suscipiuntur à iudice: in quo ille aut obesse poterit, aut prodesse? quippe cùm nec causam suscepti sui norit. Deo enim iudici soli cognitum est, quis, qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio: iudicis autem, aut suscipere, aut renuere causam suscepti. Ipse enim inuenitur dixisse, Filia, fides tua te saluam fecit. Vides itaque nullius adiutorio, sed vnumquenque fide sua saluari. Hoc enim Deus decreuit fidei, vt si nó dubitet, omne quod voluerit, consequatur. Tu tamen non vt amicus, sed quasi inimicus Christi, populum sub tuo nomine cógregasti, vt nó sint Christiani nisi fuerint & Nouatiani, cùm Apostolus condemnet, si quis dicat se Paulianum, aut alterius alicuius: sed tu potiorem te iudicans, super Christi nomen tuum posuisti, quasi ille non sufficeret ad tuendam ecclesiam suam.

Mat.9.c.22.

1.Cor.3.a.4.

Q. CIII. Qvomodo in Leuitico Dominus sacrificia & libamina offerenda præcepit, quę alibi respuit? Cùm constet in Leuitico de sacrificiis offerendis Dominum mandasse patribus, vt offerrent libamina vel sacrificia, siue holocausta. Denique sic dicit per Hieremiam prophetam, Hæc dicit Dominus, holocausta vestra congregate cum sacrificiis vestris, & manducate carnes, quia non sum locutus ad patres vestros, neq. mandaui illis qua die eduxi illos de terra Ægypti. De holocaustis & sacrificiis, si penitus aduertas, non est de hac re facere quęstionem: nec menitum Dominum aut immutatum putes, vt mandaret, & postea denegaret. De huiusmodi enim sacrificiis & libaminibus seu holocaustis nihil inuenitur mandasse, de quibus nunc se locutum testatur. Duo etenim genera sacrificiorum aduerte, vnum quod per singula genera offerri mandatum est, & aliud quod voluntarium dictum est. Illud ergo quod per diuersa genera, siue pro peccatis, siue pro primogenitis offerri præceptum est, quid & quale & quomodo offerendum esset, mandatum est. Sacrificium autem voluntarium non vtique mandatum est, quia arbitrio remissum est: vt si aliquis voluisset offerre, quod illi visum fuisset, offerret: voluntaria enim erant hęc sacrificia. Et quia negligenter & improuidè hæc offerebant, non deliberátes, quia qui offerret potentiori, munera electa offerret: idcirco dicitur eis, Non mandaui vobis de his: sed si vultis, debetis quæ digna sunt offerre. Sic etenim inuenitur & Cain peccasse, cùm non considerat Deo hæc deberi offerri, quæ potiora sunt. Cùm enim ad propitiandum Deum hæc offerre se dicerent, in eo ipso prouocabant Deum ad indignationem, vt in id quod dicerent se bene facere, peccarent offerentes Deo holocausta indigna. Vnde dicit in Malachia propheta, Si adducatis ad victimam cæcum aut claudum aut ægrum, non est bonum. Offer autem ea duci aut præposito tuo, si suscipiet te, dicit Dominus omnipotens. nunc est vt per Esaiam de eadem re queratur Deus, dicens, Quo mihi oues holocausti tui? Neque in sacrificiis tuis honorasti me. Non enim ad hoc te feci, vt laborares in thure, aut vt mercareris mihi argento incensum, nec adipem sacrificiorum tuorum concupuiti: in peccatis autem tuis & iniquitatibus astitisti mihi. Manifestum est itaque ortas esse querelas: quia cùm voluntaria sacrificia offerrent, non in his Deum honorabant, offerentes indigna, cùm hæc vtique non essent necessitatis. Si enim mandata fuissent, necessitate videbantur qualiacunque offerre. Quando autem arbitrio suo hæc offerebant, talia debebant offerre, ex quibus obsequium in se Dei ostenderent. Sed quia animus illorum cupiditate idolorum errabat, inconsideratè hæc agebant. Igitur duplici genere exprobrantur, quia & iniquè agentes, Deo audebant offerre: & quæ indigna erant, offerebant: cùm iniqui actus non sacrificiis redimantur, sed lamentatione & misericordia. Vnde dicit Dauid cùm peccasset, Si voluisses, sacrificia dedissem: vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Denique dicit Samuel ad Saul, qui cùm contempsisset præceptum Domini, sacrificio Deum putabat posse placari. Non enim, inquit, vult Deus sacrificium magis, quàm audiri vocem suam. Et scriptura dicit: Misericordiam volo plus quàm sacrificium. Iudæi cùm iniusti essent, & immisericordes, oblationibus propitium Deum fieri arbitrabantur: sicut & nunc quidam spernentes iustitiam, oblationibus laudari se putant. Bona est ergo oblatio, si seruetur iustitia, & nó negligatur misericordia: quia quod nobis petimus, & aliis præstare debemus.

Leuit.7.a.1.

Hier.7.c.21.

Duo genera sacrificiorum.

Psal.50.d.18.

1. Reg. 15. c. 22.

Osee 6. c. 7.

Q. CIIII. Sciens Dominus bellum Iudaicum aduersus se futurum, dixit discipulis suis vt gladios sibi pararent: quo facto, cùm cœptum esset bellum duce Iuda Scariothe, videns Petrus apostolus insurgẽtes hostes, protulit gladium, & amputauit auriculam serui sacerdotum. Tunc Dominus iussit Petro, vt reconderet gladium in thecam suam. Omnis enim, inquit, qui accipit gladium, gladio peribit. Vt quid parari iussit, qui prohibuit percutere: reum etiam mortis designans eum, qui percussit gladio, cùm non vtique iniustè videatur Apostolus percussisse? Quantum enim pertinet ad Petrum, percussit eum quem contra se armatum videbat. Resistere enim debuit ingratis seruis, & ad Dominum necandum armatis. Si singula membra inspicias cautè, cuius vis patefieri rationem, inuenies & alia quæ requires his dictis. Quid enim opus erat, vt hic qui spiritali fructus erat virtute, gladios iuberet parari carnales: & qui prius iussit, in via nec peram ferri, nec pecuniam, nec virgam, nunc iuberet haberi, quæ prius prohibuit? Incipiamus ergo cur gladios iusserit parari, & occidi prohibuerit, explanare. Non solùm enim inimicorum, verumetiam ipsorum discipulorum suorum causa, ad superuenturum bellũ arma procurari præcepit. Noua enim & mirabilis res futura erat, vt is qui noua & inaudita signa faciebat, sic subitò humiliaretur, vt & verberibus subiiceretur & morti. Ne ergo velut impræscius hæc pati videretur, & à quo fortè virtus recessisset, hæc omnia sic prædixit, vt non dubitaret de his, sed præscius contra hæc se pararet: & quia voluntate humiliatus est, non resistere acrius inimicis iuberet: intantum seipsum esse qui fuerat ostendens, vt iam detentus, aurem, quæ abscissa fuerat, restitueret, vt quod gladio operante deciderat, redderet: non quasi carnalis vtique medicus, sed quasi corporum conditor opus suum trũcatum refinxit. Nec enim possunt medici abscissa corporis membra reparare. Vt autem Dei virtus in illo non diminuta, sed ita vt fuerat inesse videretur, & illud firmaret quod dixerat, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: hac ergo causa gladios parari, non tamen occidi iussit. Nũc illud ostendere superest, quare contuens factum apostoli Petri, eũ qui gladio vsus fuerit, gladio dixit perire, cùm non iniustè percussisse videatur? Nam sicut significatur in Luca, ipso Domino permittente percussit, & sic prohibitus hæc audiuit. Ideo etenim permissum est, vt & vindicare se posse videretur, sed nolle: & vt virtus ostenderetur in eo manere, in quo fuerat, vt in vtroque vindicare se posse non ambigeretur: inimici verò pro certo haberent datam sibi ab eo potestatem, vt hoc facerent. Non enim victus apparebat, sed tradens se voluntati eorum. Quare ergo sententia data est, vt qui gladium accipit, gladio pereat: nisi quod nulli licet, excepto iudice, quemquam gladio occidere? Apostolo autem Petro vsque ad hoc permissum est, vt dolorem faceret, non quod occideret. Ob hoc enim audiuit, ne iterum percuteret. Didicit præterea, quia Christianis iam factis occidere non licet. In misericordia enim positis, lege iuris mundo crediti vt non licet asperè. Illud autẽ quod antè euntibus in via discipulis mandasse videtur, vt nihil tollerent in via, pacis est causa, & gratia virtutum, & affabilitas doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliquid in via, quibus signorum causa omnia offerenda erant? At vbi tempus, quo se pati permisit, aduenit, propter quod rixa magis quàm bellum imminebat, armatos iubet esse discipulos: non vt repugnaret qui pati volebat, sed, vt dixi, vt præsciens se huius rei, & in potestate habere passionem suam ostenderet: humiliaret autem se humanæ salutis causa, quod suo loco dicetur.

Gen.4.a.6.

Malac.1.c.8.

Esa.1.c.11.

Mat.10.c.10.

Q. CV. Qvomodo prophetia quadret cum Euangelio, de obscuratione Solis & quibusdam aliis. Cùm in primo aduentu Domini prædictum sit, quia contenebraretur Sol in passione eius, eadem hora qua factum probatur, id est, meridie. Sic enim scriptum est in Amos propheta, Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & contenebrescet super terram dies lucis. Illo ergo die à sexta hora contenebratus est Sol vsque ad horam nonam, & ita completa est prophetia supradicti Prophetę. Imago huius rei, quæ futura est in aduentu Domini secundo, in passione Domini est ostensa: quia in fine, cùm cœperit Dominus aduenire vt iudicet mundum, soluentur luminaria ab officio suo, dicente Domino, In illis diebus Sol contenebrabitur, & Luna non dabit lumen suum. Quod quidem & Iohel propheta non prętermisit, vt cùm à multis significatur, sine dubio impleri credatur. Ita enim dixit, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, priusquam veniat dies Domini magnus & manifestus. Hoc quantum apparet, secundo aduentui magis congruit: tunc enim omnibus sic apertè manifestabitur, dicente scriptura, Tunc videbit illum omnis oculus, & plangẽt se super illum omnes tribus terræ, & qui illum crucifixerunt. Itaque si in vtroque aduentu hoc continetur, quia Sol contenebrabitur illis diebus, qui dies ille, quo ampliari Solem & Lunam cecinit Scriptura? Ait enim inter cętera Esaias, dicens: Erítque super omnem montem excelsum, & in omni loco excelso aqua perambulans in die illa, cùm perierint multi, & cùm ceciderint turres: & erit lumen Lunæ, & lumen Solis, & lux Solis erit septies tantum in die, cum sanabit contritionem populi sui: & cætera. Qui dies potest intelligi, quo promisit se Dominus sanare contritionem populi sui? Hunc opinor esse diem, quem pater Ioannis Zacharias ostendit dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui à sęculo sunt. Et liberauit nos de inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Et Simeon inter cætera. Hic positus est, inquit, in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Hęc ruina est Scribarum & Phariseorum & principum Iudæorum, quos propheta significauit per turres. His ergo per incredulitatem ruentibus, alij surrexerunt credendo qui prius videbantur infirmi, & ægri per negligentiam. Vnde Saluator in iudicio, ait, ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant: vt qui per legis culturam & peritiam lumina videntur, per incredulitatem cæcarentur: cæci verò, id est, imperiti vel publicani viderent, dum crederent. Quorum infirmitates propheta Saluatorem portaturum prædixit. Itaque hoc tempore Saluatoris factum est, sicut legitur in Euangelio, quia ipse infirmitates nostras accepit, & vulnera nostra curauit. Quæ quidem omnia in passione Saluatoris consummata & adimpleta sunt: sic enim salus humani generis, tam apud superos quàm apud inferos & redempta est & firmata, quia prophetia Zachariæ supradi-

Amos 8.c.

Mat.24.c.

Iohel.2.c.21.

Apoc.1.c.

Esa.30.f.26.

Luca.1.f.68.

Assistun. Luca.2.f.34.

Esa.9.d.6.

Ioan.9.f.39.

Esa.53.d.4.

supradicti vtrunque comprehendit. Et hic enim apud superos liberati sunt à contritione inimicorum interuentu misericordiæ: & illic apud inferos, cum erepti sunt de tartaro. Cuncti enim qui sperauerunt in promissum Christum, expectabant aduentum eius, vt deuicta morte liberarentur de inferno. Vnde dixit, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Si quis autem salutem hanc & in secundo aduentu contineri intelligat, in vtroque tamen aduentu, maximè in secundo, Sol conuertetur in tenebras, & Luna non dabit fulgorem suum, quomodo ergo augebit Solem & Lunam die, quo visitabit Dominus populum suum, aduertemus, quando vtroque in tempore, quo cœpta liberatio populi & adimpleta est, Solem & Lunam non minui, sed contenebrari legamus: nisi planè Solem & Lunam sanctis comparatos intelligamus: sicut in alio loco legimus sanctos luminaribus adæquatos, & Paulo apostolo prædicante, quia inter hos homines sancti & in hoc mundo velut luminaria videantur. Et in Euangelio, Tunc iusti, inquit, fulgebunt sicut Sol. Dominus enim opera iusta lumen appellat. Sic enim ait, Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videntes opera vestra bona, magnificent patrem vestrum qui est in cælis. Hi ergo, qui omnibus suis relictis, Dominum sequuntur iustitiæ & sanctitatis causa, Soli & Lunæ comparantur septies honorati, sicut dicit Dominus, Nemo est qui relinquat domum, aut vxorem, aut filios, aut agros, qui non recipiet septies tantum in hoc seculo. Qui ergo ad præsens septies honorantur, potest intelligi, quia etiam in futuro septem partibus clariores cæteris futuri credantur, vt resurrectio eorum soli comparetur ac lunæ, cæterorum verò sicut stellæ sint. Claritas ergo sanctorum, quæ hic septies honoratur, in resurrectione aliud septies consequitur, vt qui hic claritatem lunæ habet, in futuro Solis accipiat claritatem: & qui hic soli comparatur, septies tantum futurus credatur accipere. Propheta ergo Esaias solis & lunę cóparatione sanctorum merita augeri prædixit: nec immeritò: si enim ipse Dominus sol iustitiæ dictus est, sancti autem similes ei erunt, Ioanne apostolo dicente, Cùm enim apparuerit, inquit, similes ei erimus: conuenienter sanctos in sole esse significatos, septẽ tamen partibus maiorem solem quàm lunam propheta supradictus ostendit. Quando enim lunam sicut lumen solis futuram ostendit, solem autem septies tantum, ad modum vtique solis septies lunam augeri significat, vt talis sit tunc luna, qualis nunc est sol: quamuis sanctorum ratio hic vertatur, sub hac tamen causa luminarium ex parte prodidit quantitatem, vt post crementum solis & lunæ tantum iterum maior sit, quantum est sol: & quantum in præsenti distat sanctus à sancto, tantum distet in futuro post remunerationem.

Luce.13.f.30.

Mat.13.f.43.

Mat.5.b.16.

Luce.18.c.29

1.Ioan.3.a.2.

Q. CVI. Qvomodo intelligenda sunt quæ habentur in Genesi, præcipuè de opere sex dierum, In principio fecit Deus cælum & terram? Si cælum in principio fecit, & terram. Cælum autem firmamentum est, sicut in subiectis apparet: non est verum, quia prior lux facta est, & sic firmamentum: aliud enim cælum significare non poterat, quia factum mundi describit, Deo operante perfectam. Propterea enim, quod diuersis opinionibus homines fallebantur in causa mundi, Moyses Deo se inspirante ostendit quæ esset ratio mundi. Quibusdam enim videbatur initium non habere, aliis initium quidem habere, sed ab angelis quibusdam fabricatum esse. Nonnullis verò factus similiter, sed à spiritu quodam, qui est & Deus potestatis aduersæ. Pauci autem de origine veritatis traducem sequentes, Deum opificem eius asserebant. Horum ergo causa diuersitatis, qui falsa opinione trahebantur, coactus est Moyses quæ esset causa huius vera ostendere, ne filij Israel erepti de potestate Ægyptiorum, à falsa tamen intelligentia eorum liberati non essent. Ipsi enim inter cęteros magis erroris studium sequebantur: hi enim antiquitùs prę cæteris vanæ philosophiæ operam dabant. Denique Moyses per id, quod à filia Pharaonis adoptatus videbatur, eruditus est omni sapientia Ægyptiorum. Quid est ergo quod dicit, In principio fecit Deus cælum & terram? si enim firmamentum significat secundum quod suprà ostendimus, videamus quid dicat. Arbitramur, quia Moyses vt omnem errorem inferioris creaturæ auferret, & impẽsarum facti mundi in principio substantias ipsas, ex quibus mundus constat, factas esse significauit: quia si hoc tacuisset, æternę fortè putarentur esse substantiæ Deo iugabiles estimatæ: vt qui huius rei testimonium recipit, ambigere non possit factum esse mundum, quando substantias, quæ ad impensas mundi profecerunt, initio subiectas fatetur. Igitur in principio fecit Deus cælum & terram, id est, supernam & infernam substantiam. Superna est, qua cõstat cęlum: inferna autem concretio est quędam feculenta, quę profecit in aridam, quæ dicitur terra, & tenebras. Vnde dicit in Esaia propheta, Ego Deus, qui feci lucem, & creaui tenebras. His ergo creatis, fecit simul substantiam: hoc est, aquam, tenebras, & terrã ante tempora: tempora enim sub firmamento sunt. Firmamentum enim, sicut quibusdam videtur, glacies est aquarum. Et ideo firmamentum dicitur, quia concretis diuinitùs aquis firmatum est, quod ab occulendo vel celando appellatum est cælum. Itaq. propterea quod aqua maius sit elementum, prior est significata: & quia pars eius profecit in cameram mundi. Terra autem pauimentum. Quę quidem & Dauid à Spiritu sancto creata fatetur. Ait enim, Et aquę quę super cęlos sunt, laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Post hæc ergo elementa ante compaginationem mundi fecit Deus lucem, vt opera eius in lucem procederent, quæ lux modo disposito, cursum diei expleuit. Facta est nox iuxta diei modum, quæ similiter impleto modo spatij, illuminata est aduentu luminis matutini: & sic impletus est primus dies, cùm cœpit secundus: nox enim diei deputata est, vt simul dicantur vnus dies: propterea cum, quòd subiectæ sunt tenebræ lumini, autoritate carent, nec possunt numerum facere. Triginta etenim dies vna luna appellantur, cùm secum habeant noctes. Itaque lucis ministerium, quo spatium consumit sibi decretum, dies nuncupatur. Tenebrarum autem substantia antequam illuminetur, nox appellatur. Spatium autem illud, quod inter occasum & ortum est, nox est: non enim tenebræ faciunt noctem, sicut & lux diem, quia tenebræ manent in sua natura. Lucis autem accessus facit diem, & discessus noctem: non immeritò ergo subiecta est nox diei. Luce ergo facta, & cursu duodecim horarum impleto, totidémque & noctis spatio peracto, æquinoctium fuit in primo die: & exinde cœpit dies increscere super noctem tribus scilicet mensibus, qui sunt tempus Veris: ex eo deinde augmento suo minuitur dies aliis mensibus tribus, qui sunt tempus æstatis. Et iterum fit æquinoctium, ita vt ex eo nox increscat supra diem aliis mensibus tribus, qui sunt tẽpus autumni. Et incipit iterum nox de magnitudine sua, qua supergreditur diem, minorari vsque ad finem quarti temporis, quod est hyems: & fit æquinoctium primi temporis, quando deus mundum creauit, qui dies intelligitur esse vndecima calendas Aprilis, quando primus dies Paschæ est, id est, primus dies primi mensis. In lege enim mandatum est, vt vndecima die primi mensis vespere præparent se ad Pascha faciendum quartadecima mensis die, id est, ab vndecimo. Iam enim vesper decimi diei in vndecimum lucet, vt ab vndecimo calendas Aprilis initium esset primi mensis. In principio etenim facta luna fuit quartadecima, quia omnia plena sunt facta: adde triduum à decimo vespere, & hi sunt tres dies ante luminaria quæ fuerunt, vt vndecimo calendas Aprilis factus sit mundus: quia numerus lunę ab vndecimo venit ad tertium decimum, cui Paschæ primus mensis integer est attributus, vt in Pascha die solenni neque extra vndecimum cal. April. sit, neque extra lunam quartamdecimam, quia vndecima mundus factus est, quartadecima autem luna maiori lumine clarior factus est. Inter principium ergo & claritatem, qua illuminatus est mundus, Saluator noster & passus est & resurrexit: quia quartadecima luna passus est, primo die resurrexit: qui ideo Dominicus dicitur, quia ipsum Dominus fecit, qui multiplicatos menses fecit, & tempora, & annos. Vt autem vno atque eodem modo minimè celebretur, cursus facit lunæ in decrementis & crementis. Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Manifestum est, quia terra, postquam facta est, inuisibilis erat & incomposita: tegebatur enim aquis, ideo erat inuisibilis: incomposita autem ideo, quia cũ esset fluxa, nõ erat apta ad culturam. Et tenebræ erant super abyssum. Tenebras dicit fuisse super abyssum: id est, super immensam ex omni parte aquam. Et spiritus Dei superferebatur super aquam. Hanc aquam quasi summitatem significat, super quam spiritus Dei quia superferebatur, ostendit, vt tenebras super infinitam profunditatem fuisse significet. Spiritum autem Dei super aquas, quia vbi spiritus Dei erat, obscuritas non erat: quantum enim poterat, illuminabat aquam. Abyssum autem, id est, immensam profunditatem illuminare non poterat: hoc est, superiores aquas illuminabat, & subter erant tenebræ, & super abyssum. Idcirco autem hunc Dei spiritum dicit, non quia sanctum hunc intelligi vult spiritum, sed eum super creaturam hylicam spiritaliter vult intelligi: totum autem Dei esse significans, Dei hunc, qui super aquas ferebatur, spiritum vocat, vt prauam asseuerationem conuellat, qua quidam vtuntur, dicentes aliquid esse quod non sit Dei: nam nec ordinis, nec rationis est, vt super aquas Spiritus sanctus fuisse dicatur, quia super omnem creaturam est. Quod enim de Deo est, super omnes potestates & principatus, & similiter super omnes potentias spiritales est. Non moueat autem mentem alicuius, quia Dei spiritus dicitur, cùm constat omnia Dei esse. Ait enim Deus inter cætera facturus diluuium, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro. Et in Ezechiele inter alia, Hæc dicit Dominus ossibus istis, Extendam super vos cutem, & dabo spiritũ meum in vos, & viuetis. Nunquid hęc ad officium Spiritus sancti pertinent, & non ad animam? Spiritus ergo hic Dei est quidem, sicut cætera, hylicarum tamen moderatus est substantiarum: ipsius enim ordo est his præesse. Lucę ergo facta, & cursu diei moderato, & peracto secundo die, fecit firmamentum, id est, cęlum, vt lux in terra firmamenti moderaretur diem, vt esset quasi lucerna in domo. Hoc inquam firmamentum factum est ex supradicta aquę substantia. Nunc enim compaginatur in specie mundus, vt de confusione rerum discretis substantiis, singulæ partes aptarentur quæ ad mẽbra mundi proficerent. Substantię enim quas primum factas esse diximus, impensæ sunt mundo. Et ideo mundus dicitur: quia res ab inuicem separatæ quę erant confusę, & in speciem productę, mundum fecerunt vocari, cuius in fabricam profecerunt. Firmamentum ergo, id est, cęlum factum est in medio aquarum: vt diuideret inter aquam, quę erat supra firmamentum, & inter aquam, quę erat sub firmamento: vt Dei virtute in medio aquarum consisteret firmamentum, sub se, & intra se, & supra se, &

De libro Genes.

Gen.1.a.1.

Exod.2.a.2.

Act.7.c.20

Psal.148.a.4.

Quo die creauerit Deus mundum.

Leui.23.a.5.

Gen.1.a.2.

Gen.6.a.3.

Ezec.37.a.5.

circa se habens aquam: vt esset concauum de foris, & intra munitum, ne aquæ siue interiores siue exteriores penetrarent concauum eius, vt esset quasi domus munita atque firmata, vt securi essent habitantes in ea. Tertio die iussit congregari aquam, quæ erat sub cælo, hoc est, intra capacitatem firmamẽti, in congregationem vnam, vt appareret arida, quę est terra, & factum est sic. Exhausta enim latitudine terræ factum esse velut alueum, in quo demergeretur omnis aqua, quæ erat intra firmamentum, & apparuit arida. Recedente enim aqua, necesse erat terram apparere visibilem, quæ prius erat inuisibilis. Tunc arida appellata est terra, & congregationes aquarum maria. Et iussit producere terram herbam pabuli, & ligna fructifera ad semen super terram. Quarto item die iussit Deus fieri luminaria in firmamento cæli, vt luceant super terram: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus, in inchoationem noctis, & stellas. Hæc ad conceptum & natiuitatem & ad nutrimenta pertinent eorum, quæ gignuntur in mundo, & ad signa temporum certis curriculis necessaria, necnõ & ad ornatum totius mundi, Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera eius habeat auro distincta laquearia, ita & mundo ornatum præstant stellæ diuersa luce fulgentes. Luci itaque quę facta est, prior est additus splendor solis, ita vt connexa sint hæc & indiuidua. Nocti autem, quæ erat tenebrosa, datum est luminare: & quia quartadecima fuit luna quando facta est, Sit, ait, luminare minus, in inchoationem noctis: facta etenim, tota nocte luxit. A parte ergo ad totum dictum est, ad inchoationem noctis: quia non semper vespere lucet. Luminare autem maius, quod solem dicimus, manet in initio diei, quia simul cum luce priore concretus est. Tribus ergo diebus sine luminaribus his fuit mundus: non enim erant adhuc quibus proficerent officia eorum. At vbi autem produxit terra herbam pabuli, & ligna fructifera, nec essaria fuerunt quæ enutrirent vel conseruarent quæ erant producta. Quia ergo generatio omnis horum interuentu perficitur, non oportuit prius hæc fieri eorum effectu quæ producta de terra sunt, ne per hoc orta putarentur: sed illa antè facere, vt sic hæc sine his facta esse non ambigantur. Quinta deinde die, aquas iussit producere reptilia animarum viuarum, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cæli, & factum est sic. Et inter cætera, Et vidit, inquit, Deus quia bona sunt, & dixit, Crescite & multiplicamini. Ideo autem adiecit, Et vidit Deus quia bona sunt, quia à quibusdam dicuntur mala esse, vt vel sic erubescant. Quãdo enim Deo & conditori suo placent, nulli vtique debent displicere. Nam solent dicere stulti, Ideò, inquiunt, vidit, & placuerunt ei, quia antè nesciebat. O hebetes, quomodo nesciuit? Quicquid voluit, productum est. An quis vult quod nescit? Et qui potest facere, potest dici, quia nescit quod faciat? Et quod amplius est, non ipse fecit, sed iussit vt fierent: & qui iussit, non est huiusmodi virtutis vt faceret? Sed quia huic omnia possibilia sunt, iubente hoc quæ non poterat, cœpit esse, vt ad huius laudem proficeret. Duplex ergo virtus est, vt insensibilem iuberet sensibilia producere. Sexto verò die præcepit, vt produceret terra animam viuentem, quadrupedia, & bestias terræ, & factum est sic, & producta sunt. Et vidit Deus, quia bona sunt, & valde bona, quia omnia necessaria sunt. Supradicta ergo die dixit Deus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat, inquit, potestatem super omnia quæ facta sunt super terram. Primùm quidem fecit Deus substantias, ex quibus mundum compaginaret: quo compacto, & omnibus ornatibus decorato, & necessariis honestato, post hoc hominem fecit, qui frueretur eo, & omnibus quæ in illo sunt. Nam cùm omnia super terram ex aquis & terra produci iussisset, hominem tamen vt faceret, limum terræ manibus apprehendisse describitur, vt multum differre hominem ab his quæ fecerat edoceret. Ad honorem enim hominis pertinere vult, quando cum Dei manibus factum describit, & factum ad imaginem & similitudinem Dei, id est, patris & filij. Quid sit autem ad imaginem & similitudinem Dei, quamuis alibi dixerimus, hic tamen locus & causa postulat vt iterum dicamus. Patris enim ad filium verba sunt dicentis, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram: quanquam in opere vtriusq. intelligatur persona, dicentis & obaudientis. Hæc ergo imago Dei est in homine, vt vnus factus sit quasi Dominus, ex quo cęteri orirentur, habens imperium Dei quasi vicarius eius, quia omnis rex Dei habet imaginem. Ideóque mulier non est facta ad Dei imaginem. Sic etenim dicit, Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Hinc est vnde Apostolus, Vir quidem, ait, non debet velare caput suum, quia imago & gloria Dei est: mulier autem ideo velat, quia non est gloria aut imago Dei. Similitudo autem Dei hæc est in homine, vt sicut ex patre filius, sic ex homine mulier. In hoc planè dispar, quia hæc facta, ille verò natus est. Quibusdã tamen videtur omnia simul Deum fecisse. Si enim verbo, inquiunt, fecit, quare non omnia simul fecisse dicatur? Nam hic hominum mos est, vt per partes fecisse dicatur. Ad potẽtiam ergo Dei magis facere videtur, si vno die omnia ab eo facta dicantur. Porrò autem magnam prouidentiam in hoc opere & ordine contuemur. Nam potuit vtique simul facere cuncta, sed ratio multiformis prohibuit, & sepositis his omnibus, Scripturę diuinæ fides adhibenda est, quę dicit, Quia in sex, inquit, diebus fecit Dominus Deus tuus cęlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Primo enim in loco sic debuerunt fieri, vt sentirent ac scirent quia facta sunt: quãdo enim

Gen. 1. c. 22. & d. 28.

Gen. 1. c. 16.

1. Cor. 11. b. 7.

A non se omnia simul viderunt, sed vnum hodie, cras alterum, cognouerunt initio se contineri, & nullo modo posse æternitatem suspicari, vbi se partibus inuicem recognoscunt. Nam si omnia simul extitissent, nõ esset eis sensus infirmitatis, sed putarent se nõ cępisse. Quæ enim verbo Dei subitò simul existunt, non se fieri sentiunt, nisi aliud ante se, aliud post se videndo. Et ne fortè illud quod primum factum est putet se infectum, maiora post se facta cernendo, hoc credit de se quod vidit in altero potiore. Deniq. lumen quod dies appellatur, ante se habet cælum & terram: id est, aquam & aridam. Cùm autem ipsa aqua & arida & tenebrę confusa facta, æternitatem sibi vendicare non poterant, quia nihil horum statum & proprietatem sibi ausum est vendicare. Sol iterum & luna cùm sint clarissima, ante se habent multa. Ita ergo factum est, vt potiora posteriora, anteriora autem inferiora cùm se vident, nihil horum sibi vendicet æternitatem. Præterea quę sex diebus opus consummatum, totius mundi ætatem in se continet, vt sex dierum opera, sex milium annorum haberent figuram: quia quod vnoquoque seculo futurũ erat, sex dierum per ordinem operibus continetur: vtpote quia prioribus secuhis tanta cognitio Dei in terris non erat futura, sine splendore anteriores dies videntur. Vt autem ante hominem pecora fierent, quia veteres nostri inculti & agrestes pecorum more victuri erant: sexto autem die homo fieret, hæc res fecit, quia in sexto millenario annorũ aduentus Christi hominem fecit, ne morti esset obnoxius. Vt autem imago Dei esset homo, quia dono Dei coimaginari haberet filio Dei, dicente Ioanne apostolo: Scimus autem, inquit, quia cùm apparuerit, similes ei erimus. Et vas electionis: coimaginati, ait, filio Dei. Arbor autem vitæ quæ posita est in paradiso, imago fuit futuræ gratiæ Dei, quę est corpus Domini, quod qui edit, viuet in æternum. Nũ arbor scientiæ boni & mali significat quòd lex data est per Moysen, quę cùm cognitum fecisset peccatum quod prius latebat, dedit scientiam boni & mali. Ostendit enim quid esset bonum, quidve malum. Illud verò, quod septimo die requieuit ab operibus suis, hoc significat, quia impleto sexto millenario annorum, in septimo millenario requiescet, cessante iam mundo ab omni opere seculari. Hæc diximus pauca de multis, vt viam panderemus intelligẽdi secundum ea quę suprà ostendimus. De ordine diei & noctis, vtra sit prior. Quantum ad mundi rationem pertinet, tenebras antè legimus quàm lucem. Ea enim quę ad mundi fabricam profecerunt, quæque simul facta videntur, lumine priuata fuisse considerantur, id est, aqua, terra, tenebrę: ex quibus compaginatus est mundus, sicut continetur in sapientia quę dicitur Salomonis, ex materia inuisa, hoc est, tenebrosa. Et tenebras enim & aquam factam sacra volumina ipsius Domini voce testantur per Esaiam

B

Q. CVII. Gen. 1. a. 2.

Sap. 11. c. 18

C prophetam, Ego, inquit, Deus feci lucem, & creaui tenebras. Similiter & per Dauid, & aquas factas, & terram firmatam super aquas Spiritus sanctus ostendit. Quod conuenit & Euangelicæ autoritati & Apostolicæ traditioni, in quibus omnia facta leguntur: & vt nihil exciperet, siue quæ in cęlis sunt, ait, siue quę in terris. In hac ergo parte, quę ad terras pertinet, antè tenebras legimus quã lucem: hoc autem est quantum ad ordinem lectionis pertinet, non quantum ad dignitatem: nam vtique multo melior lux quàm tenebrę: in mundi tamen ratione lux accepit nomen vt appelletur dies, & tenebrę nox: sed hac scilicet ratione, quia dum illuminantur tenebrę, & pręterit lux, illud tempus, quandiu redeat lux, dicitur nox: & illud tempus quo illuminantur tenebræ, appellatur dies. Nox ergo cùm dicitur, speratur futurus dies: & cùm dies dicitur, speratur futura nox. Cùm verò officia hęc cessauerint, transeunte mundo, tenebræ tantum dicentur, & lumen. Non enim potest dici nox, cùm perpetuò sint tenebræ: neque dies, cùm occidere cessauerit lumen. Vbi æternitas est, cessent hæc nomina, quia cũ mũdo cœperunt. Denique antequam lux fieret, quæ appellata est dies, non nox legitur fuisse, sed tenebræ: quæ postquam illuminatæ sunt, & præteriit lux, vesperæ appellatæ sunt & nox. Igitur quantum apparet, subiecta est nox diei. Non enim quia antè tenebrę leguntur quàm lux, idcirco anteponendæ debent videri: quia & cælum ante solem est, & tamen claritate maior est sol: & terra ante hominem & pecora, & cętera animãtia, & tamen subiecta sunt homini, non ergo idcirco nox pręferri debet diei: quia antè leguntur & tenebræ, cùm appareat & dignitate lumen tenebris, & tẽpore diem nocti anteponi. Sicut enim suprà ostensum est, cùm essent tenebrę, facta est lux. Et appellauit Deus lucem diem, & tenebras appellauit noctem: & factum est vespere & mane dies vnus. Nam nisi dies fuisset, nec nox esset: tenebrę enim erant, quæ cùm illuminatæ sunt, & pręteriit dies cursu suo peracto, factus est vesper. Et cùm post vesperum illuxisset, factus est dies primus, nocte transacta, vt diem sequeretur nox. Hoc & dignum est, & ratione commendatum, vt inferior natura per omnia subiecta sit potiori. Quomodo ergo nox ante diem dicitur, cuius nomen post diem legis? Non enim appellata fuisset nox, neque vesper, nisi facta lux diem egisset: quo transacto, factus est vesper, qui est nox: dies vtique factus est vesper, vt scias noctem partem esse diei. Tunc enim consummatur dies, cùm transit & nox: denique sic scimus, annus dies habet trecentos sexaginta quinque, non vtique sine noctibus: cùm enim dies dicimus, ibidem computamus & noctes. Sub autoritate enim diei significamus & noctem: nam & si nox pręiret diem, sub vocabulo noctis cõputaretur & dies: quis etenim hominum

Ioan. 1. a. 3. Rom. 8. f. 19.

1. Thess. 5. a. 5.

Gen. 1. c. 4. 5.

hominum dicat, post quinque noctes videbo te, & non post quinque dies? Nec legisse nos meminimus alicubi noctem ante diem significatam. Nam fuit, inquit, Moyses in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et in Psalmo, Sol, inquit, non vret te per diem, neque luna per noctem. Et vt de ipsis primordiis demus exemplum: Fiant, inquit, luminaria in firmamento cæli, & luceant super terram: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus, in inchoationem noctis: sed luna non potest præponi soli, sicut nec nox diei: sed sicut luna sub sole est, ita nox sub die. Et in Euangelio habemus sub autoritate & numero dierum significatas & noctes. Ait inter cætera Dominus, Sunt hic quidam circunstantium, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis in regno suo. Et subiecit, Factum est post dies octo, &c. Nunquid non in hoc numero continentur & noctes? Et alio loco, Hæc, inquit, in Bethania gesta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Postera die vidit Iesum venientem: Nunquid dixit: Postera nocte? Iterum sequitur, Sequenti die voluit proficisci in Galilæam. Et in subiecto, Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Ecce vbique dies in autoritate probatur, noctem habens subiectam. Si enim noctis nomine contineretur, præiret nox diem: nam quia Romani regnum habent, Hispani & Galli & Afri, & cæteri subiecti eis, sub eorum nomine Romani vocantur: ita & nox, quia subiecta est diei, sub eius nomine continetur. Sed inde quidam falluntur, quia Iudæi in sabbatum vespere iubentur intrare, non considerantes curita mandatum sit. Nam vtique necesse habent emere escas & præparare in sabbatum, & lotum ire. Nunquid possunt hæc nocte facere, vt orto die intrarent in sabbatum? Dominus certè vespere resurrexit, & diei deputatur. In die enim resurrectio celebratur, qui dies Dominicus appellatur. Sic enim legis, Hæc dies quam fecit Dominus: non tamen nox Dominica, quia principatum dies habet. Siue enim præterito die siue futuro, semper nox subiecta est, quia & ordine inferior est & natura: dicente Apostolo, Filij diei estis & luminis, non noctis, neque tenebrarum. Et si de consulibus conijciamus, videbimus illum primum nominari qui primo eligitur. Denique solet dici, cum illo quis erit consul? Si ergo & nox ante diem esset, prior nominaretur. Nam vsqueadeo à die incipit numerus, vt puta si dicamus, cras vj. calend. est, à mane vtique est vsque dum veniatur ad aliud mane, vt transacto die & nocte computetur. Nam & luna vtique in initio mane facta est quartadecima: facta enim lucere debuit tota nocte, & in aliud mane cœpit quintadecima. Quid ergo ambigitur, vt non à die principia teneantur? Propter quorundam contentiones de re manifesta coacti sumus latius loqui, cùm ipsa se lectio explanet, in qua dies ante noctem aperta ratione significatur. Hæc omnia suprà memorata secundum mundi originem diximus. Verùm si altius loqui velimus, intellectum nostrum spiritali erigentes vigore, incongruum deprehendimus tenebras ante lucem creatas asserere. Si enim lux cælestis naturæ est, & tenebræ terrenæ, ineptum vtique est post tenebras lucem factam putare, quia Moyses lucem quidem factam, sed in qua nunc mũdus est parte, non quia tunc creata est dicit, quia omnia spiritalia antè creata sunt quàm carnalia, vt lux quæ in supernis erat fieret in subiectis, vt lampas in domo. Qua autem ratione ante lucem tenebræ dicuntur, cùm semper post lucem videantur? Denique cælestia & spiritalia lumen natura esse creduntur, terrena & carnalia tenebræ, vt tenebrarum nulla potentia luminis subsistere videatur, quia omne primum summitatis est. Nam si requiramus, in ipso sole tenebras deprehendimus. Quando enim iuxta illum fueris, tam clarissimus videtur vt prospici non possit. Si verò interuallo, clarissimus quidem, sed vt possit aspici. Si autem longè, minus clarus, quanto longius tanto minus clarus. Vnde defectus quidam apparet qui tenebras nunciat, & ita peruenitur, vt tenebræ ex lumine ortum capere videantur. Itaque qui fecit lucem, hoc modo creauit & tenebras, quomodo faciens aquam simul creauit & terram, vt sicut firmum aquæ terra est, ita tenebræ defectus luminis. Deus autem solus est qui defectum non patitur, qui cùm vbique sit, imò omnia intra se habeat, tam præclarus est vt à nullo videatur, nisi se voluerit temperare. Denique Saluator cùm esset in corpore, & non esset clausus, minimè videbatur, nisi voluisset. Nam vtique quod in monte transfiguratus est, & in claritate magna apparuit, hoc veluti latebat in corpore, quod cùm voluit, manifestauit. Quomodo ergo latebat, qui clausus non erat? Nam si cum corpore clausis ostiis intrauit ad discipulos, quem admodum diuinitas eius non omnia penetrat? Hoc est, claudi non potest, quia defectum non patitur. Cùm ergo nusquam desit Deus, illic tamen dicitur esse vbi apparet & vult videri. Cùm ergo omnia in Deo sint, quia excedit cuncta, dicente Apostolo: In ipso enim viuimus, mouemur & sumus: ipse tamen in nullo est nisi in quo voluerit. Mysterio enim quodam in omnibus est, & prouidentia quadam in quo vult, apparet.

Eccli 24. d. 18.

Psal. 120. a. 6.

Gen. 1. b. 15.

Luce 9. d. 27

Ioan. 1. d. 28.

Ioan. 2. a. 1.

1. Ioan. 3. a. 1.

Matth. 17. a. 1.

Ioan. 20 e. 19.

Act. 17. f. 28.

QVAEST. CVIII. De lingua Hebraica vnde nomen accepit, an ab Heber, an ab Abraham? Omne quod à Deo est, rationabile est, & vnicuique rei exordium causa dat quæ sit origo ipsius, vt non absurdè nominari aut subsistere videatur, sed vt nuncupationem ostenderet, quæ caput intelligitur esse ipsius nominis. Igitur ratio hominis est, qua constat. Constat autem ex quatuor elementis, scilicet terra, aere, aqua & igne: Deo autore duntaxat quintus est animus quasi auriga, vt conceptum & figuratum corpus agat, & quasi imperator ipsius. Et ab humo initium sumpsimus, & eius nomine nuncupamur. Homines enim vocamur propter humum, vnde pater noster forinsecus originem habet. Igitur causa & ratio facit, vt ex nomine alicuius cæteri subsistentes sub eodem nomine appellentur, ipsum significantes in se. Quamobrem videamus si congruit, sicut quidam putant, ex Heber dictos Hebræos: videtur enim quantum ad nomen pertinet, inde huius nominis origo descendere: anterior est etenim Heber quàm Abraham. Quod si esset verum, deberent hi, qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem nomine nuncupari: ab Heber enim septima generatione natus est Abraham. Si ergo super Abraham, vel ipse Abraham Hebræus dictus est, sine dubio Hebræi ab Heber nuncupantur: si autem non legitur super Abraham dictos Hebręos, sed post Abraham, non iam vtique ex Heber, sed ab Abraham dicuntur Hebræi: quippe cùm filij Abraham primo hoc nomine appellati noscantur. In Genesi enim Ioseph & fratres eius Hebræi sunt appellati. Scientes enim Abraham fuisse, qui de Syria descendisset in Chanaam, & multiplicatus fuisset, fidei causa omnibus copiis refertus, rex & Propheta appellatus & pater multarum gentium, qui cum trecentis decem & octo viris vernaculis suis quinque reges confoderit: quia non in angulo hæc gesta & dicta sunt vt laterent eos, qui ex semine eius erant, Hebræos nuncupauerunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abraham, vt caput fieret his qui ex eo traducem habent. Dei enim iudicio princeps & origo positus est in terra Chanaam, vt ex eo geniti, alterius essent & professionis & conuersationis, quàm fuerat ipse priusquam descenderet in terram Chanaam. Innouatus enim ipse, nouum constituet populum in Dei deuotione. Hinc est vnde apostolus Paulus Hebræum se ex Hebræis fatetur: hoc enim dignitatis videbatur esse cognomen. Testimonium enim & nobilitas generis erat, vt ex nomine eius cognominarentur, qui multis modis Deo placuerat, quique eis erat origo. Abijciatur, si non conuenit rationi: spernatur, si dispar est: conuellatur, si alienũ est à meritis Abrahæ: & nos reclamamus quasi adulatores eius. Quæ est hæc inimicitia aduersus Abraham: quæ æmulatio, qua ei obtrectant inimici: & qui sunt hi, nisi qui filij eius dicuntur? Quid est in quo displicet Abraham, vt gloria hæc aliena ab eo putetur? vt quid est quod placeat in Heber, vt primatum istum habere dicatur? Cuius si conuersatio posset inquiri, inueniretur fortè idola coluisse sicut Thare & Nachor, & pater Nachor, quos constat non longè ab eo fuisse, sicut testatur Iesus Naue, qui idola coluerunt: aut certè qui ex diuerso sunt, ostendant qua ratione vendicandum est hoc Heber, ne fortè à nobis supprimatur meritum eius, sed nullum est, quia communes sunt nobis scripturæ, & quid vnicuique debeatur, in propatulo est. Si enim ex solo nomine putant hoc debere defendi, infirmum & improbabile est. Tunc etenim ritè nomini eius vendicaretur, si causæ aliquæ testes existerent, quæ hoc confirmarent: possent enim aliqui eiusdem nominis rem sibi non suam vendicare. Ideoque hoc est verum, quod non solo nomine, sed & perspicua ratione firmatur: nam quoniam dignatione Dei factum est, vt in Abraham † viuificaretur genus humanum, & forma fieret salutaris hominibus, nulli est ambiguum, idcirco in ipso reparatum esse, quod fuerat amissum vitio fragilitatis humanæ. Hic enim imago quædam positus est, vt ad eius similitudinem genus hominum reuerteretur ad Deum, vt & Dei culturam, & sermonem qui datus prius fuerat in vsum, hominum, recuperaret hominibus: quia sicut in principio in Adam Dei fuit imago, vt cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis, & obliuionem viri Dei, in Abraham reformatum est, vt ab ipso fides in Deum cœpta, iterum germinaret in fructum. Vnde non est absurdum, vt ex nomine eius, plebs ab eo cœpta vocabulum fortiretur. Sed ne fortè propter nomen Heber scrupulum patiantur, quia magis cum Hebræis Heber sonat nomen, quia Hebræi dicuntur, non Abrahæi: recognoscant iterum quia Hebræi, non Heberæi dicuntur. Heber enim dictus est, non Hebrer aut Hebre. Si ergo hinc impugnandum putant, patiantur quod faciunt, & neuter nostrũm habebit ex hac parte victoriam, nisi is, qui per ordinem reddita ratione ostendit verum esse quod asserit: qui enim in vnare par est, perdidisse dicendus est, si in altera inæqualis fuerit inuentus: nam propter sonum immutata est litera, vt Hebræi pro Hebræi dicerentur, quia melius sonat. Quoniam & ex Iuda non Iudæi dicuntur, sed Iudæi. Vbicunque enim absurdum visum est, immutata est litera, vt vox sonum compositum haberet, nam pro medio die meridie dicimus, & multa sunt alia. Igitur conuenit, vt est ostensum, vt nomine Abrahæ, tam lingua quàm populus nuncuparetur. Hæc ergo lingua est, quam dicimus primitus datam Adæ & cæteris, quam propter præsumptionem turris ædificatæ credimus in multas dispersam & confusam, vt non iam hæc, sed multæ ex hac, immutatione habita quorundam dictorum, existerent: vt vnam haberent speciem, nec tamen deperiret, sed tota confusa esset cæteris linguis. Ita enim tunc actum est, ne se homines intelligerent, & maiora auderent. Tantæ ergo tunc linguæ intelliguntur extitisse, quãti & homines fuerunt, qui dispersi locis in quibus habitarunt, vnusquisque linguam suam instituit. Si autem ipsa esse minimè putabitur quæ scripta est tunc vna fuisse,

Deut. 26.

2. Retract. cap. 16.

a Gen. 43 g. 32.

b Ibid. 11. a. 4.

c Ibid. 17. a. 5.

d Ibid. 14. c. 14.

Philip. 3. a 5.

Ios. 24. a. 2.

al. visitare

Gen. 11. b. 8.

hæc supererat, vt de cæteris linguis collecta sit particulatim, & compaginata in speciem linguæ vnius qua vteretur Abraham, vt quia pater multarum gentium erat, ex multis linguis sermonem haberet compositum, & esset per omnia innouatus. Sed quia ij quos memorat liber Geneseos vnius vocis & sermonis, ab Oriẽte migrasse leguntur, & inde iterum dispersi à Deo super faciem totius terræ, non vtique illic remansit, quin primitùs lingua data remaneret. Denique neque terram aliquam habet inter homines, vt cæteræ linguæ, neque gentem, exceptis Iudæis, quia primò homini data est in paradiso. Et postquam confusæ sunt linguæ, nusquam reperta hæc quæ nunc dicitur Hebræa. Si ergo nusquam habet locum vel gentem: Abraham autem natione Syrus erat, vnde hanc linguam Abrahæ vel cæteris seminis eius, nisi quia aut illa prima est, aut certè de multis aptata? Videmus enim aliquantas linguas nonnulla verba similia eius habere. Sed hoc non sic conuenit rationi quomodo illud, si prima ipsa esse dicatur: non enim otiosè hoc factum ratio probat. Ipsam enim linguam debuit Abraham habere quam habuit primus homo, vt Moyses veniens, & creaturam & hominem à Deo factum describens, hac voce vteretur qua Deus locutus est, & hominem appellauit Adam, & Adæ mulier vocata est Eua: vt hæc vox esset in libro Moysi, quæ fuerit & in iis quos describit, vt verè in omnibus reformatam doceret primam causam, & beneficium diuinum in Abraham.

Gen.10.d.31.

QVÆST. CIX. De Melchisedech.

De Melchisedech legimus in libro Geneseos. de Melchisedech etiam simili modo est & in epistola data ad Hebræos: quia obuiauit, inquit, Melchisedech sacerdos Dei summi Abrahæ reuertenti à cæde regum, & protulit panes & vinum, & obtulit ei, & benedixit eum dicens, Benedictus es Abraham à Deo excelso, qui fecit cælum & terram, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et vt Apostolus significaret quis intelligendus esset per Melchisedech, adiecit, Sine dubio enim, ait, quod minimum est, à meliore benedicitur. Quod quidem non vtique ad traditionem retulit officij ecclesiastici. Quis enim ambigeret regulam traditionis Dominicæ, qua benedicuntur subiecti à Domino, meliorem esse iis qui benedicuntur ab ea? Domini enim mysterium in iis verbis quæ ipsum complectuntur ac memorant, operatur. Personæ autem eius proprium meritum & potentiam voluit demonstrare. Quis ergo hic & quantus est, ad cuius comparationem minor dicitur Abraham, quem constat in omnibus fidelibus signum habere testimoniũ nobilitatis ac fidei? Igitur hic Melchisedech non vtique sic benedixisse intelligitur Abraham, sicut faciũt homines sacerdotes, vt ex legatione daret benedictionem verbis solennibus, sed quasi propriam, quam non per verba, sed per naturam acceperit substantialiter, vt sit ei propria. Sacerdotes autẽ quos antistites dicimus, regulam habẽt verbis solennibus ordinatam & traditam sibi, quam superponentes hominibus benedicunt: non tamen quos volunt, sed etiam aliquando quos nolunt: quia dator regulæ ipse scit cui dari debeat vel infundi sacratissima benedictio. Ille verò qui natura habet benedictionem substantialiter, quem dicit summi Dei sacerdotem, per voluntatem dat benedictionem. Verba enim benedictionis & natura eius cum voluntate concordant. Nec errat vt ibi velit vbi non debet, neque nolit vbi debet, sed cui dederit verba, dat & effectum. Nostri autẽ sacerdotes super multos quotidie nomen Domini, & verba benedictionis imponunt, sed in paucis effectus est. Est iterum quando meliores se benedicunt. Quamuis enim qui sanctus sit, curuat tamen caput ad benedictionem sumendam, quia non proprium sacerdotis est, sed Dei inuentum. Heli enim sacerdos Annam benedixit, & prosecutus effectus est: non vtique meritò sacerdotis, sed ipsius Annæ, cuius mundum cor inspexit Deus. Igitur Melchisedech non ideo melior Abrahæ dicitur propter solum officium sacerdotij: sed & natura anteponitur illi, vt vltra homines intelligatur. Nullo enim modo fieri potest, vt qui tanto amico Dei præponitur, & fideli vsqueadeo, vt amore & timore eius nec filium suum charissimum dubitaret occidere, homo putetur. Qua enim iustitia, quibus operibus plus posset mereri, quàm meruit Abraham? Nec enim erat plus quod faceret ad commẽdationem meritorum, quàm fecit Abraham. Primum enim cùm nesciret Deum, nec signum vidisset quo ei suaderetur, dicenti sibi Deo: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: nec distulit, sed statim obediuit, non solum præsentis Dei, sed & futuri Domini implens voluntatem. Dicit enim Dominus. Quicunque plus fecerit domum, aut parentes, aut fratres, aut cognatos quàm me, non est me dignus. Qualis ergo Abraham, & cuius meriti est, qui antè mandata Saluatoris impleuit, quàm prædicarentur? Apostolus hospitalitatem sectandam magnoperè docet: hanc Abraham sic & tam deuotè excoluit, vt videatur ab hoc didicisse Apostolus hanc prædicandam. Deinde prouectus annis, sic multiplicari credidit semen suum, quod prudentibus mundi stultum videtur, quemadmodum sunt stellæ cæli, vt antequam sententia decerneretur prudentibus seculi, ab hoc damnari videantur. Postea enim dictum est: Perdam prudentiam prudentum. Iussu Dei circunciditur, quod non vtique sine dolore fit, & nõ ægrè fert, vt posteris formam daret patientię. Ex Sara illi vxorẽ sua iam anicula filius promittitur, & non dubitat: vt futura ostenderet intantum Dei autoritati credendum, vt etiamsi quæ irrationabilia videntur, præcipiat aut promittat, non ambigatur: quia magis persona eius respicienda est quàm verba, vt quod in verbis infirmũ aut impossibile videtur, persona eius confirmet, & faciat videri posibile. Deus est enim qui promittit, de quo credendum est, quia potest quod hominibus impossibile videtur. Quæ enim offensio potest iudicari, cùm plus de Deo opinatur, quàm de se sentit humanitas? Propter quod datum sibi à Deo Abraham filium eodem iubente occidere illum non ambigit, nec tempus differt: nec admiratur ad Dei voluntatem, vt filium quem magnoperè beneficij & admirationis dederat gratia, hunc iuberet occidi: certus, Dei voluntatem nõ debere ab homine retractari, neque iusionem aut factũ Dei sine prouidentia esse. Quod vt omni deuotione festinanter impleret, matri eius coniugi suæ non indicat: non ignarus fragiliores esse circa filios feminas, & posse huic deuotioni lachrymarum miseratione impedimentum afferre: nec non & ipsum puerum latet vsque ad horam necis, vt iusioni Dei toto mentis obsequio obediret: non parricidium hoc deputans, sed holocaustum, quod iusto iudice autore fiebat. Quæ ergo his maiora posset gerere Melchisedech, quibus præcederet Abraham, quem sicut videmus, in nullo constat inobedientem fuisse? Moyses etenim, cui legitur facie ad faciem Dominus esse locutus, missus ad gentem & ad fratres suos ire nolebat. Ionas propheta præceptum sibi vt Niniuitis prædicaret, irrupit, vt ad alium locum pergeret, quò missus non fuerat. Iob planè egregius in omnibus, tamen motus à misione filiorum, vestimenta scidit sua, & totundit comam capitis sui: Abraham autem nec contristatus legitur de morte charissimi filij, & quem iussus fuerat ipse occidere, nec alicubi Deo sibi iubente legitur trepidasse. Igitur per hæc apparet Melchisedech vltra hominem esse, quia non erat vnde melior esset quàm Abraham, nisi sola præcedat illum natura. Natura enim impassibilis, beatitudinẽ per substantiam habet: humana autem † necessitas beatitudinem acquirit per gesta. Quia enim perfectionem diuinitatis non habet, per exercitium & colluctationem proficit vt melior fiat, cùm plus vincit quàm vincitur. Si enim sic ageret, quod impossibile est, vt nunquam peccaret, melior Deo fieret. Quod absit, quia natura quæ potest peccare, sicut & nõ peccare, si semper vinceret, illi naturæ præponenda erat, quæ ideo non peccat, quia impassibilis est. Non enim magnum videretur non peccare, quia non potest: magnificum autem, si cùm posset peccare, non peccaret. Hoc ergo interest inter substantiam Dei & hominis, quia Dei substantia beata semper est securitate inuincibilis æternitatis suæ, hominis autem substantialiter beata fit per laborem. Et alia necesse est beatitudo sit impassibilis, alia illius qui tribulationibus conficitur, vt posit aliquando gaudere. Beatitudo enim impassibilis in eo est semper vt beata sit, passibilis autẽ post magna exitia gaudet euasisse mortem. Contristatur ergo vt posit gaudere, nec perpetuò securus passibilitate naturæ. Impassibilis autem, semper beatus est, quia neque nouit tristitiam, neque suspicatur posse se contristari. Nam & natura hominum, quamuis per laborẽ beatitudinem consequitur, non erit tamen intacta, neque deerunt ei cicatrices. Quomodo enim fieri potest, vt sæpe congressa & aliquoties victa non sit vulnerata? Impassibilis autem semper intacta, illæsa, inuiolabilis manet. Igitur non minimus diceretur Abraham ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech quàm Abraham. Nam hæc quę diximus, ingenij esse fortè videntur. Si autem leg em respiciamus, plurima adhuc & potiora dicentur. Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, qui & benedixit eum, primum quidem interpretatur rex iustitiæ, deinde rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, & sine genealogia, neque initium dierum, nec finẽ vitæ habens: similatus autem filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Et vt hæc locis quibus significauerat commendaret Deo, adiecit: Videtis, ait, quantus sit hic cui decimas dedit Abraham de primitiuis princeps patrum. Vt enim qua potentia & quanta Melchisedech sit, ostendat, laudat Abraham, dicens: Quia princeps patrum est, hoc est, cæteris omnibus melior Abraham, sed minimus ad Melchisedech. Nõnne manifestum est hunc hominem non esse, sed meliorem? Quid est enim quod dicit de eo, quia rex pacis est, & rex iustitiæ? Propius accedite & videte. De longè enim solem videntes lucernam putatis, & argentum aspiciẽtes, æstimatis stannum. Potest aliquis hominum dici rex pacis atque iustitiæ? Pax enim hominibus prædicatur, similiter & iustitia. Hic autem ideo rex pacis & iustitiæ dicitur, vt ab eo iustitia & pax originem habere noscatur. Non enim super ipsum esse dici potest quod ab ipso regitur. Nam homines iustitia magistra & pace erudiuntur ad Deum promerendum. Hęc ergo quę hominum magistra est, Melchisedech habet regem. Quantum ergo melior est homine Melchisedech, quando gubernatrix hominum sub ipso est, hoc est, regem esse regum. Itaq; cùm rex iustitię & pacis dicitur, autor eorũ esse significatur: vt quomodo Dominus Iesus autor vitæ est, ita & melchisedech autor iustitię sit & pacis: Quia qui per Christũ viuũt, hi dispẽsante iustitia & pace reguntur. Cordibus enim seruorũ dei iustitiã infundit & pacẽ, ad exornandam disciplinã Dominicam. Scriptum legimus in Psalmo octogesimoquarto: Quia iustitia & pax complexæ sunt se, & veritas de terra orta est. Et vt de qua iustitia diceret, ostẽderet, ait: Quia iustitia de cælo prospexit. Hoc de tempore Saluatoris scriptura ostendit, quo iustitia Dei data est mundo

Gen.14.d.18. Hebr.1.a.1.

Psal.84.c.11.

1.Reg.1.c.17.

Gen.12.a.1.

Matth.10.d.30.

Hebr.13.a.2. Gen.18.a.3.

Abdiæ 1.c.8. Esaiæ 29.c.14.

1.Cor.1.c.19. Gen.17.c.17.

mundo per Christum, in cognitione mysterij Dei vnius quod antè promiserat. Iustum est enim scire creaturam veritatem creatoris sui: quæ iustitia manifestata in terris, sublata discordia quæ de iniustitia fuerat generata incogniti Dei, pacificos fecit discordes, dum diuersos dudũ, in vna fide constituit. Sic se cõplexæ sunt iustitia & pax & veritas vnius. De terra orta est magistra iustitia. Incarnatio enim Christi ostendit, quæ esset de ipso Deo veritas cognoscenda. Igitur hæc certè iustitia Dei est, similiter & pax, dicente Apostolo: Ipse autem Deus pacis conterat satan. Quomodo hoc posit discernere, non aduerto, vt cùm Deus pacis, pater sit Domini nostri Iesu Christi, necnon & ipse Christus: dicit enim, Pacem meam do vobis, de Melchisedech dicatur: quia rex iustitiæ & pacis est: qua ratione secernatur, non intelligo. Puto enim nihil differre quantum ad rem pertinet: regem pacis à Deo pacis. Quia enim in mundo quisquam Deus dici non debuit, vt vni soli ex quo sunt omnia, reseruaretur hoc tantum nomen, regem qui imaginem eius haberet, instituit, qui excepto Dei nomine omnem potestatem eius haberet. Sed quia terrenus est, hominum rex est, non tamen pacis & iustitiæ. Quia etiam ipse ducem habet iustitiam, quam non illi licet contemnere. Iustitia enim Deus illi est. Res enim Dei est iustitia, & qui præuaricatur eam, reus fit Dei iudicio. Melchisedech autẽ sicut datur intelligi, non more hominum rex appellatur, quia sub se habet iustitiam quæ regibus dominatur. Nemo etenim potest habere sub se iustitiam, nisi eius naturæ sit vt peccare non posit. Sub ipso autem esse ideo dicitur, quia ab eo inuenta est modo legis, per quam gubernentur qui possunt peccare. Igitur rex iustitiæ moderator est verborũ à se inuentorum, quibus bene beateque & viui posit & credi. Diu multũque laboramus, & adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturam, quæ & ipsa diu pulsat & clamitat, vt pressos graui somno excitet ad intellectum, non noctis, sed diei. Dicit ergo, quia sine patre, sine matre, sine genealogia est Melchisedech. Et ne aliter intelligeretur quàm dignum est, adiecit, Nec initium dierum, nec finem vitæ habens. Per quod ostendit neque natum, neque mortuum esse Melchisedech. Quid ad hæc tam manifesta humana argumentatur subtilitas? Quæ est tam versuta ingenij calliditas, quæ audet resistere manifestis, vt non sensum capiat ex lectione, sed sensum tribuat lectioni? Vis infertur scripturis Dominicis, ita vt etiam hos inimicos sentiat, qui autoritati eius se inclinare videntur. Dicunt enim quidam non ita de Melchisedech debere credi, vt relatum est scripturis, ac per hoc ad sensum suum scripturas conuertunt. Quibus melius esset apertè non recipere scripturas, quàm dolosè agere contra illas, vt sub nomine pacis paretur bellum, & sub tegmine amicitiæ lateat hostis. Dicunt ergo non ad genero sitatem pertinere Melchisedech, sed ad humilitatem generis eiusdẽ, quia sine patre & matre legitur fuisse. Hoc enim ideo aiunt sic scriptum esse, vt ostenderetur ex alienigenis fuisse, non ex tribu qua ortus est Abraham, quia genus eius non inuenitur in lege. Vnde & adiecit, inquiunt, & sine genealogia, vt intelligeretur penitus origo eius in lege descripta nõ esse, vt ex parentibus qualibuscunque per seipsum vir bonus factus credatur. Porrò autem iam tanta est scriptura, vt omnia per ordinem digesta causæ necessaria ponat. Primum enim dicit sine patre, sine matre: videamus si cæterorum matres significantur in lege, quæ fuerit vxor Nachor auia Abrahę, mater Thare: non legitur quæ fuerit mater Abrahæ, vt de cæteris taceam. Nunquid hi sine matribus fuisse dicendi sunt? Si dixisset sine patre: sine fuerat color, quia omnium qui fuerũt, patres habentur in lege. Addit, & sine genealogia. Si ideo hæc dixit, vt ostenderet generationem eius in lege non esse, sufficerat dixisse, sine patre: quia illius patrem nemo nouit. Multo magis iterum ad manifestationem dicit, Neque initium dierum, neque finem vitæ habens. Dic quisquis es violentus, quomodo istud interpretaris? Quid est initium dierum non habere, neque finem vitæ? Sufficerat certè dixisse, generationem eius in lege scriptam non esse, ac per hoc origo eius ex allophilis est credenda. Potest dici transtatum hunc sicut Enoch, ideo non mortuum esse. Esto. Quid est initium dierum vitę non habere? Fortè dicas, quia dies natalis eius scriptus non est. Cuius enim scriptus est in lege? & hæc ratio est, vt cuius natalis dies scriptus non est, in tium dierum vitæ negetur habere. Potuit ergo & de cæteris idem dici. Et si vt homo transtatus fuisset, non tamen sine vitæ erat fine, quia quicquid sub spe mortis est, finem habet. Desine quisquis contentioni studes: expedit enim veris vinci, quàm vincere vera per falsa. Perdere est enim, non vincere: quia si in homine perdere videretur veritas, apud Deum tamen vincit, quia ratio eius inuincibilis est. Itaque animus à lege vinci debet, vt hoc sentiat quod à lege significatur, non vt ipse legi sensum det suo arbitrio, vt legem se violenter legi exhibeat. Et audi Zorobabel, quia super omnia, ait, vincit veritas. Iam Melchisedech futurum mysterium incarnationis & passionis Domini ostendit, dum Abrahæ primùm, quasi patri fidelium tradidit Eucharistiam & corporis & sanguinis Domini; vt præfiguraretur in patre, quæ in filiis futura erat veritas. Qui si homo putatur & sacerdos, eo more quo fuit Aaron, aut nunc sunt, ostendatur aut legatur locus habitationis eius. Aut si fuit templũ aliquod aut synagoga in qua congregabat populum, & offerebat eorum sacrificia, vel qui populus conueniebat ad illũ? Si enim sacerdos in terris erat, sine dubio habuit populum, & ante Abraham vtique, vel tempore eius erat populus qui seruiret Deo. Et quomodo Abraham quasi caput factus est fidei, vt ex eo populus haberet notitiã Dei? Similiter enim si Melchisedech erat qui doceret vnius Dei timorem in terris, frustra electus est Abraham, vt ex eo plebs Dei nuncuparetur. Potuerant enim inter eos esse, qui conueniebant ad Melchisedech. Et vbi est illud quod legitur in cantico Deuteronomij, Quia cùm diuideret, inquit, Altissimus gentes, quemadmodum separauit filios Adę, statuit fines gentium, secundum numerum angelorum Dei. Et facta est pars Domini populus eius Iacob. Igitur si in mundo plebs non erat Dei, exceptis filiis Abrahæ, qua ratione alia plebs putatur fuisse, quæ ex doctrina descenderat Melchisedech, negante Prophęta? Quando enim nominat omnes gentes quæ in mundo sunt, & non dicit populum Dei esse, nisi filios Abrahæ, quid superest nisi vt exceptis his negetur cæteros Dei habuisse notitiam, quia notus in Iudæa Deus? Melchisedech autem sacerdos Dei summi, ad benedicendum Abraham apparuit ad præfagium futurorum sanctorum. Quia benedictio danda erat in futurum plebi Dei per antistitem ferè Dei, quem dicimus sacerdotem. Hic ergo Melchisedech præcursor apparuit sacrati futuri filij Dei, quia præcedit ad obsequium qui ordine sequens. Non ergo admiranda sunt quæ diximus de Melchisedech, quando scriptura ad confusionem obstrepentium plus addat & dicat. Post omnia enim laude digna, vt confundat maleuolos ait: Similatus autem filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Iam vide, de quo malè sentire contendis, & si hunc non vereris, vel Christum metue, cui similis scripturæ autoritate refertur. Per ordinem enim paulatim ad naturale eius meritum venit, vt si quos dicta superiora mouerent, quibus rex iustitiæ & pacis significatus est, & quia in carne visus neque patrem neque matrem habuit: hoc est, ingenitus apparuit, neque ortum, neque occasum habens, ex iis quæ vltima subiecit, superiora credibilia demonstraret. Quis enim audeat dicere nisi vesanus, hæc omnia quæ sublimia dicta sunt, incongrua esse illi qui Dei filio similis designatus est, manens sacerdos in perpetuum? Similis autem Dei filio non potest esse, nisi sit eiusdem naturæ. Et quid incredibile videtur, si Melchisedech vt homo apparuit, cùm intelligatur tertia esse persona? Si enim Christus qui secunda persona est, frequenter visus est in habitu hominis, quid ambigitur de iis quæ dicta sunt? Legimus etenim in Psalmo: Quia tu es, inquit, sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hoc nemo nostrum dubitat ad Christi pertinere personam, quia eodem genere sacerdos est Christus in æternum, quo & melchisedech. Sed summus sacerdos Christus est, Melchisedech secundus. Nam si homo est Melchisedech, quomodo contenit vt secundum ordinem eius Christus sacerdos sit in æternum? Iam ambo similes esse leguntur, & vnius esse dispensationis, quia vnius sunt & naturæ. Quoniam autem omnimodo vnius Dei autoritas conseruanda est, idcirco & tertia persona subijcitur paterno nomini. Christus autem vicarius patris est & antistes, ac per hoc dicitur & sacerdos. Similiter & Spiritus sanctus quasi antistes sacerdos appellatus est excelsi Dei, non summus, sicut nostri in oblatione præsumunt. Quia quamuis vnius sit substantiæ Christus & Spiritus sanctus, vnusciuisque tamen ordo obseruandus est. Sacerdotes igitur vel legati ideo dicũtur, quia illum in se ostendunt cuius legati sunt: sunt etenim eius imago. Ac per hoc Christus & Spiritus sanctus naturaliter habentes Dei imaginem, sacerdotes eius dicuntur. In ipsis videtur Deus, sicut dicit Dominus: Qui me videt, videt & patrem. Et si in gestis Dei visus est Dominus, gesta autem Spiritus sancti sunt opera, significante Domino: Quia ego in spiritu Dei eijcio dæmonia, & in Spiritu sancto visus est Deus.

Deut.32.a.8.

Psal.75.a.1.

Psal.109.b.4.

Ioan.14.b.9. Matth.12.b.28.

QVÆST. CX. De Psalmo primo.

De Psalmo primo, quomodo exponendum & intelligendum est illud: Beatus vir qui in via peccatorum non stetit: & reliqua. Beatus vir qui in via peccatorum non stetit. Si autem steterit, non iam beatus, sed reus dignus plagis. Ad emendationem enim aliquam videtur habere spem, quia non impius, sed peccator est. Si autem vnus fuerit qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, duplici genere beatus est. Nec enim potest esse beatus, si in consilio peccatorum non erat, & in via peccatorum stet, quia si non perditioni, pœnæ tamen obnoxius est. Nehinc adiecit: & in cathedra pestilentiæ non sedit. Hanc dicit beatitudinem esse, quæ his tribus gradibus constat, & triplici ratione munitur, id est, vt neq; in consilio impiorum eatur, neq; in via peccatorum stetur, nec q; in cathedra pestilentiæ sedeatur. Sed cùm duo genera tantũ habeantur, impiorum & peccatorum, in comprehensione eorum quæ suprà memorata sunt, hoc tertium cui generi asscribi voluit, quod adiecit, dicens, Et in cathedra pestilentiæ non sedit: impiorũ ne, an peccatorum? Sed videamus quid sit in cathedra pestilentiæ sedere, & tunc cui generi hoc asscribat intelligemus. Hanc dicimus cathedram pestilentiæ, quæ extra Dei ordinationem est, ad hoc vtique inuenta, vt iniqua inde exeant iudicia: propterea pestilentiæ cathedra dicta est, quia est corruptio quę parit mortem, sicut & iniquitas damnationem. Non est ergo à Deo quę est cathedra mortis. Nam Moyses accepit cathedram vitę. Ad hoc enim data est, vt autoritas in ea sit iusti iudicis vel creatoris Dei. Vnde dicit Dominus: Super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisęi. Et Apostolus, Non est, inquit, potestas nisi à Deo: Quę enim sunt, à Deo ordinata sunt. Vnde dicit ad principem plebis: Tu quidẽ se-

Matth.23.a.2. Rom.13.a.1. Act.23.a.3.

3.Esdr.3.c.23.

des iudicans secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Quod dixit, secundum legem: iustam & salutarem cathedræ autoritatem significauit. Illud autem quod ait, Contra legem iubes me percuti: illum ipsum iniustum iudicem ostendit, vt in Dei cathedra sedens iudicaret iniustè. Hinc est vnde & Daniel, Dei est, ait, regnum, & cui vult dabit illud. Sicut enim terreni imperatoris autoritas sic currit per omnes, vt in omnibus eius sit reuerentia: ita Deus instituit, vt ab ipso rege Dei autoritas incipiat, & currat per cunctos: quamuis frequenter mundus hoc non intelligat, & aliis se subijciat in potestate positis quàm debet, tamen institutio est, vt vnus sit, qui timeatur. Vbi ergo hæc institutio non est, ibi cathedra pestilentiæ reperitur. Nusquam vnius Dei autoritas abnuitur, nisi apud eos, qui multorum deorum prædicant metum, & reuerentiã. Hi ergo sunt qui in cathedra pestilẽtiæ sedẽt, quia quod pontifices eorum prædicant, mors est. Hoc enim debent, vt cultores vnius Dei quasi stulti & inimici, aut opprobrio sint, aut de hac vita tollantur. Hæc ipsa materia impietatis est, quæ etiam in cæteras partes extenditur, per quas impietatis suæ leges ostendat. Nam iussu Iezabel antistites iniquitatis in cathedra pestilentiæ sederunt, qui aduersus innocentem Naboth, cùm iudices non essent, praua meditantes, subordinatis falsis testibus, mortis tulerunt sententiam. Vnde & in alio Psalmo dicit, Et cum impiis non sedebo. Hoc enim iudicium eius est, cuius & cathedra pestilentiæ. Itaque si in Dei cathedra sedentes, innocentes opprimant, iniustum erit iudicium, non cathedra. Vbi enim cathedra pestilentiæ est, non potest iudicium non esse iniquum: quamuis quædam sibi applicẽt veluti velamina, quibus impietatem contegant vt videntes fallantur. Non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem: & vbi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur per quod lateat, ita & legi diaboli quædam iusta admiscent, & nomen applicant veritatis: sed vniuscuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cùm maligna prædicat, bona putentur. Quoniam cathedram pestilentiæ non esse de Dei ordinatione asseueratimus, etiam eorum qui extra ecclesiam vel contra ecclesiam sedes sibi instituerunt, cathedram pestilentiæ dicimus. Qui enim inconcessa præsumit, reus est, quanto magis si & corrumpat traditionem eius, cuius sedem vsurpat? Nam & ordinẽ ab Apostolo Petro cœptũ, & vsq; ad hoc tempus per traducem succedentiũ episcoporum seruatum perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes, vnde congruit etiam eorum sedem cathedram pestilentiæ appellare. Nec enim ideo impune erit, quia sub Dei nomine hoc agunt. Constat enim suas illos causas sub Dei nomine agere. Non enim zelo Dei hoc agunt, sed sibi locum volentes defendere: Cùm sciamus Chore & ducentos quinquaginta viros per præsumptionem Deo offerẽtes, hiatu terræ absorptos esse, & Oziam regem cum Deo illicitè obtulisset, lepra in fronte percussum. Quoniam claruit cathedram pestilentiæ ad impietatem supradictã pertinere, reliqua prosequamur. Adiecit enim, Sed in lege Domini fuit voluntas eius. Eius voluntatem in lege Domini dicit esse, qui spretis impiis, & desertis peccatoribus abnuens pestilentię cathedram, voluntatem suam in Dei lege statuit. Quamobrem beatum hunc dixit. Et sequitur, Et in lege eius meditabitur die & nocte. Manifestum est, quia liber ab omnibus illecebris, & immunis ab iis quæ Dei legi aduersa sunt, nihil aliud quàm in Dei lege exercitium facit, sacramentis filii Dei confirmatus, in die bonis operibus insistit, & nocte orationibus. Hic est enim, de quo dicit in Canticis canticorum, quia dormit, & cor eius vigilat. Vnde ait: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est iuxta decursus aquarum. Quis ambigit eum qui in lege Dei meditatur, spem habere ad præmium capiendum? Quia sicut lignum iuxta aquam plantatum sterile esse non potest, ita & qui frequenti vsu legi Dei studet, non potest eius operis minimè habere effectum. Et adiecit: Quod fructum suum dabit in tempore suo. Omnis plantatio bene gubernata fructum dat tempore competenti: sic & hic, qui legi dei obtemperat, fructum habebit tempore præfinito. Tunc enim huius deuotionis mercedem accipiet, cùm cœperit Dominus Iesus Christus sedere ad iudicandum viuos & mortuos. De hinc subiecit: Et folium eius non defluet. Manifestum est in arbore cuius folia non decidunt, vitam significasse. Humore enim decurrentis aquæ vegetatum lignum, folia continet sua. Nam & Dominus Iesus, si in humido, ait, ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? In ligno humido vitam significauit & fructum. Sicut lignum ergo auxilio decurrentis aquæ siccitatem non sentit, ita & hic qui legi Dei studet, accedente tentatione, præsidio Dei tutus non amittit, sed acquirit salutem, dicente Apostolo: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et sequitur: Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur. Apertum est quod dicit, quia qui legi Dei fidem seruat cupidus mandatorum eius, felix fit in omnibus suis factis: sicut & Ioseph, qui propterea quòd timorem Dei præsenti vitę prępositus, omnia quę agebat prospera faciebat Deus in manibus eius. Et subiecit, Non sic impij, non sic. Iteratio sermonis, non aliter omnino futurum significat quę promittit: quia impiis nihil prosperum erit in futuro, sed omnia aduersa vsque ad interitum eorum. Vnde ait, Sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terrę. Eodem modo dicit impios interire, sicut puluerem, quem spiritus proijcit à facie terræ vt pereat. Sublatus enim à substantia sua, per aerẽ dispersus paulatim deperit: ita & impij, ministris angelis proiecti à facie autoris Dei, sine quo non potest viui, interibunt. Et sequitur, Ideo non resurgent impij in iudicio. Dignum est quod dicit: Vt quid enim in iudicio resurgant, qui nullum negocium Dei credi sibi maluerunt cuius reddent rationem? Spernentes enim Dei legem & negantes, non est vnde præstent rationem, vt in iudicio interrogati iuxta legem sibi creditam præstent causas. Arrogantes ergo & rebelles in Deum inuenti, ad hoc resurgũt, vt videant verum esse quod credere noluerunt, vt pereant, quia Deum mendacem iudicauerunt. Et adiecit, Neq; peccatores in consilio iustorum. In hoc Psalmo, Psalmista trium hominum genera significat, impiorum, peccatorum, & iustorum, quo ordine cœptus est error. Sed impij ab his alieni sunt, quia sub Dei decreto, sicut dixi, viuere noluerunt. Peccatores autem sub Dei lege agentes ante tribunal Christi sistendi sunt, segregati à iustis, vt acceptæ legis præstent rationem mandatorum, in quibus operam non dederunt, vt plus haberent laudis, quàm vituperationis. Iusti verò valdè propensiores in exercitio implendæ legis inuenti, remunerandi sunt. Et subiecit: Quoniam scit Dominus viam iustorum. Hos scire dicitur Deus, qui memores præceptorum eius bonis operibus insistunt, vt iusti habiti coronentur. His autem qui immemores eius circa curam animæ negligentes sunt, sic dicet, Recedite à me, nescio vos operarij iniquitatis. Et sequitur: Et iter impiorum peribit. Vnde Psalmus cœptus est, & terminatus, vt causa impiorum tractata, nulli alij quàm perditioni docerentur obnoxij. Sicut enim dixi, idcirco dicit Deus scire viam iustorum, quia in lege eius ambulant: iter autem impiorum, quia extra legem Dei est, peribit: quia omnes viæ impiorum tenebrosæ, sicut dicit Salomõ, piorum autem clarissimæ duce Christo Domino nostro.

De Psalmo vicesimotertio, quid significationis mysticæ habeat etiam titulus eius. Titulus Psalmi rationem eius insinuat: de Christi enim Domini nostri sacramento locuturus, Dominicum diem signauit, dicens: Huic Dauid prima sabbati. Cùm enim dicitur, huic Dauid: ad eum pertinet, cuius hic Dauid habet imaginem, de quo dicit Propheta: & puer meus Dauid pascet illos. Prima autem sabbati, prima feria est. Post sabbatum enim primus dies Dominicus est, affirmante Euangelio & dicente: Prima autem sabbati venit Maria Magdalene & altera Maria ad sepulchrum, &c. In Dominico autem die Saluatoris sacramentum significauit. Sed vt per rationem ordinis Psalmus exponeretur, à persona Dei patris initium fecit, vt diuinitatis sacramentum non sine ordine manifestaretur hominibus. Qui enim causam aliquam insinuare vult, nisi eius caput & originem teneat, non poterit proprietatem eius ostendere, neque quæ sit eius veritas edocere. Itaque sic orsus est Propheta, & ait, Domini est terra & plenitudo eius. Fidem rerum tenuit dicens, Domini est terra & plenitudo eius. Autoritatem enim veterum sanctorum secutus est, qui terram & ea quæ sunt in ea ad Dominum Deum pertinere dixerunt. Et adiecit, Orbis terrarum & omnes qui habitant in eo. Ne fortè minus aliquid significasse putaretur, quia dixerat, Domini est terra & plenitudo eius: sensum suum aperuit dicens, Orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo: vt doceret omnem omnino terram Domini esse, & quæ sunt in ea, vt nihil esset ex eo quod non sit Dei. Sicut putant quidam hæretici, qui secundum dictum apostoli Petri Dominum Deum abnegant, quorum ad condemnationem cuncta Dei esse prophetica oracula docuerunt. Et sequitur, Ipse super maria fundauit eam: hoc est, quod in alio Psalmo significauit dicens, Terram super aquas tu formasti: vt fidem testimonium sequeretur ostendit, quomodo fecerit. Dum enim confusio esset rerum, & neque terra, neque aqua propriam haberet speciem, iussu Dei adunata est terra, & firmata super aquas, vt & terra & aqua haberent originis suæ proprietatem. Vnde in regnorum libro vox est Dei dicentis, Nonne aquas ego feci? Et subiecit, Et super flumina præparauit illum. Sic super flumina præparata est, dum intra se aquas conditas habet, quæ quasi per venarum fistulas fluitantes præstant ei densitatem, ne penitus sicca fragilis esset, & inutilis ad culturam. Radicibus enim nascentium vitalem præstant effectum, simulque locis aridis siti auxilio sunt. Et vt professionem sine bona vita non valde proficere ostenderet, ait, Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Proponit qualis debeat esse, qui Deum creatorem profitetur. Ne quia puniendos ostendit, qui sicut dixi, Dominum Deum abnegant, ij qui confitentur immunes se à pœna scirent non esse, si rectè minimè versarentur. Montem ergo Domini dicens, cælum significauit. Vnde in alio Psalmo dicit, Leuaui oculos meos ad mõtes, vnde veniet auxilium mihi. Locus Domini est vbi apparet. Dicitur autem ad Iesum Naue, cùm Dominus ei apparuisset, Locus in quo stas, terra sancta est. Et Iacob vbi Deum vidit, Hæc est, ait, domus Dei. Et sequitur, Innocens manibus & mundo corde. Hunc dicit dignum ascendere in montem Domini, id est, in cælum, aut stare in loco sancto eius, si quis fuerit innocens operibus, & mundum cor habeat in causa Dei, id est, fidei. Huiusmodi enim potest in cælum ascendere, & stare in loco sancto eius. Defunctus enim hac vita ascendit in cælum. Deinde dũ ciuitas Hierusalẽ in aduentu Domini descendit de cælo, dignus erit stare vbi iudicaturus est Dominus de viuis & mortuis quasi innocens: impij autem & peccatores indigni erunt stare in loco sancto iudicij Dei, quia resurgunt impij ad perditionem, peccatores ad pœnam. Nam si vultum Moysi glorificatum descendẽtis de monte filij Israel peccati causa videre non poterant, quanto magis ipsum gloriæ Dominum in throno maiestatis suæ sedentem, conscientia delictis obnoxia formidabit aspicere? Audient enim, Non noui vos operarij iniquitatis. Et adiecit. Qui non accepit in vano animam suam. Nunc ipsa genera peccatorum tangit. Primo enim in loco, hic est innocens & mundum cor habet, qui à fornicatione idololatriæ immunis est. Ipsa est enim vanitas, cui qui se inclinat, animam suam subiugat corruptioni. Et sequitur, Nec iurauit in proximo suo dolum. Duas causas memorauit, quæ sunt principales, Dei & proximi, quia qui in his idoneus fuerit, sine dubio & in cæteris probatus habebitur, dicente Domino, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & omni virtute tua. Hoc est primum mandatum. Et secũdum est simile illi, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quis ergo ex toto corde Deum diligens, legem eius non seruet? Aut quis habens proximi charitatem, peccatis studeat? Quippe cum causa timoris Dei diligat proximum. Et subiecit, Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Nunc quod meritum est eius qui in causa Dei & hominis, creatoris & proximi, fidem habuerit & dilectionem, ostẽdit. Quia benedicetur à Domino, vt commẽdatus appareat, & in his misericordiam consequatur quæ de Deo implere nõ potuit. Nec enim tam circumspectus potest aliquis esse, vt nusquam erret, sed quia in magnis solicitus & fidelis inuentus est, & in minimis misericordiam accipit à Deo suo. Qui ideo salutaris dicitur, quia non vult morientis mortem, sed vt conuertatur & viuat. Et sequitur, Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Vnam dixit esse generationem requirentium Deum, & quærentium faciem Dei Iacob, quod non est otiosum. Quamuis enim vtrunque bonum sit, duos tamen gradus his dictis significauit. Bonum est requirere Deum, plenum est autem bonum quærere faciem Dei Iacob. Digniores enim sunt, qui ante faciem iudicis sunt. Horum ergo meritorum hæc est generatio. Quia vt ad hæc veniatur, innocentia facit & puritas cordis, sicut iterum vt ad malum posit veniri, præcurrit iniustitia atque iniquitas. Quia duę generationes sunt: vna est ex parte iniquitatis, quæ est mater Cain: altera ex parte iustitiæ, quæ est mater Abel: hæc in fide consistit & bona conuersatione, illa in perfidia & obliquis operibus. Istæ sunt duæ leges, boni & mali, Dei & diaboli, & quam secutus quisque fuerit, eius appellabitur filius: ac per hoc requirentium Deum generatio hæc est, fides in Deum, & dilectio in proximum, sicut suprà diximus. Qui enim fidem habet in Deum, semper eius quærit auxilium: nec hominibus iniustũ se præbet, qui Deum vult habere propitium. Cuius signum hoc est cùm dicitur, Deus Iacob quia notus in Iudæa Deus. Sed quare eius faciem quærere dicuntur, cùm audierit Moyses, quia non, inquit, videbitur tibi facies mea? Si ergo & Moyses faciem Dei quæsuit, & videre non potuit, frustrà hi quærere dicuntur, quia meliores Moyse non sunt. Sed nemo frustrà faciem Dei quærere dicendus est, quia ideo faciem Dei dicũtur quærere: vt sciatur quem quærunt, quia digni sunt & videre. Omnis enim qui quæritur, tũc cognoscitur si facies eius videatur. Sed quoniam à mortalibus facies Dei videri nõ potest, significatio hæc pro facie est, cùm dicitur, Deus Iacob. Diapsalma. Diapsalma hoc in loco personæ significat mutationem. Post enim illa quæ ad patris Dei personam pertinent, subiungit ea quæ ad filij Dei pertinent sacramentum, vt ordo integer conseruetur patris & filij. Nam data est lex per Moysen, vt quasi pædagogus esset hominibus, erudiẽs & prępparans eos magistra iustitia, vt digni fierent ad expiandũ animum Domini & diem retributionis: vt qui sub spe futuri Christi fideles fuissent, susciperent eum, & possent Adę peccatum fugere securi, quia aduentus eius quem sperauerant, daturus esset illis misericordiam, de iis in quibus subreptum est illis vt delinquerent. Hoc est quod superius memorauit, dicẽs, Accipiat misericordiam à Deo salutari suo. Dicit ergo, Tollite portas principes vestras. Hæc vox sanctorum est angelorum, de quibus dicit in Euangelio, Quia accesserunt, inquit, angeli & ministrabant ei. Hi ergo dicunt ad principes & potestates, aduersus quos nobis colluctationem dicit esse Apostolus, vt tollant portas principis sui, id est, diaboli, qui est princeps principum in errore constitutorum, per quos itur in gehennam. Hę portę perfidia est & fallacia idololatrię. Et sequitur, Et eleuamini portæ ęternales. Fides & spes cum charitate portę sunt ęternales, quia non potest aboleri quod per veritatem prędicatur. Illæ autem portę, quas dixi perfidiam esse & fallaciam idolorum, temporales sunt, quia omne mendacium non permanet. Manifestata enim veritate interibit. Docentur ergo vt tollant portas principis † tenebrarum: id est, vt amoto multorum deorum errore, vnius Dei fides introducatur in Christo. Hoc est quod se Apostolus edocere missum testatur, vt non solum ostendat hominibus, sed principibus & potestatibus in cęlestibus mysterium Dei vnius in Christo. Et subiecit, Et introibit rex glorię. Tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate compositas, quę sunt prępsumptio, per quam Deum se existimauit, vt introeat rex glorię, qui est Christus Iesus Dominus noster. Nullius enim mentem Dei fides ingreditur, nisi tulerit à se errorem diaboli pręuaricatione inuentum. Et principes suprà memorati non possunt in vnius Dei fidem Christum regem recipere, nisi proiecerint à se traditionem, per quem vni Deo importatur calumnia: non solum terrena, sed & ea quæ in cælestibus vsurpata est à principe principum satana: quia illic errorem quem inter se cõspirauerunt, vt autore diabolo deos se dicerent, etiã hic in terra disposuerunt, vt hic error illius imago sit. Et sequitur, Quis est iste rex glorię? Ne superuacuè fortè Christũ regem glorię dicere putaretur, interrogãtis ponit personã & dicentis, Quis est iste rex gloriæ? Quasi admiretur aut doceri se velit, an verum est & condignum dicere Christum regem gloriæ. Et ideo responderunt ei, Dominus fortis & potens in prælio. Vt hoc subiecto non nudis verbis, sed cum testimonio regem gloriæ Christum addisceret. Virtus enim & potentia qua subegit & præsit diabolum cum satellitibus eius, hæc ostendit illum regem esse gloriæ. Et adiecit, Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: hoc est, quoniam virtutis testimonio, cui contradici nefarium est, didicistis dignum esse Christum dici regem gloriæ: auferte errorem de mentibus vestris. Et quod ait, Introibit rex gloriæ, ostenditur quia non possunt participare cum fide Christi, nisi ab omni immunditia idololatriæ emundauerint corda eorum. Nisi enim innouatus fuerit homo, non intrabit Spiritus sanctus in eum. Et sequitur, Quis est iste rex gloriæ? Iteratio ista confirmationem facit. Omne enim quod nouum auditur, non concipitur corde nisi iteretur. Admirationem autem & stupore facit, cùm dicitur quod auditum est nunquam. Et adiecit, Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Eadem repetẽdo docet ritè dici hunc regẽ gloriæ, qui sit Dominus virtutum. Non immeritò enim rex gloriæ qui sit Dominus virtutum appellatur qui virtutibus dominatur. Vnde Apostolus, Si enim intellexissent, ait, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. De Psalmo quinquagesimo, quomodo quinquagesimus positus sit non pro temporis ordine, sed ratione, & quid mysterij habeat. Quinquagesimus Psalmus hic positus est, non pro temporis ordine, sed ratione. Titulus enim eius non numero, sed rationi subiectus est. Quantũm enim ad historiam pertinet, anterior est quàm tertius. Prius enim à propheta Nathan delicti causa correptus est, quàm insurgeret contra illum filius eius Absalon, vt eum vellet & vita & regno priuare. Hęc ergo causa est vt quinquagesimus poneretur, quoniam constat ex lege descendere. Illic enim cautum est quinquagesimum habere numerum remissionem. Est enim post septem septimanas primus, typum habens Dominici diei: quia sicut post septem dies primus dies ipse est qui initio factus est: qui semper finita septimana dies primus est: ita & post septem septimanas quinquagesimus numeratus, in mysterio primus est, qui duplici genere Dominicus dies appellatur. Primùm quia initio factus à Domino est, qui semper in se conuersus per curricula impleta septimana primus est: deinde quia in eo resurrexit Dominus, triumphata morte, Dominicus etiam dies nũcupatur. Non immeritò ergo in quinquagesimo numero quem in mysterio primum significatũ aduertimus, remissio continetur. Denique lex quinquagesimo die data est. A profectione enim filiorum Israël ex Ægypto, quadragesimo & octauo die ablui iubentur, vt biduo purificati, tertia die parati essent ad legem accipiendam. Quæ abluitio quid aliud indicat, quàm remissionem factam in quinquagesimo die, vt purificati legẽ acciperent? Ex quo cæteris præteritis obliteratis, actus sui redderent rationem secundum creditam sibi legem. Hac etiã ratione possessionem emptam vnde & Psalmus quinquagesimus intitulatus. In hoc enim rex Dauid remissionem postulat secundum prædictum sensum, vnde ait: Miserere mei Deus secũdum magnam misericordiam tuam. Sciens rex Dauid grauiter se peccasse, postulat dicens, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magna enim misericordia tunc est, cùm grandia ignoscit peccata. Et adiecit, Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Vt manifestaret acerbè se deliquisse, peccatum suum iniquitatem appellat: quia iniquitas non leue peccatum est, & qui delet iniquitatem, hoc est non imputat, miseratione abundat. Nihil ergo in causa sua excusare nititur, vt non solum animum sibi iudicis mitiget, sed & faciat condolere. Commouetur enim animus ad misericordiam, quando videt reũ sic sua confiteri peccata, vt ostẽdat dolere sibi quia peccauit. Qui enim non dolet, irridere videtur iudicem: quia ideo precatur, vt euadat iterum postea eadem facturus. Et sequitur postea, Vsque quaque, inquit, laua me ab iniustitia mea, & à peccato meo mũda me. Quoniam multam miserationem Dei prædicat, penitùs se mundari precatur, vt nihil maneat delicti aut iniustitiæ in eo, vnde suspectus sit. Et vt hoc ipsum obtinere posit vel impetrare, adiecit, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum coram me est semper. Quoniam grauiter scit se peccasse, solicitus est ne nõ totũ ei remittatur. Considerãs enim magnitudinẽ peccatorum suorũ, timet, sciens grauia peccata nõ facilè ignosci: ac per hoc cum fletibus confitetur, peccatũ suũ ante oculos habẽs, vt ex omni parte propitium sibi faciat iudicem. Scit enim scriptum esse, Dic prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Et sequitur, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Nunc ex alia parte culpæ suæ medelam prospicit, vt ad effectum postulationem deducat. Hac enim prosecutione in prima causa † nocentem se dicit: nam qui alteri à Deo peccat, inimicus est autoris Dei,

Dan. 4. c. 14.
3. Reg. 21. c. 11.
Psal. 25. b. 4.
Luce 13. f. 27.
Prou. 4. c. 3.
Ezech. 18. g. 31.
Q VAEST. CXI. De Psalmo 23.
Exod. 37. f 24.
Matth. 28. a. 1.
Psal. 120. a. 1.
Iosue 5. d. 15. Gen. 28. d. 17.
Psal. 135. a. 6.
Psal. 75. a. 2.
Exodi 33. d. 10.
Matth. 22. d. 36.
Exodi 34. d. 29.
Matth. 7. d. 23.
Num. 16. c. 31. 35.
4. Reg. 15. a. 5.
2. Paral. 26. d. 21.
Cant. 5. a. 2.
Psal. 1. a. 3.
Luce 23. c. 31.
Act. 14. d. 22
d. fui:
1. Cor. 2. b. 8.
Q VAEST. CXII. De Psal. 50
Exodi 19. b 10.
Leuit. 25. b. 10.
Psal. 50. a. 1.
Esaie 43. d. 26.
d. innocentem

In locum enim eius alterum eligit, cui autoritatem eius assci-
bat. Vnde hic ab hac se iniquitate alienum ostendens: Tibi, ait, so-
li peccaui, & malum coram te feci. Hoc est, quia tibi, & nulli alij
quem Deum per errorem dicerem, peccaui, minor mea culpa est
quàm cæterorum, qui sunt perditioni obnoxij. Non enim impius
sum, sed peccator, quia non in te, sed in legem tuam peccaui. Nec
te negaui, sed te Deum & Dominum confitens, in hominem pec-
caui. Ergo quia in illa quæ tua propria causa est, reus non sum,
ignosce quòd in conseruum peccaui. Sic enim peccaui, vt honori-
ficentiam nominis tui nec negarem, nec alteri darem. Fuit itaque
vnde commoueretur ad misericordiam iudex. Cùm enim multi in
illum peccent, quos etiam hortatur ad se conuerti, dum ij qui non
in illum peccant, ex aliis tamen causis veniam postulant, libenter
admittit. Semper enim Dominus ad auxilium suum vult confu-
gere seruos suos. Vnde adiecit, Vt iustificeris in sermonibus tuis,
& vincas cùm iudicaris: misericordiam postulans, Deum iusti-
tiam suam non immutare precatur, cùm soleat media esse iustitia,
vt non peccantibus & peccantibus æqua sit, id est, vt vnicuique
reddat secundum opera sua: sed non ignorat quid postulet vir in-
nocens in Dei sacramento. Sciens enim Deum frequenter in lege
Exodi 22. d. 27. dixisse, Quia misericors, inquit, sum ego Dominus Deus vester: in-
de rogat vt hæc fides maneat, & in sermonibus suis Deus iustifice-
tur, dum in eo permanet quod locutus est, nec peccatis hominum
vincitur, vt non miseretur. Scientes enim qui peccant quæ pro-
B mísit Deus bene viuentibus, & quia in eo perdurant, iudicant il-
lum mendacem. Non enim credunt malè viuendo vera esse quæ
promisit: idcirco petit rex Dauid, vt vincat hoc Deus quod pu-
tant homines, & det quæ promisit: vt erubescant, qui dum non
seruant mandata, iudicant illum non daturum. Et sequitur, Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum. Nunc hoc adiecto causam
infirmitatis humani generis memorat, quia facile est homini pec-
care, vt examen circa se iudicis mitiget. Primæ enim culpæ facit
mentionem, ex qua præuaricando Adam genus humanum obno-
xium fecit peccato. Suasu enim & fallacia inimici iniquitatem cõ-
cipiendo, omne semen suum iniquitati subiecit, vt ex eo omnes per
traducem geniti peccato essent obnoxij. Propterea adiecit, Et in
delictis concepit me mater mea: vt ab Adam deriuatio facta pec-
cati, conceptis & natis impedimento esset ad bonam vitam agen-
dam: ac per hoc supplici non negandam misericordiam, quia infe-
stum habet hostem, qui ei suadet vt peccet. Per peccatũ enim dia-
bolus subiecto sibi primo homine potestatem accepit carni eius se
immiscere, & delictorum quadam subtilitate oblectamenta sug-
gerere, per quod captum hominem spoliat vita. Quam rem magi-
ster gentium memorans: Video autem, inquit, aliam legem in
Rom. 7. d. 23. membris meis, repugnantem legi mentis meæ: vt hoc contuens iu-
C dex, dolenti circumuento porrigat manum. Et sequitur. Ecce enim
veritatem dilexisti. Quia ergo veritatem diligis, inquit, subueni ro-
al. verè ganti, & quem scis † vera pectoris sui impedimẽta exponere, quiq;
reo olim motus misericordia subuenire decreuisti, vt errorem ad-
missum in terra, cælestis prouidentia emendaret. Propter quod
subiecit, Incerta & occulta cordis manifestasti mihi. Incerta &
1. Cor. 2. b. 9. occulta cordis hæc significat, quę Deus ad præsidiũ humani gene-
ris procurauit, sicut & Apostolus, Quod oculus, inquit, non vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit
Deus diligentibus se. Qui sunt qui diligunt Deum, nisi qui legi
eius consentiunt, non celando vel excusando peccata? Hæc ergo
occulta cordis manifesta sunt diligentibus Deum, vt quia dole-
bant se delictis circumueniri, ne correpti negarent, sibi & origini
suæ imputantes, in autorem Deum transferentes quæ peccabant:
corda illorum illuminata sunt spiritali corusco, vt viderent Dei
prouidentiam in Christo, quia venturus erat ad damnandum pec-
catum, quod ex præuaricatione Adæ humano generi imperabat.
Hoc ergo orat rex Dauid, vt quod decreuerat Deus, in futurum
videns genus humanum laborare, sibi prius subueniret in eadem
necessitate cõstricto, qua omnibus se decreuerat subuenturum: vt
donũ quod gratuitum futurum erat, & ante tẽpus dari non pote-
rat, huic pro prece & lachrymis cõcederet. Quod quomodo fiat, D
non tacet dicens, Asperges me hysopo, & mundabor. Rectè asper-
Exodi 12. d. 22. sione hysopi petit se mundari. De hoc enim filij Israel postes suos
sanguine linierunt, vt tuti prestarentur à morte: ita & hic aspersio-
ne hysopi orat mũdari se à peccatis, ne tangatur à morte. Et sequi-
tur, Lauabis me, & super niuem dealbabor. Manifestum est, quia
factum Dei distat à facto hominis: ideo super niuem, inquit, deal-
babor, quia quod Deus fecit, multò melior est quàm quod fecit ho-
mo. Propterea aspersione hysopi petit se mundari, vt sicut carnale
corpus aqua abluitur, ita & per hysopi significationẽ, spiritali ra-
tione animarum maculæ abluantur. Aspersio enim hysopi, lustra-
tio quædam est, vt per id quod visibile est, inuisibiliter emundetur.
Et sequitur, Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam. Dubium
non est, quia vox prædicantis remissionem, gaudium præstat pec-
catoribus. Quis enim non lætetur, cùm audit dari indulgentiam?
Cùm enim Deus remittit, & in præsenti & in futuro securus est.
Propterea exultabunt ossa humiliata. Duplici genere sunt ossa hu-
miliata, quia & vt peccaret humiliatus est: nemo enim peccans
exaltatur, & vt postea supplex veniam imploraret. Nam vtique in
cilicio & cinere volutatus misericordiam precabatur, quã obtinẽs
eleuatus est mentis exultatione & corporis refectione. Et subiecit,
Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas
dele. Hac forma remissionem postulat, sicut constitutum erat in
A futurum per fidem Christi, vt saluator qui ei spiritaliter est pro-
missus, ab ipso inciperet cũcta conuersis donare peccata. Cuius e-
nim non respiciuntur peccata, & omnes delentur iniquitates, non
habet vnde reus constituatur, & inimicorum eius ora claudũtur.
Qui enim non respicit peccata, non illa imputat. Hoc est enim
auertere faciem à peccatis alicuius, accusationem contra eum nõ
accipere. Et quid est hoc, vt cùm de duobus peccatis correptus sit,
hic addat de multis se accusando? Et cùm audierit à propheta Na-
than, quia ignotum erat ei, quare sic postulat sedula prece, vt pos-
sit ad veniam peruenire: nisi quia non suam solius causam agit, sed
sub † accusatione peccati sui, totius populi miserias narrat? Sibi e- *al. occasio-*
nim reformationem precatur, quia cui ignoscitur, non est sine ru- *ne*
bore, nisi loco suo fuerit redditus, vt dignitas loci ruborem excu-
set: cęteris autem beneficium Dei, quod ad cuncta peccata abluen-
da futurum erat, in Christo significauit. Et sequitur, Cor mundum
crea in me Deus, & spiritum iustum innoua in visceribus meis:
hoc est, bona mente misericordiam deprecari. Non solum autem
de præteritis rogat, sed etiam de futuris solicitus est, vt peccator
intendens odisse peccare ne peccet, adiuuetur à Deo per spiritum
iustitiæ, quem orat dedicari in visceribus suis: id est, vt nouus ad
hoc ponatur in eo vt custodiat eum à peccatis, ne cogatur facere
B quod scitur nolle. Cor autem mundum sic potest habere, si neque
intus, neque foris delinquat: hoc est, neque in opere, neque in co-
gitatione. Quod quia propè impossibile est vt in omnib' seruetur,
vel in Dei causa seruandum est, quæ principalis est. Etiam mundũ
cor in sacramento Dei & Christi custodiatur, dum fides inuiolata
seruatur: quia & in alio loco dicitur, Quis gloriabitur mundum *Prou. 20. d. 9.*
se habere cor, aut immunem esse à peccatis? Denique rex Dauid
mundum cor habuit in causa Dei, quia neque auxilium aliquando
in vanitate quæsuit, quæ est idololatria, neque aliud à Deo sibi
præceptum non impleuit. Ideo de cæteris adiecit, Ne proijcias me
à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Hic sensus
est quem suprà memoraui, quia securus de venia solicitus est de
reformatione. Cui enim ignoscitur solum, solet à facie Domini
secerni. Quamuis enim non in illum vindicetur, in animo tamen
Domini vel iudicis facinus eius deletum nõ est. Ideo orat, vt peni-
tus peccatum eius deleatur, & dignus sit accedere ad faciem Do-
mini, & iterum prophetare, quod & factũ est. Hoc est enim quod
dicit, Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Hic est spiri-
tus prophetarum. Et sequitur, Redde mihi lætitiam salutaris tui,
& spiritu principali confirma me. Lætitiam dari sibi postulat, quæ
promissa erat in Christo, vt omnibus maculis ablutus & reparatus
lætus esset in salute quæsita, nec amotus, sed confirmatus in regno
C à Spiritu sancto. Quem ideo principalem dixit, quia super omnem
creaturam est, per quem reges regnant. Et subdit, Docebo iniquos
vias tuas, & impij ad te conuertentur. Hoc dicit, vt in eo discant
iniqui pietatem Dei, qui confitẽtes sibi suscipit peccatores, & pro-
mouet: nec impios conuersos negligit, sed hortatur dum aliis mi-
seretur. Et sequitur, Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis
meæ. Hoc dicto ostendit peccatum suum morte dignum, vt Dei
misericordia quanta sit, prædicet. Per hoc enim etiam alios prouo-
cat confugere ad Dei clementiam. Vnde subiecit, exultabit lingua
mea iustitiam tuam Domine. Gaudere se dicit in iustitia Domini,
quia in eo permanet quod promisit dicens, Misericordiam autem
meam non mouebo ab eis. Lętus ergo Dauid & rex securus in hac
parte, Dei sui iustitiam prædicat. Et sequitur, Labia mea aperies, &
os meum annũciabit laudem tuam. Sic labia eius aperit, dum clau-
sa fuerint causa peccati: liberati enim os patet, peccatoris autem
clausum est os: pudore enim & metu corruptus loqui nõ audet, *Psal. 88. a. 34.*
absolutus autem & liberatus tripudians prædicat laudem iudicis.
Nam & Apostolus sicut ipse testatur, propter quod ab hominibus
liber esset, Os nostrum, ait, patet ad vos ô Corinthij. Et adiecit,
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique. Hoc de com- *2. Cor. 6. a. 11.*
perto loquitur, sciens sanctum Samuel dixisse ad Saul regem, qui
cùm peccatum suum non dolore mentis, neque lachrymarum mi-
seratione, sed sacrificij oblatione obliterari putaret, Non vult, in-
quit, Deus sacrificium magis quàm audiri vocẽ suam: quia huius- *1. Reg. 15. a. 22.*
modi sacrificia damnum possunt facere, non tamen Deum placare.
Deus enim sic placatur, si anima peccati sui memor in tribulatione
& mœrore cordis, defleat quòd peccauit. Et sequitur, Holocaustis
nõ delectaberis. Nec delectatur holocaustis Deus, sed in huiusmo-
di causis. Ipse enim animus pro se satisfacere debet, non se de foris
redimere. Nam ista adiutorium præstare possunt. Animus enim
sicut oblectatus est in peccatis, sic tribulari debet in pœnitentia, &
tunc delectabit Deũ delere eius peccata. Vnde subiecit. Sacrificium
Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus
non spernit. Ostendit quale sacrificium pro peccatis Deus suscipit
quia non poterit Deum placare, nisi qui lætatus est circa salutem, &
contribulatus fuerit corde, & sic reparetur ad vitam. Deniq; omnis
inquietus, vel indisciplinatus frequẽter incurrit, vt mẽbra corporis
lædat, quæ vtique non sine dolore possunt sanitatis recipere medi-
cinam: sic & peccatores non possunt peccata sua redimere, nisi do-
lorem senserit animus qui peccauerit. Hoc enim iustum est, vt quia
cõtra rationem gauisus est, secundũ rationem patiatur mœrorem.
Et sequitur, Benigne fac, domine in bona voluntate tua Sion.

Sion dicens, ecclesiam significat, vt perseuerãtio nostra nõ impro-
babilis videatur, cui vt impleat Deus promissum suum, suggerit, A
sciens se tunc plenam remissionem accepturam, cùm quod decre-
uit Deus in Christo impleuerit: id est, vt ab omni peccato libe-
rentur sperantes in salute promissa, quia non solùm à propriis, sed
ab Adæ peccato quod per traducem in omnes peruenit, libera-
buntur per Christum. Et adiecit, Et ædificabuntur muri Hierusa-
lem. Nunquid destructi fuerant? Sed muros Hierusalem dicens,
ecclesiam significat: quæ per fidem in Christo disposita erat con-
Apoc. 21. d. 12. struenda. Cuius muri esse sancti homines intelliguntur: docente
nos Apocalypsi Ioannis apostoli: quia & Hierusalẽ ciuitas & mu-
ri eius serui Dei sunt intelligendi. Sciens etiam per Christum rex
Dauid promissum, quod futurum erat implẽdum ad liberationem
seruorum Dei, orat vt impleatur: id est, vt per fidem ædificetur ec-
clesia, & liberentur sperantes de hac fide salutem. Et sequitur, Tũc
acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. Hoc di-
cit, quia oblationes & holocausta tunc accepta sibi haberet cùm
esset ecclesia ædificata: & non palsim aut secundum omnem con-
suetudinem, sed sacrificium, inquit, iustitiæ acceptabis. Iustum est
sacrificium, cùm condignum munus offertur. Porrò autem nihil
Iob. 4. d. 24. est tam iustum sacrificium & condignum, nisi vt nosipsos offera-
mus Deo. Quia enim Deus spiritus est, spiritalia illi offerenda sunt
sacrificia, vt viuo viua hostia offeratur. Quia enim dixerat, in causa
peccati sacrificiis carnalibus Deum minimè delectari, ostendit fu-
turum, quia spiritaliter Deo offerendum erat, vt hoc acceptaret:
quia hæc Deo digna sunt sacrificia: hoc est, in præterito minora
fuerunt, quia carnalia: nunc maiora, quia spiritalia. Et adiecit,
Tunc imponent super altare tuum vitulos. Si cessantibus pristi-
nis sacrificiis, spiritalia successiua sacrificia significauit, quid est vt
diceret, Tunc imponent super altare tuum vitulos? nisi quia per
hæc corporalia spiritalia significat, quippe cùm dixerit, quia car-
nalibus non delectatur. Vitulos ergo dicens, populum nouellum
significauit, Christi fide renatum, cuius deuotio quotidie super al-
tare Domini delibatur. Qui enim de ecclesia intelligitur locutus,
sacrificia quoque eius spiritalia significasse debet intelligi.

QVAEST. CXIII. CVR filius Dei missus sit, & non alius? Quanquam omne
quod facit Deus, rationabiliter & prouidenter factum creden-
dum sit, melius tamen puto, si post fidem etiam causa facti possit
aduerti, vt quod creditur, non ignoretur. Vnde Dominus ait, Hæc
Ioan. 17. a. 3. est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &
quem misisti Iesum Christum. Primum enim credi debet, sicut à
Propheta dictum est, deinde sciri quod creditur: quia iam fide-
lem & in hac re diligentem adiuuat spiritus sanctus, vt cogno-
scens intelligat fidei rationem: tunc enim plenum habet gau-
dium credulitatis suæ, si quod credit intelligat. Hoc est enim fi- C
dei robur, hoc immobile fundamentum credulitatis, addiscere sa-
cramentum. Vbi enim sola fides est, non est tam mera deuotio, &
potest aditum habere surreptio. Vnde vas electionis ideo laborat,
vt credentes fidei suæ rationem ediscant. Cùm enim cognouerint
quantus sit cui se crediderint, & quæ sit eius potentia, nullo pa-
cto, nulla que ratione ab eius spe traduci se patientur. Vnde di-
Psal. 33. b. 9. ctum legimus, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus:
vt data opera cognoscant diuinitatis eius saporem, intelligentes
nihil sapientius esse quàm in Christum credere. Quamobrem ipse
magister gentium inter cætera ait, In quo sunt omnes thesauri sa-
Colos. 2. a. 3. 2. Tim. 1. c. 11. pientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et iterum, Scio, inquit, cui cre-
didi, quia potens est depositum custodire. Igitur hic scit fidei suæ
rationem, & non dubitat de potentia eius, cùm intelligit omnes
thesauros sapientię & scientiæ in sacramento natiuitatis & passio-
nis & resurrectionis Christi esse absconditos. Manente ergo fide,
diu mecum contuli, vt scirem cur Dominus noster de sacris & de
cælestibus sedibus ad terram incarnatus venisset, & non alius ex
iis quos ipse Dominus sanctos angelos vocat. Incongruum enim
videtur personæ eius hoc opus subiisse, nisi causa facti noscatur.
Denique hoc est quod monet multos. Nam potuerit Dei patris
prouisio per alteram personã hoc negocium gerere, vt & homi- D
nibus in errore constitutis ostenderet veritatem, & diabolum præ-
sumptorem & salutis inuidum cum satellitibus eius comprime-
ret, & expoliaret deuictum. Quia peruicacia & irreuerentia ne-
quissimorum seruorum, ministris famulis fuerat compescenda, vt
non Dominus omnium rem sibi indignam experiretur. Neque e-
nim tanta vis & potẽtia est satanę, vt per potestatem eiusdem con-
ditionis superari minimè potuisset, cùm constet Dei auxilio ipsum
ab hominibus vinci. Nam quamuis impar sit si ex terrenis sumamus
exempla, tamen ex aliqua parte conuenient rationi. Seruum
1. Reg. 10. b. 6. enim contra Dauid regem rebellantem, Ioab conseruus eius mis-
sus est persequi & trucidare: & contra Absalon in patrem impium
Ibid. 15. c. 14. seruis iniuncta res est: quanto magis ad tyrannidem diaboli vin-
cendam vnius sancti angeli ministerium sufficeret, cùm vnius de
multis sufficerat efficacia, quippe cùm legamus quia repugnans
Apoc. 12. b. 7. contra Michaelem archangelum perdurare non potuit, sed subie-
ctus in terram est? Hoc ergo mecum sæpe reputãs, hoc solum scie-
bam, quia ideo ipse à patre missus est, ne ad iniuriam eius pertine-
ret, si opus per eum factum, per alterum reformaretur: sed hoc sci-
re minimum erat. Non enim satisfaciebat ad tam magnam & ad-
mirabilem causam, nisi & aliud comprehenderetur quod proficeret ad arcanum intellectum. Sic factum est, vt ãnimãduertẽrẽ cau-
sam hoc poposcisse, vt sic veniret qui venit. Ipsum enim ratio tan-
gebat vt ad eum comprimendum veniret, qui dignitatem eius &
meritum vsurpasset. Post Deum enim patrem diabolus deus dici
voluit, quod & nunc vsque contendit, cùm vtique non illum res
contingeret, sed esset hoc filij Dei qui post patrem Deum secũdus
est, non natura, sed ordine. Ad hanc ergo causam agendam non
alium oportuit venire, nisi Christum Dominum nostrum: quia
non tantum ad comprimendum diabolum venit, sed & manifesta-
re seipsum omni creaturæ: vt reprobata persona diaboli, hunc esse
cognoscerent, cuius principatum & maiestatem præsumpserat sa-
tanas: de cætero cognita veritate relinquerent errorem, pro cer-
to habentes Christum esse Dei filium, qui solus Deus de Deo sit,
& caput siue principium eorum omnium, siue quæ in cælo sunt,
siue quæ in terra, quia virtute & potentia qua superauit tyran-
num satanam, manifestatus est ipso esse, cuius imperium præ-
sumpserat impius diabolus qui est satanas. Dum enim voluit ini-
què Deus dici vt dominaretur potentiis spiritalibus (vnde increpa-
Esaiæ 14. d. 14. tur à propheta dicente, Tu enim dixisti in corde tuo, Ponam
sedem meam in nubibus, & ero similis Altissimo) multos decepit:
quorum conspiratione princeps erroris est factus. Qui in Psalmo
commonentur, vt reijcientes mendacium, suscipiant veritatem.
Dicitur enim eis, Tollite portas principes vestras, & eleuamini
portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Nisi enim tollatur er-
B ror de mentibus incredulorum, non poterunt suscipere fidem v-
nius Dei in Christo. Hoc enim edocentur, vt sublatis portis per
quas itur ad mortem, secundum perfidiam à diabolo cœptam, su-
scipiant fidei sacramenta per quæ itur ad vitam. Ista sunt enim
quæ significat in æternalibus portis, quia veritas fidei æternitas
est: perfidia autem temporalis est, quia mendacium adiuuentio
diaboli est. Diabolus enim cœptam præuaricationem in cælis,
seminauit in terris, multorum deorum suadens culturam, inter
quos principatum haberet. Caput enim & principium voluit esse
cæterorum, quod non ei debebatur, sed Saluatori. Vnde persequi-
Psal. 84. d. 12. tur eum vsque ad terram, vt comprimens eum ostẽdat erroris eius
præuaricationem manifestata in se veritate. Vnde dictum est, Ve-
ritas de terra orta est. Proiectus enim de cælis, consugit ad terras,
vt meditatam diuinitatem in supernis, expleret in inferioribus.
2. Thess. 2. b. 4. Vnde dicit Apostolus, Ita vt in templo Dei sedeat ostendens sese
quasi sit Deus. Quoquo enim modo desiderium suum implere
vult & damnari: furore enim plenus minus putat damnari esse,
quàm non explere auiditatem erroris. ADVERSVS
QVAEST. CXIIII. *Aduersus paganos.* paganos quomodo temerè audeant aduersus nos congredi, aut
fidem nostram impugnare, & suam commendare? Qua ratio-
ne Pagani aduersus nos audeant congredi, aut fidem nostram im-
C pugnare, se autem putent absolutos esse non video. Quippe cùm
nulla habeant assertionum suarum documenta, superstitionis suæ
magis dicam quàm religionis. Nam quæ cauta non habent pro-
ferunt, vt ipsi potius nouarum rerum autores & defensores ha-
beantur. Primo enim in loco deos se asserunt colere: quorum
nulla insignia, nulla dant testimonia. Illos enim deos appellant, *al. hoc nõ-*
qui se ausi non sunt † deos nuncupare, vt homines autores deo- *mine*
rum habeantur, cùm Deus autor debeat esse hominibus: ac per
hoc vana & inanis assertio est, quicquid enim sine Deo est, sta-
bile esse non potest. Manifesta enim esse quæ dico probant li-
bri eorum, in quibus nihil diuinum, nihil Deo iubente legitur
constitutum: sed singulos viros propter quasdam causas diuer-
sa asserunt instituisse numinum sacrificia, vt ij qui nullius meri-
ti videntur, ea ipsa quæ statuerant dignè statuisse probarentur.
Quando ergo quos deos appellant, nihil horum mandasse legun-
tur, qua autoritate hi faciunt, aut acceptum sibi putant, quod
non probant mandatum, cùm si etiam mandatum probaretur,
examinandum prius fuerat, si dignum esset aut debitum his obedi-
re, quorum nulla signa, aut prodigia, aut commendationes diui-
nitatis in rebus gestis existerent? Sed solent ab his exclusi ad ele-
menta confugere, dicentes hæc se colere, quorum gubernaculis
regitur vita humana. A quibus, vt suprà, requirimus, si mandatum
est aut iussum à Deo, quem etiam ipsi magnum & summum faten-
tur & negligunt. Si enim fieri debet, ab illo mandari oportuit qui
autor eorum dicitur. Si autem ab illo non est mandatum, præ-
sumptio est, & ad pœnam proficiet, non ad præmium, quia ad
contumeliam pertinet conditoris, vt contempto Domino colan-
tur serui, & spreto imperatore adorentur comites. Quomodo
istud impunitum erit, quod etiam in hac vita vindicari, & qui-
dem acerbius, videamus? Sed si fortè ab ipsis elementis dicant
mandatum, ostendant alicubi præceptum, legant aliquando ali-
quid illa locuta. Quod si non ostendunt qua pœna digni sunt, qui
autores præsumptæ & confictæ religionis deteguntur? Libera
sunt ex hac impietate elementa. Ipsa enim luminaria mundi accu-
sabunt illos apud iudicem Deum, quia in hac consilij vanitate mi-
nimè se autores ostendunt. Similiter & illos quos constat homines
fuisse, deos nuncupant, cùm cœperint pro peccatis suis cruciari,
in hac parte minimè se reos defendent, in hos crimen hoc retor-
quentes, quibus cum hoc non mandassent, vt deos illos colere cœ-
perint. Igitur quo pudore fidem nostram reprehẽdant aut irridẽ-
dam putent, quorum legem virtutum testimoniis fultam, necnon
& ipsius Domini ac Dei nostri relegunt vocem dicentis, Ego sum *Esaiæ 14. d. 6.*
Deus, & nõ est alius præter me? Quod si nudis verbis diceret, non

erat ei credendum, ne similes Paganis videremur, qui nulla deorum suorum signa maiestatis videntes, colere eos cœperũt: &, quod peius est, inhonesta. Turpia enim illic aguntur, quę pudoris est reuelare, & prudentes se appellant. Porrò autem Deus noster teste virtute coli se mandauit, & vt nihil suspicionis relinqueret, legem ipsam honestam & sanctam, vt & Deo dignum est tradidit. Nos verò qui stulti à Paganis dicimur, Deo nostro non credidissemus nisi nobis satisfecisset etiam testimoniis virtutum: nec legem eius suscepissemus, si non illam puram & ipsa professione dignam cognouissemus. Hinc est vnde nihil apud nos in tenebris vel occultè geritur. Omne enim quod honestum scitur, publicari non timetur. Illud autem quod turpe est & inhonestum, prohibente pudore nõ potest publicari. Quamobrem Pagani mysteria sua in tenebris celebrant, vel in eo prudentes. Erubescunt enim palàm illudi: piacula enim quæ illic vice legis aguntur, nolunt manifestare, ne qui prudentes se dicunt, hebetes his videantur quos stultos iudicant. Sed ne fortè hinc illis stulti videamur, quia lex nostra castitatem, misericordiam, pietatem, continentiam prædicat: apud illos enim hæc stulta sunt, quia omnis bonus malo malus est, & prudens stulto insensatus est. Nam intantum castitatem execrantur, vt etiam cinædis delectentur, magisterio eorum subiecti, qui nisi tales fuerint, idonei non erunt ipsi, si dicendum est, religioni. Propterea enim abscinduntur, & habitum immutant, vt de viris quasi feminæ fiant, & circa naturam subiecti muliebria patiantur, & tunc demum apti & digni sint ministri superstitionis illorum. Nunquid accusari potest huiusmodi quem lex facit talem? Ideo enim amisso viri & actu & habitu in mulierem transformantur, vt muliebria libenter patiantur. Quæ ergo putantur esse mysteria, vbi de honesto inhonestum fit, & de incorrupto corruptum, cùm hic sit verè cultus religionis, qui de turpibus honestos facit, de indisciplinatis modestos? Quomodo cultores eius æmuli possunt esse bonæ vitę, quãdo mysteria legis eorum sine cinædis celebrari nõ possunt? Si ergo lex eorum his delectatur, peccator erit & stultus quisquis non fuerit talis. Ideoque stultos nos appellant. Colentes enim hæc turpia, prudentes ab his iudicantur, euitantes autem & fugientes, stulti. Quod quidem callidè & astutè ab ipsis videtur aptatum. Idcirco enim legi suę applicant nomen prudentiæ, vt contegant reprehensibilia eius, quia vbi prudentia, reprehensio nulla est. Nostram autem legem stultam dicunt vt prohibeant ab ea. Sed sublatis nominibus prudentiæ & stultitiæ, & submota omni inuidia, quam parit defensio ambarum partium, ipsæ leges inter se confligant, vt appareat vbi sit prudentia, & vbi stultitia. Sed præsente signo crucis obmutescit Paganitas. Et si adest, quam vocant stultam, prudentia illa, sacra illorum respondere non audent. Reprimuntur enim exta illorum, respondere non audent, & occultantur ob reuerentiam Christianæ maiestatis. Magna res est vt illa quam vocant prudentiam, metuat illam quam appellant stultitiam. Conferamus nunc tenorem legum. Pagani deos deasque colere se etiam literis profitentur, & verum est quod dicunt, quia & masculos colunt & feminas. Ianus enim & Saturnus, Iouis & Mercurius, & Apollo & ceteri. Item & Minerua & Isis, & Fruxilla & Venus, & Flora meretrix cum cæteris, dij deæque sunt, sicut historiæ tam Græcorum quàm Romanorum testantur. Christiani autem vtpote pauperes quos stultos vocant, vnum Deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid quod ab eo conditum est venerantur. Ipsum enim solum sufficere sibi & abundare sciunt ad salutem, non ignorantes, quia si gloriam & nomen eius aliis deputauerint, offendant eum, quia nullus imperator permittit vt cum nomine eius tribuni & comites adorentur. Conferantur nunc leges vt videatur, vtra sit prudentia, quæ creatorem colit, an quæ creaturam: quæ Dominum, an quę seruos? Potest fieri in aliqua domo vt præter vnum alius dominus appelletur, vt pagani literis forensibus instituti qui sibi prudentes videntur, in vno mundo ab vno Deo condito multos deos deasque venerãtur. Procuratores enim & autores mundi deos & Dei nomine nuncupant, cùm improuidi denegantur. Illud autem asserere quod perniciem pariat, improuidi est & stulti. Quoniam necesse est Deum iniuriam suam vindicare in eos qui conseruis suis Deum & Dei nomen & gloriam impertierunt. De hinc considerentur præcepta. Lex nostra quos stultos vocant, antistites & ministros idoneos, sine crimine, sanctos & irreprehẽsibiles præcipit ordinari. Econtrà autem paganorum traditio antistites & ministros idoneos sibi esse non posse, nisi ex viris transfigurentur in feminas, vt licenter & publicè muliebria patiantur, & discussis in aqua inhonestè crinibus mollem quassatamque vocem & turpem emittant. Quod si publicè facerent, ab omni populo lapidarentur, & Cynocephalus ille, qui mutabundus per omnia se circũferri loca quærens membra adulteri Orisis viri Isidis. Ecce quibus ministris siue magistris pagani prudentiæ sibi nomen adsciscunt, cùm non solùm non prudentiæ sit, sed etiam criminis. Obscena enim & probrosa diligere funestum est. Illud autem quale est quod in spelæo velatis oculis illuduntur? Ne enim horreant turpiter dehonestati se, oculis illic velantur: alij autem sicut ales alas percutiunt, vocem coracis imitantes: alij verò leonum more fremunt: alij autem ligatis manibus intestinis pullinis, proijciuntur super foueas aqua plenas, accedẽte quodam cum gladio, & irrumpente intestina suprà dicta, qui se liberatorem appellet: sunt & cætera inhonestiora. Ecce quantis modis turpiter illaduntur qui se sapientes appellant. Sed quia hæc in tenebris patiuntur, putant posse nesciri. Ista enim omnia quæ à malis & turpibus inuenta sunt in occulto, sancta fides Christiana prodidit & detexit. Prædicata enim fide, considerantes qui audiebant quid boni & sanctitatis publicè promitteretur, contulerunt se ad fidem, occulta illa inhonesta & turpia relinquentes, & quomodo per ignorantiã illusi sint confitentes. Tunc enim iam pridem omnes propè in hoc vertebantur errore, & idcirco sibi prudentes videbantur, quia qui reprehenderet non erat. Nam quãquam omnes errarent sub vno fallacis nomine idololatriæ, vnusquisque tamen iuxta mores suos ordinauit & cõuersationem & culturam: vt vnus error diuersitatem haberet ex turpitudine & conuersatione autorum. Denique sacra, quæ sacra Liberi vocant, inhonesta & vanissima sunt, & plena furoris. Difficile enim impurus non iracundus est. Denique vbique cum Priapo depictus inuenitur, cum quo inhonestè viuebat. Hoc modo sunt & cætera sacra eorum, sed vt posteri his inuentionibus caperentur subtilitate & astutia factum est satanæ, quanquam non sine illius consilio ista inuenta sunt. Inuentis tamen singulis, aspersit quædam præstigia per quæ illiceret homines ad errorem. Et sic factum est, vt per traducem antiquitatis commendaretur fallacia, & excusaretur turpis inuentio. Per consuetudinem enim cœpit non turpe videri, quod turpe erat. Nam cùm dehonestantur aliqui, primò erubescunt, postea blandiente consuetudine, recedit pudor mutata fronte, præcipuè si multos videant tales. Nam quæstus turpitudinis tunc est, quando ij qui nobiles dicuntur, dehonestari videntur: facilè enim imitatores inuenit honestata nobilitas. Si ergo iam porrò pridem propter hoc prudentes sibi videbantur, quia cui fœda inuentio hæc displiceret, non erat: nunc quia Dei misericordia illustratum est genus humanum, & declaratum crimen esse quod pro lege credebatur, stultum autem quod putabatur prudentia inuentum, vel ab hac appellatione cessare deberent, permanere nolentes in detecto crimine, cognoscentes nomen sapientiæ à se alienum esse. Sed vt addant ad cumulum confessionis suæ stultitiam, in stultitia deprehensi vocant fatuos, à quibus conuincuntur. Sed fidem nostram & posteritatem accusant, in præceptis autem non negant nihil posse reprehendi. Qui fidem nostram accusant, non magis contra nos, quàm contra autorem nostrum suscipiunt. Nos enim stultos, qui quasi rei fatuæ fidem dederimus, illum autem mendacem & circumuentorem, necnon & malitiosum pronunciant, qui fidem traderet per quam deciperemur. Credentes ergo prius non nos stultè credidisse probemus, deinde causam acturi autoris, cùm in errore degeremus, in quo nunc manent Pagani: si nullis virtutum signis attracti, si nudis verbis quæ sacra vocant perciperemus, prodesse putantes, non quod diuinitas commendauerat, sed quod † vetus consuetudo tradiderat. In qua, quod non latet, diuersis illusi vanitatibus, nullam spem salutis cognouimus. Quid enim poterat prodesse res ab hominibus inuenta? Vt autẽ ad fidem Dei accederemus, & filium eius incarnatum & crucifixũ crederemus, non verbis suasum est nobis, sed rebus. Vidimus enim mortuos suscitatos, leprosos mundatos, cæco nato oculos restitutos, dæmonia eiecta, & simul omnes infirmitates curatas. Nunc quando stulti fuisse iudicemur, cum nudis verbis credidimus, aut cum rebus? Sine dubio enim res ante verba sunt: quippe cùm ad res significandas inuenta sint. Si ergo traditioni humanæ, nulla suadente virtute, quæ ad illudendas mentes hominum inuenta est, fidem dedimus, quanto magis huic, quam diuinam & deificam omnia signa quæ Deum inuocant, contestantur? Nónne dignè stulti iudicaremur, si virtutibus non crederemus, qui sermonibus credideramus? Nónne rationabiliter improuidi & inconsulti vocaremur, si aduocantem spem non sequeremur, qui desperationi fueramus obnoxij? Sed aiunt econtrà, stultum est quod creditur. Non enim rationi subsistit, Deum habere filium, neque emortua & dissoluta corpora rursus reparari posse ad vitam probauerint omnes philosophi & sectarum inuẽtores: etiam si diuersis disputationibus se inuicem confunderent, nullus ad alterum transiens; quia vnusquisque in quo imbutus fuerat, permanebat. Per id enim quòd verba contradictioni obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Non enim erat vnde se quisque victorem ostenderet, sed inuicem contradictionibus se fatigantes, minimè alter alteri persuadebat. Hinc factum est, vt Dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest, prædicationi suæ virtutem adiungeret, vt veritas prædicationis virtutis testimonio probaretur: vt qui verbis contradicerent, virtutibus non auderent. Quæ enim maior poterit esse testificatio veritatis, quàm est operatio virtutis? Si quis autem opera virtutũ deneget, accusans scripturas, quomodo poterit stultam fidem nostram dicere denegans scripturas? Vbi enim scriptũ est de Christo, quòd filius Dei credendus est, eodem loco virtutis testis inuenitur. Et si cui absurdum videtur legenti Christum Dei filium crucifixum, reuoluat, & inueniet resurrexisse cũ à mortuis, & intelligat non otiosè eum mortuum esse, neq; inuitum qui potuit resurgere, sed esse mysterium. Quicunque ergo est ille, aut tacebit de cruce: quia si dixerit stultam crucem, non poterit stultam dicere resurrectionem, excusat enim resurrectio crucem. Aut si locutus fuerit de cruce, non poterit negare prouidentiam esse in ea, quam videt testimonio resurrectionis firmari. Aut vtrunque enim accipitur, aut vtrunque refellitur, vt qui non defendet, nec audeat accusare. Quare autem crucifigi se permiserit, cognatis mysterium rese-

A

B

C

D

al. inuenit.

reseruandum est. Mortem autem hanc in tantum commendauit, vt clarificari se per eam testatus sit. Nam & ait, Potestatem habeo ponendi animam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Non ergo coactus est mori, quia potestatem habuit & mori & resurgere. Hanc qui abnuit, non poterit dicere violenter illi mortem illatam. Si enim istã negat, nec mortuum illum poterit asseuerare, quia hoc illi cõtinetur, vbi morti traditus legitur. Nemo enim ex superioribus postrema, aut ex postremis superiora condemnat, quia cõtrarium non est quod vnius corporis est. De mortuis autem quod resurgant, dolo dicunt stultum credere. Videt enim exempla quibus credibile iudicetur. Omnia enim semina vsibus necessaria, nisi resoluta fuerint, renasci rursus non poterunt. Si hoc mundo hominũ causa Deus decreuit, cur illorum ipsorum corporibus si hoc præstaturus credatur, stultum putatur? Nisi quia ipsi stulti sunt, qui Deo non dant quam potest mundus virtutem, cùm gestarum nũc vsq; appareat vmbra, quia iã tempus non est faciendarũ virtutum. Initio enim fieri oportuit vt semen fidei per hãc crementum faceret. Tamen & modo dæmonia nominata cruce Christi terrentur, & si impensius fiat, fugantur: & dij Paganorum formidine & metu nominatæ crucis responsa dare non possunt. Si opprobrium est mors Christi, quare terrori est? Res enim quæ ex crimine venit, non timeri debet, sed cõtemni. Quis enim timeat hominẽ pro crimine suo occisum? At, si innocens fuerit, timeri tamen non potest, sed doleri. Itaq; nisi sentirent dæmonia, vel dij Paganorum, sacramento esse crucẽ Christi, nominata ea nõ terrerentur: & vt expressius dicã, nisi rei essent, non timerent. Hi etenim omnes qui ex parte diaboli sunt, consenserunt in mortem Christi. Vnde cuncta dæmonia siue dij gentium, nominata cruce Christi, terrore cõcutiuntur. Omnis enim qui in alicuius innocentis morte reus est, cũ nomen eius fuerit memoratum, timor apprehẽdit cor eius. Recordatione enim habita delicti reum se videt. Quanto magis dæmonia, vel dij gentium qui rei sunt necis Domini & Saluatoris mũdi? Sed Pagani antiquitatis causa verum se tenere contendunt: quia quod anterius est, inquiunt, falsum esse non potest. Quasi antiquitas aut vetus consuetudo præiudicet veritati. Possent enim homicidæ, aut molles, aut adulteri vel cæteri criminosi per hoc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso mundi initio cœpta: cùm hinc magis intelligere deberent errorẽ suum, quia quod reprehensibile est, & turpe est, malè cœptum probatur, quod autem honestum & sanctum est, dignè colitur. Nec posse turpe & reprehensibile ante factum, esse honestum & irreprehensibile. Et ad extremum, Paganorum traditio esse ab homine inuenta, negari non potest: quia autem nostra lex à Deo data est, euidens res est. In monte enim apparuit maiestas Dei ad dandam legem hominibus, vt & hinc fides posit haberi. Primo misit signa multa & prodigia facta in Ægypto, quod hodie quoque libri testãtur à Ptolomæo recõditi in bibliotheca Alexandrina. Sic ergo legem dignatus est dare, vt nemo ambigeret Deũ esse qui tradidit. Palàm enim & manifestè visa est omnibus maiestas Dei, tanto fulgore, & terrore, vt etiam præter eum nemo alius Deus crederetur, & quod iubebat omni obseruatione dignum haberetur. Et vt omnia deificæ rationi conueniant, inspiciatur tradita lex, si quid in ipsa iniustum, si quid inhonestum, si quid ridiculosum, sic oportuit innotescere: non vt in angulo per imposturam appareret, quæ claudi non potest, neq; in speculo, vbi aliud est quàm cernitur operãte illecebrosa fallacia, neq; ea seruãda cælaret, quæ propterea quòd inhonesta essent, in tenebris gerentur. Cùm enim vnius Dei notitia obliterata esset in mundo cõsuetudine delinquendi, quia mendaciũ velamẽ præstiterat veritati, clemẽs & misericors Deus, nolens opus suum perditioni obnoxiũ fieri, visitare dignatus est genus humanũ. Non sic apparens sicut hi qui falsò dij appellari voluerũt, sed sicut est veritas Dei, ita se manifestauit, vt errorẽ adimeret, qui falsorũ deorum prædicatione mũdi sensum corruperat. Deniq; supra sexcenta milia hominum egressa de Ægypto, videntes & cognoscentes Dominum hunc esse supra omnes ex apparentia ineffabilis gloriæ, proximare ad eũ timuerãt, sed longè curuato genu eum adorauerunt. Postea profequentibus aliis signis, tã illis quæ fecit in deserto, quàm quæ fecerat in Ægypto, in omnibus mirabilibus manifestatus est vnus esse Deus. Hæc omnibus propè innotuerunt linguis, hæc vicinis gentibus terrori fuerunt. Quid tale in diis gentium? Cui genti, cui populo gloriam suã ostendẽrũt? Quæ signa aut virtutes ad diuinitatis suæ testimonium fecerunt? Vbi vel quando locuti probantur? Sed irrationale vulgus, aut apparentes vmbras, aut dæmonia, aut simulachra mortuorum, vt deos colere cœperunt: quę res in consuetudinem vetustatis deducta, arbitratur rationis sibi veritatẽ posse defendi: cũ veritatis ratio non ex consuetudine, quæ est ex vetustate, sed ex Deo sit, qui non vetustate Deus probatur, sed æternitate. Quamobrem fides non cœpta res, sed sine initio est. In Deum enim credere, nostrum incipere est. Nã quod creditur, æternum est. Quomodo ergo anteriores se putant Pagani, quando quod colunt, post Deum est? Nunquid non opus post opificem est? Pagani colunt opera, nos opificem: illi creaturam, nos creatorem. Certè Deus fecit mundum, & à se facto notitiam suam non ostendit? Aut fecit hominem, & noluit se ab eo coli quem fecit? Sed absurdũ est. Factus ergo homo cœpit venerari suum conditorem, quia dignum est, & causa hoc exegit. Quod cùm per desidiam hominum aboleuisset, reparauit istud Deus in Abraham, vt cognitio Dei quæ fuerat in Adam, inciperet rursum in Abrahã: vt ab eo geniti, sub eius cognitione educarentur, & per traducem non deficeret, neque deesset qui coleret Deum: aduocatis etiam exteræ gentis hominibus ad istam Dei cognitionem. Qui ergo cognouit, sub initio est: qui autem cognoscitur, supra initium est. Qua igitur ratione Pagani legem suam antè dicunt fuisse quàm nostram? Si mundus ante Deum est, quod absit, sic poterit & paganitas anteponi Christianitati. Nemo miretur de nomine Christianitatis. Est enim colere vnum Deum in mysterio trinitatis. Quod si nomen Christi putatur ex chrismate, nominis tamen ratio ante chrisma est. Apud maiores enim nostros, qui in reges vngebãtur, Christi vocabantur, habentes imaginem Christi venturi: qui natus de Deo patre in regẽ non immeritò Christus appellabatur, quia quòd istis chrisma, illi dedit natiuitas: quẽ quandiu ignorãt pagani, reprobant, cùm autẽ cognouerint, diligentius excolunt, gaudentes quia de malo transierũt ad bonum. Qui enim in re tam friuola & inepta pertinaces fuerunt: quanto fortiores & vehementiores erunt cognita veritate? Qualis ergo Christus noster est, qui cùm nescitur, oditur, cùm cognoscitur, amatur. Nam omnis malus cùm nescitur, amatur: cognitus, oditur. Quanti retrò oderunt Christum, qui nunc amant? Quot qui dolent odisse, quod nesciũt? Imprudentis enim est odisse quod nescias, quia probandum est, an odio digna sit res. Denique qui hodie aduersantur, in crastino defendent, pœnitentiam agẽtes, tardè se cognouisse quod verum est. Quod si odio digna res sic esset, aut aliquid haberet fallaciæ, quotidie ex Christianis fierent pagani. Porrò autem, quoniã hæc veritas est, quotidie omni hora sine intermissione deserentes Iouem, inter quos sophistæ & nobiles mundi qui eum Deum confessi erant, confugiunt ad Christum, cui est honor & gloria in seculorum secula. De fato, quomodo perniciosissima sit Christianis artis Matheseos obseruatio & cura? Nihil tam contra Christianos, quàm si arti Matheseos adhibeant curam. Hæc enim inimica dignoscitur Dei legi. Si enim nascuntur qui mali sint, & ecõtrà qui boni sint, frustrà lex data dicitur, & non solum hæc, sed & iniustus habebitur legislator. Qui enim lege data cogit homines contra id quod nati sunt facere, sciens non posse mutare naturam, ad hoc vtiq; legem videtur dedisse, vt haberet occasionẽ, qua crudelitatem suam de nece hominis satiaret. Vt quid enim prohibet, quod scit auerti nõ posse? Aut quemadmodum damnat hominem, qui non fecit quod facere non potuit? Si autem iniustum videtur, vt est, quia istud de Deo sentire nefarium est, rectè & salutari ratione legem dedit, sciẽs posse hominẽ cõtinere se ab eo quod prohibet lex. Ergo quia iustè legem dedit, non est vtique iniquus cùm vindicat. Itaque si legi Dei fides commodanda est, quia iustè probatur data, ars Matheseos euitanda & fugienda est. Hanc enim astutia & subtilitas inuenit diaboli. Quia enim apertè repugnare nõ audet autori, tergiuersatione id agit, vt & Deo iniuriam faciat, & hominem legi inimicum constituens, morte mulctet secunda. Qui ergo autoritati cedit, & factum eius retractari nefarium ducit, legi ab illo datæ obtemperat, die noctéque studiis eius insistens, nec aliquid aduersum respicit, non dubitans, quia potens est homo præcepta eius seruare. Nam hi qui peccare gestiunt, occasionem quærunt quomodo peccata sua à se faciant aliena, vt dum naturæ quasi imputanda peccata sint, immunis esse à pœna videatur peccator. Hoc propositum horum est, qui desperatione promissæ futuræ vitæ, præsenti desiderant frui voluptate. At hi qui freti fiducia fidei, spem futurorum expectant, hoc implere contendunt, quod in primordio renascibilitatis polliciti sunt, vt abrenunciarẽt pompis & voluptatibus satanæ. Quanta ergo subtilitate vsus est satanas, vt promptiorem hominem ad peccandum faceret, per quod inuidiæ suæ expleret nequitiam. Dum enim audit sic se natum esse vt peccet, & Deum non ignorat esse iustissimum, credit se impunè peccare: quia qui iustus est iudex, non damnat eum qui imperante natura peccauit. Nec quidem eius peccatum dicẽdum est, quod alius egit per illum. Sic deceptus est homo: peccatis enim pressus, factus est morti obnoxius. Igitur tollit omne hominis bonum, quã tollit & malum. Si enim peccator nõ habet pœnam, nec iustus coronam, vt quid laudantur boni, & reprehenduntur mali? Si enim huius naturæ est vt peccare nõ possit, quid laudas in illo quòd non est eius? Et vt quid condemnas in peccatore delictum, cùm scias non eius esse quod peccat? Quid nisi iniustus erit qui bonum laudat, & malum accusat? Sed fortè dicatur econtrà, Bonãm naturam in homine laudo, & malam condemno: quia & vinum bonum laudatur, cùm per naturam bonum sit, & malum recusatur, cũ illud æquè natura & hoc præstet. Si ita esset, nihil erit reprehensionis causa, vt sic laudaretur iustus, nec corona dignus iudicaretur. Neque ita accusaretur iniustus, vt pœna dignus diceretur. Porrò autem & in præsenti & in futuro iustos remunerari scimus & legimus, & iniustos pœnis subditos cõcremari: quod iniustum vtiq; videretur, si iste qui naturæ suæ rẽ gesserat, igne vltore pœnas pateretur, aut alius qui æquè naturæ suæ rem exequitur, præmiis afficeretur. Si autem laudandus est bonus, quia quod naturæ suę erat fecit, laudari debet & malus, quia & ipse similiter quod naturę suę erat, gessit, vt vnusquisque permanẽs in eo quod factus est, laudetur. Quia si in quo factus est manens vituperabilis habetur, autorem tangit vituperatio, qui talem nasci fecit qui displiceret. Quod si iure remunerandus est iustus, & condemnandus iniustus, iam non naturæ respondetur, sed voluntati, quia natura libera est, vo-

Exod. 20. c. 18.

Ioan. 10. d. 18.

A

B

C

D

QVÆST. CXV.

luntas autem in causa est, quæ sensibus accessus patitur & recessus: vt iniustus videns coronari iustum, se autem damnari, sibi imputet, qui contra legem sensibus credens malum fecit, cùm potuit facere bonum. Nunquid poterit accusari sol, quia vrit: aut aqua, quia infrigidat? Aut nunquid remuneranda est aqua, quia siti affectos homines recreat: vel præmiis afficietur sol, quia reficit homines calore suo post frigus? Quod enim naturæ suæ est, faciunt, vnde nec damnantur nec laudantur: aliud enim facere nesciunt. Sed quoniam ita non est vt æstimant stellarum speculatores, ratio actuum probat. Nemo enim inueniri potest qui bene faciat semper, aut malè. Tunc enim videretur sic natus vt bene ageret, si irreprehẽsibilis permaneret: & ita dignè æstimaretur vt esset malus, si in eo duraret vt malè faceret semper. At cùm & illum quẽ bonum putas natum, aliquoties videas malè agere, & hunc quẽ malum natum dicis, nonnunquam cernas facere bonum, quomodo hoc verũ probas, vt malus malus sit, & bonus bonus, nisi quia hoc magis certissimum est, quia vbi animum quis dederit, in eo proficit? Nam & causæ sunt quæ generant peccata, vt aut inuidia quis litiget aut inimicus existat. Illa autem quæ à lege prohibẽtur, non palam neque manifestè, sed occultè admittunt. Quarẽnisi quia reuerentur legem? Sin verò ita vt asserunt, ad hoc nati essent vt malè facerent, non quærerent latibula neq; aliquam legi reuerentiã exhiberent, sed passim ea facerẽt quę cogeret natura. Sed cùm videas procurari peccatis, & excogitari vt possint latẽter admitti: & loca enim & personas & tẽpora eligunt, vt mali propositi impleant voluntatem. Simili modo etiam boni iudicio quodam & bona opera sua discernunt, vt pro tempore & causa alicuius bonum suum distribuant. Quod vtique non iam naturæ imputandum est, sed quæ in natura est voluntati. Si autem naturale esset, cessaret iudicium. Nam si rem plenius discutiamus, qui nunc iusti sunt, iniustos illos prius fuisse ostendemus: data autem opera immutati sunt. Ipse

Luc. 2 d. 23. etenim Abraham per fidem iustificatus legitur. Antè ergo nõ fuit.
Rom. 4 a. 3. Quippe cum patre suo duce idola coluisse intelligatur. Et Za-
Luc. 1 c. 19. b. 9. charias vtique cui post vulgarem vitam testimonium perhibet Do-
Ephes. 2. a. 3. minus. Et vas electionis, qui istud etiam fatetur, dicens, Eramus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri, quia cedit voluntas pro natura. Ex voluntate enim quis iudicatur, non ex natura. Sine dubio & omnes martyres, & iustificati sunt boni, quia non fideles nati, sed renati sunt. Et quantos scimus turpis vitę fuisse & prodigos cultores luxuriæ, qui nũc continentes & sanẽti sunt? Accedente enim timore Dei, vincuntur vitia quę prius dominabantur. Quantum autem posit timor legis, hinc aduertamus. Ante Iuliani edictũ, mulieres viros suos dimittere nequibant. Accepta autem potestate, cœperunt facere quod prius facere non poterant. Cœperũt enim quotidie viros suos licenter dimittere. Vbi latuit fatum tãtis temporibus? Timore credo legis occultabat se. Illud autem quomodo subintrauit quod tradidit Moyses? Dormiẽtibus credo fatis. Tanta enim tradita sunt illis seruanda, & talia qualia nulla gens habet præcepta. Et ne hoc aliquis ad plagam cæli referendum putet, in omnem propè orbem dispersi mandata legis suæ custodiunt. Hæc præcepta contra fata sunt. Non enim fortè fuerunt tribus milibus annis & suprà à constitutione mundi: postea autem data, permanent vsque in finem. Quod ergo tot milibus annis non fuit, quomodo cœpit? Stellarum enim cursus à constitutione mundi est. Et quid illud est, vt cùm tãta multitudo Iudæorum sit per totũ mundum, nemo immutetur ex his vt fiat gentilis, cùm videamus ex paganis, licet rarò, fieri Iudæos? Ecce quantum pertinet ad ritum Iudæorum, exclusum est fatum, quia & extra fatum esse cœperũt, & in eo permanent. Quid videtur de Sodoma & Gomorra, quorum

Gen. 19. a 24. qualis fuerit exitus, vindicta obtutibus adiacet? Sic fuit vt omnes
Gen. 7. b 12. spurcitię infamia aspersi, diuino igne cõsumerẽtur. In cataclysmo omnes vnius fati fuerunt, vt omnes vna morte & eodem tempore

Exodi 14. f 24. cuncti perirent, excepta domo Noë. Et omnis exercitus Pharaonis vno decreto damnatus dicitur, vt ineptus error Matheseos vindicetur, quia dimersi sunt in rubro mari cum suo rege. Et alia quanta exempla sunt quę prætermittimus, quia ad satisfactionem sufficiũt duo exempla, quanto magis tot mysteria? Nam & cunctæ gentes diuersa habent instituta. Et quod alibi licet, hic nõ licet. Et iterum, quod hic licet, alibi non licet. Hic enim in vrbe Roma & finibus eius, quæ sacratissima appellatur, licet mulieribus viros suos dimit-

Matth. 5. e. 32. tere, cùm cautum sit in lege diuina, vt ne viri quidem hac potestate vterentur, excepta fornicationis causa. Ecce in hac re meliores sunt Barbari, quod & hoc seruari posse non impossibile est: quia prius seruatum docetur. Mutatum est ergo fatum, quia cœpit licere quod antè prohibitũ erat. Et eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet: quia autem & hic possent fieri in abscõso, licituni est. Nam factum licet occultè probatur: si autem cessaret timor, publicè fieret. Metus ergo prohibet fatũ: vincitur enim, si quod vult facere non facit. Et Persę mulierum more inaures habent, quod hic in honestum & illicitum est. Quia autem & hic fieri posit, attestantur antistites matris quæ appellatur magna. Et re-
uera magna fuit, sed meretrix. Sed in eo distat, quia isti cinædi sunt, illi viri. Et quid dicemus? In omni orbe terrarum hi soli hoc fato nascuntur, vt abscisi in mulieres transformentur, & toto mundo isti pauculi inueniantur quos constat minis circumuenire, & promissis præmiis ad hunc dolorem & dedecus cogi. Si autem ad hoc nati essent, non cogerentur. Persę licitum habent cum filiabus suis conuenire, quod & hic fieri posse ostenditur per id quod à quibusdam factum probatur. Sed quia vindicta interuenit, metu corrupti sunt ne facerent quod potest fieri, sed non licet. Omne enim quod prohibetur, ideo prohibetur, ne quia potest fieri, fiat. Si autẽ fati esset, non posset fieri, neque prohiberetur. Nam si non esset fati & prohiberetur: posse fieri quod fati non est significaretur. Et quæ prudentia est prohibere quod non potest fieri? ac si aliquis prohibeat, ne quis de vrbe Romana transuolet in Hispaniam, aut ne quis humeris montem transferat. Illa autem quę possunt fieri cùm non debeant, prohibentur. Mos Maurorum est, vt inaures etiam in naribus habeant feminæ. Nunquid fati est? Si fati esset, huc translati sic manerent: quia si fatum est, vnusquisque secum habet fatum suum. Sed quia non est fati, omnes inde venientes, hic immutantur, videntes turpe istic videri quod illic decorum putatur. Certè apud omnes gẽtes numerus, numerus est: terra, terra est: & aqua, aqua est: & aer, aer est: & ignis, ignis est. Nunquid potest alicubi reperiri terra quæ nõ arida sit, aut aer qui palpabilis sit, aut aqua quæ non fluxa & frigida sit, vel ignis qui frigidus sit? Sic vbique Iupiter, Iupiter est: & Saturnus, Saturnus est: & Venus, Venus est. Eodem modo & cætera signa. Ars enim ista vna ratione tractatur vbique. Sed quia apud omnes gentes instituta manent, non fatorum ratione, quæ vbique vna est sicut tractant, sed hominum excogitatione, quibet qui primus habitus est apud suos, quod ratione dignũ visum est, & aptum decori, statuit quibus prę̃erat. Inde vnaquaq; regio vel gẽs propria habet quę seruet. Sicut Solõ & Lycurgus multa statuerunt, quæ à Græcis legis more seruarentur, quæ paulatim deficiente regno eorum obliterata sunt. Nam regibus Iudæorum mulæ placuerunt ad sessum: Romanorum autem non mulæ, sed equi. Garamantum autem, qui supra Tripolim Afrorum sunt, regibus tauri placuerũt ad sessum. Persarum verò reges vehiculis feruntur. Nam veteres reges Persarum, nec videbantur à populis. Et reges Madian camelis delectantur ad sessum, ita vt & colla eorum aureis exornentur torquibus. Et per Africam asinis magis volunt insidere quàm equis. Cùm omnia vbique sint, non tamen omnia omnibus gratiosa sunt, quia vnusquisque elegit quod magis apud illum habeat gratiam. Nam & nobis ipsis diuersa voluntas est, & in vestibus, & in cibis, & in cætero vsu, & in ipsa sententia. Quod ne fati dicant qui multorum diuersa asserunt fata, hęc res probat, quia frequenter mutatur nobis voluntas. Quod enim diu amauimus, postea displicet: & diligere incipimus quod prius libenter nõ habuimus, & facta consuetudine immutati manemus. Ordinem autem sic dicunt esse fatorum, vt sit quid quibus efficiant temporibus per interualla recurrentia ad pristina, vt puta quod hodie faciunt, iterum faciant post tempus. Non enim in vno dicuntur manere. Nam per disciplinam & consuetudinem vincuntur. Mulieribus etenim Romanorum multis temporibus vini vsus incognitus fuit. Disciplina enim facta consuetudine confirmauit sensum suum, vt retineret quod prodesse didicerat. Nunquid illis tẽporibus hęc fata fuerũt, & postea mortua sunt vt cessaret res bene inuenta? Sed non fata hæc, sed disciplina inuenerat. At vbi recessum est à consuetudine, periit disciplina. Et veteres Romanorum tantæ continentiæ fuerunt, vt etiam oblata munera refutarẽt, bonam famam diuitias arbitrantes, & virtutem voluptatibus præponẽtes: & his fatis successum est, aut obierunt. sed non fati fuit: sed disciplinæ quæ etiam ipsius fati pẽdagogus est. Quomodo enim potest fati esse quod neque ante tempus habuit, neque nunc habet? Et quidem nescio vt quid tantam inuidiam fato faciant, vt in omnibus gestis ipsum dicant autorem, cùm sit & non sit. Vbi enim disciplina est, non est: & vbi consuetudo est, non est: & vbi casus est, non est: vbi autem videtur esse, timore legis vincitur, & libido enim metu cõpescitur, & quæstus pecuniæ propter Deum promerendum repudiatur. In hac ergo parte negari non potest. quia non potest non esse quod vincitur, & tamen rectè potest dici & in eo ipso non esse, quia caret autoritate quod vincitur. Itaque Dei legem qui sequitur, & cõsuetudinem tenet bonæ vitæ, huic cedunt omnia quæ dicuntur fata. Tantum enim potest cõsuetudo, vt etiam bestias mitiget. Nam malè viuere volentes, ipsi sibi fata constituunt. Per luxuriam enim & voluptatem sit intemperantia & inquietudo, quæ parit incontinentiam & iracundiã. Et scientes istud pœna dignum, vt immunes se faciant, pudorem passi fatis ascribunt, cùm de hac re cogitantibus adiutorium faciunt dæmones: quia & hoc statuunt, vt malè cogitantibus tribuant effectum: istos fata appellant: non intelligẽtes quia sunt hominis inimici. Nam si per sensus non subintrarent peccata ad animam, sed deintus nascerentur, rectè omne quod delinquitur, fatorum esse videretur. Cùm autem videant, per visum & auditum & per reliquos sensus nasci concupiscentiam peccatorum, adiuuantibus inimicis qui suggesserunt faciendũ quod contrarium est, & non putatur quamdiu fiat. Dulce enim videtur cùm fit, aut antequam fiat: perfectum autem apparet esse amarum, quid fatis imputant? Quia autem potest vinci, hinc aduertimus. Cogitantibus etenim nobis & de aliqua re solicitis, silent inimici, & conquiescit libido. Non enim possunt suggerere occupatis nobis. Nunquid aliquis ad aliquam rẽ alicui dedito aliud suggerit? Non facit, sciens aut se non audiri aut aporiari quasi importunè suggerentem. Ita & inimici quos constat esse dæmones: ij sunt enim dij Paganorum, qui si viderint diuinis rebus nos occupatos, non se ingerunt ad contraria suggerenda, sed in insidiis sunt quærentes occasionem

tasionem qua se ingerant. Munimenta ergo sunt animorum meditatio assidua legis Dei & operatio: quia si occisos nos viderint à rebus diuinis, excitantur ad solicitandos nos. Ipsi enim sunt qui per carnem & sanguiné seminant cõcupiscentias. Quamuis enim habeat caro proprium motum originis suæ, quia non est occisa carnalis natiuitas, tamen in hac re accedit ad necem hominum adiutorium dæmonum. Diuersa enim sunt dæmonia, & disparem habentia voluntatem. Quædam enim sunt, quæ cùm perturbant animos, elidunt corpora: quædam verò admiscentia se sanguini, generant animis desideria. Alia autem cordi hominis se copulantia, suggerunt cum blanditiis contraria. Nonnulla autem sunt, quæ so-

Luc. 13. c. 11. la corpora obligant infirmitatibus: sicut & illam filiam Abrahæ, quam Dominus curauit. Hæc omnia ignorãtes Pagani, fatum appellant: cùm diuersæ sint causæ, & ista ab inimicis procurentur, vt quacũque ex causa irritetur homo, & subijciatur passionibus. Sed fatum bonum appellant, cùm bene temperata sint corpora aut affabilitate commendantur, habentia gratiam quãdam. Malum autem fatum esse, si plus caloris habeant, aut humoris: aut si quis non sit aspersus gratia, sed magis ad detrimenta paratus, quos infortunatos vocant. Fac vera esse. Videmus enim hæc etiam in animalibus, vt plus habeant caloris: sed animalia non sunt rationalia sicut homo, vt possint adhibita cura corpus suum temperare. Ideo enim imperator est corporis animus, vt gubernet illud retinaculis legis diuinæ. Ea enim quæ siue impulsu carnis, siue ab inimico suggeruntur, non esse vtilia, lex ostendit diuina. Quam ideo adiutorio dedit Deus, vt dictantem inimicum mala, quasi bona respicientes legis præcepta, illum intelligamus esse seductorem, quia aliud suadet quàm docet lex. Sic ergo frenatur corpus, vt quia feruet, minus illi detur, & à delitiis retineatur. Sicut enim corpus febricitans si accipit escam aut potum, increscit illi calor: ita & huiusmodi corpora quæ sanguinis feruore vruntur, vehemẽtius exardescent, nisi fuerint gubernata. Igni enim si deest esca, sopitur. Animi est ducere corpus. Si autem dimiserit illud vt eat quò vult, præcipitabit ipsum, sicut equus furiosus negligentem sessorem. Et quia corporis feruor plus exardescit, agentibus inimicis ad deceptionem animæ,

Ephes. 6. b. 12. quia nõ corpus desiderat, sed calore suo generat animæ desideria, Dei nostri assistentia imploranda est ad tutelam vt prohibeat eos: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: quibus amotis, facile erit carnis & sanguinis motum comprimere. Extinguitur enim incendium, si desit materia per quam vrat. Illis autem euenĩũt quæ à Mathematicis dicuntur, qui credunt futurum quod dicunt. Illud enim agitur subtilitate dæmoniorum, vt ea efficiant quæ antistites illorum dixerunt futura, ne falsi detecti credantur. Circa eos verò qui responsioni illorum non cõmodant fidem, non prævalet effectus eorum: quia neque ipsi tantum intenti sunt vt satisfaciant eis qui illis non credunt: neq; patitur Deus facere illos per quod seducuntur fidẽtes de Deo, & nõ credentes diabolo. Omnia enim sic Deus instituit, vt secundum vniusciuisque fidem eueniat, vt arbitrium liberum maneat voluntatis: ac per hoc qui Deo credit ad auxilium eius confugiens, nihil ei prævalere poterit: certus est enim in potestate eius esse quæ fecit, & non audet cõtra eum quem videt Deum communem habere propitium. Certè fecit Deus mundum, & solem & stellas creauit, constituẽs eis cursus quibus gubernatur genus humanum: nunquid non habet potestatem imperare illis vt aliquando aliud faciant quàm decretum habent? Sic enim ea condidit, vt voluntati subiaceant. Tunc demum cursus decretos exequuntur, si aliud minimè fuerit præceptum: vt si rogatus ab iis fuerit quibus ministrant per id quod aut importunitate pluuiæ, aut nimia siccitate steriles fructus appareant, iubeat temperari tẽpus:

1. Reg. 18. g. 43. aut si fortè, vt assolet, irato Deo viuãt homines, dum per luxuriam & vanitatem oberrantes non faciunt quod placet Deo, diutissima suspẽsum pluuia, vt factum legimus sub Helia & Heliseo, famem excitet super terram, satisfactionéque placatus annuat vt imbres irrigent aridam. Eodem enim modo moderatio mũdi est vt imperium seculare. Quomodo enim quidam pressi à rectoribus prouinciarum, ad auxilium imperatorum decurrunt vt erigantur: ita & homines si aduersa sibi viderint tempora supplices se præbẽt Deo, in cuius potestate sunt omnia. Sed hoc Mathematicis non videtur. Aliud enim inquiũt fieri non posse quàm vt sidera decretas sibi impleant causas: & neque reuocari neque ad aliud impelli possunt, sed semel statuta seruant officia. Hæc Mathematicorum asseueratio est, vt dicant fata immutari non posse, neque precibus aliquid impetrari: quia semel Deum dicunt statuisse totius mundi rationem, & ministris sideribus tradidisse, quæ neque retrò neque antè fieri possunt. Hic est error Mathematicorum, quo & Deum pulsant. Per hanc enim asseuerationem negant aliquid posse fieri extra ordinem mundi, vt omnia quæ in mũdo à Deo facta leguntur, si à mundi lege discordant, negent credenda: illa autem asseuerant

Num. 17. c. 8. Gen. 21. a. 2. quæ iuxta mundi statuta facta dicuntur: vt neque virgo peperisse dicatur, neque virga Aaron floruisse, neq; fructum attulisse, neq; Sara anus peperisse. Hæc enim mundi ratio non habet, quia extra mundi ordinem à Deo facta leguntur. Et quid mirũ, si autor mundi fecit quod non potest mundus. Sed transgressus videretur, aiunt rationem quam statuit, si aliter ipse fecisse dicatur quàm mũdo decreuit. Age verò, mũdo legem statuit faciendi, aut generãdi. Nunquid & si humilitas eius erat, si sic faceret sicut ab eo conditus est mundus? Et vnde ab eo factum intelligeretur, si mundi lege fecisset quod fecit? Vt autem intelligeretur à Deo factum, non à mundo, alio ordine factum est? Certè soli decreuit vt incessabiliter impleat statuta spacia, nec habeat licentiam standi. Nunquid qui hãc legem ei statuit, non ipsi licebit statuere illum? Certè iudicibus statutum est, ne liceat in reum datam sententiam reuocare: nunquid & ipse imperator sub hac erit lege? Nã ipsi soli licet reuocare sententiam, & reum mortis absoluere, & ipsi ignoscere. Quãto magis Deo licere debet quod mundo debuit cõcedi, quià creatoris sui est famulus. Denique mundus per legem sibi traditam, occidere potest, viuificare non potest: per intemperantiam cæcũ creare potest, oculos illi reformare non potest: imbecillem & ægrum facere potest, curare illum non potest: hoc enim sibi Deus reseruauit, vnde appareat eum Dominum omnium esse. Ad subruendum enim fatum pertinet, quia mortui surrexerunt, cæco nato oculi reformati sunt, ægri & paralytici confirmati sunt, & cętera, & quæ facta sunt alia, vt confugientibus ad Deum, si quid fati esse potest, impedi-

1. Io. c. 4 a. 4. mentum auferre non possit. Dicit enim Ioannes apostolus, Maior est, inquit, qui in nobis est quàm qui in hoc mundo. Rogatus enim Deus, etiam quæ statuit amouet. Nam vtique statuit in peccatores vindicandum, & tamen deprecantibus ignoscit, quia ipsi soli licet

Iosue 10. c. 12. ligare & soluere. Vnde cùm Soli statio cõcessa nõ sit, sub Iesu Naue iussus est stare, & obediuit eius imperio, contra id quod sibi in ratione mundi fuerat præceptum. Sub Ezechia autem amplius factum legitur: quia vt Ezechias quod sibi promissum erat, verũ esse

4. Reg 10. b. 11. non dubitaret, signum tale accepit quod nouum esset, & humanis auribus inauditum. Non enim sicut prius Soli iussum est, vt staret, sed vt reuerteretur retrò, quod videns Ezechias certũ haberet, eum posse sibi quindecim annos addere ad vitam, qui de hora nona fecerat sextam. Et quia contra Mathematicos est quod Ezechiæ cõcessum est. Negant enim posse addi ad vitam: signum iterum in hac re quod contra Mathematicos esset, accipit. Impossibile enim asserunt aliud astra facere quàm habet constitutum. Certè fati esse dicunt, seruum habere, aut non habere. Esto, Ab initio mundi hæc fata vbi erant vsque ad diluuium? & infrà multa serie annorum transacta, non fuit hæc conditio seruitutis. Aut nunquid ex Nini regis temporibus hæc fata cœperunt, qui primus dicitur finitimis bella inferre cœpisse, & captos facere seruituti obnoxios? Vide ergo postea hoc esse inuentum, & non esse fati, sed actus dæmonum, quia si fati esset, ab initio mundi fuisset. Ipsa enim sunt sidera quæ facta sunt in initio, & nunc manet cursus eorum. Et antea vita hominum agrestis erat, nec diuitiis studebatur. Quomodo nunc astrologi per astra dicunt diuites & pauperes fieri? Nũquid mutata sunt astra? At versutia & præstigium est Satanæ, vt ea per stellas dicat fieri quæ angelis suis ministris operatur. Accedẽte enim tempore quo interitus ei appropinquat, maiora adinuenit per quæ peccetur. Ecce scimus laborasse fame Italiã & Aphricam, Siciliam & Sardiniam. Dicant Mathematici, si omnes hi vnũ fatum habuerunt, cùm inter centum ne quidem duorum fata sibi conuenire posse dicantur. Erubescant & taceant, & Deo supplices manus tẽdant, in cuius potestate sunt omnia. Sed in hoc fortè surreptum est fatis. Quid dicemus esse de Pannonia, quæ sic erasa est, vt remedium habere nõ possit? O infirmitas eorum qui fide pẽdula Christianos sese profitentur. Dum enim de promissis dubitant, nec de iis quæ facta sunt, cogitant. Si enim ea quæ à Prophetis & Apostolis gesta sunt, considerarent, nunquam fabulas Mathematicorum admitterent. Scirent enim omnia in Dei esse potestate, nec terrerentur quando bonis mala accidunt, quia in futuro iudicio remu-

Act. 14. d. 22. nerabuntur, memores Apostoli dicentis, Quia per tribulationes, inquit, oportet nos intrare in regnum Dei. Contentus enim & Dei sui expectans iudicium, remuneratus etiam vindicabitur. Si enim in præsenti iudicari desiderat, aut omni auiditate præsentibus frui copiis, dubitat de promissa vita, ac per hoc in futuro inter perfidos deputatus pœna dignus habebitur. Mundum enim Deus propter exercitium fecit, & omnibus copiis honestauit, duas causas proponens, præsentem & futuram, cælestẽ & terrenam, vt ad probationem esset homini: vt qui spreta futura vita presentem eligeret, carni deputaretur: qui verò præsenti futuram anteponeret, spiritalibus dignus haberetur: & qui iniustè pressus potentia iniustorum, querelam Deo deponeret vel resignaret, in futuro iudicio reuelatus spiritali gloria honoraretur. Vnde nullus sanctorum in mundo

1. Tim. 6. b. 8. gloriosus apparuit, neque præsentes dilexit delitias. Hinc Apostolus: Habentes, inquit, victum & vestitum, his contenti simus. Sed qui est Christianus, etiam dolet, si felix videatur in seculo, cùm Christianorum dignitas & felicitas non in terris promissa sit, sed in cælis. Quomodo Christianum se dicit qui non illic gloriari vult vbi promissum est, sed hic vbi prohibitum est? Si enim expediret præsentibus frui, non vtique hæc contemnentibus cælestia promitterentur. Qua ergo spe Christiani Mathematicis aures commodant, cùm audiant Ioannem apostolum clamantem & dicentem: Nolite

1. Io. n. 2. b. 15. diligere hunc mundum, neque ea quæ in hoc mundo sunt? Itaque si hæc sunt fidei vel legis nostræ præcepta, ne mũdus diligatur, neque ea quæ in mundo sunt, quid est vt quidam nostrum querantur contristati de aliorũ felicitate quæ est in mundo, quæ apud Deum fortè infelicitas est, cũ magis gaudere deberent, quia non illis mũdus præstat per quæ obligati teneantur humanis rebus obnoxij? Felicitas enim ista, securitas facultate accepta, diuinorum caret

solicitudine. Indilig̃es enim fit necesse est circa diuina oracula, qui omnibus necessariis refertus, vnde sit solicitus, nõ habet. Alia enim solicitudine incipere solent laborare huiusmodi, vt amplificentur in seculo, quod sine peccato nõ potest fieri. Si propius autem aspiciatur, videbitur inimicus magis illorũ esse mundus quos beatos dicitur facere. Vix enim aliquis illorũ cęlestia cogitat. Gandẽdum ergo Christianis est, dum rectè conuersantes premuntur in hoc seculo. Hic enim vincit seculum, qui contentus quomodò illi euenerit in hoc seculo, Deo gratias agit, à quo hæc si qua deuegantur tẽporalia, reddi speret æterna. Vt quid enim Deus futurũ iudicium statuit, nisi vt qui iniustè deprimuntur ad tempus, vita æterna donentur, depressis iis qui per potentiam contemnentes, aut non credentes futurum Dei iudiciũ impunitatẽ esse scelerũ arbitrati sunt? Sed fatorũ assertores negant futurum iudicium. Si enim nascuntur qui boni sint, & econtrà qui mali sint, quid laudas aut quid accusas, quando neq; bonus congressus laborauit vt vinceret, neq; malus negligens fuit vt perderet? Quidam inter priuatos fabulas venditant. Nam iudicibus oblati peccatores, nunquã ausi sunt crimina sua fatis excusare, sed semetipsos reos confitentes, iure se sentẽtiam excipere non negant. Itaque legis autoritas rationem calcat fatorum: ita vt ne nominari quidem possint, cùm se commouerit lex. Quomodo autem euasuros se in perpetuum credunt, qui nequiter versati legis diuinæ seueritatem studio quodam ad tẽpus fugiunt, non cogitantes autorem legis hinc dissimulare non posse? Nam hic imago legis est, illic veritas. Et qui illud it imaginem, veritatem illudere non potest. Nunquid est aliquis locus sine Deo, aut aliquis manus eius effugiat? Putant autem blandientes sibi, quia qui hic euadit, iam securus sit. Et quomodo hoc iustum æstimant, vt aliis punitis in talibus causis isti euadant? Certè Deus mundum constituit, & qua lege vteretur, ostendit. Diligens enim opus suũ ostendit ei viam qua itur ad vitam, ordinans quibus ducibus vteretur: quia est & via quæ ducit ad mortem. Nunquid non ergo requirere debet, si ij quos ministros regni sui posuit, eo iure quo constituit populum eius gubernarunt: aut si populus edictum eius suscepit, aut à ministris fideles inuenti laude digni sint, aut infideles subdi pœnis? Similiter & populus lege seruata laudatur, aut contempta damnatur. Hoc ius suum, hæc causa exposcit. Quomodo ergo quibusdam displicet futurum iudicium credere? Sed hoc Mathematicorum inuenit amentia. Quomodo enim possunt futurum accipere iudiciũ, qui præsenti repugnãt, quia iudiciũ in natiuitate esse contendunt? Et quia natiuitati imputatur præmium, desipiunt ipsi qui cum quodam iudicio naturali bonos & malos non fieri, sed asserunt nasci, peccantibus retribuũt ne patiãtur inulta esse peccata. Virgis enim malos & vinculis intus corripiũt, quos foris inemẽdabiles asserunt natos. An quis prudentũ corripit, quos fcit emendari non posse? Quod quidem aut stulti esset, aut iniqui. Sed ne hoc ipsum fato dicant fieri: quia si sub fato est, non facit quod vult, vt & ipsi naturale habeant vt vindicent in eos quos sciunt inconuertibiles manere naturaliter: & verè quia sic dicendum est, vt quicquid fati esse dicitur, stultitiæ deputetur. Quàm enim stultum est, vt cum dicant aliquem malum natum, nec illum bonum probent quem asserunt bonum natum? Quomodo enim potest bonus iudicari, qui rem iniquam facere deprehenditur? Quid enim tam iniquum, quàm vt iniquus credatur qui negatur aliud potuisse facere quàm fecit? Et si omnia sub fato sunt, quomodo lex subintrauit quæ non sinat fieri quod fati est? Si enim tollatur lex, passim publicè illicita fient, nec potentes poterunt ferri, nec erit libertas eorum, quia qui nunc nõ cogitat malum, sublato timore incipiet malus esse. Deniq; legimus legem malorum causa datam. Sed & hoc ipsum fati fortè fuit, vt lex daretur? Et qua ratione fata subsistunt, si generant à quo destruantur? Quicquid fati est, cõtradicit lex fieri debere. Carẽt ergo ratione, si cõtraria sibi generant. Et iniqua sunt, quia nasci faciunt homines ad damnationem. Et quæ iniqua sunt, autoritatem habere nõ debent, quia omne iniquum punitioni obnoxium est. Aut ne fortè legem nihil prodesse dicant, quia qui fic natus est vt malus sit, per legem non immutari potest: quod si est, lex superfluè data est: & quomodo fata rem superfluã fecerũt nasci, quia nihil prodesset fato? Itaq; fata & pro se & contra se faciũt. Quod si ita est, stare non potest quod per inconstantiam rationis non tenet firmitatem. Sed ne propter hoc legem fata esse voluerũt, vt quos malos fata faciunt nasci, à lege damnentur, vt cõueniat fatis ex lege adhibere punitionẽ. Ad hoc quid erit quod dicatur, nisi quia & leges & fata proprio iudicio condemnari merentur, si pari iniustitia hoc elaborant vt occidantur, qui non sponte, sed fatis agentibus mala fecerunt? Ad hoc lex contradicit, quia fata propria professione damnanda sunt. Non enim negant eos qui mali sunt. Lex autẽ vsqueadeo aduersa est ipsis fatis, vt neget malos fati esse quòd mali sunt, sed illorum voluntatis, quamobrem illos puniendos ritè constituit. Nihil ergo legi & fatis commune est, quando à lege negatur quod à fatis asseritur. Qua autẽ ratione nati dicentur, qui mathematicos vrbe Roma prohibuerunt, quod ius seruatum non ignoratur: & certè Pagani fuerunt. Quomodo fato fiunt quæ contra fatum sunt? Sed si est fatum, non facit contra se. Isti non habent fatum qui faciunt contra fatum: & si hi non habent fatum, non est fatũ. Sed est, inquiunt, fatum vnicuique præstans qua morte moriatur. Quod si ita est, non est accusandus homicida. Nam & duplici genere se defendet, quia & ipse fatis agẽtibus hoc fecit, & ille agentibus fatis occisus est. Sed inter hæc lex pulsatur, quia punit oblatum homicidam. Simili quoque modo nascitur qui adulter fit, & quæ adultera, & cui fat adulteriũ. Quòd si hęc sic se habent, & nunc lex tangitur quæ punit adulteros: quod si verè fati esset, etiam ille puniendus erit qui tale habet fatum vt adulterium patiatur. Et ipse enim particeps inuenitur, quia fatũ eius admisit vt fieret adulterium. Æquum ergo erat, vt aut simul condemnarentur, aut simul absoluerentur. Inter hęc iniusta lex videtur. Ideo si à Deo sunt fata, lex non erit Dei, quia hoc non solùm Deo, sed nec prudenti conuenit, id damnare quod fecit. Sed quoniam nemo vnquã cõtra legem ausus est dicere, vel à Deo hanc esse negare, fata à Deo dici esse non poterunt, quia ista Deus punit per legem. Quando enim damnatur quod fit impellentibus fatis, sine dubio fata damnãtur. Sed animæ aiunt, malæ ad hoc nascũtur vt malè faciant. Esto. Sed non deberent malę fato nasci, vt innocentes ab his posint occidi. Si enim illę malę animę essent, nasci non deberent, sed puniri ne occiderent innocentes. Sed non animę quas malas fingunt, innocentes occidunt, sed fata quæ sic faciunt nasci homines vt occidantur. Ac per hoc non animę, sed iniqua sunt fata. Et si iniqua sunt, à Deo non sunt, ergo à diabolo sunt. Et si à diabolo sunt, simul damnanda sunt cum illo. Et quoniam discernere dicuntur singulis quomodo moriãtur, aut ferro, aut laqueo, aut præcipitio, aut naufragio, vel aliter multis modis eadem præstãt. Nemo enim potest solus ab omniũ fatis discrepare. Quòd si quis inuentus fuerit discrepare, iam non est fati, sed euentus. Et si in vnius morte euentus est, erit & in multorum, & iam nõ erit fati. Anaxagoras in pilam coniectus iussu regis contusus expirauit, quod non cõtigit vlli hominum. Et Sisari regi Allophylorum mulier palum in tempora fixit, & ita reddidit spiritum. Hoc modo nemo est mortuus. Et antea cruci homines figebãtur, quod postea edicto prohibitũ manet. Si fati erat, quomodo desiit? Quando enim quod fati est, prohibetur & non fit, vincitur fatum. Aut si non erat fati, nõ fato homines crucifigebantur, sed iudicio legis. Et ita est vt non fato homines damnentur, sed conuicti à malis suis operibus. Apud Thuscos natus dicitur quidam tam formosus facie quàm nemo vnquam fuit: & quia vir bonus erat, ne cui in suspicionem veniret, qui etiã honestarum mulierum oculos illiciebat, faciem sibi septem plagis vulnerauit, vt pulchritudinem quæ ab omnibus desiderabatur, dãnaret. Ecce quomodo si fata sunt, superata sunt. Sed fortè dicatur: Naturæ fuit vt formosus nasceretur: fati verò, vt facies eius vulneraretur. Quod si ita est, iam non nascitur fatum, sed accidens causa est. Et si accidens est, non erit fati, sed consilij, aut fortè euentus, quantum ad reliquas pertinet partes. Nam quid aliud est vincere fatum, nisi immutare naturam? Quod si à Deo vtique esset, nec immutari posset, nec vinci. Legitur namq; cautum in quodam iuris libello, aliquando mulierẽ quinque peperisse: quomodo surreptum est fatis, vt huic soli hoc natura decreuerit quod non erat fati? Quod si fati fuisset, aliquantæ hac sorte oneratæ fuissent. Et cùm quidam ad peregrina loca proficisceretur, vxorem suam amico quem fidelẽ sciret, commendauit: non vtiq; puero, sed maturæ ætatis. Qui vt diligentior custos eius esset, abscidit se ille, vt cum ea sine cuiusquã suspicione cautè dormiret. Quid putamus, fati fuisse, an consilij? Sed quomodo fati fuerit quod cõtrarium est? Qui vincit enim quod natum in eo est, hic exinanit fatũ. Et in studiis certè fatorum vertitur causa, vt sciat quis aliquid, aut nõ posit comprehendere. Omnes ergo senatores vnum habent fatum. Nullus enim senatorum sine literis est: & gentes quæ sine literis sunt, vnum habent, & omnes serui vnius sunt fati. Nemo enim seruorum est senator. Sed si quod nascitur, dicitur fatum, quicquid accesserit, extra fatum erit. At si quod accidat, ex fato venit, quare per laborem venit? Tũc enim diceretur fati, si inuito homini eueniret. Quod enim euenit, sine prouidẽtia fatorum dicitur: quod verò excogitatur, & diu pensatur, & exercitiis mediis acquiritur, cur fati esse dicitur? Eunuchus aliquis natus est, alij fiunt, vbi erit fatum? In illo credo qui natus est. Qui fiunt, quid dicendum de his est? Diuersum est enim nasci & fieri. Aut si hi fato facti eunuchi sunt, ille cõtra fatum natus est eunuchus. Et quare tam raro eunuchus nascitur, vt incredibile videatur? Quædam mulier fuit in vrbe Roma, quam cõstat xj. maritos habuisse: & alius vir qui xij. habuit vxores, quæ fata sunt quæ his hæc decreuerũt? Nam tempore Imperatoris Constantini manifestum est, puellam in parte Campaniæ immutatam in Masculum, & Romam perductam: quæ hic fata fuerunt? Alia vt opinor quæ vos nescitis. O si de hoc nomine taceretis, & aliqua euentui & casibus remitteretis, quædam prouidentię cõcederetis. Nam tantum potest virtus & industria animorum, vt non solùm naturæ resistat, verum & seipsam emendet aut inemendet, quia habet iudicium sui. Traduntur enim mulieres Scytharum, quæ Amazones dictæ sunt, cùm viri earum occupati bello longinquo diu abessent, propter sobolem se miscuisse seruis, & omnem marẽ natum necauisse relictis feminis, ita vt nulla lanificio operam daret, sed ab ineunte ætate palæstra & armis imbuerentur. Harum tanta virtus in rebus gerendis fuit, vt per multã seriem annorũ regnãtes, nonnullas gentes subigerent, Asiamq; omnẽ sub tributo ponerẽt. Quid ad hoc poterit dici? Nunquid hæc fata fuerunt, quæ per tot annos sic gesta sunt, vt omnia quæ fati putantur esse, exinanirent? Primum, vt contra naturam mulieres spretis viris regnarẽt: deinde quòd seruis mixtæ sunt propriis: tertiò, vt omnes nati masculi necaren-

necarentur, feminæ viuificarentur. Tanta eas prosperitas est secuta, vt sine viris regnum cœptum magnis copiis, magnis tẽporibus propagarent. Certè hoc factum à constitutione mundi nunquam factum est, nisi in Scythia tantùm. Ne fortè dicerent, quia cũ mundus innouatur post annos mille quadringentos sexaginta, sic hæc veniunt: quippe cùm mundus iam sexto millesimo anno agitur, quamdiũ quod imitatus quis fuerit, facit. Nam Crassus Agelastus dictus est, quia semel traditur in vita risisse. Cur Iunius Brutus est cognominatus? quia sagaci consilio stultum se simulauit, ne à superbo rege propter pecuniæ suæ magnitudinẽ occideretur? Tempore Constãtini morionem se xxx. annis finxit quidam, qui Samatius vocabatur, vt Imperatorem, sicut ipse postea dixit, à tædiis suis auocaret. Vbi est ratio fatorum, quando vnusquisq; quod vult facit? Exclusa est. Illud autem quale est, quod fatorum assertores supplicationibus sunt deuoti, cùm sint his aduersa? Nã & annos suos his commendant, & de nuptiis, & de professione quærunt, & de emptionibus, & de dignitatibus. Quod si fati est, quid oras, quid supplicas, quod etiam te inuito futurum est? Sed quæro, inquit, an debeam emere? Ergo non in tuo cõstitit quod tunc facere debere te dicis, si didiceris expedire. Nam si fati est, frustrà quod velis nolis, quæras non quæras, facturus es, oras. Quod autẽ nec apud eosipsos fixa est istã assueratio, idcirco incerta tentant, ne aliud verũ inueniant quàm tractant. Sed prudentiores qui inter eos videtur, non propter fata, inquiunt, supplicamus, cùm ea minimè immutari sciamus, sed horum causa quæ iuxta fata sunt, ne faciant nobis aliquid aduersum. Age verò, si nescio quis bonum fatum habeat, & iuxta se sit aliquid quod videatur contrarium, quid poterit esse cùm fatum bonum immutari negetur, sicut & malum? Certè hoc quod iuxta fatũ est, ne noceat supplicatur. Nocebit enim nisi fuerit supplicatum. Quomodo ergo illud fatum immutari negatur, quando hoc quod vicinum est, timetur? Nec enim timeretur, nisi illud immutari posse crederetur. Sed quia in eo magna causa consistit ne fatum mutari dicatis: sine dubio, sine causa supplicatis. Videte autẽ ne hoc fati fit quod supplicatis, quia sine malo solet esse quicquid fato assignastis. Certè nõ mala res est supplicare. Cur ergo non fati esse dicatur? Si ergo fati erat quod supplicat, cuius erit supplicare, & nõ impetrare? Quia si fati erat, impetrare debet quod supplicat. Si autem fati est supplicare & non impetrare, stultum est fatum, quia supplicare facit hominem quem scit non impetrare. Quòd sit nescit an posit impetrare quod illi facit supplicare, improuidum erit fatum & carens ratione: quia omnis ignorantia insipientia est, insipientia verò stultitia est. In hanc partẽ cadit omnis tractatus Paganorum. Viderint Pagani qui circumfusa caligine nõ vident lumen. Antiquo enim errore circumuenti, veritati quæ prius latebat, aures accommodare detractant. Quid de quibusdam Christianis dicemus, qui in saluatore seu saluatione mutati pristini erroris vendicant vanitatẽ, in tantum hebetati, vt ipsum Deum sub fato egisse contendant, dicẽtes, Ipse dicit, Nondum venit hora mea: vt hora hæc non voluntatis, sed fatalis conditionis fuisset necessitas, cùm ille voluntatis suæ horam significauerit, qua se tradi permiserit. Denique ait: Potestatem habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Cessat ergo fatalis necessitas, vbi potestas est voluntatis. Et quomodo Saluator appellatur à nobis, si fati sunt quæ agimus, vel accidunt nobis? Quia ideo Saluator dicitur, quia ostendit nobis viam salutis. Itaque si ob hoc ostensa est, non fati fuit, quia prius latuit. Et quod fati esse dicitur, ex improuiso venire contendunt. Hoc enim fidei meritum est, quæ non potest dici ex fato, quia quod creditur, aliis seculis auditũ non fuit. Fata enim hoc dicunt præstare, quod in conuersatione hominum vertitur. Hoc autẽ qua ratione præstare posse dicuntur quod ignorare deprehẽduntur? Hinc est vnde Apostolus ait: Quem nemo principũ huius seculi cognouit. Hi sunt principes & potestates, malos angelos sub se habentes, qui sub nomine fatorum voluptates suas efficiunt, prout eis libitum fuerit, sicut assolent malefici confiteri. Sunt enim quos diligunt, alios non amant, quosdã verò audiũt. Et vnicuique hoc suggerit vnusquisq; quod diligit, quia & ipsi diuersas habent voluptates, aliis libidinem diuersi stupri, aliis munera, aliis voluptatem, aliis petulantiam, aliis iram, quibusdam auaritiam, aliis lucra, aliis damna procurãt, aliis charisma, aliis odia, necnon & impedimenta. Et aliquando certis temporibus satiati quiescunt in ocio. Aliquando verò ratione, aliquando occupatæ menti se non ingerunt, quia non dominantur, sed subrepunt opportunitatem quærentes qua capiant. Igitur voluntatis arbitriũ liberum est, sed dum quodam desiderio negligentes circa nosipsos efficimur, solicitãtes suadẽt nobis aduersa: maximè si cogitare nos aliquid quod legis diuinæ nõ est, inuenerint, veniunt in eo ipso adiuuantes vt impleamus quod prohibet lex. Nam si timor Dei in animo sit, nec caro, nec sanguis, nec principes, nec potestates prœualerent, quia Dei adminiculis sic eos persequuntur, vt tamen non cùm laborant, vincantur. Si autem potestatis nostræ non essemus, quomodo diceret Dominus: Petite, & dabitur vobis? Omnis enim qui petit, accipiet. Si ergo qui vult petere, accipiet, iam nõ est illud quod solet dici: Non quæ volumus, sed quæ data sunt, habemus: quia volũtas à Saluatore incitatur, vt petat & accipiat quod petierit. Fati autem hoc esse dicunt, vt siue petat, siue non petat, fato tamen quod aut malum aut bonum est, consequatur. Dominus autem hoc excludens, ait, Filia, fides tua saluam te fecit. Non iam fati fit, quãdo fides percipit beneficium. Et iterum, Si credis, ait, omnia possibilia sunt credenti: In voluntate vtique posuit meritum, quia fidei bonum est, non naturæ. Fides autem res accedens est, quæ excitat ad exercitium voluntatem: vt quia in natura nõ est, voluntas quæ in natura est, suscepta fide, meritum ei collocet apud Deum. Ita enim est natura hominum, sicut lapis, qui cùm igne non habet in substantia, habet tamen in potentia, vt opere creet quod non videtur habere, quia non existit: sed quasi in semine, ita est in potentia, vt per exercitiũ generetur, & si defuerit exercitiũ non fit: quia & semen nisi exerceatur, non generat, sed ipsum solum manet. Accesso ergo facit vt generet. Ita & homo fidem non habet in natura, sed semẽ fidei habet, quod nisi fuerit prouocatum & excitatum, fructum non dabit: id est, fidem non habebit. Mathematicorum enim fatis credentes, fidei semen exterminant, quod & creatori & iustitiæ eius testimonium perhibet. Opus enim opificẽ cognoscit, & æquo iure amoreq; & facto testatur. Fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus: curiosi enim eius, inimici Dei sunt, & sine solicitudine nunquam sunt: semper enim suspensi expectant, quod minimè certum sciũt. Nos autem Deum, qui de Deo omnia prospera credimus, & si qua aduersa extiterint, eius nutu cõprimi suppliciter oramus, securi de eius protectione: nec tamen nescij, quia & si quid aduersum bene nobis agẽtibus euenerit, toleratum proficiet ad coronam.

Matth. 9. d. 23.

Ioan. 2. d. 4.

Ioan. 10. d. 18.

1. Cor. 2. b. 6.

Matth. 7. b. 8.

Matth. 9. c. 22.

QVÆST. CXVI.

De ratione Paschæ, vnde Pascha dictum sit, & quomodo per sanguinẽ mysticè celebretur. Pascha, dilectissimi fratres, à passione appellatũ est, sicut docet nos traditionis huius præfiguratio quæ perfecta est in Ægypto per famulum Dei Moysen, dicẽte Scriptura: Immolationis Pascha hoc Domini est. Quę ergo ratio est vt mysticum sacramentum per sanguinem fit celebratum, & reparatio vitæ per mortẽ: vt cùm mors augmentum facere se putaret, accepto sanguine Saluatoris minorata defleuerit, & cum virtute operatam se hoc existimaret, infirmata rueret? Morti enim mors per opus eius diuina procuratione inuẽta est: vt quia semper mala vult, cederetur illi ad tẽpus: vt iniustitiæ suæ opere destructa, regnum sibi ablatum queri non posset. Quamuis enim omnia possit Deus, nihil tamẽ facit quod sit rationi absurdum. Iustitiam enim quam exigit, hanc & facit, non præsumens de potestate. Magna est ergo prouidentia erga genus humanũ, vt iustitiam seruans, sic ea quæ iustè decreta erant, soluerẽt, & hominem à morte eruerẽt, quanquam non inmeritò teneretur. Sed quia inuidia deceptus fuerat diaboli, iustum fuit hũc subuenirĩ: Dei enim sententia tenebatur, sed hęc operatus fuerat Satanas: vnde sicut iustum visum est hunc exuere, ita & iniustum erat per potentiam hoc facere, neglecta iustitia. Victus enim homo fraudente diabolo, vt misericordiam acciperet, quasi accusator diabolus cõtradicebat. Vnde id actum est, vt iste qui in peccato hominis gloriabatur, peccans deprehẽderetur, vt tunc demum reus factus, cõtradicere non auderet. Sic factum est, vt Dei filius homo nasceretur, & iustitiam prædicãs diabolum incitaret, propterea quòd homines à vitiis eius prohiberet, ita vt & occideret eũ qui peccatũ nesciebat: tunc peccasse & grauius quidem quàm homo quem accusabat, inuẽtus est. Cũ enim ex Dei decreto propter peccatũ hominẽ sibi vendicaret, quia qui peccat, ex parte diaboli est inuentus est plus peccasse, cùm eum qui non peccauerat interfecit, vt sibi vsurparet. Per mortẽ ergo morti interitus subintrauit, vt sanguis recuperaretur, sanguis effusus est: quia, vt dixi, mortis autor qui est diabolus, quoniam peccasse in morte Saluatoris inuentus est, sanguinem eius cum omnium nostrum amisit: quia sicut per vnum Adam peccantem, omnes in morte tenebat, ita per vnum non peccantem omnes amisit. Ergo sanguis Saluatoris fusus iniustè, hoc præmium consecutus est, vt originis suæ sanguinem cum triumpho recuperans ad pristinum statum reuocaret meliorata substentia. Victa enim mors, ei qui illam vicerat, non potuit contradicere. Beatum itaque Paschę mysterium quod per sanguinem nos redemit, morte per mortem deuicta, sicuti solet venenum veneno superari.

Exodi 12. b. 11.

QVÆST. CXVII.

De Abraham & eius fide, qua meruit cæterorum fidelium pater appellari. Huius patriarchæ fides tam præcipua & admirabilis fuit, vt cæteri omnes iusti patrem hunc credulitatis Dei iudicio fateantur. Nec sit aliquis Deo dignus & charus, nisi eius filius fuerit appellatus. Prærogatiua enim honoris eius ac meriti fides est, quam cum rebus incredibilibus dare nõ ambigit, inter cætera etiã Saluatorem videre dignus extitit in * spe tunc futuræ incarnationis, dicente & probante Domino ad Iudæos: Abraham pater vester cupiuit vt videret diẽ meum, & vidit, & gauisus est. Qui enim merito fidei pater factus est, dignum fuit vt futurorum filiorum suorum spem præuideret, quæ propitio & prouido Deo hæreditatis gratia ab humano, & pio patre in filios obsequentes redundaret. Videamus nunc quid credidit fides hæc, vt ad tantum honorem & gloriam diuino iudicio peruenirẽt. Fidem laudauimus, sed quid credidit, nondum diximus. Educens etenim hunc Dominus ostendit ei stellas cæli, & dixit, Si potes numerare eas? Sic erit semen tuum: & credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Non magnũ esset credidisse Deo, nisi quod credidit, mundus non credendum & stultum iudicet, quia istud in spe rerum naturæ non est. Vnde Abraham vnus è mundo quia hoc credidit, segregatus à mundanis, iustificatus est. Hoc ergo credidisse perfidia mundanæ sapientiæ magnum facit, contra cuius spem hæc credidisse, maximi meriti est. Desperatio enim mundanorum, meritum est. &

al. specie

Ioan. 8. g. 56.

Gen. 15. b. 6.

Rom. 4. a. 3.

Iacobi. 2. d. 23.

ſpes Chriſtianorum. Bonorum enim præmium, cauſa facit malorum. Fortior namq; & plenior fides eſt, cùm ſe incredibilibus magis committit. Homo enim iam aridus & de vxore anicula ſemen ſe credidit habiturum, quod præ copia numerari non poſſet: non hoc magis reſpiciens quod oſtenſum eſt, ſed illú qui oſtendit, mentiri poſſe non æſtimans. Ideoq; deputatum ei eſt ad iuſtitiam. Nam rem abſurdam & quæ impoſsibilis ſcitur, hebetis eſt credere, niſi perſona ſit quæ credi iſtud ſuadeat. Vnde Abraham & admirabilis fidei eſt, & cordis periti, dum & illud credit quod incredibile eſt, & huic ſe cõmittit cui non credere & ſtultum eſt & periculoſum. Fidem enim noſtrã hoc probat rationabile, quia non de alio quàm de Deo credit, poſſe ipſum quod promittit. Hoc ergo fidei propugnaculum eſt, hic triumphus. Quod perſpicientes quidam mundi ſapientes, quia rerum natura hoc non poteſt, ſtultum aiunt credere. Ignorantes quia ſecundum Apoſtolum, quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. Iuſtè enim ſtultos nos iudicarent ſi hoc de rerum natura crederemus, quod probatur non poſſe. Porrò autem ea quæ rerum natura non poteſt, nos Deum credimus poſſe facturum quod promiſit. Quæ in hac re poteſt ſtultitia deprehẽdi? Si autẽ indignum Deo eſt opus quod poſſe creditur; rectè fides hebetudini cõparatur. Quòd ſi dignum eſt per id quod creaturæ impoſsibile eſt, cur non laudanda fides eſt quæ tantum dat creatori, quantũ creatura poſſe negatur? Magnus ergo & admirabilis Abraham, qui contra mundi ſententiã Deo credere non dubitauit, quia facere poteſt quod promittit. Natura Chaldæus, magiſter credulitatis apparuit: quamuis aſtrologiæ peritus, Deum tamen præpoſuit humano conſilio, dignum æſtimans ſi hoc credatur de Deo, quod quomodo fiat, inueſtigari nõ poſsit. Infirmitatem enim ſuam Dei potentia confirmauit, quia ad maieſtatis ſuæ vnicam magnitudinem proteſtãdam facere diſponeret quę impoſsibilia & inaudita ſunt mundo, quo facto oſtenderet ſe Dominum creaturæ, vt creatura ſubijceret ſe ei: cùm hoc cæteris omnibus impoſsibile videtur, quorũ incredulitate plus ſublimatur fideliſsimus Abraham. Fides enim eius, incredulorum pœna eſt: incredulorũ perfidia, gloria eius eſt. Nam fidelium eſt pater, & infidelium eſt iudex. Huius enim exẽplo & boni æterna vita donantur, & malis æterna dabitur ſupplicia. Illo enim tempore quo mundus adhuc ſcientia parvulus erat, nec ſignis ac prodigiis quæ ad fidẽ attra herent illuſtratus, Deo contra ſcientiam ſuam fidem nõ denegauit. Sanctus ergo Abraham exemplum generi humano datus eſt fideliſsimus: in ipſo enim præfiguratæ ſunt omnes gentes ad ſalutem venire per fidem: cuius vt ſuperabundans incremẽtum fidei noſceretur, tentatur ac iubetur filium ſuũ Deo immolare, quod factũ non erat vnquam. Et nec rei nouitate turbatur, nec diſputat an fieri deberet, Deo iubente parricidium, qui homicidium ne fieret comminatus eſt. Sic de Dei voluntate intrepidus & ſecurus, non cunctatur prouidum eſſe quod iubet Deus: & hunc filium quẽ duo ſenes ex promiſsione ſuſceperant, præmium fidei meritorũ indicem, & in quo omnis ſpes ex promiſsione futuri ſeminis habebatur. Quod vt omni denotione impleret, matri eius non indicauit, ne quod dicationi eius impedimentũ afferret, ſciens circa affectũ filiorum proclitiores in amore eſſe mulieres: ideo que celauit eã, non ambigens impleri debere quod iubet Deus, vt hoc exemplo doceremur omni cura ei facere mandata. Si enim fideliſsimus Abraham in re tam graui & aſpera obediens inuenitur, quãto magis nos quibus illa præcipiuntur quæ poſſunt portari? O fides Deo dicata, & ſpes in Domino firma, quæ tam chara & ſuauis eſt, vt parentum ac filiorum affectibus præponatur, dicente Scriptura: Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus. Patriarcha autẽ noſter fideliſsimus Abrahã quia Propheta erat, ſciuit quid ſequi deberet. Ideo ſecundum quod Dominus nunc dixit, tunc ille fecit, vt filio quamuis chariſsimo Deum in dilectione præferret dicente Domino: Si quis diligit patrem & matrem, aut filios ſupra me, non eſt me dignus. Vnde Patriarcha vt Domino præ cæteris dignus exiſteret, etiam occidere filium nõ recuſauit. De Iob quomodo nobis iuſtitiæ & innocentiæ proponatur exemplum. Magna dilectio eſt, fratres dileciſsimi, omnipotentis Dei erga genus humanum, quæ intellecta quidem perducit ad regna cæleſtia, non intellecta autem deducit ad inferos. Deus enim beneficium ſuum gratum vult eſſe & fructiferum, vt & nobis proficiat, & illũ miſereri delectet. Igitur quoniã bonus eſt, & omnes homines ſaluos vult fieri, exemplũ nobis iuſtitiæ in Iob famulo ſuo demonſtrauit, ſicut præſens lectio teſtatur, quod ſecuti & malo carere & ad bonum venire poterimus, & nõ ſolùm à pœna liberari, ſed & remunerari. Quàm ergo admirabile eſt ſanctiſsimus Iob, qui ante legem literis æditam in operibus ſuis exemplar legis oſtendit, nulla in hac cauſa alicuius documenta addiſcens, ſed natura ipſa duce, cui Deus iuſtitiæ ſemen naturaliter inſſe decreuit, vnde creatori reuerentiam pia deuotione ſeruauit? Quanta ergo laude dignus eſt, & quibus verbis facta eius debeãt extolli, cui nõ ante legem, neq; poſt legem parem poſsimus inuenire? Quamuis enim quis poſſet geſta eius imitari, non tamẽ cum eo conferendus eſt, neque ei ſimilis iure dicetur. Non enim ſuum eſſet quòd talis extitiſſet, quia exemplum ſecutus eſt alienum. Sanctus autẽ Iob cùm nihil tale vidiſſet, neque voluminibus lectitaſſet, talem ſe præſtitit, vt nullius aliquid in ſe collatum haberet, ſed ipſe cęteris conferret, formam præbẽs mirabilium geſtorum ad Deum promerendum. Quare & Domini teſtimonio commendatur dicentis: Animaduertiſti, ait, puerum meum Iob? Non eſt enim ſimilis ei quiſquam in terris verus Dei cultor. Quis tantum potuit promereri, cui tale teſtimonium Dominus perhiberet, niſi hic qui non imitator inuenitur, ſed autor eorum quæ geſsit? Vnde & verus Dei cultor aſſeritur. Nulla enim poteſt ſimulatio continentiæ veritatis in eo videri, qui ante ſe non habet talem. Omnis enim qui fingit, hoc fingit, quod cernitur imitari. Et his tamen omnibus potiora ſunt quæ dicuntur. In his enim omnibus laudibus nulla probamẽta tribulationum fuerunt, ſed propoſitum Deo dicatum in exercitio & obſeruationibus conſtitutum, quod quia ad coronam meritorum tentatori non viſum eſt plenum, petit vt permitteretur ei diuerſis tentationibus probare eius iuſtitiam, vt in multis conſtrictus alicubi hæreret, & poſſet modum excedere: quia ad hoc ſolent peccantibus diuerſæ pœnæ inferri, vt quia nemo omnia poteſt ferre tormenta, aliquid illorum eliciat ei veritatis confeſsionem. Itaque permiſſum eſt tẽtatori omnia eius exterminare & perdere vſq; ad mortem filiorum: vt ſi damnum ferret boum, ouiũ non ferret: aut ſi & ouium ferret, camelorum amiſsionem non ferret, neq; ſeruorum aut totius ſubſtantiæ: aut ſi quia grandis animi erat & ſatis merę deuotionis, his omnibus nõ vinceretur, certè vel affectu charitatis cogẽte frangeretur morte ſimul omnium filiorum. Sed quia ante legem datam vel æditam; legem in corde ſuo ſcriptam habebat, nulla damna, neque orbitates minorem illum in Dei deuotione fecerunt, vt formam daret ad Deum ex toto corde ſuper omnia diligendum. Quanta ergo dignus eſt gloria, qui ante legem, legem ſeruauit, vt lex quæ futura erat quomodo cuſtodienda erat, demõſtraret, non in verbis, ſed autor in factis? Quia tentator irreuerens eſt, nec hæc gloria ſatis ei viſa eſt ad probationẽ viri iuſti, niſi aliud aduerſus eum machinaretur quod ſciret ab homine ferri nõ poſſe: petit iterum vt illum ipſum ſeuo vulnere percuteret à capite vſque ad pedum vngues. Et cùm hoc permiſſum eſſet, quia fides ei haberi non debet, præceptum eſt ei, vt animam eius ſeruaret propter arbitrium, & ne quid violenter auderet in eum quem rationis iure ſuperare non poterat. Accepta igitur poteſtate recrudeſcente in ſe crudelitatis ſæuitia, percuſsit virum iuſtum plaga magna nimis, vt nihil eſſet in corpore quod immune eſſet à vulnere, quod nemo hominum tolerare poſsit, niſi ſolus qui vincere potuit ſatanam. Et cùm nec ſic nequitia diaboli aliquod murmur contra Deum viro iuſto eliceret, memor priſtinæ calliditatis ſuæ qua decepit Adam, ſategit ſi poſſet & iſtum per mulierem decipere: quia facilius quis decipitur per domeſticum. Et in his omnibus nihil proficiens, imò detrimentum faciens impudentiſsimus ſatanas, non ſolùm immobilem inuenit Dei ſeruum, ſed etiam magiſtrum. In ipſa enim neceſsitate poſitus, non tantùm in Dei timore durauit, verumetiam vxorem contraria ſuggerentem increpans, docuit omnia quæ Deo permittente accidunt fortiter tolerare: quod ad duplicem pœnam pertinet improuidi ſatanæ, quia nec ſuaſit quod voluit, & cũ huic inuidit, alios fecit diſcere quod nec hunc ſcire volebat. Quantum enim proſit tentatio Dei ſeruis, & obſit diabolo, hac lectione plenius edocemur. Cùm enim putat ſe nocere eis, promouet eos: & cũ vnum perſequitur, multos ad virtutem prouocat. Videtes enim auxiliis Dei hunc protegi, multi imitatores eius exiſtunt. Lucrum ergo volens facere, perdidit. Semper enim furor eius damnoſus eſt. Nam cùm perſequitur iuſtos ne munerentur, digniores eos facit. Et cùm zelatur ſanctum Iob, duplicauit ei meritum in cælo & in terra, qui & hic auctus eſt, & in cælis cũ ſaluatore receptus, vt iſta omnia ad ſanctorum proficiant gloriam, ad diaboli verò pœnam.

De Tobia ferè idem diſquirit. Tanta prouidentia eſt Domini dei circa nos, vt errare nos nolens & legem & exemplo bonorum operũ daret, quibus modeſta & trãquilla agi poſsit vita cũ Dei timore. Qui enim autor vitæ eſt, non vult vtique opus ſuum morti eſſe obnoxium. Quamuis natura ipſa legis non expers ſit, tamen quia Dominus bonus & miſericors eſt, vt maior notitia eorũ eſſet quæ ſequenda & illorum quæ vitanda ſunt, literis & exẽplis oſtẽdit, ſicut præſens lectio teſtatur. Dei ergo famulus ſanctus Tobias poſt legẽ exemplum nobis datus eſt, vt quæ legimus, quomodo fiant, ſciamus: & ſi tentationes aduenerint, à Dei timore non recedamus, neque auxilium aliunde quàm ab eo ſperemus, memores ſcriptum eſſe, Puſillus fui, etenim ſenui, & nunquam vidi iuſtũ derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Nũquam ergo decipi poteſt, qui tota mente ſperat in Deum: licet ad tempus tribulationes ortæ fuerint per inſidias ſatanæ, exempla nos docent ſanctorũ virorum, non hæc à Deo permitti, niſi ad incrementũ meritorum noſtrorum: quia ſi æquo animo fuerint baiulatæ, hic nobis dabitur conſolatio cum effectu & in futuro vita æterna cum gloria. Deus enim noſter qui iuſtus eſt, & perſonarũ acceptio apud illum non eſt, tentari nos permittit, quia nos diligit, vt poſt laborẽ poſsit nobis prẽmia dare ampliſsima. Denique Apoſtolo, vt tentationes ab eo ceſſarent, deprecanti, Dominus ait: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hinc ſubſecutus ait, Cùm infirmor, tũc fortior ſum: & gaudeo, inquit, in tribulationibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Quàm ergo laudabilis ſit ſanctus Tobias, ſcriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amiſsio quo minus Deum benediceret, perſuaſit, neque exhauſta ſubſtantia à via iuſtitiæ & veritatis auertit. Neceſsitas enim probat iuſtum: in egeſtate æquitatẽ ſeruare, vera ac perfecta iuſtitia eſt. Vnde enim quorũdam deuotio minuitur, inde augmen-

I. Cor. 1. d. 25.

Iob. 1. b. 8.

Iob. 2. b. 4.

Psal. 33. b. 9.

Matth. 10. d. 37.

QVAEST. CXVIII. Concio.

augmentum fecit laude dignus Tobias. Inopia enim, inquit, humiliat virum, & qui humiliatur, non poteſt ſeruare iuſtitiam. Sancti autem Tobiæ erectus ad Deum animus, nec captiuitate fractus eſt, nec inopia humiliatus: quia & contra interdictum occiſorum corpora ſepulturæ mandabat, & de Dei largitione ſecurus, de ipſo exiguo miſericors eſt ſciens hãc magis placere Deo miſericordiã quæ de exiguo fit: ſicut & vidua illa fecit quam Dominus in Euangelio collaudauit. Hic enim verè fidelis eſt, hic nõ dubitat de promiſsis Dei, qui de paruo largitur. Spe ergo futurorum animũ ſuum conſolans, Deo dicatus Tobias in tentatione robuſtus & fortis inuentus eſt: oſtendens in neceſsitate plus in Dei timore vigilãdum, quia ſi neceſsitas ad Dei auxilium non impellit, quanto magis ſecuritas? Certi ergo ſancti viri, quòd Deus iudicium ſibi eorum omniũ quæ in hoc mundo fiunt, exceperit, tribulationes & damna & reliqua exitia vel contumelias, non tantum non ægrè tulerunt, ſed & gratanter acceperunt: ſicut & noſtri Apoſtoli, qui eęſi gauiſi ſunt, quia digni habiti ſunt pro nomine Chriſti contumeliam pati. Iudicia enim meritorum futurorum exitia ſunt, quæ iniuſtè fiunt fidelibus, ſiue in tribulationibus ſiue in contumeliis. Itaque in tantum Deo placuit iuſtus Tobias, vt duplici genere meritorum ſuorum conſequeretur mercedem: & in præſenti enim quod amiſerat miniſtro angelo recuperauit lumen, ac ditatus eſt etiã copiis quæ ad præſentem pertinent vitam: & in futuro hæres regni cælorum eſt factus: vt in hoc doceremur, quia qui toto corde Dei legi obtemperat, nec de Dei promiſsis dubitat, & in hoc ſeculo copiã ſæpe auget Deus, & in futuro donat illum vita æterna. Eſt etiam aliud quod nos inuitat ad diuina obſequia. Sanctus enim Tobias nõ ſolùm iuſtitiæ fug merita conſecutus eſt, quia accedit ad cumulum gloriæ eius, etiam ex eorum bonis qui imitatores eius exiſtũt. Imitatoribus enim exempla laudãtur. Quod nobis quoq; poterit prouenire, ſi ſic vixerimus vt dignum ſit & nos imitatores habere.

QVAEST. CXX. De ieiunio & eius obſeruatione. Congruum eſt fratres chariſsimi, deuotiſsimè Dei ſacerdotem, & præpoſitũ plebis Chriſti, exhortari populum ſub cura ſua poſitum in doctrina ſana, ſicut mandat Apoſtolus, vt opus fidei, pro temporis obſeruatione, omni cura diligentia q; alacri & deuoto animo facianus. Ieiunia etenim quæ nunc imminente die feſto Paſchæ celebranda ſunt, quid proficiant, quamuis non lateat, taceri tamẽ non debet. Incitatur enim deuotio, quando ea quæ licet non ignorentur, recenſentur tamen. Tale enim eſt ingenium naturæ noſtræ, vt torpeſcat, ſi vſus deſtiterit lectionis. Quia ſicut ferrum, niſi vſum fuerit, eruginem generatrita & anima niſi frequẽtius diuinis exerceatur lectionibus naſcentur illi peccata. Hinc eſt vnde in Pſalmo hũc dicit beatum, qui die noctę q; legem Domini meditatur. Denique quamuis nota ſint diuina eloquia, tamen cùm fuerint ſacris voluminibus memorata, ſicilla deuotum pectus ſuſcipit quaſi noua. * Excitatur enim deſiderium animæ erga opera ſalutaria. Vnde Apoſtolus ad Timotheũ inter cætera, Vt reſuſcites, inquit, gratiam Dei quæ eſt in te. Igitur neceſsaria ſunt nobis ieiunia, ſicut vulneribus medicina. Medelam enim conferunt vitæ perpetuæ, ita tamen vt duarum rerum teſtimonio commendentur, id eſt, oratione & miſericordia. Ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigant, motus aduerſos reprimũt, preſſuram animæ auferunt: ſicut ait Dominus, Nolite dediti eſſe in eſca & crapula, ne grauẽtur corda veſtra. Cùm enim anima ab eſu & potu nimio fuerit liberata, tunc ſe melius recognoſcit. Sicut enim in ſpeculo ſordido non ſe talem homo aſpicit qualis eſt, ita & ſi eſca & crapula fuerit grauatus, alterum ſe ſentit quàm eſt. Tunc excitatur libido, accenditur ira, inflammatur ſuperbia, generatur luxuria. Vnde Apoſtolus, Nolite, ait, inebriari vino, in quo eſt luxuria. Quod ſi temperatum fuerit corpus, interpoſito ieiunio cognitione ſui recepta, anima intelligit qua deuotione obſequi debeat redemptori. Magna ergo ex parte ieiunia ſunt neceſsaria. Sub Heſter etenim regina cùm Iudaicus populꝰ in periculo poſitus eſſet, ieiuniis ſuffragantibus liberatus eſt. Et Niniuitę cùm euerſionis ſuæ præſcriptum dicẽ à Propheta audiſſent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iuſti ac Prophetæ noſtri, quando à Deo aliquid impetrare volebant, ieiunio ſe humiliabant, dicente Dauid, In ieiunio humiliabam animam meam. Nam & Saluator, cui opus non erat, vt nobis exemplum daret, ieiunauit. Itaque nulli dubium eſt, prodeſſe ieiunia. Sic etenim oſtẽdit ſe homo velle impetrare quod poſtulat, cùm ſe affligit ieiunio. Vnde dictum eſt, Bona eſt oratio cum ieiunio. Vt accepta ergo poſsit eſſe oratio, conſortium vult ſecum habere ieiunij. Et quia nihil horum ſine pietate firmum eſt, adiecit, & eleemoſyna cũ iuſtitia: vt eleemoſyna ſeruata iuſtitia, commendet orationem cum ieiunio. Denique orationem & ieiunium Cornelij miſericordia commendauit. Ipſe enim abundans opibus ſeu copiis, ieiunabat, ſed & non habentes paſcebat, vt illorum ſaturitas, ieiunium eius faceret acceptabile. Nonnullis ergo indigere, & nõnullis carere debet ieiunium, vt poſsit mereri quod poſtulat.

QVAEST. CXXI. Laus & gloria Paſchæ. De Paſchate quàm laudabilis & glorioſa ſit ſolennitas. O ſanctum & ſalutarem diem Paſchæ, & omni laude prædicandum, quo mors deuicta eſt, diabolo regnum ablatum, ſacramentum dei manifeſtatum, decretum quod aduerſum nos erat, euacuatum, tartari iauuæ confractæ, vincti ſoluti, clauſi remiſsi, cæci illuminati, imperiti ſcientia donati, impij facti miſericordes, iniquis & iniuſtis peccatorum data remiſsio, inimicorum reconciliatio, erroris emendatio, veritatis declaratio: eo filij ex perditis acquiſiti, ſuperbia depreſſa, humilitas exaltata: pauperes ditati, diuites exhauſti: montes deplanati, valles repletæ, colles proſtrati: impudẽtia calcata, verecundia compta, animabus ad cælum data facultas, libertas reddita, dirupta ac reſoluta captiuitas: torpuerunt tenebræ, confuſa eſt malitia, purificatus ſqualor, ſatanas delectus, inanitus infernus: Dominus noſter Ieſus Chriſtus verus Dei filius approbatus, caro ad confuſionem prudentium mundi in cælos ſublata, cæleſtia terreſtria & inferna vnius Dei & Domini demõſtrata. Itaque fratres chariſsimi, hunc diem feſtum colere & venerari debemus, deuoti Deo cum modeſtia vitæ & animæ lætitia, turpia, & inhoneſta vitantes vt ad fructum Paſchæ venire mereamur per Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.

QVAEST. CXXII. De principio. In principio erat verbum. Quid eſt in principio? Quoniam legimus & in veteribus libris, In principio fecit Deus cælum & terram. Et in epiſtola eius cuius Euangelium eſt, de cuius principio aliquid conamur edicere, eodẽ ſenſu ſignificatum eſt. Ait enim, Quod erat ab initio. Epiſtola ergo & Euangeliũ vnum habent ſenſum. Aliud enim eſt quod in veteri ait, In principio fecit Deus cælum & terram: & aliud cùm dicit, In principio erat verbum. Et, Quod erat ab initio. In principio enim eſſe, & ab initio eſſe, vnum ſignificat, quia ab initio quod erat, nõ cœpit eſſe. Qui enim incipit eſſe, ab initio non erat, & ideo ſubijcitur initio: id eſt, vt inter cætera in ordine primus ſit: quia ipſe initio factus, alios cœpit poſt ſe habere qui poſt illum ſunt facti. Sicut legimus, quia in principio fecit Deus cælum & terram: non dixit, in principio erat cælum & terra: quia cùm non eſſent, & diſponeret Deus facere mũdum in principio, hoc eſt inter cętera quę ad mundi fabricam profecerunt, primùm fecit Deus cælum & terram, quia principium initium eſt in choantis aliquid quod ſit primum in ordine. Illud autem quod dicitur, quia in principio erat, id eſt, verbum, ante inchoationem creaturæ ſupernæ & infernæ ſignificatur fuiſſe: vt non vtique inter hæc quæ creata ſunt prius factum intelligeretur, quia in principio erat cùm Deus diſponeret facere creaturã. Ergo ſi in principio erat, id eſt, ante omnia erat, ſemper erat. Ideoque & verbum erat. Vbi Apud Deum, inquit, vt non indignẽ initio ſubiectũ minimè æſtimaretur, quod ſemper erat apud Deũ. Conuenit enim, vt quod ante omnia apud Deum erat, nulli ſubijciatur initio. Vnde adiecit, Et Deus erat verbum. Nunc oſtendit apertè, quia quæ ſuprà dicta ſunt, congruunt verbo: quia Deus eſt, inquit, verbum, & de Deo aliter non oportet ſentiri quàm vt ſemper dicatur fuiſſe. Si enim cœpit eſſe, creatura eſt: ſi creatura eſt, Deus non eſt. Quicquid enim eſt aut Deus eſt, aut creatura eſt: hæc per hoc Dei nomen non competit creaturę, ſed quia cùm non cœpit eſſe, erat, dignè dicitur eſſe Deus apud neum. Aut ideo dicitur ſemper fuiſſe, quia non ex ſe, ſed ex Deo neus eſt. Quamobrem & nomen eius dicitur verbum Dei, ſicut fides eiuſdem Euangeliſtæ in reuelatione ſua demonſtrat. Ait enim inter cætera: Et nomẽ eius eſt verbum Dei. Vt enim non ipſe ex quo ſunt omnia ſignificaretur, ſed per quem ſunt omnia, id eſt, non pater, ſed filius, verbum Dei appellatus eſt: vt quia Deus ſine verbo eſſe non poteſt, hic qui verbum Dei dicitur, ſemper apud Deum fuiſſe credatur: & quia verbum non eſt extra eum cuius verbum eſt, hoc verbũ quod apud Deum erat non aliunde, ſed de Deo eſſe ſignificatum intelligatur. Et quia de Deo eſt, non abſurdè Deus dicitur. Itaque non duos deos facit, Deum fuiſſe apud Deum. Si enim eſſent duo, diuerſi eſſent natura, nec vnius voluntatis. Si enim nos homines cùm vnius ſumus naturæ, diuerſæ tamen ſumus voluntatis, quanto magis vbi diuerſitas non eſt naturæ neque voluntatis, Deus apud Deũ dicetur? Deus enim qui apud Deum erat & eſt, non ex ſe habet quod Deus eſt: ſi quo minus, nec apud Deum Deus eſſe diceretur, neq; Dei verbũ deus verbũ appellaretur: ſed quia quod de Deo eſt, non aliud ſignificat eſſe quàm Deus eſt, verbum Dei Deus eſt nuncupatus, vt quia verbum Dei dicitur, ad alterum Deum non referatur. Quod autẽ Deus vocatur, ideo fit, ne ad iniuriam Dei proficeret, ſi quod de Deo erat, Deus minimè diceretur. Igitur & vnitas Dei ſeruata eſt & debita honorificentia reddita: quando non in propriam gloriam exceptus eſt hic qui de Deo Deus eſt, ſed in eius de quo Deus eſt. Propterea de verbo incipit loqui Euãgelium prius quàm loquatur de Deo patre, quia quæſtiones non de Deo fiunt, ſed de verbo Dei. Nemo enim dubitat de Deo, ſed de Deo qui eſt de Deo Deus. Omnis enim lingua cæleſtiũ & terreſtrium fatetur vnum Deum, ſed in ſacramento vnius Dei turbatur. Trepidat enim audiens Deum dici verbũ Dei: corporalibus enim modis pulſatur, quia verbum hominis homo dici non poteſt: cùm vtique Deus natura ſit ſimplex, non membris compoſitis, neque qui intus habeat & foris, neque antè & poſt, aut ſummum & imum, ſed ſi poteſt dici totus per omnia id eſt, uuſquã varius vel abſimilis. Vna autem claritas eius eſt immenſa. Nam ſi ignis non habet anteriora & poſteriora, aut intus & foris, quanto magis creator eius. Itaque quia omne quod Deus eſt, totum vnum eſt, nõ diſcrepat cùm quid de Deo eſt, dicitur Deus. Ex parte ergo humano exemplo, & ex parte non humano. Dei filius qui eſt verbum Dei, Deus eſt. Ea enim ratione qua filij hominum homines ſunt, Dei filius Deus eſt: ſed quia ex commixtione filij hominum homines ſunt, non hoc exemplo filius Dei Deus eſt: quia ex ſimplici Deo ſimpliciter natus eſt. Et quemadmodum verbum noſtrum ex nobis eſt, hoc exemplo intelligitur verbum Dei eſſe de eo. Sed quia

Luc. 21. d. 1.

Iob. 1. d. 21.

Act. 5. g. 41.

QVAEST. CXX.

1. Tim. 1. c. 9.

Psal. 1. d. 2.

ad. Exſuſcitatur.

2. Tim. 1. b. 6.

Luc. 21. g. 34.

Ephes. 5. d. 18.

Heſter. 4. d. 16.

Luc. 3. c. 7.

Psal. 34. c. 13. Matth. 4. d. 2.

Tobiæ 12. b. 8.

Psal. 36. a. 25.

Rom. 2. b. 11.

2. Cor. 12. b. 9.

QVAEST. CXXI.

Luc. 1. g.

QVAEST. CXXII.

Ioan. 1. a. 1.

Gen. 1. a. 1.

1. Ioan. 1. a. 1.

Gen. 1. a. 1.

Ioan. 1. d. 1.

Apoc. 19. c. 13.

verbum nostrum non est hoc quod nos sumus, nõ hac ratione verbum Deus de Deo est, quia verbum Dei res est, non sonus qui deperit. Nec enim quia communia vocabula nobis & Deo sunt, vna ratio erit nobis & Deo in rerum effectu. Nam legimus, In principio fecit Deus cælum & terram. Quomodo fecit? Nunquid sicut nos manu facimus opera? Et in subiectis: Et dixit, inquit, Deus, Fiat lux, & facta est lux. Cui putamus locutum esse Deum? Quia non vtique homini locutus est, sed ei qui posit facere, qui etiã hominem facturus erat, sicut & fecit. Sed quomodo locutus est? Nunquid sicut nos loquimur organo corporali? Absit. Vides ergo quòd vocabula quidem nobis & Deo communia sunt, sed discrepant in effectu. Aliter enim Deus facit quàm facimus nos, & loqui dicitur, sed non more nostro. Sic & verbum Dei non tale verbũ sicut nostrum, quia nostrum postquam fit, non est, illud autẽ manet. Quod autem tale verbum est quod audit & loquitur & operatur? Non solum autem verbum Dei est, sed & virtus & sapiẽtia Dei, hoc est filius Dei: qui quãtùm ad effectũ pertinet, filius dicitur Dei: quantum autem ad locutionẽ qua nos alloquitur Deus per ipsum, verbum dicitur Dei: quantum verò ad sapientiam qua nos Deus docet per ipsum sacramentum suum, sapientia dicitur Dei: quantum autem ad operationem qua per ipsum omnia fecit & facit Deus, virtus dicitur Dei. Hæc nulli alij possent competere nisi filio Dei. Propterea enim quòd ex Deo Deus est, omnia Dei habere dicitur. Nascendo enim omnia consecutus est Dei. Nec enim conueniens erat degener dici verbum Dei, & virtutem & sapientiam Dei, hoc est enim Deus verbum, virtus & sapientia. Christus autem quia totus de toto est de Deo Deus, & sapientia dicitur Dei & virtus & verbum: hoc est, Deum esse de Deo & apud Deum. Propter quod ait, Hoc erat in principio apud Deum. Ad euincendas enim incredulorum mentes coacta scriptura erupit, vt ostenderet Christum esse Deum, cũ omni locò propter vnitatem Dei, intelligi vult Christum esse Deum. Nunc autem aperta voce dicit eum esse Deum & semper fuisse apud Deum, sacramentum patefaciens Dei, ne Deus omnino solitarius putaretur, declarauit non propterea vnum dici Deum, vt solitarius æstimaretur, sed licet duæ vel tres personæ essent, tamen non præiudicaretur vnitati, quia quod Deus est, ad illud ipsum refertur quia vnus est, quamuis omnia dicantur ex Deo. Sed aliud est quod propriè extitit de Deo, & aliud quod nutu de foris creatum est Dei: hoc est, aliud est quod de substantia eius processit, & aliud quod nullo modo esset, nisi voluntate eius creatum esset. Quia quod de substantia Dei est, nunquam fuit præter eius substantiam: quod verò creatum est, tunc cœpit esse substãtia cùm creatum est: ac per hoc initium non habet trinitas sola. Declaratio igitur mysterij merita fidei minorauit, quia quanto occultius est quod creditur, tanto magis propensior credẽtis est merces, & minor pœna diffidẽtis. Declaratio autem mysterij sicut minora fecit merita credentibus, ita maiores excitauit diffidẽtibus pœnas. Manifestior enim lex plus facit reum. Nam sufficerat testimonũ Saluatoris quo sibi proprium patrem dixerat Deum. Quis enim credentium dubitaret nihil à patre differre in substantia filium? Sed quia hæreticorum peruersitas infidelitatis cõmentis fidei iura pulsare cœperat, alter accipiendo filium Dei quàm prædicatur, additum est & ad faciendam manifestationem, hunc ante omnia apud Deum fuisse & Deum esse, vt declararet quod filij veri ratio mysticè continebat: per quod diuina clementia humanæ infirmitati prouidisse videtur, vt aperiret quod clausum potioris fidei meritis reseruauerat: vnde adiecit, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, vt si quis ex superioribus in aliquo ambigeret, quia angusta est intelligentia hominum ad diuinas res capiẽdas, ex his capax fieret cùm audit, Omnia per ipsum facta sunt: vt non vtique facturam ipsum putaret, quia omnia per ipsum audit facta à Deo: si autem & ipse esset factura, non omnia per ipsum facta à Deo dixisset. Nec enim ipse per se fiebat. Quod vt adhuc absolutius traderet, adiecit: Et sine ipso, inquit, factum est nihil: hoc dicens, excludit omnem controuersiam & argumenta terrena: quamuis non desint qui diffidant, tamen quia sine ipso nihil factum ostendit, nullo modo illum facturã esse suspicari debere edocuit. Quomodo enim dici potest ipse esse factura, cùm nihil dicatur Deus sine ipso fecisse? Si enim fecit, mentitur scriptura. Sed absit. Fidelis enim est scriptura: quæ vt errorem amputet, quanta potest vtitur manifestatione ad salutem hominum redimendam. Denique subiecit, Quod factum est in ipso vita est: in ipso, id est, in verbo, quod factum est vitam esse significat. Sicut & ipse Dominus ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit & filio vitã habere in semetipso. Non quia verbum sine vita erat, & postea aut data aut facta est in illo vita, sed ipsum verbum vitam vult intelligi esse. Si de patre Deo potest dici, quòd aliud ipse est, & aliud in se habet, ita etiam de filio eius: quia sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit filio vitam habere in semetipso. Humana enim eloquia non sunt idonea ad res explicãdas diuinas. Ideo vitiosum videtur quod dicitur vt cùm factura non sit Dei filius, in ipso dicatur factum quod est. Et si dixisset, quod genitum est in ipso, etiam sic vitiosum videbatur. Sed vt substantiam generationis eius ostenderet, opus in ea factum quali vti potuit sermone, per quod existeret demonstrauit, quia generatio eius vitam in se habet. Nos enim viuimus quidem, sed non possumus aliis dare vitam: quippe cùm nec in potestate nostra sit eadem vita. Ille autem ideo dicitur vitam in se habere, quia potest vi-

Gen. 1. a. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 1. a. 3.

Ioan. 5. c. 26.

uificare & creare quę vult vt sint & viuant. Ad hoc enim natus dicitur, vt omnia possit facere quæ facit pater: quia sic habet vitã in se, sicut habet & pater. Hoc enim est, omnia per ipsum & in ipso fecisse: sic eũ genuisse, vt haberet in se vitam per quam omnia possit facere: non quia ipse aliud est quàm vita, sed dum hoc potest vita eius vt viuat, & alia posit creare quæ viuãt, vitam dicitur habere in semetipso. Nos enim viuimus, sed non habemus sic in nobis vitam ipsam, vt etiam aliis demus vitam. Quem sensum & apostolus Paulus memorat inter cætera dicens: Qui est imago inuisibilis Dei primogenitus ante omnem creaturam: quoniam in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Conueniunt autem Euangelia in hoc duorum apostolorum Ioannis & Pauli: eadem enim dicunt, quia filius Dei ante omnem creaturam genitus est vt crearet potentias spirituales, & mundum, & quæ in eo sunt visibilia. Quod enim dixit Ioannes: Quia quod factum est, in ipso vita est, hoc idem significauit & Paulus dicens. Quia in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra. Et in subiectis, Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Per ipsum creauit, quia in substantia idem Deus est, hoc est, pater in filio in ipso verbo, quoniam sic generauit filium vt haberet potentiam faciẽdi omnia visibilia & inuisibilia. Hoc fuit fecisse in illo vitam, vt & viueret, & vitam aliis præstaret viuendi, intelligẽdi, agendi, & cæteris animantibus secundum quod voluit quasi imago Dei. Dum enim imago dicitur Dei, ad vtrunque refertur, quia & per expressam natiuitatem plenam habet in se similitudinem patris, & potest quicquid potest & pater, & verum sit patrẽ videri in filio, qui est imago inuisibilis Dei. Nunquid quia patrem inuisibilem dixit, filium visibilem fecit, cùm hoc vtique sit filius per naturam quod & pater? Et cum creatura cælestis sit inuisibilis, quanto magis creator eius? Sed hoc significauit quòd in cælis est, non quod in terra, quia quamuis filius inuisibilis sit, illic tamen, id est, in cælestibus videtur ab Apostolis vel cęteris talibus de quibus dicit, Pater volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum, & videant claritatẽ meam. Et alibi, Beati, inquit, mundo corde, quoniam & ipsi Deum videbunt. Hoc est, patrẽ in filio, Deum in imagine, quod est Deum in Deo. Sicut corporalis rei corpus imago est, ita & Dei Deus imago est. Quia exemplum est pater, filius verò exemplum Dei de exemplo, quod communicat spiritui sancto. Quia de meo, inquit, accipiet. Ideoque in filio videtur Deus quasi sua imagine. Sicut enim nemo dignus inuẽtus est aperire librum, & signacula eius, nisi verbum Dei: ita & Deum patrem nemo videre dignus est, neq; natura, neq; meritis, nisi verus filius. Nihil etenim medium est quod obster inter patrem & filium, ipso nobis teste qui ait: Neque enim patrem vidit quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Deum. Sed si in filio videtur pater, quare nemo dignus dicitur videre Deum, cùm videatur in filio, quia nihil differt à patre filius? Nihil planè differt in substantia, quia verus filius est. Differt autem in causalitatis gradu, quia omnis potentia à patre in filio est, & in substantia minor non est filius: autoritate tamen maior est pater ipso Domino testante & dicente, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Quem etiam modum custodiens apostolus Paulus: Vnus, inquit, Deus pater, ex quo omnia & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum: vt primus gradus sit, ex quo sunt omnia: secundus, per quem omnia: tertius, in quo omnia. Et quia nullus ex his degener est, in vnitate Dei significati sunt, dicente Apostolo. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum.

Coloss. 1. b. 16.

Ioan. 1. a. 4.
Col. 1. b. 15.
Ioan. 1. a. 3.

Ioan. 17. d. 24.

Matth. 5. a. 8.

Ioan. 16. b. 14.

Apoc. 5. a. 4.

Ioan. 6. d. 46.

Ioan. 14. b. 12.

1. Cor. 8. b. 6.

Rom. 11. d. 36.

VTRVM Adam Spiritum sanctum habuerit? Comperi quosdam ex fratribus nostris, nõ plenè discussisse scripturas, sed simplicitate animi asseuerare, quòd Adam factus sanctum accepit spiritum quem peccans amisit, sicut nunc datur credentibus. Hac ducti ratione, qua solet asseuerari à plurimis, quia per fidem instauratus est homo, ita vt ad pristinum redditus statum, hoc omne acciperet quod inter initia Adam fuerat consecutus. Et quia perfectus homo factus dicebatur, qui si non habuit, inquiunt, Spiritum sanctum, imperfectus fuit. Ego autem non solùm hominem, sed & cuncta quæ fecit Deus, quæ non possunt dici accepisse Spiritũ sanctum, dico perfecta. Omnia enim genera animaliũ in suo perfecta sunt, vt impleant id ad quod sunt facta: ita & homo in suo genere perfectus est, vt potẽs sit discernere mala à bonis, prauа à rectis. Est enim animal intelligibile, perfectum ad id ad quod factum est. Capax est enim dicendi, excogitandi & faciendi, vt quæ virtute non potest, impleat sensu. Et quomodo ausi sunt dicere, hominem perfectum nasci debere & totum scire, quem vident nihil vltra nosse quàm hic discat? Quod enim discit, nescit. Denique quoniam qui hic nõ discit, qualis sit, nescit. Qui se ergo nescit qualis sit, quomodo omnia nouit, cùm minus sit se nosse, quàm cætera? Sed quia de cæteris discit, de se autem non discit, de aliis nouit, de se nescit, neque qualis sit, neque an ante corpus, an post corpus sit. Nam si sic perfectus factus esset vt nullius egeret, non fuerat homo: sed Deus, neque circumuentus præuaricasset, Spiritũ autem sanctum habere vltra naturam & perfectionem hominis est, vt posit quæ nei sunt. Nunquidnam quia asina locuta est ad Balaam, vltra perfectionem eius est? Accepit enim vt posset quod naturæ suæ non erat, sed nostræ. Itaque quia præstantior est homo cæteris animalibus, idcirco illa imperfecta dicenda sunt? Aut quia sancti angeli non sunt

Q. CXXIII.

Num. 22. c. 28.

non sunt quod est Deus, imperfecti sunt? Vel quia luminaria & stellæ imperfectiores sunt supernis angelis, vel quia nubila velami ne suo obscurant solem & lunam, minus perfecta sunt? Et quia membra inuicem egent, non enim possunt pedes quod possunt manus, imperfecta dicentur? Absit. Omnia enim pro locis & gradibus suis firma & perfecta sunt vt impleant id ad quod facta sunt. Igitur omnia perfecta sunt quia & creator eorum perfectus est, sed ad cõparationem eius imperfecta sunt. Deus enim per omnia perfectus est, quasi fons & origo omnium. Nam quæ facta sunt, perfecta quidem sunt, sed ad id ad quod facta sunt, vt in alia parte non sint perfecta, quia alter alterius eget: & in eis quæ non egent, perfecta sunt in quo non egent, ideòque perfecta & imperfecta sunt omnia. Manus indigent pedibus, quia nisi ambulauerint pedes, ociosę erunt manus. Iterum pedes indigent manibus, calciare enim se non possunt, neq. curare. Cùm ergo corpus perfectum sit membris, volare tamen non potest, neque ferre tantum quantum potest burdo. Cũmque hi perfecti sint, gubernare tamen se nesciunt, nec adhibere sibi possunt medicinam. Vnde dictum est, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et aqua & ignis cùm repugnant inuicem, suo genere perfecta sunt. Implent enim id ad quod facta sunt. Coquit enim ignis & consumit, purgat & calefacit. Aqua verò abluit & refrigerat, sitientes recreat. Itaque cũ omnia in suo genere perfecta sint, sine homine tamen nihil possunt, neque homo quamuis perfectior sit, sine his. Hinc Apost. imperfectos & perfectos nos dicit. Ad comparationem enim infidelium nos perfecti sumus, quia Deum cognoscimus. Sed quia quæ promissa sunt minus scimus quàm debemus: quia in hac vita non tantùm possumus comprehendere, quãtum est quod creditur, imperfecti sumus. Igitur quoniam putant perfectionem Adæ instaurari credentibus, videamus si hæc instauratio nihil vltra doni habeat diuini quàm fuerat cõsecutus Adam. Factus enim Adam positus est in paradiso, vt operaretur ibi & custodiret eum: hoc est, vt coleret terram, & custodiret præcepta Dei, per quæ sciret sic se dominium cunctorum accepisse, vt ipse tamen sub lege viueret creatoris, ne dominatio extolleret eum, & insiatus superbia immemor fieret sui conditoris. Positus ergo est vt cibis sustentaretur vita eius: per Christum autem hoc concessum est, vt resurgentes nõ egeant cibo vel potu: quia quod mortale est hominis, conuertitur in vitam. Factus est Adam vt habitaret in terra, fides autem largiri dignata est, vt in cælis sit habitatio nostra, scriptura ipsa testatur, Quia factus est, inquit, primus homo Adam in animam viuentem, secundus autem homo in spiritum viuificantem. Primus autem homo de terra terrenus, secundus autem homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Quid tam apertum quàm quòd Adam non habuit Spiritum sanctum? Factus est enim in animam viuentem: per Christum autem in spiritum viuificantem, vt homo, in aliquo similis sit creatori quem credit: quia enim mysterium fidei quod ad salutem datum est, trinum est: trinus fit, corpore, anima, & spiritu sancto, per quem dicimur filij Dei: quod minimè Adam probatur vocatus, & terrenus enim factus est. Filij autem Dei non carnaliter, sed spiritaliter nati, cælestes dicuntur esse. Ecce absolutum est, donum Dei multo plus gratiæ consensisse homini tempore Saluatoris, quã acceperat Adam, quia non solùm est instauratus, sed & melioratus. In eo instauratus, quia peccatis ablutus & instauratus est, in cęteris melioratus. Hoc enim & iustitia & ratio exigebat, vt tunc vberior esset clementia Dei in dandis beneficiis, quando mysterium diuinitatis suæ innotescere voluit creaturæ: vt cognoscentes quod incognitum fuit à seculis & generationibus Dei vnius sacramentum in trinitate cõsistere, pro ipsa nouitatis quasi dedicatione peccatis abluti insuper iustificentur, & adoptati à Deo Spiritum sanctum acciperent, per quem signum adoptionis habere videantur. Adoptio enim à Deo signum habere debet Dei patris, vt non immeritò filij Dei appellentur. Hoc donũ etiam per Prophetas promissum est, vt tunc daretur, quãdo mysterium Dei declarari deberet in triumpho deuicta morte, vt sciret creatura Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnum esse Deum. Vnde Euangelista, Spiritus, inquit, nondum erat datus, quia Iesus non erat clarificatus. Clarificatio enim hæc est, cùm per virtutem suã cognoscitur esse quod testificatus est de se, quia clarificatio hoc donum dedit quod per Iohelem prophetam fuerat promissum. Ait enim Deus, In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Et Apostolus inter alia, Cùm autem apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris Dei nostri, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis per spiritum sanctũ, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes efficeremur secundum spem vitæ æternæ. Confirmauit Apostolus quod per Iohelem prophetã fuerat promissum, quia hoc postquam clarificatus est Iesus impleuit Deus, vt spiritum sanctum effunderet in illos qui credunt in Christum: & hoc est hæredem fieri vitæ æternæ, Spiritum sanctum accipere, vt quia Spiritus æternus est, æternam habeat vitam qui accipit eum: pignus est enim immortalitatis. Qui enim accipit eum, & manet in eius dilectione, transacta hac vita pergit in cælos ad eũ cuius spiritum habet. Incongruum est enim, vt qui hinc exit habens Spiritum sanctum, apud inferos teneatur. Signum est enim in homine victoriæ Christi, qua vicit mortem, spiritus eius, vt in quo fuerit spiritus eius ab inferis teneri non possit. Ac per hoc in veteribus sanctis non ita fuit Spiritus sanctus, sicut nũc est in fidelibus quia exeuntes de seculo, apud inferos erãt. Et non potest dici, quia Spiritus sanctus causa peccati Adæ quod per traducem generis omne semẽ eius subiectum fecit inferis, simili tenebatur sententia data Adæ. Cũ Prophetis ergo & iustis viris sanctum fuisse Spiritũ non est ambiguũ: cũ Prophetis, propter dispensationem, cum iustis verò causa sanctitatis. Sicut legitur de sancto Simeone, Quia Spiritus sanctus, inquit, erat cum eo, non vt Spiritum esset adoptionis in eo, sed meritorum eius gratia. Nam filij Dei credẽtes tunc esse cœperunt, quando manifestatus est filius Dei vi cta mortæ, cunctæ creaturæ. Si autẽ in Adam vel in cæteris sic dicatur fuisse Spiritus sanctus, sicut nunc est in fidelibus quæ noua dona dedit Deus, cũ regnum filij sui dedicauit in nobis? Et quomodo felix & beatum tempus præ cæteris dicitur Saluatoris aduentus, si ea præstitit quę iam fuerant præstita? Et vbi est illud quod dicit Saluator ad discipulos, Multi, inquit, Prophetę & iusti cupierunt videre quę videtis, & audire quę auditis, & non audierunt? Quia ratione ergo poterit dici, quòd beatitudo temporis huius nihil amplius contulit doni quàm veteribus est collatum? Quod quidem ad iniuriam proficit Saluatoris, vt nihil habuerit nouum quod in ortu imperij sui suscipientibus se donaret, cùm tamen laborare soleant diuites, vt in die festo natalis sui exquisita inuitatis dent apophoreta. Quanta ergo iniuria est, vt Deus iis quos ad nouum & inauditum diem festum & omni laude dignum inuitauit, non dicatur habuisse inexperta quæ donaret? Et vbi est illud Euangelistæ Ioannis, quod dicit, In sua venit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex volũtate viri, sed ex Deo nati sunt? Igitur quomodo non inusitatum est quod donauit credentibus Deus in Christo, quando dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, id est, fratres filij sui proprij, non ex voluntate carnis & viri, sed ex Deo, vt spiritaliter nascerentur? Aut si prius gratia ista concessa probatur, tunc nihil nouum aduentus Christi contulisse dicatur. Adæ certè terrena & carnalis fuit factura, non spiritalis. Non etiũ ex Deo sine carne & sanguine natus est, sed de terra à Deo factus est: ideóq. nõ potuit Spiritum sanctum accipere, qui non erat spiritalis, & cui concessum nõ erat patrem Deum vocare in oratione. Qui enim Spiritum sanctum accipiunt, his datur potestas, vt per id quod Spiritum sanctum habent patrem illum Christianorum in oratione appellent. Quod quia antè concessum non fuit, non possunt dici priores Spiritum sanctum habuisse. Ii ergo qui putant Adam vel cæteros habuisse Spiritum sanctum, nesciunt quale donum habeant Dei: nec gratias congruas possunt ei agere, qui plus cæteris accipientes nihil se dicunt amplius consecutos. QVIBVS argumentationibꝰ & exẽplis ostendi posset, vnum idẽmq. opus differre secundũ personas in laudẽ siue condemnationem. Vna est misericordia in diuite & paupere, sed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi: quia plus laudanda est in paupere quàm in diuite. Pauper enim qui de exiguitate sua largiri non timuit, sperans à Deo sibi retribui & in præsenti & in futuro. Credit enim scripturæ dicenti, quia qui tribuit pauperibus, non egebit. Vnde & paupercula illa diuitibus multa mittentibus sola meruit à Deo collaudari, quia de penuria sua largiri non timuit. Diuites verò securi de diuitiis suis largiuntur, pauper autẽ, securus de Domino. Bene igitur faciunt diuites dũ largiũtur egenis, sed multo melius pauperes. Ac per hoc alia remuneratio pauperis & alia diuitis. Dites enim si hoc non fecerit, vapulabit. A paupere enim non exigitur tantũ. Ideóq. laudabilis est pauper misericors. Furtum in paupere & diuite vnum peccatum est, sed diuitem plus facit reum: quia pauper per inopiam facit furtũ: dives autem cùm abundet nõ contentus suo, tollit aliena, & quod peius est, solet pauperes expoliare: ac per hoc differt pœna vtriusque. Et iustitia pauperis, & diuitis vna est, sed laudabilis est in paupere magis. In egestate enim conseruare iustitiam, magnifica res est. Dives autem ideo seruare videtur iustitiam, quia alienus est ab inopia. Ergo vterque iustus est, sed maius est in necessitate seruare iustitiam. Superbia vna est, sed plus damnanda in paupere est quàm in diuite: quia dives copia elatus est, pauper autem in egestate superbus, quod ad insaniam pertinet, ac per hoc plus reus est pauper. Humilitas vna est, sed magis laudanda in diuite est. Quid enim magnum est si pauper humilis videatur, quem ipsa inopia humilem facit? Magnificum autem si hic qui dignitate & copiis commendatur, inclinet se, non sibi vendicans quæ mereri se nouit. Ergo in omnibus humilitas bona est, sed multo magis in diuite. Doctrina studij vna est causa, sed laudabilior in diuite est. Pauper enim cùm nulla prærogatiua commendaretur, operã dedit vt haberet vnde posset requiri. Dives autem cùm esset vnde cõmendaretur, adhibito labore auxit se, vt duplici genere necessarius esset. Non enim auocatus copiis retraxit animum, quo minus per se floreret. Et ideo hic magis laude dignus est quã pauper. Qui si studiis operam minimè dedisset, per omnia remanserat vilis. Illum ergo voluntas, hunc necessitas fecit cupidum. Libido in paupere & diuite eadem est, & damnabilior in paupere quàm in diuite est. Pauperem enim ipsa egestas reuocare debet à cupiditate luxuriæ. Cogitare enim debet, quia vnde hoc impleat non

1. Cor. 15. f. 45.

Ioan. 7. f. 39.

Iohelis 2. g. 28.

Tit. 3. b. 4.

Luce 2. d. 25.

Matth. 13. b. 17.

Ioan. 1. b. 11.

Q. CXXIIII.

Prou. 28. d. 27.

Luce 21. a. 1.

habet, & dum hoc festinat adimplere, alia multa mala admittat necesse est: quibus fortè nec ad præsens euadat, aut certè hec ipsum quod habet insum ens, mendicis remanebit cum nota. Diuitem autem deliciarum copiæ lacessunt ad voluptatem libidinis. Præterea quia diuites securi sunt de impunitate, scientes venalia esse iudicia, & nec redargui se ab aliquo. Quis enim dignitate fultum virum & diuitem arguere audeat? Vnde magis accenduntur, vt & violenter hoc agant. Non solùm enim minimè reprehenduntur, sed in magno honore sunt, & gloriari possunt, quia tales sunt. Quòd si vterque, id est, pauper & diues pudicus fit, multum differt pudicitia diuitis à pudicitia pauperis. Pauperem enim potest humilitas reuocare ne quod vult possit implere, aut timor legum. Diues autem cum multis suffragantibus causæ ad voluptatem possit allici, laudabilis est, si auertat hinc animum. Alia ergo remuneratione dignus est diues pudicus, & alia pauper pudicus. Quòd si rex sit pudicus, multum est & gloriosum, vt omnia in potestate habens non contingat, quòd scit impunè à se posse fieri. Hic verè Deum timet, hic vere præcepta eius custodit, qui in potestate habens leges, futurum Dei iudicium contemplatur. Itaque grãdis res est, vt qui in præsenti non habet quem timeat, vincat quod delectat, cùm delectatio tantùm possit, vt non solũ futura, sed & præsentia minimè vereatur. Vnde multum merentur quicunque hanc superant, sed maximè ij qui in præsenti legibus & hominibus dominãtur. Cæteri enim & homines & leges verentur, quare & propositum custodiunt. Ne enim apud homines erubescant, seruant quod diu tenuerunt, & ne condemnentur, à prohibitis se abstinẽt: hic autẽ qui dominatione nec leges timet nec homines erubescit, magnæ gloriæ est si se abstinet. CONTRA Eusebium, vtrum spiritus sanctus sciuit mysterium natiuitatis Dominicæ?

Q. CXXV.

Memini me in quodam libello Eusebij quondam egregij in reliquis viri legisse, quia nec spiritus sanctus sciat mysterium natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & admiror tantæ doctrinę virum hanc maculam spiritui sancto inflixisse. Hoc enim dicens degenerem illũ significauit. Neque enim potest dici de Deo esse, si nescit quæ Dei sunt, quia inferior natura quid in potiore sit, nescit. Sin verò substantiæ est eiusdem & diuinitatis, quomodo potest nescire quæ sua sunt? Deniq. filius Dei, quia, Ego, inquit, & pater vnum sumus, propter vnitatem substantiæ, non immeritò adiecit, dicens, Omnia quæ patris sunt, mea sunt: & quæ mea sunt, patris sunt. Quamobrem si spiritus sanctus eiusdem diuinitatis est, qua ratione segregatur ne sit eiusdem scientię, cùm eiusdem non negetur esse substantiæ? Quod plus est, concessit, quod minus est renuens. Creatura enim discit & incipit aliquẑ scire de autore, & erunt ei quę didicerit cum autore suo communia: substantia autem & diuinitas non potest Deo esse & creaturę communis. Nam Dei substantia non habet quod discat, quia nihil est quod ignoret: substantia verò hominum non habet in natura vt sciat, sed vt discat. Itaq. naturę hominum accidit scientia, non tamen immutatur substantia, quia hominis natura dehabet scientiam. Sic enim condita est, vt per exercitium acquirat scientiam. Igitur maior est substãtia quam scientia: quia non scientia acquirit substantiam, sed substantia sciẽtiam: & substãtia est sine scientia, nõ tamen scientia potest esse sine substantia. In Deo autem sicut est substantia: ità & scientia: quia ipse nihil habet quod discat, ipsa enim substantia est sibi scientia. Quãobrem omnia in Deo substantia dicũtur. Substantia enim cui nihil deest, omnia substãtialiter habet, quia nihil ei accessit per studiũ. Quomodo ergo dici potest de spiritu sancto, quia nescit natiuitatem filij Dei, si consubstantiuus est ei? Nunquid potest vna eadẽque substantia, & scire, & nescire? Certè filius Dei mysterium natiuitatis suæ non didicit, scit substantialiter, non per doctrinam. Qua ergo ratione spiritus sanctus dicitur nescire, cùm similiter ipse nihil habeat quod discat, quia omnia nouit per substantiam? Sicut enim Dei filius, ita & spiritus sanctus Dei substantia est, dicente Domino, Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Per quod significauit substantiam Dei patris suam esse substantiam, & spiritum sanctum à patre dicit procedere, & de suo accipere. Et ideo, inquit, dixi, de meo accipiet, quia omnia quę patris sunt, mea sunt. Si à patre procedit, & de filio accipit, quomodo filij nesciat natiuitatem, quãdo substãtia eius substantia filij est? Omnia enim quæ patris sunt, ęlij sunt. Sine dubio ergo patris substantia & in spiritu sancto est. Adiecit enim filius, dicẽs, Et omnia quæ mea sunt, patris sunt. Quid ergo ambigitur de Spiritu sancto, an eiusdem diuinitatis sit, cùm sit eiusdem substantię? Nam sicut de se dixit Dominus, qui à Deo processit, ita & de Spiritu sancto testatur. Et ne hoc aliter possit interpretari: A patre, inquit, procedit, & de meo accipiet: vt à patre procedere, hoc sit de Christo accipere. Cùm enim dicitur de filio Dei accipere, non ambigitur etiam ipse esse de Deo, vt in sancto spiritu patris esse substantia & diuinitas non ambigatur. Itaq. qui hunc dicit nescire filij Dei natiuitatem, ipsi derogat cuius dicitur accepisse. Nec enim aliud accipit, quàm ipse est de quo accepit: quia accepisse de Christo, de Deo processisse significauit: ideóque non potest nescire quod hic scit de cuius accepit: neque ignorare dicẽdus est Dominus, quia à Deo processit. Certè filius Dei, quia de patre est, ideo scit omnia Dei: Quare ergo Spiritus sanctus negetur scire quæcunque Christi sunt, cùm de Deo acceperit? Itaque si scit filius Dei quæ in Deo sunt, dubium non est etiam Spiritum sanctũ non ignorare quę in filio Dei sunt: & per id quod nouit quę

Io.m.10.f.30.

Ioan.16.b.15

sunt in filio, non nescire dicendus est quæ in Deo sunt. De eo enim de quo accepit, Dei habet notitiam. Et quid laboramus cùm testis sit in hac re Apostolus, dicens, Nemo scit quæ sunt in Deo, nisi spiritus Dei? Ecce in quo diu sudauimus, Apostolo adiuuante impleuimus. Et nunquid præiudicauit filio Dei, quia neminem dixit scire quæ in Deo sunt, nisi spiritum Dei? Absit. Sic nec preiudicauit Spiritui sancto filius, cùm dixit, Nemo nouit patrem, nisi filius. Neminem enim dixit scire quæ in Deo sunt, pręter eum qui de deo est: quia omne quod de deo est, nouit Deum, & quę in deo sunt. Natura enim Dei, ipsa se nouit: quam cùm intelligas esse etiam in Spiritu sancto, per id quod à patre processit, & de filio accepit, tutum non est illum dicere nescire patrem Deum, cuius naturam agnoscis in eo: & tamen Saluator sic dixit, neminem scire deũ patrem nisi filium, vt referuaret alij personę huius cognitionem: ilatim enim subiecit, dicens, Et cui voluerit filius reuelare. Cui putas vult reuelare filius? Nulli enim charior esse potest quàm Spiritui sancto. Quia si quis, inquit, spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Quomodo ergo putas reuelatum Deum patrem à filio Spiritui sancto, nisi quomodo ipse Dominus ait, ne meo accipiet? Creaturæ enim non potest reuelare pater Deus, quia dei naturam ferre non potest, nisi fuerit eiusdem substantiæ: lucem etenim habitat inaccessibilem, creaturę duntaxat. Sed quibusdam videtur ideo reticẽ nescire dici mysteriũ natiuitatis filij Dei Spiritus sanctus, quia omnia dicitur scrutari, & qui scrutatur, inquiunt, nescit vtiq. Quod ex alio loco debet intelligi: Dei enim verba sunt inter cætera, dicentis, Ego Deus qui scrutor renes & corda. Et in Psalmo, Scrutãs, ait, corda & renes Deus. Et Apostolus, Qui scrutatur, inquit, corda scit quid desideret spiritus: quia secundum Dei voluntatem postulat pro sanctis. His exemplis cùm scrutare dicitur Dei spiritus, non ignorare significatur. Etiam alta Dei dicitur scrutari. Et quæ sunt alta Dei quæ dicitur prenidere? Scrutari enim occulta significat penetrare, vt per id nihil esse occultum ei credatur. Alta enim mysteria Dei sunt interiora, quæ scrutari à creatura non possunt. Nã & secundum Dei voluntatem & pro sanctis dicitur postulare, quod sancti vtique nesciunt, dicente Apostolo. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Ergo alta Dei scire, & voluntatem Dei non ignorare, vnum significat. Quid enim tam altum mysteriũ quã voluntas est Dei, quod cognitum est Spiritui sancto, cęteris verò incognitum est? Omnibus etenim contiuendum est, quomodo dictum sit, Quoniam nemo scit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est: spiritum animam significauit: quia nemo scit quid sit in animo hominis, nisi animus eius qui est spiritus. Sic & in Deo nemo scit quæ sunt Dei nisi Spiritus Dei, hoc est, ipse Deus. Qui enim in Deo est, non aliud intelligitur esse quàm Deus est. Ideo Spiritus Dei scit quid in Deo est, quia de Deo est. Nam si cogitationes hominum nemo nouit, nisi Deus, quanto magis Dei secreta & voluntatem nullus potest cognoscere nisi sit de Deo: hoc est, idem ipse Deus. Ipse est enim sibi soli cognitus. Nam vtique in Deo non sunt cogitationes. Nec enim Deus tractat apud se quid faciat, aut quid non faciat, deliberans an expediat, quia omnia quę in Deo sunt sine dubitatione sunt, non per accidentia, sed per substantiam, nec per studium, sed naturam, quia non immutatur. Ac per hoc nõ aliter nouit Spiritus sanctus mysteria Dei, nisi per substantiam: vna enim substantia vnum habet sensum & voluntatem. De Deo loquitur qui semper vnus & immutabilis est, sine in filio, sine in Spiritu sancto. Quod enim vult pater, hoc vult & filius, & quod vult filius, eadem vult & Spiritus sanctus. Quamobrem aliquando dicitur Spiritus Dei, aliquando & Spiritus Christi, qui à Deo, inquit, procedit, & de meo accipiet. Hinc est vnde Ioannes Apostolus ait, Et hoc scimus, quia Deus in nobis manet, de spiritu suo quem dedit in nobis. Ergo si Spiritu Dei in nobis manẽte, manere dicitur in nobis Deus, significatur esse Spiritus Dei. Denique, hoc est signum credentium quòd sint filij Dei, vt cùm hunc accipiunt, Dei se filios audeant appellare. Nisi enim signum diuinitatis habuerint, Dei filij dici non poterunt. Quanquam aliquis verus Dei filius non est, vt fit totus de toto, sicut & Christus. Per adoptionem autem fiũt filij Dei, vt accipientes spiritum Christi per ipsum filij Dei dicantur, per id quod de Deo est, quem in se habent spiritum. In filiis enim quamuis adoptiui sint patris, tamẽ ex aliqua parte debet videri substantia. In mundo enim quia res imperfectę sunt, adoptati ab hominibus filij nullum pignus, sed solum nomen accipiunt. Deus autem quia perfectus est, plus facit, vt adoptatis spiritum suum det, per quem aliquam veritatem adoptati ab eo videantur habere, quia vocabula sine rebus inania sunt. Apostolus noster hanc assertionem nostram adiuuat, dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quid tamen sibi vult, quòd cùm alibi dicat, scrutabilia esse alta Dei, id est, secreta, hoc in loco deneget, dicens inscrutabilia esse? Sed in hoc loco de creatura dixit, quia inscrutabilia sunt ei secreta vel iudicia Dei: spiritui autem sancto, eo quòd omnia Dei nouerit, scrutabilia dixit esse cuncta quæ in Deo sunt, vt quod creaturæ incognitum est, Dei spiritum asserat non ignorare. Dei ergo natura negari non potest, quæ cognitum habet quod à creatura non potest comprehendi. Qui de generem dicunt Spiritum Dei sanctum, pulsant propositum qui totius creaturæ salutem in trinitatis diuinitate consistere declarauit: quia si consubstantiuus non est Deo &

1.Cor.2.c.11.

Mat.11.d.27

Rom.8.b.3.

1.Tim. 6.d. 16.

Rom.8.c.27.

Hier.17.b. 10.

Ysid.7.c.10.

Rom.8.c.27.

Rom.8.c.26.

1.Cor.2.c.11.

Rom.11.d. 33.

Christo,

Christo, ineptum est ponere istum in numero patris & filij, vt sine hoc nõ salus alicui sit, neq. dignitas. Si enim nõ est eiusdem diuinitatis, aut stultè, aut gratis effectum est: quod absit. Quis enim prudentium deneget creatorem cum creatura connumerari non posse, neque ęternum cum eo qui sub initio fit comparari, neq. Dominum cum seruo æquari, neque potentem cum impotente conferri, neque scium cum insceio deputari? Sed iam cesset calumnia. Tertius enim ordine est, nõ natura: gradu, nõ diuinitate: persona, nõ ignorantia. Sicut enim filius Dei secundus à patre est, & diuinitate minor non est: ita & Spiritus sanctus sequens à filio est, non impar, sed æqualis diuinitate substantiæ. Deniq. quæ legimus de filio Dei, eadem legimus & de Spiritu sancto, ipso nobis testante. Ait enim, Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis spiritum veritatis. Alium cùm dixit, se paracletum significauit. Quod Ioannes declarat, dicens: Quia spiritus Dei postulat pro peccatis nostris. Et Paulus apostolus inquit, Ipse Spiritus Dei postulat pro nobis. Ecce scriptura ambos adiucatos esse ostendit. Et cùm veritatis illum dixit spiritum, nihil illum veritate à se differre ostendit, quia dixit, Ego sum veritas. Missum se à patre dixit, & ipse mittere spiritum sanctum promisit. Si ipse à mittente impar non est, neque à mittente impar ab illo Spiritus sanctus est. Neque enim quia tres sunt singuli, alter alterius membra sunt, vt diuersa possint. Vna est enim potentia trium, vt nihil desit singulis. Hic finis sit. Iam enim in libello aduersus Arrianam impietatem digesto, reliqua plenius tractata sunt, quæ trinitatis complexa sunt indiscretam vnitatem.

Q. CXXVI.

DE eo qui fidem Christi percepit, quid præeminentiæ seu prærogatiuæ habeat ad gratiam consequendam plus quàm infideles.

Scriptum est, Quia iusto nihil proderit iustitia eius in qua die errauerit: & quia iniusto nihil oberit iniustitia sua cùm se conuertit. Et Dominus in Euangelio, Qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est: vt per hoc eum qui crediderit, non iudicio subiectum ad sententiam excipiẽdam significaret, sed fidei merito laude dignum futurum. Ergo cognitio Dei hanc habet prærogatiuam, vt peccatorum consequatur remissam. Credens enim Dei esse filium Iesum, dignus existit ab omnibus liberari peccatis. Dũ enim errore deuius cùm per diuersa ignorantiæ fluctibus iactaretur, illuminatus veritatis coruscationem nactus est, in qua post nimias tempestates requiescat securus: cui congruit, vt post cognitionem temperet se ab iis quæ iam pridem in ignorantia positus agebat. Quid enim prodest cognitio, si manet pristina conuersatio? Hinc etenim quis videtur cõgnouisse Deum, si vitam mutet, & conuersationem suã corrigat. Cognitus enim Deus timeri debet, quia iudicaturus prædicatur, vt & fideles iustitiæ suæ percipiant fructum, & impij, id est, increduli perfidiæ suæ congruas pœnas exoluãt. Cõuenit enim iustos in futuro gaudere, vbi regnabit Christus cum suis: vt sicut in seculo fuit opprobrio, & iniuriis subiacent, in quo princeps est diabolus: ita & in regno gloriosi appareant, propter quod contẽptibiles iudicati sunt à mundanis: iniustos autem quia falsò florere videntur, per mendacium repugnantes veritati, in pœna tribulari: vt qui per fucum gloriosi visi sunt, per verum despecti & humiliati nimis appareant. Tunc enim iusti se credidisse gaudebunt, cũ perfidos viderint cruciari: & nec pœnitebit perfidos nõ credidisse nisi viderint gloriam eorum & suam pœnam, quos quia crediderunt stultos & contemptibiles arbitrati sunt. Ergo ex eo quòd profitetur se quis Christianum esse, id studere debet ne peccet, & armare se contra vitia. Et quia impossibile est semper vincere, si victus fuerit, dolere ne iterum vincatur: quia qui se dolet victum, reparat se. Qui ergo repugnat, habet vnde se excuset, si victus fuerit. Ostendit enim se votum habuisse vincendi, sed minimè prævaluisse. De hoc spes est, quia potest se reparare, vt assidua meditatione in congressione peritior & fortior inueniatur. Nam qui ad hoc surgit, vt peccet, inexcusabilis effectus pergrauem habet causam. Pejus est enim sub Dei viuere professione, & voluntatem habere peccandi, quàm si ignoret quis Deum & turpiter & contaminatè verset. Hic enim nescit quæ timere debeat, ille sciens contemnit. Credentes ergo accipiunt remissionem peccatorum, non tamen gloriosi erũt, nisi post acceptam fidem vixerint sub dei nominis timore, vt colluctati contra hostes Christiani nominis victoriam faciant, vt possint præmium mereri dum plus vincunt quàm vincuntur. Nam qui intelligit Deum, & non accedit ad fidem eius ne viuat Christianus, sed in fine vult fidem accipere, vt moriatur Christianus, aut erubescit Christianus viuere, aut peccatis operam dat, quæ arbitratur posse sibi remitti cùm crediderit: istum puto non bonam causam habere: quia vt quamdiu in seculo est, peccet, non vult fieri, nec viuere Christianus, aut cõfunditur fieri Christianus. Qualem sperat Deum, cui cùm militare erubescit, vult ab eo stipendium accipere? Huiusmodi irrisor est. Sciens enim se iam non tempus habere vt peccet, morte imminente, tunc vult fieri Christianus: & quia iam non potest peccare, credere se dicit in Christum, quasi qui execrator peccati est: non vt iam se nolit peccare, sed vt non possit præueniente morte. Istis debet legi, quia Deus nõ irridetur. Nam & solent huiusmodi talia dare mandata, vt iã defectis & alienis, tantum anhelantibus detur fides, timentes ne euadant, & confundantur quia facti sunt Christiani. Quibus recitanda sunt Euangelij verba. Qui, inquit Dominus, erubuerit me confiteri in hac generatione, & filius hominis cõfundet eum, cùm venerit in regno patris sui. Sed fortè dicant, scientes fragile esse genus humanum, idcirco in fine vitę volumus fidem accipere, ne iã peccemus. Sed fides sic accipi debet, vt sciatur quid accipitur. Tunc enim beneficium eius habebit, si cognoscat, & si profiteatur eam. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ac per hoc, qui iam nescit vbi sit, quomodo potest dici accipere? Ille enim accipit, qui profitetur se accepisse, sciens quia accepit. Si enim credunt, quia datur credentibus remissio peccatorũ, scire debent quia hic credit, qui corde suo teste credit. Quia Deus qui promisit cordis inspector est: ipsum enim suscipit quem corde videt credere. Itaque cuius cor verba fidei non aduertit, quomodo beneficium eius habebit? Ergo hic potest videri temerè Christianus accepta fide, qui id agere cernitur, ne facilè peccet. Nã qui peccare festinàt, idcirco nõ vult accipere fidem, ne cogatur bene viuere, quod videtur nolle: sed in morte vult consequi, impunitatẽ sperans, & remissionem præteritorum malorum, vt & de præteritis securus sit, & de futuro: quia iam vtique non poterit peccare moriturus. Sed hoc non bono fit consilio, neque munda conscientia: vt tũc velit accipere fidẽ, cũ iã nõ possit etiam si velit peccare. His conuenit dictum illud, Faciamus mala, vt veniãt bona: hoc est, modò peccemus, & in nouissimo credamus, & remittetur nobis. Ideo subiecit, Quorum damnatio iusta est. Non est enim dignum vt his detur remissio peccatorum, qui scientes Deum quòd nolit quenquam peccare, & odio habeat peccatores, peccare gestiunt: nolẽtes aduertere, donũ Dei his proficere, qui ignorantes Deum sic peccant, vt nesciant iudicaturum Deum. Qui autem audiuit & tractauit apud se, & votum habet peccandi, non vt vincatur aliqua cogente causa, sed velit peccare, durum est ignosci ei. Nã duę causæ sunt quæ habent peccatorum remissam. Vna doni, alia pœnitentiæ, vt qui post donum peccauerit, per pœnitentiam reformetur. Qui enim in accepta gratia non permansit, vt in libertate duraret, sed iterum se subiecit peccato, lamentatione & gemitu impetrat obliterari peccatum: sciens enim prudẽnsque peccauit, non quòd aliquis ignoret peccatum, sed qui nescit Deum iudicaturum, impunè putat futurum quod peccat. Ac per hoc gentilis si cooperit infirmari, & in ipsa vitæ desperatione tractet apud se de fide & spe promissa, integram habet causam: vt huic credenti remittantur peccata, nec teneatur in inferis, signum ferens secum eui & mortis ac spoliatæ, licet non habeat dignitatem vel remunerationem. Quia debet aliquid interesse inter eum, qui prouocatus amore sui Domini contra hostes eius dimicare non timuit, armans se continentia & obseruatione omnium vitiorum: vt possit resistere malo, semper solicitus quomodo imperiũ Domini sui defendat: & inter eum qui cum inimicis Domini sui conueniens, & eis assistens, in fine vitæ ad Dominum suum regressus est: non vt regnum Domini sui vindicaret, sed vt ipsi soli prodesset esse ciuis antequam miles. Ille enim qui viuere vult Christianus, vt post mortẽ remuneretur, scit quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ac per hoc suscepta armatura fidei non dubitat congredi contra principes & potestates, vt in seculo existens victor post seculum coronetur. Dignum est enim, vt qui inter perfidos & rebelles Domini sui regnum ad præsens testatur, huius rei in futuro mercedem habeat: vbi videntes inimici Dei testem Christi propter confessionis suæ veritatem sublimem apparere in regno Dei, doleant confusi falsum æstimasse quod verum esse declaratum est: nec non & hi qui tardè crediderunt nõ in vita, sed in morte confitentes Deum, videntes quanta eorũ gloria est, qui sub armatura Dei militantes bella imperatoris sui deuotè & fideliter gesserunt, pœniteant non se vixisse, sed mortuos esse Christianos. Potest enim videri minimè idoneus mori Christianus, qui votũ nõ habuit viuere Christianus, sed fortè iam moriturus, idcirco voluit dici Christianus, quia iam tempus peccandi non erat: Ne fortè, inquit, verum sit quod creditur, volo fieri Christianus, nihil amittẽs, si falsum est quod creditur; & quia iam in morte non est voluptas peccandi, sed peccatum fieri desinit, tentat si prodesse poterit fides post mortem, cùm hoc vtique fuerit vtile, vt in hac vita & peccata emendarẽtur, vbi fuerunt admissa. Tunc enim aliquis condemnasse se præterita probat, quando fidei lineam sequẽs, conuersationem & vitam videtur mutare. Si enim priùs ideo peccabat, quia nesciebat Deum, scilicet cognoscit eum, vltrà non debet peccare ne frustrà sit cognouisse illum. Debet enim aliquis perfectus esse ex cognitione Dei. Christianus enim ante professionẽ debet intelligere operibus magis se probandum quã nomine. Nam propterea mãdata data sunt cæteris legibus potiora, & ad sanctitatẽ pertinentia, vt ex his Dei cultura appareat: si quominus, audient, Quid me vocatis Domine, Domine, & non facitis quę dico? Per quod tunc significauit, prodesse cognouisse Deum, si mãdata eius seruentur. Irrisor enim videtur, qui Dominũ vocat eum, cuius præcepta contemnit. Huic verba legis recitandæ sunt, quæ dicunt, Deus non irridetur. Itaq. verbis suis condemnabitur; quia Dominum vocat, quem minimè se timere operibus suis ostendit.

Q. CXXVII.

DE peccato Adã & Euæ, & de eorum cõditione seu creatione, & donis gratuitis. Nulli dubium arbitror, mundum istum hominis causa esse fabricatum: qui cũ diuersis cõstet substãtiis, vnus est tamen multis membris aptatus, vt ex his inuicem mutuis operibus quæ necessaria homini futura erant, gignerentur. Domus enim facta est homini cum annona, ita vt singula eorũ secundũ genus fierẽt super terrã: id est, vt facta hinc haberent infinitã potẽtiã

Ioan.14. b. 16.

1.Ioan.2.

Ioan.14.a.6.

Rom.3. b. 8.

1.Ioan.3.d. 24.

Rom.8.d.18.

Luc.6.g.46.

Gal.6.b.7.

Gal.6.b.7.

Mat.10.d.32.
Mar.8.d.38.
Luce 9.d.26
& 12.b. 8.

in propagine vniuſcuiuſque generis eorum quæ crearentur in terris. Origenes enim inſtitutæ ſunt, quarũ ſemen proficeret ad procreationem multiplicandorum generum ſuper terram. Vnde Scriptura teſtatur, Et benedixit illa Deus, dicens, Creſcite, & multiplicamini ſuper terram. Simili modo etiam hominum genus benedictum eſt: quem ſenſum contuemur in lege. Cernimus enim ſcriptũ eſſe, Creuit populus, & multiplicatus eſt in Ægypto. Qua benedictione enim benedicta ſunt, quæ ad vtilitatem creata ſunt hominis, ea benedictione & homo eſt benedictus: vt ſimiliter ex mare & fœmina propago generis humani creſceret & multiplicaretur ſuper terram: & ſicut per culturam melioranda erant ſemina, ita & hominum genus adhibita cura illud ſtuderet, vt creatoris cognitione per cepta vitam ſuam frenaret ad promerendum eũ, vt ſimul omnia proficerẽt ad laudem & gloriã creatoris. Et quoniam nõ aliud hęc dicta ſignificant, res ipſæ teſtantur. Omnia enim quæ facta ſunt, Dei nutu multiplicata & meliorata ſunt ſuper terram. Nec enim aliter poſſet accidere, quàm Dei voluntas & benedictio decreuit ſeminibus. Quomodo ergo dici poteſt malè fieri, aut non licere quod ex Dei benedictione & ipſo fauente augmẽtum facit? Cuius rei traditio etiam in ſynagoga manſit, & nũc in Eccleſia celebratur, vt Dei creatura ſub Dei benedictione iungatur. Nõ vtiq. per præſumptionem, quia ab autore ipſo data eſt forma. Sed ſi ceſſare debere putatur, tunc ceſſare debebit, quando ceſſatura & illa ſunt, quæ ſimiliter benedicta ſunt vt multiplicarentur: quia ſi generatio hominum ceſſat, ad quam vtilitatem naſcũtur quæ benedicta ſunt ſuper terram? Non poteſt enim mundus ex parte agere, & ex parte ceſſare. Aut totus enim operatur, aut totus pauſat in ocio. Nunquid vtile corpus eſt, cuius quædam membra vigent, quędã torpeſcunt? Quod ergo à Domino benedictũ eſt, cur ſordidum & contaminatum opus à quibuſdã aſſeritur, niſi quia ipſi Deo manus quodãmodo infertur? Non enim hoc reprehenderent, niſi de Deo huius operis autore malè ſentirent. Quia enim apertè Deo detrahere verentur, per opus tamẽ ab eo inuentũ accuſant eum. Quando enim diſplicet opus, reprehenditur author. Si huiuſmodi homines legerent, aut potius acciperent ſcripturas, memores eſſent Balaam, dicẽtis, Quid maledicam quem benedixit Deus? Fruſtrà enim accuſatur, qui à iudice laudatur: imò ipſe ſui accuſator eſt, qui reũ dicit quẽ leges defendũt. Quis ergo tu es qui damnari cenſes quòd à Deo benedictum legis, niſi quia aut Deum hunc negas eſſe, aut ſcripturam falſam accuſas? Sunt enim qui quaſi noua accipientes, vetera repudianda putant. Sed non diſcrepant ab his noua, quæ per Chriſtum Ieſum præcepta ſunt & populis intimata. Ipſe enim rogatus ad nuptias ire non dedignatus eſt: & nõ ſolum præſentia ſui illuſtrauit eas, verumetiam contulit quod deerat ad lętitiam. Scriptũ eſt enim, Quia vinum lętificat cor hominis. Et vt hoc ſecũdũ Dei patris ſui voluntatẽ feciſſe ſe demõſtraret, Iudęis interrogãtibus, an liceat homini dimittere vxorem ſuam, reſpondit inter cętera, dicens, Quoniã ab initio fecit Deus maſculum & feminã, & dixit, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Hinc eſt, vnde rogatus ad nuptias iret libenter, ne factum Dei patris ſui infirmare videretur. Magis autem legis veteris & nouæ doctrinæ concordare oſtendens, nuptias non ſolũ non prohibuit, ſed & intereſſe dignatus eſt, teſtimoniũ eis tribuẽs, quoniã Deus autor earũ eſt: & quod à Deo iunctum eſt, neque prohiberi, neque ſeparari debere ſalutari præcepto monſtrauit. Et quia natiuitas prodeſt, cũ iã relinqueret mundũ, matrẽ ſuã Ioanni diſcipulo ſuo commendauit. Quamobrem & nos per omnia legis veteris & nouæ mandata ſeruãtes, parẽtes honorare docemur, quod niſi fecerimus, maledictum nos incurſuros cautum eſt lege. Itaque quænam eſt hæc præſumptio, aut ex qua lege deſcendit, nuptiarum aditus intercludere, quando tam noua quàm vetus lex per omnia iſtis fauere videatur? Sed illud eſt quod legimus, quia quod extra eſt, à malo eſt. Vnde Apoſtolus huiuſmodi homines cauteriatam dicit habere cõſcientiam, qui prohibentes nubere, & à cibis quos Deus ad percipiendũ creauit, abſtinẽdum docent. Hoc enim in hypocriſi inimicitiarum cauſa facere denotãtur, vt legem à Deo traditam criminaturi. Alij ideo ſtudentes præceptis ſalutaribus obuias manus tendũt, vt prauæ doctrinæ mandata commendent. Ac per hoc cauteriatam habere dicũtur cõſcientiam. Corrupta enim mente aliud ſcientes, aliud profitentur. Sicut & Iudæi qui nõ ignorantes geſta Saluatoris opera eſſe Spiritus ſanctí, inuidentes dicebant, quia in Beelzebub eijcit dæmonia, vt populum à fide eius auerterent. Talis eſt etiam ſuprà memoratorũ verſutia, quia vt ſanctitatis & caſtimonię amatores eſſe ſe ſimulent, nuptias eſſe dicunt damnandas, vt per hoc cõmendentur, & populum à veritate auertant: & vt abſtinentię ſe ſtudere fingant, temperandũ à cibis tradũt, vt per hoc ſe alienos à mundo ad cælęſtia regna feſtinare oſtendant, per quod mentes hominũ illicientes, deinceps illicita doceant licere, & licita quaſi incõceſſa damnare. Hęc ſunt preſtigia ſatanę, vt cauſas inuertat: quaſi nouum inſinuans aliquid, excludat veritatem, in qua nihil nouum eſt, quia totum ęternum. Quis nõ aduertat ſenſum iſtum ab aduerſariis eſſe aptatum? Quis enim audeat Dei inuentum reprobare, & quod nunquam alicui obſuit, niſi aduerſario veritatis? Qui vt impuritatem ſuam tegat, ſanctimoniam prædicat, quam non amat, vt dum ex eo ſe quaſi bonæ voluntatis oſtenderet, illicita ſuadeat quaſi licita. Commendat enim ſe promptius vt fallat, ac per hoc captis imprudentib' ſuggerat, per quæ plus eos faciat peccatores: quia vt cauſæ ſuæ aliquam conferat medicinam, granditer ſuadet homines peccare, magnum ex eo quærens ſolatium, dum criminis ſui ſocios multos oſtendit, leuem pœnã eſſe exiſtimans, ac ſi minus grauis ſit, ſi ſecum multos videat in gehenna. Cæci homines, dum vincuntur vitiis, aut per infirmitatem, aut per ignorantiam ſeſe defendunt, non vindicãdo hæc quæ cõtraria decipit concupiſcentia. Aut quæ obſtat caligo vt non quod verum eſt, vide atur? Nam ſolent literæ aliud videri ſignificare, cũ aut nõ bene pronunciantur, aut impropriè diſtinguntur. Cùm autem legitur, Fecit neus: &, Benedixit quod fecit: quis hinc diſputet? quis dubitet? quis quod benedictum eſt, maledictum putet, niſi alio ſpiritu animẽtur? Quod quidem ſi hominis vox eſſe diceretur, fortè aliqua fallacia crederetur. Deus dicitur loqui, & dubitas? Deus bene dixit, & reprobas? Sed fortè ſub Dei nomine Moyſes errorem induxit. Satis tibi faciant ſigna & prodigia per Moyſen facta in Ægypto, ſuadeãt tibi mirabilia quæ in rubro mari geſta ſunt ad liberationem filiorum Iſrael. Audi magos confitentes, quia digitus Dei eſt hic. Conſenti Apoſtolo dicenti, Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes per Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eãdem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de potu ſpiritali conſequẽte eos petra: petra autem erat Chriſtus. Et vnde hoc Apoſtolus locutus eſt? Præſto eſt ſcriptura in qua legimus Chriſtum Dominum noſtrum dicentem Iudæis, Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, quia de me ſcripſit Moyſes. Quis huic concordiæ fidem deneget? Quis audeat dicere, quod vnum eſt diſcrepare? Quis tam malæ mentis eſt, vt indiuiduam charitatem cõtendat videri inimicitiã? Ecce habes & verborũ teſtimonia, & exempla virtutum quę animũ tuum ſubiungent veritati, vt non aliud putes verum quàm quòd Eccleſiæ catholicæ continent libri. Quoniam igitur probatum eſt eundem Deũ fuiſſe in veteri Teſtamẽto, qui nunc noſter eſt, & nunc multis virtutũ indiciis verũ eſſe, intantũ eius autoritas debet præferri, vt etiam id quod à ſpiritu, & ſi fortè abſurdũ à nobis æſtimatur, acceptam eſt ferri debeat, & aliter ſentiri quàm à nobis putatur, ſi Dei iudicio cõmendetur, quia magis neo credere debemus quàm nobis. Infirmitas enim noſtra & imperitia, vtilia ſolet iudicare quæ nociua ſunt, & æſtimare falſa pro veris, quod de Deo vel ſuſpicari nefas eſt. Non eſt enim natura quę poſſit falli: quanto magis de coniugiis dubitari non debet, Deo dicente, Quod Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Eſt enim res aperta & ſimplex. Certẽ omnis homo gaudet, cùm fuerit Dei dignationem adeptus, & meliorari ſe credit, dũ ſacramentũ creatoris addiſcit, quod vtiq. non aſſequeretur, niſi natus. Cur ergo plãgit quod gaudet, & quod gloriatur ſe didiciſſe, condemnat? Si enim gaudet quia didicit, non autem didiciſſet, niſi natus fuiſſet, ſine dubio bonum eſt naſci, quia fructus natiuitatis, cognitio eſt veritatis. Si autem malum eſt naſci, nõ erat bona cognitio. Cui enim rei proderit cognitio, ſi damnatur natiuitas? Quia ſi non expedit, nec naſci debet, vt dicit, inane eſt vt diſcat damnandus. Sed quia nemo tã hebes eſt, vt neget cognitionem Dei prodeſſe hominibus & bona & vtilis eſt. Per ipſam enim melioratur natiuitas, vt meliorata natiuitas plus mercatur quàm fuerat collatum Adæ, quia in cęlo, non in terra regnabunt credentes: in paradiſo Dei patris, non in quo Adã corporaliter iuſſus fuerat operari. Nam ſi encænia celebrabantur Hieroſolymis: id eſt, dedicationis templi Dei agebatur feſtiuitas: quanto magis ipſius hominis celebrandus natalis eſt, qui magis templum Dei eſt, cuius etiam, ad agendum Deo gratias, manibus templum eſt fabricatum. Melius eſt enim templum, corpus noſtrum: quia hoc Dei opere, illud vero humano labore conſtructum eſt, & hoc ſub ſpe æternitatis eſt, illud perditionis. Itaque qui Deo inſtituẽte natũ ſe nouit, vt ei gratias agat, cognitum habens myſterium eius, debet in natali ſuo gaudere, videns profectum eſſe natiuitatis ſuæ. Verè autem illi naſci non debuerunt, qui creatorem ſuum relinquentes, gloriã eius aliis deputant: horũ enim natiuitas proficit ad pœnam: ſed nõ natiuitas crimen incurrit, ſed volũtas. Sed quis es tu qui nuptias prohibes? Fortè Marcion, quia corpus non à Deo fabricatum putas, ſed à diabolo: animam verò errore quodã lapſum paſſam, vt ad tenebrarum partes in quibus nunc mundus eſt, veniret, contendis. Quomodo ergo poſſet hinc liberari, ſi prohibetur generari? Natus enim cognouiſti caſum tuum, & data opera id egiſti vt remeares ad patriam ſedem, redditus ſorti tuæ. Denique gratias agere te dicis Chriſto, per quem hanc cognitionem aſſecutum te gratularis. Age verò, ſi natus nõ eſſes, ceſſaret cognitio, nec proſequeretur liberatio. Itaq; ſi gaudes animam liberari, ſaue natiuitati. Nam ſi natiuitati reſiſtis, inimicus es animarum. Aut ſi Manichæus es, qui nuptias quaſi contrarias renuis, quæro à te, ſi corpora minimẽ gignerentur, quomodo anima hinc, quam fuſam in tenebrarum partem & hærentem hylicis rebus aſſeris, eriperetur? Naſcendo enim liberari eam in libris veſtris ſcriptum habetis, vt à luna ſuſceptæ animæ & exeuntes de corporibus ſoli tradantur, quem Deum animarum veſtrarum aſſeritis. Nam gaudetis, cùm Manichæi vocamini. Per hoc enim nomen liberationem animarum veſtrarũ flagitatis: quod vtique neſciretis, niſi nati eſſetis. Longè itaque apparet per hypocriſim vos nuptias condemnare. Sanctimoniam enim profiten-

Gen. 1. c. 22. 28.
Exod. 1. b. 7.
Num. 23. b. 8.
Ioan. 2. a. 1.
Pſal. 103. b. 13.
Eccl. 40. c. 20.
Mat. 19. a. 3.
Gen. 2. d. 27.
Marc. 10. a. 7.
Ioan. 19. c. 26.
Exo. 20. b. 12.
Deut. 5. b. 16.
Mat. 15. a. 4.
1. Tim. 4. a. 2.
Mat. 12. b. 14.
Luce 11. b. 15.

profitentes, latenter immũditię ſtudetis, quod non ſolũ priuatum, ſed etiam edictis proditum eſt imperatorum. Audi nunc catholice, & ex euangelio diſce, prodeſſe hominis natiuitatem. Cùm Simeon enim vir iuſtus vellet exire de ſeculo, ſufficere ſibi putans creatoris ſine myſterij eius cognitione notitiam, nõ permiſſum eſt ei niſi incremẽtum faceret in Dei perceptione, vt plenam haberet fidei ſuæ mercedem. Deniq. natum Saluatorem accipiens in manibus benedixit Deum, & dixit, Domine, nunc dimittis ſeruũ tuũ ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Manifeſtè oſtenſum eſt Dei beneficium eſſe in hominis natiuitate, quando viro iuſto de morte cogitanti reſponſum eſt, quòd non antè moreretur quàm Chriſtum Domini vidiſſet: intantum enim proficiebat in vita, vt dignus fieret etiam in præſenti videre, quem liberatorem ſperabat poſt mortem. Qui ergo reſeruatus in vitã non permiſſus eſt mori, niſi ſpei ſuæ fructum vidiſſet, vt ſecurus eſſet, quia de vita ad vitam tranſiret, quomodo poteſt dici non huic profuiſſe natiuitas. Si enim malum eſt quòd naſcimur, nõ paradiſus promitteretur, non vita æterna, non regnum cælorum, ſed pœna & gehennæ perditio: vt timeret alterum generare, qui ſe ſciret natum ad perditionem: vt ille qui ſe illicitè natum ſciret, nõ affectaret generare. Sed fortè dicatur, Regnum quidem cælorum promiſſum eſt, ſed fidelibus & bene agentibus. Rectè vides. Itaque non video reos fieri homines, quia nati ſunt, ſed quia malè cõuerſati ſunt. Neque enim non natis promiſſum eſt regnum cælorum, vt natiuitati imputent quibus non dabitur. Promiſſum eſt autẽ natis bene agentibus, vt neque natiuitas proſit malè agenti, neque obeſſe poſſit bene agenti. A fidelibus enim & bene agentibus melioratur natiuitas: ab infidelibus autem & malè agentibus deterioratur. Sic enim eſt natiuitas, quaſi arbor quæ inſeritur: quia ſi bono ſurculo inſeritur, meliòr fiet & bona dicetur: ſi verò malo ſurculo inſeratur, deterior erit, & non bona, ſed mala vocabitur. Ita & natiuitati ſi bona accedat doctrina, bonos faciet fructus: ſi autem mala, malos faciet fructus. Itaque ſicut neceſſaria eſt arbor vt ſit vbi inſeratur, ita etiã neceſſaria eſt natiuitas vt ſit vbi proficiatur. Sed reſpondetur econtrà, Si vtilis eſt natiuitas, cur renaſcimur? Nõ renaſceremur niſi vtilis eſſet natiuitas. Renaſci enim renouari eſt, & qui renouantur, inſtaurantur. Non ergo accuſat renaſcibilitas natiuitatem, ſed reformat. Et quod reformatur, bene ab initio inſtitutum probatur. Igitur quòd renaſcimur, conſilio mutamur, corporis expiatione ſuſcepta, vt reddamur ad priſtinum ſtatum Adę: animæ autem peccato maculatũ eſt corpus, quo reparato & meliorato per fidem, conſilio abluimur: vt ſicut per contemptum Dei fuerat pollutum, ita per obedientiam abluatur, vt effugiat ſententiam datã Adæ, & poſſit reſurgere. Itaque ſi ab anima cœpit peccatum, cur non à corpore accuſatur cùm in cauſa peccati Adę non fuerit deſideriũ corporale, ſed ſpe Deitatis illecta anima tranſgreſſa ſit Dei præceptum, vt corpus ſuum ſubiugaret peccato, & naſcerentur homines ſub peccato? Quod quidem nihil obeſt homini, ſi tamen legi Dei obediat, niſi quòd moritur: cui rei beneuolentia Dei promiſit mercedem, vt qui in creatoris deuotione fideles inuentantur, faluentur. Per præuaricationem autem, quia Adę corruptioni ſubiecti ſunt & morti, pro hac re ſuſcipient à iudice Deo vltrà quàm fuerat conceſſum Adæ, vt in futuro & glorioſi ſint, & æternam habeant vitam & adoptati filij Dei vocentur, vt lucrum ſit, quia nati ſunt. Ex hoc iam reuertar ad reliquam partem lectionis. Cùm poſitus eſſet homo in paradiſo, hæc accepit mandata, Ex omni, inquit, ligno quod eſt in paradiſo ad eſcam, edes. De ligno autem vnde digno ſcitur bonum & malum, non edetis ex eo. Omnia ligna quę commemorat, fructus ſunt ad eſum creaturarum. Denique vno nomine ligna dicuntur, ſed varia intelliguntur in fructibus. Omnia tamen ligna ſunt, & edendi vnũ eſt genus, quãuis diuerſa ſunt quæ edantur. Cùm enim multa fructuum ligna creaſſet homini ad edendum, ſicut dixi, de vno ligno edi prohibuit: vt reuerentiam creatoris ex aliqua parte haberent, qui omnia in poteſtate acceperant, dum vna reſeruata eſt arbor, cuius licentiã non haberent, vt memores eſſent conditionis legis. Quomodo autem ex ſententia peccati genus intelligebatur? Et homicidæ enim & maleficio & adultero & infami congruit hæc ſententia. Achar quoq. filius Charmi cùm peccaſſet, conſumi cum omnibus ſuis adiudicatus eſt. Quomodo ergo poteſt hæc ſententia peccati genus intelligi? Grande delictum fuiſſe poteſt cognoſci, nõ tamen genus delicti intelligi. Scimus enim alios hac damnatos ſententia, cũ ſciatur aliter deliquiſſe. Et Amorræi & Sodomitæ cum omnibus ſuis periſſe noſcuntur. Ita enim fit, vt & vnius peccati rei diuerſa feriãtur ſententia, & diuerſi criminis peccatores vno atque eodem genere puniantur. Quamobrem Adæ & Euæ non ex data ſententia peccati genus poteſt intelligi. Quamuis enim vnum eorum peccatum ſit, ſed ſecundum perſonam ſuam vir & mulier ſententiam acceperunt: necnon & ſerpens, vt non ſolùm in eo quòd facti ſunt, non manerent, verùm etiam adderetur eis labor ad pœnam. Cùm enim omnia pecora & animantia homini fuiſſent, ſicut legimus, ſubiecta, ſerpens contra hanc conſtitutionem erexit ſe, & dolo & fallacia circumuentum hominem ſibi ſubiecit. Sine dubio enim qui aliquem capit, intra ſe vim facit. Propter quod ſerpens ne aſtutiæ ſuæ effectum haberet, ſententia Dei reuocatur, & reprimitur vltra quàm fuerat factus, ne ſupra hominem eſſet, vt calliditate ſua non ſolùm ad nihil ſe profeciſſe doleat, ſed & deterioraſſe. Cùm enim prudentior legatur fuiſſe cæteris beſtiis, poſtquam decepit hominem, maledictus factus eſt ab omnibus beſtiis terræ. Poſt ſententiam datam in hominem, datam in feminam, datam in ſerpentem, ſequitur vt & mulier quam ſibi ſociauerat ad contemnendam Dei legem, excipiat ſententiam. Ait ei, Replens replebo erumnas tuas & gemitum tuum: in triſtitia paries filios, & ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Nemo quod reprehendit, ipſe confirmat. Si ideo conceſſi ſunt filij, quia vſurpauerat coitum, ergo plus vſurpatio preſtitit. Sed quia dixit, In triſtitia paries filios: ſi inde putas generationẽ ſumpſiſſe principium, vbi erat quod dictum eſt, Creſcite & multiplicamini? Intelligite ergo hoc ad pœnam tantùm additum, vt cùm per lætitiam ſibi fuerat antè cõceſſum, triſtitia ſubderetur ad pœnam: & vt deterior & multiplicata pœna mulierem ſemper vrgeret, additur cõuerſio ad virum, vt eſſet vnde ei dolor iterum innouaretur. Si coitum Dominus damnabat, cur in ſubiectis addebat, Et ad virũ cõuerſio tua? Nemo quod damnat, hoc pro pœna conſtituit, cùm vtique pœna ſit damnationi contraria, nec vnquam ex vno, ſed econtrà proueniant. Quod ſi in vno eſſent, damnationem nemo metueret. Denique aliquis in hoc addiſceret, ex quo in lege commiſſum videret eſſe: hoc eſt, confirmaſſe, non puniſſe peccatum. Si ideo conuerſio feminæ ad virũ, & ex eo quòd colit, & non quod verum eſt conuerſio ſimpliciter antè conceſſã cum vltima ſeruitute, propter pœnam eidem creditur impoſita, quoniam per mulierem conceſſam ſubiectus factus fuerat vir. Et ſine dubio ſuperior videbatur, cuius conſilio vſus putauit prodeſſe quod ſuaſit, vt factum Dei ſubtilitate ſerpẽtis deſtrui videretur: inſtauratur per ſententiam Dei inſtitutam, vt reuertatur mulier ad conditionis ſubiectionẽ humiliata viro, ſicut fuerat conſtitutum: & additum ei quod additur ad pœnam, cum audit: Replens replebo mœrores tuos, & gemitum tuum: in triſtitia paries filios, & ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Nunquid fuerat aliter decretum, quàm vt mulier dominio viri eſſet ſubiectã? Hinc ergo apparet mulierem reuocatam eſſe ad id quod fuerat cum additamẽto. Vnde ait, Replens replebo mœrores tuos & gemitum tuum. Quod replet, in eo quod minus eſt, addit, non in eo quod non eſt, videtur operari. Hac ergo ſentẽtia quę antè proceſſerat, Creſcite & multiplicamini, non incipit ad creandum, ſed ad creaturæ, quæ fuerat conceſſa, perniciem. Mulier ad pariendum filios dolor additur, difficultas imponitur, nõ procreationis noua forma componitur: nã ſi ex hoc rectè generatio ſperatur, magis intelligi poteſt arbitrio ſerpentis generationẽ extitiſſe, quã Domini: & eſt verum, vt ait ille, Progenies viperarum. Si quis autem ſe exiſtimat ita natum, quid mercatur, adquirat, vt propter peccatũ amplificaretur ei dolor partu, vt quæ modicũ doloris habitura erat, filiorum creſceret ei cauſa delicti: quia & cum gemitu & mœrore pariuntur, nati autẽ ſine triſtitia non habentur. Nũc tertiò promitur in virum ſententia talis, Quoniam audiſti, inquit, vocem mulieris tuæ, & ediſti de ligno, de quo præceperam tibi ne ederes ex eo, maledicta terra in operibus tuis, & in mœroribus tuis edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi. Et hinc idẽ Adã ad hoc reuocatur, ad quod fuerat factus, ſed cum decremento. Antè enim poſitus erat, vt operaretur terrã ſimpliciter, vt ſequeretur cum laboris effectus: at vbi autẽ ſprenit præceptum Dei, melius ſibi procurari credens conſilio ſerpentis quàm fecerat Deus, ad inſtitutum priſtinum reuocatur cũ laboris diſpendio: vt terra ei ſecundũ laborem minimè reſpõderet, maledicta nõ ſibi, ſed operibus eius: vt oſtẽderetur propoſitũ Dei ſubuerti non poſſe, neq. melius poſſe quenquã prouidere quàm Deũ. Nemo enim poteſt alterius opus plus diligere, quàm ipſe qui fecit, dicẽte Apoſtolo, Quia nemo, inquit, carnem ſuam odio habet, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam. Videamus nũc ſequentia legis, an concordẽt cũ initiis eius. Abraham cùm placuiſſet Deo, inter cætera quæ ad remunerationem fidei eius pertinent, cùm ſenior eſſet, vnum filium generare dignus eſt iudicatus. Quomodo ergo accuſari poteſt, quod pro merito conceſſum videtur, vt qui ipſius Dei voluntatem fecerat, Deus volũtatem eius impleret: quę minimè fuiſſet impleta, niſi innoxia eſſet: nec Deus impleret quod malè vel imperitè poſci videbat, maximè ab eo qui ſibi placeret: hoc enim nec homini conuenit. Et Anna cũ ſterilis eſſet, & Deum diligeret, petiit vt haberet filium, & accepit: quod ſi contrarium eſſet, moneri potuit ab eo quem diligebat, ne rem poſtularet aduerſam. Et natus ex ea ſanctiſsimus Samuel, filios genuit, nõ tamen iuſtitię ſuæ merita minuit. Prima enim ætate ſua ſemper auctus eſt, vt in ſenectute propenſiori Dei teſtimonio commendaretur. Et Zacharias ſacerdos, vir iuſtus, in ſenectute ſua Dei nutu genuit filium: quo nondũ nato, meruit prophetare. Qua ergo ratione accuſatur, quod minimè obeſſe probatur? Et quis neget bonum debere dici, quod neminem lædit? Et vt hoc loco aliquid de Apoſtolis dicatur, quod ad robur pertinet cauſę, certè ſanctus Ioannes cæſtimoniæ fuit cuſtos: condiſcipulus autem eius, id eſt, ſanctus Petrus, vxorem habuiſſe cognoſcitur: & primatum vt acciperet inter Apoſtolos, non ei obſtitit generatio filiorum. Quomodo ergo condemnandum putatur: quod non impedit meritum? Hinc Apoſtolus eum, qui vxorẽ habeat, ſi in cęteris ſeruet mandata, ſacerdotem fieri poſſe ac debere oſtendit. Quod ſi illicitum eſset non poterat vtique peccatorem dicere debere fieri ſacerdotem. Et quid tã apertũ? Eiuſdem enim Apoſtoli vox eſt di-

Luce 1. d. 29.
Gen. 2. b. 9.
Iosue 7. a. 1.
Gen. 19. c. 24.
Gen 3. c. 16.
Mat. 3. b. 7.
Gen. 3. c. 17
Ephe. 5. f. 29.
Gen. 18. b. 10.
1. Reg. 1. a. 2.
Luce 1. a. 5.

1.Cor.7.d. 27. centis, De virginibus autem imperium Domini non habeo. Cùm enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis, qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, consuluerunt Apostolum literis, an liceret nubere, an vxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus, non debere vxorem à viro recedere, cùm habuerit occasionem dicédi, si scisset, sic docendum, non licere nubere: quomodo quod sibi nõ fit traditum, docere se nõ posse ostendit. Quis autem discipulorum doceret, quod à magistro traditũ non est? Vel quis non audiat prædicantem: Volo adolescentulas nubere, filios procreare? Sed fortè

1.Tim.5.c.14. De matrimonio sacerdotij. dicatur: Si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere: id est, vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquodque suam legem habere? Est enim quod omnino generaliter omnibus non liceat: est item quod aliis licet, & aliis non licet: & est quod aliquando licet, & aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet: negociari verò aliquãdo licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: facto iam, non licet. Et Christiano cũ vxore sua cõuenire aliquando licet, aliquando verò non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde

1.Cor.7.a.5. Apostolus: Ex cõsensu, ait, abstinendum ad tempus, vt vacetur orationi. Nam secundũ legem iciunio cædi & iurgari non licet, postea licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis. Nunquid omne, quod ante cæteros licet, ante imperatorem licet? Quanto magis in Dei causis? Ac per hoc antistitem eius puriorem cæteris esse oportet: ipsius enim personam habere videtur: est enim vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non liceat: quia necesse habeat quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solùm huic concubitus non licet, verumetiam ministro eius: quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantùm obscuræ, sed etiam sordidæ sunt: ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est, ad solis verò comparationem stellæ nebulosæ sunt, ad Dei autem claritatem sol nox est: ita & quæ ad nos licita & munda sunt, ad Dei autem dignitatem quasi illicita & immunda sunt: quanquam enim bona sunt, Dei tamen personæ non cõpetunt. Nunquid non tunica mediocris hominis, quamuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est? Similiter & Saxonicia senatori: ac per hoc antistites Dei puriores esse debent quàm cæteri, quia & Christi habent personam, & ministros Dei mendiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat nisi vestimẽtis claris & mundis indutus: Deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis quàm vestibus mundos esse oportet: cui laus & gloria in secula seculorum, Amen.

QVÆSTIONVM EX VETERI TESTAMENTO PARS SECVNDA.

CENSVRA.

De hoc secundo opere, quod Parisiis accessit, idem est sentiendum quod de priore. Varia enim continet & Augustino indigna, & à veritate aliena.

Q.I. DVERSVM eos qui negant ad Deum aliquid pertinere. Multis, quos secularis ista caligo cæcauit, plurimum displicemus, si solliciti Dei præcepta seruemus, si occasiones delinquẽdi fugiamus, si bona omnia salutari studio implere conemur, si illecebrarum, vitiorũmque blandimenta seductoria negligamus, si nulla nos seculari dulcedine capi patiamur, si sponte pro Dei nomine cruciatus pœnásque subeamus, si mortem ipsam virtute spiritus contemnamus. Illis nimirũ quibus omne quod geritur, sensus iste mortalis nec laude nec vituperatione dignũ esse persuasit. Nolunt enim ad Deum horum aliquid pertinere. Nonnulli adeo scelera sua criminãq. defendere cupientes, nihil, inquiunt, prodest, bene an male viuas. Neque enim ista nunc Deo cura est, vt te diuersa pro instituto proprio morbõq. gerentẽ solicitè festinet aspicere, & fœdis aliquando tuis actibus oculos permiscere. Vana sunt omnia, quę vt libitum fuerit celebrantur: is qui ad Deũ pertinet, secretus est & remotus ab istis reb' humanis, & ideo nec irascitur, nec mouetur, nulla illi humanarũ rerũ, nulla nostri actus est contẽplatio, totus rotati seculi cursus, & quædam mũdani orbis inexplicabilis volutatio, ita correptũ rapit & proiicit, vt stultus credatur, quisquis se ad curã Dei reuocare posse putaret. Nec martyrũ quidẽ probandus est animus, qui Deũ suũ quem misericordẽ esse pronunciãt, effusione sui sanguinis æstimãt delectari. Nihil illi charũ in nobis, nihil est odiosum: nulla mortis nostræ cõditione, nulla sanitatis integritate lętatur: nec quid vbi geratur scire desiderat, nõ quòd impossibile sit maiestati diuinæ omniũ ferè quę gesta sunt vel geruntur habere notitiã, sed quòd scire nolit miserias hominũ vanitatésq. mundanas. Sic deniq. scriptum est, Vanitas vanitatũ vniuersa vanitas. Quorũ sententia desperatione firmata, vt Dei iussus autoritate dissoluitur, sic ipsorũ sacro sermone vulgari, qui maximus habetur in vsu, cõuincitur expugnata. Eccles.1.

Nã cũ inter negotia diuersorũmq. cõtractus fides perfidiãq. contendũt, vt testis diuinitas adhibetur: quę aliquãdo quid agamus scire negatur. Testis est, inquit, Deus. Deus videat, Deus iudicet, De' faciat, deus reddat. Et cùm ad necessitatẽ iurisiurandi venitur, & iurantis animus mętuit ne sibi aliquid obueniat peieranti: & iusiurandũ exigit, & reddi ei posse cõfidit qui sibi male iurauit. Et cũ sanitas exoptata & bona valetudo fuerit consecuta, diuinitati gratię referũtur. Et cũ aliqua decidente materia casu proximus illæsus euaserit, Deus bonus dicitur præstitisse. Et cũ aduerso ventorũ flatu cõmoti æquoris fluctus insurgunt, & nauis vndiq. cæsa quassatur, nauigantiũ turbæ ad cælum manus extẽdunt, Deum voce supplici deprecantur, & exaudiri se & liberari posse confidunt. Vnde hęc si Deo nulla nostri est cura, si quid agamus ignorat? Inanis est igitur ista persuasio. Omnia Deo sunt cognita. Nullus sibi de impunitate commissorũ scelerum blandiatur. Bonæ vitæ maximus fructus est, malæ perpetua pœna & æterni cruciatus. Igitur nobis qui Deum omnia nosse credimus, qui denotè ad martyrium festinamus, inæstimabilis fructus, perpetua vita præstabitur: impiis verò, qui

QVAEST. II. Gen.1. Sup. in miscellis.q.106. Deum scelera sua, criminũmque nescire docuerunt arcana: ignis flamma consumens, incendiũmque semper indeficiens ministrabitur. AN spiritus qui super aquas ferebatur, spiritus sanctus intelligatur, quia dictum est, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Si ideo à quibusdam spiritus sanctus putatur, quia Dei esse spiritus legitur, inualida & inanis assertio est. Non solùm enim ordo hoc nõ patitur, & ratio abnuit, sed & verba ipsa infirma probantur ad hanc assertionem astruendam. His enim verbis aliud dictum significatur frequẽter in lege. Ait autẽ Dominus Deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propterea quòd sint caro. Et in subiectis. Sed delcam, inquit, omnia ab homine vsque ad pecus. Hoc vtique dicit, quia diluuium inducere habuit super terram. Nunquam hic spiritus sanctus potest intelligi. De animabus enim dixit, Nam non solùm nostræ animæ spiritus dicuntur, sed & pecorum. Sic enim scriptum est, Et mortua est omnis caro in aqua, in qua erit spiritus vitæ. Et in Ezechiele propheta sic dictum est, cùm de reformatione hominum promittit Deus dicens, hæc dicit Dominus ossibus istis, Extendam super in vos cutem, & dabo in vos spiritum meum, & viuetis. Non vtique ex eo spiritus sanctus debet intelligi, quia dictum est à Domino, Dabo spiritum meum in vos: cùm manifestè de anima dixerit Deus. Commune est enim hoc omni spiritui cum sancto spiritu, vt similiter dicatur omnis spiritus, Dei spiritus. Intelligentia enim hic necessaria est quę discernat res vnius nominis. Nam Dei vtique spiritus dicitur, & anima hominis spiritus dicitur, & ventus similiter, & aer, & anima pecoris, & angeli, & quęcunq. acceperunt vt viuant per substãtiã propriã. Sed iam per intelligẽtiam discernis aliter Deum spiritum dici, & aliter creaturam: sicut aliter intelligis Christum dici filium Dei, & aliter homines vocari filios Dei. Quotienscunq. autem spiritum qui propriè de deo est vult scriptura significare, addit dicẽs, spiritum sanctũ: vt per hoc non creatura intelligatur. Sed quia de Deo est non aliud esse quàm est Deus creator. Moyses autem cùm creaturam hylicam, id est, confusionẽ rerum describeret, quę vtiq. sensu bruta est, super terram & abyssum & tenebras, spiritũ dei superferri interlocutus est, vt ex eo spiritu & loco in quo ferebatur, superior creatura, quã spiritalẽ dicimus, cognoscatur. Nam & ex eo quod superferri illum dixit, creaturã illũ significauit, quia omnis creatura Dei fertur virtute à quo accepit vt sit. Nam quis ordo est vt spiritus sanctus super aquas ferretur, qué constat vtique super omnẽ esse creaturã? Si enim Christus in dextera Dei est super omnes cælos, illic est & spiritus sanctus, Res enim vnius naturæ vnitæ simul sint oportet, quanquam vbiq. Deus esse non negetur. Hoc est trinitatis potestas, tamen debita honorificẽtia etiã reseruatur, vt super omnem creaturam esse dicatur, vt propriũ illi hoc sit. Quare & dicimus, Pater noster qui es in cælis. Et, Qui lucem habitas inaccessibilem. SI Adam factus à Deo & animatus, spiritũ sanctũ accepit: quia scriptũ est, Inspirauit Deus in faciem eius spiritum vitæ: Non erat ordinis vt acciperet spiritũ sanctũ, quia hoc in posterũ reseruatũ est à Deo', vt in nouissimis diebus cũ mysteriũ vnius Dei manifestatum est, daretur credẽtibus. A principio quidẽ prædicata est trinitas, sed quasi sub velamine erat intelligentia eius. Dei enim patris primùm persona sine cunctatione & figura prædicata & manifestata est, quia ab ipso sunt omnia. Filij autẽ eius, Domini nostri Iesu Christi, & spiritus sancti personæ nõ tacebantur, sed neq. manifestabantur. Deniq. de Domino fit à perfidis quęstio, & de spiritu sancto. Quidã enim dementes spiritum sanctum ipsum patrem dicunt, sicut & Sabellius ipsum dicit patrem, quem & filium. De Dei autem patris persona nemo dubitat. Cùm ergo trinitatis fit manifestatio, tunc demum spiritus sanctus datur credentib', vt & persona eius manifesta fit, & accipientes illum, signum habeãt, quia filij sunt dei, per id quod spiritũ dei, qui de Deo vtiq. est, habent in se. Perfectionis enim significatio hæc est cũ scitur

Gen.6. Genes.7. Eccles.37. Num.20. Num.27. 2.Para.24. Q.VI. Genes.48. Coloss.3. Mat.6. Q.III. 1.Tim.6. Vide supra q.123.

tur & pater esse & filius & spiritus sanctus. Hæc perfectio hoc tribuit donum. Adueniens enim filius Dei, & hæc adaperiens ac manifestans, plus aliquid debuit dare, & dignum fuit tribuere perfectionẽ hãc credẽtibus, quia nec in filio, nec in patre solo perfectio est vel salus, sed in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vnde dicit Ioannes Euangelista, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christũ facta est, Apertũ est adueniente salua tore plenitudinem factã veritatis. Quę enim latebãt, & quod promissum est, dũ reuelatur & manifestatur, plenitudo fit veritatis: tunc credentes accepto spiritu sancto fiunt filij Dei. Nam inspiratio quæ dicitur facta à Deo in Adam, animæ traditio est, Spiritus enim frequenter pro anima ponitur, dicente Euangelio inter cætera. Et reuersus est, inquit, spiritus eius ad illã. Et in Psalmo, Spiritum, ait, contribulatũ, & cor contritũ Deus nõ spernit. Frequenter tamen aliqui codices non sic habent, quia inspirauit Deus: sed, insufflauit Deus in faciem eius spiritũ vitę, & factus est homo in animã viuentem. Nõ quia dixit, spiritũ vitæ: ideo spiritũ sanctũ significauit. Nã & de animalibus ita ait, In quibus erat spiritus vitę. Spiritus vitæ dicitur, qui animat corpora ad vitam. CVR Adam in mundo positus mandatum vel legẽ accepit, cũ ipse dominiũ cæterorum haberet. Quamuis in mundo dominus positus sit tamẽ quia non vtiq. ex se, sed à Deo id accepit, debuit huius rei significationem ex lege accipere, vt ipse qui Dominus videtur, per legẽ subiectus ei esset qui illi hãc dederat potestatem, vt autoritas creatoris reuerentiam illi faceret per legem, ne dominatio tãta extolleret illum, & immemor fieret Dei conditoris sui. CVR Deus dicat, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro: anni illorum centum viginti, &c. Cùm gigantes essent illis diebus super terrã, pestiferi & superbi, à magnitudinis statura elati, post desideria carnis euntes, nati apostatę: tunc cùm displiceret Deo, promisit genus humanũ diluuio deleturũ, & tẽpus statuit, vt si quis fortè ira Dei audita & indignatione, super hoc vellet se corrigere, haberet spatium emẽdãdi se. Deniq; centum annis arca hac ratione videtur fabricata. Ante arcæ autẽ inchoationẽ viginti anni fuisse perhibẽtur. Sed narratio istud quod postea de numero annorum Noe dixit, subiecit, obscurare videtur. Nam hæc sententia antequã quingentorũ annorũ esset Noe, dignoscitur lata. Quòd enim dicit, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: propterea & subiecit, quia malitia increuit super terram, Delebo hominem à facie terræ vsq. ad pecus: quod vtique diluuio facto impletum est. Nam & post diluuium multis annis homines vixisse meminimus: & Aarõ frater Moysi cẽtum viginti tres annis vixisse memoratur. Ipse autẽ Moyses vt centum & viginti annos transire non posset, fecit quòd Deum in contradictione aquę non clarificauit. Nam interaturus erat in terrã promissionis, si nõ obstetisset peccatũ. Videtur enim hoc quibusdã dictum ad tẽpus Moysi pertinere, cùm inueniatur Ioiada sacerdos centũ triginta annos vixisse. QVID contineat benedictio Iacob quam dedit filiis suis? Non solum ex præsentibus causis futura vniuscuiusque tribus prædixit, sed & de futuris futura, quorũ adhuc vmbra non erat, in populo Iudaico significauit. Quales enim futuræ essent singulæ tribus moribus, fide, disciplina, luxuria, petulantia contẽptu fidei, vt cũ de vno erant, & tamen vnũ non seruarent, ostendit. Aliqui enim profecerũt in melius, alij deterioraueruntt, alij permanserũt, vt per hoc non sibi prerogatiuã generis vẽdicarent, cùm ab eo ipso prædictũ esset, quosdam ex his, qui vtique ex eius essent origine, reprobos futuros, imò multos perituros, ita vt alij significarentur subintrare qui ad eorũ dedecus & damnationem intererentur in naturã, ex qua illi exciderunt. Promisiuum ergo populum in omnibus tribubus futurum declarauit. Qua varietate tam boni sed pauci, quàm mali sed multi intelligerẽtur. Et quanuis sceptrũ dederit filio suo Ioseph ad tempus, Iudã tamen præfecit omnibus. Non quod omnes ex Iuda idonei essent futuri, sed quia saluator, qui verè rex est, ex eatribu oriũdus erat secundum carnem. CVR angelus missus loqui ad Moysen in igne & rubo apparuit. Natura angelica secundum se simplex est, cuius substantia superiora appetit, non inferiora. Ideóque dominus in igne apparuit, cuius natura semper ad superiora tẽdit, vbi Christus est. In rubo autem idcirco, quia & spinas habet quæ noceãt, & facilis est ad combustionem & tamẽ ab igne nõ cõbustus est. Ignẽ fac esse legẽ, quia peccatoribus ignis est. Rubus aũt in peccatis significatur, quia a saluatore ad cõparationẽ cæterorũ rubus mala arbor significata est: Et peccata nihil aliud quã malitia. Igitur ignis cũ in persona legis apparuit, nõ tamẽ exuisit rubum, sicut lex data præteriti peccati causa: nã non vtiq. vindicauit, sed magis abstinuit vim iustitiæ suæ, vt postea iam data si contempta fuisset, vindicaret. Hac ergo causa Dominus in igne & rubo apparuit, quia in rubo ignis legem significauit. NON fuit aliud signũ quod fieret à Moyse palam Pharaoni, nisi serpens. Qui hoc reprehensibile putat, dicat quid aliud fieri debuit. Nam vtiq. serpentem fecit, qui & terrorẽ incuteret, non tamen obesset, per id quod stupore quodã ad nocendũ tardior est. Si enim leonem fecisset, aut vrsum, aut aliud tale, quomodo euaderent qui aderant? Nec enim occidere voluit quenquam, sed solũ timorẽ ponere & ostẽdere virtutem, vt quia prima præuaricatio per serpentem cœpit, similiter & recordatio cognitionis Dei & morum emendatio serpentis signo proueniret, vt quomodo peccatũ est, sic & emẽdaretur: sicut & per mulierem peccatũ factũ, per mulierem sublatum est, Mariã matrẽ scilicet Domini, ex qua Christus natus damnauit peccatũ. Tua virgo adhuc præuaricauit, sicut & Maria virgo erat. Hoc ergo modo ad statũ pristinum reuocata sunt, quæ perierãt: quia & regnum per ligni gustũ amissum erat, & iterum per lignum quæsitũ est. Dominus enim, ait, regnauit à ligno. Simili modo & mundus in quo factus est, in eo & reformandus est, id est, in principio mensis primi, quod est Pascha. Nulla ergo mala erit natura nisi sola præuaricatio quando peccatum per id emẽdatum est, per quod & admissum est.

Q.IX. Deuter.6. Suprà in q. nouu testam. num.87. SI vnus Deus est, cur in tribus spes salutis est & non in duobus aut quatuor, aut certè in eo vno: & quare nõ est trinitas prius prędicata? Vnus quidem est Deus, sed non singularis est. Habet ex æternis in mysterio alterũ qui sit cũ altero. Et quoniam Deus pater in se habet alterũ cum altero, sicut dixi, dignum fuit vnum prædicare prius nõ manifestato mysterio quod erat in ipso: quoniam caput filij pater est, & caput spiritus sancti filius, quia de ipso accepit: & sicut pater misit filium, ita & filius misit spiritũ sanctũ. Postquã autẽ cognitus est Deus ex quo sunt omnia, tunc sciẽtibus se manifestauit filiũ suum quẽ ex æterno habuit apud se. Manifestatus autem filius ostẽdit patrẽ esse qui prius vnus Deus prędicabatur esse. Quo cognito palam fecit esse etiã spiritũ sanctũ, qui tertius sit à patre, secundus autẽ à Christo secundum numeri ordinationẽ, iuxta substantiã autẽ nõ esse, & non differre alterũ ab altero: & hoc ex æternis fuisse in mysterio Dei, qui in trinitate est adorandus. In eodẽ enim honore vult recipi quod ex ipso est, in quo recipitur ipse à quo est. Dignum enim est, quia in ipso fuerunt, & omnia per filium facta, & per spiritum sanctum illuminata, vt in trinitate salus prędicetur, seruato ordine personarum, vnius diuinitatis indiscreta adoretur potestas. Vt ergo tres sint nõ plus aut infrà, ratio facit: quia omnis numerus vsq. ad tres peruenit. Tres enim quia innicem in se sunt, vndiq. trinitas annunciatur, quia in vno tres sunt, & tres vnum sunt: vnũ qui videt, videt tres, dum nihil differt alterum ab altero. Tres ergo vnum, & vnum tres. Hęc est trinitas vndiq. perfecta. Et hæc est trinitatis intelligentia, quę tunc perfecta est, si vnum dicãtur. VT quid circumcisio & præcepta data sunt populo, quæ prius non erat, neque nunc in autoritate habetur? Circumcisio signum est fidei Abrahæ, vt cùm in filiis eius hoc signum videretur, scirẽtur eius filij esse, qui Deo credẽs hoc signum acceperit. Præcepta autẽ sabbatorum, & præteritorum testimonio data sunt, & futurorum quæ haberent figurã. Futuri enim sabbati, quod in ęternis dabit requiẽ, figura est hoc sabbatum quod in hebdomadã impletũ factum est. Escarum autẽ lex non primo dio legis data est, sed cum duce perfidia, Dei verbis & promissis fidẽ nollẽt dare, ad duritiam cordis sui acceperunt præcepta nõ bona, sicut dicit propheta Hieremias, Id enim actum est, vt cerũix eorum pręmeretur, ad profectũ illorũ. Superbis enim hominibus & contumacibus, nõ debuit tota creatura subiici. Postea autẽ misericordia Dei veniente, reddita est libertas edẽdi. Vũ dicit Petr' apostolus. Quid imponitis iugũ super seruicem fratrũ, ęq neq. nos neq. patres nostri portare potuimus? SI propter diffidentiam & detractiones dum acceperant Iudæi mandata: quia peccauerant: filij eorum, * vt etiam ipsi, his mãdatis astringerentur? Patribus data lex est, quę filiis similibus oneri esset. Nã postea non minus, sed fortè amplius in Deũ peccauerunt quàm patres illorũ. Præscius enim Deus, filiis magis hanc legem dedit, quia illi omnes in eremo obierunt. CVR in lege etiã ipsi Aaron dictum est, vt pro peccatis suis holocausta offerret, cùm dicat Dauid, Pro delictis holocaustũ non postulasti. Et in subiectis, Holocaustis non delectaberis: quomodo offerri præcepit quo nõ delectãtur? Manifestum est holocaustis Deum nõ delectari, sed pro satisfactione peccati gemitu & dolore cordis veniã posse mereri. Sacrificiũ autem testimoniũ peccati voluit esse, vt se peccator per oblationem sacrificij cõfiteretur peccasse. Remissio aũt quomodo obtineretur, ipse alio loco ostendit, dicens, Frange esurienti panem tuum. Si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despicies: aut certè cor cõtritum & humiliatum Deus nõ spernit. Primũ ergo cõfitendum delictũ monuit, deinde quomodo ignosci possit, ostendit. Nã nunquã pro manifesto delicto sacrificium mandauit, sed pro ignoratię, quia etiã cùm nescit homo peccat, & cùm se putat rectè agere, intentione quadã delinquit. Tale peccatum dixit p sacrificium posse purgari. QVID est, vt missa mors in Iacob, venerit in Israel: cum Iacob sit ipse Israel? Vnius populi duo nomina posuit. Nam vtique qui prius Iacob dicebatur, postea accepit nomen Israel, cùm colluctatus est cum filio Dei, & vidit eum per intellectum homo videns Deum. Populus ergo quem Iacob nuncupat, hoc in loco & in hac causa nõ videẽs Deũ intelligitur, sed quasi carnalis habetur, propter opera bona: * vt sicut Iacob priusquam videret Deũ Christum, nõ dicebatur Israelita, & hi dum populũ dicuntur Iacob, nõ videntes Deum designentur. Israel autem populũ dicit, qui operibus Dei factus dignus habetur videre Deum. Itaque populus Iacob, quia carnali fretus erat auxilio, desperãs de adiutorio Dei (idola enim diligebat) traditur morti, dum excitatur aduersus eos rex Assyriorum. De Samaria autem hoc dictum intelligitur ab Esaia propheta, quæ prius malum fecit coram Deo, vaccas instituens quibus sacrificarent: adueniente noua sacerdotia Hieroboam mors ad eos missa est. Primi enim ipsi capti sunt, & transmigrati à Salmanasar rege Assyriorum, vt illorum exemplo populus Iuda & Beniamin & Leui, quæ duæ tribus remanserunt, & dimi-

Ioan.1. Luce 8. Psal.50. Ibid. contra aduer. leg. & prophetarum c.14. Gen.7. Q.III. Ioan.1. Q.V. Q.VII. Hęc nunc. 4.q.vete. & non est superius alius verbis & sententiis habetur. Q.VIII. Exod.20. Act.15. Q.XI. * Videtur dessesse, quid meruerunt. Q.XII. Psal.29. Psal.50. Esaiæ 58. Q.XIII. Esaiæ 9. Suprà in q. vete. test. nu 37. * mala.

dia in Hierusalem Roboam filio Salomonis, quæ in templo domini per sacerdotes Domini sacrificabant. Hos ergo dicit populum Israel propter tribũ Iuda & Leui, qui & ipsi cum exemplo Samariæ territi rectè agere debuerunt, malignè fecerunt idolis seruientes: tamen fuerunt aliquanti reges in Hierusalem, qui post excessum Salomonis & filij eius Roboam, viam secuti sunt Dauid, rectè ambulantes in conspectu Dei. Omnes autem reges Samariæ malignè egerunt in conspectu Domini vsq. ad transmigrationẽ suam. Ideóq. carnali nomine nuncupati sunt. Et quia Hierusalem eorum impietatem secuta est, traditur etiam ipsa in captiuitatem Nabuchodonosor regi Babyloniæ: & hoc est mississe mortem in Iacob, & venisse in Israel. Missa est enim in Samariam, sed dum causa per quam missa est in Samariam, inuenta est in Hierusalem, missa illic venit etiam in locum, in quo eadem res erat. Non enim locum sequitur vindicta, sed causam. SI anima quæ peccat, ipsa morietur, quid est vt Charmi peccante triginta sex viri occisi videãtur causa eius? Charmi quidem peccauit, & mortuus est lapidibus. Illi autem triginta sex viri qui in pugna mortui sunt, non vtique pressi à Deo sunt, sed non adiuti. Imbecillitate enim sua, dum fortiter facere nequiuerunt, occisi sunt. Charmi ergo causa hæc præstitit vel obfuit, quia qui adiuuari habuerant, neglecti à Deo sunt. Hinc ergo est quod Iesus filius Naue contristatus excidit vestimẽta sua, quia intellexit Deum adiutorem suum auxilium subtraxisse in hoc loco. QVID est quòd dicit Propheta? Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Duas matres hoc in loco intelligimus, cælestem & terrestrem, id est, Hierusalem liberam, de qua dicit Apostolus, quæ est mater nostra: & Hierusalem istam quam seruire dicit cum filiis suis, hoc est, Iudæis. Propheta enim aduentum Domini prædicans, & tempus gratiæ plenum in exultatione vocis obtestans, Hierusalem cælestem, quę ideo deserta dicta est, quia inhabitantes filios per fidem generatos non habebat, lætari debere hortatur. Tempus enim venerat, vt haberet filios olim prædictos & multo plures quàm fuerant huius Hierusalem: quia Christiani supergressi sunt numerum Iudæorum. Sterilis ergo dicta est, quia virgo est, quæ non per commixtionem & complexum generat filium, sed per solam fidem spiritaliter. Vnde nec parturire dicitur, quæ enim parturit, dolores patitur. Hęc enim exclamat in lætitiam salutis humanę. Hierusalem verò terrena ideo virum habuisse dicta est, quia carnaliter generabat. Ciuitas enim quasi in matrẽ est significata, sicut & habitatio cęlestis illa ad quam vocamur, mater nostra dicitur. BENEDICAT terra Dominum, ait, hoc est, laudet & confiteatur virtutem tuam. quomodo ergo in Psalmis, Nunquid confitebitur tibi, inquit, puluis, aut annunciabit virtutem tuam? Non est sic intelligendum vt legitur & sonant verba. Neque enim sensum habet terra vt gratias agat creatori. Si autem spiritaliter hoc acceperist, erram hominem intellige, secũdum dictum Prophetæ, Memento nomine quoniam terra sumus. quam operam facti mundi in laudem creatoris prorumpere exhortatur, vt confessionem veritatis eius acquirat illis, quæ licet taceat, clamare dicitur laudem creatoris, cuius opus est. Hæc ergo causa est, quòd in creatione terra Deum dicitur benedicere. IN sole, inquit, posuit tabernaculum suum, id est corpus suum in quo habitauit Christus, qui à Pilato flagellis cæsus est. quomodo ergo dicitur in Psalmo de Christo, Flagellum non appropinquabit tabernaculo suo quippe cùm templum corpus suum dixerit. Et filij hominis, & Dei filij corpus templum esse intelligitur. Deus tamen, id est, Dei filius, quamuis in carne venerit, in animo tamen habitauit. Ergo tam anima quàm corpus tabernaculum est filij Dei, licet vnus sit Deus & homo, filius Dei, & filius hominis. Ergo ex hac parte flagellum non appropinquasse dicitur tabernaculo eius: id est, anima eius, in qua habitat diuinitas eius, immunis fuit à pœna inferni vel principũ eius. Ne quia hic quasi peccator, cùm sit innocens, crucifixus est, & passa est caro, aliquid mœstitiæ apud inferos anima eius passa putaretur, ostẽdit scriptura non potuisse animam eius turbari apud inferos, quia ad hoc descendit, hoc est, pati se permisit, vt confunderet tenebras, & principes earum remitteret hebetes. Vnde & ipse Dominus ait, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Præmissa est enim, quod naturæ suæ erat, vt tristaretur, tropharum protinus referens, & spolia eorum à quibus contristata fuerat vsque ad mortem, post mortem iam in æterno gaudio constituta. Potest & de toto homine intelligi: quia qui peccatũ nesciit, à lege flagellari non potuit. CVR Salomon spiritum sapientiæ habuit, cùm vitam mundam non habuit: valde enim mulieribus delectabatur, ac per hoc peccabat. Primum merito suo accepit spiritum prudentiæ, postea verò quàm mulieribus nimium cœpit vti, & per hoc peccare, si habuit spiritum sapientię, regni meritò habuit: sicut & Nabuchodonosor regni merito in Camino Christum vidit. IN Salomone, Spes est, inquit, in tenebris: melior est canis viuus leone mortuo. Tenebræ ignorantiam significant & gentilitatem: quia spes est in gentili potius, quàm in apostata. Hunc enim dicit leonẽ mortuum, hoc est, Christianum apostatam: quoniam quamdiu in fide duraui, leo erat: at vbi recessit, mortuus dicitur. Canem verò gẽtilem dixit, de quo spes est, vt credat. Quandiu viuit enim, sperantur de illo. Illius autem spes peribit, Nam canem, gẽtilem significari saluator ostẽdit dicens, Non licet panem accipere filiorum, & mittere canibus.

Q. XIII. *Sup. in q. vet. testam. num. 36. Iosue 7.*

Q. XV. *Esaiæ 54. Suprà in q. vete. testam. num. 40. Galat. 4.*

Q. XVI. *Daniel 3. Psal. 29. Suprà in q. vete. test. nu. 38.*

Psal. 102.

Q. XVII. *Psal. 18. Psal. 90.*

Mat. 26. Mar. 14.

Q. XVIII. *1 Reg. 3. 1. Reg. 11.*

Daniel. 3. Q. XIX. *Eccles. 9.*

Mat. 15.

IN sapientia, Qui creauit, inquit, orbem ex materia inuisa: & contrà, quia ex nihilo facti sumus. Deum fuisse confusas substantias creasse, scripturarum sensus declarat, permixtis vtique tenebris. hanc confusionem rerum, id est, aera, ignem, aquam, terram, tenebras, materiam dixit, inuisam, sicut in Genesi legitur, Terra, autem, inquit, inuisibilis & incomposita. Ex hac ergo confusione creauit orbem instituto firmamento, vt intra ipsum à quis congregatis in vnum habitatio fieret generi humano. Distinctis enim & discretis substantiis, in concauo domum habitabilem fecit.

Q. XX. *Sapien. 2.*

Gen. 1.

QVÆSTIONVM EX NOVO TESTAMENTO, PARS SECVNDA.

VR facta & dicta dominica quatuor voluminibus à quatuor scriptoribus sunt in scripturã digesta. Congruum fuit anuum Domini acceptabilem, sicut dixit propheta à quatuor voluminibus veluti quatuor vicibus contineri. Sicut enim annus quatuor temporibus euoluitur, ita vt inuicem sui egeant, ita & gesta & dicta domini quatuor libris definita sunt, ità vt alter alterius indigeat. Simul autem plenitudine perfecta sunt. Vt autẽ à quatuor scriptoribus ordinarẽtur, hæc fuit causa, vt quia temporum diuersa sunt nomina, Euangeliorũ quoq; essent diuersa vocabula. Et si qua videntur in verbis contraria, sensu tamen non discrepant, per interpretationẽ aptã causę, sicut temporã cũ videantur vtiq. diuersa nomine, ære, & cursu Syderũ, in effectu tamen eorũ quæ gignuntur non discrepant. QVONIAM constat quatuor libros rtè cõscriptos gestorũ & dictorũ domini, sciendum quis ordo eorum sit. Euangelium ordinatione colligitur magis quàm tempore. Matthæus ergo primus ponẽdus est, quia ab ipsa promissione sumpsit initium: id est, ab Abraham, cui facta promissio est incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Post hunc Lucas, quia incarnationẽ hanc quomodo facta est, narrat. Tertius Marcus, qui Euangeliũ quod prædicatum est à Christo, testatur in lege promissum. Quartus autẽ Ioannes, quia hunc qui promissus est Abrahæ incarnandus, & à Luca quemadmodũ incarnatus est, dictũ est, & à Marco Euangeliũ eius iuxta Esaiam prophetam prædicatum ostensum est, aperta voce ostẽdit Deum dicens, In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. QVARE Matthæus Euangelium Christi describens dicit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: cùm prior sit Abraham. Propterea sic cœpit, vt prius de ipso diceret à promissione incarnationis eius genealogiam describens; sicut dicit Apostolus, Quorũ patres & ex quibus Christus secundũ carnẽ. Ideo dixit, Liber generationis: quia ex multis & diuersis incarnatio Christi consistit, vt quia ex vno diuersi esse cœperunt, de omnibus corpulentiã traheret. De Iudæis & gentib. & de dignis & indignis, quia Ruth Moabitica fuit, & Berlabee ex mœcha facta vxor est, vt omniũ carnẽ ad se trahens, ad vnitatẽ illoę geminam reuocaret. Idcirco, Iesu Christi filij, ait, Dauid, cùm prior sit Abrahã: quia specialiter Christus dicitur filius Dauid propter regnum: vt sicut Deus de Deo, ita & rex de rege ortum caperet iuxta carnẽ, sicut enim dictum est ad Dauid, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. QVID est vt generationes omnes in tres partes diuideret supradictus Mathæus apostolus. Causæ faciunt diuisiones & tẽpora. Idcirco ab Abrahã vsq. ad Dauid distinxit. Prima enim pars causæ ab Abrahã vsq. ad Dauid est, quia Abrahã pater fidei est, & Dauid pater regni. Saul enim indignus effectus, seipsum regno priuauit. A Dauid verò vsq. ad transmigrationem alia pars causæ, in qua regnũ amiserunt facti reprobi Iudæi. Post transmigrationẽ autẽ Babylonis vsque ad Christũ tertia pars lamentationis & miseriæ, captiuitatis & dispersionis illorũ: quia quãuis post transmigrationem Babylonis & septuaginta annorũ tempus, quando à Cyro dimissi reuersi sunt ad sua, nunquã tamẽ causam vel requiem habuerunt. Neque enim postea Iudæa regnare potuit, sed soliciti semper & peruagantes fuerũt. Nã vtiq. tempore natiuitatis Christi captiui fuerũt dicẽtes: Nos nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Hac ergo causa Mattheus tres gradus fecit generationis, vt etiã meritorũ & causarũ mutationes ostenderet à promissione facta vsq. ad Christum, anni autẽ tẽpora vsque ad finẽ in vnam gratiam permanere. QVARE cùm XLI. sint generationes, Euangelista XLIII. numerasse videtur: Ter enim XIIII. quid faciunt, nisi XLII? Secundũ numerũ XLI. generationes numerãtur, iuxta rationẽ autẽ XLII. probantur. Iechonias autem in transmigratione genitus est, id est, rex factus, sicut continetur in Paralipomenon, finẽ fecit secundæ parti, & quia post trãsmigrationem remansit in regno permittente rege Nabuchodonosor, ab ipso incipit tertia pars, quæ venit vsq. ad Christũ. Ideóq. bis computatur, vt & concludat secundã partem, & initiet tertiam Iechonias. Sic enim habet, Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Vsque ad istum autem Salathiel regnauerũt qui sunt ex Iuda, scilicet quorum ex radice nascitur Ioseph. Nam Iechonias primũ filium habuit Assur nomine. Sed quoniam Ioseph per radicẽ Salathiel originẽ trahit, prætermisso Assur Salathiel Iechoniæ patri suo subiunctus est, vt veniretur ad Ioseph, cui erat desposata virgo Maria. Nam & post Iosiã Iechonias sequitur.

Q. I. *Esai. 61.*

QVAEST. II.

Ioan. 1.

Q. III. *Mat. 1. Rom. 9.*

Psal. 131. Q. IIII. *Mat. 1.*

Q. V. *Mat. 1.*

Sed

Sed quia per Ioachim patrem Iechoniæ venitur ad Ioseph, prætermisso eo, id est Ioachim, Iechoniam posuit, vt numerum XIIII. generationum non egrederetur, & quia post Iechoniam Salathiel & filius eius per quem oritur Ioseph. QVARE in Matthæo pater Ioseph Iacob scribitur, & in Luca Heli, vt aut duos patres habere imperitè descriptę sit, aut certè qui verè pater sit nesciatur. Non est ambiguum patrem Ioseph Iacob fuisse. Ordo enim à Dauid per Salomonem tranuitem suum tenens, recto cursu peruenit ad Iacob, cuius filius est Ioseph. Heli autem filius Matathiæ, qui à Dauid per Nathan filium eiusdem Dauid ordinem tenet vsque ad tempus quo fuit Ioseph. Hic enim duo filij, id est, Ioseph & Heli duorũ fratrum, Salomonis & Nathan singuli ex singulis fratribus per ordinem generationum suarum peruenerunt ad tempus quo Saluator aduenit. Vnde singuli Euangelistæ à Dauid singulorum fratrum generationum ordines prosecuti quasi furcam fecerunt, vt Matthæus à Dauid per Salomonem descẽderet ad Ioseph: Lucas verò ab Heli, qui tempore fuit Saluatoris, ascendit per traducem Nathan filium Dauid, & vtriusque, id est, Heli & Ioseph iunxit tribum, ostendens vnius generis esse vtrumque, vt cum Heli sociato Ioseph non discrepare eos in generatione, sed fratres ostẽdat: ac per hoc non solum Saluator filius Ioseph esse ostenditur, sed Heli. Ipsa enim ratione qua Ioseph pater Saluatoris est, & Heli, & cæterorum omnium qui de eadem tribu sunt. Nam diuina ratione Lucas permotus hoc cogitauit describere, vt ab Heli ascẽdens peruenire ad Dauid per Nathan patrem eius, & superiora tangens, ascenderet ad Sem filium Noë, & adhuc super diluuium peruenire ad Seth filium Adæ, qui redditus erat pro Abel, & sic Saluatorem faceret filium Adæ, sicut videbatur filius esse Ioseph & Heli: & super Adam ascendens assignaret Christum esse filium Dei ante omnem carnem, non quòd quibusdam videtur quia Heli acceperit vxorem Iacob, quomodo lex mandauit, vt si quis mortuus fuisset sine filiis, acciperet frater aut ex genere eius vxorem eius, & resuscitaret semen fratris sui, & ita factum, vt Heli generasset Ioseph Iacob, cuius vxorem acceperat, & per hoc iungi generationem, vt non immeritò Ioseph habere Heli dicatur. Illud autẽ quod suprà dictum est, & generationem iungit per duos fratres filios vnius, & Christum filium Dei ostendit fuisse ante omnem generationem: quia Euangelista cùm refert, dicens: Et ipse Iesus erat incipiens annorum ferè triginta, filius, sicut æstimabatur, Ioseph, qui fuit Heli: id est, Iesus filius æstimabatur Ioseph: non solùm Ioseph erat filius, sed & Heli: non quia Ioseph filium dicit Heli, sed eodem genere quo Iesus Ioseph putabatur esse filius, hoc etiã modo filius erat Iesus & Heli, vt per Heli ascendat vsquè ad Noë, & Seth, & Adam, & ante mundum ostendat esse Iesum filium Dei ad confusionem Photini, qui Christum non nisi ex Maria, nec ante fuisse contendit. MANIFESTVM quia natus Saluator Dei filius & Christus appellatus est, cur ergo post baptismum accessit ad eum tentator, dicens: Si filius Dei es, &c. Sic natus Saluator ex virgine est, vt & Christus esset & filius Dei, non factura, sed ortu. Adhuc autem in minori ætate potentiam suam euacuãs, hoc est à potestate sua dissimulans, impudentiam diaboli nõ prouocauit. Baptizatus autem descendente in se Spiritu sancto, cũ apparuisset hominibus testimonio Dei patris, æmulatione zeli ductus est inimicus ad iniuriam. Videns hoc factum sibi obesse, intellexit enim ordinationem baptismatis ad salutem hominum procuratã. Ideóque accedit ad Saluatorem huius rei principem, nõ vt approbet, sed vt locum inueniat euertendi. Tentatio enim aliquando ad probationem fit, aliquando sub dolo ad subuersionem. Arbitratus est enim quasi Saluatori elicuisset secundùm dolum voluntatis suæ responsum, vt regnum suum totum haberet securus, quòd duce Saluatoris doctrinę subiecto, nemo mortem eius euaderet.

QVAEST. I. *Matth. Luc. 3. Supra q. nouissima num. 16.*

QVAEST. VII. *Matth. 4. Marc. 1. Luce 4.*

QVAEST. VIII. *Matth. 4. Marc. 1. Luce 4.*

QVAEST. IX. *Matth. 4. Marc. 1. Luce 4. Ecclesi. 2.*

CVR Saluator tentanti se diabolo non aliter quàm exemplis legis resistit? Saluator non solùm diabolo tentanti respondit, sed & Iudæis per quos crudelitatis suæ impietatem egit in Saluatorem. Præscius enim Iudæos se inimicum legis dicturos, patris eorum impudentiam diaboli, testimoniis legis compressit, vt patrẽ in filios, & filios in patrem condemnaret. VT quid Saluator post baptismum quadraginta diebus ieiunauit, postea esurire. Qui enim quadraginta diebus ieiunauit, potuit iam non esurire. Scriptum est, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Ideóque Saluator vt formam nobis daret, ieiunauit, vt simili modo nos quoque ieiuniis insistentes, omnem motum diaboli contra nos oppositem, Dei auxilio superemus, scientes exemplo Saluatoris tunc magis insidias aduersarij cauendas, cùm ad Dei timorem accedimus. Dolet enim quòd recesserimus ab illo: ideo plus sæuit aduersum nos. Hoc nobis gessit Saluator, non sibi. Similiter & quòd esuriit, non sua causa, sed nostra est. Ieiuniis enim cùm superatæ fuissent tentationes diaboli, quæ ideo scriptæ non sunt, quia ad profectum doctrinæ non pertinẽt: postea, id est, post quadraginta dies permisit, vt (quod hominis erat) pateretur famem, vt videns diabolus qui iam fuerat superatus, infirmitatem in eo famis, incitaretur rursum ad tentandum, videns hominem esse à quo vincebatur. Hoc enim fuit mysterium Saluatoris, vt quia homini victo insultabat & dominabatur, ab homine vinceretur, vt Dei virtus homini victoriam acquireret: & sic magis vilis effectus est satanas, cùm & hominẽ cernit, & virtutem non hominis intelligit. Mirabatur enim stupore hebebatus, quod mysterium inesset quod se lateret: vt potestas esset accedendi, circumueniendi non esset. Duabus enim ex causis torquebatur. Videns enim infirmitatem, accedebat, & inueniebat virtutem, vt cernens hominem suspectus esset de Dei virtute. Ad hoc ergo esuriit, vt illuderet astutiam satanæ. Idcirco autem non amplius ieiunauit, vt concordaret Moysi & Heliæ.

QVAEST. X. *Matt. 3. Marc. 1. Luce 7. Matth. 11.*

Luce 7.

Mat. 3.

QVID est vt cùm prius Ioannes Baptista testimonium perhibuerit Saluatori, postea dubitauerit dicens per discipulos, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Qui Ioannem putant dubitasse, detrahunt Saluatori. Aut enim illum rectè asserunt dubitasse, aut certè imperitiæ arguunt Saluatorem, quia sicut putant, malè de se sentientẽ laudauit. Sed quia falli Saluatorem impossibile est, rectè laudatus ab eo Ioannes est. Si rectè laudatur, nõ dubitauit. Ipso enim tempore quo misit ad Iesum Ioannes de carcere discipulos suos, dicens: Tu es qui venturus es an alium expectamus? tunc Iesus respõdit discipulis eius, dicens: Ite dicite Ioanni quæ videtis & auditis: Cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, claudi ambulant, mortui resurgunt, & beatus ille qui non fuerit scandalizatus in me. Abeuntibus autem nunciis Ioannis, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioãne Baptista, Quid existis in desertum videre? Arundinem vento moueri, aut hominem mollibus vestibus indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Dico vobis quoniam plus quàm Prophetam. Hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam. Tunc publicani laudauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Quanta autem laus data Ioanni est vt plus diceretur esse quàm Propheta, & beatum vocat Saluator eum qui non scandalizatur in se. Quomodo laudatur Ioannes qui dubitando scandalizatus est? Sed non vtique dubitauit. Laus enim beatum illum probat, quia non est scandalizatus. Nam & Saluator idcirco ipso tempore in laudem Ioannis prorupit, vt ostenderet sensum Ioannis esse liberum à discipulorum eius dubitatione. Ioannes enim volens mirantes discipulos suos corroborare in fide Saluatoris, sciens eximitum sibi imminere, ea quæ de ipso dicebat, ore eius voluit confirmari: ideo vt testis verus sit, testimonium potioris implorat, vt eorum concordia omnis ambiguitas auferretur. Hoc commentum Ioannis est, vt dubios suis quasi verbis mitteret, vt eadem audientes à Saluatore quæ audierant à Ioanne, firmarentur, scientes idonei procuratoris & Domini cælestis testimonium in dubium vocari non posse. Idcirco & Saluator quasi Ioanni respondit, vt inter Ioannem interrogantem & Saluatorem respondentem dicerent veritatem. QVID est vt superiùs Herodem mortuum legimus, infrà autem, & post multos annos Herodem Ioannem occidisse, cùm superiùs mortuo Herode Ioannes superuixerit?

QVAEST. XI. *Mat. 3. Matth. 14. Marc. 6.*

Luce 18.

Herodes rex fuit Iudææ: hic habuit filios quatuor, Archelaum, Herodem, Philippum, & Lysaniam: sed mortuo Herode patre eorum, successit Archelaus, quo mortuo, in quatuor partes diuisum est regnum suprà dicti Herodis, ita vt Pilatus in partẽ regni quartam admitteretur, quasi præses, non quasi rex. Filij autem regis Herodis dicerẽtur. Denique mortuo iterum Philippo, accepit vxorem illius Herodes frater eius, de qua arguebatur à Ioanne Baptista, qua causa occidit eum Herodes filius suprà memorati Herodis. Quid enim dicit Herodes, inquit, tetrarcha: id est, in parte quarta regni positus sui patris Herodis. Quid ergo ambigitur quando significatio adiecti cognominis ostendit alium hunc esse Herodem? Ipse est enim qui & Iacobum occidit gladio, fratrem Ioannis, qui postea percussus ab angelo Dei scatens vermibus expirauit.

QVAEST. XII. *Act. 12. Mat. 5. Luce 6. Sup. in q. nouum test. num 68.*

ORANDVM vtique pro inimicis docuit Dominus. Quid est ergo vt contrà animæ occiforum vlcisci petant, à Domino postulantes vindictam? Apocalypsis cùm futura mala & tribulationes diffidẽtiæ & malæ vitæ causa Deo vindice testaretur, exemplare etiam pœnarum vniuscuiusque peccati oculata fide demonstrans, vt nihil impietatis & crudelitatis inultum remanere probaret, animas occisorum die ac nocte dicit vindicari se postulare: quod quidem non est contrarium: quia Deus vtique qui hanc legem dedit, vindicare se in diem iudicij repromisit, vt hoc præceptũ ad præsens dedisse videatur, quod excusat occiforum animas, si illic iam positi diem vltionis deposcunt: & tamen vt verius dicam, causam clamare intelligendum est. Ipsa enim non tacet, sed semper vindictam flagitat: sicut dicit Deus ad Cain, Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Quid est hoc, nisi quia causa facinoris clamat vindicari desiderans? Si enim dicimus, propter opus laudat terra Dominum, cùm vtique neque vocem habeat, & careat intellectu: sic propter opera mala clamare dicitur sanguis. Nam vtique non tam impatientes erant, neque tam imperiti, vt ante diem futurum iudicij vindicari se peterent, neque postularent fieri quod sciebant non effici ante tempus definitum. Et Saluator similiter, Non faciet, inquit, Deus vindictam electorum suorum clamantiũ die ac nocte? Si iam prædicante Saluatore vel Ioanne lex cessauit, quomodo Saluator ait, Non veni soluere legem aut Prophetas, sed adimplere? Si enim cessauit, quomodo non soluta est, aut destructa quæ agendi amisit authoritatem? Prophetarum dicta de Saluatoris aduentu, impleta sunt cùm venit. Quando enim quod prędictum est, factum est, impletum videtur: Lex autem, quam ad tempus datam diximus, cum tempore quod trãsgredi prohibita est: quia quod impletur, cessat. Authoritatẽ enim

Gen. 4.

QVAEST. XIII. *Mat. 5. Sup. in q. nouum test. num. 69.*

h

amisisse & destructa videretur, si iniusta ante prædictum tempus cessasset. Nam si alicui in potestate constituto successor datur, nũquid destructus dicetur? Destructa planè esset lex si tempore quo viguit accusaretur. Et non dixit, Implesse se legem aut Prophetas: sed adimplere. Adimplere autem non aliud significat quàm plenè addere. Quid est autem addere Prophetis, nisi culturam Dei sub Trinitatis nomine ordinare? Quamuis enim Prophetæ in Dei nomine docuerũt & corripuerunt populum, hoc tamen mysterium in abscondito erat. Legem autem hoc est adimplesse, manentibus præteritis noua addere, vt puta: Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Oculum pro oculo, dentem pro dente: Ego autem dico vobis, non resistere malo: Sed si quis percusserit te in maxillã tuam dexteram, præbe illi & sinistram. Hoc fuit adimplere. Nõ enim destruxit illam, sed potiora addidit, non vt peccare videretur qui vindicat, sed vt melior sit qui non retribuit. Nec aliud ergo voluit quã quod lex in sensu habet, sed voluntatem eius perficit. Vt enim lex hominem iustitiam doceret, & per hanc saluum faceret, mandauit vt si quis oculũ tolleret alicui, oculum amitteret: & vt hoc timore territi homines non facerent quod sibi fieri nolebant, & per hoc salutem haberent. Sed quoniam fragile genus est hominum, & ad peccandum procliue, ideo incurrit vt patiatur quod sibi fieri non vult. Immutatis ergo Saluator verbis docuit quod saluti prodesset, vt sensum legis adimpleret, vt quia timore legis salui esse nequiuerunt, per patientiam victi emendarentur, sese corrigẽres. Hoc præceptum datum est, vt non insolentes viuerent patientia bonorum, dum non illis retribuunt condigna, vt si voluerint corrigi, boni ex hoc profectum habeant, illi verò geminam pœnam. Non est iustitia, destructa est, quã videmus etiam per Apostolos operatã: quia & Petrus apostolus in Anania & Sapphira hanc seruauit, & vas electionis non repudiauit, sed vsus est, dum & Simonem magũ resistentem viæ Domini, excæcauit. Est etiam aliud quod impleta lex est. Dicit enim Dominus, Audistis quia dictũ est, Diliges proximũ tibi, & odio habebis inimicum tibi: hæc iustitia est. Dominus autem, Ego autem, inquit, dico vobis, Diligite inimicos vestros. Addit vtique, quod est adimpleuit, quia non destruxit vetera, sed vt perfectos faceret, potiora mandauit. Inimicos enim, hoc est malos, quia retributione, quæ iustitia dictante fit, emendare & corrigere non potuit, per amorem illos & obsequium saluos fieri voluit, quod & lex in sensibus habebat. Lex enim sic voluit inimicitiam tollere, vt per retributionem territi homines desinerent esse inimici: & quoniam audacia sua homines timorem legis & naturæ spreuerunt, crescentes in malum, per humilitatem Saluator inimicitiã voluit vinci, vt vel sic homines flecterentur ad bonum, dum viderent non sibi reddi inimicitiam: Permanentes autem grauius tractandos fore, quia nec humilitate eius, cuius vicissitudinem experiri debuerant victi sunt. Non ergo iustitia in vindicta obliterata est, sed suspẽsa ad vtrũque, quia cessauit circa eum qui sese cognouit: si quo minus, plecteret contumacem. IOANNES ad Dominum, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Act. 5.
Ibid. 13.

QVAEST. XIIII. *Matth. 11. Luce 7.*

Sub sua persona discipulorum suorum agit causam. Non enim Ioãnes dubitabat, qui dixerat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: sed vt discipulis suis satisfaceret, mittit illos suis verbis, vt Saluatoris ore firmaret quod ipse de illo docebat: vt post excessum suum sine dubitatione aliqua discipuli sui Christũ sequerẽtur. QVARE lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, & post rectè cessare dicuntur? quia iam de quo prophetabant, aduenit. Quare lex vsque ad Ioannem, cùm Apostolus dicat, legi nos subditos debere esse: quæ autem, inquit, sunt, à Deo ordinata sunt?

QVAERST. XV. *Matth. 11. Rom. 13.*

Legis quidem vnum nomen est, sed tripartitam habet intelligentiam, prima enim pars legis de Deo est. Sic enim lex à lectione dicta est, vt de multis quid eligas scias. Inter errores ergo positi acceperunt vt eligant verum, id est, reprobato diabolo eligant Deum. Secunda autem legis pars hæc est, quæ lex præceptis continetur, quæ sic incipit, Honora patrem & matrem. Tertia verò in neomeniis & in sabbato est, & in escis discernendis ac eligendis, & in circumcisione & in hostiis pecudum offerendis. Hanc itaque legem dicit vsque ad Ioannem, non vltrà seruandam. Sic enim data est, vt completo tempore cessaret, nec enim fuit ab initio, sed ex causa data ad tempus est, vt adueniente Saluatore cessaret lex. Ergo de Deo manet tam lex præceptorum quàm natura eius quæ sine dubio est, ab ipso aboleri non potest. Per ipsum enim proficitur ad promissum præmium. Timor enim sollicitudinem parit.

QVAERST. XVI. *Marc. 11. Luce 20. Ioan. 3. sup. in q. nouui test. num. 59.*

CVM Saluator baptismum Ioannis de cælo dicat, cur Nicodemo, cùm de baptismo loquitur, dubitanti ait, Si terrestria dixi vobis & non creditis, &c. Quod dixit, Si terrestria dixi vobis, & non creditis: non pertinet ad baptismum, quia baptismum nostrum scimus esse spiritale, quamuis per aquam celebretur. Sed ratio illic vertitur cælestis. Nec enim aqua purificat, sed inuisibiliter & incomprehensibiliter Deus. Pertinet verò ad imitationem dati exempli, id est, ad id quod dixit, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, vel quò eat. Per hoc enim exemplum ad fidem Nicodemum voluit informare, vt crederet renasci hominem per aquam & spiritum, non tamen posse capi quomodo fiat: fit enim spiritaliter. Sic enim spiritus, hoc est, venti vocem audis, quæ est sonus, sed nescis vnde veniat, vel quò eat: sic & eum qui renascitur, quomodo immutetur nescis, tamen quia fit sentis, quia immutationem ipsam sentis. Si enim ventus vbi vult spirat, quanto magis spiritus qui de Deo est, quem vult sanctificat? Ideo autem dixit, Vbi vult spirat: quia omnis creatura quæ eis sub lege agatur, proprio tamen dimissa est arbitrio. Si quis autem spiritum istum, Spiritum sanctum putat intelligi, non stat: quippe cùm exẽpli causa spiritum istum posuerit, per quem quod dixerat renasci per aquam & spiritum hominem oportere, & à Nicodemo non credebatur, suaderet. Nam vtique aliud est exemplum, & aliud quod firmatur exemplo. Si ergo in exemplum datus est, nõ est Spiritus sanctus mundanus, qui dicitur ventus. Volens enim rationem spiritalem suadere, non credenti Nicodemo, exemplum spiritus dedit, vt per ipsum ratio & operatio sancti Spiritus crederetur. Spiritus tamẽ sanctus scimus, quia de cælo venit, vt se infundat credẽtibus, sicut factum legimus inter initia Apostolis, & sonum tunc vocem appellatam. Ita enim dictum est, Et subitò factus est de cęlo sonus tanquam aduenientis spiritus validi, hunc sonum in subiectis vocem appellat. Exemplo enim spiritus, id est, venti, Spiritus sancti opera ostendit, vt dictum Saluatoris maneret. Quid enim aliud est cùm dicit, Et factus est de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus validi? Sic vtique dixit Spiritum sanctum descendisse & sonuisse sicut ventus validus. Hunc ergo spiritum ad exemplum dedit. Denique ait, Sic est omnis qui renascitur, & hic vnde veniat nescimus. Spiritus autem sanctus de cælo venit. QVID est vt Saluator mulieri alienigenæ, id est, Chananææ inter initia misericordiam denegaret, cùm & Centurioni alienigenæ, & leproso quem ipse Iesus alienigenam dixit, beneficium impertiendæ salutis non negauerit? Dignum factum Saluatoris ipsa causa designat. Absurdum enim erat, & ad iniuriam promissionis patrũ proficiebat, si mulier quæ Iudæorum Deum non confessa fuerat, acciperet beneficium promissum genti confitenti Deum. Inter initium ideo negatum est illi. At vbi autem ceruice flexa Saluatoris verbis fidem non negauit, sed confessa est Iudæos credentes esse filios, gentes autem canes, vel seruos, per quod iunxit se fidei dominicæ, quia serui dominum indicant: & dominus non est sine seruis: vnitas facta est subiecti & subiicientis. Hinc est vnde meruit consequi quod precata est. Centurio autem qui beneficium à Saluatore accepit, olim se Dei rebus infecerat. Denique dicunt maiores Iudæorũ ad Dominum, Dignus est vt præstes illi. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Leproso verò alienigenam dixit Dominus, non fide, sed natione: Erat enim Samaritanus, quos constat ex origine esse Babyloniorum. Et hic tamen non sine confessione confectus est beneficium: quia dictũ erat discipulis à Domino, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues quæ perierunt domus Israel. Hoc est, vt non prius prædicaretur Samaritanis & Gentibus quàm Iudæis, quorum fuerat promissio hæc. At vbi ergo Iudæi cœperunt repudiare fidem Christi, tunc & Samaritanæ se obtulit Saluator, & post crucem Cẽturioni Cornelio, Chananææ autẽ requisitus suscepit eam, quia nõ erat adhuc tempus vt offerretur illis salus. QVOMODO probatur quod dixit Saluator, quia post tres dies, & post tres noctes à mortuis resurgeret: cùm vtique cœna pura passus illucescente die Dominico, cùm adhuc tenebræ essent, resurrexit. Vnde numerus dierum & noctium non conuenisse videtur. Præscius Saluator omnium quæ in se futura erant, hæc protestatus est, certus ad hoc se à Iudæis comprehendi vt occideretur, se quoque impietati illorum non repugnaturum, cùm posset vtique eos illudere. Quippe cùm propterea iam detentus, aurem serui principis sacerdotum, quam producto gladio abscideret Petrus apostolus, reddidit: vt se ostenderet non infirmitate humiliatum, sed prouidentia quadam voluntati illorum cessisse ad tempus, vt per hoc regnum inferni destrueret. Improuidus enim diabolus sensibus se Iudæorum immersit, vt eos ad necem Saluatoris incenderet, quasi sibi prodesset, si hic qui viam veritatis ostenderet, tolleretur de vita: nesciens futurum aduersum se. Cùm enim peccati causa de captiuitate hominis triumpharet, inuentus ipse reus per id quòd Christum innocentem occidit, vt eum qui peccatum nesciebat, inter peccatores teneret: & ita factum est, vt etiam illos quos iure in inferis tenebat, amitteret. Igitur horum præscius Saluator, noctem qua comprehensus est, simul computauit. Omnis enim detentus, qui se iudicis manus non credit euadere, antequã feriatur, iam se mortuum dicit. Adde huic diem quo passus est, & sequentem noctem. Adde & sabbatum & noctem quæ lucescit in diem Dominicũ cum ipso die Dominico, & compleuisti mysterium verborum Domini. Nouissima enim nocte cùm adhuc tenebræ essent, & dies inciperet oriri, inter lucẽ & tenebras surrexit, vt & nox computetur & dies, quò possit numerus à Saluatore prædictus integer inueniri. QVARE Saluator orat & ait, Ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato: cùm tempus persecutionis huius differri non possit, dicente Apostolo, Qui reuelabitur in suo tempore. Et in Actibus Apostolus inquit, Definiens tempora & terminos habitationis eorum. Et cur hyeme fugam vel sabbato non expedire significat? Hyeme tuta fuga non est, frigora enim sunt, imbres assidui, ningit, gelat, flumina exeunt, ideóque fugientibus pergraue est. latẽre enim in fluuis nõ possunt, neque in montibus, neque in speluncis. Sabbato autem ciuitatem iuxta Iudæos exire non licet longiùs, nec autem ascendere, ac per hoc fugi sabbato non potest. Quomodo hæc tempora fugam tutam non faciunt, propter impedimenta supradicta, ita & fuga

Act. 2.

Matth. 12.

fuga nostra tuta non erit, si nos obligatos impedimentis carnalibus inuenerit prædicta persecutio. Detinent enim homines quasi compedes desideria secularia, id est, facultates mũdanæ, ne edicta diaboli possint effugere. Ideo ergo orandum est, ne tempore quo fugiendum est, hyemis & sabbati in nobis ratio inueniatur, sed vt liberos nos ab his impedimentis Dei præstet auxilium, vt non sit quod nos desiderio sui captos, mancipet mundo. Quoniam ergo de nouissima persecutione loquebatur Saluator, quæ futura est ab Antichristo, ideo hyemem posuit, quia nouissimum tempus est: & sabbatum similiter, quia postremus dies est, vt sicut his temporibus aspera & difficilis fuga est, ita significaret illo tempore tam graues futuras persecutiones & pressuras, vt vix aliquis eas possit effugere. SALVATOR cùm se passurum diceret, & post tertium diem resurrecturum: adiecit, Et postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam: ibi me videbitis. Et angelus mulieribus similiter: cùm tamen inueniatur à mulieribus & à discipulis suis in Hierusalem. Verba Saluatoris retractare infidelis est, sed te video non de verbis Saluatoris dubitare, sed sensum requirere, quare cùm in Hierosolymis post passionem suam visus sit, dixit se in Galilæa ab his videri. In Hierosolyma visus est, sed particulatim ad recreandos animos discipulorum: in Galilæa verò ab omnibus simul. Ergo qui in Hierusalem visuri illum erant per partes: in Galilæam illis constituit, vt simul omnibus appareret, & ad ordinandam disciplinam daret præcepta. TRES Euangelistę sexta hora crucifixum dicunt Saluatorem, Marcus verò euangelista tertia hora dicit crucifixũ. Sed quidam strenui (industria sua) tertia hora sententiam datam dicunt, ac per hoc tertia hora crucifixum. Data enim quis sententia iam mortuus habetur. Sed constat post quintam horam in sextam Pilatum sedisse pro tribunali, & sic sententiam dedisse, sicut Ioannes ostendit. Obscuris vera inuoluere, non est bonum. Nam tres Euangelistas verum dixisse ipsa concordia obtestatur. Marcum autem sensum, nescio quem, occultum voluisse prodere, res ipsa declarat. Nec enim falli posset, qui authorum exempla secutus, ea quæ scripsit magna deuotione & industria didicit. Quid ergo ex hoc dicto prodere voluit, sollerti vigilantia inuestigandum est. Nec enim otiosè à tribus Euangelistis discordare se passus in verbis est. Animaduertamus ne verum dicant, qui sententiam datam tertia hora dixerunt, ac per hoc tertia hora crucifixum Saluatorem, quamuis illud probare non valuerunt. Sensum enim fortè sciunt, sed quatenus defendatur, ignorant. Ideóq. Pilari persona interim sequestrata videamus, vnde sententia data in Saluatorem accepit exordium, & tunc apparebit an posit verum videri quod dicimus. Constat itaque principes Iudæorum præmonuisse Iudæos vt Barrabam latronem peterent sibi in die festo dimitti, Iesum verò crucifigere debere. Cõtra quod Pilatus cùm diu resisteret, volens dimittere Saluatorem, frequenter intrãs & exiens ad Iudæos, dicebat nullam se in eo causam mortis videre. Illi autem insistentes dicebãt, crucifigatur. Hinc moræ ortæ sunt, & cùm illuditur à militibus & producitur, & veste purpurea induitur, & sit ei corona de spinis, & adoratur, & cõspuitur, & flagellatur, & palmis verberatur, propterea sexta hora in crucem positus est. Ad Pilatum autem adductus est: tunc exiuit ad eos Pilatus foras, quoniam ipsi non introierunt prætorium: & allocutus est eos, & auduit falsas accusationes eorum, & misit illũ ad Herodem, & regressus est, & iterum interrogauit Iesum, & ipse econtrà respondit ei, & postea iterum exiuit ad Iudæos & collocutus dicebat, Nullã causam mortis esse in Saluatore. Interea perueniunt est ad horam tertiam per has moras. Tunc Iudæi volenti Pilato dimittere eum dixerunt, Crucifigatur. Contra quos Pilatus diu resistens, cùm non potuisset obtinere, tradidit Iesum sentẽtiæ illorũ hora ferè sexta. Sic enim scriptum est, Tunc tradidit eum voluntatibus illorum. Ideóque dictum est rectè sententiam tertia hora datam, quia non à Pilato data est, sed à Iudæis. Pilatus autem inuitus consensisse videtur: propter inuidiam enim maximè dicentium, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Quid ergo Marcus volens purgare hoc, secutus est, videamus? Ostendere voluit Saluatorem non iudicis sententia occisum, quia difficile qui iudicis sententiam excipit, non iustè occisus videtur. SI ideo Saluator baptizatus est vt exemplo esset, quare circumcisus cæteros prohibuit circumcidi? Circumcisio vsque ad Christum indulta est, Abraham autem circumcisionem in Christo promisso accepit, vt tamdiu circumcisio curreret, quamdiu Christus nasceretur promissus Abrahæ, qui omnes gentes iustificaret per fidem, sicut fuerat iustificatus Abraham. Ideo debuit circumcidi, vt ipse probaretur esse qui promissus Abrahæ esset: ita vt de cætero circũcisio cessaret, impleta promissione. Baptismus autem non debuit cessare, quia forma renascibilitatis est à Christo cœpta, non prius data, & vsque ad Christũ consummata, sed à tempore Christi incipiẽs & cursum suũ tenẽs vsque ad cõsummationem mundi. IVDAEIS accusantibus discipulos eò quòd facerent contra legem, sabbati spicas vellendo, Saluator exemplum protulit Dauid, dicens: Nescitis quid fecerit Dauid cùm esuriret, quomodo accepit panes propositionis & manducauit, & dedit his qui secum erant: quod non licebat nisi solis sacerdotibus? Quod exemplum non excusare videtur discipulos, sed possunt tam hi quàm Dauid præuaricatores videri. Noluit Saluator de tempore impleti sabbati præiudicare Iudæos. Apertè enim audire quod verum est,

QVAEST. XX. *Ma. 26. & 28 Marc. 14. & 16.*

QVAEST. XXI. *Matth. 27. Luc. 23. Ioan. 19. Marc. 15. sup. in q. nouui test. num. 61.*

QVAEST. XXII. *Marci 1. Luce. 1. sup. in q. nouui test. num. 50.*

QVAERST. XXIII. *Matth. 2. sup. in q. nouui test. num. 61.*

QVAERST. XVII. *Matth. 15. Luce 7.*

QVAERST. XIX. *Matth. 14. 1. Cor. 9. Act. 17.*

QVAERST. XVIII. *Mat. 13. sup. in q. nouui test. num. 64.*

De consensu Euangelistarum, lib. 3. c. 13.

A non illos dignos iudicauit, vtpote infideles: sed de eo illos voluit conuincere, quod sibi præsumebant, id est, de tempore quo adhuc sabbatum robur suum tenere videbatur, cùm accusarent discipulos cur sabbatis spicas vellerent, & confricantes manibus manducarent, & iam sabbati seruãdi tempus esset impletum. Præter missò hoc ostendit illis etiam tunc quando sabbati adhuc lex manebat, necessitatis causa sabbatum fuisse violatum, quod enim nõ licebat, fecit Dauid: & quod prohibitum erat fecit Iesus Nate quãdo muros Iericho septem diebus armatos iussit circumire. Et quod interdictum erat Machabæi gesserunt, sabbatis se defendentes: Et in templo, inquit, sacerdotes sabbatum violant, & sine crimine sunt. Per hæc ergo ostendit, maleuolentia magis quàm errore accusari discipulos à Iudæis. Quando hæc omnia scientes à volentibus sabbatis gesta, & à sanctis quidem, accusabant innocentes. Sic enim mandatum est sabbatum custodiri, vt si necessitas tamen esset, reus non fieret qui sabbatum violasset. Ideo sabbatis circumcidi non est prohibitum, quia necessitas erat vt fieret. Vnde & discipuli esurientes spicas vellebant, quod nõ licebat secundùm præteritum tempus, sed necessitate famis factum est licitum, sicut & Dauid fecit quod non licebat cùm esuriret, & sciens famem hoc excusare. Talis hæc causa est, qualis hodie in ieiuniis legitimis. Numquid si quis æger ieiunium corruperit, reus constituitur? Non vtique, quia non est periculum. Hoc enim aliquando licet, sicut sabbatum apud veteres. Quod enim semper non licet, nõ habet excusationem necessitatis. CVR Saluator discipulos suos filios tonitrui appellauit, qui plus magis videantur filij Dei dici: tonitrua enim dicuntur collisione nubium fieri? Quoniam tonitrua terrorem incutiũt, hac causa filios tonitrui discipulos appellauit, quasi eius filij, qui timendus sit. Quamuis enim tonitrua collisio ne nubium fiant, voluntate tamen Dei fiunt & sunt terribilia.

QVAERST. XXIIII. *Marci 3.*

QVID est vt secundùm Marci euangelistæ relationem, Christi non sit impleta voluntas, Intrans enim, inquit, in domum, voluit neminem scire, & non potuit latere? Si ergo voluit latere & non potuit, infirmata voluntas eius est. Hoc quod per compendium propositum est, vt plus sensum posset occulere, in finibus factum legitur Tyri: quia cùm Saluator peruenisset in fines Tyri, intrauit in domum. Et quia non adhuc gentibus prædicare oportebat, iussit neminem alicui nunciare aduentum suum: hoc est, neminem voluit scire: & subauditur, à suis noluit nũciari alicui quia erat in domo. Requiri autem se noluit, quia tempus offerendi gentibus gratiam non erat. Denique veniens mulier, comperto ab aliis qui viderant illum intrasse in domum, orabat expelli dæmonium à filia sua. Saluator autem sciens nõ esse tempus dandi vltrò gratiam gentibus, ait, Sine nati prius saturentur. Non enim licet accipere panem filiorum, & mittere canibus. Tunc mulier consensit Saluatoris verbis, & accepit beneficium quod volebat. Consentiendo enim iunxit se Deo Iudæorum. Hæc ergo causa noluit per suos sciri quòd esset in domo: & ita factum est vt voluit. IN Euangelio legimus, angelum dicere ad Mariam matrem Domini, quòd regni eius, id est, Christi, non erit finis. Et Daniel eadem dicit: ait enim, Tunc exurget regnum in æternum, quod nunquam corrumpetur. Contrà Apostolus de Domino, Cùm tradiderit, inquit, regnum Deo & patri. Quomodo regnum æternum habebit, quod traditurus dicitur Deo & patri? In causa patris & filij, id est, Dei & Christi, traditio non abolitio intelligitur. Cõsidera enim quomodo pater tradiderit filio regnum, ipso hæc Domino protestante, Omnia enim, inquit, mihi tradita sunt à patre meo. Si pater ergo desiit habere cũ tradidit, potest & de Saluatore dici quia cùm tradidit amisit. Nam filius postquam traditum sibi à patre regnum dixit, patrem adhuc præferens ait, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Secundùm hunc igitur sensum & filius non amittit regnum cùm tradit: vt hæc vera sint, & angelus & Daniel nõ discrepare ab hoc sensu dicantur. Qui horum enim testimonium retractandum putat, perfidia plenus est. Sed nunc videamus manentes in hac fide, quid sit tradere filium patri regnum: hoc enim est quod inter cætera alio loco dicit Apostolus, Tunc, & ipse subiectus erit ei qui subiecit ei omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Subiectio igitur hæc, ipsa est traditio regni. Itaque hoc loco interpretatio videtur necessaria, vt & subiectus patri filius non negetur, & nihilominus æternum regnum habere dicatur, hoc est regnum filij, quia in nomine Iesu omnia genua flectentur tunc, cælestia, terrestria, & inferna. Quod etiam firmat Petrus apostolus, dicens: Non est aliud nomen datum sub cælo in quo oporteat saluum fieri. Et ipse Dominus discipulis ait, Vsque modò nihil petistis in nomine meo, petite, ego faciam. Sic regnat filius, cùm omnia in nomine eius saluãtur, & dantur quæ postulantur vsque ad finem mundi. Postquam verò omnia Christum fuerint confessa, siue vi, siue voluntate, & substrata potentia eius cui restiterant, mysterium vnius Dei cunctis manifestabitur, & omnis gratiarum actio referetur à patre ex quo sunt omnia, vt cessante prædicatione vnus Deus sciatur in mysterio Trinitatis. Cùm enim omnes potestates, omnes principatus & dominationes Christo genu flexerint, tunc filius manifestabit non se esse à quo sint omnia, sed filium eius, & illum in se videri. Hæc est subiectio & regni traditio. Ostendens enim patrẽ esse à quo sunt omnia, subiecit se illi cùm de eo se dicit esse. Tanta enim maiestas & claritas in aduentu filij videtur, vt omnes po-

Matth. 10.

QVAERST. XX. *Luce 1. Dan. 6. & 7. 1. Cor. 15.*

Matt. 11.

Ioan. 17.

2. Cor. 15.

Philip. 2. Act. 4. Ioan. 14.

tentiæ & chori angelorum hunc singularem putent Deum. Saluator autem cùm se nõ illum esse dixerit, qui dicitur pater, sed filium eius, regnaris tradit regnum patri. In hac re manifestata est & subiectio & regni traditio: quia & cùm à patre se profitetur esse, quicquid habet, patris confitetur esse, omnem summam referens ad eũ.

Q. XXVII. *Luc. 14. Marci 15. Luc. 23.* SALVATOR ait, Si quis non reliquerit omnia sua, id est, domũ, & agrum, & cætera, non potest meus discipulus esse. Et contra Euangelista, Venit, inquit, Ioseph ab Arimathia homo diues, qui & ipse discipulus erat Iesu, expectans regnum Dei. Quid est vt Euangelista profiteatur eum discipulum, quem Saluator negauit? Nam & Zachæus diues erat, & Cornelius Centurio diues, & mulieres quæ illis ministrabãt de facultatibus suis. Hunc sensum paucis absoluit Apostolus, dicens: Qui habent, quasi nõ habentes sint: & qui vtuntur hoc seculo, quasi non vtantur: & qui emunt, tanquam non possidentes. Qui ergo hæc sic habet, quasi non habeat, reliquisse videtur. Quando enim non præsumit de his, neque se iactat, sed humiliter incedit, non tantũ habitu, sed & mente, dispensatorem se harum & ministrum intelligens, omnia sua reliquisse videtur. Hoc enim relinqui dicitur, quod à desiderio recedit, & gratiam non habet.

Q. XXVIII. *Luce. 16. Luce 9. Vide sup. in q. noui test. num. 60.* Si lex & prophetæ vsque ad Ioannem, quomodo Saluator ad sacerdotes mittit offerri munera pro emũdatione. Hoc secutus est apostolus Paulus. Cùm enim prædicaret iam non oportere circumcidi quenquam, ipse Timotheum circumcidit, propter scandalum Iudæorum. Maluit enim rem superfluam facere, quàm imperitos ex quibus aliqui possint saluari, scandalo esse. Dominus autem propè similiter vt Iudæis quod de illo opinabantur auferret (dicebant enim hunc inimicum traditionis Iudaicæ) tunc iussit vt leprosus offerret munera pro emundatione sua sicut præceptum erat à Moyse: & subiecit, In testimoniũ illis: vt hæc res testis esset contra illos, quia Saluator non erat legis inimicus. Factum itaque est quod iam cessare debuerat. Sed quia solent superflua iam non nocere, ideo factum est vt prodesset illis vtique qui malè opinabantur, vt satis sibi facerent, quia Saluator non erat legis inimicus.

Q. XXIX. *Luce 16.* SI lex & prophetæ vsque ad Ioãnem, ex quo regnum cælorum prædicatum est, ipse est enim inchoator nouæ prædicationis, cur baptisma eius cessauit?

Matt. 3. Marc. 1. Luce 24. Baptisma Ioannis cœptum non cessauit, sed additum est ei quod deerat. Ioannes enim tantùm baptizauit, non Spiritum sanctum credẽtibus dedit: sicut & ipse de Saluatore dicit, Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam, ipse autem vos baptizabit in Spiritu sancto. Hoc est, quod dicit, per me remissio peccatorum. Non tamen datur Spiritus sanctus vt purificati filij dicantur, hoc enim Saluatori reseruatum est, vtpote Domino, vt filij Dei non fierent, nisi accepto à filio Dei Spiritu sancto. Effectus ergo baptismi Ioannis, quod tacitè operabatur sine interrogatione, non tamen sine Saluatoris mentione, vt firmum esset quod agebat, trinitatis est donum, quod dignatio Saluatoris ostẽdit, dans formam trium nominum, quæ à primordio sub vnius Dei nomine vel persona vnum opus & indifferens operata sunt. Interpretatio ergo accessit ad baptismum Ioannis cum significatione latentis dudum mysterij: accessit & amplius donũ, vt baptizati accepto Spiritu sancto fiũt filij Dei.

Q. XXX. *Ioan. 1. sup. in q. nouu test. num. 76.* Amplificatum ergo est, non euacuatum. IN Euangelio Ioannis, Lex, ait, per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Si ergo per Christum veritas facta est, antè non fuit. Si antè non fuit, quomodo à Deo data lex dicitur, in qua veritas non erat? Videndum est quid sit, Lex per Moysen data est. Per Moysen autẽ lex data, manifesta habet præcepta, & quid illic non erit verum? Non occides, non fornicaberis: talia & cętera sunt. Sed scripsit & historiam in qua vsq. ad aduentũ Saluatoris quæ esset veritas manifestata nõ erat. Cùm ergo per Christum manifestatur, cuius persona dicat, faciamus: & quæ sit quæ faciat, & quis fuerit qui in rubo aut Patriarchis visus sit, & qui in petram, cùm aquam ipse produxit, operatus sit, quia petra, inquit, erat Christus. Fit ergo veritas per Christum, dum ea quæ in dubiũ veniebant, quid significent intelliguntur. Itaque lex per Moysen data reos constituit peccatores: Gratia autem promissa in lege adueniens, donatis peccatis peccatores morte priuauit. Ordo ergo fuit primùm legem dare, postea verò misericordiam, quę tunc fit gratia, dum donat peccata. Antè enim promissio erat, quæ postea fit gratia. Veniet enim, inquit, ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Hæc promissio per Christum, facta est gratia, dũ donat gratis peccata. Quomodo autem donaret peccata, si non prius legem daret, per quam reis factis veniam largiretur? Nam nõ daret nisi quod sibi debebatur. Deberi autem non poterat, nisi lex præcederet.

Exod. 3. Gen. 17. 18. & 26. Exod. 17. 1. Cor. 17.

Esaie. 59. secundùm septuaginta.

Q. XXXI. *Ioan. 5.* SABBATVM certè lex est vel pars legis, quomodo ergo non euacuata lex est, dicente Euangelista, Non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum?

Soluit sanè sabbatum Saluator, sed sine præiudicio dati sabbati: cùm enim sabbati iam tempus cessaret, Iudæi autem sabbatũ adhuc manere assererẽt, Saluator sabbatis operãs, & infirmo lectum suum sabbatis portare præcipiens, secundùm sensum Iudæorum sabbatum soluebat. Nam iuxta veri fidem tale est si dicatur: quòd iam cessauerat, quale est si dicatur de aliquo qui exprefectus dicẽdus est, & iniuriam passus fuerit, quia præfectura iniuriã passa est. Non ergo sabbatum solutũ est, sed homines qui impudenter sabbati authoritatem vendicabant, delusi sunt cùm iam sabbato successisset noua lex.

Q. VAEST. XXXII. SI arbitrio proprio viuimus, cur Saluator,

A Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum? Et non discordans ab his Apostolus, Neque volentis, inquit, neque currentis, sed miserentis est Dei. His vtique perturbari videtur arbitrium liberæ voluntatis. Si enim nemo vadit nisi tractus, non erit illius delictum qui non vadit quia non est tractus. Et si non qui petit & currit accipit, sed cui vult dat Deus, sine culpa erit & crimine qui vult & non obtinet: & ad illum redundat crimen qui petentem spernit. Nullo genere ex his arbitrij causa poterit turbari. Si enim dicta ad causam referas quæ dicta sunt, scies hinc magis arbitrij liberi firmari sententiam. Cũ enim Iudæi studio maleuolentiæ suæ de Saluatore dicerent, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem? Quomodo ergo hic dicit, quia de cælo descendi? Ad hoc respondit Iesus, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Nunc videndum est quomodo trahit pater. Ipsius Saluatoris verbum sumatur, dicit enim, Opera quæ facio, pater fecit: credite quia ego in patre, & pater in me. Si ergo in filio pater operatur, opera autem sunt quæ inuitant ad fidem: rectè dixit, quia nemo venit ad me, nisi quem pater traxerit. Trahit autem, cùm operatur per filium. Nam qui sibi vult credi, quomodo tollit liberi arbitrij voluntatem? Et qui incredulum arguit, qua ratione trahit inuitum? Ad Iudæos vtique hoc protulit, qui alium patrem illius quàm qui est dicebant. Nemo enim Saluatori credit, nisi qui patrem illius dicit Deum. Apostolus quoque

B non vt arbitrium pulsaret, hæc fatus est, quæ nunc prępposita sunt, sed vt ostenderet Dei esse iustum iudicium, qui falli non potest in danda aut non danda misericordia. Est enim qui postulat, & non meretur accipere: Alius vero petit & meretur accipere: Hic enim non solis verbis sed operibus obsecrat: hic sola lingua, ille corde tribulato: talis enim potest impetrare. Denique quid dictum in lege est? Plebs hæc labiis me honorat, cor autem illorum longè est à me. Si ergo duo petant, vnus autem ex his accipiat, debet sciri hunc sic postulasse vt dignus esset accipere: quia Deus qui iustus est, non dat nisi cui dandum scit. Vides ergo non arbitrium negatum, sed firmatum. Nam si vna mente, vna operatione duos audieris postulasse, & vnum ex his exauditum, alterum despectum: rectè & arbitrium non esse, & Deum acceptorẽ personarum putares.

Ioan. 6. Rom. 9. Sup. in q. nu test. num. 79.

Ioan. 17.

1 Ioan. 2.

Luce 4.

Ioan. 14.

Q. VAEST. XXXIII. QVID est vt cùm Saluator omnes propè verbo curasset, cæco tamen per lutum de sputo factum oculos reformarit? Hoc Saluator ad confusionem illorum fecit, qui creatorem accusant. Quando enim non aliter vitium corporis emendauit quàm conditor fecit, authorem operis huius commendauit. Per id enim emendauit, quo erat conditum. Omne enim quod fit, si lapsum per id quod fuerat factum reformetur, rectum factum probabitur. Si enim Saluator per hoc se

C Deum testatur, quia damna & vitia corporis emendauit, quanto magis Deus est qui ipsius corporis inuentor est?

Esa. 29.

Q. VAEST. XXXIIII. QVID est quod Saluator ait, Ego sum ianua: qui ante me fuerunt, fures sunt & latrones quod dictum videtur Prophetas pulsare.

Ioan. 10. Contra Faustũ Manich. li. 16. cap. 11.

Quia nemo vadit ad Deum patrem, nisi per fidem Christi, idcirco se ianuam dicit Saluator regni cælorum. Si ergo ianuæ verbis vtitur, quid opus erat vt de anterioribus diceret, Quotquot ante me fuerunt: cùm nulla quæstio de præteritis verteretur? Sed vtique quasi præsens ianua de præsentibus quæreretur. De Iudæis enim dicit Saluator, qui non per fidem sed per iustitiam legis in regnum Dei se intrare parabant. Ante Saluatorem enim venientes, id est, ante illum stantes, obtrectabant ei contradicentes, vt etiã alios à fide eius auerterent. Vnde fures & latro nes appellati sunt. Nam eo tẽpore hæc dicta sunt, quo Pharisæi disceptabant cũ illo qui erat ex cæco illuminatus, cui Saluator oculos reddidit, quos natura negauerat, quem volebant à fide Saluatoris auertere, dicentes: Non per hunc posse, quia sabbatum violat, sed per iustitiam legis intrare in regnum Dei. Tunc Saluator, Ego sum, inquit, ianua: per me si quis introibit, pascua inueniet: Si quis autem aliunde intrare voluerit, ille fur est & latro. Quomodo hoc ad personam pertinet prophetarum? Nunquid prophetæ contra Christi doctrinam per iustitiam

D legis sine fide Deum promereri posse dicebant, qui Christũ in carne scierunt? Hoc ergo de præsentibus dixit, vt quicunque ante ipsum fuerunt, astantes vel sedentes fures intelligantur & latrones. Seuocantes enim illũ qui fuerat cæcus, volebant eũ à fide Saluatoris auertere, dicentes: Da honorem Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Quos ille arguit, dicens: A seculo nunquam auditum, quòd aperuerit quis oculos cæci nati: nisi hic esset à Deo, non poterat facere quicquam. De hoc ergo quia perseuerauit in fide: & de illis qui dixerunt, Hæc verba non sunt dæmonium habentis: Nunquid potest dæmonium cæcorum oculos aperire: dixit Saluator, Sed non audierunt eos oues: illos vtiq. quos fures & latrones appellauit. Nam quomodo non audierunt prophetas oues, cùm cõstet scripturis omnes bonos obedisse prophetis, & malos pseudoprophetis?

Q. VAEST. XXXIV. QVID est vt admirabilem & incognitam virtutem facturus, Lazarum scilicet à mortuis resuscitaturus, fleret, aut locum vbi positus erat quasi ignarus quæreret? Saluator Deus & homo est, ac per hoc duas vices egit semper, vt quia hominis affectus habet ploret: sed quia & Deus erat, hunc quem fleuit resuscitauit. A minimis ergo semper ad maiora venitur, vt quia homo cernebatur, hoc reprobaret esse quod videbatur, Deum autem se operibus asserebat.

Q. VAEST. XXXV. *Ioan. 11.*

Q. VAEST. XXXVI. *Ioan. 17. 1. Ioan. 2.*

CVM Saluator dicat, Ego pro eis rogo quos mihi dedisti, non pro mũdo rogo: Ioãnes apostolus contrà,

contrà. Habemus, inquit, aduocatum apud patrem, deprecatorem pro peccatis nostris, & nõ solũ pro nostris, sed pro vniuerso mundo. Hoc contrarium videtur. Quamuis non longè discrepet sensus, tamen aliud est quod dicit Saluator, & aliud quod firmat apostolus Ioannes. Nam Saluator rogat pro discipulis, vt à mali infestatione tuti præstentur: denique sic dicit, Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Apostolus autem Ioannes aliud genus precationis inducit: ait nãque, Habemus aduocatum qui postulat pro peccatis nostris, & totius mundi. Pro Christianis ergo duplici genere postulatur, quia & pro peccatis illorũ oratur, & vt tuti à diaboli infestatione præstentur. Pro his autem qui non credunt, hæc sola deprecatio est, vt cùm pro peccatis suis & perfidia plecti mergẽtur, bonitas & patiẽtia expectet illos, si fortè vel-lẽt corrigi. Non enim postulatur vt ignoscantur illis peccata diffidentibus, sed vt dilationem accipiant longam, vt si se emẽdauerint, dumittantur illis delicta. Hoc ergo postulat pro illis Saluator, quod diximus.

Q. XXXVII. *Ioan. 20.* QVID est vt Saluator dicat Mariæ volenti se tangere causa gaudij, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: cùm legatur à cæteris mulieribus & tactus & adoratus?

Ibidem.

Indignantis verba sunt dicentis, Noli me tãgere. Quamuis enim desideraret Saluatorem, aliis tamen resurrectionem eius credentibus, hæc ad monumentum stabat plorans, quam iam gaudere oportuerat. Audierat enim à Ioanne & Petro apostolis resurrexisse Dominum: Sic enim habes: Et vidit linteamina & sudarium in vnum locum, & credidit, nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Sed Maria quia non illum videbat resurrexisse, nõ credebat. Nimius enim amor dubitare illam faciebat. Denique quos diligimus, si incommodum patiantur, non eos euadere credimus: quos autem odimus, si iam prope mortem sint, incredulum nobis est. Mariæ ergo, quoniam obstupuerat & mœrorem patiebatur per amorem, quam oportuerat sequi discipulorum fidem, primùm se ostendit Dominus, vt desineret à mœrore, non tamen sine indignatione. Hinc audit, Noli me tangere. Hoc est, carnalem sensum quæris, abstine te, & spiritalia sequere quæ non videntur. Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem. Tale est hoc quale illud beati Ioannis Baptistæ mittẽtis discipulos suos ad Iesum, & dicentis, Ite dicite, Ioannes Baptista misit nos ad te, di-

Matth. 11. Luc. 7. Ioan. 1.

cens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Sub sua persona, discipulorum suorum agit causam. Nec enim Ioannes dubitabat, qui dixerat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: sed vt discipulis suis satisfaceret, mittit illos suis verbis, vt Saluatoris ore firmaret, quod ipse de illo docebat, vt post excessum suum sine dubitatione aliqua discipuli sui Christum sequerentur: Ita & Saluator in se Mariam arguit, dicens: Nondum ascendi ad patrem, id est, adhuc cor tuum humi pressum est, quem si non vides, non credes. Si enim ad Deum cor eleuasset, resurrexisse Dominum cum discipulis credidisset.

Q. VAEST. XXXVIII. *Quæstionum. 51. & ex quæstionibus noui test. versiculo, Virtus Altissimi, &c. veteri sic prosequuntur.* VIRTVS Altissimi sine dubio Christus est: Ad ipsius enim personam pertinet dictum. Hoc signum enim filij Dei, hoc est, cùm dicitur, Virtus Dei. Iuxta diuinitatem verò & pater virtus est, & sanctus Spiritus virtus est, & trium horum vna virtus, quia vna substantia est. Spiritus sanctus ergo carnem ex virgine fecit Saluatori: Virtus Altissimi autem, id est Christus, obumbrauit eam veniens in carnem sactam à Spiritu, vt in corpore & anima lateret filij virtus. Latẽre autem eius, est ad tempus non intelligi. Obumbratio autem quid penitus intelligatur, considerandum est. Vis autem huius verbi si exprimatur, obũbratio virtutis Dei, impertitio aliqua intelligitur, vt dum obumbratur corpus, aliquid sumere ex Dei virtute dignoscitur. Hoc autem aliquid totum est, quia non potest partiri diuinitas. Sequitur itaque, Propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quod enim de Spiritu sancto natum est, in se habens obumbrationẽ virtutis Dei, quæ est filius Dei, sine dubio sanctũ natũ est, id est, corpus filij Dei. Sancti enim corpus sanctum est. Sanctus ergo filius Dei in sancto corpore natus est. Sic etenim de carne Christi dixit Dauid, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: vt

Luce 1.

Q. VAEST. XXXIX. *Quæstionum ex nouo. test. nu. 62. ab eo loco. Oriẽtur bella, &c. sic veteri deducunt.* in corpore sancto ipse significetur. ORIETVR stella ex Iacob, & exurget homo de Israël, & confringet duces Moab, & prędabitur omnes filios Seth, & erit Edom hæreditas eius, &c. Hęc ergo prophetia est Balaam, non quia fuit propheta, sed Deus causam populi sui egit per illum, non voluntarium sed inuitum, sicut prophetasse inueniuntur missi à Saul ad Dauid capiendum, & sicut ipse Saul cùm dictum est, Nunquid & Saul inter Propheras? Hũc enim probare voluit Deus quanta sit maiestas nei Iudæorum, qui cùm maledicere venerat, conuertit vt bonum illi videretur benedicere populum nei. Nec enim maledictum eius poterat tinere, cuius cor habebat in potestate. Hunc ergo Propheram hanc intimasse collegis suis datur intelligi, qui cùm curiosi sint circa astra, videntes stellam incognitam, & nimia claritate fulgentem: ita vt solem luce superaret. Videbatur enim per diem, conferentes inter se, animaduertẽrũt hanc esse stellã quam futuram dixerat Balaam.

Q. VAEST. XL. *Hanc aliis & verbis & sententiis reperies sup. in q. nu. test. num. 74.* QVID sibi vult vt Esaias propheta de Christo dicat, Qui peccatum non fecit. Contrà autem Apostolus, Qui peccatum, inquit, nesciebat, peccatum pro nobis fecit. Quantum ad proposita pertinet, non solùm verba discrepant, sed & personæ diuersæ sunt: Fecit enim & non fecit: contrarium est. Sed quia non ab hoc factum intelligitur, qui fecisse negatus est, contrarium dici non potest. Prophetæ enim dictum ad personam pertinet Christi,

A Apostoli verò ad personam patris. Deus enim pater reconciliauit sibi mundum per Christum, & ita factum est, vt eum, id est, Christum faceret peccatum. Hoc est enim fecisse eum peccatum, dare illum vtero virginali, vt nasceretur homo ex parte carnis factus peccatum, quia caro peccati est hic vtique, quoniam sors & conditio non tangebat hominem procreare. Ad hoc igitur natus est, vt hostia pro peccatoribus offerretur. Peccatum ergo factus dicitur, quia secundũ legem hostia quę pro peccatis offerrebatur, peccatum nuncupabatur. Similis locus est alius Apostoli ad Galatas dictis de Saluatore, Factus pro nobis maledictum: ipse sensus est, Factus est pro nobis peccatũ siue maledictum nostra causa à Deo patre, qui permisit illum à Iudæis occidi, vt incredulitatis suę causa abdicarentur à nobis in locum illorum inductis, sicut dicit Saluator, Tolletur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Nam omne quod permittit Deus, facere dicitur: quia si non permittat, non fit. Vnde dicit Dominus ad Pilatum, Non haberes potestatem in me, nisi data esset tibi desuper. Non ergo inuidens sed permittẽs dare dicitur potestatem, vt dum mala mens potestatis suæ accepit potestatem, fit rea: sicut Iudæi qui occidẽtes Saluatorem, fecerunt illum maledictum sine Dei iudicio. Crux enim Saluatoris maledictum est Iudęorum. Non enim sicut hostia quæ pro peccatis abluebat offerentem, sed contrà oblatus Saluator maculat & peccatum fit offerentium. Iustificatio autem illorum qui dissentiunt, vt gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu. Oblatio enim Iudæorum profecit gentibus non diffidentibus à fide Iesu Christi.

Gal. 3. Matth. 21. Ioan. 19.

Q. VAEST. XLI. *Hinc habes sup. in q. nouu test. num. 80.* CERTE qui filius Dei non est, diaboli est: Semper ergo filius est, sed aliquando Dei, aliquando diaboli. Quid ergo nascimur requirendum est, vtrum filij Dei, an diaboli, an aliud tertium, si posit admitti. Dominus cùm filij Israël sæpe delinquerent educti de Ægypto, iratus, nullum illorũ in terram promissionis intrare permisit, excepto Caleph & Iesu Naue. Filios autem eorum qui nati fuerant in deserto, ipsos dixit intraturos, eo quòd nescirent bonum aut malum. Nescire autem bonum vel malum, simplicitas quædam est naturalis, quæ neque ad bonum neq. ad malum erudita est: hoc est, ignorantia sine malitia. Sine sensu enim nascimur, sed nostra natura capax est edifcere veritatem. Filius autem diaboli est, qui natus malis rebus imbutus, iis fluet quæ aduersus creatorem sunt, dicens multos esse deos, & iis sacrificandum quasi mundi rectoribus. Hic si resipiscat, ad naturalem regressus iustitiam, recipiens fidem Christi, erit filius Dei: ac per hoc neque filij Dei sunt qui nascuntur, neque diaboli. Quid enim dicit Saluator Iudæis, Vos de patre diabolo nati estis, & cõcupiscentias patris vestri vultis facere. Vides ergo operibus & professione filios diaboli procreari. Sicut enim Deus instituit genus nostrum vt sine sensu nasci possimus, tamẽ erudiri ad vtrumque, vt siue ad bonũ, siue ad malum ipsi nobis quodammodo simus authores, vt lætemur in nobis cùm rectè agentes remuneramur, aut nobis imputemus si praua sequentes pœnis subiiciamur: ideo iudicio nostro nos dimisit, vt neque queramur de malis, neque frustrà, sicut & Dei filios per fidem fieri, de nobis gaudeamus si coronemur. Deus cõditor & author substantiæ nostræ voluit aliquid nos propriũ nostrum habere, vt non indignè gloriemur de fide, quam habemus in Deo. Qui enim potestatis suæ non est, quicquid habuerit alienum est, vt ne gloriari possit de bonis, nec reus constitui de malis.

Ioan. 8.

Q. XLII. *Vide supr. in q. nouu test. a. q. 93. versic. Nam non est dubium, post veteri sequũtur & hic.* NAM non est dubium credentibus non datum esse spiritum, nisi postquam deuicta morte clarificatus est Dominus. Ante ascẽsum enim Dominus formam discipulis dedit quomodo accipere deberent baptizati Spiritum sanctum, quod nunc Episcopis custoditur. Trium ergo officiorum formæ doni Spiritus sancti in Apostolos dataę sunt. Prima est quæ generalis est, quæ in Pentecoste data est, non solùm in Apostolos, verùm etiam in omnes decidit Spiritus sanctus credentes, vt loquerentur magnalia Dei linguis diuersis vnius gentis homines. Secunda forma specialis est. Non enim pertinet ad omnes credentes, sed ad Episcopos tantùm, vt baptizatis per manus impositionem dent Spiritum sanctum: quę inter Episcopos potest dici generalis. Tertia forma est, quæ solis Apostolis est concessa in signis ac miraculis faciendis ad fidei incrementum. Semina enim sunt fidei virtutes per Apostolos factæ. Itaq. per ordinem officiorum Spiritus sanctus Apostolis datus est, vt primùm decideret in eos sicut in cęteros credentes in Pentecoste. Denique quasi primi sacerdotes aut Episcopi, manus imponentes credentibus darent Spiritum sanctum. Nam prodigia vt fierẽt per Apostolos, temporis gratia est, non personarum: sed beatificati sunt, quia tempus eos inuenit quo Dominus donum suum effudit super terram, vt potestatem acciperent, ad exemplum credentium, per Spiritum sanctum faciendarum virtutum. Vt autem præsente Domino dęmonia pellerent, & virtutes cęteras facerent, Apostolis potestas data est, vt sine inuocatione nominis imperarent dęmoniis, aut cęteris ægrorum passionibus, & salutis prosequeretur effectus. Hac scilicet rationis potestate, qua vsi sunt prophetæ, Helias, Helisęus, in virtutibus faciendis. Denique dicit Saluator discipulis suis, Amen amen dico vobis, Si quid petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis, vsque modò nõ petistis in nomine meo: petite, & accipietis. Quoniam ergo sine inuocatione nominis fecerunt virtutes Apostoli, sicut supra memorani, nõ tamen omnino sine nominis potestate. Per id enim quòd ab ipso missi erant, qui dęmonibus & passionibus terrori erant, ipso metu

Ioan. 14.

fugabantur dæmonia, & infirmitates curabantur. Itaque nomen Domini tacitè operabatur. Denique apostolus Petrus dicit Iudæis inter cætera, In nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos abnegastis & crucifixistis, hic astat sanus coram vobis. Nec quidem aliud nomen datum est sub cælo in quo oporteat saluos fieri.

Q. XLIII. *Fragmentum quæstionis 97 ex nouo test. à Versic. Vnde & Apostolus ex veteri ad finem vsque sic sequitur.*

VNDE & Apostolus, Qui proprio, inquit, filio suo non pepercit. Nam patrem & filium vnius esse substantiæ, ipsa nominum ratio docet. Vt enim mysterium quod ratio humana propter suam infirmitatem non capit, possit sciri, nomina sacris rebus aptata sunt congruè, vt per hoc veritas patris & filij possit aliquatenus intelligi. Nihil enim sic Christum Dominum de Deo esse Deum facit aduerti, quàm nomen hoc quod dicitur filius Dei, & quia malignitas etiam ipsi nomini vim perfidia sua infert, vt aliter quàm ratio ipsa se habet, nominis ipsius causam interpretetur, addidit, verus filius: vt obstrueret os prauum, & mente peruersum. Denique nemo in hæresim ruit, nisi à nominum ratione discedens: simplices verò permanentes in ratione nominum, catholicæ fidei adhæserunt. Ipsa enim simplicitas non aliter hoc aduertit imperturbata, quàm traditum est. Accedente autem tergiuersatione dum re bene & simpliciter posita commouent quæstiones, non contenti credere quod sonant verba, indignum putantes si non sibi addát aut demant, de traditione præcipitantur. Sollicitos enim se faciunt ne Deus aliter debeat credi, quàm tradidit. Ratio nominum patris & filij inducit ad veritatem vnitatis eorum. Nec enim potest discrepare alter ab altero, quorum imago vna sacris Scripturis refertur, quod etiam ipse filius firmat, cùm dicit, Qui me videt, videt & patrem. Si ergo vnum ex iis qui videt, ambos videt, sine dubio pater & filius vnam habent imaginem: quæ non esset vna nisi substitui essent pater & filius: quod quidem non est ambiguum circa noritiam humanam. De vero enim filio quid aliud poterit iudicari, quàm vt vnitas eorum ipsa nominum proprietate nascentis & generantis firmetur? Quis enim aliud generet quàm ipse est? Si enim filius tantùm diceretur, & non adiceretur ad intellectú quia verus est, testante illud apostolo Ioanne, qui ait, Sumus in vero filio Iesu Christo, qui est verus, & vita æterna: Et apostolo Paulo similiter prædicante, Qui proprio, inquit, filio suo non pepercit: posset de nudo nomine filij dubitari. Nam cùm addat verum hunc esse filium Dei, quid est quòd ab hac voce & sensu recedant, ipsi sibi propria immittant? Confingunt enim sibi & persuasione quadá opinionis peruersę aliud debere credi asserunt, quàm ratio fidei continet, quasi plus dent Deo quàm ipse de se voluit credi. Si enim adiectum nó fuisset, verè, posset dubitari. Diceretur enim similis esse patri propter hoc quod ait, Qui me videt, videt & patrem: vt sicut lac & gypsum quantum ad colorem pertinet simile est, quátú ad naturam, longè dissimile: sic & id quod dictum est, Qui me videt, videt & patrē: posit videri. Sed quia veri filij Dei verba sunt, non debet aliud ad intellectum admitti, quàm vt ideo hoc videatur dixisse, quia vnum sunt natura pater & filius, hoc est, in nullo discrepare alterum ab altero. Nam si Saluator de viro & muliere propterea quòd vna amborum substantia est, ait, Iam enim non sunt duo, sed vna caro, quanto magis pater & filius non sunt duo dicendi iuxta substantiam? Ne aut scissa vel diuisa, aut certè dispar ac dissimilis eorum substantia dignoscatur. Denique Paulus apostolus vnitatem substantiæ eorum firmans, dicit, Qui non rapinam arbitratus est esse se parem Deo. Parilitas ergo vnde erit hæc nisi de vnitate substantiæ? Hinc ambo vnius sunt imaginis. Si ergo Apostolus ait, Non rapinam arbitratus est esse se parem Deo, verum se Dei filium demonstrauit. Deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. Pares enim ij sunt qui aut ambo veri sunt, aut ambo falsi. Nec enim parilitatem recipit, cœptum & æternum, aut vnitatem. Vnum enim se esse dicendo Christus, cum patre, parem se Deo fecit. Non solùm enim, inquit, soluebat sabbatum, sed & patrem proprium Deum sibi dicebat, æqualem se faciens Deo: hoc est, patri. Nónne manifestum est æqualitatem hanc de proprietate natiuitatis descendere? Proprium enim se, id est, verum dicens Dei filium: æqualem se faciebat Deo: hoc est vnde dicit, Qui me videt, videt & patrem: per id quod consubstantiui sunt, qui vnum videt, ambos videt. Sicut enim habet pater vitam in semetipso, ita & dedit filio habere vitam: hoc est, æqualem sibi pater genuit filiú, & omnia quæ patris sunt, filij sunt: & quæ sunt filij, patris sunt: & nemo potest quicquam rapere de manu patris, neque de manu filij. Et subiecit, Ego & pater vnum sumus. Et, Verba, inquit, quæ loquor vobis, à meipso non loquor: pater autem manens in me ipse loquitur, & opera quæ facio, ipse facit, credite mihi quod ego in patre, & pater in me: alioquin propter opera ipsa credite. Quia enim generatio non à semetipsa est, sed ab eo qui genuit, idcirco quicquid facit, factum dicit patris sui. Hæc omnia illud firmet, quia ideo verus dicitur filius Dei Christus, vt de ipso natus credatur.

Q. XLIIII. *Rom. 1.*

CVM Saluatorem natum profiteamur, quid est vt Apostolus factum eum dicat ex semine Dauid: cùm aliud sit fieri, aliud nasci? Quanquam hoc loco posit factura natiuitatis intelligi. Factura enim à generatione distat quidem: sed in aliis causis non nisi carnis & corporis vertitur ratio. Apostolus tamen non sine causa taliter verbis locutus est, quia & in alio loco, Factū, inquit, ex muliere. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quoniam enim sine humano semine concreta caro Domini est in vtero virginis, & corpus effecta, sed effectu & virtute sancti Spiritus: ideo sic locutus est Apostolus, Aliud est enim semine admixto sanguinem coagulare, & generare, & aliud non permixtione, sed virtute procreare. Ideo factum potius dixit quàm genitum.

Q. XLV. *2. Tim. 2. Matt. 3. Psalm. 2. Hebr. 1.*

SI ex semine Dauid Christus Dei factus est filius secúdùm carnem: hoc est natus iam filius Dei est in vtroque, quia sanctificatus natus est: quomodo ergo postquam baptizatus est, dictum ei à deo est, Tu es filius meus, ego hodie genui te? Christus filius Dei secundùm spiritum ex æterno est, iuxta carnem autem Dei filius ex semine nauid est ex natiuitate. Non per baptismum factus, quia de Spiritu sancto natus purificatum corpus habuit. In baptismo autem ideo audit, Filius meus es tu, ego hodie genui te: vt ostenderet per mysterium baptismatis filios Dei fieri. Denique spiritu descendente & manēte in se, audit hæc verba, qui ante acceptum Spiritum sanctum non sunt filij Dei. Audit ergo non sibi, sed nobis, vt in illo disceremus quomodo filij Dei esse possemus. Non enim sibi baptizatus est, sed nobis, quomodo alio loco ipse dominus ait, Non propter me venit hæc vox, sed propter vos, vt credatis: ita & hoc factum est, vt forma nobis fieret.

Q. XLVI. *Rom. 9. Rom. 4.*

APOSTOLVS legem datam à Moyse, & sanctam, & iustam, & bonam, & spiritalem appellat. Alibi dicit, Lex enim iram operatur: & vbi non est lex, nec præuaricatio. Sine enim his esse, securitas est. Ipse dicta conferens, satis tibi debueras facere. Nam sic solent dubij facere quæstiones, vt vnius dicta, & quem fas non est reprehendere, pugnantia & inimica quærantur. Si enim Apostolus legem sanctam & iustam & bonam & spiritalem vocat, vir omni laude præcipuus, & vndique veritate munitus: sufficeret hoc ad fidem, & de hoc quod videtur in verbis contrarium, sine obstinatione & inuidentia quærendum erat. Præpositio enim hæc impunitatem peccandi vult. Nam Apostolus vtique cùm legem fidei pro temporis merito & gratia præferret apud Romanos, qui sub fide Christi in legem fuerant inducti. In legem dico, non eam quæ naturalis est. Nam vtique in legem erant Romani quam de Athenis decemuiri mihi, & pòst alij duo attulerunt quæ in duabus tabulis scripta est, quæ in Capitolio obrutæ sunt, sed eam quæ factorum appellatur, vt circumciderentur, sabbatum obseruarēt & neomenias, discernent escas, circa mundanda vasa essent solliciti, & cætera quæ continentur in lege huiusmodi. Hanc ergo legem dicit iram operari: propterea enim irato Deo addita sunt hæc, vt oneri essent perfidiæ Iudæorum. Detantis enim necesse esse vt aliquid prætereat. Vnde apostolus Petrus, Quid, inquit, imponitis iugum super ceruicem fratrum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? Denique dicit deus per Hieremiam prophetam, Dedi illis præcepta non bona. Post enim offensiones multas & tentationes in deum & contumelias factas Moysi & detractiones de deo, hæc data sunt, quæ obseruarent, vt premeretur dura ceruix eorum, & quocunque se conuerterent, legem haberent, vt nullú eis esset refrigerium. Vt ergo ab hac illos lege tolleret Apostolus, ait, Non est lex nec præuaricatio: vt securi per compendium possint deo seruire spiritaliter, quia, inquit, legem Iudæorum seruantes, necesse est vt præuaricetis. Tanta enim sunt præcepta, quæ impleri impossibile est. Nā quomodo de ista lege diceret, quę naturalis est? Nam Moyses ideo scripsit, vt authoritatem illius firmaret, non quia antè non erat, cùm legamus vindicatum esse ante Moysen, sed, vt exponeret Romanis non debere viuere iam sub lege, quos sub lege agere expediebat. Nec aliter enim posset seruari iustitia. Denique dicit ad eos, Vis non timere potestatem? bonum fac. Et, Qui contemnunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Spiritalem ergo hāc legem dicit, quam & sanctam, & iustam, & bonam ostendit. Hæc est quam naturalem diximus, quæ prohibet peccare. Dux est enim bonæ vitæ, huic addita lege fidei perfectum hominem facit. Nam quia communi nomine nuncupatur lex hęc quam naturalem dixi, & illa quæ factorum lex dicitur, contra legem loqui videtur Apostolus. Sed ne hanc inanire videretur, sine qua vita hæc gubernari non potest, dicit: scimus quia lex spiritalis est, vt illam quam inanit, lex sabbati & circumcisionis & escarum & neomeniarum sciretur. Illa enim idcirco spiritalis dicitur, quia omnia punit peccata.

Act. 15. Exech. 20. Rom. 13. Ibid. 7.

Q. XLVII. *Vide in q. 16. Quod obiiberet, &c. Rom. 8.*

QVA ratione sapientia carnis inimica est deo, vel quæ est ipsa sapientia quæ legi dei non est subiecta?

Non discrepat sensu quæstio hæc à superiore. Nam carnem dicendo quid significet, declaratum est. Vnde quæ sit eius sapientia, facilè posit dignosci. Diximus ergo elementa omnia carnem appellari, id est, visibilium substantias, quorum ratio talis est, vt nihil æstimet posse fieri sine commixtione spiritali & simplici, potentiæ rationem horrentis ad fatuam iudicantes. Hi enim qui de spiritalibus diffidentes, carnalia sequuntur, nihil aliud sapiunt ac putant verum quàm ratio continet elementorum, vt neque virginem peperisse, neque carnis credant resurrectionem: quia hoc ratio carnis, id est, elementorum, non recipit. Omnia enim quæ gignūtur in tempore, permixtione operante generantur: & emortua & resoluta corpora non posse rursus reddi ad vitam, quia vnumquodque elementum permixtione discreta reuertitur in propriam naturā. His modis inflati, negant futurum vel factum quod credimus: ac per hoc asseueratio illorum inimica est deo, dum stultum & inane putat quod fecit & facturum se promisit deus.

Q. XLVIII. *1. Cor. 2.*

APOSTOLVS dicit de principibus & potestatibus huius seculi, Quod si cognouissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Econtrà Marcus euangelista dæmonibus ait, Sciebant

Marc. 1. Sup. in q. nouu. test. num. 6. Act. 3.

bant enim ipsum esse. Si dæmones sciebant, quomodo potestates ignorabant? Quibusdam videtur principes & potestates huius seculi Iudeorū maiores & principes dixisse, qui iuxta Petri apostoli dicta ignorauerunt quid mali fecerunt. Ait enim, Scio fratres, quia per ignorātiam gessistis hoc malum, sicut & principes vestri. Iudæorum principes hi fuerunt, non tamen huius seculi principes dici potuerūt: quippe cùm in potestate redacti fuerant Romanorum, profitentes se non habere regem nisi Cæsarem. Hi autem sunt principes isti, quos alio loco significat Apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, sed aduersus huius mundi principes, & tenebrarum harum rectores. Si ergo hi sunt principes qui nescientes Dominum maiestatis Christum esse, crucifixerunt, quomodo à dæmonibus potuit sciri? Non illum aliter scierunt dæmones quàm sciebant principes huius seculi. Sciebant enim ipsum esse qui promissus erat in lege per signa prophetiæ, non tamen mysterium eius, quo filius Dei erat ex æterno, sciebant, neque sacramentum incarnationis.

Q. XLIX. 1. Cor 5.

QVEM spiritum Apostolus saluandum asserit cùm dicit, Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, &c. Interitus carnis est, cum quis voluptatibus & desideriis carnalibus deditus, gehennam sibi procurat. Interitum enim ex opere carnis acquirit. Ex his enim totus fit carnalis, quia sicut secundum legem viuens totus homo spiritalis efficitur, vt etiam caro hoc dicatur quod anima: ita si secundum desiderium mundi & voluptates libidinum viuat, totus homo fit caro, proficiens in interitum carnis: id est, vt sicut caro, propterea quòd fluxa & corruptibilis & mortalis est, amissa anima deformatur, caruit figura, defluit in interitum, interit enim cùm vigorem omnium membrorum amittit: sic & anima de tali corpore deformata est in eius vigore, despecta erat in pœna cum carne in qua se vitiis maculauit, vt nullus profectus sit carni per animam: sed interitum habeat anima per carnem, quia nó corpus gubernauit spiritaliter, cú regina data sit carni, sed ipsa ducit opera carnalia. Talé igitur hominem cùm Ecclesia abiecit, spiritum habet saluum, sanctum scilicet, qui Ecclesiæ curator est: quia si passi fuerint talem inter se habere, quem vxorem patris habentem non potuit lege imposita pellere, contaminat omnes, & sanctus Spiritus recedit, & Ecclesia, quia fuit pollicitus antè, habebit saluum spiritum Ecclesiæ. Quod enim amittitur, non est saluum, & in die Domini nudi ab spiritu inuenti, inter filios Dei computari non potuerunt. Spiritus etenim testimonium perhibet quòd sumus filij Dei. hæc Apostolus ad plebem loquitur, quia adhuc episcopi Ecclesiis non erant loco omnibus ordinati. Ideo plebem iubet facere quod factura esset si illi creatus fuisset episcopus, vt conspirantes in vnú eiicerent illum de cœtu suo, ne cõsentire viderētur operibus eius. Quia qui non arguit eum quem potest, sed recipit quasi non errantem, delinquendi illi fomitem præstat, qua causa contaminatur & ipse fugans à se ipsum factum. Ad Thessalonicenses namque simili modo inter cætera dicit, Integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri seruetur. Ipse sensus est, hoc est enim saluum esse quod integrum. Nam dicit rex ad Danielem, Saluáne sunt signa? Et Daniel respondit, Salua rex: id est, integra: vt nobis sic integer spiritus, cùm non nos deserit. Quos enim spiritus deserit, iam non erunt integri in causa regenerationis, quia non habent eum per quem filij Dei vocabūtur. Nec hoc est contrarium, si Spiritum sanctum dicamus, nobis peccantibus nos deserere, & integrum non esse. Tunc enim integer non est, quia datur nobis vt dux & rector noster sit quasi caput nostrum, & nos velut membra eius. Cùm autem aduersum aliquid facimus, non ille nos, sed nos illum videmur deserere, & tunc ille videtur integer non esse, cùm nos amittit. Hoc enim verum ac manifestum est, quia non ille se à nobis auertit, sed nos ab illo cùm peccamus. Et ad Colossenses inter cætera ait, Ex quo omne corpus subministratum & productum crescit in incrementum Domini. Quod iuxta sonum verborum si accipiam, non conuenit. Nec enim Deus aliquid debabet, vt crementum faciat per nos: Sed nos dum reuertimur ad authorem vitæ nostræ & confitemur illum, acquirens nos ad salutem crementum fecit in nobis diuinitas, ideo in eis qui recedunt, detrimentum est. Hoc est ergo integrum non esse, quòd est & detrimentum facere.

Dan. 14. Colos. 1. 1. Thess. 5. 1. Cor. 6.

Q. L. CVM multa peccata in corpus admitti videantur: Omnis enim qui sibi ex quacúque parte corporis vim intulerit, in corpus vtique suum peccat: Est enim qui se abscidit, est qui laqueo vitam finit, est qui ferrum in se iniecit: quare Apostolus, Omne, inquit, peccatum quodcúque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat? Imperitum putas fuisse Apostolum, aut vim dicti explanari desideras? Nam Apostolus corpus dicens, non singularem hominem significauit, sed simul comprehendit & feminam, quia portio viri est mulier. Nam omnia supradicta facinora quæ violenter in se vnusquisque admittit, non totum maculant corpus, singularis enim peccat, ac per hoc solus fiet reus. In fornicatione autem totum polluitur corpus, quia consensus contaminationis & virum tenet & feminam, ideo graue delictum esse fornicationem. Pessimè enim peccatur, cùm quis facinori suo socium quærit ad perditionem. Si enim vt bene viuens etiam pro eo præmium accipiet, qué lucrum fecit, & malus non tãtum in se, sed & in illo fit reus quem participem voluit habere damnationis, quanto magis qui fornicatur, quem constat vno delicto seipsum bis quodammodo contaminare. Si enim in carnem quæ ex se est peccat, bis vtique seipsum adulterat. Si quis autem quæstionem hanc transfigurare se putat, vt aut ad Ecclesiam, aut ad corpus Christi dictum hoc aptet, non stabit. Impro priè enim dicetur, & Nouatiano erit similis, qui vt causam furoris sui pronunciat cum qui fornicatur, non in corpus suũ peccare asserit, sed in Christi, quia Christiani membra & corpus Christi sunt: vt fornicatio hoc fit quod sacrilegium, vt talis in Christum dicatur peccare, sicut qui negat Christum, quod quidem infirmum est & fragile: quia ex quauis parte hæret in laqueum, & non euadit. Si enim qui fornicatur, in corpus Christi peccat, cætera peccata non erũt in Christum admissa: vt si Christianus fratrem occidat, aut sacrificet idolis, vel aliud genus peccati admittat, quia omne peccatum non est extra corpus, sed quodcunque fuerit, in Christum admittitur qui furatur, aut periurat, & qui mentitur, aut qui percutit fratrem, aut aliud tale admittit, in Christum vel in Spiritum sanctum dicitur peccare, quod valde absurdum est, & tamen Apostolus Ecclesiæ membra corpus Christi appellat, ita vt nos inuicem simus membra. Quomodo ergo qui fornicatur, in suũ corpus peccat, & non magis in Christi? quia secundùm Ecclesiæ mysterium non nostrum corpus dicimur, sed Christi, & hoc à longa causa est, quia fornicatur, ideo in corpus suum peccet, quoniam totus Adam contaminatur.

Act. 17. Exod. 10. Rom. 13. Act. 17. 1. Cor. 10. Vacat hic. Act. 17. 1. Cor. 10. Sap. in mixtis. Num. 99. Act. 17. 1. Cor. 10. Mat. 10.

Q. LI. *1. Cor. 6.*

CVR Apostolus omnibus omnia se factum dixit, quod factum adulatoris videtur & hypocritæ? Adulator ille est qui ideo dat consensum, ne offendat eum quem optat habere propitium. Qui enim propter scandalũ aliquid facit, quod nó quidem periculosum, sed superfluũ sit, saluti studet illius quem scandalum pati non vult. Cùm circumcidit Timotheum propter Iudæos, & purificatus intrauit in templũ, talem se vtique præstitit, ne illi quia æmuli erant traditionis paternæ scandalum passi aut occiderent illum, aut religionem nostram sibi inimicam putarent. Minus ergo admittere voluit, vt plus posit lucrari. Grauiter enim potuerant peccare, non si Iudæũ se fecisset: ad horam subiecit ergo se, vt illis prodesset. His autem qui sub lege sunt, id est, Samaritanis, hac ratione consensit, qua constat illos libros Moysi rectè confiteri esse à Deo, & circumcisionē & sabbata à Deo data. Ex his autem ostendebat illis Christum quem sperabant hunc esse quem prædicabat. Sic enim habes dicente Samaritide ad Dominum, Scio quia Messias venit: cùm ergo venerit, ille annunciabit nobis omnia. Iuxta ergo hunc sensum persequebatur verba illorum Moyses qui dixit, Quia Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris. His autem qui sine lege sunt, ex hac parte assensit, quia mundum dicunt factú à Deo, & hominum genus. Ait enim, sicut quidam ex vobis dixerunt, Huius etenim genus sumus. Sic ergo factus est omnibus omnia, vt saluti eorum proficeret.

Ioan. 4. Deut. 18. Act. 17.

Q. LII. *1. Cor. 10. Sap. in mixtis. Num. 99.*

QVID est quòd dicit Apostolus, Tentatio vos non apprehendat nisi humana: quasi optet hanc fieri? Et quæ est hæc humana tentatio? Nam per hanc ostendit esse & diuinam tentationem. Discernendæ ergo sunt & quæ sint ostendit. Omnis quæstio vt dilucidari possit, ad originē reuocanda est. Apostolus autem cùm de Iudæorum perfidia quereretur, & quem Deum in solitudine tentauerunt. Vnde dicit, Neque tentemus Christum, sicut quidam tentauerũt. Dum ergo hæc incumemoraret, & quid propter ista mala passi sunt, ad terrorẽ incutiendum exponeret, vt ipso nos exemplo malitiæ vel tentationis quæ in Domino fit reuocaret. * Diuina itaque tentatio est, si sub lege Dei agens, ex alia parte aut ab idolis auxilium petat, diffidens de Deo, ideo hoc Apostolus cauendum monet. Vt autem humana tentatio nos teneat, exhortatur: quia humana tentatio est, in Dei causa desperare de homine, & promptum esse in fide Dei. Tentatio enim hæc diffidentia intelligitur, vt de promissis & spebus Dei non diffidant. De humanis, quia in omni errore seductionis humana tentatio est, quæ infesta immundis rationibus Dei lege subsistet, desperás de repromissis eius. Habes enim manifestum quæ sit in Deum tentatio, & quæ est humana tentatio, quam fastidire non debemus, si fidei participes sumus.

Q. LIII. *1. Cor. 12.*

QVID est quod dicit Apostolus, Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto? Ergo Photinus, qui negat Christum deum, potest dominum nostrum Iesum Christum in Spiritu sancto fateri? & Marcion & Manichæus, qui negant Christum in carne venisse, hi in Spiritu sancto possunt dicere dominum Iesum Christum: vel meretrices & spurci, cùm Spiritus sanctus non habitet in corpore subdito peccatis, & in maleuolam animam non intret sapientia?

Sap. 1.

Veritas non ex persona probatur vel improbatur. Quicquid enim bene & verum dicitur, sine dubio in Spiritu sancto dicitur. Non ergo si quis in aliis reus est, & in hoc illi præscribi debet, quo verum loquitur, nec illi tamen præscribitur, sed Christo nomino contradicitur, Qui enim negat istum verum dicere, Christo iniuriam facit. Si autem verum dicitur, negetur quod verum est in Spiritu sancto dici, quod & Christus admittit. Nemo enim bonorum vera defe dicétem arguit. Nec enim ex reuelatione edisceitur, quod per traditionem discitur: nemo verum dicens poterit improbari.

Q. LIIII. *2. Cor. 5. Mat. 10.*

APOSTOLVS dicit Christum pro omnibus mortuum esse. Sic enim ait: Ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est. Ipse verò dominus ait, Venit filius hominis dare animam suam redemptionem pro multis. Hoc modo contrarium. Verba quidem diuersa sunt, sed vnus est sensus. Quomodo iterum verba eadem diuersum habent sensum: vt puta, Omne quod non est ex fide,

Rom.14. peccatum est. Et lex ait, Non est ex fide, nec tamen peccatum est. Hos ergo quos multos dixit Saluator, ipsos Apostolus omnes significauit. Multi enim sunt, quia maxima pars ex omni populo & gente credita est Saluatori. Istos Apostolus credentes omnes nuncupauit. Sic enim inter cætera ait, Pro omnibus mortuus est. His
a.Cor.5. vtique qui crediderũt & creditori sunt. Est etiam & pro ipsis mortuus, qui credere nolunt. Sed dum illi beneficium non recipiunt, nolunt pro se mortuum esse Christum, ac per hoc non videtur mortuus pro his quibus nihil profuit, sed magis officit. Pro his autem ritè mortuus dicitur, quibus acquisita victoria est, qui intelligentes mysterium, Deo gratias referũt, per Christum Dominum nostrum.

QVÆST. LV. Gal.2. CVR apostolus Paulus Petrum coapostolum suum reprehendit, quòd timens eos qui erant ex circumcisione, subtrahebat se à gentilibus, cùm & ipse timens eos qui erant ex circumcisione, accipiens circumcidit Timotheum, quod fieri prohibebat: & ipse ergo reprehendendus est. Act.16. Incredibile est tantum Apostolum in eo alterum reprehendisse, in quo se sciret succubuisse. Hoc à tam magno viro factum, non est fas credere, quia iis competit qui carnaliter viuũt. Caret itaque apostoli Pauli factum reprehensione. Cùm enim prædicaret non circumcidi, volens autem Timotheum secũ assumere, qui cùm esset natus matre Iudæa, patre autem Græco, & hoc Iudæis esset scandalum, vt ex Iudæa natum incircumcisum assumeret, tulit subiectioni esse ad horam, & accipiens circumcidit eum. Rem ergo superfluam fecit, permittẽte eo qui passus est. Quia enim erat ex matre Iudæa, eruditus ab infantia in synagoga literis sacris, id est, voluminibus Hebræorũ, permisit circumcidi se, vt Iudæis scandalum tolleret, quia zelum habebant generis sui. Denique cùm Titus, inquit, esset Græcus, nõ est compulsus circumcidi, Timotheum autem, quia de matre Iudæa erat, sicut dixi, non sunt passi Iudæi assumi inter doctores incircumcisum. Ad hoc illùm assumpsit Apostolus, vt eum Episcopum ordinaret, sicut fecit. Eruditus enim propheticis literis, ad asserendum Christum idoneus magister inuentus est. Apostolus enim Petrus non esset reprehensus, si se more Iudæorum à gentilibus segregasset, ne illis scandalo esset. Sed hoc reprehensum est in apostolo Petro, quòd cùm antè credentibus Græcis gentiliter viueret, aduenientibus ab Iacobo Iudæis, timore subiectus ex gẽtilibus credentibus iudaizare debere docebat. Hinc audit, Si tu cùm sis Iudæus gentiliter viuis, quomodo cogis gentes iudaizare? Dubitare enim fecerat de euangelica disciplina: quod crimen est, dum quæ ædificauerat, destruebat. Ideo simulationem hanc vocat apostolus Paulus, quem constat si circumcidisset Timotheum, vt non taceret rem se superfluam propter illorum scandalum facere, & ideo secedere, propter quòd matrem haberet Iudęam, nec enim Iudæi insisterent, nisi inuenta occasione matris Iudææ, quia hoc minimè possent improbare gentilibus, nec habere facilè de his scandalum, qui non essent de genere Israel. Non ergo simulatione hoc fecit, sed violentia. Supradicta enim causa simulationem habuit non minimam. Nam multi reprehensi sunt in hac causa, ita vt aliqui Iudæorum & Barnabas consentirent huic simulationi.

QVÆST. LVI. Gal.2. sup. in q. noui test. num. 81. APOSTOLVS ait, Nos natura Iudæi. De Iudæis ergo Iudæos nasci ostendit. Denique in eremo qui nati sunt, non circumcisi Iudæi erant. Non ergo circumcisio Iudæum facit, sed natiuitas sub Dei creatoris deuotione progenita. Si ergo de Iudæis Iudæi nascuntur, & de paganis pagani nascuntur, etiam de Christianis Christiani nascuntur. Non omne quod nascitur, hoc est, quod & vnde nascitur. Nam & aurum de terra nascitur, & non tamen terra est, & gemmæ & alia multa. Nam & de ligno esca nascitur, & de ouo pullus. Et hac causa de Paganis Pagani nascuntur, quia omnis Paganus in ignorantia est, & qui nascitur de eo, sine sensu vtique est, ignorans siue bonũ siue malum: ambo ergo ignorãtes sunt. Sed hoc interest inter eos, quia qui generat Paganus, sine dubio blasphemus est, & quasi profanus. Infans autem natus nescit blasphemare, sicut & nescit benedicere: Paganus tamen est, quia sine sensu est, neque suum habens meritum, neque alterius. De Iudęo autem idcirco Iudæus nascitur, quia sub creatoris deuotione
Gen.4. generatur, sicut dixit Adam de Cain, Procreaui hominẽ per Deũ: quia sicut pagani in deuoti creatori, dæmoni gratias agunt in omnibus quæ agunt, ita & Iudæi Deo creatori supplices, licet imperfectè, laudant eum in omni actu suo. Hoc modo etiam de Iudæo Iudæus nascitur. Christianus * quia ipse qui generat, non natus, sed factus est Christianus: idcirco & istum qui nascitur, fieri oportet vt sit. Sed dicitur econtrà, Si factus vtique est qui generat, hoc debet generare quod ipse est, vt iam accepta dignitas traducem faciat: sicut & in Iudæis, quia Abraham de Pagano Dei cultor factus est, & ex eo origo Iudæorum sicut & facti senatores, iam senatores generant. Sed senatorum dignitas nõ apud Deum meritum habet, neque ipsa natura, id est, substantia consequitur beneficium, sed in sola fama & sermone dignitas vertitur, ac per hoc currit sermo per traducem carnis, nihil aliud præstans quàm opinionem mundanę dignitatis. Quare autem de Iudęo Iudęus nascitur, iam dictum est: Christianus autem cùm boni dignitas naturæ ipsi accedit, vt substantia hominis qua constat beneficium consequatur, vt non opinio sola, sed & res sit in effectu apud Deum. Denique accepta remissione peccatorum, purificatur totus homo, ita vt & filius à Deo adoptetur. Quamobrem omnes natos renasci oportet, quia

A misericordia Dei singulis donat gratiam. Nec enim alter alteri potest remissionem accipere. Anima enim quæ nascitur in corpore, vel cum corpore, subdita morti inuentæ ab Adam, nisi signum acceperit euictæ mortis, tartarum inferni non euadit. Vnusquisque enim sibi accepit beneficium, non & ei qui nondum est. Si enim factus Christianus immortalis iam esset, rectè natus de illo hoc esset quod & genitor. Nam qui fuit Christiani, signum accipiunt, ne à morte secunda teneantur: non tamen mortem præsentem, quam adinuenit, euadunt. Infantes autem propterea baptizantur, cùm sint innocentes, vt anima rudis nata in corpore, signũ habeat mortis euictæ, ne possit ab ea teneri. Hoc signum Abraham nõ habuit, neque prophetæ, quia tempus illos non inuenit: Reseruatum est autem filio Dei, qui veniens vinceret mortem, & hãc gratiam credentibus largiretur. Hinc est vnde Dominus ait Iudæis, Abraham pater vester cupiuit vt videret diem meum, & vidit & gauisus est. Sciens enim Abraham Christum ad liberationem humani generis
Ioan.8. repromissum: Semper enim necesse erat ortum eius in inferis positos expectare, quem vbi in spiritum natum esse vidit, gauisus est, certus quòd in breui de inferno ereptus induceretur in cęlos. Quomodo ergo de Christianis nasci deberent Christiani, quando qui non crediderit, aut non fuerit baptizatus, non erit Christianus?

QVÆST. LVII. Gal.3. QVID opus erat vt Galatas arguens Apostolus hoc interponeret. Galatis enim post Euangelium ad legem cõfugientibus inter cætera ait, Mediator autem vnius nõ est, Deus autem vnus est: quasi Galatæ vnum Deum negarent. Quippe cùm hac ratione in lege fuissent, vt vnum Deum & singularem crederent, Christum autem ministrum tãtum ex prædestinatione venisse ad dispensandum donum gratiæ Dei. Manifestum sic inductos Galatas in legem fuisse vt & Christum profiterentur, sed non sicut dignũ est, sed more Photini, vt quia vnum Deum lex prædicat, contra legem sit si Christus Deus dicatur. Hoc commentum Iudæorum est, qui magnalibus virtutum victi crediderunt post crucem Christi, ita vt profitentes Christum, legem tamen seruarent, quasi non esset spes in Christo ponẽda. Hi sunt quos Apostolus falsos fratres appellat. Gal.2. Isti ergo post Apostolorum traditionem Galatarum sensum corruperant, ita vt Iudæos eos facerent sub nomine Saluatoris. Hinc Apostolus Christum dicit venisse arbitrum circumcisionis & præputij, sicut dicit ad Ephesios, In vno nouo homine faciens pacem. Ephes.2. Si ergo arbiter venit Christus, arbiter autem sic facit pacem inter duos, vt nouam regulam ponat, auferẽs ambobus professiones, reconciliat eos, vt eius sententiam secuti, amittant discordiam pristinam. Iudæo enim circumcisionem indicãte, & gentili præputium, discordia fit. Cùm verò hoc ambobus aufertur, fit pax. Si igitur sic se hæc habent, quomodo vos, inquit, Galatæ Iudæi facti Christi
C arbitrium corrumpitis? Ideo dixit illis, Euacuati estis à Christo. Ius enim reconciliationis quod inter eos constituerat spernentes, ad pristinum Iudæorum sensum conuersi sunt, accusantes tam se quàm reconciliatorem. Omne enim quod displicet, accusatur. Et quoniam hæc res Galatas ad legem conuerti coẽgerat, vt vnum Deum sine mysterio faterentur, quasi legi esset inimicum, si Christus Deus diceretur, dicit, arbiter, hoc est, mediator vnius non est, sed duorum vtique: Vos autem conuersi ad legem, arbitrum recusastis, Deus tamen vnus est. Non dicit sic se Christum Deum prædicare vt alterum Deum faceret, aut duos profiteretur, sed vnum esse Deum, sicut & in lege dictum est, quia Christus cùm de Deo Deus prædicatur, non ad alterum proficit Deum: quia qui de Deo est, nõ se permittit alterum Deum dici. Siue enim Deus, siue quod de Deo est, vnus est Deus. Nihil enim vtique distat inter Deum, & quod de Deo est. Est enim alter. Ipse enim alter, propter personam qua filius nuncupatur: ipsi verò, propter vnitatem substantiæ: ne reprehensibile videatur quia personam dixi. Solent enim hoc quidam abnuere, sed Apostolum sequamur qui ait, Nam quod dona- 2.Cor.2.
ui, si quid donaui, propter vos in personam Christi.

QVÆST. LVIII. Gal.3. 1. Tim.1. sup. in q. noui test. num. 83. SI per Christum salus, & vera & perfecta cognitio, cur non antè venit vt anteriores nostri qui in ignorantia fuerunt, addiscerent
D veritatem? Denique post aduentum Christi multi salui facti sunt magis quàm prius: Vnde si antè venisset, multo plures saluati fuissent. Si ergo ita est, reprehensibile videtur. Si ei cui necessitas imminet, antè subueniatur, erit quidem gratus, non valde tamen poterit scire quid sibi præstitum est. Si autem in ipsa necessitate posito auxilium feras, sciet quale beneficium consecutus est. De tribulatione enim ereptus plus gratias agit, quomodo si esurienti offeras panem. Si autem offeras non esurienti, quæ erit gratia? Idcirco rectè factum est, vt non antè veniret Dominus. Primùm enim dimisit genus humanum vti voluntate sua, non sine testimonio sui: quia ex ipsa fabrica mundi & annua munera, quæ elemẽtorum ministerio huinanis vsibus exhiberi decreuit, cognosci & timeri diuinitatem suam voluit. Postea verò cùm obsolesceret notitia Dei in terris, & mores immutarentur, dignatus est visitare genus hominum, vt data lege vel reformaret eum in natura, sed negligi cœperat, & notitiam sui & legis authoritatem restauraret, vt recognito Deo & reuocata lege timere inciperẽt: certi quia qui legem dedit: iudicaturus esset actus humanos. Et quia accepta lege à peccatis se cohibere nequiuerũt: cùm possent: diu etiam per prophetas admoniti: motus Deus misericordia misit filium suum, qui se pro illis offerẽs: & morte destruẽs: data illis remissione peccatorũ Deo patri illos iustificatos offerret: vt sciẽtes de quo periculo sunt

crepti,

erepti, sine cessatione Deo gratias agant, vt etiam si vsus exegerit sanguinem pro illo fundentes, nec sic se illi vicem reddere profiteantur. Quàm gratum ergo & pretiosum beneficium existimant, quod nec morte compensari putant? Sed fortè cõtradicatur, simul ante legem, & post legem peccatis pressi totos se carni dederunt, sine dubio fuerunt aliqui qui creatori Deo deuoti à vitiis se infrenarent. Age nunquid hi expuncta hac vita non in infernũ descenderunt. Si autem antè, post mortem Adæ Christus venisset, liberato Adam qui peccato proprio tenebatur, à morte, cæteris ad cęlum iter fecerit, credentes, vt quia hic bene vixerat, grati creatori & restauratori defuncti reciperentur in cælũ. Damnum ergo est, quia non antè venit Christus. Damnum esse manifestum est. Sed quære an iustum, an iniustum sit. Solent enim damna iusta esse. Numquid fur reprehensus, cùm in quadruplum, iuxta legem, damnatur, non damnum patitur? Sed iustum est, ac per hoc iustum quod hominum genus passum est, iustè prouenit, ideo & permissum est. Quare & Saluator inter ipsa primordia venire non debuit. Cùm enim diabolus superbiret, & homo à Deo factus positus est illi inimicus, vt auxiliis Dei munitus, quia impar erat viribus, resisteret illi accepto mãdato vnius Dei imaginem in terris ad errorem auferendum, per id quòd vnus ab vno factus, ex quo cęteri, demonstraret. Diabolus autẽ solita subtilitate simulauit se ignorare quid præceptum fuisset à Deo, & inuenit Euam instabilem, pòst autem promittens illis, quòd si interdictum degustassent, futuri essent dij, circumuenit eos. Sic diabolus deuicto homine triumphauit, hic victus genus suum vendidit peccato. Non ergo iustum erat victori statim auferre violenter spolia, quia quod facit Deus, iustè fecit: Præterea cùm acerbè peccauerit homo, assentiẽs enim fieri se Deũ, idololatriam admisit, hoc est, in Deum peccauit. Ideóque non illi statim debuit subueniri, qui nec pœnituit. Pòst autem iustis multa mala intulit Satanas, Iob, Ioseph, Hieremiæ, Esaiæ, Zachariæ, & cęteris prophetis, & iustis. Idcirco commissus est Christus à Deo patre suo qui illum vinceret, & se manifestaret, regnum eius auferens ratione, non potestate. Quanquam omnia possit Deus, sed illud facit quod congruit rationi, vt irreprehensibilis persueret.

QVÆST. LIX. Gal.4. Sup. in q. noui test. nu. 82 PAGANOS sub elementis esse nulli dubium est. Quid ergo Apostolus dixit, Eramus & nos sub elementis huius mundi seruientes. Si taque & iudæi sub elementis erant, quid differunt à Paganis? Pagani non sub elementis seruiunt, sed ipsis elementis. Colunt enim astra, solem, lunam & sidera: hæc in firmamento. In inferioribus autem terram, aquam: in mari verò Neptunum: in inferis autem Plutonem, apertam creaturam mundanam colunt, pręterito creatore. Nam Iudæi hoc modo sub elementis: ideo tamen seruiebant: quia hęc ipsa mandata dederat. Obseruant enim neomenias, sabbata, pecorum sacrificia. Initio mensis septimi tuba
C canere, quintodecimo autem die mensis septimi medullas palmarũ & ramos ligni spissos, & ramos salicis circumferre, & in casis septẽ diebus habitare. Hæc ergo obseruantes, rectè sub elementis dicũtur seruisse. Hæc enim ex elementis sunt. Christiani autem nõ sub elementis, sed supra elementa Deo seruiunt, ad Hierusalem cęlestem properant es, in spiritu Deum adorant, non in visibilibus & mundanis, sed in animo Dei culturam habentes, inuisibili inuisibiliter seruientes, sicut dicit Dominus in Euangelio, Veniet hora
Ioan.4. in qua Dei adoratores adorabũt patrem in spiritu & veritate. Hæc ergo veritas est, spiritu Deo seruire, animo magis quàm corpore: vt quia Deus spiritus est, spiritaliter excolatur. Ex hac parte Iudęos sub elementis subiectos dicit fuisse, qua suprà memoraui. Ex alia autem parte legis, spiritalem fuisse rationem, qua & peccare prohibuit, & diligendum ex omni parte Dominum mandauit, & spem in Christo apostolis prædicantibus hæc magis defendebant, quę carnaliter data fuerant. Hæc apostolus memorat vt obfuscet Iudæos, qui obtrectantes legis spiritales, visibilibus erant subiecti: & vt hæc verè ad comparationem legis fidei infirma ostẽderet, etiam interposita persona hoc denotat, qui vtique eorum æmulus fuerat vehementer. Cognito autem Christo, hæc contemni æstimauit, quia multum differt gratia Dei per Christum à lege factorum.

QVÆST. LX. QVANDO Apostolus Galatis dicit, quos sic reprehendit & arguit per totam epistolam, Esto sicut ego, quia ego sicut vos. Si ergo talem se præstitit quales illi erant, superfluum fuit dicere, Esto
D sicut & ego. An fortè in quibusdam imitator illorum esse cœperat, & in aliquibus vult illos sui similes existere? Quid illorum
Gal.5. poterat imitari Apostolus, aut quid illi deerat magistro gentium? Sed hortatur illos vt imitatores eius sint: & quoniam non est impossibile, sic reprobat cùm dicit, quia hoc sum quod vos: homines enim estis, sicut & ego, ideo facite quod facio ego. Potest & ad aliud illud referri, vt quoniam omnibus se omnia factum dicit, per
1.Cor.9. assensum in quibus à verò non discrepabant, maximè gentiles. Nec enim fuit aliquid eorum, quia iam fieri oportebat minimè. Prius autem rectè factum erat, vt circumcisio, sabbatorum obseruatio, neomeniarum, esearum. Sed si quid gentium probabit, non cessare iam debere ostendit. Mundum enim dicunt à Deo & hominibus fabricatum. Hoc semper stat. Si ergo in his consentiens illis factus est sicut & illi, hortatur illos vt simili modo & hi fiant sicut & ille est, consentientes doctrinæ eius.

QVÆST. LXI. Gal.5. QVOMODO liberi sumus arbitrij ac voluntatis, cùm dicat Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus verò aduersus carnem, & cætera, vt non quę vultis ea faciatis? Et si caro
A aduersus spiritum cõcupiscit, mala est. Spiritus enim Domini mala suggerit. Carnem non substantiam carnis hoc loco intelligas, sed actus malos & perfidiam significata in carne. Per id enim quòd omnis error ex visibilibus & mundanis, caro autem cognata eorum est, ex elementis enim constat: Omnem errorem carnem appellat, non solùm adulteria, fornicationes & luxuriam, opera dicit carnis, sed & idololatriæ, & maleficia, & blasphemias, & talia. Numquid caro blasphemiam cogit aut idololatriam? Nónne hæc animæ vitia sunt dum consentit errori? Rectè autem agentibus dicit, quòd non sint in carne, sed in spiritu. Et vtique ad hoc in corpore sunt. Qui ergo bene ambulat, nec diffidit de spe fidelium in carne positus, non esse dicitur in carne. Malè autem viuens & blasphemus, in carne dicitur esse & caro: quia quomodo bene agentes spiritales sunt cum ipsa carne, sic malè viuentes carnales sunt cum ipsa anima. Hoc enim nuncupatur quod dicit, Hic itaque error, quem carnem appellat, concupiscit aduersus spiritum: id est, suggerit mala. Idem est spiritus qui est lex Dei. Ad duas enim leges inducit, Dei & diaboli. Vnde spiritum dicit, propterea quod lex Dei spiritalis est contra carnem, hoc est, contra vitia repugnare, vt hominem conseruet Deo: Lex autem diaboli, qui est error, contradicit per oblectamenta, luxuria, & mundana dulcedine. His ergo repugnantibus medius homo est, qui
B cùm consentit spiritui, non vult caro. Cùm autem manum dat carni, spernit spiritum, id est, legem Dei contemnit. Consentientem ergo carni, spiritus reuocat ne faciat quod vult: Assentientem autem spiritui, caro sollicitat ne faciat quod putet vtile. Sed spiritus rectè & prouidenter contradicit & reuocat, vt eripiat hominem à consiliis Satanæ. Caro autem quæ est lex aduersa, idcirco sollicitat: & spiritus legi resistit, vt per fallaciam decipiat. Ideo ergo hic Apostolus publicat, vt ostendat arbitrio humano cui rei voluntatem suam committat, non vt arbitrium libertatis inaniat, sed docet arbitrium cui rei se coniungat. Si autem non est voluntatis arbitrium, neque lex diaboli quæ est caro, neque lex Dei quæ est Spiritus, inuicem sibi aduersando hominem consiliis sollicitarent. Qui enim sollicitat, suadet: Qui autem suadet, non vim infert, sed circumuenit: Qui circumuenitur, fallaciis quibusdam voluntas illi mutatur. Si autem non est & arbitrium liberum, nolens homo traheretur ad ea quæ non vult.

Q. LXII. Colos.2. Matth.24. Marci 13. SI in Christo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, quomodo idem Saluator de die & hora futuri iudicij dicit se nescire? Si autem sciat, & dicit se nescire, videtur mentiri.

Dictum hoc duplicem continet sensum. In Christo enim omnes thesauros sapientiæ & scientiæ sic dicit absconditos, vt qui habet Christum, pro omni sapientia & scientia illi cedat: vt scire
C Christum totum sit scire, & omnem sapientiam comprehendisse, sicut dicitur ad Colossenses, Nemo vos circumueniat per phi- Colos.2.
losophiam & inanem seductionem, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum: quia in Christo inhabitat omnis plenitudo corporaliter: Hoc est, nihil indigere ad salutem, eum qui credit in Christum, & illi hoc abundare, quia plenitudo diuinitatis in fide eius est. Et iterum in eadem Epistola inter cętera ait, Nemo vos obducat in humiliationem cordis', & superstitionem angelorum, quæ videt extollens se, frustrà inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput ex quo omne corpus subministratum & productum crescit in incrementum Dei. Si itaque credentes in Christum, caput totius principatus & potestatis venerantur, nullius indigent, sed totum quod ad salutem opus est habent, nihil illis oberit inferiora quæ ad salutem nihil conferunt nescire, quando id quod necessarium est norunt. Huiusmodi ergo totum scire dicendi sunt, qui hoc sciunt quod illis proficiat ad salutem. Est enim illud, quia in Saluatore omnes thesauri sapientię & scientiæ sunt absconditi. Omnia enim sacramenta paterna ipsi sunt cognita: & omnem creaturam ipse metitur: & nec pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: & nemo scit quę sunt in Deo nisi spiritus Dei, qui est & Christi. Quomodo ergo & diem & horam futuri iudicij nescire dicendus est, cuius spiritus quæ in Deo sunt, nouit, quem dixit quia de eius accepit? Si ergo qui de eius accepit nouit quę futura sunt, quomodo non sciet Christus qui misit Spiritum sanctum? Et potest fieri vt iudex nesciat diem futuri iudicij? Quippe cùm omnia signa dederit, quando speretur, fortè etiam hos dicatur verè nescire quibus dixit, Amen dico vobis quòd nescio vos. Nec virgines Matt.25.
stultas & improuidas dicetur scire, quia dixit etiam ipsis dicentibus, Domine Domine aperi nobis: Amen dico vobis, nescio vos. Causa ergo est vt dicat se nescire quod scit. Denique sic ait, Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Vt ergo sollicitos nos & vigilantes faceret, interrogatus nescire se dixit Matth.24.
diem & horam futuri iudicij, sed vt nobis prodesset, negauit se scire quod scit. Ignorantibus ergo nobis, quid profit nobis, scire omnino volumus. Quòd si scierimus, oberit nobis. Christus autem prouisor salutis nostrę, ne audiremus quod cõtra nos esset, dixit se nescire. Numquid si alicui in dolore posito gladium poscenti vt se perimat, qui habet respondeat se non habere, mendacij arguendus erit negans? Quod si non neget, sciat contrarium.

QVÆSTIONVM EX VTROQVE MIXTIM PARS SECVNDA.

Q. LXIII. Philip. 2. QVID est vt cùm Apostoli omnes curas sibi oblatas sanassent, propriis tamen infirmis medelam non dederint. Nam vtique Epaphroditus vsque ad mortem non ægrotasset, si intercessio Apostoli fuisset audita. Quis enim dubitet orasse hoc sæpe Apostolum, & non impetrasse? Si enim auditus fuisset, statim infirmitas fuisset adempta. Signa & virtutes idcirco ab Apostolis facta sunt, vt infidelitas cogeretur ad fidem, vt videntes facta quæ hominibus impossibilia sunt, Dei ex hoc esse prædicationem agnoscerent, & rationem esse in fide, virtute probarent: vt quoniam verbis semper cõtrahitur, testis virtus posita est, cui cùm verba cedunt rationem esse in fide significat, quæ verbis exprimi non potest. Inter fideles igitur non signa & prodigia sunt necessaria, sed spes firma. Postquã enim discitur vera esse quæ promissa sunt, ad hoc se armat animus, vt spretis præsentibus futuris dignus existat, meritum sibi collocans per laborem, hoc Salomone testante qui ait, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quoniam tentationibus proficit homo, hęc data sunt monita. Vnde Apostolus, Per tribulationes, inquit, oportet nos intrare in regnum Dei. Hæ tribulationum tentationes diuersis modis accidunt, vt perseuerantis animus in accepta fide possit coronari. Non solùm enim in fide tentatur homo, sed & in ægritudine, & in damno, & in persecutione, & in morte charorum: vt si in his passionibus ad auxilium dæmoniorum non fuerit adductus, sine sanguinis pretio mercetur martyrium. Non ergo ad dispendiũ Epaphroditi non impetrauit Apostolus quod petiit, sed ad profectum, quia & in sua cùm postulasset audiuit, Sufficit tibi gratia mea, vera virtus in infirmitate perficitur. PETRVS apostolus dicit, Christus mortuus est pro nobis. Paulus verò apostolus asserit quia & pro se mortuus est. Factus, inquit, obediens vsque ad mortem: propter quod donauit illi Deus nomen quod est super omne nomen. Quod si ita est, imperfectus videbitur fuisse, qui per opera sua fecit augmentum. Filium Dei perfectum natum esse de Deo nemo fidelium ambigit. Omnia enim diuinitatis paternæ accepit nascendo de Deo patre. Tunc ergo accepit nomẽ quod est super omne nomẽ: idest, vt hoc dicatur quod pater, Deus. Nam nihil apud eum futurum dicitur: Omnia enim ante se habet. Ideo ad hæc omnia creanda & restauranda natus est. Nam vtique ordo & ratio hoc habet, vt patri nõ homini omne genu flectatur. Hoc pater donauit filio propter ea quæ erat acturus. Dominus autem quando genuit. Sic enim illum genuit, vt in eodem honore esset, quo ipse pater est. QVID est quod dictum est Ioãni, sicut in Apocalypsi scriptum legitur, Vade & accipe librum & deuora illum, & amaricabit ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Quis est hic liber: vel quomodo amarum facit ventrem, cùm sit dulcis? Frequenter qui compendium quærit solet errare. Quid est vt non omnia ad causam dicta proponas, sed aliqua reprimas vt obscurior fiat sensus? Nam dictum est Ioanni, Vade & accipe librum qui est in manu angeli, & deuora illum, & erit in ore tuo dulce tanquam mel, sed amaricabit ventrem tuũ: & ait, Me oportet prophetare iterum populis & linguis & gentibus multis. Quantum ergo ad veri pertinet rationem, post exilium Euangelium scripsisse probatur. In exilio enim positus in insula Pathmo, in quam fuerat à Domitiano Imperatore relegatus, vidit reuelationem (sicut dicit) in die Dominico: pòst, sicut dixit, scripsit Euangelium, quod hęreticis amarum est, quos in ventre significauit. Sunt enim carnales qui malè intelligant Christum. In ore autem tuo, quod dicit, erit dulce tanquam mel: quasi omnium Christianorum vnum facit corpus, vt singuli membra sint alter alterius, ita vt in ore (quod vtique capitis pars est) honorabiliores & fideliores significet, quibus veritas quę de Christo est, dulcis est. In ventre hęreticos significat, quia carnales sunt. Veritas enim iis quę Christum verum Deum loquitur, amara est. Totum enim Euangelium Ioannis contra hæreticos est, contra Photinum enim qui Christum ante Mariam negat, probat de cælis descendisse Saluatorem. Contra Arrium autem ostendit Christum initium non habere: quia in initio erat Deus Christus filius Dei apud Deum patrem, & quia nihil sine illo factum est, ipsum non posse dici facturam. Si enim factura erat, factum esset aliquid sine illo. Sed quia nihil sine illo erat, semper fuit. Sabellium autem qui vnionem accepit patrem & filium, vt vnus singularis duobus nominibus nuncupetur, sic confutat vt dicat, Si me diligeretis, gauderetis vtique quia vado ad patrem, quia pater maior me est: vbi manifestauit duorum personas, quando filius patrem maiorem appellat. Nec enim singularis ipse sibi maior est. Nec non cõuincit & Marcionem qui carnem Christi denegat. Dixit enim, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc sensu etiam Manichæum arguit, quia & Christum in carne venisse nescit, & nuptiarum aditus intercludit, ignarus Saluatorem nuptiarum conuiuium remuneraſſe. Simili modo & prophetæ Ezechieli dictum est ab angelo vt acciperet volumen & deuoraret illud, & dulce esset in ore eius, ventrem autem eius repleret. Hoc dictum Prophetæ cùm missus est arguere populum perfidum & indisciplinatum; qui similiter in ventre significati sunt, qui erant carnales. Ex his sunt quos Scriptura in Esaia propheta licet mali sint, fratres appellat. Dicit enim, Vos qui timetis Deum, dicite illis qui vos oderunt, nec audierunt præcepta mea, fratres nostri estis.

Eccli. 2. Act. 14. 2. Cor. 12. Q. LXIIII. 1. Par. 3. Philip. 2. Ioan. 14. Ioan. 1. Exech. 13.

Q. I. QVID sit ad imaginem & similitudinem Dei fecisse hominẽ: & an mulier imago Dei sit? Hoc est ad imaginẽ Dei factũ esse hominẽ, quia vnus vnũ fecit: vt sicut ab vno Deo sunt omnia, ita & ab vno homine omne genus humanũ. Similitudo autem hæc est, vt quemadmodum de patre est filius, sit & de viro mulier: vt vnius principij authoritas cõseruetur. Sed filius ineffabiliter, incomprehensibiliter natus est de Deo patre, mulier autẽ corporaliter, sicut legimus, facta de viro est, vt per eam natiuitas oriretur. Filius verò Dei ideo natus est, vt per ipsum fieret creatũra. In eo ergo dissimilis est. Nam de Deo Deus natus est, de viro autem femina: quia illic simplicitas est, & non potuit nisi de simplici simplex nasci spiritus de spiritu, Deus de Deo: igitur vir imago Dei est. Sic etenim scriptum est, Et fecit Deus hominem, ad imaginẽ Dei fecit eum. Vnde Apostolus, vir quidem, inquit, non debet velare caput, cùm sit imago & gloria Dei: mulier autẽ velet caput. quare? quia non est imago Dei. Vnde & denuò dicit Apostolus, Mulier autẽ docere non permittitur, neque dominari in virum.

Q. II. EVANGELIVM testatur, quia nemo vidit Deum. Contrà Iacob & Moyses & Esaias asserunt Deum se vidisse. Sed dicit quis, Patrem nemo vidit. Quid ad rem? Si filius visus est, & visus & pater est: quippe cùm pater & filius vterque sit vnus Deus, & in substãtia, & in imagine, quia duorum imago est, & sicut ipse dicit, Qui me videt, videt & patrem. Quomodo ergo nemo vidit patrem Deum, cùm filius dicat videri patrem cùm ipse videtur: quia neque aliter Deus. Si ergo aliter non est, ipse idem quia vnus est, visus est Deus. Quantum ad Euangelistam pertinet, de patre Deo hoc dixit, quia nemo vidit Deum nisi filius vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Credamus filio, ipse enarrauit enim quia nemo nisi ipse vidit Deum. Hoc autem ideo dixit, vt doceret se semper apparuisse patriarchis & prophetis. Non ergo hoc ad vnum Deum pertinet, sed ad personam patris, de quo non potest dici aliter quàm Deus pater. Filius autem sic se visum dicit, vt inuisibilis sit tamen in eo ipso cùm videri putatur. Visus enim hic intellectus est, quia non vtique oculis visus est, sed mente intellectus: Et hoc fuit vidisse, intellexisse in eo quòd apparuit ibi inesse Deum. Cùm autem dicit saluator, Qui me videt, videt & patrem: non vtique ad oculorum visum hoc retulit, sed ad mentis, & vt nihil inter patrem & filium diuersum esse putaretur. Neuter ergo eorum visus est iuxta substantiam. Circum apparentia autem solus filius visus est mente, non carnalibus oculis, quia inuisibilis est sicut pater.

Gen. 1. Sup. in q. nouum test. num. 4. Gen. 9. 1. Cor. 11. 1. Tim. 2. Ioan. 6. 1. Tim. 6. Ioan. 1. Gen. 32. Exod. 9. Esaiae. 6. Ioan. 14. Ioan. 1. Ioan. 14.

Q. III. VETVS lex Deum iurasse allegat. Sic enim dicit: Per memetipsum iurauí, dicit Dominus. Saluator iurasse prohibuit, quomodo non destruxit vetera? Antequam notitia Dei esset in terris, non aliter oportuit prouocare homines ad spem inauditam, quam iureiurando promissio illis fieret ab eo vtique quẽ non, vt dignum erat, sciebant. At vbi autem cœpit sciri, non vtique iurare oportuit quem mentiri fas non esset, arbitrari. Ideóque ergo Dominus nec seruos iam iurare præcepit, sed tales se instituere, vt sermonibus illorum fides habeatur. Sacramentum enim iurisiurandi aut perfidia exegit, aut fallacia inconstantis: vt quia fallere homines solent, timore fortè Dei reuereantur: aut certè satis erit, & qui fallitur, quia ex hoc offensam acquirit. QVID est quòd in cruce positus Saluator ait, Pater, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Si nesciunt, quid est quòd ignoscitur, maximè cùm dicat Abimelech ad Deum, Nunquid ignorantes perdes? Non omnis ignorans immunis à pœna est. Hic enim qui potuit discere, & non dedit operam, reum se fecit. Erat enim vt disceret, & à quo disceret, sed negligentior luxuria aut maleuolentia factus, inexcusabilis est à criminẽ. Vnde dicit Saluator, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, Ille autem qui non suo vitio ignorat, ideo enim ignorat quia non fuit à quo disceret, nec rumore comperit doctrinæ opinionem, omni genere immunis à condemnatione est. Ideo his si conuertantur, dominus veniam postulat à patre, qui cùm prædicaretur veritas, vt eam addiscerent operam non dederunt, sed per ignorantiam authorem eius occiderunt. Vnde Petrus apostolus in Actibus ait, Conuertimini, vt deleantur peccata vestra. SI in lege nemo iustificatur apud Deum, quare scriptum est, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quę scripta sunt in libro legis vt faciat ea: si ex fide iustificantur homines, & nõ per legem, vt quid maledictus est qui non impleuit legem, cùm non proficiat ad iustitiam? Lex data per Moysen iustitiam habebat quidem, sed terrenam, vt seruantes legẽ iusti essent ad præsens, vt nõ rei fierent. Iustus est enim ex lege, qui nulli nocet. Vnde Apostolus, Lex, inquit, non ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in eis. Hoc est, faciens legem nõ morietur, sed viuit ad præsens: Iustitia autẽ quæ ex fide est, iustificat homines apud Deum, vt remunerentur in futuro seculo. Addiderint enim tẽporali iustitię iustitiã fidei. Iusti est enim nosse ex quo & per quẽ sumus, vt patris & filij vera cõfessio ad cęlestia regna nos perducat.

Act. 3. Q. V. Deut. 21. Gal. 2. Leuit. 18. Deut. 4. Gal. 3.

Nam

Nam & veteres qui non solùm legis præcepta seruauerunt, sed & Deum dilexerunt, spem habentes in promissione, iustificati sunt apud Deum. Solam enim legem dicit non iustificare homines apud Deum, sicut nec sola fides exceptis his bonis operibus commendat apud Deum, sed seruata iustitia terrena & diuina, perfectos facit. Hinc dicit Dominus, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisæorum, non introibitis in regnum cælorum. QVID est vt Dauid dicat, Confundantur & erubescant qui dicunt mihi, euge, euge: Dominus autem, Euge, inquit, serue bone & fidelis, &c. Quod Dauid pro malo accepit, hoc saluator bonis meritis dignum ostendit. Non valde illud discrepat à superiore quæstione. Vnum enim verbum diuersas habet significationes, sicut suprà memorui. Obtrectatores enim Dauid cum exitiis eius fauerent, gratulabantur malis eius. Dum enim ille pressuras & angustias pateretur à Saul & filio suo Absaló, illi rectè & bene fieri dicebant. tale est si aliquis dicat, de eo qui injurias patitur, Bene illi, hoc est, gaudere in malis: hoc est dicere, rectè illi fit, sic enim meretur. Simili modo & saluator lætus in bonis operibus, meritum hominis pronunciat, dicens: Euge serue bone & fidelis: Exultat enim quia seruus dignior se fecit, dicens: Bene, hoc est, rectè egisti, vt inam maius meritum collocares. Vnum igitur verbum duabus contrariis causis aptatur. Nam solemus de aliquo dicere, Adiudicatus est. Sed quomodo dicatur, causa aut subsequens aut prædicatio declarat. Aliquando enim ad bonum dicitur, aliquando ad malum: sicut & concupiscentia aliquãdo ad bonum, aliquando ad malum aptatur.

Matth. 5. Q. VARST. VI. Psal. 19. Matt. 25. Sup. proximè in q. noui test. num. 54.

Q. IX. DE æternitate filij. Quoniam sunt quidam qui nondum adhuc discussa erroris caligine, nec purgata vel deterla veterno sę vitæ carie terreno sensu existimantes dubitant vel de Dei filio, vel duos vnum esse (perfida enim quoque & contumax natio Iudæorum, quibus fons legis & sacramentorum thesauri hoc mõstrare potuerunt, non ambigit, sed nefariis pernegat vocibus) breuiter quantum tractus contractior patitur edisseram. Spes enim ignorantibus integra si velint discere, dimittitur, pœna dissimulãtibus perpetua destinatur. Deus omnipotens, cùm magnitudine ac bonitate præstantior sit, magnum aliquod & maximè bonum edere ex eat, quæ exhibere debuerat, sed si quid edidisset, quod cõtra modum excellentiæ suæ foret, aut non potuisset amplius, quod in omnipotentem non cadit, aut noluisset, quod in benignissimum videretur. Certè in summo Deo grande non fuerat fecisse quod infra se positum vim plenæ summitatis non esset habiturum. Super se ergo nihil erat: Nihil est enim quod Deum vincat: infra se parum fuerat, quia minus maximo non congruebat. Simillimum itaque suum filium creans, edidit ex se quasi alterum se à se, illud summum & maximum bonum, quod nobis ex Deo suppetit, per eius ad nos propaginem redundauit. Quinctiam hæc simul intelligenda ratio est, Deum qui hunc mundum condidit, ei qui inter cætera pulchritudinis ordinationisque miracula, creandi quoque naturam sufficiendis sui cuiuslibet generis fœtibus tribuit, ipsum prius vtique habuisse quod dederit. Nullus enim dat quod ipse nõ habet. Qui habuit ergo filium totis sibi similitudinis partibus cõgruentem, hoc est, vnus vnicum, probus probum, bonus benignũ, beatus beatum, maximus maximum, sempiternus æternum, habuit vtique ante mundum creatæ sobolis principatum, de quo rebus oriundis imperticbat exemplum, vt gignentium germina suis respondere seminibus cogerentur. Nec sanè aliter sinebat ordo legitim', quàm vt pater rerum futurus, antè esse debuerit pater proprius, hoc est, proprij sui fœtus. Sed quòd editum filium diximus, non sic est accipiendum tanquam nostri similem habeat ortum, quãdiũque ita sit, vt mortales nasci videmus, cùm prorumpente fœtu existant quæ antè non fuerant. Illa enim aliunde insitis concepta seminibus, elementorum subiectorum cœtu in generis sui speciem coalescunt. Hæc autem nullo auxilio adiunctionis externę ex se id quod in se ac secum semper habuit, induxit & protulit. Vt enim si lucem nasci ex sole dicamus, quòd ab eo procedat & profluat, non vtique sic dicimus, quasi aliquando sine luce sol aut esse possit, aut fuerit, vt eam tempore aliquo à se posteriorem genera uerit, sed vt quòd secum semper obtinuit, eam de se scilicet genitam sine cœpti aliqua distinctione principij, qua semper fulgeat, semper ex se velut munere reparante collustret: sic Dei filius ab æterno omnino patri cohærens. Hanc quoque eius similitudinem tenuit, vt nec ortum habeat, nec occasum, & vt Deus sine origine sempiternus, ita & filius sempiternus. Et vt Deus vnus est simplex, idémque sic cum patre permixt', vt nominibus & affectibus quidem distincti, sed idem sint, in ambobus vnus, & vterque in vno inseparabili maiestate continuus. Deus itaque filium non ex materiis discordantibus tractum, sed ex simplici ac singulari naturæ suę stirpe ac seminario editum, semper in se habitum, nec à se vlla vnquam separatione dimissum, ita secum continet & amplectitur, vt nihil in ambobus de illa vnitate mutetur.

Q. VARST. VII. Psalm. 5. Iaac. 4. 1. Cor. 9. Q. X.

QVID est quod Apostolus dicit Galatis, Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vocauit vos in gratia, in aliud Euãgelium, quod non est, &c. Ideo aliud dicit Euangelium ad quod vocati fuerant, quia non hoc est quod postea sequi cœperant Galatæ. Ab Euãgelio enim Christi abducti, in Iudaismum fuerant attracti sub nomine Christi, quasi hoc esset sequendum: Aliud autem, inquit, Apostolus prædicabat, affirmabant. Vnde sublegitur, Sicut vobis suadent Apostoli, aut circumueniunt gentiles credentes, hoc dicebant à Saluatore traditum, quod ipsi dicebant, sicut continetur in Actibus apostolorum, quia nisi circumcidamini more Moysi, non poteritis salui esse. Hinc Apostolus dolore euersionis illorum commotus, scribit ad eos, dicẽs: Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vocauit vos in gratia, in aliud Euangelium, quod non est aliud. Miratur ergo, quia post rem leuem & minus grauem asperitati studerent & oneri: hoc est, vt post fidei simplicitatem circumcidi se, pro elementis mitterent, neomenias colerent & sabbatum, elementis subiecti ac pronocati erãt, id est, gratiæ non legis factorum. Et ne pseudo apostolis occasionem dedisse videretur, dicentibus aliud esse quod acceperant Galatæ quàm veritatis habet traditio, statim subiecit, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Aliud ergo erat ad quod ab Apostolo vocati erant Euangelium, quàm quod sequi cœperunt impulsu pseudoapostolorum, non tamen aliud erat quàm Christus tradiderat, vt per id in errorem se inductos cognoscerent, & solam fidem sequerentur, profitentes Christum Deum, & hunc sufficere ad salutem tribuẽdam, per quem fuerant remissionem peccatorum adepti, non per legem, quia sine lege gratia Dei donat delicta.

Act. 15. Q. XI. Philip. 2.

NON esse contristandum de mortuis Paulus apostolus signat: Nam desperantium est contristari. Et ipse, Infirmus, inquit, de Epaphrodito, fuit prope mortem, sed Deus misertus est illi. Non solùm autem illi, sed & mihi, ne tristitiam super tristitiam haberem. Quomodo contristandum vetat, cùm ipse contristandum se, si mortuus fuisset, declarat. Aliter de morte Epaphroditi, si prouenisset contristandum significauit, & aliter prohibet contristandum. Nam hoc propter solatium adiutorij eius quo vtebatur in Euangelio, si mortuus fuisset, contristandum se dixit. Nos autem sic contristari prohibet, ne obitos quasi extinctos & perditos lugeamus, desperantes de resurrectione. Aliud est igitur solatium requirere quasi absentis, & aliud dolere interitum iam non futuri. Hic cessat consolatio, illic excluditur desperatio.

Q. XII. Sup. in q. nouus test. num. 62.

QVID est quia occisis filiis Liæ, qui sunt ex tribu Iuda, Rachel filios suos plangere dicatur? Rachel filij, quantum ad historiam pertinet, olim pro malefico suo opere Sodomitarum, & spurcitia quam in concubinam hominis Leuitæ operati sunt, extincti fuerunt & erasi sunt à reliquis tribubus. Filij autem Liæ in primæuis annis ætatis in causa Saluatoris occisi sunt, quorum causas ideo planctui non ascribi vult, quia & innocentes occisi sunt, & in Dei causa, à quo mercedis vice æterna vita donati sunt. Hac igitur causa planctum Rachel filiis competere, qui & in præsenti & in futuro perisse noscuntur: vnde consolationem non recipere dicta est, sciens eorum qui perierunt nullam spem esse consolationis. Nam ideo filiis Lię passis & occisis in Dei causa, planctum adimpletum Rachel Euangelista testatur, quia tunc plus plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt ad vitã pertineant: quia cui aduersum aliquid euenit, ex felicitate alterius infausta sua miseriùs luget.

FINIS.

LIBER DE INCARNATIONE VERBI, QVI ALIQVIBVS INTITVLATVR, DE DEITATE ET INCARNATIONE VERBI, AD IANVARIVM.

CENSVRA.

Initium abruptum, sermonis duritiés, & quædam admixta declarant Opus non esse Augustini, sed studiosi cuiuspiam stylum exercentis, qui tamen affectavit videri Augustinus, bis citans commentarios in Genesim, lib. 1. cap. 11. & 17.

CAP. I. *Tres personæ.*

SPECIES eorum quæ per prædicationem Apostolicā manifestè traduntur, istę sunt. Primò quod vnus est Deus, qui omnia creauit atque cōposuit, quique cùm nihil essent, esse fecit vniuersa. Deus à prima creatura & conditione mūdi omnium iustorum: Deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noë, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim Patriarcharum, Moysi & Prophetarum. Et quòd hic Deus in nouissimis diebus, sicut per Prophetas suos antè promiserat, misit Dominum Iesum Christum, primò quidem vocaturum Israël, secundò verò etiam gentes post persidiam populi Israël. Hic Deus iustus & bonus pater Domini nostri Iesu Christi, legem & prophetas & Euangelia ipse dedit, qui & Apostolorum Deus est, & veteris ac noui Testamenti. Tum deinde Iesus Christus ipse qui ante omnem creaturam, natus ex patre est: qui cùm in omni conditione patri ministrasset, per ipsum namque omnia facta sunt, nouissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus est, incarnatus est cùm Deus esset, & homo factus, mansit quod erat Deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quòd natum ex virgine & Spiritu sancto est. Et quoniam hic Iesus Christus natus & passus est in veritate, non per phantasiam, communem hanc mortem verè mortuus est. Verè enim & à mortuis resurrexit, & post resurrectionem conuersatus cum discipulis suis assumptus est. Tum demùm natura, honore ac dignitate patri ac filio sociatum tradidit Spiritum sanctum. Sanè quòd iste Spiritus sanctus vnumquemque sanctorum vel prophetarum vel Apostolorum inspirauerit, & non alius spiritus in veteribus, alius verò in his qui in aduentu Christi inspirati sunt, fuerit, manifestè in Ecclesia prædicatur.

Ioan. 1. a. 3.

CAP. 2. *Animæ libertas arbitrium & origo.*

POST hæc iam quòd anima substantiam vitámque habēs propriam, cùm ex hoc discesserit mundo, pro suis meritis dispensabitur, siue vitę æternæ ac beatitudinis hæreditate potitura, si hoc ei sua gesta præstiterint: siue æterno supplicio mancipanda, si in hoc mundo eandem scelerum culpa detorserit. Sed & erit tempus resurrectionis mortuorum, cùm corpus hoc quod nūc in corruptione seminatur, surget in incorruptione, & quod seminatur in ignominia, surget in gloria. Est & illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam esse rationalem, liberi arbitrij & volūtatis: esse quoque ei certamen aduersus diabolum & angelos eius contrarias, quę virtutes: ex eo quòd peccatis eam illi onerare contendant, nos verò si rectè cōsulteq; viuamus, ab huiusce modi labe nos exuere conemur. Vnde & consequens est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, vt omnino etiam si nolimus, vel bona vel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrij sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatum, aliæ iuuare ad salutem: non tamē necessitate cogimur, vel rectè agere vel malè. quod fieri arbitrantur hi qui stellarum cursum & motus, causam dicunt humanorum esse gestorum, non solùm eorum quæ extra arbitrij accidunt libertatem, sed eorum quæ in nostra posita sunt potestate. De anima verò vtrum ex seminis traduce ducatur, ita vt ratio ipsius, vel substātia inserta ipsis corporalibus seminibus habeatur: an verò aliud habeat initium: & hoc ipsum initium si est genitum, aut non genitum: vel certè si extrinsecus corpori inditur, necne, nō satis manifesta prædicatione distinguitur.

1. Cor. 15. c. 42.

CAP. III. *De diaboli statu ambigit.*

DE diabolo quoque & angelis eius cōtrariis virtutibus Ecclesiastica prædicatio docuit, quoniam sint quidem hæc quę auté sint, aut quomodo sint, non satis clarè disposuit. Apud plurimos tamen ista habetur opinio, quòd angelus fuerit iste diabolus, & apostata effectus, quāplurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui & nunc vlque angeli ipsius nuncupantur.

CAP. IIII. *Mundi principium & finis.*

EST & præterea illud in Ecclesiastica prædicatione, quòd mundus iste factus sit, & à certo tempore cœperit, & sit pro ipsa sui corruptione soluendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid postmodum erit, non iam pro manifesto multis innotuit. Non enim euidens de his Ecclesiastica prædicatione sermo profertur.

Cap. v. Scripturæ sensibus arcanus.

TVM demum quòd per spiritum Dei Scripturæ conscriptæ sint, & sensum habeant, non eum solùm qui in manifesto est, sed & alium quendam latentem quamplurimos. Formæ enim sunt hæ quę describuntur sacramentorum quorundam, & diuinarum rerum imagines: de quo totius Ecclesiæ vna sententia est, esse quidem omnem legem spiritalem: non tamen ea quæ spirat lex esse hominibus nota, nisi iis solùm quibus gratia Spiritus sancti in verbo sapientiæ ac scientiæ condonatur.

Cap. vi. Noui angeli.

EST etiam illud in Ecclesiastica prædicatione, esse angelos Dei quosdam & virtutes bonas, quæ ei ministrant ad salutem hominum consummādam: sed quando isti creati sint, vel quales aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguitur.

Cap. VII. Quomodo diuisibilis verbum.

OPORTET igitur velut elementis ac fundamentis huiusmodi vti secundùm mandatum, quod dicitur, illuminate vobis lumen scientiæ: omnis qui cupit seriem quandam, & corpus ex horum omnium ratione perficere, vt manifestis & necessariis assertionibus de singulis quibusque quid sit in vero rimetur, & vnum, vt diximus, corpus efficiat, exemplis & affirmationibus, vel iis quas in sacris inuenerit, vel quas consequenter ipsius indagine ac recti tenore repererit.

Cap. VIII. Filius ab sque initio habet.

NOS semper Deum patrem nouimus vnigeniti filij sui, ex ipso quidem nati, & quod est ab ipso trahentis, sine vllo tamen initio: non solùm eo quòd aliquibus temporū spatiis distinguī potest, sed ne illo quidem, quod sola apud semetipsam mens intueri solet, & nudo, vt ita dixerim, intellectu atque animo conspicari. Extra omne ergo quod vel dici vel intelligi potest initium, generatam esse sapientiam credendum est. In hac ipsa sapientiæ subsistentia, qua omnis virtus ac deformatio futuræ inerat creaturæ, vel eorum quæ principaliter existunt, vel eorum quæ accidunt consequenter virtute præscientiæ præformata atque disposita. Pro iis ipsis quæ in ipsa sapientia velut descripta ac præfigurata fuerant creaturis, seipsam per Salomonem dicit creatam esse sapientia initium viarum Dei, continens scilicet in semetipsa vniuersæ creaturæ vel initia, vel rationes, vel species. Qualiter autem modò intelleximus sapientiam initium viarum Dei esse, & quomodo creata dicitur, species scilicet in se & rationes totius præformans & continens creaturæ, hoc modo etiam verbum Dei eam esse intelligēdum est: per hoc quod ipsa cæteris omnibus, id est, vniuersæ creaturę, mysteriorum & arcanorum rationem, quæ vtique intra Dei sapientiā continetur, aperiat: & per hoc verbum dicitur, quia sic arcanorum mētis interpres est. Ioannes in initio Euangelij sui propria definitione Deum definiens, esse verbum dicit, Et Deus erat verbum, & hoc erat in initio apud Deum. Qui autem dat initium verbo Dei vel sapientiæ Dei, intuere ne magis in ipsum ingenitum patrem impietatem suam iactet, cùm eum neget semper patrem fuisse, & genuisse verbum, & habuisse sapientiam in omnibus anterioribus vel temporibus vel seculis, vel si quid illud est quod nominari potest.

Prouer. 8. a. 22.

Ioan. 1. a. 1.

Cap. IX. Rationes exemplaresque verbo.

HIC ergo filius, etiam omnium quæ sunt, veritas est, & vita, & via. Et rectè. Nam quomodo viuerent quæ facta sunt, nisi ex vita? Vel quomodo veritate constarent ea quæ sunt, nisi ex veritate descenderent? Vel quomodo rationales esse possent substantiæ, nisi verbum vel ratio præcederet: Vel quomodo essent sapientes, nisi esset sapientia? Via factum est verbum Dei & sapientia, quæ via idcirco dicitur, quòd ad patrem ducit eos qui incedunt per eam. Quæcumque diximus de sapientia Dei, hæc etiam conuenienter aptabuntur, & intelligentur pro eo quòd filius Dei vita est, & pro eo quòd verbū est, & pro eo quòd veritas est, & pro eo quòd via est, & pro eo quòd resurrectio est: quia hę omnes appellationes ex operibus eius ac virtutibus nominatæ sunt: & in nulla harū vel leui opinione intelligi corporale aliquid potest, vel quod magnitudinem designare videatur, vel habitum, vel colorem.

Cap. 10. Incorporalibus verbis natus fuit.

VERVM quoniam ij qui apud nos filij hominum videntur vel cæterorum animalium, semini eorum à quibus seminati sunt, respondent, vel earum in quarum vtero formantur ac nutriuntur, habentes ex his quicquid illud est quod in lucem hanc assumunt ac deferunt processuri: nefandum est & illicitum, Deum patrem in generatione vnigeniti filij sui, atque in substantia eius exæquare alicui vel hominum vel aliorum animantium generanti. Sed necesse est exceptum aliquid esse & Deo dignum, cuius nulla prorsus comparatio, non in rebus solùm, sed ne in cogitatione quidem vel sensu inueniri potest, vt humana cogitatio possit apprehēdere, quomodo ingenitus Deus, pater efficitur vnigeniti filij. Est namque ita æterna ac sempiterna generatio, sicut splendor generatur à luce. Non enim per adoptionem spiritus, filius fit extrinsecus, sed natura filius est. Videamus tamen quomodo hæc quæ dicimus etiā diuinæ Scripturæ authoritate muniamus. Ait apostolus Paulus, vnigenitum filium imaginem esse inuisibilis Dei, & primogenitum esse totius creaturæ. Ad Hebræos verò scribens de eo dicit, quia sit splendor gloriæ, & figura expressa substantiæ eius. Inueniemus etiam nihilominus in sapientia, quæ dicitur Salomonis, descriptionem quandam de Dei sapientia, hoc modo scriptam: Vapor est enim, inquit, virtutis Dei. Et ait, ἀπαύγασμα id est, emanatio gloriæ omnipotentis purissima. Ideo ergo nihil cōmaculatum in eam incidere potest. Splendor est enim lucis æternæ, & speculum immaculatum operationis Dei, & imago bonitatis eius. Sapientiam verò Dei dicimus, sicut superiùs diximus, subsistentiā habentē non alibi nisi in eo qui est initiū omnium, ex quo nata est.

Colos. 1. b. 15.

Heb. 1. a. 3.

Sap. 7. d. 25.

Quæ

Quæ sapientia, quia ipse est qui est solus natura filius, idcirco & vnigenitus dicitur.

Cap. XI. Verbum imaginis patris.

VIDEAMVS sanè quid intelligi debeat etiam de hoc, quòd imago inuisibilis Dei dicitur, vt & per hoc aduertamus quomodo Deus rectè pater dicitur filij sui. Et consideremus proximo ex iis quæ consuetudine hominum imagines appellari solent. Imago interdum dicitur ea quæ in materia aliqua, id est, ligni vel lapidis depingī vel sculpi solet. Interdum imago dicitur eius qui genuit is qui natus est, cùm in illo similitudinem lineamēta eius qui genuit in eo qui natus est mētiuntur. Puto ergo posse quidem priori exemplo aptari eum qui ad imaginem & similitudinem Dei primus factus est hominum, de quo diligentius, Deo fauēte, cū locū ipsum in Genesi exponere cœperimus, videbimus. Secundæ verò comparationi imago filij Dei, de quo nunc sermo est, comparari potest, etiam secundum hoc quod inuisibilis Dei inuisibilis imago est. Sicut secundùm historiam dicimus imaginem Adæ esse filium eius Seth. Ita enim scriptum est, Et genuit Adam Seth secundum imaginem suam, & secundum speciem suam. Quæ imago etiam naturæ ac substantię patris ac filij continet vnitatem. Si enim omnia quæ fecit pater, hęc & filius similiter facit, in eo quod itafecit omnia filius sicut pater, imago patris deformatur in filio, qui vtique natus ex eo est velut quędam voluntas ex mēte procedens. Et ideo ego arbitror, quòd sufficere debeat volūtas patris ad subsistendum hoc quod vult pater. Volens enim non alia via vtitur, nisi quę consilio voluntatis profertur. Ita ergo & filij ab eo subsistentia generatur, quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est, innatum præter solum Deum fatentur patrem. Obseruandum namque est, ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorum qui prolationes quasdam sibi ipsis depingunt, vt diuinam naturam in partes vocent, & Deum patrem quantum in se est, diuidant: cùm hoc de incorporea natura vel leuiter suspicari non solùm extremæ impietatis sit, verumetiam vltimæ insipientiæ, nec omnino vel intelligentiam consequens, vt incorporeæ naturę substantialis diuisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas procedit è mente, & neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur aut diuiditur, tali quidem specie putandus est pater filiū genuisse, imaginem scilicet suam: vt sicut ipse inuisibilis est per naturam, ita imaginem quoque inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed nihil habet commune ad solis huius lumen. Imago ergo est inuisibilis Dei patris Saluator noster: quātum ad ipsum patrem quidem veritas, quātum autem ad nos quibus reuelat patrem, imago est per quem cognoscimus patrem, quem nemo alius nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Reuelat auté per hoc quod ipse intelligitur. A quo enim ipse fuerit intellectus, cōsequenter intelligitur & pater, secundū hoc quod ipse dixit, Qui videt me, videt & patrem.

Gen. 5. a. 3.

Ioan. 5. d. 19.

Ioan. 14. b. 9.

Isai. 1. a. 9.

Matth. 11. d. 27.

Ioan. 14. b. 9.

Cap. XII. Christus figura substantiæ paternæ.

SED quoniam sermonem Pauli inseruimus de Christo dicentis, in eo quod ait, Quia splendor est glorię Dei, & figura expressa substantię eius, quid de hoc sentiendū sit, videamus, Deus lux est secundū Ioannem. Splendor ergo lucis est vnigenitus filius ex ipso inseparabiliter, velut splēdor ex luce procedens, & illuminans vniuersam creaturam. Secūdùm hoc namque superiùs exposuimus, quomodo via sit & ducat ad patrem: & quomodo verbum sit, arcana sapientiæ & scientiæ mysteria interpretans ac proferēs rationabili creaturæ: quomodo etiam veritas vel vita est, vel resurrectio est. Consequenter intelligere debemus etiā splendoris opus. Per splendorem namque quid sit lux ipsa cognoscitur & sentitur. Qui splendor fragilibus & infirmis mortalium oculis placidius ac lenius offerens, & paulatim velut edocēs & assuescens claritatem luminis pati, cùm ab eis dimouerit omne quod visum obducit & impedit, secūdùm quod dixit Dominus, Eiice trabē de oculo tuo, capaces eos efficit ad suscipiendam gloriam lucis, etiā in hoc velut quidam mediator hominum ac lucis effectus. Verùm quoniā non solùm splendor gloriæ esse dicitur ab Apostolo, sed & figura expressa substantiæ vel subsistentiæ eius, non mihi videtur otiosi esse intellectus, aduertere quomodo alia præter ipsam Dei substātiam vel subsistentiam, quæcunque illa substātia vel subsistentia dicitur, figura substantiæ eius esse dicatur. Et vide ne fortè quoniam filius Dei, qui & verbum eius & sapientia dicitur, qui & solus nouit patrē, & reuelat quibus vult: id est, qui capaces verbi ipsius & sapiētię fiunt, secūdum hoc ipsum quod intelligi ac agnosci Deū facit, figurāmque substātiæ vel subsistētiæ eius dicatur exprimere: id est, cùm in semetipsa primum describit sapiētia quæ reuelare vult cæteris, ex quibus ab illis cognoscitur & intelligitur Deus: & hęc dicatur figura expressa substantiæ Dei. Vt autem plenius adhuc intelligatur quomodo Saluator figura est substantiæ vel subsistentiæ Dei, vtamur etiam exemplo: quod quāuis rem non plenè nec propriè significet de qua agimus, tamē ad hoc solùm videatur assumptum, quòd exinaniens se filius qui erat in forma Dei, per ipsam sui exinanitionē studuit nobis diuinitatis plenitudinem demonstrare. Verbi gratia: Si facta esset aliqua statua talis quę magnitudine sui vniuersum orbem terræ teneret, & pro sui immēsitate cōsiderari à nullo posset, fieret autem alia statua membrorum habitu ac vultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis absque magnitudinis immensitate, pro eo vt qui illam immensam considerare atque intueri non possent, hanc videntes illam se vidisse cōfiderent, pro eo quod omnia membrorum vel vultus lineamenta, vel ipsam speciem materiāmque similitudine prorsus indiscreta ferauaret. Tali quadam similitudine exinaniens se filius de æqualitate patris & via nobis cognitionis eius ostendens, figura expressa substantiæ eius efficitur: vt qui in magnitudine claritatis suę positam gloriam meræ lucis non poteramus aspicere, per hoc quod splendor nobis efficitur, intuendę diuinæ lucis viam, per splendoris capiamus effectum. Comparatio de statuis quasi sanè in rebus corporalibus posita, ad nihil aliud recipiatur quàm ad hoc, quod filius Dei breuissimè insertus humani corporis formæ, ex operum virtutisque similitudine, Dei patris in se immensam atque inuisibilem magnitudinem designabat, per hoc quod dicebat ad discipulos suos, Quia qui videt me, videt & patrem. Et, Ego & pater vnum sumus. Quibus & illud simile intelligendum est quod ait, Quia pater in me, & ego in patre.

Matth. 7. a. 3

Hebr. 1. a. 3.

Matth. 11. d. 27.

Philip. 2. a. 6.

VIDEAMVS nunc etiam illud qualiter sentiendum est quod in sapiētia Salomonis scriptum legimus, qui ita ait de sapientia, Quia vapor est quidā virtutis Dei & ἀπόρροια, id est, emanatio omnipotentis glorię purissima, & splendor lucis æternæ, & speculum immaculatum inoperationis siue virtutis Dei, & imago bonitatis eius. Quinque igitur hæc de Deo definiens, ex singulis quibusque certa quædam inesse sapientię Dei signat. Virtutem namque Dei nominat, & gloriam & lucem æternam, & inoperationem, & bonitatem. Ait autem sapientiam vaporem esse, non gloriæ omnipotentis neque æternæ lucis, neque inoperationis patris, nec bonitatis eius. Neque enim conueniens erat alicui horum ascribi vaporem: sed cum omni proprietate ait virtutis Dei vaporem esse sapientiam. Intelligenda est ergo virtus Dei, qua viget, qua omnia visibilia & inuisibilia vel instituit, vel continet, vel gubernat: quia ad omnia sufficiens est quorum prouidentiam gerit, quia velut vnita omnibus adest. Huius ergo totius virtutis tantæ & tam immensę vapor, &, vt ita dixerim, vigor ipse in propria subsistentia effectus, quamuis ex ipsa virtute velut voluntas ex mente procedat, tamē & ipsa voluntas Dei nihilominus Dei virtus efficitur. Efficitur ergo virtus altera in sua proprietate subsistens, vt ait sermo Scripturæ, Vapor quidem primę & ingenitæ virtutis Dei: hoc quidem quod est inde trahens, non est autem quando fuerit. Si enim quis dicere voluerit quasi prius non extiterit, sed postea ad subsistentiam venerit: dicat causam quare, qui eam subsistere fecerit, pater autem hoc non fecerit. Quòd si aliquod initiū semel dederit, quo initio vapor iste virtute Dei processerit, iterum interrogabimus, quare nō & ante illud quod dixit initium? Et ita semper de anterioribus inquirentes, & verbo interrogationis ascendentes, peruenimus in illum intellectum: vt quoniam & poterat Deus semper & volebat, nunquam vel decuerit, vel causa aliqua existere potuerit, vt nō hoc quod bonum volebat semper habuerit. Ex quo ostenditur semper fuisse vaporem istum virtutis Dei, nullum habentem initium, nisi ipsum Deum. Non enim decebat aliud esse initium, nisi ipsum Deum vnde est & nascitur. Secundùm Apostolū vero dicentē, Quia Christus Dei virtus est: iam non solùm vapor virtutis Dei, sed virtus ex virtute dicēda est: ne videatur alicui anterior esse in Deo omnipotētis appellatio natiuitate sapientiæ, per quam pater vocatur, quoniam dicta est aporrhœa omnipotentis glorię purissima esse sapiētia, qui est filius Dei. Audiat qui hæc ita vult suspicarj, quòd manifestè pronunciat Scriptura diuina, dicens: Quia omnia in sapientia fecisti. Et Euangelium docet, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et intelliget ex hoc, quia nō potest antiquior esse in Deo appellatio omnipotentis quàm patris. Per filium etenim omnipotens est pater. Sed quoniam gloriam dixit esse omnipotētis, cuius gloria aporrhœa dicitur, id est, sapientia, hoc intelligi datur, quod etiam in omnipotentia gloriæ societatem habeat sapientia, per quā Deus omnipotens dicitur. Per sapientiam quę est Christus, tenet Deus omnium potentatum, non solum dominātis authoritatem, verumetiam subiectorum spontaneum famulatum. Vt autē vnam eandémque omnipotentiā patris ac filij esse cognoscas, sicut vnus atque idem est cum patre Deus, & Dominus, audi hoc modo Ioānem in Apocalypsi dicentem, Hęc dicit Dominus Deus, qui est, qui erat, & qui venturus est omnipotēs. Qui enim vēturus est, quis est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cùm Deus sit pater, quod etiam Saluator Deus est: & cùm omnipotens dicitur pater, nullus debet offendi quod etiam filius Dei omnipotens dicitur. Hoc namque modo verū erit illud quod ipse dicit ad patrē, Quia omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Si ergo omnia quę patris sunt Christi sunt, inter omnia verò quę est pater, est etiam omnipotēs, sine dubio etiam vnigenitus Dei filius esse debet omnipotens, vt omnia quæ habet pater, etiam filius habeat. Et glorificatus sum, inquit, in eis: In nomine Iesu omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, & infernorū, & omnis lingua cōfitebitur, quia Dominus Iesus in gloria est dei patris. Igitur aporrhœa glorię dei, secūdùm hoc quod omnipotens est, pura ac limpida ipsa sapiētia dei est glorificata tanquam aporrhœa omnipotentię vel glorię. Vt autem manifestius intelligatur quę sit gloria omnipotentię, etiam hęc addimus. Deus pater omnipotens est, eo quòd potentatū omniū teneat, id est, cęli & terrę, maris & omniū quę in eis sunt. Horum aut potentatū gerit per verbū suū, quia in nomine Iesu omne genu flectitur, cęlestiū, terrestriū, & infernorū, & si omne genu flectitur Iesu, sine dubio Iesus est omnipotens, cui

Ioan. 14. b. 9.

Ioan. 10. f. 30. & 14. b. 10.

CAP. XIII. *Filius vapor virtutis diuinæ.*

Sap. 7. d. 25

Psalm. 103. d. 24.

Ioan. 1. a. 3.

Apoc. 1. b. 8

Ioan. 17. b. 10.

Philip. 2. b. 10.

subiecta sunt omnia: & ipse est qui potẽtatum agit in omnibus, & per quem subiecta patri sunt omnia. Per sapiẽtiam namque, id est, verbo & ratione, non vi & necessitate subiecta sunt. Et ideo in eo ipso quod obtinet omnia, gloria sua est: & hæc est omnipotentiæ purissima ac limpidissima gloria, cum ratione ac sapientia, nonvi ac necessitate, cuncta subiecta sunt. PVRISSIMA verò ac limpidissima gloriæ sapientia satis conuenienter dictum est, ad distinctionem eius gloriẽ quæ non pura nec sincera gloria dicitur. Omnis enim natura quæ conuertibilis & commutabilis est, si glorificetur in operibus iustitiæ vel sapientiæ per hoc ipsum quod accidentem habet iustitiam vel sapiẽtiam, & quod accidit etiam discedere potest, gloria eius sincera ac limpida dici nõ potest. Sapientia verò Dei, qui est vnigenitus filius, quoniam in omnibus inconuertibilis est & incommutabilis, & substantiale in eo omne bonum est, quod vtique mutari, ac conuerti nunquam potest, idcirco pura eius ac sincera gloria eius prædicatur. Sempiternum vel æternum propriè dicitur quod neque initium vt esset habuit, nec cessare vnquam potest esse quod est. Hoc autem designatur apud Ioannem cùm dicit, Quia Deus lux est. Splendor autem lucis eius, sapientia sua, non solum secundùm id quod sempiterna lux est, ita vt æternus & æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integrè intelligatur, manifestè declarat, quia substantia filij ab ipso patre desecẽdit, sed nõ temporaliter, neque ab vllo alio initio, nisi, vt diximus, ab ipso Deo. Sed & speculum immaculatum paternæ inoperationis, Dei nominatur sapientia esse. Ergo inoperatio virtutis Dei quę sit, prius intelligenda est, quæ est vigor quidam, vt ita dixerim, per quem inoperatur pater, vel cùm creat, vel cùm prouidet, vel cùm iudicat, vel cùm singula quęque in tempore suo disponit atque dispensat. Sicut enim in speculo omnibus motibus atque omnibus actibus, quibus is qui speculum intuetur mouetur vel agit, iisdem ipsis etiam ea imago quæ per speculum deformatur actib' vel motibus commouetur, vel agit, in nullo prorsus declinans: ita etiam sapientia de se vult intelligi, cùm speculum immaculatum paternæ virtutis, inoperationisque Dei nominatur, sicut & Dominus Iesus Christus, qui sapientia Dei est, de semetipso pronunciat, dicens: Quia opera quæ facit pater, hæc etiam & filius facit similiter. Et iterum dicit, Quoniam non potest filius à semetipso facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quoniam ergo in nullo prorsus filius à patre virtute operum immutatur ac differt, nec aliud est opus filij quàm patris, sed vnus atque idem, vt ita dicam, etiam motus in omnibus est, id circo eum speculum immaculatum nominauit: vt per hoc nulla dissimilitudo aut distantia in filio est bonitatis, propter quod non debet velut blasphemię aliquod genus putari in eo quod dictum est, Quia nemo bonus nisi vnus Deus: vt propterea putetur, vel Christus vel Spiritus sanctus negari quod bonus sit: sed, vt superiùs diximus, principalis bonitas in Deo patre sentienda est, ex quo vel filius natus, vel Spiritus sanctus procedens, sine dubio bonitatis naturam in se fert, quæ in eo fonte de quo vel natus est filius, vel procedẽs est Spiritus sanctus. Iam verò si qua alia bona in Scripturis dicuntur, vel angelus, vel homo, vel seruus, vel thesaurus, vel cor hominum, vel arbor bona: hæc omnia abusiuè dicuntur, accidentem, nõ substantialem in se continentia bonitatem. MVLTVM autem est, & alterius vel operis vel temporis, congregare omnes filij Dei appellationes. Verbi causa, quomodo vel lumen verum, vel hostia, vel iustitia, vel sanctificatio, vel redemptio, & alia innumerata, quibus ex causis, vel virtutibus, vel affectibus vnumquodque horum nominetur, exponere. Sed contenti his de quibus superiùs disseruimus, consequenter etiam reliqua perquiramus. Cõsequens est igitur nunc de Spiritu sancto, quàm possumus, breuiter requiramus. Et omnes quidem, qui quoquomodo prouidentiam esse sentiunt, Deum esse ingenitum qui vniuersa creauit atque disponit, confitentur, cúmque parentẽ vniuersitatis agnoscunt: hunc tamen esse, filium non nos soli pronunciamus: quamuis satis hoc & mirum & incredulum videatur his qui apud Græcos vel Barbaros philosophari videntur: tamen ipsorum etiam à nonnullis habita videtur eius opinio, cùm verbo Dei vel ratione creata esse omnia confitentur. Nos verò secundum fidem doctrinę eius quam diuinitus inspiratam pro certo habemus, eminentiorẽ diuinioremque rationem de filio Dei nullius alterius possibilitatis esse credamus exponere, atque in hominum cognitionem proferre, nisi eius scripturæ solius quæ à Spiritu sancto inspirata est, id est, Apostolicę atque Euangelicę, nec non legis & prophetarum, sicut ipse Christus asseruit. De substantia verò Spiritus sancti nec suspicionem vllam habere quis potuit, præter eos qui in lege & prophetis versati sunt, vel eos qui se in Christo credere profitentur. Nam de Deo quidem patre quamuis dignè proloqui nemo valeat, tamen possibile intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarũ, & ex his quæ humana mens naturaliter sentit, insuper de Scripturis sanctis confirmari possibile est. Sed & de filio Dei quamuis nemo nouerit filium nisi pater, tamen ex diuinis Scripturis etiam de ipso qualiter sentiri debeat, mens humana firmatur, non solũ in nouo, sed etiam in veteri Testamẽto, per ea quæ à sanctis gesta figuraliter ad Christum referuntur, ex quibus aduerti vel diuina natura eius, vel humana quæ ab eo est assumpta, potest. De Spiritu verò sancto, quia sit, multę nos Scripturę docuerunt: sicut Dauid in quinquagesimo Psalmo dicit, Et Spiritũ sanctum tuum ne auferas à me. Et in Daniele dicit, Spiritus sanctus qui in te est. In nouo verò Testamento abundantibus testimoniis edocemur, cùm Spiritus sanctus super eum descendisse scribitur, & cùm ipse Dominus insufflauit in Apostolos post resurrectionem, dicens: Accipite Spiritum sanctum. Et ad Mariã dicitur ab angelo, Spiritus sanctus superueniet in te. Paulus verò docet, quia nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Et in actibus Apostolorum per impositionem manuum Apostolicarum Spiritus sanctus dabatur in baptismo. Ex quibus omnib' didicimus tantę authoritatis esse & dignitatis Spiritus sancti substantiam, vt salutare baptisma non aliter nisi excellentissimę omnium Trinitatis authoritate, id est, patris & filij & Spiritus sancti cognominatione cõpleatur, & ingenito Deo patri & vnigenito eius filio nomen quoque Spiritus sancti copuletur. Quis ergo non stupescat quãta maiestas sit Spiritus sancti, cum qui dixerit verbum in filium hominis, audeat sperare posse veniam, eũ verò qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, veniam non habere, neque in præsenti sęculo, neque in futuro.

Cap. XI I I. *Gloria & splendor & ἐνέργεια.*

Sempiternum quod dicatur.

1. *Ioan 1.b.5.*

Inoperatio Dei quid sit.

Ioan 5. d.19. Ibidem.

Cap. XV. *Filius imago bonitatis diuinæ.*

Marc.10.c.18

Cap. XVI. *Spiritus sancti dignitas.*

VERVNTAMEN vsque ad præsens, nullum sermonem inuenire in Scripturis sanctis potuimus, per quẽ Spiritus sanctus facturа esse vel creatura diceretur, ne in eo quidem modo quo de sapiẽtia referre Salomonem suprà docuimus, vel quę de vita vel verbo aliisque appellationib' filij Dei intelligenda esse tractauimus. Spiritus igitur Dei qui super aquas ferebatur, sicut scriptũ est in principio factuгę mundi, puto quòd non sit alius quàm Spiritus sanctus, secundum quod ego intelligere possum: sicut & cùm ipsa loca exponeremus, ostendimus, non tamen secundum historiam, sed secundum intelligentiam spiritalem. Quidam sanè ex præcessorib' nostris in nouo Testamento obseruauerunt, licubi spiritus nominatur sine adiectione ea quę designet qualis sit spiritus, de Spiritu sancto debere intelligi: vtputa, Fructus autem spiritus est, charitas gaudium, pax, &c. Item ibi, Cùm cœperitis spiritu, carne consummamini. Nos verò etiam in veteri Testamẽto putamus distinctionem istam posse seruari: sicut cùm dicit, Qui dat spiritum populo qui est super terram, & spiritum his qui calcant eam. Sine dubio enim omnis qui calcat terrã, id est, terrena & temporalia, particeps est Spiritus sancti, à Deo eum accipiẽs. Sicut enim de filio dicitur, quia nemo nouit eum nisi pater, & patrem, nisi filius, & cui voluerit fili' reuelare: hęc eadem docet etiã Apostolus de Spiritu sancto cum ait, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei. Sed & rursus in Euangelio de diuinis ac profundioribus doctrinis cõmemorans Saluator, quę nondum capere poterãt discipuli sui, ita ait ad Apostolos: adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modò, cum autem venerit consolator Spiritus sanctus, qui à patre procedit, ille vos docebit omnia, & commonebit omnia quæ dixi vobis.

Matth.11.d. 27.

Psal.50.c.13. Dan.4.c.6 & 15. & 5.c.11. 14.

Matt.3.d.16. Ioan.20.c.22 Luc 1.d.35.

1. *Cor.12.c.3.*

Act.8.c.17.

Cap. XVII. *Spiritus vocabulum in Scripturis.*

Gal.5.d.22.

Gal.3.a.5.

Matth.11.d. 27.

1. *Cor 2.c.10.*

1. *Cor 15.d. 28.*

Ioan.16.b.13.

ET ita sciendum est, quòd sicut filius Dei qui solus cognoscit patrem, reuelat cui vult, ita & Spiritus sanctus, qui solus scrutatur etiam alta Dei, reuelat Deum quibus vult: Spiritus enim vbi vult spirat. Neque enim putandum est, quòd etiam spiritus filio reuelãte cognoscit. Si enim filio reuelãte cognoscit patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit: quod vtique & impiũ p ariter & stultum est, Spiritum sanctum confiteri, & ignorantiam ei ascribere. Non enim cum aliquid aliud esset antequam Spiritus sanctus, per profectum venit in hoc vt Spirit' sanctus esset: vt quis audeat dicere, quia tunc quidem cùm nondum esset Spiritus sanctus, ignorabat patrem, postquã verò recepit scientiam, etiam Spiritus sanctus effectus est. Quòd si esset, nunquam vtique in vnitate Trinitatis, id est, Dei patris inconuertibilis, & filij eius, etiam Spiritus sanctus haberetur, nisi quia & ipse semper erat Spiritus sanctus. Hoc sanè quod dicimus, vel semper, vel erat, vel si quod aliud tale temporalis significationis nomen ascisimus, simpliciter & cũ venia accipiendum est, quoniam nominum quidem horum significationes temporales sunt. Ecce autẽ de quibus loquimur, tractatu quidem sermonis temporaliter nominantur, natura autem sui omnem intelligentiam sensus temporalis excedunt. Deus pater præstat omnibus vt sint, participatio verò Christi secundum id quod verbum vel ratio est, facit ea esse rationabilia. Ex quo consequens est, ea vel laude digna esse, vel culpa, quia & virtutis & malitiæ sunt capacia. Propter hoc consequenter adest etiam gratia. Spiritus sancti, vt ea quæ substantialiter sancta non sunt, participatione ipsius sancta efficiantur. Cum verò primò vt sint habeant ex Deo patre: secundò vt rationabilia sint habeant ex verbo: tertiò, vt sancta sint, habeant ex Spiritu sancto: rursum Christi secundum hoc quod iustitia Dei est, capacia efficiuntur ea quæ

quę sanctificata antè iam fuerint per Spiritum sanctum. Et qui in hunc gradum profecere per sanctificationem Spiritus sancti, consequuntur nihilominus donum sapientiæ secundum virtutem inoperationis spiritus Dei. Et hoc puto Paulũ dicere, cùm ait, Quibusdam dari sermonem sapientiæ, aliis sermonem scientiæ secundùm eundem spiritum. Et designans vnámquamque discretionem donorum, refert omnia ad vniuersitatis fontẽ, & dicit, Diuisiones enim operationum sunt, sed vnus est Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnde & in operatione patris, quæ esse præstat omnibus, clarior ac magnificentior inuenitur: cùm vnusquisque per participationem Christi secundùm id quod sapientia est, & secundum id quod scientia est, & sanctificatio est, proficit, & in altiores profectuum gradus venit: & per hoc quod participatione Spiritus sancti sanctificatus quis purior ac sincerior effectus dignius recipit sapientiam ac scientiæ gratiam: vt depulsis omnibus expurgatisque pollutionis atque ignorantiæ maculis, tantum profectum sinceritatis ac puritatis accipiat, vt hoc quod accepit à Deo vt esset, tale sit quale Deo dignum est, qui vt esset vtique purè præstitit ac tam perfectè, vt tam dignũ sit id quod est, quàm est ille qui id esse fecit. Ita namque & virtutem semper esse, atque in æternum manere percipiet à Deo is qui talis est, qualem eum voluit esse qui fecit. Quod vt accidat, & vt indefinenter atque inseparabiliter assistat ei qui est, ea quę ab ipso facta sunt sapientiæ, opus est astruere atque erudire ea, & ad perfectionem adducere Spiritus sancti confirmatione atque indefinẽti sanctificatione, per quam solum capere possunt. Ita ergo indefinenti erga nos opera patris & filij & Spiritus sancti confirmatione atque indefinenti sanctificatione, per quam solum vix, si fortè aliquando, intueri possumus sanctam & beatam vitam. In quam cùm post multos agones peruenire potuerimus, ita perdurare debemus, vt nulla vnquam nos boni illius satietas capiat, sed quanto magis de illa beatitudine percipiemus, tanto magis in nobis vel dilatetur desideriũ eius, vel augeatur, dum semper ardentius ac capacius patrem & filium & Spiritum sanctum, vel capiamus, vel teneamus. Si autem satietas aliquando cœperit aliquem ex his, qui in summo perfectóque cõsiterint gradu, non arbitror, quod ad subitum quis euacuetur atque decidat, sed paulatim & per partes defluere eum necesse est: ita vt fieri possit interdum, vt si breuis lapsus aliquis acciderit, & citò resipiscat, atque in se reuertatur, non penitus ruere, sed reuocare pedem, & redire ad statum suum, ac rursum statuere posset id quod per negligentiam fuerat elapsum. Nam vnigenitus filius Dei qui erat verbum & sapientia patris, cùm esset in gloria apud patrem, quam habuit antequam mundus esset, exinaniuit semetipsum, & formam serui accipiens efficitur obediens vsque ad mortem: vt obedientiam doceret eos qui non aliter, nisi per obedientiam, salutem consequi potuerant, in semetipso prius complẽs, quod ab aliis volebat impleri. Idcirco non solum vsque ad mortem crucis patri obediens factus est, verumetiam in consummationem seculi, in semetipso complectens omnes quos subiicit patri, & qui per eum veniunt ad salutem, cùm & ipsi & in ipsis ipse quoque subiectus dicitur Deo patri: dum omnia in ipso constãt, & ipse est caput omnium, & ipse est salutem consequentium plenitudo. Hoc ergo est quod de eo dicit Apostolus: Cùm autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Verùm nescio quo pacto hæretici non intelligentes Apostoli sensum qui in his verbis continetur, subiectionis in filio nomen infamant: cuius appellationis proprietas si requiratur, ex contrariis facilè poterit inueniri. Nam si subiectum esse, non est bonum, restat vt illud quod contrarium est, bonum sit, id est, non esse subiectum. Sermo namque Apostoli secundùm quod isti volunt, hoc videtur ostendere, dum dicit: Cùm autem subiecta fuerint ei omnia, tũc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia: vt quasi is qui nunc patri subiectus non sit, subiectus futurus sit, tunc cùm ei pater prius vniuersa subiecerit. Sed miror quomodo hoc intelligi possit, vt qui nondum subiectis sibi omnibus nõ est ipse subiectus, tũc cùm subiecta sibi fuerint omnia, cùm rex omnium fuerit, & protestatem tenuerit vniuersorũ, tunc eum subiiciendum putent, cùm subiectus antè non fuerit: non intelligentes quòd subiectio Christi ad patrem beatitudinẽ nostræ perfectionis ostendit, & suscepti ab eo operis palmam declarat: cùm non solũ regẽdi atque regnãdi summam, quam in vniuersa emendauerat creatura, verùmetiam obedientiæ & subiectionis correcta reparatáque humani generis patri offerat instituta. Si ergo bona & salutaris accipitur ista subiectio, quia subiectus esse dicitur filius patri: valde cõsequens & cohærens est, vt & inimicorum, quæ dicitur filio Dei esse subiectio, salutaris quædã intelligatur esse & vtilis: vt sicut cùm dicitur filius patri subiectus: perfecta vniuersæ creaturæ restauratio declaratur: ita cum filio Dei inimici dicuntur esse subiecti, subiectorum salus in eo intelligatur, & reparatio perditorum. Verũ certis quibusque & modis & disciplinis & temporibus subiectio ista complebitur, id est, non necessitate aliqua ad subiectionem cogente: nec per vim subditus fiet omnis mundus Deo, sed verbo, ratione, doctrina, prouocatione meliorum, institutis optimis, comminationibus quoque dignis & competentibus, quæ iustè imminent his, qui salutis & vtilitatis suæ curam sanitatẽ que cõtemnunt. Denique etiam nos homines, vel cũ seruos vel filios erudimus, dũ adhuc per ætatẽ rationis incapaces sunt, minis eos & metu coërcemus. Cũ verò boni & vtilis & honesti intelligentiam ceperint, tunc iam cessante verberum metu, verbo atque ratione suasi, ad omnia quæ bona sunt, acquiescunt. Quomodo autem seruata omnibus rationabilibus creaturis arbitrij libertate, vnusquisque debeat dispensari: id est, quos velut iam paratos & capaces sermo Dei & inueniat, & instruat: quos autem interim differat à quibus verò penitus occultetur, & longè eorum à se fieri dispenset auditum, quousque rursum contemnentes indicatum sibi & prędicatum verbum Dei correptionibus quibusdam, & castigationibus illatis perurgeat ad salutem, cõuersionemque eorũ quodammodo exigat & extorqueat: quibus vero etiam occasiones quasdam præstet salutis, ita vt interdum etiam ex responsione sola fide prolata indubitatam quis ceperit salutem: quibus hæc ex causis, vel quibus occasionibus fiant quid vel introspiciens diuina sapientia, vel quos motus propositi eorum videns hæc vniuersa dispensat, soli Deo cognitum est & vnigenito eius, per quem creata ac reparata sunt vniuersa: & Spiritui sancto, per quem cuncta sanctificantur, qui ab ipso patre & filio procedit, cui est gloria in æterna secula.

1. *Cor.12.c.8*

Philip.2.c.6

Gal.5.d.22.

1. *Cor.12.c.8*

Cap. XIX. *Quomodo filius patri subiiciendus.*

1. *Ioan.1.b.5.*

Heb.1.a.3.

Ioan.1.a.1.

LIBER SECVNDVS,

IN QVO TRACTAT

EADEM FVSIVS.

BIQVE in omnibus dicimus esse Deum, pro eo quod nihil potest esse vacuum Deo, non tamen ita esse dicimus, vt omnia sit nunc in quibus est. Vnde diligentius intuẽdum est, quale est hoc quod perfectionẽ beatitudinis, rerumque finẽ significat, quod nõ solùm in omnibus Deus esse dicitur, sed etiam omnia esse dicitur Deus. Quæ sunt ergo ista omnia quę Deus futurus sit in omnibus inquiramus. Et ego quidẽ arbitror, quia hoc quod in omnibus omnia Deus esse dicitur, significet etiam in singulis eũ omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, vt quicquid rationabilis mens expurgata omnium vitiorum fecc, atque omnia penitùs extersa nube malitiæ, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare potest, omnia Deus sit: nec vltrà iam aliud aliquid nisi Deum sentiat, Deum cogitet, Deum videat, Deum teneat, omnis motus suus Deus sit. Non enim iam vltra mali boníque discretio, quia nusquã malum. Omnia enim Deus est, cui iam non adiacet malum. Nec vltrà ex arbore sciendi bonum & malum edere concupiscet, qui semper in bono est, & cui omnia Deus est. Sic ergo finis ad principium reparatus, & rerum exitus collatus initiis, restituet illum statum quem tunc habuit natura rationalis, cùm de ligno sciendi bonum & malum edere non egebat. Et amoto omni malitiæ sensu & ad sincerum purúmque detersò, solus Deus qui est vnus bonus, hic ei fiet omnia, & non in paucis aliquibus vel pluribus, sed vt in omnibus ipse sit omnia. Et cùm iam nusquam mors, nusquam aculeus mortis, nusquam omnino malum, tunc verè Deus omnia in omnibus erit. TEMPVS est iam decursis his prout potuimus, quæ suprà dicta sunt, nunc commemorationis gratia eorum quæ sparsim diximus recapitulare singula. Et primo omnium de patre & filio & Spiritu sancto repetere. Deus pater cùm & indiuisibilis sit, & inseparabilis à filio, nõ prolatione ab eo, vt quidam putant, generatus est filius. Si enim prolatio est filius patris, prolatio verò dicitur quæ talem signat generationem, qualis animalium & hominum solet esse progenies, necessario corpus est, & is qui protulit, & is qui prolatus est. Non enim dicimus, sicut hæretici putant, partem aliquam substantiæ Dei in filium versam, aut ex nullis subsistentibus filium creatum à patre: id est, extra substantiam suam vt fuerit aliquando, quãdo non fuerit: sed abscisso omni sensu corporeo, ex imuisibili & incorporeo deo, verbum & sapiẽtiam genitam dicimus, absque vlla corporali passione, velut si voluntas procedat è mente. Nec absurdum videbitur cùm dicatur filius charitatis, si etiam hoc modo voluntatis putetur. Sed & Io annes indicat, quia Deus lux est: & Paulus designat, quia filius splendor lucis æternæ sit. Sicut ergo nunquam lux sine splendore esse potuit, ita nec filius quidem sine patre intelligi potest, qui & figura expressa substantiæ eius, & verbum, & sapiẽtia dicitur. Quomodo ergo potest dici, quia fuit aliquando, quando non erat vel fuerat filius? Nihil enim aliud est dicere, nisi quia fuit aliquando, quando veritas non erat, quando sapientia non erat, quando vita non erat, cùm in his omnibus perfectè Dei patris substantia sentiatur. Non enim ab eo durimi hæc, vel ab eius possunt vnquam substantia separari. Quæ quidem quamuis intellectu multa esse dicantur: re tamen & substantia vnum sunt, in quibus est plenitudo diuinitatis. Hoc autem ipsum quod dicimus quia nunquam fuit quando non fuit, cum venia accipiendum est, ne & hæc ipsa nomina temporalis vocabuli significantiã gerant, vt est quando, vel nunquã: supra omne aũt tempus, & supra omnia secula, & suprà oẽm eternitatẽ intelligenda sunt ea quæ de patre & filio & Spiritu sancto dicũtur. Hæc enim sola Trinitas est, quæ omnem sensum intelligẽtię, non solùm temporalis, verumetiam æternalis excedit. Cætera verò quæ sunt extra Trinitatem, in seculis & in temporibus metiẽda sunt. Hunc igitur filiũ Dei secundũ hoc quod verbũ est Deus, qui erat in principio apud Deũ, nemo consequenter putet in loco aliquo cõtineri,

QVAEST. XIX.

Ioan.1.a.1.

neque secũdum quod sapiẽtia est, neque secundùm quod vita est, neque secundùm quod iustitia, vel sanctificatio vel redemptio est: hæc enim omnia non indigent loco, vt agere quid vel operari possint, sed pro his qui virtutis eius in operatione participant, hęc singula intelligẽda sunt. Si verò quis dicat, per eos qui participes sunt verbi Dei, vel sapientiæ eius, vel veritatis, vel vitæ, etiam ipsum verbum & sapientiam videri in loco esse: Respondendum est ci, quia dubium non est, quòd Christus secundùm quod verbum & sapientia est, vel cætera omnia, erat in Paulo. Propter quod dicebat,
2. Cor. 13. a. 3 An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et
Gal. 2. d. 20. iterũ: Viuo autẽ iã nõ ego, viuit verò in me Christus. Túc ergo cùm esset in Paulo, quis quòd similiter erat in Petro, & in Ioanne, & in singulis quibusq. sanctorum, & nõ solũ in his qui in terris sunt, verũetiã & in his qui in cælis sunt, dubitabit? Absurdũ nãq. est dicere, quia in Petro quidem & in Paulo erat Christus, in Michaële verò archangelo & in Gabriele nõ erat. Ex quo manifestè deprehẽditur, quia diuinitas filij nõ in loco aliquo cõcludebatur: alioquin in ipso tantum fuisset, & in altero non fuisset: sed secundùm incorporeæ naturæ maiestatem, cùm in nullo loco includatur, in nullo rursum deesse intelligitur. Verùm illa sola intelligenda est differentia quòd etiam si sit in diuersis, sicut diximus in Petro vel in Paulo, vel Michaële, vel Gabriele, non tamen in vniuersis similiter est. Plenius enim & clarius, vt ita dixerim, & apertius in archangelis est,
Matt. 22. e. 30. quàm in aliis sanctis viris. Quod ex eo manifestum est, quia cùm ad summam perfectionem venerint sancti quique, dicuntur angelis similes effici vel æquales, secundùm Euangelicam sententiam. Vnde constat, in singulis quibusque tãtum effici Christũ, quantum ratio indulserit meritorum. His igitur nobis de Trinitatis fide breuiter repetitis, consequens est etiam illud pariter admonere, quòd per filium creata dicuntur omnia, quæ in cęlis sunt, & quę in terra visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue potestates, siue principatus, omnia in ipso & per ipsum creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia illi constant qui est caput. Quibus
Ioan. 1. a. 3. consona etiam Ioannes in Euangelio dicit: Quia omnia per ipsum
Psal. 32. b. 6. facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dauid verò totius Trinitatis mysterium in vniuersorum conditione significans, ait, Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Post hæc verò competenter admonebimus de aduentu corporali & incarnatione vnigeniti filij Dei: in quo non ita sentiendum est, quòd omnis deitatis eius maiestas intra breuissimi corporis claustra conclusa sit, ita vt omne verbum Dei & sapientia eius, ac substantialis veritas & vita, vel à patre diuulsa sit, vel intra corporis illius breuitatem coërcita & circumscripta, nec vsquam pręterea putetur operata. Sed inter vtrumque tanta pietatis debet esse confessio, vt neque aliquid deitatis in Christo defuisse credatur, & nulla penitus à paterna substantia, quæ vbique est, facta putetur diuisio. Tale namque aliquid etiam Baptista Ioannes indicat cùm cor-
Ioan. 1. d. 27 poraliter absente Iesu dicebat ad turbas: Medius vestrum stat quem vos nescitis, qui post me venit, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum. Quod vtique dici non poterat, de eo qui absens erat, quantum ad prę sentiam corporalem pertinet,
Ibid. d. 26. quia medius staret eorum inter quos corporaliter non aderat. Vnde ostenditur, quia & in corpore totus, & vbique totus aderat filius Dei. Ne quis tamen nos existimet per hoc illud affirmare, quòd pars aliqua deitatis filij Dei fuerit in Christo, reliqua pars alibi vel vbique: quod illi sentire possunt, qui naturam substantiæ incorporeę atque inuisibilis ignorant. Impossibile namque est de incorporeo diuisionem aliquam fieri. Sed in omnibus & per omnia, super omnia est, eo modo quo superiùs diximus: id est, quo sapientia, vel verbum, vel vita, vel veritas intelligatur, per quem intellectum omnis sine dubio conclusio localis excluditur. Volens igitur filius Dei Deus pro salute humani generis apparere hominibus, & inter homines conuersari, suscepit non solum corpus humanum, vt quidam putant, sed & animam quidem nostrarum animarum similem per naturam: proposito vero & virtute similem sibi, & talem per qualem omnes voluntates & dispensationes verbi & sapientiæ indeclinabiliter posset implere. Quòd autem habuerit animam, manifestissimè in Euangelio designat ipse Saluator, dicens: Nemo tollet à me animam meam, sed ego pono eam.
Ioan. 10. d. 18. Et iterum: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potes-
Matth. 26. d. 38. tatem habeo iterum sumendi eam. Et rursum: Tristis est anima mea
Ioan. 12. d. 27. vsque ad mortem. Et iterum: Nunc anima mea turbata est. Neque enim tristis & turbata anima, verbum Dei intelligendum est, quod ex authoritate diuinitatis dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam. Nec tamen ita dicimus fuisse filium Dei in illa anima, sicut fuit in anima Pauli vel Petri, cæterorúmque sanctorum, in quibus Christus similiter vt in Paulo loqui creditur. Sed de illis omnibus illud sentiendum quod Scriptura dicit: Quia nemo
Iob 25. a. 4. mundus est à sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius. Hæc verò anima quæ in Christo fuit priusquam sciret malum, elegit bonum:
Esa. 7. c. 15. Psal. 44. b. 8. & quia dilexit iustitiam, & odio habuit iniquitatẽ, propterea vnxit eam Deus oleo lętitię præ participibus suis. Oleo ergo lætitię vngitur, cùm verbo Dei immaculata fœderatione coniuncta est: & per hoc sola omnium animarum peccati incapax fuit, quia filij Dei bene & plene capax fuit: id cóq. & vnum cum ipso est, atque
Ioan. 1. a. 3. eius vocabulis nũcupatur, & Iesus Christus appellatur, per quem omnia facta dicuntur. De qua anima, quoniam totam in se sapientiam Dei & veritatem vitámque receperat, etiam illud arbitror dixisse Apostolum, quod ait, Quoniam vita vestra absc ōdita est cum Colos. 3. a. 3
Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in Gloria. Quis enim alius hic intelligendus est Christus, qui in Deo absconditus dicitur, & postea apparituru s, nisi ille qui oleo lætitiæ vnctus, refertus, id est, substantialiter Deo repletus est, in quo nunc absconditus dicitur? Propterea enim & omnibus credentibus ad exemplum Christus exponitur. Quia sicut ille semper, & antequam sciret omnino malum, elegit bonum, & dilexit iustitiam, & odio habuit iniquitatem, & propterea vnxit eum Deus oleo lætitię: ita vnusquisque vel post lapsum vel per errorem expurget se à maculis, exemplo proposito: & habens itineris ducem, arduam viam virtutis in cedat: vt si fortè per hoc inquantum fieri potest, per imitationem eius particeps efficiatur diuinæ naturæ, sicut scriptum est: Quia qui dicit
1. Ioan. 1. e 5 se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc ergo verbum & hæc sapientia, per cuius imitationem, vel sapientes, vel rationabiles dicimur, omnibus fit omnia, vt omnes lu-
1. Cor. 9. a. 19 crifaciat, & fit infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciat. Et quia infirmus efficitur, propter hoc dicitur de eo, Etiã si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. De quo Corinthiis qui infirmi erãt, Paulus nihil se scire indicat inter ipsos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quidam autem volunt de ipsa anima dictum videri, cùm primùm de Maria corpus assumpsit, etiam illud quod
Philip. 2. e 8. Apostolus dicit: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: quo eam sine dubio in formam Dei melioribus exemplis & institutionibus repararet, atque in eam plenitudinem vnde se exinaniuerat, reuocaret. Sicut enim participatione filij Dei quis in filium adoptatur, & participatione sapientiæ in Deo sapiens efficitur: ita & participio Spiritus sancti, sanctus & spiritalis efficitur. Vnum enim atque idem est Spiritus sancti participium sumere, quod est patris & filij, quippe cùm vna incorporea sit natura Trinitatis. Igitur vnigenitus filius Dei, per quem omnia facta esse visibilia & inuisibilia, in superioribus sermo disputationis edocuit, secundum Scripturæ sententiam, & fecit omnia, & quæ fecit diligit. Nam cùm inuisibilis Dei ipse sit imago inuisibilis, participationem sui vniuersis rationabilibus creaturis inuisibiliter præbuit, ita vt tantum ex eo vnusquisque participij sumeret, quantum erga eum dilectionis inhæsisset affectu. Verum cùm pro liberi arbitrij facultate varietas vnumquemque ac diuersitas habuisset electorem, vt alius ardentiore, alius tenuiore & exiliore erga suum authorem amore teneretur: illa anima, de qua dixit Iesus, Quia
Ioan. 10. d. 18 nemo aufert à me animam meam, inseparabiliter atque indissociabiliter inhærens, vtpote verbo & sapientiæ Dei & veritati ac luci veræ, & tota totum recipiens, atque in eius lucem splendorémque cedens, facta est cum ipso principaliter vnus spiritus. Sicut & Apostolus his, qui eam imitari deberent, promittit: Quia qui se iun-
1. Cor. 6. d. 17 git Deo, vnus spiritus est. Hac ergo substantia animæ inter Deum carnémque mediante: non enim possibile erat Dei naturam sine mediatore misceri, nascitur, vt diximus, Deus homo, illa substantia media existente, cui vtique contra naturam non erat corpus assumere. Sed neque rursum anima illa vtpote substantia rationalis, contra naturam habuit capere, in quem, vt superiùs diximus, velut verbum & sapientiam & veritatem tota iam cesserat: vnde & meritò pro eo quòd vel tota in filio Dei, vel totũ in se caperet filium Dei, etiam ipsa, cum ea quam assumpserat carne, Dei filius, & Dei virtus Christus, & nei sapientia appellatur. Et rursum nei filius, per quem omnia creata sunt, Iesus Christus & filius hominis nominatur: nam & filius nei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura, quę mortem vtique recipere poterat. Et filius hominis appellatur, qui venturus in gloria nei patris cum sanctis angelis prædicatur. Et hac de causa secundùm omnem scripturam, tam diuina natura humanis vocabulis appellatur, quàm humana natura nuncupationis diuinæ insignibus decoratur. Magis enim de
Gen. 2. d. 24. hoc, quàm de vllo alio dici potest, quod scriptum est: Quia erunt
Mat. 19. e 5 ambo in carne vna, & iam non sunt duo, sed vna caro. Magis verbum nei cum anima in carne vna esse, quàm vir cum vxore putandus est: sed & vnus spiritus esse cum neo, cui magis conuenit, quàm huic animę, quæ se ita neo per dilectionem iunxit, vt cum ipso neo vnus spiritus meritò dicatur, Propheta dicente, nilexisti
Psal. 44. b. 8. iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te neus neus tuus oleo lætitiæ prę participibus tuis. nilectionis ergo merito vngitur oleo lętitiæ, id est, anima cum verbo nei Christus efficitur. Vngi namque oleo lętitię, non aliud intelligitur quàm spiritu sancto repleri. Quòd autem præ participibus dixit, indicat, quia non gratia spiritus, sicut Prophetis data est, sed ipsius verbi nei in ea sub-
Colos. 2. b. 9. stantialis inerat plenitudo, sicut & Apostolus dixit, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Denique propter hoc, non solum dixit, nilexisti iustitiam: sed addidit, & odisti iniquitatem. Odisse enim iniquitatem, illud est quod scriptura dicit
Isa. 53. c. 9. de eo, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.
1. Petr. 2. d. 22. Et quod ait, Tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato. Et iterum ipse dicit de se, Ecce venit princeps mundi huius
1. Ioan. 3. a. 5. & in me non habet quicquam. Quæ omnia nullum in eo peccati
Heb. 4. d. 15. sensum indicant extitisse. Quod vt Propheta euidẽtius designaret,
Ioan. 14. d. 30 quia nunquam in eum iniquitatis sensus intrasset, ait, Priusquam
Esa. 8. a. 4. sciret

sciret puer vocare patrem aut matrem, auertit se ab iniquitate. Arbitror sanè Hieremiam prophetam intelligentem quæ sit in eo
Thren. 4. d. 20. natura Dei sapiẽtiæ, etiam hæc quam pro salute mundi suscepe-rat dixisse, Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus, quòd in vmbra eius viuemus in gentibus. Pro eo enim quòd fuerat vmbra corporis inseparabilis est à corpore, & indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit & gerit, puto eum animæ Christi opus, ac motum qui inseparabiliter inhærebat, & pro nutu eius ac voluntate cuncta perpetrabat, ostendere volentẽ vmbram Domi-ni hanc vocasse, in qua vmbra nos viueremus in gentibus. In huius
Psalm. 88. g. 51. namque assumptionis sacramento gentes viuunt, quæ imitantes eam per fidem veniunt ad salutem. Sed & Dauid dicens, Memor esto opprobrij mei Domine, quòd exprobrauerũt me in commutationem Christi tui: similia mihi videtur ostendere. Et Paulus
Colos. 3. a. 3. quid aliud sentit, cùm dicit, Vita nostra abscondita est cum Chri-
1. Cor. 13. a. 3. sto in Deo? Et quid enim in alio loco dicit, An experimentũ quæ-ritis eius qui in me loquitur Christus? Et nunc Christum in Deo dicit absconditum. Cuius rei intellectus est difficilis, nisi talis ali-quis indicetur qualem per vmbram Christi à Propheta significatũ esse, suprà diximus. Fortasse enim hoc sensum humanæ mentis excedit. Quinimò quod verius est, massam sicut in fornacibus sæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus: quia nec aliud in ea nisi ignis cernitur: sed & si quis contingere atque contrectare attentauerit, non ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima quæ quasi ferrum in igne, semper in verbo, semper in sapiẽtia, semper in Deo posita est: omne quod agit, quod sentit, quod intelligit Deus est. Et ideo nec vertibilis, nec mutabilis dici potest, quæ inconuertibilitatem ex verbi Dei vnitate indefinenter ignita possidebit. Ad omnes denique sanctos alior aliquis verbi Dei putandus est peruenisse. In hac autem anima ignis ipse diuinitùs substantialiter requieuisse credendus est, ex quo ad cæte-
Psal. 44. b. 8 ros calor aliquis venerit. Denique quod dixit, Quia vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis: ostendit quòd ista anima aliter oleo lætitiæ, id est, verbo Dei & sapientia vngitur, & aliter participes eius, id est, sancti Prophetæ & Apostoli. Illi enim in
Cant. 1. a. 4. odore vnguentorum eius cucurrisse dicuntur, ista verò anima vasculum vnguenti ipsius fuit, ex cuius fragrantia participes digni quique Prophetę & Apostoli fiebant. Sicut ergo alius est vnguentiodor, & alia vnguenti substantia, ita aliud est Christus, & aliud participes sui. Et sicut vas ipsum quod substantiam continet vnguenti, nullum genus potest aliud recipere liquoris: ita anima Christi velut vas in quo inerat substantia vnguẽti, impossibile fuit vt cõtrarium reciperet odorem. Participes verò eius quàm proximi fuerint vasculo, tam odoris erunt participes & capaces. Et qui ex odore eius participant, si se paulò longiùs à fragrãtia eius amouerint, impossibile est vt non incidant in odorem contrarium. Hoc modo huius rei explanabitur difficultas, naturam quidem animæ illius hanc fuisse, quæ est omnium animarum, non potest dubitari: alioquin nec dici anima potuit, si verè non fuit anima: verùm quoniam boni malique eligendi facultas omnibus præsto est, hæc anima quæ Christi est, ita elegit diligere iustitiam, vt pro immensitate dilectionis ei inconuertibiliter atque inseparabiliter inhęreret: ita vt propositi firmitas, affectus immensitas, & dilectionis inextinguibilis calor omnem sensum cõuersionis abscinderet: vt quod in arbitrio erat positum, longi vsus affectu iam versum sit in naturam. Ita & fuisse quidem in Christo humana & rationabilis anima credenda est, & nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati. Ad pleniorem tamen rei explanationem non videtur absurdum, si etiam similitudine aliqua vtamur: licet in re tam ardua tamque difficili, ne exemplis quidem vti commodis copia est, tamẽ vt absque aliquo præiudicio dicamus: Ferri metallum capax est, & frigoris & caloris. Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusq; venis iguẽ recipiens, & tota ignis effecta, si neque ab ea ignis cesset aliquãdo, neque ipsa ab igne separetur, numquid dicemus hanc quæ natura quidem ferri massa est, in igne positam, & indefinenter ardentem posse aliquando frigus recipere? Sed & quãplurima alia in Scriptu-
Luce 1. d. 35. ris diuinis de vmbræ significantia videmus inserta: vt illud in Euãgelio secundùm Lucam, cùm dicit Gabriel ad Mariam, Spiritus
Hebr. 8. b. 5. Domini veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Et Apostolus de lege dicit, quia similitudini & vmbræ deseruiunt cæ-
Iob 8. b. 9. lestium, hi qui carnalem habent circumcisionem. Et alibi dicit: Nónne vita nostra vmbra est super terram? Si ergo & lex quæ super terram est, vmbra est, & vita omnis nostra quæ est super terrã, vmbra est, & in vmbra Christi viuemus inter gentes: videndum est ne omnium harum veritas vmbrarum in illa reuelatione nosca-
1. Cor. 13. d. 12. tur, cùm iam non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciẽ, sancti quique, & gloriam Dei, & rerum causas ac veritatem speculari merebuntur: cuius veritatis accepto iam pignore per Spiritum
2. Cor. 5. e. 16. sanctum, dicebat Apostolus: Et cognouimus Christum secundùm carnem aliquando, sed nunc iam non nouimus. Hæc interim nobis ad præsens de rebus tam difficilibus disputantibus, id est, de deitate & incarnatione Christi, occurrere potuerunt. Si quis sanè melius aliquid potuerit inuenire, & euidentioribus de Scripturis sanctis assertionibus quæ dicit comprobare, illa potius quàm hæc recipiantur.

FINIS.

DE TRINITATE ET VNITATE DEI, LIBER VNVS.

CENSVRA.

Incerti authoris liber, in quo passim apparent fragmenta, quæ decerpsit ex Augustini libris. Stylus est facilior, quàm Augustini, interim vix bene Latinus: nam cap. III. commisit manifestum solœcismum.

CAP. I. *Ingenitus, genitus, & procedens.* Gen. 1. a. 1. Ioan. 8. d. 25.

PERSONAM geniti filij principium Geneseos euidenter ostendit: ait enim, In principio fecit Deus cælum & terram. Quem alium principium intelligendum putamus, nisi filium? Ipse enim de se interrogantibus Iudæis quis esset, respondit: Principium qui & loquor vobis. Ergo principium filius. Per fi-
Ioan. 1. a. 3. lium fecit Deus cælum & terram, sicut Ioannes Euangelista narrat: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Fi-
Psal. 109. a. 3. lius Dei natura est filius, non adoptione, sicut scriptum est: Ante luciferum genui te. Deus pater vterum non habet sicut nos, aut corporeus esse credendus est: sed per vterum substantiam intelligi voluit: de qua natus est filius. Quod est pater, hoc genuit: Deus Deum, lux lucem, sicut homo hominem gignit: & canis canem. Nunquam visum est vt homo gigneret canem. Ac per hoc pater non de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de seipso genuit filium. Spiritum sanctum neque ingenitum, neque genitum fides recta declarat: quia si dixerimus ingenitum: duos patres affirmare videbimur: si autem genitum, duos filios credere culpamur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est, nec genitus, sed ab vtroq; procedens: id est, à patre & à filio. Et vt hoc testimoniis approbemus, ipsum Dominum nostrũ Iesum Christum ad discipulos audi
Ioan. 15. d. 26. dicentem: Cùm venerit, inquit, paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et rursum ipse Dominus Iesus Christus post resurrectionem suam, vt ostẽderet à se procedere Spiritum sanctum,
Ioan. 20. e. 22. sicut & à patre, insufflans in discipulos suos, ait, Accipite Spiritum sanctum. Vnus est ergo spiritus patris & filij, vnus amborum spiritus. Igitur quòd patris sit spiritus, ipse Dominus & Saluator noster discipulis suis ait, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus
Matth. 10. e. 20. patris vestri, qui loquitur in vobis. Et quòd idem & filij sit spiritus,
Rom. 8. b. 9. Paulus apostolus testis est: Si quis autem, inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius.

CAP. II. *Spiritus Deus & Christus vnus.*

PROCVLDVBIO in nomine Dei, pater, in nomine principij, filius intelligendus est.
Gen. 1. a. 1. Profectò cùm dixisset, In principio fecit Deus cælum & terram: & subsecutus adiunxit, Et spiritus Dei ferebatur super aquas: qui est tertia in Trinitate persona. Igitur si non esset trina persona, nun-
Matth. 28. b. 19. quam Dominus noster Iesus Christus diceret discipulis suis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Nec baptizato Domino à Ioanne in Iordane fieret vox de cælo, di-
Matth. 3. d. 17. cens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: nec Spiritus sanctus in specie columbæ descendisse super eum, & mãsisse diceretur. Ideo tres personas secundùm Scripturas sanctas intelligimus, id est, alium esse patrem, alium filium, qui genitus est à patre, alium Spiritum sanctum: non aliud, quia substantia vnum sunt. Personas distinguimus, non deitatem separamus. Quòd autẽ
Rom. 9. b. 5. pater & filius & Spiritus sanctus de vna substãtia sit, beatus Paulus apostolus de filio ad Romanos scribens demonstrat, Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super
Ioan. 17. a. 3. omnia Deus benedictus in secula. Et iterum in Euangelio secundùm Ioannem: Vt cognoscant te solum verum vnum Deum, & quem misisti Iesum Christum: id est, te, & quẽ misisti Iesum Christum, verum vnum Deum. Et rursus Scriptura dicit: Vt simus in
1. Ioan. 5. d. 20. vero filio eius Iesu Christo, ipse est verus deus & vita æterna. Et vt æqualitatem suam ostenderet, ait ipse Dominus: Ego & pater
Ioan. 10. f. 30. vnum sumus: scilicet natura, non persona. Et iterum inquit, Propterea quærebant Iudæi interficere Iesum, quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et rursus Paulus inquit, Qui cùm in forma Dei esset,
Ioan. 5. e. 18. non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Non poterat esse

rapina, vbi æqualis erat natura: non erat vsurpata, sed nata: non rapuit, quia verè habuit. Spiritum verò sanctum Deum, Acta apostolorum apertissimè docent: Anania, inquit Petrus, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? Et infrà, Non hominibus mentitus es, sed Deo. Et in Euangelio inquit secundùm Ioannem: Dominus spiritus est. Paulus ad Corinthios scribens, ait: Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Idem Paulus, Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Pater, inquam, Deus, Spiritus sanctus Deus: non tres dij, sed vnus est Deus, vt Moyses dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnus est Deus: ac per hoc sicut dicimus, non tres deos, non tres essentias, ita nec tres sapientias, nec tres Spiritus. Nam interrogati de singulis personis, si sit pater sapiétia, vel filius, vel Spiritus sanctus: Respondemus, pater est sapientia, filius est sapientia, Spiritus sanctus est sapientia: non tres sapientiæ, nec tres spiritus, sed vna sapientia, & vnus spiritus, sicut vna substantia, & vna essentia: quia hoc illi patri est esse, quod filio sapientiæ & Spiritui sancto est esse. Et cùm æquales sint pater & filius & Spiritus sanctus, filius tamen dicit, Pater maior me est. Et, Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius qui me misit. Et, Pater, si possibile est transeat à me calix iste. Et, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Ista omnia, & alia quæ dicit filius, secundùm formam serui quam assumpsit, intelligenda & dicta sunt. Igitur cùm primus homo conditus esset à Deo, & libero arbitrio muneraretur, præceptum ei positum esset, vt si custodisset quæ ei Deus præceperat, morte non corporis, nec animę moreretur: sed ille inobediens mandato Dei, atque elatus superbia, suasioni serpentis obediens, mandata contempsit. Et hæc causa extitit vt mortis periculum incurreret: & ab illo vno homine omnis humana natura vitiata, atque peccato obnoxia, mortalis existeret. Vnde apostolus Paulus inquit, Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes homines peccauerunt. Quia sicut per vnum hominem omnes homines in condemnationem ceciderunt, ita & per vnius iustitiam omnes homines in iustitiam vitæ surrexerunt. Et iterum, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Cælestem itaque dico: quia non ex humano conceptus semine, sed de Maria virgine, pro nostra salute, assumptus à filio Dei, sicut Ioannes testatur: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum caro factum est, non in carnem mutatum, vt desisteret esse quod erat, sed cœpit esse quod non erat: sumpsit enim carnem, non conuertit in carnem. Carnem istam à parte totum hominem intelligimus, id est, carnem & animam rationalem: vt primus homo & carne & anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit, vt per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum & carne & anima viuificaretur. Ergo, vt suprà diximus, secundùm assumptionis formam carnis dictum est, Pater maior me est. Non est credendum posse filium Dei, & filium hominis duos filios esse: quia non sunt duo filij, sed vnus. Nam ille qui erat filius Dei, factus est filius hominis in vnitate personæ: vt anima & caro vnus est homo, ita verbum & homo vnus est Christus. Duas substantias accipimus in vno filio Dei, vnam deitatis, aliam humanitatis, non duas personas. Et si dixerimus duas personas, introducemus etiam duos filios Dei: & iam tunc non erit Trinitas, sed quaternitas, quod absit. Profectò enim per id quod est Deus, & æqualis patri, & vbique præsens est: & in cælo est totus, & in terra totus, & in nullo continetur loco. Per id quod homo, & passus & mortuus, & resurrexit & ascendit in cælum, sedetque ad dextram patris, & sic veniet ad iudicandum viuos & mortuos, quemadmodum est ire visus in cælum, in eadem forma carnis atque substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit: licet vna substantia sit, neque persona patris, neque Spiritus sancti, sed sola filij suscepit carnem. Et vt hoc intelligamus, comparationibus vtar. Certè vt ex creatura intelligas creatorem, sic in anima est ratio: & cùm sint vnũ: aliud anima agit, aliud ratio: anima viuimus, ratione sapimus: ita pater & filius & Spiritus sanctus cùm sint vna substantia, tota trinitas operata est hominem, quem non tota trinitas assumpsit, sed sola filij persona. Nec volũtate, nec necessitate genuit pater filium. Non necessitate, quia necessitas in deo nó est: non voluntate, quia voluntas præire sapientiam non potest, quæ est filius. Igitur prius est rationabiliter sapere, quàm rationabiliter velle. Vnde nec voluntate nec necessitate, sed naturaliter sola sapientia pater genuit filium. Sicut pater vitam habet in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso. Scimus filiũ dei à semetipso nó esse, sed à patre genitum esse: patrem verò à nullo genitum esse, à nullo vitam accepisse. Dedit pater filio vitam, gignendo vitam quam pater habuit in se: non quòd prius fuerit filius sine vita, & postea acceperit vitam: sicut nos qui per peccatũ amisimus vitam, & per gratiam Saluatoris recepimus vitam. Ideo de eo dicitur, Filius à patre accepit vitam, quia non à seipso est genitus, non existendi dedit, sed gignendo.

Act. 5.a.3.
Ioan. 4.d.24
1.Cor.6.d. 19.
Ibid.d.20.
Deut.6.a.4.
Ioan.14.d. 28.
Ioan.6.d.38. & 40.
Matth.26.d. 42.
Ioan.7.c.16.
Rom.5.b.12.
1.Cor.15.f. 47.
Ioan.1.b.14.
Ioan.14.d. 28.
Ioan.5.c.26.

CAPVT III. *Natiuitas & processio quid differant.*

QVONIAM & oratione & testimoniis persuasimus de subiectione filij, quia non secundùm substantiam minor, sed secũdùm formam serui quam assumpsit. Sed vt missus esse dicatur, aliquid dicere volumus: Scimus sicut filius non secundùm substantiam dicitur missus, seu minor: ita nec Spiritus sanctus propter columbam vel ignem missus dicitur: scilicet quia non in ea substantia, qua æqualis est patri, apparuit, sed, vt dictum est, per subiectam creaturam. Non enim sicut filius hominem assumpsit, vt in æternum permaneat, sic Spiritus sanctus columbam vel ignem: sed illæ factæ visiones de creatura inferiore ad manifestandum spiritum, esse postea destiterunt. Nunquam enim illa incomprehensibilis immutabilisque diuinitas, quæ est Trinitas Deus, ab oculis carnalibus videri potest, nisi, vt dictũ est, per subiectam creaturam. Inter genitum filium & processionem Spiritus sancti hoc distat, quòd filius Dei sic est de patre, quomodo natus, non quomodo datus: Spiritus verò sanctus sic est de patre & filio, non quomodo natus, sed quomodo datus. Filius natus solius est patris, non spiritus sancti. Amborum est spiritus, id est, patris & filij: quia si spiritus filius diceretur, amborum filius diceretur. Nullus autem filius. est duorum nisi patris & matris: quod absit vt inter Deum patrem & filium quis suspicetur, quia nec filius hominis simul & ex patre & matre procedit: sed cùm procedit ex patre, nõ tunc procedit ex matre: & cùm procedit ex matre in hanc lucem, non tunc procedit & ex patre. Spiritus verò sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de vtroque procedit. De eo quod à Ioanne dicitur, quòd Spiritus sanctus non loquitur à semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur: non loquitur à semetipso, quia non est à seipso: pater enim à nullo est natus, filius à patre est genitus, Spiritus sanctus à patre & filio procedens: ideo non loquitur à seipso, sed quæcumque audiet, loquetur. Audire illi esse est, à se non est, sed à patre: ideo quæcumque audiet, loquetur. Quid sit quòd Spiritus sanctus pro nobis interpellare dicitur, quod dicit Paulus ad Romanos scribens: Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundùm Deum postulat pro sanctis. Modus iste locutionis, qui frequenter in Scripturis sanctis inuenitur, est sicut Deus dicit ad Abraham: Nunc cognoui, quoniam timeas Deum, hoc est, cognoscere te feci: sicut dicit Apostolus: Nunc cognoscentes Deum, imò cogniti à Deo. Nempe omnia in præsentia Dei sunt antequam fiant, præsentia sunt futura, quasi iam facta sint: quomodo dicit cogniti à Deo, nisi faciente Deo vt cognoscamus Deum: sic & hic scribitur Spiritus sanctus gemere pro nobis id est, gementes nos facere, infundendo nobis charitatem in Deũ & proximum, sicut legitur, Lætus dies, quia lætos homines faciat. Pater solus nusquam legitur missus, sed missionem filij ita scribit Apostolus, Cùm autem venerit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Quòd filius Dei natus de Maria virgine, venit in mundum, testatur Euangelista, dicens: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Et ipse ait: Ego à patre exiui, & veni in hunc mundum. Item Euangelista dicit, Et mundus eum non cognouit. Deinde subiungit, In sua propria venit: illuc vtique missus est, quò venit: sed in hunc mundum est missus, vbi erat: quæ missio tamen esse opus sanctæ Trinitatis, nulli sit catholico dubitandum. nusquam scriptum est, quòd Deus pater maior sit Spiritu sancto, vel Spiritus sanctus minor Deo patre, quia non est ita. Quia persona diuinitatis suæ assumpta est à filio Dei ex virgine Maria, in personam suæ humanitatis, vnitatem habitumque coniunxit in æternum. Quamuis Spiritus sanctus apparuisset in specie columbæ vel ignis, non possumus tamen dicere Spiritum sanctum Deum & columbam, aut Deum & ignem, sicut dicimus filium Deum & hominem. Propter has igitur corporales formas, in quibus apparuit Spiritus sanctus, missus dicitur: non propter has minor patre dici potest: sicut filius propter formam serui, quæ inhæsit illi ad vnitatem personę perpetualiter. Ille verò species corporales, vt est columbæ vel ignis, ad demonstrãdum quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & esse postea destiterunt. Nónne apparere debuerunt creaturæ sicut oportuit, seruiẽtes creatori ad nutum eius, qui incommutabiliter in seipso permanet, ad eum significandum & demonstrandum, sicut significari & demonstrari mortalibus oportebat mutatè atque conuersè?

Rom.8.a.26.
Gen.22.a.12.
Gal.4.d.9.
Ibid.a.4.
Ioan.1.a.10.
Ioan.16.d. 28.
Ioan.1.b.9.
Solecisma.

CAPVT. IIII. *Trinitas & spiritus.*

A quibusdam dubitari solet, an Spiritum sanctum habuerint Apostoli illo tempore, quo fuerunt cum Christo domino, secundùm quod Euangelista dicit, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et in alio loco ait: Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis: quem mundus non potest accipere: quia nõ videt eum, neque cognoscit eum. Vos autem videtis eum, & cognoscitis eum: quia apud vos manet, & vobiscum est. Et etiam post resurrectionẽ suam legitur insufflasse & dixisse discipulis, Accipite Spiritum sanctum. In Pentecoste verò legitur Spiritus sanctus in Apostolos descendisse. Ad hæc dicendum, quia vnus spiritus est, sed dona habet multa. Non est dubium, quin Spiritus sanctus erat cum eis: quia vbi Christus est, Spiritus sanctus est. Et quia venturum Spiritum sanctum à patre promiserat Christus, non defuit in hoc indifferens eius diuinitas. Trium officiorum formæ doni Spiritus sancti in Apostolis sunt, ostensæ: quarum prima hæc est, quæ ad ius ecclesiasticum pertinet, in regenerãdis: ecclesiastica potestas intelligitur esse in officiis Episcoporum & sacerdotum, qui omnia in traditione Dominica per Spiritum sanctum agere debent. Vnde illis dicit Iesus: Quorum

Ioan.7.d.38.
Ioan.14.c. 15.
Ioan.20.c. 22.
Act.2.a.1.

Quorum tenueritis peccata, tenebuntur: & quorum remiseritis, remittuntur eis. Secunda est, quæ in Pentecoste data est, quæ generalis est: non solùm enim in Apostolos, verumetiam in omnes credentes decidit Spiritus sanctus. Tertia forma est, quæ solùm Apostolis vel ordinatis in initio concessa est, in signis ac virtutibus faciendis, vsque dum fidei semina iacerent ad crementum. Semina enim fidei sunt virtutes per Apostolos factæ: ipsi enim Apostoli antistites positi sunt huiusmodi veritatis, qui per signa & prodigia rationabilem esse fidem nostram testantur. Igitur Spiritus sanctus datur omnibus generaliter credẽtibus, sed si manet in eis: in signis verò & prodigiis filij Dei esse probantur. Etiam Spiritus sanctus non manet quandoque in homine, sed vocatus aduenit, vt suggerat necessaria, & recedat. Similiter & in traditione vel ordinatione, de foris gratiam & tuitionẽ præstat deuotis fidei, vt commendatiores habeantur per inspirationem eius.

Ioan.20.c. 23.

CAP. V. *Filius patris coæternus.*

PATER, filius, & Spiritus sanctus vnus est verus Deus, secundùm illud quod scriptum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Et in Euangelio scriptum est, Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et de Christo dicitur à Ioanne apostolo, Ipse est verus Deus, & vita æterna. Ante omnia tempora filius erat, vt intelligendum in hoc est, In principio erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, quia & tempus sine aliquibus creaturæ motibus non potest esse. Et ideo per filium facta confitemur & tempora, per quæ facta sunt omnia: ideo proculdubio æqualis genitus, & coæternus est patris filius. Dicitur filius Dei ex voluntate & præcepto patris, cælestia, terrestria, visibilia & inuisibilia, corpora & spiritus ex nullis extantibus, id est, ex nihilo vt essent, sua virtute fecisse, cùm ipse ex nullis extantibus, hoc est, ex nihilo non factus sit, sed ex Deo patre Deus: quæ res indicat vnam & eandem patris filiique naturam. Filius per seipsum non potuit, tanquam non esset antequam fieret, vt esset ipse per quem fieret idem ipse. Porro si per aliquem alium à patre factus est filius: quis est iste alius, cùm omnia per ipsum facta sunt, hoc est, per verbum eius? Antequam faceret vniuersa, omnium futurorum Deus & Dominus, rex & creator erat constitutus, & omnium futurorum in natura habens præscientiam, & in faciendo in omnibus expectans patris iussionem. Ipse voluntate patris descendit de cælo, & venit in mundum, sicut ipse ait: Non enim à meipso veni, sed ille me misit. Vna quippe ipsa Trinitas est, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Dicimus iubente patre filium creasse omnia, non esse nisi verbum, per quod facta sunt omnia. Quòd autem pater miserit filium, qui cùm ipso venit, ipse testatur qui ait, Non sum solus, quoniam pater mecum est. Nunquam ideo diuersa natura est, quia pater mittit, & mittitur filius: potest homo pater mittere hominem filium, non vnius eiusdemque substantiæ, cùm homo missus ab homine mittente separetur, quod non potest Deus. Sed ignis mittit splendorem suum, nec potest splendor separari ab igne mittente. Cùm enim splendorem mittit ignis, longiùs peruenit inde splendor, quò ignis non peruenit. Vnde splendor ab igne qui est in lucerna missus, vtique verè potest dici in pariete, quò sine lucernæ igne peruenit ignis. super hoc filius dicit: Qui me misit, mecum est: quod verè potuit filius dicere, Pater mecum est. Cùm igitur hæc à patre missio filij prorsus ineffabilis sit, nec capi vllĩ cogitatione potsit, hoc etiam hic potest intelligi, vt à patre missus esse dicatur, quòd filius hominibus apparuit in carne, non pater: quò enim mittitur filius, vbi nõ est? Vbi autem non est sapientia Dei, quod est Christus? De qua legitur, Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Cùm etiam ergo vbique sit filius, quò mittendus fuerat vbi non erat, nisi apparendo sicut in carne apparebat? Quanquam & Spiritum sanctum missum legamus, qui certè in vnitatem personæ suæ naturam non assumpsit humanam: nec à filio solo missus est, sicut scriptum est, Cùm ego iero, mittam illum ad vos: scilicet à patre, sicut scriptum est, Quem mittet pater in nomine meo: vbi ostenditur, quòd nec pater sine filio, nec filius sine patre misit Spiritum sanctum, sed eum pariter miserunt: inseparabilia quippe sunt opera Trinitatis. Solus pater non legitur missus, quoniam solus non habet authorem, à quo genitus sit, vel à quo procedat. Et ideo non propter naturæ diuersitatem, quæ in Trinitate nulla est: nec propter authoritatem alius super eum, solus pater non dicitur missus: non enim splendor aut feruor ignem, sed ignis mittit siue splendorem siue feruorem: sic pater mittit filium, & Spiritus sanctus ab vtroque procedit.

Deut.6.a.6.
Ioan.17.a.3.
1.Ioan.5.d. 20.
Ioan.16.a.7.
Ioan.14.d. 16.
Ioan.8.d.29.
Ibid.d.29.
Sap.8.a.1.

CAP. VI. *Christus quomodo minor patre.*

DOMINVS Iesus Christus honorans facturam suam, dum dignatur se humanam carnem suscipere, & ostendere, quia non est homo vilis, sed pretiosus, sicut scriptum est, Magnus homo, & pretiosus vir: ideo solum hominem patri suo hæredem, sibi enim cohæredem facere dignatus est, vt quod minus acceperat in natura, plus haberet in honore. Vnde de susceptione carnis in epistola quæ ad Hebræos scribitur, Minoratũ eum paulò minus ab angelis: Et in alio loco ipse dicit, Pater maior me est: non ad diuersitatem naturæ patris & filij illud valet dici, sed ad illud potius, quod in forma serui propter infirmitatem, in qua & pati & mori potuit, minor etiam angelis factus est. Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum de muliere, ipse qui voluntate patris carnem suscepit, ipse & voluntate & præcepto ipsius in corpore conuersatus est, sicut & ipse ait, Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Ipse & voluntate patris trigintaannorum baptizatus, voce & testimoniis patris manifestatus, voluntate & præcepto patris Euangelium regni cælorum prædicabat, sicut ipse ait: Et aliis ciuitatibus oportet me Euangelium prædicare: in hoc enim missus sum, & ipse mandatum dedit mihi. Ipse etiam voluntate & præcepto patris ad passionem & mortem properauit: sicut ipse ait, Pater, transeat à me calix iste: non tamen quod ego volo, sed quod tu vis. Et Apostolo asserente & dicente: Christus obediẽs, inquit, factus patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. His testimoniis sanctarum Scripturarum ad illud referatur, quod dicitur, Per vnum hominem peccatum venit in hunc mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: faciendo voluntatem suam, non eius à quo factum est vniuersum genus humanum, quod propagine vitiata culpæ & pœnę fecit obnoxium. Vnde à contrario, per quem liberandi fueramus, non facit voluntatem suam, sed eius à quo missus est. Homo qui contra voluntatem Dei fecit: hanc habuit Adam, vt in illo moreremur: hanc non habuit Christus, vt in illo viueremus. De natura quippe humana hoc rectè dici potest, in qua extitit per inobedientiam voluntas propria, quæ Dei voluntati esset aduersa. Cæterùm quod attinet ad diuinitatem filij Dei, vna eademque voluntas est patris & filij: nec potest vllo modo esse diuersa, vbi est natura Trinitatis immutabilis ad vniuersa. Et ideo non potuit fieri, vt mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus faceret propriam, quæ Deo aduersa est, voluntatem: non erat tantùm homo, sed Deus & homo in natura sua; per quam mirabilem singularemque gratiam, vt humana in illo sine peccato vllo esse posset natura. Propter hoc ergo ait, Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit: vt ea causa esset tantæ obedientiæ quæ omnino sine vllo peccato esset hominis, quem gerebat, quia de cęlo descenderat: hoc est, non tantum homo, verumetiam Deus erat: vnam quippe ostendit esse personam in vtraque natura: hoc est Dei & hominis. Quoniam itaque gemina quædam substantia, scilicet vna persona est, propterea quod dictum est, Descendi de cælo, refertur ad Dei excellentiam: quod verò adiunctum est, non vt faciam voluntatem meam, propter Adam qui fecit suam, refertur ad hominis inobedientiam. In Christo autem, id est, Deo & homine, obedientia in illo quæ est contraria inobedientiæ primi hominis secundùm id quod homo est commendatur. Vnde ait Apostolus, Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sumus multi, ita per iustitiam vnius hominis multi sunt iustificati. Nec enim quia dixit, vnius hominis: separauit Deum ab homine, quem in hominem assumpsit: ac per hoc propter istam vnitatem personæ in vtraque natura intelligendam, & filius hominis dicitur descendisse de cælo, & filius Dei dicitur crucifixus & sepultus. Quamuis hæc non in diuinitate ipsa qua est vnigenitus patri coæternus, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus: nam filium hominis descendisse de cælo: ipsum dixisse sic legimus, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo, descendit, filius hominis qui est in cælo. Vnigenitum verò filium Dei crucifixum & sepultum omnes etiam & in Symbolo confitemur, vnde est & illud Apostoli, Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Hanc vnitatem personæ Christi Iesu Domini nostri, sic ex natura vtraque constantem, diuina scilicet & humana, vt quælibet earum vocabulum etiam alteri impertiat, & diuina humanæ, & humana diuinæ: beatus ostendit Apostolus, vbi nos ad humilitatem per Christi misericordiam exhortatur exemplum. Hoc sentite, inquit, in vobis quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Cùm ergo Christi nomen ex eo illi sit quod scriptum est in prophetia, Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, præ participibus tuis: vnde ad id quod homo factus pertinet: id est, quod formam serui accipiens, habitu est inuentus vt homo, qui vtique habitus cœpit ex tempore: de ipso tamen eodemque Christo dictum est, Cùm in forma Dei esset: cùm profectò in forma Dei antequam ab illo forma serui esset accepta, nondum erat filius hominis, sed filius Dei, cui patris æqualitas rapina non erat, sed natura. Non enim erat vsurpando electus, sed ad hoc erat natus. Et ideo veritas dicitur. Nondum ergo erat Christus, quod esse cœpit, cùm semetipsum exinaniuit, non formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Verùm si quæramus, Quis ille qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo: Respondetur nobis voce apostolica, Christus Iesus. Ergo & illa diuinitas, huius humanitatis nomen accepit. Item si quæramus, Quisnam sit factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis? Rectissimè respondetur, Ille qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Ergo & ista humanitas illius diuinitatis nomen accepit. Et apparet tamẽ idem ipse Christus geminæ gigas substantiæ. Dominus Iesus Christus pendens in cruce, voluntate & præcepto patris carnem humanam, quam de sancta virgine Maria suscepit, in manus hominum dereliquit: & diuinitatem suam

Ioan.6.d.38.
Luc.3.c.23.
Luc.4.g.43.
Matth.26.d. 42.
Philip.2.a.7
Rom.5.b.12.
1.Tim.2.b.5.
Ioan.6.d.38
Rom.5.c.15.
Ioan.3.b.13.
1.Cor.2.b.8.
Philip.2.a.6
Psal.44.b.8
Philip.2.a. 6.
Ibidem.

Luc.23.f.46. in manus patris commendauit, dicens: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: quia Maria moriturum corpus peperit, A Deus autem immortalis, immortalem filium genuit. Ergo mors Christi, nõ diminutio est diuinitatis, sed depositio corporis. Sicut enim generatio eius ex virgine non fuit corruptio deitatis ipsius, sed susceptio corporis: ita etiam in morte ipsius non fuit passio & defectio deitatis ipsius, sed separatio carnis eius. Sicuti enim qui vestimenta conscindit, induto facit iniuriam: ita qui carnem eius crucifixerunt, diuinitati ipsius contumeliam intulerunt.

CAPVT VII. *Hypostasis Christi quæ cõplectatur.*

AD vnitatem etiam personæ Christi, vt anima humana pertineat, sicut in Christo carnem & diuinitatem tantummodo confitemur, quandoquidem cùm penderet in ligno, vt ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: humanum spiritum intelligimus filium commendasse patri, quod est anima. Audiamus ergo Christum adhuc plura exempla de anima sua commemorasse, Matth.26.d. Tristis est anima mea vsque ad mortem: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam pro amicis suis ponat. 38. Ioan.10.d. 18. Et de hac etiam dicitur in Psalmo, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. His atque huiusmodi sanctarum Scripturarum testimoniis fatemur Christum, carnem, animam quoque humanam verbo vnigenito coaptasse, quod esset vna persona, vt Christus est, verbum & homo: sed & ipse homo, anima & caro. Et ideo sic intelligendum, geminæ substantiæ, diuinæ scilicet & humanæ: ac Ioan.1.b.14. per hoc Christus, verbum, anima & caro, vt ipse ex anima humana constet & carne, tantùm dictum est, Verbum caro factum est: 1.Tim.2.b.5. quasi diceretur, Verbum homo factum est, de quo homine apertissimè dictum est, Vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Item Dominus noster Iesus Christus voluntate & præcepto patris totam dispensationem adimpleuit, corpus suum à morte suscitauit: & cum ipso corpore, vt pastor cum oue, & sacerdos cum oblatione, & rex cum purpura, & Deus cum templo à patre assumptus est in gloriam. Quærendum est nobis, qualem ouem pastor reportauerit patri. Si enim caro sine anima est, quam reportauit, quid est ouis ista, nisi terra sine sensu, quæ nec gratias agere potest: quia sine anima caro nihil est quod facere potest: Deus qui voluntate patris descendit & ascẽdit, voluntate & præcepto patris sedet ad dexteram eius. Audiẽs patrem sibi dicentem, Psal.109.a. Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum 1. pedum tuorum: iste voluntate & præcepto patris in consummatione seculi venturus est: Apostolo vociferante & dicente, Et ipse 1.Thess.4.d. Dominus in iussu in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de 16. cælo. Filius Dei voluntate & præcepto patris iudicaturus est totum mundum in æquitate, & redditurus singulis secundùm fidem & opera sua, sicut ipse ait: Pater iudicat neminem, sed omne iudi- Ioan.5.f.37. cium filio dedit. Item, Sicuti audio iudico, & iudicium meum verum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Vnde & in iudicando patris præsentiam præponit, Matth.25.c. & suam diuinam dignitatem & potestatem postponit, dicens: Ve- 34. nite benedicti patris mei. Ergo iustus iudex est filius: iudicantis verò est honor siue officiosa aduocatio & consolatio, vnigeniti Dei iusti iudicis est dignitas. Quòd voluntari & præcepto patris obediens est filius, secundùm quod homo factus est, hoc patet: quia diuersam imparemque naturam patris præcipientis, & filij obedientis Deus habet in se. Quòd Christus non tantùm sit Deus, quà natura æqualis, pater, sed etiam homo, qua natura maior est Psal.2.b.7. pater: nam inde est illud propheticum: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Ibi est quippe filius inferior substantia qua pater maior sit: & serui forma, cui pater dominus sit. Hæc autem forma humanitatis eius, qua manente formam diuinitatis accepit, vt in iudicio homo apparebit. Ideo dictum est de patre, quòd non iudicabit quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Formam namque in Christo hominis tantum, ab eo iudicandi videbunt impij, de quibus dictum est: Videbunt in quem transfixerunt: Dei Zach.12.c. verò formam in eodem ipso Christo, quæ æqualis est patri, vtique 20. Ioan.19.c. non videbunt. Denique vt Propheta testatur: Tollatur impius, vt 37. non videat claritatem Dei: ad hoc enim pertinet, Beati mundo Esa.26.b.10 corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Denique hoc apertissimè te- Matth.5.a.8 statur, vbi dicit, Potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam fi- Ioan.5.e.27. lius hominis est. Non ergo quoniam filius Deus est: sed tamen coæterna illi cum patre, vna eademque potestas est. Secundùm quod filius hominis est, illi est quod cœpit esse ex tempore. Quomodo aliquid faceret pater, nisi per vnigenitum filium: nec sine Spiritu sancto, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Ac per hoc quòd potestatem filio dedit, quoniam filius est, per eundem ipsum ipse dedit, quoniam filius Dei est. Omnia enim per ipsum facta Ioan.1.a.3. sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed honorificè & competenter tribuit pater filio, quod etiam ipse facit vt Deus, quia de patre est Deus, ipse namque Deus est de Deo.

CAPVT. VIII. *Filius quomodo nihil agit, nisi iussu patris.*

AVDIVIT etiam filius de patre, Sede ad dextram meam. Et ideo sedet ad dextram patris, tanquam paterna iussione, non etiam sua id fecerit potestate. Quæ est autem patris dextera, nisi paterna illa ineffabilis felicitas, quò peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta? Nam si secundùm effectuam virtutem sapienter & fideliter cogitemus, quid intelligimus de filio, nisi ipsum vnigenitum, per quem facta sunt omnia? De quo etiam Esa.35.a.3. Propheta dicit: Et brachium Domini cui reuelatum est? Quomodo autem audit filius patrem? Quomodo dicuntur à patre multa verba vnico verbo? Quomodo transeunter loquitur ei, quem stabiliter loquitur? Quomodo temporaliter ei dicit, in quo sibi coæterno iam erant omnia: quæ congruis quibusque tempo- Psal.103.a.1. ribus dicit? Quis hæc audeat quærere? Quis valeat inuenire? Et Ioan.1.b.14. tamen, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et quia dictum est, ideo factum est. Hoc ergo iam erat in verbo, quod verbum caro factum est. Et quia in verbo ante carnem iam erat sine tempore, ideo in carne completum est suo tempore. In qua carne ascendit in cælum, qui de cælo non recessit, & tamen inde descendit. Et in qua carne sedet ad dexteram patris, brachium patris. Et in qua descensurus est ad iudicium in iussu, in voce archangeli, & 1.Thess.4.d. in tuba Dei, vbi filius minor patre videtur potestate, quia iussu di- 16. ctus est descensurus. Sed quærendum, quomodo temporalibus verbis iubeat pater æterno suo verbo, vt descendat de cælo? Siquidem vt est ipsa Dei iussio, quæ fiet in tempore suo, ita iam erat ante omnia tempora in ipso Dei verbo. Per hoc quòd verbum Dei filius patris est, per ipsum patrem iubetur, vt descendat de cælo. Quicquid ergo illud erat quod fieri oportebat ad filium, non facit pater, nisi per eundem filium: ad ipsum scilicet, quia filius hominis est, & factus est inter omnia. Per ipsum autem, quia filius Dei est: B & per illum fiunt à patre omnia. Quod dictum est in iussu, in voce archangeli, quid in his restat, nisi vt vnigenitus filius angelis etiam minor dicatur humanitate, quorum iussis obedire perhibetur? Vnde in Psalmo, Minorasti eum paulò minus ab angelis. Non Psal.8.b.6. sic hic, vt iubente archangelo, minor sit ille cui iubetur. Vel potest sic intelligi, & melius, vt ipsa vox archangeli iussu Dei accipiatur: id est, vt angelus Dei, qui tuba Dei intelligendus est, à Domino Deo iubeatur emittere vocem suam, quod inferiori creaturæ necessarium erit audire, cùm filius Dei descendet de cælo. Ipse enim est tuba de qua dicitur alio loco, Canet enim tuba, & mortui 1. Cor.15.f. resurgent incorrupti. Dixit ergo filius: Sicut audio iudico; & hoc 52. siue ex humana subiectione, qua & filius hominis est, siue secun- Ioan.5.f.30. dùm illam incommutabilem simplicemque naturam, quæ sic est filij, vt ei tamen de patre sit: in qua notatur, non esse aliud audire, aliud videre, aliud esse: sed quod est esse, hoc audire, hoc videre. Vnde ab illo est ei audire & videre, à quo illi est ipsum esse. Nam illud quod alibi ait, Non potest filius à se facere quicquã, nisi quod Ibid.c.19. viderit patrem facientem, multo est ad intelligendum difficilius quàm id quod, Sicut audio, iudico. Quomodo poterit filius iudicare, si patrem non viderit iudicantem? Sed pater non iudicat quemquam: omne quippe iudicium dedit filio. Ideo enim dictum est, Ibid.f.22. C quòd non facit aliquid filius à se, quia non est à se. Et quicquid facit, patrem audit iubentem, & videt facientem. Hoc est, quia audit & videt ex ipso faciendi se habere potentiam, ex quo se videt existendi habere naturam. Et quod ait, se non posse: non deficientis est, sed in eo quod de patre natus est permanentis. Tam laudabile est omnipotentem non posse mutari, quàm laudabile est, omnipotens non potest mori. Ita bene posset filius facere, quod non vidisset patrem facientem, sicut posset filius facere quod per illum non fecit pater. Neque naturæ immutabiliter bonæ quæ à patre genita est, hoc conueniret si facere posset: quia non potest, hoc non est deficientis, sed potentis. Eadem namque sunt opera patris & filij, quia nullum opus est filij quod non per eum pater fecit, nec vllum patris quod non per filium simul facientem facit. Quæcumque enim pater facit, hæc eadem filius facit. Nec vtique pater & filius operantur sine Spiritu sancto: neque enim ad faciendum amborum operibus vllo modo amborum separabitur spiritus, cùm tamen operandum est in his tribus dissimili facilitate, non tamen diuersa potentia & potestate. Miro itaque eodémque vtique diuino modo, ab omnibus fiunt etiam opera singulorum, non omnium opera sunt cælum & terra, omnisque creatura. Ioan.1.a.3. De filio quidem dictum est, Omnia per ipsum facta sunt. Quis autem à Spiritu sancto audeat alienare opera quælibet creaturarum, D quem cernit operari per dona sanctorum? De quibus scriptum est, 1. Cor.12.b. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens 11. propria vnicuique prout vult. CAP. IX. Trinitatis opera indiuisa.

POSTREMO cùm sit Christus Dominus omnium, & super omnia Deus benedictus in secula, quis ex omnibus negare potest etiam Spiritus sancti opus, quod ipsum Christum in vtero virginis est operatus? Cùm enim angelo futurum partum sibi nuncianti virgo dixisset, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Responsum accepit, Spiritus sanctus superueniet in te. Luc.1.d.34. Singulorum autem opera dicuntur, quæ ad vnamquamque manifestantur pertinere personam: sicut natus ex virgine, non nisi fi- Matth.3.d. lius: & vox de nube: Tu es filius meus dilectus, ad solius personam 17. pertinet patris: & in specie corporali columbæ solus apparuit Spiritus sanctus: tamen & illam carnem solius filij, & illam vocem solius patris, & illam speciem columbæ solius Spiritus sancti vniuersa Trinitas operata est, non quòd inualidus sit vnusquisque eorum sine aliis quod operatur implere, sed non potest operatio esse diuisa, vbi non solùm æqualis esset, verumetiam indiscreta natura: ita vt cùm tres sint, ac eorum singulus quisque Deus sit, tres tamen dij non sint. Nam & pater Deus est, & filius Deus est, & Spiritus

ritus sanctus Deus est: nec filius idem est, qui est pater: nec idem Spiritus sanctus, qui aut pater aut filius: sed pater semper pater, & filius semper filius: & amborum spiritus numquam cuiquam eorum aut pater, aut filius, sed semper vtriusque spiritus: vniuersa tamen Trinitas, vnus est Deus. Quis itaque neget non patrem, non Spiritum sanctum, sed filium ambulasse super aquas? Solius enim caro est, cuius carnis illi pedes aquis impositi, & per aquas ducti Ioan.14.b. 10. sunt. Absit autem, vt hoc sine patre fecisse credatur, cùm de suis operibus vniuersaliter dicat, Pater in me manens, facit opera: aut sine Spiritu sancto, cùm similiter sit opus filij, quod eiecit dæmonia. Illius quippe carnis, ad solum filium pertinentis, lingua erat in Matth.12.b. 28. qua imperabatur dæmonibus vt exirent, & tamen dicit, In Spiritu sancto eiicio dæmonia. Item quis nisi solus filius resurrexit, quia solus mori potuit, qui carnem habuit? Et tamen ab hoc opere, quo solus filius resurrexit, non erat pater alienus, de quo scriptum est, Gal.1.a.1. Qui suscitauit à mortuis Iesum. An fortè seipsum suscitauit, vt Ioan.2.c.19. qui ait, Soluite templum hoc, & triduo suscitabo illud? Qui etiam Ioan.10.d. 18. potestatem se habere dicit ponendi, & iterum sumendi animam suam. Quis autem ita desipiat, vt putet Spiritum sanctum resurrectionem hominis Christi Iesu non cooperatum, cùm ipsum hominem Christum in virgine Maria fuerit operatus? Est in homine simile etiam quoddam, illius Trinitatis quæ Deus est, excellentiæ comparandum. Ille enim Deus, ista creatura homo est: habet tamen & ista vbi qualicumque modo, id quod de illa ineffabili na- Gen.1.c.26. B tura dicitur, possit intelligi. Non est frustrà dictum, Faciamus hominem: quia pater non dicit, ad imaginem meam, neque filius, ad imaginem meam, neque Spiritus sanctus: sed ad imaginem nostram. Quod ex persona, id est, natura ipsius Trinitatis rectissimè accipitur. Tria itaque ista in hominis anima cogitemus: memoriam, intelligentiam, & voluntatem: ab his tribus fit omne quod facimus. Et cùm tria ista bene recteque se se habent, bonum & rectum est omne quod facimus: si nec memoriam decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatem. Ad Dei quippe imaginem sic reformamur. Omne igitur opus nostrum ab his tribus fit: nihil enim agimus, quod non hæc tria simul agant. Deinde cùm de singulis loquimur, etiam quod ad singula pertinet, ab omnibus agitur, Neque enim sermonem, quem de sola memoria facimus, memoria sola facit: sed intelligentia voluntásque cooperantur eum, quamuis ad solam memoriam pertineat. Hoc & de duobus cæteris videri facillimum est: nam quicquid de se intelligentia loquitur, non sine memoria & voluntate loquitur: & quicquid ipsa voluntas de se dicit aut scribit, hæc non facit sine intelligentia & memoria. Quatenus sint autem ista similia in anima, & rursum quantum sint dissimilia illi incommutabili Trinitati, quæ est Deus, longum est enucleatissimè disputare. Sed ideo tantùm hoc commemorandum putaui, vt etiam de ipsa creatura, C quæ est homo & anima, aliquid adhiberem: vnde intelligamus quàm non absurdum sit, quod de patre & filio & Spiritu sancto dicimus, inseparabilia fieri ab omnibus opera, non solùm ad omnes, verumetiam ad singulos pertinentia.

CAP. X. *Probat deitatem Spiritus sancti.*

SICVT audit ergo filius, iudicat: siue quia & filius hominis est, siue quia non de ipso est, sed verbum patris est. Quod enim nobis est, cùm audimus verbum, accipere, hoc illi est, à patre verbum esse. Quoniam sic pater dici potest filio dedisse verbum, hoc est, vt verbum sit: quemadmodum dicitur pater dedisse filio vitam: hoc Ioan.5.e.26. est, vt vita sit. Ipse namque ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit filio habere vitam in semetipso. Non itaque vt aliud sit ipse filius, aliud sit pater quàm vita quæ in ipso est: sed vt eadem vita sit idem ipse filius; sicut pater non aliud est quàm vita quæ in ipso est. Sed illam vitam filius patri non dedit, quia patrem non genuit: dedit autem pater filio vitam, sicut est etiam pater ipsa vita: nec etiam pater sic genuit verbum, tanquam & ipse sit verbum. Vitam quippe cùm dicimus, potest esse de nullo alio, sicut est patris vita, vel quod expressius dicitur, pater vita, cui de alio non est vt sit. Cùm verò dicitur verbum, nullo modo potest nisi alicuius intelligi, & illius vtique de quo est. Non itaque sicut est filius Deus de Deo, lumen de lumine, vita de vita, dici potest verbum de ver- D bo, quoniam solus est verbum. Et sicut patri proprium est verbum generare, ita filio proprium est esse verbum. Et ideo sicut audit, iudicat: quia sicut genitum est verbum, vt idem verbum sit veritas, ita secundùm veritatem iudicat: & iudicium eius vtique iustum Ioan.5.e.30. est, quia non quærit voluntatem suam, sed voluntatem eius qui eum misit. Hoc enim dicens, ad illum hominem Adam voluit referre intentionem nostram: qui voluntatem suam quærendo, non eius à quo factus est, non habuit iustum iudicium de seipso, sed iustum iudicium habitum est de ipso. Ipse quippe homo perficiens voluntatem suam, non Dei, moriturum se esse non credidit, sed hoc iudicium eius non iustum fuit. Denique fecit vt sit mortuus, quia iudicium Dei iustum. Quod iudicium facit Dei filius, non quærendo voluntatem suam, cùm etiam sit hominis filius, non quia ipsius in iudicando nulla voluntas est. Quis itaque insipientissimus dixerit, quòd voluntas filij sit ita propria vt sit à voluntate patris aliena: vt tres, patrem, filium, & Spiritum sanctum, tamquam tres homines inæquales, ac dissimilis dignitatis faceret: tamquam imperatorem, patrem, iudicem, filium, aduocatum, Spiritum sanctum: secundùm quos iudicaret filius, velut imperiales leges: tamquam iudicis sit dignitas, quòd habeat aduocatum, sicut imperatoris est dignitas. Animalis enim homo non percipit quæ 1. Cor.2.b. 14. A sunt spiritus Dei. Ergo patris & filij & Spiritus sancti disparem non cogitet potestatem, qui natura saltem confitetur æquales. Absit in illa Trinitate, vt sit ea conditio tamquam in generis humani mortalitate. Porrò sancta Scriptura quæ istos duinos actus, non differentia potestatum, sed operum inseparabilitate metitur, ad uocatum nostrum, etiam ipsum iudicem nouit, dicente apostolo Ioanne, Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ie- 1.Ioan.2.a.1. sum Christum iustum. Quod etiam ipse significat vbi dicit: Ro- Ioan.14.b. gabo patrem, & alium aduocatum dabit vobis. Neque enim esset 16. Spiritus sanctus aduocatus alius, nisi hoc esset & filius: qui tamen vt inseparabilia sua & patris opera demonstraret, ait, Cùm ipse ie- Ioan.16.a.7. ro, mittam eum ad vos: quamuis alio loco dicat, vbi ostenditur, quòd pater & filius miserunt Spiritum sanctum: Quem mittet Ioan.14.d. pater in nomine meo. Etiam ostenditur per Prophetam, quòd & 26. pater & Spiritus sanctus miserunt filium. Nam quis nisi filius per Esa.48.b. Esaiam aduentum suum prænuncians dicit, Audite me Iacob & 12. Israel quem ego vocabo: Ego sum primus, & ego in æternum, & manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit cælum: vocabo illos, & astabunt simul. Conuenient etiam vniuersi & audient, Ego vocaui, adduxi illum, & prosperam eius viam feci: conuenite ad me, & audite ista. Hæc enim ab initio in obscuro locutus sum, cùm fiebant, ibi eram: & nunc Dominus misit me & spiritus eius. Vide euidentius. Ecce ipse se dicit missum à Spiritu sancto, qui fundauit terram, & solidauit cælum, vbi agnoscitur vnigenitus per quem facta sunt omnia. Consolatorem verum, quod officium tanquam personæ infimæ, in illa Trinitate isti Spiritui sancto deputant, Deum dicit Apostolus, sicut in epistola eius legimus ad Corinthios, Is qui consolatur humiles, consolatur nos Deus. San- 2. Cor.1.a.4. ctorum ergo Deus est consolator, isti quippe sunt humiles. Vnde tres illi viri in camino dicunt, Benedicite sancti & humiles corde. Dan.3.f.87. Deus est itaque Spiritus sanctus, qui consolatur humiles. Quòd Spiritus sanctus cum filio aduocatus sit, & Apostoli iudices, hoc Matth.19.d. ostendit Dominus vbi dicit, Vos qui secuti estis me, sedebitis super 28. duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Absit autem ista à fideli corde vecordia, vt sit iudicibus minor aduocatus Spiritus sanctus: cùm illi vtique vt iudices sint, repleantur Spiritu san- 1.Cor.2.d. cto, secundùm quem viuentes fiunt spirituales. Spiritalis enim 15. omnia iudicat. Quo modo ergo minor est iudice, qui iudices facit: cùm faciat vt membra sint iudicis illius, & membra & suum templum, dicẽte Apostolo. Corpora vestra membra sunt Christi? Eo- 1 Cor.6.c.15 demque itidem dicente, Corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti. Hinc Salomonem regẽ nec ligniis, nec lapidibus iussu Dei templum ita bonum fertur struxisse Spiritui sancto, vt illi etiam tam acceptabile templũ fabricaretur. Sicut est cùm Domi- Matth.4.b. nus dicat, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et 10. ita membra Christi fiant templum Dei, cùm ipse sit verbum Dei: nec vllo modo imperatorum legi subiaceat, sed leges faciat. Filius à patre est, non factus, sed genitus, & Spiritus sanctus à filio non factus est, sed à patre & filio procedens. Pater prædicat filium dicendo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Matth.3.d. ipsum audite. Spiritus sanctus annunciat filium esse venturum: ac 17. per hoc non solùm patris gloriam filius, verumetiam gloriam filij reuelat pater: nec solùm filij spiritus sanctus, sed etiam filius manifestat sancti Spiritus dignitatem. Et ideo sicut filius patri, ita & pater filio: & sicut Spiritus sanctus filio, ita filius Spiritui sancto perhibet testimonium. A patre autem & filio missus est Spiritus sanctus, & à patre & Spiritu sancto missus est filius. Filius non est minister patris, nec Spiritus sanctus minister filij. Vnde Apostoli, qui se ministros Dei esse dicunt, eius quippe ministri facti sunt, in cuius nomine etiam baptizati, id est, patris & filij & Spiritus sancti: & sic ministri Trinitatis sunt, in qua tres personæ secundùm deitatem æquales sunt in ministerio. Filius non iubetur à patre, nec spiritus sanctus à filio: quamuis in sacris scripturis filium obedientem legamus secundùm formam serui, qua minor est patre. Legitur itaque in Scripturis sanctis, filius subditus patri: ibi enim est forma serui, in qua & parentibus hominibus subditus erat, sicut Euangelium loquitur, Et descendit cum eis, & venit Nazareth, Luc.2.g.51. & erat subditus illis. Non alicubi Scriptura sancta dicit Spiritum sanctũ subditum filio. Proinde & quæ iubet pater, operatur filius propter formam serui: & quæ operatur pater, operatur & filius propter formam Dei. Non enim ait, Pater iubet hæc quæcumque Ioan.5.d.19. facit filius: sed hoc ait, Quæcumque pater facit, hæc & filius facit similiter. Porrò etiam Spiritus sanctus loquitur quæ mandat filius, quia scriptum est, De meo accipiet, & annunciabit vobis. Et Ioan.16.b. filius ea loquitur quæ mandat Spiritus sanctus, cùm dicat Apostolus, Quæ Dei sunt, nemo scit nisi Spiritus Dei. Et cùm ipse Iesus 14. 1.Cor.2.c.11. de seipso impletum esse confirmet, quod scriptum est, Spiritus Do- Luc.4.c.18. mini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus. Esa.61.a.1. Si enim propter hoc vnctus est euangelizare pauperibus quia spiritus Domini super eum erat, quid euangelizabat pauperibus nisi quod spiritus Domini habebat, quo repletus erat? Nam & hoc de illo scriptum est, quòd repletus sit Spiritu sancto. Filius adorat & honorat patrem, & Spiritus sanctus adorat & honorat filium. Propter formam enim serui dicuntur ista de filio, quia videlicet

Ioan.17.c.4. scriptum est, Pater, ego te honorificaui super terram, opus quod
Ioan.16.b. 14. mihi dedisti, consummauit: & de Spiritu sancto dicit filius, Ille me A
honorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ista vt
visa sunt, ad rem non pertinent, sed vt postea videbuntur. Honorat enim omnis qui adorat: non autem adorat omnis qui honorat.
Rom. 12. c. 10. Nam & secundum Apostolum, fratres inuicem honore se præueniunt, nec tamen inuicem adorant: alio quin honorificare, hoc est, id quod adorare. Cùm filius & Spiritus sanctus, ambo à patre, ille nascatur, iste procedat, quæ duo in illius naturæ sublimitate discernere omnimodo sit difficile. Ergo ne putaretur, dictum est,
Ioan.16.b. 14. Quia de meo accipiet ista: sine dubio intelligi volens, quòd de patre accipiet: sed ideo de ipso filio, quia omnia quæ habet pater, ipsius sunt: hic autē non est diuersitas naturæ, sed vnius principij cōmēdatio. Secūdū hoc itaq; Spiritus sanctus nō à seipso loquitur, quia nō est à seipso qui de patre procedit. Sicut nec filius potest à
Ioan.5 d.19. se facere quicquā, quia nec ipse à seipso est: nō quòd in omnib⁹ nutū patris expectet, aut quod viderit patrē innuentē, sed vt ipse faciat quod viderit patrē facientem. Quòd autem Spiritus sanctus Christi filij præceptum expectet: sicut enim dictum est, à seipso nō
Ioan.16.a.6. & b.13. loquitur, sed quæcunque à me audierit, loquitur: hoc est, omnia quæ habet pater, mea sunt: propterea dixi, de meo accipiet. Vnde autem accipiet, inde est proculdubiò quod loquitur: quia inde audit vnde procedit. Scit enim verbum Dei procedendo inde, vnde nascitur verbum, ita vt sit communiter spiritus & patris & verbi. Nec moueat quemquam, quòd futuri temporis verbum est, accipiet, quasi nondum haberet. Et indifferenter quippe dicuntur temporis verba, quamuis sine tempore manere intelligatur æternitas. Nam & accepit, quia de patre procedit, & accipiet, quia de patre nunquam procedere desinet, sicut Deus est, & fuit & erit.
Et cùm initium vel finem temporis nec habet nec habuit nec habebit, filius pro nobis interpellat patrem, Spiritus sanctus postulat pro nobis, non autem postulat Christum vel filium, sed interpellare nos facit ad Deum, sicut Deus dicit ad Abraham, Nunc
Gen.22.c.12 cognoui: non quod antè nesciebat. Quod quid est aliud, nisi feci
Gal. 4.d.19. vt cognoscas. Sic ergo quod ait Apostolus, Cognitì à Deo: vt intelligerent: quòd illos gratia sua Deus fecerit cognitores suos. Vel
Ephes.4.g. 30. secundùm istum locutionis modum dictum est, Nolite contristare spiritum Dei: hoc est, nolite nos contristare, qui secundùm spiritum Dei contristamur ex vobis. Charitate quippe confundebantur, quam diffundebat Spiritus sanctus in cordibus eorum, &
Rom.5.a.5. per hoc alios fratres tristes ipsi faciebant. Denique idem Apostolus, Accepistis, inquit, spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo
Rom. 8.c. 15. clamamus, Abba pater. Quomodo ibi, in quo clamamus, quomodo hic clamantem faciat clamare? Vt autem secundùm ipsorum sensum sic accipiamus clamantem, tanquàm non solùm clamare non faciat, sed ipse clamet, ecce dicendo, Abba pater: non interpellamus filium, sed patrem. Non ergo alio modo audebimus dicere quàm patrem & filium & Spiritum sanctum idem esse. Non
Ibid.c.26. scimus per nosmetipsos quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus interpellat, id est, interpellare nos facit, quæ sunt secundùm Deum. Quod nisi faciat, non oramus nisi secundùm hunc mundum, ad explendam concupiscentiam carnis, & concupiscentiam
1.Ioan.2.c. 16. oculorum, & ambitionem seculi, quæ non sunt ex patre, sed ex mundo sunt.

CAP. XI. *Inter filium naturæ & adoptionis, quid intersit.* 1.Cor.1.d. 24.

TOTIVS sanctitatis & sapientiæ & virtutis patris, viua & vera, propria & condigna imago dicitur filius. At apostolus Paulus, Non virtutis Dei & sapientiæ imaginem, sed eum ipsum esse dicit virtutem & Dei sapientiam. Eo ipso ergo quòd imago patris est filius, virtus eius & sapientia eius: imago autem plena & perfecta, id est, non ab illo ex nihilo facta, sed de illo genita, nihil minus habet quàm ille, cui imago est. Patris quippe imago summa, id est, similis est filio vnigenito, vt in ea dissimile aliquid non sit. Non tamen audemus diuidere ab his imaginem Spiritus sancti, qui dicitur manifestatio. Quis autem catholicus dixerit esse partem vel portionem patris filium, aut partem filij Spiritum sanctum? Quod omnino negandum est vt inter nos nulla sit quæstio. Eiusdem naturæ dicimus esse Trinitatem, non aliquam ibi personam partem cuiuspiam nuncupamus. Sed cùm negamus partem patris esse filium, vt tamen dicamus proprium & dilectissimum, perfectum & plenum, vnigenitum filium, quærendum est à nobis, quos filios suos facit Deus voluntariè gignens eos verbo veritatis, cùm ad eam perfectionem peruenerint vt perfectiores esse non possint, vtrum sint, etiam ipsi proprij dilectissimi perfecti & pleni filij Dei? Quod si erunt, nec vnigenitus ille erit, quia æquales multos habebit, sed tantummodo primogenitus. Si autem non erunt, quomodo accipienda est illius plenitudo & perfectio, vt sit prorsus gignenti æqualis, & in nullo omnino dissimilis? Et vt breuius planiusque dicamus, sunt isti filij gratia, ille natura, quia in istis participatio diuinitatis, in illo plenitudo: quamuis & ille qui suscepit hominem, verbum caro factum, non sit iteraturus: deinde non filius, sed primum & præcipuum opus filij præ cæteris vniuersis dicitur esse Spiritus sanctus. Vtrum filij meliores futuri sint Spiritu sancto, quos voluntariè genuit pater verbo veritatis, an filius patris? Ad hoc proculdubiò dicere cogimur, quòd melius sit filius esse patris quàm opus filij: atque fateamur in illa Trinitate nullam personam, præter quod filius manens Deus homo factus est, omnino esse creaturam, aut aliquid à Deo factum: sed totum quicquid illud est, summum esse, verum, immutabilem Deum. Absit enim vt pater maior sit filio, secundùm id quod vnigenitum verbum eius est, sed secundùm id quod verbum caro factum est: &, non est mirum, cùm in eadem carne factus est etiam angelis minor. Absit etiam vt melior & maior sit filius Spiritu sancto: &, quod insanissimum est credere, templum minoris sint membra maioris. Pater quidem Deus & Dominus est filio suo, quia inest in eo forma seruilis, quæ prophetabatur cùm dicebatur: Dominus dixit ad me, Psal.2.b. Filius meus es tu: cui etiam dicitur, De ventre matris meæ Deus Psal.21.b. meus es tu. De ventre quippe matris eius vbi hominem assumpsit, Deus eius est, qui propter quod eum non solùm ante ventrem matris, sed ante omnia sæcula coæternum filium genuit, pater eius est. Pater immobiliter & impassibiliter volens filium genuit: filius sine labore & fatigatione sola virtute sua fecit spiritum. O præcipuam dico laudem filij & Spiritus sancti, quia non nos pater mobiliter & passibiliter inuitus genuerit, qui nos voluntariè genuit verbo veritatis. Quid profuit hoc dicere, quòd filius cælum & terram cum labore & fatigatione creauerit? Vnde nulla sit quæstio, quòd scilicet sine vllo labore & fatigatione, vel pater gignat, vel
Ioan.5.d.19. faciat filius. Pater potest facere quod filius facit, sed filius non potest facere, nisi quod viderit patrem facientem. Et quæcunque pater facit, similiter hæc eadem facit filius. Verum est autem quòd B pater omnibus quæ sunt vt essent dedit, & ipse quod est à nemine accepit, sed æqualitatem suam nemini dedit nisi filio, qui natus est de illo, & Spiritui sancto, qui procedit de illo. Quod cùm ita sit, nō est differentia Trinitatis: nam indifferens in Trinitate natura, indifferens in Trinitate potentia est: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, quod ipse ait, Et qui volunt piè viuere,
Deut.6.c.13. Dominum Deum suum adorent, & illi soli seruiant: quod & antiquis patribus Dei lege præceptum est. Nec vllo modo aliter fieri potest, vt soli Domino Deo nostro seruiamus, nisi ipse Dominus Deus noster vniuersa sit Trinitas. Si verò aliquibus molibus terræ templum fabricaremus, quis dubitaret nisi seruitute ipsis seruiremus? Quomodo ergo Spiritui sancto seruitutem exhibemus, cui templum non facimus, sed nos ipsi sumus, de quo dicit Apostolus, Nescitis quia vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in
1.Cor.3.c.16. & 6.d.20. vobis? Et paulò pòst, Glorificate ergo Deū in corpore vestro. Corpora autem nostra, templum in nobis dicit esse Spiritus sancti. Cùm ergo & patri & filio & Spiritui sancto seruitute seruiamus, audiamus legem Dei præcipientem, vt nulli alteri, sed ipse solus Domino Deo nostro hanc latriam seruitutis exhibeamus. Proculdubio vnus & solus Dominus noster est ipsa Trinitas, cui vni & soli talem seruitutem pietatis iure debemus, sicuti nemo potest sine fi-
C lio ad patrem transire, ita & nemo potest sine Spiritu sancto filiū
Ioan.6.c.44. in veritate adorare: quasi & non ad filium sine patre quisquam possit venire, cùm ipse dicat, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Aut ad Spiritum sanctum sine patre & filio peruenire non possemus. Quid est enim aliud eos ad nos venire, nisi qui nobis suam gratiam conferunt, eos habitantes in nobis habere? Hoc enim modo & ipsi ad nos veniunt, cùm Deus vbique sit, & nullo corporali contineatur loco. Ipse Saluator de se dicit,
Ioan.14.a.23 & de patre, Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.
Ioan.16.a.7. Et de Spiritu sancto dicit, Nisi ego abiero, aduocatus non veniet ad vos. Nam si nemo potest, sine Spiritu sancto filium adorare in veritate, & in Spiritu sancto adoratur filius, profectò veritas est etiam Spiritus sanctus, quia cùm in illo adoratur filius, in veritate adoratur. Ac per hoc & in seipso & in Spiritu sancto adoratur filius. Quis autem sit sic impius, vt inde separaret patrem? Quomodo enim non & in illo adoramus, in quo viuimus, mouemur & sumus? Nam per filium glorificari patrem, quis negat? Sed & filium glorificari per patrem, negare quis audeat? Cui dicit ipse filius,
Ioan. 12. Glorifica me pater. Cui etiam dicit pater, Fili, ego te glorificaui.

CAPVT XII. *Personæ tres eadem operantur.*

GLORIFICARE & honorificare ac clarificare, tria quidem verba, sed res vna est. Proinde adorare filium in Spiritu sancto etiam nos dicimus. Spiritus sancti enim opus est, & diligentia D sanctificare, & sanctos custodire, & non solùm rationabilia, sed etiam irrationabilia plura sanctificare: & etiam eos qui ceciderunt propter suam negligentiam, ad pristinum statum reuocare: ignorantes docere, obliuiscentes admonere, peccantes arguere, errantes ad viam veritatis deducere: pigros hortari, de salute sua cogitare & solicitè agere: infirmos curare, & fragilitatem corporis per alacritatem animæ continere, & ad amorem pietatis & castitatis confirmare, & omnes illuminare. Super omnia fidem & charitatem præbet singulis, pro studio quoque & diligentia, pro sinceritate & simplicitate mentis, pro mensura fidei & merito conuersationis gratiam ad vtilitatem vult diuidere, & vnusquisque in quo opere & proposito fuerit habitus, in ipso eum vult ordinare facto. Hæc quidem Spiritus sanctus facit, sed absit vt hæc sine filio faciat. Quis enim sic deuiet à via veritatis, vt neget à Christo custodiri sanctos, lapsos autem in statum pristinum reparari, ignorantes doceri, obliuiscentes admoneri, peccantes argui, pigros hortari, errantes ad viam adduci, infirmos sanari, cæcos illuminari? Et cætera quæ sunt Spiritui sancto attribuenda, tanquam ipse solus faciat, non putemus. Vt enim de cæteris, ne longum sit, taceam, quomodo negabimus à Christo doceri sanctos, quibus idem dicit, Nolite
Matth.23.d. 7. ab

ab hominibus vocari Rabbi, vnus enim est magister vester Christus? Quomodo negabimus à Christo illuminari, de quo scriptum A
Ioan.1.a.9. legimus, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, & cætera. Spiritus ergo sanctus sicut sine Christo non docet aut illuminat quemquam, ita sine Christo non sanctificat quemquam. Illud autem dictum eligamus, quod per Prophetam dicit Deus, vt sciant
Exod.31.c.13. quia ego sum qui sanctifico eos, & non separemus à patre nec à filio opera Spiritus sancti sanctificatoris. Sed quòd melius est, vox illa est intelligenda per Prophetam ipsius Trinitatis nullo
Rom.11.d.36 dubitante, Vnus Deus est pater & filius & Spiritus sanctus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Cùm itaque fateamur fieri à Spiritu sancto, quę ab illo commemoramus, non est ex eo consequens, alium esse à filio quàm à patre, Spiritum sanctum natura & ordine, gradu, affectu, dignitate & potestate, virtute & operatione. Quoniam quidem hominum diuersa natura est, quorum separabilia opera esse possunt, quod Trinitatis non esse noscitur: quòd aut gradus, aut affectus, qui inuenitur in creaturæ disparilitate & infirmitate, null⁹ est in illa coæterna & æquali & impassibili Trinitate. Dignitas verò & potestas quomodo non æqualis est omnibus, qui eadem & similiter operantur? Has omnino falsum esse commonemus diuersas in operatione Trinitatis, sed dicimus similes esse. Hoc nos catholici impossibile esse dicimus de Deo, vt vnus idémque sit pater & filius, generans & nascens: cui testimonium perhibetur, & B qui testimonium perhibet: maior, & is qui maiorem confitetur, is qui ad dexteram sedet & stat, & is qui sedens dat honorem: qui
Ioan.8.d.28. missus est, & is qui misit: discipulus & doctor, vt ipse dicit & docuit, Sicut docuit me pater, ita loquor. Similis imitator, & is cui similis, & quem imitatur: is qui orat, & is qui exaudit: is qui gratias agit, & is qui benedicit: is qui suscipit mandatum, & is qui dedit mandatum: minister & præcipiens: supplex & eminens: subditus & superior: vnigenitus & ingenitus: sacerdos & Deus. Licet ex parte aliqua vera sint prædicta in parte diuisim secundùm deitatem, & in filio secundùm humanitatem, non tamen eum vnum & eundem filium dicimus esse qui pater est. Nos autem patrem gignentem, & filium genitum, duas dicimus esse personas, sed non duas diuersasque naturas. Non ergo vnus & idē est pater & filius.

CAPVT XIII. *Quòd non sit patre maior filius, sed coæternus: & quomodo in futuro etiam, seculo patri subiciendus asseratur.*

QVOD verò maior est pater, non pertinet ad naturā gignentis & geniti, sed hominis & Dei: secundùm quam formam suscepti hominis, & ad dexteram sedet vel stat, & orat, & gratias agit, sacerdos est, & minister est, & supplex est, & subditus est. Secundùm autem formam Dei qua æqualis est patri, vnigenitus est, & gignenti coæternus. Et licet vt tunc sit primogenitus omnis creaturæ, quia in illo condita sunt omnia, priùsque ille genitus, quàm hæc condita, tamen sempiternus est, sicut pater, nec cœpit ex tempore. Nam & patrem rectissimè dicimus priorem esse quàm vniuersa quæ condidit, quamuis genitus non sit. Nihil enim tam primum quàm id antè quod nihil est. Sed sicut nihil est ante patrem, ita & nihil est ante vnigenitum filium, patri vtique coæternum. Neque enim quia ille genitus est, ideo est pater tempore anterior: nam si inter patrem gignentem, & genitum filium aliquod tempus est, profectò tempus ante filium, & non est iam primogenitus omnis creaturæ, quia & tempus vtique creatura est. Nec omnia per ipsum, si tempus ante ipsum: sed omnia per ipsum. nullum ergo tempus ante ipsum. Ac per hoc quemadmodum ignis & splendor qui igne gignitur, & circumquaque diffundit, simul esse incipiunt, nec genitus à gignente præceditur, & sicut ignis gignens & splendor genitus coæui sunt: ita Deus pater gignens, & Deus filius genitus coæterni sunt. Sed quia iste de illo, ille non de isto, ideo & mandatum accepit à patre, cùm mandatum ipse sit patris, & docet eum pater, cùm ipse sit paterna doctrina. Sic enim accepit à patre, vitam, cùm sicut pater ipse sit vita, ita est patris similis, vt in nullo sit omnino dissimilis. Testimonium cùm inuicem sibi perhibeant pater & filius, quomodo isti alterum eorum faciant testimonium perhibentem, & alterum cui testimonium perhibeatur ignoro. Nonne pater dicit: Hic est filius meus dilectus? Nónne &; Matth.3.d. 17. filius cùm testimonium petit à patre, dicit: Testimonium perhibet Ioan.8.c. 18. de me, qui me misit? Ergo eos ita distinguemus, vt patrem dicamus qui testimonium perhibet, & filium secundùm carnem cui testimonium perhibetur. Secundùm deitatem autem inter præcipientem, & cui præcipitur, nullam faciemus distinctionem: similiter de patre mittente, & de filio emisso. Pater vnigeniti Dei nunquam præscius erat se patrem futurum: quia nunquam non pater erat habens filium coæternum, & eum generans sine tempore, per quem condidit tempora. Et sicut Deum se non præsciuit futurum quod semper erat, sic non tempore se præsciuit patrem, quia cum filio semper erat, nec magno filio maior, nec bono melior, quia nō Psal.85.c.10. patri tantum, sed vniuersæ Trinitati dictum est, Tu es Deus solus Mat.19.c.17. magnus. Nec de patre tantum, sed de vniuersa Trinitate, rectè intelligitur dixisse idem filius, Nemo bonus nisi vnus Deus, quando B appellauit magistrum bonum, qui eum nondum intelligebat: sed tanquam diceret, si vocas bonum, intellige Deum. Nemo tamen bonus nisi vnus Deus. Trinitas igitur vnus deus solus magnus & bonus, cui vni soli, sicut præcepit lex eius, illa quæ latria dicitur, seruitute seruimus. Absit autem vt dicamus, humilitatis & non veritatis gratia filium aliquādo sic loqui, vt se patri subiiciat, cùmque secundùm deitatem maiorem esse testetur. Nouimus quippe in filio formam serui secundùm carnem, non fictam simulatamque, sed veram: propter quam scilicet humanum habitum, & propter quod ipse de patre, non de ipso Deus est. Nam Deus pater & filius & Spiritus sanctus vnius eiusdémque substantiæ: vel, vt expressius dicatur, essentiæ sunt & naturæ, quæ οὐσία Græcè nuncupatur. Quanta igitur voragine impietatis immerguntur, qui confitentes vnigenitum Dei filium, nolunt eiusdem naturę cuius est pater confiteri, sed diuersæ atque imparis & multis modis rebusq; dissimilis: tāquam non ex Deo natus, sed ab illo de nihilo sit creatus: ac per hoc & ipse creatura, gratia illius non natura, quem nos fatemur filium esse patris ante omnia sæcula sine tempore. Dicit Apostolus etiam in futuro seculo patri filium subiectum futurum, 1. Cor.15. d. 27. vbi ait, Tunc & ipse subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Quid C mirum, quandoquidem illa in filio forma humana mensura est, qua semper maior est pater, & nos illam filij subiectionem ipsius humanæ formæ, in diuinam subſtantiam credimus commutatam? Ostendimus ideo dixisse Apostolum, etiam tunc patri filium subiectum futurum, ne quis in eo putaret spiritum & corpus humanum aliqua conuersatione periturum, vt sit Deus per omnia, non tantum in illius vnius forma hominis, sed in omnibus id est, ad exhibendam vitam, & faciendum in bonis desiderium nostrum natura diuina sufficiat. Tunc enim Deus omnia erit in omnibus, cùm præter ipsum nihil omnino habere velle cœperimus. Omnia quippe ipse erit nobis, si quando sufficiente ipso, nihil deerit nobis.

FINIS.

DE ESSENTIA DIVINITATIS, LIBER VNVS.

CENSVRA.

Liber non est D. Augustini, sed duo prima capita libri quem sanctus Eucherius Lugdunensis Episcopus scripsit de formulis spiritualis intelligentiæ.

OMNIPOTENS Deus pater & filius & Spiritus sanctus, vnus atque trinus: vnus videlicet in natura, trinus verò extat in personis: solus inuisibilis, solus immensus atque incóprehẽsibilis, solus incircũscriptus, solus immutabilis, incorporeus & immortalis: vbique præsens, sed latens: vbique totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essẽtia sui videri omnino nõ potest, Apostolo attestante, qui ait, Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et in Euãgelio, Deũ nemo vidit vnquã. Incorporeus est, quia nullis membrorum lineamẽtis cõpositus, siue compactus existit, sicut veritas in Euãgelio ait, Spiritus est Deus, & eos qui adorant eũ, in spiritu & veritate adorare oportet. Immensus est, quia quantitas eius vel qualitas à nullo ex creaturis metiri potest. Cui Salomon in oratione sua supplicãs ait, Si cælũ & cæli cælorũ te nõ capiũt, quãto magis domus ista quã ædificaui? Incircumscriptus est, quia circumscribi nullo modo potest. Illocalis est, quia de loco ad locũ nequaquã trãsit, sed neque in loco quolibet retinetur, ipso de semetipso per Esaiã prophetã testimoniũ perhibente atque dicente, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellũ pedũ meorũ. Et per Hieremiã, Numquid nõ cęlũ & terram ego impleo, dicit Dominus? Cuius immensitatẽ Propheta in Psalmo confitens ad ipsum Deum ait, Si ascẽdero in cælũ, tu illic es, & si descendero ad infernum, ades. De cuius adhuc immensitate in libro beati Iob scriptũ est, Excelsior cęlo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mẽsura eius, & latior mari. Qui enim cælũ & terrã implet: proculdubiò nullus est locus ab eius præsentia absens. Super omnẽ quippe creaturã præsidet regẽdo: subtus omnia est sustinendo atque portãdo, nõ põdere laboris, sed infatigabili virtute: quoniã nulla creatura ab eo cõdita per se subsistere valet, nisi ab illo sustẽtetur qui illã creauit. Extra omnia est, sed nõ exclusus: intra omnia est, sed nõ inclusus. Immutabilis est, quia mutari omnino ab eo quod est non potest, ipso dicente per Malachiam prophetam, Ego Dominus, & nõ mutor. Ideo autem Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius, ira, furor, pœnitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia, nullo modo accidunt. Simplex enim natura est, & immutabilis atque imperturbata, neque aliud est ipse, & aliud quod habet & quod est. Immortalis est, quia mori nullo modo potest, Apostolo hoc attestante atque dicente, Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem, quem nullus vidit hominum, nec videre potest. Vbicumque autem sacra Scriptura sparsim per diuinos libros, motus in Deo animę seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, nares, os, labia, linguam, cor, imaginem, vterum, manus, dexteram, sinistram, digitos seu digitum, brachium, alas, posteriora, pedes: item motus animæ, iram, furorem, obliuionem, recordationẽ, pœnitentiam: hæc & alia his similia non carnaliter iuxta historiam à rectè intelligentibus sentienda sunt, sicut à Iudæis & à plerisque hæreticis carnaliter sentientibus qui Deum corporeum atque carnalem opinantur, sed spiritaliter omnia de eo intelligenda & confitenda sunt. Si quis autem humana in Deo membra, seu motus animæ more humano inesse credit, proculdubiò in corde suo idola fabricat. Igitur vt dictum est figuraliter in Deo caput cùm legimus, ipsam essentiã diuinitatis eius quæ omnia præcedit, & cui omnia subiecta sunt intelligere debemus. Capillos verò capitis eius, sanctos angelos seu vniuersos electos typicè accipi oportet. Vnde in libro Danielis prophetæ scriptũ est, Aspiciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit: Vestimẽta eius quasi nix cãdida, & capilli capitis eius quasi lana mũda. Hoc enim significat per vestimentũ eius candidum, quod & per capillos capitis eius, sanctos videlicet angelos & multitudinem sanctorum dealbatorũ. Vel certè ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur, vt per hoc antiquus dierum esse credatur. Oculos habere dicitur Deus, eò quod omnia videt, & nihil eum latet, in cuius conspectu, vt ait Apostolus, nulla creatura inuisibilis est. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter verò oculi Domini respectus gratiæ eius intelligitur, vt est illud in Psalmo, Oculi Domini super iustos. Item aliter oculi Domini, pręcepta eius per quæ nobis lumen scientiæ subministratur, mysticè accipiuntur, vt est illud in Psalmo, Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Palpebræ Domini, occulta atque incomprehensibilia iudicia eius, siue spiritalis in diuinis libris locutio innuitur, de quibus in Psalmo scriptum est, Palpebræ eius interrogant filios hominum: id est, probant. Aures habere dicitur Deus, propter quod omnia audit, & nihil illi sub silentio latet. Hinc in libro Sapientiæ est scriptum, Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Nares Dei, inspiratio eius in corda fidelium, vt est illud in libro Regũ, Ascendit fumus de naribus eius: id est, lachrymosa compunctio pœnitentis per inspirationem illius. Facies Dei est cognitio diuinitatis eius ad homines, de qua cognitione scriptum est, Ostende nobis Domine faciem tuam, & saluerimus. Hoc est, da nobis cognitionem tuam: quæ cognitio per filium hominibus innotuit, ipso dicente in Euangelio, Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Aliter vero facies Dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij Dei. De qua ipse ad Moysen per angelum respondens ait, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Ac si diceret, Incarnationem meam videbis in nouissimis diebus, diuinitatem autẽ meã videre non poteris. Os Dei, filius Dei patris, id est, Christus Dominus: de quo Hieremias propheta ex persona Iudæorum effatus ait, Quia os eius ad iracundiã prouocauimus. Aliter vero os Domini sermo eius siue iussio accipitur. De quo sermone Domini Esaias propheta ait, Os Domini locutum est. Verbum Dei, est filius Dei patris per quod omnia facta sunt. De quo in Psalmo, Verbo Domini cæli firmati sũt. ET alibi, Misit verbum suum, & sanauit eos. In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Lingua Dei mysticè significat Spiritũ sanctũ, per quem Deus pater secretum suum hominibus manifestauit. Vnde in Psalmo, Lingua mea calamus scribæ velociter scribẽtis. Labia Domini, vtriusque Testamẽti consonantia intelliguntur. De quibus duobus Testamẽtis in Prouerbiis scriptum est, Diuinatio in labiis eius, in iudicio nõ errabit os eius. Brachia Dei patris, filius eius & Spiritus sanctus intelliguntur. Sic in Esaia, ET brachia mea populos iudicabũt. Brachiũ Dei patris singulariter, filius eius accipitur. De quo Hieremias propheta ad ipsum ait, ET nũc Domine Deus meus, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti & brachio extẽto. Idcirco aũt filius Dei patris, brachium eius dicit: quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Dextera Dei patris, id est, vnigenitus filius eius accipitur. De quo in Psalmo ex persona hominis assumpti, Dextera, inquit, Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Aliter autem dextera Domini gloriã patris significat, id est, æternam beatitudinem. De qua in Psalmo ex persona patris ad filium, Sede à dextris meis. Dicitur autem & dextera Dei omnis electa creatura in cælo & in terra, sicut & per sinistram eius intelligitur reproba creatura, id est, dæmones & omnes impij qui ad læuã positi æterna supplicia sustinebunt. Manus Dei patris, filius accipitur, pro eo quod per ipsum facta sunt omnia. Sicut est illud in Esaia propheta, Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt omnia. Aliter vero manus Dei potestas eius intelligitur. De qua potestate in libro Hieremiæ scriptũ est, Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israël. Iterũ manus Domini, flagellũ ipsius accipitur. De cuius percussione in Sophonia propheta scriptũ est, ET extẽdã manum super Iudã & Hierusalẽ, & disperdam de loco hoc reliquias Baal, &c. De qua percussione Domini beatus Iob ait de semetipso, Manus Domini tetigit me. Digitus Dei singulariter, Spiritus sanctus accipitur, à quo Spiritu sãcto lex in duab. tabulis lapideis in mõte Sina scripta narrat. Ipse enim

Inuisibilis Deus. 1. Tim. 6. d. 16. Ioan. 4. c. 12. *Incorporeus Deus.* Ioan. 4. d. 24. *Immensus Deus.* 3. Reg. 8. c. 27 *Incircumscriptus & illocalis Deus.* Esa. 66. a. 1. Hier. 23. c. 24 Psal. 138. b. 8. Iob 11. b. 8. *Immutabilis Deus.* Malac. 3. b. 6. *Immortalis Deus.* 1. Tim. 6. d. 16. *Caput Dei.* *Capilli Dei.* Dan. 7. c. 9. *Oculi Dei.* Heb. 4. d. 13. Psal. 33. c. 16. Psal. 18. c. 9. *Palpebræ Dei.* Psal. 10. b. 4. *Nares Dei.* Sap. 1. c. 10. 2. Reg. 22. 9. *Facies Dei.* Psal. 79. a. 4. Matth. 11. d. 27. Exod. 33. d. 23 *Os Dei.* Thren. 1. f. 18 Esa. 58. d. 14. *Verbum Dei.* Psal. 32. b. 6. Psal. 106. b. 20. Ioan. 1. a. 1. *Lingua Dei.* Psal. 44. a. 2. *Labia Dei.* Prouerb. 16. b. 10. *Brachiũ Dei.* Esa. 51. b. 5. Hier. 32. c. 17. *Dextera Dei.* Psal. 117. c. 16. Psal. 109. a. 1 *Manus Dei.* Esa. 66. a. 2. Hier. 18. a. 6. Soph. 2. a. 4. Iob. 19. c. 21. *Digitus Dei.*

enim scripsit qui scribenda dictauit, id est, Spiritus sanctus de quo Spiritu sãcto Dominus in Euãgelio, Si ego, inquit, in digito Dei eiicio dæmonia. Quod alius Euangelista declarans ait, Si ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia. Sicut enim digitus cum manu & brachio, manus verò & brachiũ vnum sunt cum corpore in natura, ita pater & filius & Spiritus sanctus tres quidem sunt personæ, vna autem substãtia diuinitatis. Digiti verò pluraliter sancti intelliguntur Prophetæ, per quos Spiritus sanctus libros legis ac Prophetarum sua inspiratione descripsit. De quibus in Psalmo scriptum est, Videbo cælos tuos, opera digitorũ tuorum. Per cælos enim libros legis & Prophetarum: per digitos verò sanctos, vt dictũ est, Prophetas mysticè insinuauit. Imago Dei patris inuisibilis, vnigenitus est filius eius, de quo Apostolus ait, Qui est imago Dei inuisibilis. Aliter namque est imago Dei patris in filio suo, quẽ non aliunde, sed ex semetipso, hoc est, ex substantia sua per omnia sibi similem genuit & æqualem: aliter verò est in anima hominis, quã nõ ex se, id est, de substantia sua, sicut plerique hæretici opinati sunt, genuit, sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago cuiuslibet regis in filio eius quem ex semetipso genuit sibi similem, id est, homo hominem: aliter verò in anulo eius, siue in cera imago eius impressa, quæ non est hoc quod ipse, sicut filius qui naturaliter est hoc quod & pater. Cor Dei patris, arcanũ sapientię eius mysticè innuit, ex quo verbum, id est, filiũ suũ impassibiliter sine initio genuit, ipso dicente per Prophetam, Eructauit cor meũ verbum bonũ. Alas habere dicitur Deus, pro eo quòd more auis electos suos tanquã pullos sub se colligit, fouet, & ab insidiis diaboli & malorũ hominũ protegit. De cuius protectione Propheta in Psalmo ad ipsum ait, Sub vmbra alarum tuarũ protege me. Scapulas habere dicitur Deus, quia infirma membra Ecclesiæ patienter quasi in scapulis suis portat, & portando protegit. De quo in Psalmo viro iusto dicitur, Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Venter Dei patris, secreta origo substantiæ vel sciẽtiæ eius accipitur, ex qua origine ineffabiliter ante omnẽ creaturã filiũ suũ genuit: ipso testimoniũ perhibẽte per Prophetã, id est, patre ad filiũ, Ex vtero ante luciferũ genui te. Aliter vterus Dei incõprehẽsibilia & occulta iudicia eius, quę rimari nequeũt, mysticè insinuat. De quibus occultis iudiciis eius in Iob scriptũ est: De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cælo quis genuit? Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, quę extremo tẽpore ad redẽptionẽ humani generis facta est. De qua posteriori parte filius Dei in monte Sinai ad Moysen per angelũ ait, Posteriora mea videbis, faciẽ autẽ meã videre nõ poteris. Ac si diceret: Incarnationẽ meã videbis, diuinitatẽ meã videre nõ poteris. Pedes Dei, stabilimentum virtutis ac potẽtiæ eius sunt, eò quòd vbique præsens sit, & vniuersa illi sint subiecta, ipso dicẽte per Esaiam Prophetã, Cælũ mihi sedes est, terra autẽ scabellũ pedũ meorũ. Aliter verò pedes filij Dei, incarnatio eius intelligitur, quę diuinitati subiecta est, tanquã capiti pedes, siue pro eo quòd circa finẽ mũdi ipsa incarnatio facta est. Sicut enim per caput, vt dictũ est, diuinitas: ita per pedes figuraliter humanitas eius exprimitur. De qua humanitate in Exodo scriptũ est, Viderunt eũ filii Israël, hoc est, Moyses & Aaron & Nadab & Abiu & septuaginta de senioribus populi. Et paulò pòst, sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælũ cũ serenũ est. Sicut autẽ per lapidẽ sapphirũ cælestes creaturas, id est, angelos sanctos: ita per cælũ serenũ sanctã electorũ Ecclesiã ex hominibus assumptam figuraliter demõstrare voluit. Super quas duas creaturas homo assumptus à filio Dei in perpetuũ regnat. De quo in Psalmo, Omnia, inquit, sub pedibus eius, oues & boues vniuersas. Aliter per pedes Domini Iesu Christi, signati sunt sancti prædicatores, de quibus in Deuteronomio scriptũ est, Qui appropinquant pedibus eius, accipiẽt de doctrina eius. Vestimentũ filii Dei aliquãdo caro eius, quæ à diuinitate assumpta est, in diuinis libris figuraliter accipitur. De quo indumento carnis eius Esaias propheta vaticinãs ait, Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Rursũ vestimẽta eiusdẽ Domini, sancta accipitur Ecclesia, quę per fidẽ & dilectionẽ ei cõiuncta est. De qua in Psalmo scriptũ est, Dominus regnauit, decorẽ indutus est. Et in alio Psalmo ad ipsum Dominũ, Cõfessionẽ & decorẽ induisti, amictus lumine sicut vestimẽto. Palliũ Dei, antedicta Ecclesia rectè intelligitur, de qua in libro Genesis scriptũ est, Lauabit in vino stolam suã: hoc est, in sanguine passionis carnẽ suam: & in sanguine vuæ palliũ suum, id est, Ecclesiã. Calceamenta Dei mysticè significãt incarnationem suã, quã ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. De qua incarnatione sua ipse per Prophetam in Psalmo ait, In Idumæam extendã calceamẽtum meum: id est, plebi Gentiliũ manifestabo incarnationem meam. Gressus Domini, aduentus filii Dei in mundum est, & regressio eius ad patrẽ. De quibus gressibus Psalmista canit, Visi sunt gressus tui Deus, ingressus Dei mei regis qui est in sancto. De cęlo enim venit in vterum virginis, de vtero virginis nascẽdo, positus est in præsepio. Postquam autẽ omnia impleuit, pro quibus à patre missus venerat, appensus est ligno crucis: de cruce autẽ depositus, secundùm carnem sepultus est, secundùm animam verò ad inferna descendit: tertia vero die per potentiã diuinitatis suæ carnẽ suam de sepulchro suscitauit: & post dies resurrectionis suæ: quadragesimo scilicet die, videntibus Apostolis ascendit in cęlum, & sedet ad dexteram patris, id est, in gloria eius. Hi sunt enim gressus filii Dei, iste descensus & ascensus & regressus eius qui frequenter in sacris Scripturis legitur. Ascendere Deus dicitur, cùm filius Dei carnẽ de nobis assumptam in cęlum velut captiuam duxit: sicut est illud in Psalmo, Ascendit in altum, captiuã duxit captiuitatẽ: quia naturã humani generis quę à diabolo captiua in mundo retinebatur, assumens, secũ in cælum vbi nunquã antea fuerat: tanquam captiuam deportauit. Abscondere faciem suam Deus legitur, cùm quibusdã reprobis eorũ exigẽtibus culpis cognitionem suam abscondit: sicut in populo Iudęorũ nunc impletũ videmus, qui negantes filium Dei scientiam veri Dei perdiderunt, vt similes forent gentibus quæ Deũ nõ nouerunt. Ostendere dicitur Deus faciem suam, cùm respectu gratiæ suæ quibus vult, electis scilicet suis, seipsũ in corda eorum occulta inspiratione insinuat, & ad diligẽdum se amorem suum infundit. Sedere dicitur Deus, non corporaliter humano more, sed potẽtialiter super omnem creaturã rationalẽ præsidere, vt est illud in Psalmo, Regnauit Dominus super gentes, Deus sedet super sedem sanctã suam. Sedere etiã Dominus dicitur super Cherubin, quod interpretatur plenitudo sciẽtiæ, siue multitudo, per quod significantur sancti angeli, siue mentes spiritualium virorũ in quibus Deus inuisibiliter præsidet & regnat. In illis enim sedet qui scientia eius & dilectione pleni sunt. In prouerbiis quippe Salomonis scriptũ est, Anima iusti sedes est sapientiæ. Sapientia vero Dei patris Christus est, qui super animas iustorũ sedere dicitur. Descendere in mundũ Deus legitur, quando aliquid nouum quod antea non fuerat in creatura humana operatur: sicut filius Dei patris descendisse narratur, quando verã carnẽ ex Maria virgine propter redemptionẽ nostrã suscepit, & verus homo fieri dignatus est, non amittendo quod erat, sed assumendo quod non erat. De cuius descẽsione, hoc est, incarnatione, de ipso scriptũ est in Psalmo, Inclinauit cęlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Cęlos inclinauit, quia ante aduẽtũ suum prenuncios angelos siue Prophetas misit, qui eius aduentũ hominibus nunciarent. Caligo sub pedibus eius fuit, quia impii homines à sua malitia cęcati, eius incarnationem agnoscere nõ potuerunt: sed neque nunc possunt. Stare Deus dicitur, cùm nos infirmos, id est, creaturam suam ad pœnitentiam conuersione vitę patienter sustinet, vt est illud in Abacuc propheta, Stetit & mensus est terrã, & dissoluit gẽres: id est, stetit ad subueniẽdũ, & dissoluit credentes in se à peccatorũ vinculis. Transire dicitur Deus, cùm à cordibus quorundã hominũ, in quibus antè per fidẽ inhabitare credebatur, postea surrepente perfidia vel quolibet delicto ab his recedit, & ad alios transit. Quemadmodũ de Iudęis ad gẽtes, & de hęreticis ad catholicos, seu de quibuslibet irreligiosis & negligẽtibus à quibus pro vitio suo recedere dicitur Deus, & ad alios trãsire, quod nõ localiter aut visibiliter, sed inuisibiliter occulto iustóq. iudicio facere cõsueuit. Ambulare dicitur Deus nõ de loco ad locũ trãseũdo, quod impium est ita credere: sed deãbulatio eius est in cordibus sanctorũ delectari, sicut scriptũ est, Et inhabitabo in eis, & inãbulabo, & ero illorũ Deus. Vel certè ambulare Dei est, in sãctis prędicatoribus suis de loco ad locum trãsire. Loq Dei est inuisibiliter sine sono vocis vel quolibet strepitu occultè in mẽtib. sãctorũ volũtatẽ suã atq. rectũ intellectũ inspirare, seu futura sicut sanctis Prophetis reuelare. Quę locutio

Ioan. 11. c. 20. Mat. 12. c. 28 *Digiti pluraliter.* Psal. 8. a. 4. *Imago Dei.* Colos. 1. b. 15. *Cor Dei.* Psal. 44. a. 2. *Ala Dei.* Psal. 16. c. 8. *Scapulæ Dei* Psal. 90. a. 4. *Venter Dei.* Psal. 109. Iob 38. *Posteriora Dei.* Exo. 33. d. 23. *Pedes Dei.* Esa. 66. a. 2. Exo. 24. c. 10. Psal. 8. b. 7. Deut. 33 a. 2. *Vestimentum Dei.* Esa. 63. a. 1. Psal. 92. a 1. Psal. 103. a. 2. *Palium Dei.* Gen. 49. *Calceamenta Dei.* Psal. 59. b. 10. *Gressus Dei.* Psal. 67. c. 25 *Ascẽdere Dei* Psal. 67. d. 19. *Abscondere Dei.* *Ostendere Dei.* *Sedere Dei.* Psal. 46. a. 9. *Descendere Dei.* Psal. 17. a. 10 *Stare Dei.* Abacuc 3. c. 6. *Transire Dei.* *Ambulare Dei.* *Loqui Dei.*

oris Dei, vt quidã volũt, tribus modis accipitur. Primo nãque modo per subiectã creaturã, sicut ad Moysen, cum in rubo & igne apparuit, vel sicut ad Abraham, ad Iacob, siue vt iam dictũ est, Moysen & cæteros sanctos, quibus voluit, in angelis apparere dignatus est. Secundo modo in somnis, sicut ad Iacob & ad Zachariam prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariæ, & ad alios sanctos quibus voluit secreta reuelare. Tertio autẽ modo, neque per creaturã visibilem, neque per somniũ, sed occulta tantũ inspiratione inuisibiliter corda sanctorũ tãgendo loquẽtes efficit, quemadmodũ in libris Prophetarũ legitur, cùm ipsi prophetæ diuino subito afflati spiritu exclamabant, dicentes: hæc dicit Dominus. Videre Dei, est acta bona approbare: sicut illud est in Genesi, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona: id est, intelligẽtibus bona esse demõstrauit. Aliter videre Dei, est mala hominũ sciẽdo reprobare, sicut est illud in Esaia propheta, Et vidit Dominus, & apparuit malũ in oculis eius. Itẽ aliter videre Dei est, nos videtes, id est, scientes facere, vt est illud in Psalmo, Proba me Domine, & scito cor meũ interroga me, & cognosce me, & semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est, &c. Modus iste locutionis & in libro Iob similiter reperitur, vbi de sapientia patris, postquã plurima & insignia locutus est de Deo patre, adiecit, Tunc vidit illã, & narrauit & inuestigauit & prepara-uit, id est, videtes fecit atque prędicãtes & inuestigãtes atque aliis nũciantes. Cognoscere Dei, est cognoscẽtes facere, sicut ait ipse ad Abrahã, Nũc cognoui quòd timeas Deũ. Neque enim ille ex tẽpore nouit qui scit omnia antequam fiãt. Sed cognoscere dicitur Deus cognoscentes facere, vt qui prius de se quales essent incogniti erãt, per eius interrogationẽ, id est, probationẽ sibimetipsis manifesti fierẽt. Tale est & illud in lege Moysi de populo Israëlitico, Vt tẽtem, inquit, eos, vtrũ custodiãt mãdata mea, an nõ. Nescire Dei, est quosdã reprobos reprobare, sicut in Euangelio, Nescio vos vnde sitis, recedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Zelare dicitur Deus, cùm creaturã suam quã nõ vult perire, sępe castigat, corripit atque flagellat, & flagellando ad se reducit. Vel certè zelare Deus dicitur, cùm nullũ peccatũ impunitũ vult relinquere. Iustus enim est, & ideo omnis iniustitia execrabilis est illi, quã, vt dictũ est, impunitã nullo modo relinquere patitur. Irasci dicitur Deus, non animi motu vel qualibet perturbatione, quæ illi omnino accidere nõ potest: sed creaturę delinquẽti, id est, hominibus impiis & peccatoribus iustã inferre dicitur vltionẽ: hoc est enim illis reddere quod merentur, & hæc vltio diuina & ira vel furor eius dicitur. Pœnitere Deus dicitur, nõ quod more hominum pro transactis operibus suis pœniteat. Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro prętteritis factis suis pœnitere nõ potest. Sed pœnitentia Dei est statuta mutare, & quod prius aliter inchoatũ fuerat, in aliud mutare, id est, aut de bono exigẽtibus culpis in malũ: sicut de Saule legitur pœnituisse Dominũ, quòd cõstituit eũ regẽ: & sicut nũc videmus in populo Iudæorũ factũ, qui cùm esset populus Dei, ob impietatẽ suã facti sunt synagoga satanæ. De malo verò in bonũ, sicut accidit in populo gentiũ, qui antè non populus Dei, nunc autẽ per gratiã Christi populus Dei effectus est. Hoc quippe modo occulto Dei iudicio Iudas proditor de apostolatus gradu lapsus in inferni barathrum demersus est, Iatro verò post crimẽ rapacitatis de cruce ad paradisum trãslatus est. Hãc verò immutationẽ de bono ad malũ, vt dictũ est, siue de malo ad bonũ, quæ occulto iustóque iudicio Dei, seu per seueritatẽ iustitiæ, seu per misericordiã eius fiat, pœnitentiã Dei dicimus. Quod expressius in libro Hieremiæ scriptũ est. Non pœnitere Dei, est statuta nullo modo mutare. Vt est illud in Psalmo, Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eũ: id est, pater ad filiũ: Tu es sacerdos in æternũ secundùm ordinẽ Melchisedec. Sacerdos patris dictus est filius Dei, nõ secũdùm diuinitatẽ, sed propter humanitatẽ, in qua se pro nobis per passionẽ & mortẽ suam acceptabile sacrificiũ Deo patri obtulit, vt ipse esset sacerdos qui & sacrificiũ. Obliuisci dicitur Deus, cùm quibusdã impiis & peccatoribus nõ miseretur, quod vtique nõ facit per crudelitatẽ, quæ in Deo nõ est, sed per occultũ iustumque iudiciũ suũ. Indurare dicitur Deus quorundã malorũ corda, sicut de Pharaone rege Aegypti scriptum est: non quòd omnipotẽs Deus per potentiã suam corda eorum induret, quod est impiũ ita credere: sed exigẽtibus eorũ culpis, cùm duritiam cordis quam ipsi sibi mala perpetrando

Videre Dei.
Esa. 59. c. 15.
Psal. 138. d. 23.
Iob. 28. d. 27.
Cognoscere Dei quid sit
Gen. 22. c. 12.
Deut. 13. c. 3.
Nescire Dei quid sit.
Luc. 13. c. 25.
Psal. 6. c. 9.
Zelare Dei quid sit.
Irasci Dei quid sit.
Pœnitere Dei quid sit.
1. Reg. 15. b. 11.
Nõ pœnitere Dei quid sit.
Psal. 109. b. 4.
Obliuisci Dei quid sit.
Indurare Dei quid sit.

A nutriunt, non aufert, quasi ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari sinit. Dormire Dei est, cùm vnigenitus filius patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est. Cuius mors rectè dulcis somnus prædicatus est, ipso dicente per Hieremiam prophetam, Ideo quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis est mihi. Aliter dormire dicitur Deus, cùm fides eius inter prospera huius mũdi in quorundam fidelium corde non vigilat, sed dormit. Hanc dormitionem Saluator noster in se significauit, cùm in naui inter fluctus maris dormiuit. Vel certè dormire Dei est, electis suis in tribulationibus huius mundi positis tardius subuenire, sicut illud in Psalmo: Exurge, quare obdormis Domine? Vigilare Dei est, in defensionem electorum suorum, & in vltionem inimicorũ suorũ se manifestũ Deũ demonstrare. Hæc omnia quæ prædicta sunt, & alia iis similia, quæ de Deo sacra Scriptura iuxta historiam narrat, non secundùm literam, vt dictum est, sed figurativa locutione accipienda sunt: quia omnipotens Deus in essentia diuinitatis suæ spiritus est, nõ caro, inuisibilis atque incorporeus, nullisque humanis membris cõpositus est. Et idcirco nõ de oculis carnis, sed de oculis cordis contemplandus

B est. Deus sapientia est, veritas est, charitas est, iustitia est, & ideo eisdẽ oculis videndus est quibus hæc omnia contemplãtur. Et idcirco nõ corporeis, vt dictũ est, obtutibus, sed ex corde mũdo à fidelibus intuẽdus est. Scriptũ quippe est in Euangelio: Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Hoc est enim præmiũ sanctorũ, nõ in hac tantum vita, sed potius in futura repromissum, dicẽte beato Ioãne apostolo: Charissimi, nũc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus enim quoniã cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est. Hæc promissio, vt dictũ est, post resurrectionẽ carnis & iudiciũ Dei, est in seculo futuro sanctis reposita. In præsenti verò vita nullus tã sanctus, nemo ita perfectus ex electis Dei, qui ipsum Dominũ in essentia diuinitatis suæ, sicuti est, vidit vnquã, aut videre poterit, ipso dicẽte ad Moysen, Non enim videbit me homo, & viuet. Ac si diceret: Nemo quàm diu mortaliter viuit Deum vt est videre poterit. Vidẽt enim sancti in presenti vita Deũ, nõ ita vt est in substantia, sed per speculũ & in ænigmate, postea autẽ facie ad faciẽ. Vidẽt in hac vita

C credẽdo, nõ corporeis oculis cernẽdo. Videre enim Deum, est rectè illũ credere, & ex corde illũ diligere. Hoc quippe signat nomẽ Israël, quod interpretatur, vir videns Deũ. Sed quia filius Dei qui in substãtia diuinitatis cũ patre vnũ est, ob reparationẽ humani generis, quod in Adã lapsum fuerat, prope finẽ mundi in vterũ Mariæ virginis illapsus, veram carnẽ ex eius substantia creauit, atque in singularitate personæ sue ita vniuit, vt Deus pariter esset & homo: simplici verò persona, vt dictũ est, gemina verò substãtia ex eadẽ virgine incorrupto pudore nasceretur: vt qui erat & est in diuinitate verus Deus à patre genitus inuisibilis atque incorporeus atq. incõprehensibilis sicut & pater, ipse esset & verus homo visibilis, corporeus, & circũscriptus, atque idõ ipse, nõ alius Deus & alius homo, sed Deus & homo, vnus est Christus Dei filius, passus pro salute nostra, in sola carne mortuus & sepultus, in eadẽ carne in qua etiã die tertio per virtutẽ diuinitatis suæ de sepulchro resurgẽs, ascẽdit in cęlum, & sedet ad dexterã patris: quẽ inde venturũ ad iudicãdũ viuos & mortuos in eadẽ carne in qua ascẽdit, sed glorificata, vniuersalis expectat Ecclesia, quemadmodum & in

D symbolo vniuersi decãtãt fideles. Et idcirco eundẽ Dei filium secundùm substantiã diuinitatis suæ inuisibilẽ & incorporeum & immortalẽ atque incircumscriptum, sicut & patrẽ & Spiritum sanctum nos credere & confiteri oportet. Iuxta humanitatẽ verò visibilem, corporeum, localem atque omnia membra humana veraciter habentẽ credere cõuenit & cõfiteri. Quoniã sicut eundem Dei filium & redemptorẽ nostrum secundùm diuinitatẽ inuisibilem & incorporeum, sicut & patrẽ & Spiritum sanctum nõ credere impium est: ita eundem Dei filium in homine assumptum, visibilem, corporeum, atque localẽ post resurrectionẽ non credere & profiteri, profanum est. Illud enim quod in Genesi scriptum est, dicẽte Deo patre ad filium, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: nõ ita accipiendum est quasi Deus corporeus sit, & membrorum lineamentis compositus: ad quam cõpositionẽ corpoream exteriorem hominẽ nostrum, humanũ videlicet corpus, veluti ad similitudinẽ suã fecerit, sicut Iudæi & cæteri infideles plerique opinati

Dormire Dei quid sit.
Hier. 31. c. 26.
Matth. 8. c. 24.
Psal. 43. d. 23
Vigilare Dei
Matt. 5. c. 8.
1. Ioan. 3. c. 2.
Exod. 33. d. 20.
1. Cor. 13. d. 12.
Esaiæ 7.
Gen. 1. c. 26.

opinati sunt, quod ita credere impiũ est. Deus autẽ, vt sępè dictum, spiritus est, nõ caro: substantia est, non corpus. Ad imaginem quippe suam Deus hominẽ fecit, nõ in corpore, A sed in anima: nõ in corpore, sed in sensu: non in exteriore homine, sed in ratione. Animãq. hominis, vt dictũ est, ideo ad imaginẽ Dei facta esse perhibetur, quia spiritalis creatura est inuisibilis & incorporea atque immortalis: nõ de substantia Dei originẽ trahens, sicut Manichæi & Priscillianistæ hæretici falsè opinati sunt, sed ex nihilo à Deo creatã. Quæ initium habet, finem verò habere nescit. Quæ humana anima, ob hoc quòd à Deo rationalis, quòd intellectualis facta est, imago Dei dicitur. Inest enim illi per naturã rationalis sensus, per quem intelligit, sapit, atque inter bonũ malũque discernit. Inest illi memoria, per quã transacta recordatur. Inest voluntas per quam quæ vult eligit. Inest & sensus, per quem & sentit. Inest & ratio, per quam & occulta & inuisibilia contemplatur, per quã Deũ creatorem suum intelligit, per quam vera à falsis discernit, per quam inuisibilia & Deum oculis cordis contemplatur seu speculatur. In his omnibus omnia hominis ad imaginẽ Dei facta esse, narratur, hæc anima communia habet cum angelis, corpus verò cum animalibus bruti s quæ intellectũ carent. Huius animæ origo occulta est, & soli Deo cognita. Ipsa quoque anima hominis pro eo quòd spiritalis creatura est, aliquando in sacra Scriptura spiritus dicitur, aliquando verò natura, aliquando etiam vita, nonnunquã verò cor esse dicitur. Et cùm sit vna in natura sua, propter varios effectus, diuersa vocabula sortita est. Similitudo verò Dei in homine refertur ad opus iustitiæ, dicente Domino in lege, Sancti estote, quia ego sanctus sum Deus vester. De qua sanctitate beatus Paulus informans ait, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et iterum ipse, Imitatores mei esto te, sicut & ego Christi. Et Ioannes exhortans ait, Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut ille ambulauit. Et Veritas in Euangelio, Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Sicut enim imago Dei ad naturam pertinet animæ, ita similitudo refertur ad opus iustitiæ.

Leuit. 19. c. 2.
Ephes. 4. f. 23
1. Cor. 11. a. 1.
1. Ioan. 2. b. 6
Luc. 6. c. 36.

FINIS.

DE FIDE RERVM INVISIBILIVM, LIBER VNVS.

CENSVRA.

Libellus hic ex diuersis Augustini epistolis consarcinatus est, maximè quod ad sententias attinet.

CAP. I. Etiam in rebus humanis multa credi, quæ non cernitur oculis.

VNT qui putant Christianam religionem propterea ridẽdã potius quã tenendã, quia in ea nõ res quę videatur ostẽditur, sed fides rerum quæ non videntur, hominibus imperatur. Nos ergo ad hos refellẽdos, qui prudenter sibi videntur nolle credere, quod videre nõ possũt, etsi non valemus humanis aspectibus mõstrare diuina quę credimus, tamen humanis mentibus & illa quæ non videtur credenda esse monstramus. Ac primum isti quos oculis carneis sic stultitia fecit obnoxios, vt quod per eos nõ cernũt, nõ sibi existiment esse credẽdũ, admonẽdi sunt, quàm multa non solùm credant, verùm etiam sciant quæ talibus oculis videri non possunt. Quę cũ sint innumerabilia in ipso animo nostro, cuius inuisibilis est natura, vt alia taceam, fides ipsa qua credimus, siue cogitatio qua nos vel credere aliquid, vel nõ credere nouimus, cùm prorsus aliena sit ab istorũ cõspectib. oculorũ, quid tã nudũ, tã clarũ, quid tam certũ est interioribus visibus animorum? Quomodo ergo credẽdũ nõ est ꝙ corporeis oculis nõ videmus, cũ vel credere nos, vel nõ credere vbi corporeos oculos adhibere nõ possumus, sine vlla dubitatione videamus? Sed, inquiũt, ista quę in animo sunt, cũ possimus ipso animo cernere, non opus habemus per oculos corporis nosse: quę autẽ dicitis vos vt credamus, nec foris ostenditis, vt ea per oculos corporis nouerimus, nec intus in animo nostro sunt, vt ea cogitãdo videamus. Sic ista dicũt, quasi quisquã credere videretur, si iã sibi presentatũ possit videre ꝙ creditur. Ideo vtique debemus credere nõnulla etiã tẽporalia quę nõ videmus, vt æterna etiam mereamur videre quę credimus. Sed quisquis es qui nõ vis credere nisi quod vides, ecce presentia corpora corporeis oculis vides, præsentes volũtates & cogitationes tuas, quæ in animo tuo sunt, ipso animo videS. Dic mihi obsecro te, amici tui erga te voluntatẽ quib. oculis vides? Nulla enim voluntas corporeis oculis videri D potest. An verò etiã hoc vides animo tuo, quod in animo agitur alieno? Quod si nõ vides, quomodo amicali beneuolẽtiæ vicẽ rependis, si ꝙ nõ potes videre, nõ credis? An fortè dicturus es, alterius voluntatem per eius opera te videre? Ergo facta visurus, & verba es auditurus, de amici autẽ voluntate id quod videri & audiri nõ potest credituS. Nõ enim voluntas illa color est aut figura vt oculis ingeraturꝛ, vel sonus aut cãtilena vt auribus illabatur: aut volũtas tua est, vt tui cordis affectione sentiatur. Restat itaq. vt nec visa, nec audita, nec apud te intus cõscripta credatur, ne tua vita deserta sine vlla amicitia relinquatur, vel impẽsa tibi dilectio vicissim abs te nõ repẽdatur. Vbi est ergo ꝙ sa tibi dilectio vicissim abs te nõ repẽdatur. Vbi est ergo ꝙ diceBas, te credere non debere nisi ꝙ videres aut extrinse-

B cùs corpore, aut intrinsecùs corde. Ecce ex corde tuo, credis cordi non tuo: & quò nec carnis, nec mẽtis dirigis aciẽ, accommodas fidem: amici faciem cernis corpore tuo, fidẽ tuam cernis animo tuo. Amici verò nõ abs te amatur fides, si non in te mutuò illa sit fides, qua credas quod in illo non vides. Quamuis homo possit & fallere fingendo beneuolentiam: aut si nocere non cogitat, tamen expectando à te aliquã cõmoditatẽ simulat, quia charitatem nõ habet. Sed dicis, ideo te credere amico cuius videre cor nõ potes, quia in tuis tentationibus eũ probasti, & cuiusmodi animum erga te haberet in tuis periculis, vbi te nõ deseruerit cognouisti. Nũquid ergo vt amicorũ probetur erga nos charitas, videtur tibi nostra optanda calamitas? Nec quisquã erit ex amicis certissimis felix, nisi fuerit aduersis rebus infelix, vt videlicet explorato alterius amore nõ fruatur, nisi suo dolore vel timore crucietur, & quomodo in habẽdis veris amicis optari iã potuisset, timeri felicitas potest, quã ꝓbare nisi infelicitas nõ potest: & tamẽ verũ est haberi posse amicũ & in reb. prosperis, probari aũt certius in reb. aduersis. C

CAP. II. Tractat. idẽ.

SED vtique vt eum probes periculis tuis, nec te cõmitteres nisi crederes. Ac per hoc cùm te cõmittis vt probes, credis antequã probes. Certè enim si rebus non vis credere, non debemus quandoque & nondum certius probatis amicorum cordibus credere. Et cùm ea malis nostris bona probauerimus, etiã tũc eorum erga nos beneuolentiam credimus potius quã videmus: nisi quia tanta fides est, vt nõ congruenter quibusdam oculis eius, nos iudicemus videre quod credimus, cũ propterea credere debeamus, quia videre nõ possumus. Si auferatur hic fides de rebus humanis, quis nõ attendat quanta earum perturbatio, & quàm horrẽda cõfusio subsequatur? Quis enim mutua charitate diligetur ab aliquo, cũ sit inuisibilis ipsa dilectio, si quod nõ video, credere nõ debeo? Tota itaque peribit amicitia, quia nõ nisi mutuo amore constat. Quid enim eius poterit ab aliquo recipere, si nihil eius creditũ fuerit exhiberi? Porrò amicitia pereunte, nec cõnubiorũ, neq. cognationũ & affinitatum vincula in animo seruabũtur, quia & in his vtiq. amica cõsensio est. Non ergo coniugẽ coniunx vicissim diligere poterit, quãdo se diligi, quia ipsam dilectionẽ non potest videre, non credit. Nec filios habere desiderabunt, quos vicissim sibi redditurꝛos esse non credunt. Qui si nascantur, & crescant, multo minus ipsi parẽtes suos amabunt, quorum erga se amorem in eorum cordibus, quia est inuisibilis, nõ videbunt, si ea quæ nõ videntur, nõ laudabili fide, sed culpabili temeritate creduntur. Quid iam de cæteris necessitudinibus dicam, fratrum, sororum, generorum atque socerorum, & qualibet consanguinitate & affinitate iunctorum, si charitas incerta, voluntãsque suspecta est, & filiis parentum, & parentibus filiorum, dum beneuolẽtia nõ redditur debita, quia nec deberi putatur; qũ in alio ꝙ non videtur, esse non creditur? Porrò si non inge-

niosa, sed odiosa est cautela, vbi nos amari nõ credimus, q̃ amorem amantium non videmus, vicémq. nõ repẽdimus, quibus eam nos debere mutuã nõ putamus: vsq. adeò res humanæ perturbantur, si quod nõ videmus, nõ credamus, vt omnia funditùs euertantur, si nullas credamus hominũ volũtates, quas vtiq. videre non possumus. Omitto dicere quã multa isti qui nos reprehẽdũt, quia credimus quę non videmus: credãt famæ & historiæ, vel de locis, vbi ipsi non fuerunt: nec dicãt, nõ credimus, quia non vidimus: quoniã si hæc dicãt, coguntur fateri incertos sibi esse parẽtes suos: quia & hinc aliis narrantibus, nec tamẽ quia iã præteritum est id ostendere valẽtibus crediderunt, nullũ retinentes illius temporis sensum, & tamen aliis inde loquentibus adhibentes sine vlla dubitatione cõsensum: quod nisi fiat, incurratur necesse est aduersus parẽtes infidelis impietas, dũ quasi vitatur in his q̃ videre nõ possũ' credẽdi temeritas.

C. III. *Indicia quæ confirmant fidem.*

SI ergo non credẽtibus nobis quę videre nõ possumus, ipsa humana societas, concordia pereunte, nõ stabit, quãto magis fides, quamuis quæ nõ videntur, rebus est adhibẽda diuinis: quæ si non adhibeatur, non amicitia quorumlibet hominum, sed ipsa summa religio violatur, vt summa miseria consequatur. Sed amici hominis, inquies, ergo me beneuolẽtiã quanquã videre nõ possum, multis tũ indiciis indagare possum: vos autẽ quæ vultis vt non visa credamus, nullis indiciis potestis ostendere. Interim non parum est, q̃ fateris quorundam indiciorũ perspicuitate res aliquas, etiã quę nõ videntur, credi oportere: & iã sic cõstat nõ omnia quæ non videtur, nõ esse credenda. Iacẽtq. illud abiectum atque conuictũ, quod dicitur, Ea quæ non videmus, non debere nos credere. Multũ autẽ falluntur qui putant nos sine vllis de Christo indiciis credere in Christũ. Nam quæ sunt indicia clariora, quã ea quæ nunc videmus prædicta & impleta? Proinde qui putatis nulla esse indicia cur de Christo credere debeatis, quę nõ vidistis, attendite quę videtis. Ipsa Ecclesia vos ore maternæ dilectionis alloquitur. Ego quã miramini per vniuersum mundũ fructificãtem atque crescentem, qualẽ me cõspiciris aliq̃ nõ fui. Sed quia olim Abrahę promissio à Deo facta est, In semine tuo benedicẽtur oẽs gentes: me promittebat per omnes gẽtes in Christi benedictione diffundi. Semẽ Abrahæ Christũ, succedentiũ generationum ordo testatur. Quod vt breuiter colligam, Abrahã genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit duo decim filios, ex quib. ortus est populus Israel. Iacob quippe ipse appellatus est Israel. In his duodecim filiis genuit Iudã, vnde nomen est Iudæorum, ex quibus nata est virgo Maria, quæ peperit Christũ. Et ecce in Christo, id est, in semine Abrahæ benedici omnes gentes, videtis & stuperis, & adhuc in eũ credere timetis, in quẽ nõ credere, potius timere debuistis. An credere dubitatis vel recusatis virginis partũ, cũ magis credere debeatis, sic decuisse nasci hominẽ Deũ? Et hoc nãque accipite per Prophetã fuisse prædictũ: Ecce virgo cõcipiet in vtero, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscũ Deus. Non ergo dubitabitis virginem parientem, si velitis credere Deum nascentem, mũdi regimen nõ relinquẽtẽ, & ad homines in carne venientẽ, matri fœcunditatẽ afferẽtẽ, integritatẽ non auferentem. Sic hominẽ nasci oportebat, etsi semper erat Deꝰ, ex quo nascẽdo fieret nobis Deꝰ. Hinc de eo rursus Prophera dicit: Thronus tuus Deus in seculũ seculi, virga directionis, virga règni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, ꝓpterea vnxit te Deus Deus tuus oleo vnctionis præ participibꝰ tuis. Ista vnctio spiritalis est, qua Deus vnxit Deũ, pater scilicet filiũ: vnde appellatum à chrismate, id est, ab vnctione nouimus Christum. Ego sum Ecclesia, de qua illi in eodẽ Psalmo dicitur, & tãquã factũ q̃ futurum fuerat prenũciatur, Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circũamicta varietate, id est, sacrario sapientiæ linguarum varietate decorata: vbi mihi dicitur, Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui: quia cõcupiuit rex speciẽ tuã, quoniã ipse est Dñs Deus tuus, & adorabũt eũ filię Tyri in muneribus, vultũ tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecùs in fimbriis aureis circũamicta varietate. Adducẽtur regi virgines post eã, proximæ eius adducẽtur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione, adducentur in tẽplũ regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnẽ terram. Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in seculum, & in seculum seculi. Si hãc reginam non videtis, iam etiam regia prole fœcundam. Si non videt impletum quod audiuit esse promissum, cui dictum est, Audi filia, & vide: Si nõ reliquit ipsa ritus pristinos mundi, cui dictum est, Et obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Si non vbiq. Christum Dominum confitetur, cui dictum est, Cõcupiuit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus. Si nõ videt ciuitates gentium Christo preces fundere, & munera offerre, de quo illi dictum est, Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus. Si non & superbia deponitur diuitum, & ab Ecclesia deprecantur auxilium, cui dictum est, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Si nõ agnoscit filiam regis, cui dicere iussũ est, Pater noster qui es in cęlis: & in sanctis suis in interiori homine renouatur de die in diem, de qua dictum est, Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecùs, qua & oculos extraneorũ fulgẽtes fama prędicẽtorum suorum in diuersitate linguarum velut in fimbriis aureis, & vestis varietate perstringat. Si non posteaquam diffamatur in quocũque loco odore bono, eius etiã consecrandæ virgines adducuntur ad Christũ, de quo loquitur, & cui dicitur, Adducentur regi virgines post eam, proximę eius adducentur tibi. Et ne quasi captiuæ in aliquem velut carcerem viderentur adduci, Adducentur, inquit, in lętitia & exultatione, adducentur in templum regis. Si non parit filios, ex quibus habeat tanquam patres quos cõstituat sibi vbiq. rectores, cui dicitur, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terrã: quorũ se orationibus mater & prælata & subiecta cõmendat. Vnde subiunctũ est, Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione & generatione. Si non propter eorũdem patrum prædicationẽ nominis eius sine intermissione meminerũt, & tã magnę in ea multitudines cõgregãtur, cíque laudẽ gratię sine fine linguis propriis cõfitẽtur, cui dicitur: ppea populi cõfitebũtur tibi in seculũ, & in seculũ seculi.

Gen. 22. d. 18

Mat. 1. a. 2.

C. IIII. *Pendet à superiore.*

SI non ipsa demonstrãtur esse perspicua, vt nõ iniueniant oculi inimicorum in quam partem auertantur, vbi non eadem perspicuitate feriantur, vt ex ea fateri manifestè cogantur. Meritò fortassè dicitis, quòd nulla nobis ostendãtur indicia, quibus visis credatis etiam illa quæ non videtis. Si verò hæc videtis, quæ & longè antè prædicta sunt, & tãta manifestatione complentur, si se ipsa veritas, & præcedentibus vobis & consequentibus declarat affectibus, ô reliquiæ infidelitatis, vt credaris quæ non videtis, iis erubescite quæ videtis. Me attendite, vobis dicit Ecclesia, me attendite quam videtis, etiam si videre nolitis. Qui enim tẽporibus illis in Iudæa terra fideles fuerunt, ex virgine natiuitatem mirabilem, ac passionem, resurrectionem, ascensionem Christi, omnia diuina dicta eius, & facta præsentes præsentia didicerunt. Hæc vos non vidistis, propterea credere recusatis. Ergo hæc aspicite, in hęc intendite, hęc quæ cernitis cogitate, quę vobis nõ præterita narrantur, nec futura prenunciantur, sed præsentia demõstrantur. An vobis inane vel leue videtur, & nullũ vel paruũ putatis esse miraculum diuinum, quod in nomine Christi vnius crucifixi vniuersum genus currit humanũ? Nõ vidistis q̃ prædictum & impletum est de humana Christi natiuitate: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ: sed videtis quod prędictũ & impletum est ad Abrahã Dei verbum: In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Non vidistis quod de mirabilibus Christi prædictum est: Venite & videte opera Domini quę posuit prodigia super terrã: sed videtis q̃ prædictum est: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Non vidistis quod prædictũ est & impletum de passione Christi: Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, ipsi verò considerauerunt & conspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: sed videtis quod in eodem Psalmo prædictum est, & nunc apparet impletum, Commemorabuntur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Non vidistis quod de resurrectione Christi prędictum atque completum est, loquente Psalmista ex persona eius prius de traditore & persecutoribus eius: Egrediebantur foras, & loquebantur simul in idipsum: Aduersum me insusurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi: Verbum iniquum disposuerunt aduersum me. Vbi vt ostende-

Esa. 7. c. 14.

Psal. 44. b. 7.

Ibid. c. 10.

Esa. 7. c. 14.

Gen. 22. d. 18

Psal. 45. a. 3.

Psal. 2. c. 7.

Psal. 21. a. 17.

Psal. 40. a. 8

ret nihil eos valuisse occidendo, resurrecturum subiecit atque ait: Nũquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Et paulò pòst cùm de ipso suo traditore per eandem prophetiam prædixisset, quod in Euangelio quoque scriptũ esse commemorauit: Qui edebat panes meos, ampliauit super me calcaneum: hoc est, conculcauit me: & cõtinuò subdit, Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & reddã illis. Impletũ est hoc, Dormiuit Christus, & euigilauit, hoc est, resurrexit: qui per eandem prophetiam in alio Psalmo ait: Ego dormiui & somnum cœpi, quoniã Dominus suscipiet me. Verùm hoc nõ vidistis, sed videtis eius ecclesiã, de qua similiter dictũ & impletũ est, Domine Deus meus ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Verè mẽdacia coluerunt patres nostri, simulacra, & non est in illis vtilitas. Hoc certè siue velitis seu nolitis aspicitis, etiam si adhuc aliquã putatis esse vel fuisse in simulacris vtilitatẽ: certè tamen innumeros gentium populos relictis vel abiectis vel cõfractis huiusmodi vanitatibus audistis dicere: Verè mendacia coluerũt patres nostri, simulacra, & nõ est in illis vtilitas: si faciet homo deos, & ecce ipsi nõ sunt dij. Ne puretis autem ad vnũ aliquẽ Dei locũ gentes prędictas fuisse venturas, quoniam dictum est. Ad te gentes venient ab extremo terræ. Intelligite, si potestis, ad Deũ Christianorũ, qui summus & verus est Deus, nõ ambulando venire gentiũ populos, sed credẽdo. Nã res eadẽ ab alio Propheta sic pronunciata est: Prævalebit, inquit, Dñs aduersus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terræ: & adorabunt eum vnusquisque de loco suo omnes insulæ gentiũ. Quod ait ille, Ad te omnes gentes venient: hoc ait iste, Adorabũt eum vnusquisque de loco suo. Ergo venient ad eũ non recedentes de loco suo, quia credentes in eum inuenient eũ in corde suo. Non vidistis quod prædictum & impletum est de ascensione Christi: Exaltare super cælos Deus, sed videtis quod continuò sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Illa de Christo facta atque transacta omnia nõ vidistis, sed ista præsentia in eius Ecclesia videre vos non negatis. Vtraque vobis prædicta monstramus: vtraque autem impleta propterea demonstrare videnda nõ possum', quia reuocare in conspectum præterita non valemus.

Hier. 8. b. 4.

Ioan. 13. b. 18

Psal. 3. b. 6.

Hier. 16. d. 19

Dan. 11. a. 5.

Psal. 107. b. 6

CAP. V. *Ex præteritis futura credimus.*

SED quemadmodum voluntates amicorum quæ non videntur, creduntur per indicia quæ videntur: sic Ecclesia quæ nunc videtur, omnium quæ non videntur, sed in eis literis vbi & ipsa est prædicta monstrantur, & index est prẽteritorum, & prænũcia futurorum. Quia & præterita quę iam non possunt videri, & præsentia quæ nec possunt videri omnia, cùm prænunciarentur, nihil horum poterat tunc videri. Cùm ergo fieri prędicta cœperunt ex illis quę facta sunt vsque ad ista quæ fiũt de Christo & Ecclesia, quę prædicta sunt ordinata serie cucurrerunt: ad quam seriem pertinet de die iudicij, de resurrectione mortuorum, de impiorum æterna damnatione cum diabolo, & de piorum æterna remuneratione cum Christo: quæ similiter prædicta ventura sunt. Cur ergo res primas & nouissimas quas non videmus non credamus, cùm testes vtrarumque res medias quas videmus habeamus, atque in propheticis libris & primas & medias & nouissimas vel audiamus prenunciatas antequam fierent, vel legamus: nisi fortè arbitrentur homines infideles à Christianis illa esse conscripta, vt ista quæ iam credebant maius haberent pondus authoritatis, si antequam venirent putarentur esse promissa.

C. VI. *Iudæorum genus quare nõ creditur.*

QVOD si suspicantur, inimicorum nostrorũ Iudęorum codices perscrutentur. Ibi legant siue ista quę commemorauimus prænunciata de Christo, in quem credimus, & Ecclesia, quam cernimus ab initio laborioso fidei vsq. ad sempiternam beatitudinem regni. Sed cùm legunt, non mirentur quòd ista illi, quorum codices sunt, propter inimicitiarum tenebras non intelligunt. Nam eos non intellecturos, ab eisdem Prophetis antè prædictum est: quod vt cætera oportebat impleri, & occulto iustóque iudicio Dei, meritis eorũ pœnam debitam reddi. Ille quippe quẽ crucifixerunt, & cui fel & acetum dederunt, quamuis in ligno pendens propter eos quos fuerat in lucem de tenebris' eductur', dixerit patri, Ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Tamen propter cæteros quos occultioribus causis fuerat deserturus, per Prophetã tãto antè prædixit: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: Fiat mensa eorũ coram ipsis in muscipulam, & in retributionem & in scãdalũ: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Cũ causæ itaque nostræ præclarissimis testimoniis circumquaque ambulãt oculis obscuratis, vt per eos hæc probentur, vbi & ipsi reprobẽtur, ideo factũ est, ne sic delerẽtur vt eadẽ facta omnino nulla essent: sed dispersa est sup terras, vt portãs in nos collatæ gratiæ propheties ad cõuincẽdos firmius infideles, nobis vtiq. prodesset. Et hoc ipsum q̃ dico, accipite, quẽadmodũ fuerit prophetatum, Ne occideris eos, inquit, ne qñ obliuiscãtur legẽ tuã, disperge eos in virtute tua. Non sunt ergo occisi, eò quòd nõ sunt quæ apud eos legebãtur & audiebantur obliti. Si enim Scripturas sanctas, quãuis eas nõ intelligant, penitùs obliuiscerentur, in ipso Iudaico ritu occiderẽtur: quia cũ legis & prophetarũ nihil nossent, Iudæi prodesse nõ possent. Ergo occisi nõ sunt, sed dispersi: vt quamuis in fide vnde salui fierent nõ haberent, tamẽ vnde nos adiuuaremur, memoria retinerent, in libris suffragatores, in cordibus nostri hostes, in codicibus testes.

Psal. 68. c. 22.

Psal. 40. a. 8

C. VII. *Prædicatio mirabilis.*

QVANQVAM etiã si de Christo & Ecclesia testimonia nulla præcederent, quem nõ mouere deberet vt crederet, repentè illuxisse diuinam humano generi claritatem, qñ videmus relictis diis falsis, & eorũ cõfractis vsquequaq. simulacris, tẽplis subuersis, siue in vsus alios cõmutatis, atque ab humana & veternosissima consuetudine, tot vanis ritibus extirpatis, vnum verum Deum ab omnibus inuocari. Et hoc esse factũ per vnum hominem ab hominibus illusum, cõprehensum, vinctum, flagellatum, expoliatum, exprobratum, crucifixum, occisum. Discipulos eius idiotas, & imperitos, & piscatores, & publicanos, p quos eius magisterium cõmendaretur, elegit: annunciantes eius resurrectionem, ascensionẽ, quã se vidisse dixerunt, & impleti Spiritu sancto, hoc Euangelium linguis omnib. quas nõ didicerãt, sonuerunt. Quos qui audierunt, partim crediderunt, partim nõ credentes prædicantibus ferociter restiterunt. Ita fidelibus vsq. ad mortẽ pro veritate, non mala rependendo, sed perpetiendo certãtibus, nec occidendo, sed moriendo vincentibus: sic in istã religionem mutatus est mundus, sic ad hoc Euãgelium corda cõuersa mortalium, marium & feminarum, paruulorum atque magnorũ, doctorum atque indoctorum, sapientium atque insipientiũ, potentium & infirmorum, nobilium & ignobilium, excelsorum & humiliũ, & per omnes gentes Ecclesia sic diffusa succreuit, vt etiam contra ipsam catholicam fidem nulla secta peruersa, nullum genus exoriatur erroris, quod ita reperiatur Christianę veritati aduersari, vt nõ affectet atq. ambiat Christi nomine gloriari: quod quidem non sineretur pullulare per terram, nisi exerceret sanam & ipsa contradictio disciplinã. Quando tãdem crucifixus illa potuisset, nisi Deus hominem suscepisset, etiam si nulla per Prophetas futura talia prædixisset? Cũ verò tã magnum pietatis sacramentum habuerit, atque credentes vates suos atq. præcones, quorũ diuinis vocibus est prænunciatum, & sic venerit quemadmodum est prænunciatum, quis ita sit demens vt dicat Apostolos de Christo fuisse mentitos, quẽ sic venisse prædicauerũt, quemadmodum eum venturum Prophetæ antè prædixerãt, qui nec de ipsis Apostolis vera futura tacuerunt? De his quippe dixerant: Nõ sunt loquelæ neq. sermones quorũ nõ audiantur voces eorũ: In oẽm terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quod certè in orbe videmus impletum, etsi in carne nõdum vidimus Christũ. Quis itaq. nisi mirabili de mẽtia cæcatus, aut mirabili pertinacia durus ac ferreus, nolit habere sacris literis fidẽ, quæ totius orbis prædixerũt fidem?

Psal. 18. a. 4.

C. VIII. *Ad fidei immobilem obseruantiam cohortatio.*

VOS autem charissimi qui hanc fidẽ habetis, vel qui nũc nouã habere cœpistis, nutriatur & crescat in vobis. Sicut eã venerũt ꝓdicta, veniẽt & sempiterna ꝓmissa. Nec vos decipiãt vel vani Pagani, vel falsi Iudæi, vel fallaces hæretici, nec nõ in ipsa catholica Ecclesia mali Christiani, tãto no cẽtiores, quãto interiores inimici. Quia & hinc ne perturbarẽtur infirmi, ꝓphetia diuina nõ tacuit, vbi loquẽs in Cãtico cãticorũ, sponsus ad sponsam, id est, Christus Dñs ad Ecclesiã: Sicut liliũ, inquit, in medio spinarũ, ita proxima mea in medio filiarũ. Nõ dixit, in medio extraneorũ: sed, in medio filiarũ. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Et dũ sagena quę missa est in mare, & cõgregat omnia genera piscũ, sicut sanctũ loquitur Euãgeliũ, trahitur ad litꝰ, id est, ad seculi finẽ, secernat se à piscib. malis, corde, nõ corpore: malos mores mutãdo, nõ retia sanctæ rũpẽdo: vt qui nunc probati reprobis videtur esse pmixti, nõ vitã, sed pœnã repiãt sempiternã, cũ cœperint in litore separari.

Cant. 2. a. 2.

Mat. 13. f. 47

FINIS.

LIBER DE SVBSTANTIA DILECTIONIS ET AMORIS.

CENSVRA.

Est pium Opusculum, cuiscunque sit.

CAP. I. *Cupiditas & amor.*

QVOTIDIANVM de dilectione sermonē serimus, ne fortè scintillet in cordibus nostris & exardescat ignis, flammam faciens aut totū cōsumens aut purgans totū. Ex eo namque totū est, quod bonum est: & totū quod malum est, ex eo est. Vnus fons dilectionis intus saliens, duos riuos infundit: alter est amor, mundi cupiditas: alter est amor, Dei charitas: medium quippe est cor hominis, vnde fons amoris erumpit: & cū per appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: cùm verò desideriū suū ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui qui de fonte amoris emanant, cupiditas & charitas & omnium malorū radix cupiditas, & omnium bonorum radix charitas. Ex eo igitur totū est, quod bonum est, & totū ꝙ malum est, ex eo est. Quicquid ergo illud est, magnū est, quod in nobis est: & ex eo totum est, ꝙ ex nobis est: hoc autem est amor. Quid est amor: quid quantū est amor, & vnde est amor? Et sermo Dei de amore loquitur. Nunquid hoc negotiū nō potius illorū est, qui pudicitiā prostituere consueuerunt? Ecce quā multi qui eius ministeria volētes suscipiūt: & quàm pauci qui verba eius in mediū proferre non erubescunt! Quid ergo nos facimus? Forsitan multa improbitate frontē tractā habemus, qui non verecūdamur amorem indictatum sonare: quem & impudici aliquando non possunt sine verecūdia verbis exprimere. Sed aliud est inuestigare vitium vt eradicetur, aliud exhortari ad vitiū, vt virtus & veritas nō ametur. Nos igitur inuestigamus & quærimus vt sciamus, & scientes caueamus ꝙ illi inuestigant vt sciant, sed sciant vt faciant. Quærimus igitur, quid illud in nobis sit, ꝙ desideria nostra sic multifariā diuidit, & tot vnum in diuersa diducit. Inuenimus autē hoc aliud non esse præter amorem: qui cū sit motus cordis secundū naturā singularis & vnicus, secundùm actionē autem diuisus, cū se inordinatè mouet, id est, ad ea quæ non debet, cupiditas dicitur: cùm verò ordinatus est, charitas appellatur. Ipsum igitur hunc cordis motum, quem amorem appellamus, qua definitione significare poterimus? Expedit nobis propiùs intueri eum, ne lateat aliquatenus, & non sciatur, propterea q. nec caueatur, cū malus est: nec appetatur aut inueniatur, cū bonus est, vt impleatur: de quo & cū malus est tanta mala veniunt, & cū bonus est tāta bona procedūt.

C. II. *Quid sit amor.*

IPSVM igitur quomodo definimus inuestigemus: consideremus quòd occultū est ꝙ dicitur, quantóque interius collocatū est, tāto magis in vtraq. parte cordi dominatur. Illud igitur videtur esse amor. Et amor est delectatio cordis alicuius ad aliquid, propter aliquod desideriū in appetendo, & gaudium in perfruendo, per desiderium currens, requiescens per gaudium. Hinc bonum est, & hinc malum est, cor tuum humanum, quia nec aliunde bonus es, si bonus es, nec aliunde malus es, si malus es, nisi ꝙ bene vel malè amas ꝙ bonū est. Nā omne quod est, bonum est: sed cū id ꝙ bonum est malè amatur, illud bonū nō est, & hoc malum est. Igitur nec qui amat, malum est, nec quod amat malum est, nec amor quo amat malū est, sed quod malè amat malū est, & hoc omne malum est. Ordinate ergo charitatē, & iā malum nullum est.

C. III. *Charitate Deo cōnectimur.*

MAGNAM rem commendare volumus, si tātum valemus quantum volumus. Omnipotens Deus qui nullo indiget, quia ipse summum & vnū bonum est: qui nec de alio accipere potest quo crescat, quoniā ex ipso sunt omnia: nec de suo amittere quo decidat, quoniā in ipso immutabiliter consistunt vniuersa: ipse rationalem spiritum creauit sola charitate, nulla necessitate, vt eū suæ beatitudinis participē faceret. Porrò vt idē aptus esset tāta beatitudine perfrui, fecit in eo dilectionem spiritalē, palatum cordis quodāmodo per hāc sensificās ad gustū dulcedinis intrinsecæ: quatenus per ipsam videlicet dilectionē, suæ felicitatis iucunditatem saperet, eíq. infatigabili desiderio inhęreret. Per dilectionē ergo copulauit sibi Deus creaturā rationalē, vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificāda erat bonū, ex ipso quodāmodo per affectū sugeret, & de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret, Suge ô apicula, suge suge & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem: immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo & inhęre, sume, fruere: si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit. Non iam pudeat nos neque pœniteat de amore fecisse verbum: non pœniteat, vbi tanta vtilitas, non pudeat vbi tanta honestas.

C. IIII. *De genuina charitatis fonticulo.*

IGITVR per amorē sociata est factori suo creatura rationalis, solúmq. est dilectionis vinculū ꝙ ligat vtrosq. in idipsum, & tāto felicius, quāto fortius. Propter ꝙ vt indiuisa societas & cōcordia vtrobiq. perfecta haberetur, geminatus est nexus, in charitate Dei & proximi, vt per charitatē Dei oēs vni adhærerent, per charitatem proximi oēs vnum fierent, vt ꝙ de illo vno cui omnes inhęrebant, quisq. in semetipso nō caperet plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero possideret, & bonum omnium fieret totum singulorū. Ordinate ergo charitatē. Quid est, ordinate charitatē. Si desiderium est amor, benè currat, si gaudium, bene requiescat, Est em amor, sicut dictum est, delectatio cordis, alicuius ad aliquid, propter aliquod desiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium, per desiderium currens, & requiescens per gaudium, currens ad illud, requiescens in illo, ad quid, aut in quo?

C. V. *Ordinata charitas.*

AVDITE, si fortè explicare possumus quò currere debeat amor noster, aut in quo requiescere. Tria siquidē sunt quæ amari bene aut malè possunt, Deus, proximus, & mundus. Deus super nos est, proximus iuxta nos est, mūdus subter nos est. Ordinate ergo charitatē. Si currit, bene currat, si requiescit, bene requiescat. Desiderium currit, gaudium requiescit. Propter ꝙ gaudium vniforme est, ꝙ semper in vno est, nec vicissitudine vitiari potest. Desideriū autē mutabile est, & mutabilitatē suscipit, & idcirco nō se cōtinet in vno, sed varias species repræsentat. Omnis namq. cursus aut de illo est, aut cū illo, aut in illo ad ꝙ est. Quomodo ergo currere debet desideriū nostrū? Tria sunt, Deus, proximus, mūdus. Tria Deus, duo proximus, vnū mūdus habeat in cursu desiderij nostri, & est in desiderio ordinata charitas. Amor namq. per desideriū & de Deo, & cū Deo, & in Deū ordinatè currere potest. De Deo currit, quādo de eo accipit vñ eū diligit. Cum Deo currit, quando eius voluntati in nullo cōtradicit. In Deum currit, qñ in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria quæ ad Deū pertinēt. Duo autē sunt proximi. Potest em desideriū de proximo & cū proximo currere, sed in proximū nō potest. De proximo, vt de eius salute gaudeat & profectu. Cū proximo, vt eū in via Dei comitē itineris & socium peruentionis habere cōcupiscat. Sed in proximum nō potest, vt scilicet in homine spē & fiduciam cōstituat. Hæc sunt duo quæ ad proximū pertinent, id est, de ipso, & nō in ipsum. Vnū est mūdi, de ipso curremus, nō ad ipsum, aut cū ipso, aut in ipsum. De mūdo enim desideriū currit, qñ inspecto foris Dei opere per admirationē & laudē ardentius intus ad ipsum se cōuertit. Cū mūdo curreret, si se per mutabilitatē tēporaliū, siue deficiēdo in aduersis, siue eleuādo in prosperis, huic cōformaret. In mūdū curreret, si in eius delectationib' semper requiescere vellet. Ordinate ergo charitatē, vt p desideriū currat de Deo, & cū Deo, & in Deū: de proximo, cū proximo, & nō in proximū: de mūdo, nec cū mundo, nec in mundum, vt in solo Deo requiescat per gaudium. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsam omne ꝙ agitur nō ordinata charitas est, sed inordinata cupiditas.

C. VI. *In quo sitat dis nostri vera requies.*

VITA cordis amor est, & idcirco omnino impossibile est, vt sine amore sit cor ꝙ viuere cupit. Quid hinc sequatur, considera. Si enim humana mens sine amore esse nō potest, aut seipsam, aut certè aliud aliquid à se diligat necesse est: quia verò in seipsa perfectum bonū nō inuenit, si se solā diligeret, felix amor nō esset. Oportet ergo si feliciter amare desiderat, aliud aliquid præter se ꝙ amet inquirat. Si autē imperfectū aliquid extra se amare cœperit, amorē quidē suū irritat, sed miseriā nō excludit. Feliciter ergo nō diligit, donec ad vnū & summum bonū per amoris desideriū se cōuertit. Et quia summū & vnū bonū solus est Deus, ille feliciter amat, qui Deū amat, & tāto felicius quāto amplius. Hęc igitur est cordis nostri requies, cū in amore Dei p desideriū figitur: nec vltrà quicquā appetit, sed in eo ꝙ tenet, quadā felici securitate delectatur. Qñ enim nec appetitus vltrà protrahit, nec timor repellit, quodāmodo in idipsum iocūditatis vexatione requiescit. Sed quia humanę mētis infirmitas, vt nō dicā semper, sed vix aliqñ in illā diuinę cōtēplationis dulcedinē sigi potest: quodā interim studio ad illā, ad quā necdū pertingere sufficit stabilitatē, assuefacienda est: id est, si Deū semper cogitare nō possumus, saltē cor nostrū ab illicitis & vanis cogitationibus restringendo, in cōsideratione operum Dei, & mirabiliū eius teneamus: vt dū semper minus instabiles esse satagimus, tandē aliquando Dño donāte verè stabiles fieri valeamus.

C. VII. *Quæ in nauigatis vitæ diluuiū euadere possumus*

VT autē huius promotionis aliquod tibi exēplū subiiciā, vniuersus iste mūd' quasi quodā diluuiū est, eò ꝙ omnia, quę in hoc mūdo sunt, ad similitudinē aquæ incertis euentib' fluctuādo decurrant. Vera autē fides, quę nō transitoria, sed æterna promittit, quasi à quibusdā fluctibus, sic ab huius mūdi cupiditate in superna animū tollit: & portari quidē ab aquis potest, sed mergi omnino nō potest: quia ad necessitatē hoc mundo vtitur, sed eius desiderij per affectū nō implicatur. Quisquis ergo æterna nō credēs, sola quæ trāseūt appetit: hunc quasi sine naui laborātē in fluctibus, impetus aquæ decurrētis secum trahit. Qui verò æterna credēs, trāsitoria diligit, hic iuxta nauē naufragiū facit: qui aūt ęterna bona credit & diligit, hic in naui positus, fluctuātis maris vndas securus pertransit: quia qui per desideriū fidei nauē nō transgreditur, iam quodāmodo in fluctibus terrę stabilitatē imitatur. Primū ergo si hoc mare magnū illęsi pertrāsire volumus, fabricemus nauē, vt fidē integrā habeamus: deinde nauē fidei inhabitemus p charitatē, vt credamus ꝙ diligere debemus, & diligamus ꝙ credimus: sicq. & lex Dei in corde nostro sit p rectæ fidei cognitionē, & cor nostrū in lege Dei sit p dilectionē. Sed vt faciliùs cognoscas quomodo vel vñ hanc, quā dixi, nauē vel arcā in corde tuo ædificare debeas, per quā huius diluuij naufragio eductus, ad portū quietis peruenias: duo opa Dei cōsidera, videlicet op' cōditionis, & opus restaurationis. Opus aūt cōditionis est creatio cæli & terrę, & omniū quæ in eis cōtinētur, quæ sex diebus facta sunt. Opus verò restaurationis, incarnatio verbi, & omnia quę à principio mūdi vsque in finem, vel ad eam prænunciandam præcesserunt, vel ad ipsam confirmandam secuta sunt aut sequentur: quæ sex ætatibus fiunt. Sed opera restaurationis magis pertinent ad fidem catholicam, quę idcircò sancti amplius diligunt, quia in eis suæ salutis remedia agnoscunt. Hæc autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est Deus: vt in arca spiritali prima sit mansio opera hominum, secunda opera angelorum, tertia opera Dei: supremus cubitus, ipse author vniuersorum Deus.

FINIS.

LIBER DE VERA ET FALSA POENITENTIA, AD CHRISTI DEVOTAM.

CENSVRA.

Non est Augustini, vt constat tum ex aliis, tum ex eo quòd author cap. 17. referat sententiam Augustini ex Homilia 41. inter 50. & ab ea dissentiat.

CAP. I. *Laus pœnitētiæ.* *cl.* clamat. *cl.* beatorū.

QVANTVM sit appetenda gratia pœnitētię, omnis authoritas † declarat, omnis † bonorū vita conatur ostēdere: lāguores em sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat, omnia fatiat, omnia redintegrat, omnia lætificat, sanitatē auget, quā cōseruat. Claudis gressum, aridis copiā, cæcis restituit visum. Tēperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. Ignorās se, per hāc se recognoscit: quærens se, per hāc se inuenit. Hæc est quę homines ad angelos ducit, & creaturā reddit creatori: ista ouem perditā mōstrauit quęrenti, & decimā drachmā obtulit anxianti. Hæc dissipatorē filiū ad patrē reduxit, & vulneratū à latronibus custodi curandum reseruauit. In hanc omne bonum innititur, per hanc omne bonū cōseruatur: fugat tenebras, inducit lucē, excoquit omnia ipsa ignis cōsumens. Hęc omnia prouida virago sensisti, quę hoc bonum tantū tenerè dilexisti. Vix em diligitur, ꝙ omnino ignoratur. Super hoc bonū innixa, fortis esse poteris ad omnia bona. Itaque voluntatē tuā, quā super hoc bono cognoui, libēter adiuuo: & suauē laborē vt rogasti super hac re desiderāter suscipio, sperās Dei adiutoriū in tuo merito. Scio enim intentionē tuā nunquā frustrandā, sed in omnibus quę desiderat ditādā. Nā cū esses diues, pauperē te pro Christo reddidisti, & in anima diues eris sancti commercij. Vñ felix ego, si quid auxilij ad veras tuas diuitias adhibere potero. Tuæ itaque trado dilectioni, quicquid de pœnitētia sentio authoritate patrū & illustratione sancti Spiritus. Nec modò huius tēporis tantū impugnamus errores, sed etiā de impugnatis p copiā rationū conamur tibi addere dulcedinē suauitatis, vt integritas tuę mētis, quę Deo donante oēs repulit falsitates, super fugatis ratiocinando lætetur.

Luc 15. a. 4. Ibid. b. 8. Ibid. c. 11. Luc. 10. c. 30.

SI fides fundamentū est pœnitētię, præter quā nihil est ꝙ bonū sit, appetenda est pœnitētia quā cōstat in fide esse fundatā. Nō em potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaque quę ex fide nō procedit, vtilis non est. Oportet autē credi remedium pœnitētię à Saluatore cōcedi. Si em omnis pœnitentia sterilis esset peccatoribus, nequaquā ad pœnitētiā reuocarentur Christi interfectores, quā prædicauit Dñs, mitis & māsuetus, & eius præcursor: dixit em, Fructus facite dignos pœnitētię: ostendēs pœnitentiā nō sterilē esse, sed dignē fructificare, Qui em maluit misericordiā quā sacrificium, nō expectabat mortē peccatoris, sed vt cōuersus viueret. Quis autē cōuerti potest vt viuat, nisi qui erat in regione lōginqua? In iniquitatibus se meminit cōceptū Dauid, & in delictis à matre sua genitum, cui Dñs testimoniū perhibet, Inueni hominem secundū cor meum. Hic idem à Dño laudatus præsumens de Dño dicit, Propitius eris peccato meo, multum est enim: nō quia multum erat, sed quia id Dauid multum reputabat, sicut qui iā in de fatur erat & fastidiosus. Nō em laborat exonerari peccato, cui nō videtur nimium. Quomodo ergo multum videretur, si adhuc in illo delectaretur? Quomodo rogaret perdere, nisi doleret habere? Si em nō doleret habere, gauderet cōmisisse. Scimus quia deleuit Dñs peccatū Dauid, aut quia dolebat peccasse, aut quia gemebat, & stratū suum lachrymis rigabat, & tanquā panē cinerē mādūcabat. Si aūt gauderet, nō magnū, sed paruū peccatum suū diceret. Falluntur itaque qui obiiciētes pœnitentiā Apostolo, & eū irridētes dicūt cōtra eū, Peccabimus, vt gratia abūdet? Dicebat enim, Cōuertimini p pœnitētiā, sperate de venia, etiā si maxima sit iniquitas: quia vbi abūdauit peccatū, superabūdauit & gratia. Nullū peccatū poterit remanere ante pœnitentiā. Prædicat em cōuerti. Sed vnde se conuerteret aliquis, cui prior status placeret? Qui itaq. cōuertitur, necessariò dolet habere, ꝙ gaudet perdere. Pœnitentia itaq. acquirit indulgentiā, sine qua nemo peruenit ad venjā. Si em sine ea anima saluaretur, nō diceretur, Peccasti, quiesce. Quomodo enim quiesceret, nisi quia malū est, si peccaret. Quomodo diligi & non odio haberi potest, ꝙ retentū dānat, & fugatū saluat? Qui ergo nūc quiescit, dolere oportet ꝙ nō priùs quieuit. Sicq. saluatur, quia dolet, sicq. liberatur, quia pœniteat. Ex dolore enim dictum est, Peccaui, quid faciā tibi? Quasi dicat, adeò doleo me peccasse, ꝙ mihi tā graue est, ꝙ nō velim cōtra me te nō vindicare. Quæro enim in me quid supplicij possim excogitare, ꝙ tibi possit sufficere. Nihil mihi graue, si me à peccato potest liberare. Relinquitur ergo pœnitere volentibus veniam inuenire.

C. II. *Pœnitentia quomodo patetur.* *Mat. 7. c. 17.*

Mat. 3. b. 8. Osee 6. c. 7. Ezec. 18. g. 3.

Psal. 50. b. 7

Psal. 24. c. 11.

C. III. *Pœnitentiæ post baptismū* *4. Reg. 5 f. 20*

Heb. 6. a. 4.

SVNT autē qui credūt vsq. ad baptismū pœnitentiam proficere. Namq. Syrus erat Naamā, qui per aquā pdidit leprā, sed postea peccātibus cassam perseuerare. Gaudēt enim singularitate, arrogantes ex hoc ꝙ nō habēt, iactantes se mūdos esse, vtpote quasi nihil post baptismū cōmiserint vñ iure dolere possint. Hi sinistrè omnia intelligētes, vires ex sāctorū authoritate sumētes, & sequētes patrē mēdacij, mēdaciter exponūt ꝙ cōcordat veritati. Legāt in Apostolo ꝙ intelligere nolūt, Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cæleste, & participes effecti sunt gratiæ Spiritus sancti, & gustauerūt bonū verbū Dei, virtutesq. seculi futuri; iterū renouari per pœnitentiā, rursum crucifigētes filiū Dei, & ostētui habentes. Sed si super-

bia eos nõ exceęcasset, videret Apostolũ nõ ita esse destructo rẽ sui laboris atq. sui gaudij. Quos eẽ p Epistolas correxit, nisi qui post baptismũ ceciderãt, & in peccato pseuerabãt? Gentiles eẽ visitabat corporali præsentia, & rationib. & miraculis eos cõfutans. Quomodo scriberet infidelibus, ipsis eidem multipliciter cõtradicẽtibus? Hunc lapidabãt, virgis cædebãt, & eis scriberet vt se corrigerent? Cur autẽ correctionẽ infidelibus indiceret, si de eorũ salute desperaret? Quomodo scriberet, qui scienter & necessariò nihil omnino, pficeret? Si nõ possunt renouari p pœnitentiã, cur prædicaret eã? Præterea Corinthiũ & excõmunicatum & post baptismũ peccãtẽ, & fornicationẽ gentiũ superãtẽ, quomodo reciperet pœnitentẽ, si sic cõtra suũ prædicaret præceptũ? Sed de baptismo hoc intellexit. Dixit eẽ eos renouari per pœnitẽtiã impossibile esse, vt rursum crucifigãt filiũ Dei, & ostẽtui habeãt, id est, vt iterũ baptizẽtur. Qui eẽ baptizatur, mortẽ crucis & sepulturã Christi repræsentat in immersione sua. In signo eẽ crucis quisque in aqua submergitur, & submersus sepultus ostẽditur. Nõ eẽ qui lapsi sunt, per iteratum baptismum cõsequi veniã poterũt. Sicut eẽ semel Christus crucifixus est, sic baptismus iterãdus nõ est. Vna eẽ morte sua oẽs redemit, vt amplius mori nõ oporteat. Quod videns Ecclesia, intellexit nõ iterãdum baptismũ. Per fructus itaq. pœnitẽtiæ, baptizatis adhibetur spes veniæ. Nã filius qui recesserat à patre in regionem lõginquã, suscepitus est à patre p pœnitẽtiã cõfitentẽ. Dixit eẽ patri confitens, Iã nõ sum dignus vocari filius tuus. Nõ eẽ ista à te didici, ista apud te repi. Hũc suscepit paterfamiliãs, & stola & annulo induit eũ. Stola induit eũ, quia in eo integritatẽ charitatis restaurauit: atq. annulũ in manu posuit, quia ex fide eũ fecit operari, per Spiritus sanẽti dona eũ subarrhauit: & etiã calceamẽta pedũ reddidit, quia Ecclesiã eius prædicatione ditauit. In cuius conuiuio occisus est vitulus saginatus, quia in quo habitat omnis plẽnitudo diuinitatis corporaliter illi factus est cibus: per hoc ostendẽs etiã sacramenta Dominici corporis per pœnitẽtiam & cõfessionẽ reddi peccatorib. baptizatis. Si eẽ aliter esset, Petrus post Dñi ascensionem caput Ecclesiæ, nõ persuasisset Simoni in emptione Spiritus sanẽti spẽ habenti, vt pœnitẽtiã sumeret inde, cui pecuniã dicauerat in maledictionẽ. Ille quoq. qui incidit in latrones, ab Hierusalẽ descendebat, nõ in Ægyptũ ad tenebras, nõ ad Idumæos sanguineos, & puluere aspersos, sed ad Iericho: qui incidit in latrones, nõ habitauerat cũ eis. Sed licet inciderit qui prius latro nõ erat: non est relictus à Samaritano, sed adiutus & cura refectus. Quod nõ fuisset, si solũ nõ baptizatis spem veniæ reliquisset. Amicus vocatus est Lazarus, & postea resuscitatus est fœtidus & quatriduanus à mortuis: ostendens, quantumcunque peccet homo, etiam postquã fuerit amicus Dei, viuere poterit eiꝰ spiritus. Sed valido Dei clamore & multorum fletu foras à peccato vocabitur, prius tolletur lapis desuper ab ipso, quia cordis duritia proiicietur ex animo, quã tollent intercessores & prædicatores labore suo. Filiã Abrahę quã alligauerat satanas, soluit Dñs reclamãtibus licet Iudæis: hæc filia erat & ligata & soluta in sabbato. ADHVC sunt qui reclamãt nõ esse remissionẽ peccatorũ baptizatis per pœnitentiã, dicentes peccatũ in patrẽ & filiũ remitti, in Spiritum sanctũ omnino non ignosci, putantes peccata in patrẽ & filiũ esse infideliũ, & habere remissionẽ per baptismũ. Isti peccãt absque spiritu, quem nõ acceperunt. Illi aũt in Spiritũ sanctũ peccant quẽ acceperũt per baptismũ, qui eius dona nõ retinent, & diaboli venena eligunt. Istos intelligunt nec hîc, nec in futuro misericordiã consequi posse. Sed iste intellectus magis est erroris quã fidei sanctæ. Si enim per solũ baptisma q̃ iterãdũ nõ est, fit peccatorũ remissio: cur adderet Dñs, neq. in futuro? Cõstat aũt quędã in futuro remitti, vbi nõ est operatio baptismi. In futuro aũt nemo baptizabitur, & à peccato liberabitur. Sicq. falsa est interpretatio, quę remissionẽ cõcedit † soli baptismo. Nõ itaq. soli infideles peccãt in patrẽ & filiũ, sed quicunque peccata cõmittũt. Sed soli peccant in Spiritũ sanctũ, qui impœnitẽtes existũt vsq. ad mortẽ: Spiritus eẽ sanctus, charitas est deitatis, amor est genitoris & genitæ veritatis, qui suã gratiam nobis tribuit sui ipsius arrhã. Qui igitur peccat, & gratiã suã recuperare nõ amat, & nunquã curat ab eo diligi, qui totus est amor & charitas, nec ad eũ tendit vnde sumpsit arrhã, in Spiritũ sanctũ peccat, & nũquã post mortẽ sicut nec viuens cõsequetur veniã: sicq. nullus peccat in Spiritũ sanctũ, qui fugit ad ipsum. Si quis aũt lectionis serie, & vbi hoc legitur, & verbi causam cogitauerit, & si aliter intelligat, sinistrè interpretãtibus nõ cõcordat. Dicebãt eẽ Iudæi, In Beelzebub eiicit dæmonia: opus Spiritus sanẽti attribuẽtes diabolicę potestati. Dixit ergo, Sunt peccata quæ quoquo modo sunt ferẽda, sunt blasphemiæ cõsecutur̃ę misericordiã, sed blasphemię in Spiritũ sanctũ, vt incepistis, ducent vos ad mortẽ. Vñ postea dixit, Nõ potest arbor mala fructus bonos facere: quasi dicat, Cõuenit vitæ vestræ de spiritu talia dicere, Arbor bona nõ potest fructus malos facere. Cõsiliũ est, Cõuertimini, in arborẽ bonã trãsite, nec iam poteritis de Spiritu sancto talia sentire. Obiiciũt aliud dictũ Ioãnis, Est aũt peccatũ nõ ad mortẽ pro quo oret quis: est aliud ad mortẽ pro quo nõ oret quis: quasi pro peccatis ante baptismũ sit orãdũ, pro aliis nõ. Fallũtur qui sic intelligũt. Cõtrarius eẽ esset sibiipsi, qui pœnitentiã admonet Ecclesiæ Pergami. Sed sunt quædã peccata venialia, quę oratione Dñica quotidie soluũtur, cùm dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et hęc, vt idẽ ait, nõ sunt ad mortẽ. Alia verò quæ sunt ad mortẽ, nõ sic, sed per fructus pœnitẽtię soluuntur. Qui Petrũ lachrymãtẽ suscepit, remissionẽ nõ negauit baptizatis. Iã eẽ audierat, Tibi dabo claues regni cælorum: qui licet postea Dñm negauerit, & à se amicos Christi excõmunicauerit, per pœnitẽtiã & amaros fletus veniã recuperauit. Ægrũ se Dñs dicit, respiciens ad mẽbra sibi vnita. Quę mẽbra sunt, qui per baptismi sacramenta Deo vniti sunt. In quibꝰ se ægrũ cũ cõmemorat, nõ ab hominib. peccata cõmitti negat, quæ quotidie per pœnitentiã destruit.

ADHVC instãt perfidi, qui sapiũt plus quã oportet: nõ sobrij, sed excedentes mẽsurã. Dicũt eẽ. Etsi semel peccãtibus post baptismũ valeat pœnitentia, nõ tũ sæpe peccãtibus proderit iterata, alioquin remissio, ad peccatum esset incitatio. Dicũt enim, Quis non semper peccaret, si redire semp posset? Dicũt enim Dñm incitatorem mali, si semper pœnitẽtibus subueniret: & etiã ei placere peccata, quibus semper præsto est gratia. Errãt autẽ, imò cõstat ei peccata multũ displi cere, qui semper præsto est ea destruere. Si eẽ ea amaret, nõ ita semper destrueret, sed cõseruaret, atq. vt sua munera foueret. Semper destruit peccata quę inuenit, ne soluatur q̃ creauit, ne corrũpatur q̃ amauit. Sumũt occasionẽ hypocritæ isti ex factis Dñi. Quẽ enim, inquiunt, cæcũ bis illuminauit? quẽ leprosum bis mũdauit? quẽ mortuũ bis suscitauit? Nõ Lazarũ, quẽ prius dilexit. Nõ filium viduæ, quẽ mĩsertus matri reddidit. Nõ filiũ dissipatorẽ legitur bis suscepisse. Nõ filiã Abrahæ bis à dęmonio liberasse. In nulla persona iterauit factũ docẽs, vt aiũt, non sæpe à Dño fieri remediũ. Dixit multis, Vade & ampliꝰ noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat: promittẽs pœnã, nõ amplius veniã. Qui aũt multos cæcos & diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles cõfortauerit, ostẽdit in diuersis illis eadẽ sæpe peccata dimitti, vt quẽ prius sanauit leprosum, alio tpe illuminauit cæcũ. Ideo eẽ tot saluauit febricitãtes, tot lãguidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne desperet de se peccator. Ideo nõ scribitur aliquis, nisi semel sanatus, vt timeat quisq. iungi peccato. Videmus adhuc quotidie in Ecclesia sæpe febricitantes, sæpe lãguidos, sæpe passionibus captos, sępe liberari, vt appareat toties opus miserãtis, quoties cõfessio fit pœnitentis. Quomodo eẽ corpus q̃ vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanaret: & animã digniorem & redẽptã, nõ toties liberaret? Medicũ se vocat, & nõ sanis, sed malè habẽtibus opportunũ. Sed qualis hic medicus, qui malũ iteratũ nesciret curare? Medicorum eẽ est centies infirmum visitare, centies curare. Qui cæteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret. Memor est sui qui p̃misit, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Quẽ enim peccatorẽ excludit? Et quòd omnibus promisit indulgentiam, aliis promissionibus declarat: Qui me cõfessus fuerit corã hominibus: id est, omnis quantumcunq. & quotiescunq. peccator, cuiuscunque ordinis, etiã si fuerit sacerdos, cõfitebor & ego eũ corã patre meo. Nã † qui inuocauerit nomen Dñi, id est, secundũ quod nominatur Dominus, id est, qui inuocauerit eum ad se seruiendo, nõ contradicẽdo, vt forsitã sæpe fecit: omnis, id est, quicunque sit ille peccator, saluus erit. Omnem enim animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentes in tenebris & in vmbra mortis, nullam excipiens animam. Hũc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios p epistolas suas voluit corrigere, &, vt ipse testatur ter in literis suis eos correxit. Oportebat enim vt quoties videret cos cadere, toties iuuaret eos surgere. Memor enim

enim erat illius qui dixerat, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam Dei semper vsque in septuagiessepties, quod est semper, peccata dimittere. Quam potestatem isti ab ecclesia Dei conantur auferre. Oportet enim sic ecclesiam credere, quæ confitetur se sępe peccare. Negant enim veritatem in se esse, qui se absque peccato audent iactare: In multis enim offendimus omnes. Nec infans vnius diei absque peccato super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab ecclesia iste error, qui vnquam pœnitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit quid Apostolus senserit, qui dixit, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sentiens enim & iustis peccata solere contingere: non se confirmabat absque peccato, qui se nouit indissolubili vinculo charitatis Christo coniunctum. Nisi enim sciret sępe iustos ad veniam venire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat spiritũ Dei habere, & intentione mũdissima ei seruire? Cur eẽ Dominus Petri pedes lauisset, & ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia quotidiana est offensio, oportet vt quotidiana sit remissio? Cur docuisset ipse Dominus orãtes dicere, Dimitte nobis debita nostra: nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere? Nullus itaque tantũ vnquam posset peccare, quòd pœnitens † velit desperare. Quid enim aliud est desperare, quàm Deum sibi comparare? Nam qui de Deo non præsumit veniam, non animaduertit plus peccato suo Dei posse clementiam. Si enim sentiret Deum magis bonum quàm se malum: quicquid in se iustitię non inueniret, à Deo magis bono expectaret: & quidem diffidit, quia summi boni bonitatem maiorem sua nequitia nõ sentit. Ille enim solus diffidat qui tantum peccare potest, quantum Deus bonus est. Cùm sit autem nullus qui hoc possit, qui timet de se malo, præsumat de meliore. Diabolus enim & omnis nequitia minor est, quàm Dei misericordia. Ipse enim si posset sperare, & culpam in se sentire, quod non inuenit in se, præsumeret in Dei bonitate. Adhuc qui diffidit, & suam nequitiam Dei pietati comparat, finem imponit diuinæ virtuti, dãs finem infinito, & perfectionem diuinitatis auferens Deo: cui nihil deest, quod etiam cogitari non potest. Non itaque etiam si sacerdos peccauerit desperare debet, licet scriptum sit, Quis orabit pro eo? Tota namque ecclesia, atque alius sacerdos, & omnis sanctorum ordo orabit pro eo, & ipse Christus qui pro nobis offert se Deo. Sed hoc considerandum est sacerdoti, ne facilè cadat, cui in hoc grauior notatur pœna. Dicat apud se, Si plebs ieiuna verbi Dei peccauerit, oportebit me ferre partem ponderis: non audebo illi importabilia imponere, & nõ digito ea mouere. Sed ego si peccauero, quid faciam? Non sic facilè euadam, me oportebit flere miseriam. Non enim est sic statutũ de me, sicut de subiecta plebe. Sic sacerdos & timeat peccare, sed magis timeat desperare.

CAPVT VI. *Qui fiducia misericordiæ peccant.*

SVNT alij inimici desperationis, qui adeò præsumunt & de bono Deo confidunt, quòd quandam sibi licentiã acquirunt peccandi: & sine pœnitentia expectant veniã, quia credunt quoniam Christiani sunt, non posse damnari: adulãtes sibi, eo quòd scriptum est, Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Putant enim se nomen Domini inuocare, quoniam possunt Christum credere, & sacramenta ecclesiæ sumere, nõ verentes multos esse vocatos, sed paucos electos. Putant enim omnes Christianos paucos esse in multitudine gentium & Iudæorum, quare & si omnes saluantur credentes, paucorũ tamen est electio in tanta multitudine. Sed si quis animaduertere voluerit, deceptos hos esse ecclesia iudicabit, licet confidant in Christi redẽptione. Dicunt enim, Quid prodesset Christum venisse, si mali tantum sicut & ante aduentum suum adhuc perirent? Antè enim quàm fieret Deus homo, mali tantum damnabãtur: & si adhuc idem esset, eum venisse quid prodesset? Multum, inquã. Nam omnis bonus ante aduẽtum Dõmini saluus factus est per venturum. Nemo enim infernum egredi posset, nisi à Christo perueniente in eum extrahi meruisset. Neque enim facultas bene operandi & diabolo contradicendi tanta hominibus inesset, nisi Christus tanta pati & resurgere decreuisset. Hi neque Apostolorum neque Domini verba attendunt, qui fornicatoribus & criminosis hominibus tam multipliciter, & toties pœnas promittunt.

CAPVT VII. *Cõtra eos qui.*

ADHVC additur iniquitas priori cõsimilis, licet cõtraria. Desperantes enim Dei iudicant misericordiam, hi condemnant iustitiam, iniustum Deum blasphemantes, qui reddere mala malis ignorat, & peccata eorum exaltat. Sed miror cur non credant Apostolo dicenti, Spes non confundit: qui negant pœnã quam idem criminosis promittit. Si enim vbi minatur verax non est, cur confidunt quòd sperantibus verum dicat? Sed qui verus est in promittendo, verus est etiã in minando. Sed non est sperare, tandem bonum pro malis expectare: imò temerarius est qui peccatum non abhorret. Sed cùm peccat, ad pœnitentiam recurrat, confidat in Domino, quem timeat iustum & immunditiarum inimicum.

CAPVT VIII. *peccatorum differentia.*

CVM itaque pœnitentia efficax est & fructifera, neminem relinquens sine venia, mortuos resuscitans: de modo & varietate eius disseramus aliqua. Pœnitentia enim baptizandis non est necessaria, sed baptizatis de maioribus & minoribus peccatis pœnitendũ est. Per fidẽ enim ecclesiæ sola remittuntur peccata, quæ contraxit homo in origine: vt sicut à patre peccante damnationem accepit, ita per matris ecclesiæ fidem consequatur remissionem. Sed qui per se peccauit, per dolorem proprium, & per fidem ecclesiæ indulgentiam acquisiuit. Hæc per baptismum reddunt hominem mundum & nouum, vt nihil remaneat quod Deo displiceat. Sine pœnitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus. Si quis autem baptizaretur inuitus, & in falsitate confessus, cùm pœnituerit, saluus erit, adiuuante fide & charitate totius matris ecclesiæ per totum orbem diffusæ. Ob hoc sunt catechumeni ab ecclesia constituti, vt dum baptismum expectant, vnde iure pœniteant, doceantur: Hæc restituit hominem in libertatem arbitrij primi parẽtis, adhuc in abundantia virtutum constituti. Est enim pœnitẽtia assiduè peccantibus, assiduè necessaria. In multis enim offendimus omnes, quæ quotidie remittuntur, † si semper deplorantur. Ista per sacramenta ecclesiæ & orationes semper fugantur, vt iure audiant, Tota pulchra es, & macula non est in te. Non quin fiat dico, sed manere non potest. Tãta est virtus petitionis tuæ & vnitatis ecclesiæ, vt quicquid extraneum acciderit, durare non possit. Licet enim speciosi sint pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, lauatis tamen in remissionis figura excutiẽdus est puluis qui contrahitur in via. Hæc peccata etsi sint parua per Dei misericordiam, fiunt magna in peccatoribus negligentia. Nullũ enim peccatum adeò paruum, quod non crescat neglectum. Non enim considerandum est quod fecerit, sed quem offenderit: quàm bonus est, quàm benignus, quàm pius, quàm propitius, qui illum sua dulcedine & pietate creauit ex nihilo, qui eum absque merito perduxit ad baptismum, & educauit & nutriuit vt filium: ad cuius commodum creauit cęlum & terram & omnia quæ in eis sunt ex nihilo, cui seruiũt omnia tanquam filio, cui misit angelũ in auxilium, propter quem fortem & callidum debellauit hostẽ eius antiquum, propter quem tam multiplicia pati sustinuit, vt mereretur filium, cum quo dignatur habere cõsortium. Qui Deus maiestate sua regit & gubernat omnia propter eum potestate sua. Talem patrem offendere, contra eius voluntatẽ aliquid cõmittere animaduertentibus ac se non ignorantibus quàm est crudele? Vnde qui se cognoscunt, sicut semper peccant, ita semper plorant, vt totam vitam suam, quę est tentatio super terram, plorẽt tota vita sua. Ista autem sunt, cùm aliquid citra vel vltra modum agitur. Ipsa enim bona quæ per se bona sunt, aliquid contrahunt cùm excedunt. Quicquid deest à perfectione, quicquid deficit ab homine, quicquid & nostrum est, plorando dolendum est. Quicquid aliquo modo agitur, non recta & mundissima intentione, quicquid modo operamur, & non tamen purissimo Dei amore, non est liberum à fragilitatis operatione. Quicunque tam misẽrum esse vt hominis est dilexerit, & qui eius fragilitatẽ omnino nõ abhorruerit, sed omnino sibi reseruauerit, & suum esse nunquã nisi propter acquirendum verum esse, quod Deus est tolerauerit, addit o peri diuino proculdubiõ dolẽdum. Et qui se cognoscit quid est, diligat hoc solum quod spectat ad illum qui est. Si quis enim sapienter cogitat, quid turpissimæ fragilitati ab ipsa conditione inhæreat, quàm fœdus, quàm turpis sit in carne, quàm mutabilis in mente, hoc solũ in se diliget, quia tale eum ad Deum ducet. Quicquid enim bõni facimus, si id melius facere possumus, à nobis est, quòd in culmine boni non sumus. Si quid boni noluerimus, & minus aliquo modo operamur, non omnino à nostra operatione est alienum. Ista assidua, & quasi quõdammodo necessaria, assidua lauentur confessione, assidua restaurentur † compunctione. Surgamus purissimi ad purissimam perfectionem, ne istis quæ parua sunt multiplicatis, quasi quadã

scabie patiamur corrũpi & collidi: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur macie affligi, & tortura immundæ conscientiæ macerari. Semper tendamus in melius, semper in puritatem baptismi tendentes, & eã summopere conseruãtes: vt cùm de hac vita exibimus, ad eum qui mundissimus est, mũdi perueniamus, & sine mora ab eo suscipiamur. Doleamus esse exules à patria, doleamus viuere in corruptibili † materia. Hic dolor magis ex desiderio, quàm ex vindicta sit. Vnde differt à pœnitentia. Pœnitentia enim est quædã dolẽtis vindicta, puniens in se quod dolet cõmisisse. Qui autem dolet quod retinetur in mortali corpore, desiderat quod amat, plorans quod tardat. Omnis pœnitentia est de malè vsa libertate. Iste verò dolor magis de necessitate est. Nullũ enim peccatum est necessarium. Ipsum autẽ peccatum originis ob hoc est malũ, quia fuit in Adam spontaneum. Illius enim voluptas malè vsæ libertatis punitur in nobis, non quia necessarium, sed quia fuit spontaneum. Nihil enim à nobis quæritur, quod commisissemus; nihil à nobis exigitur nunc, quod fecissemus. Relinquitur in filiis opus paternę voluptatis. Requirit diabolus filios in seruitutem, quorũ patris emit libertatẽ. Iste dolor factus est, non ex conscientia peccatrice, sed ex operante charitate: non puniens malum, sed augmentans bonum, nõ impatienter habitus, sed ex desiderio susceptus. In hoc desiderio erat Andreas, qui in cruce positus à Domino requirebat, Tẽpus est vt commendes terræ corpus meũ. Volebat enim eũ plebs de cruce deponere. Ipse autem cœpit Dñm rogare, Ne me permittas Domine descẽdere viuum, sed tempus est vt cõmendes terræ corpus meum: tãdiu enim iam portaui, tamdiu super commendatũ vigilaui & laboraui, quòd vellem iam ab ipsa obedientia liberari, & isto grauissimo indumento expoliari. Recordor quantũ in portando onerosum, in fouendo infirmũ, in coërcendo lentũ, in domando superbum laboraui. Scis Domine quotiẽs à puritate cõtẽplationis me retrahere conabatur, quotiens à dulcissimo quietis tuæ somno me excitare contẽdebat, quantũ & quotiẽs dolorem ingerebat. Qui igitur tamdiu pater benignissime pugnanti restiti, & tua ope superaui & vici, à te pio & iusto remuneratore posco, ne mihi vltrà commendes, sed depositum reddo. Commenda alij quem illud vltrà non impediat, & resurrecturum seruet & reddat, vt & ipsum quoque sui laboris mercedem recipiat. Terræ me commenda, vt vigilare me amplius non oporteat, & liberè ad te fontem indeficientis gaudij tendere, anxiantẽ me iam non retrahat, nec impediat. Hic dolebat iam non esse cum Domino, nec pœnitebat commendatum resurrexisse Domino. Sic itaque non omnis dolor est pœnitentia.

al. vita.

CAP. IX. *De omnibus pœnitendum.*

SVNT etiam peccata alia quę omnino eripiunt vitam, nisi succurrat pœnitentia. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Quare agenda est pœnitentia, vt deleantur crimina. Sed quoniam pœnitentia nõ omnis est bona, dicamus aliqua quæ separãt veram à falsa, sterilẽ à fructuosa. Sunt enim quos peccasse pœnitet propter præsentia supplicia. Displicẽt enim latroni peccata, quando † agitur de pœna. Desit vindicta, reuertitur ad crimina. Ista est pœnitentia non ex fide procedens, nec est charitate munita, sed sterilis & sine misericordia. Hæc non purgat conscientiam, nec lauat crimina. In hac nulla est spes veniæ, nulla expectatio indulgentiæ. Huic concordant qui cõfitentur inuiti, non amore boni, sed vt fugiant damnũ vel incommodũ seculi. Seruiunt mundo quẽ amant, quærũt suam gloriam quam anhelant, recipiunt mercedem quã expectãt. Si quis tali pœnitentia securus extiterit, & ad veram pœnitẽtiam de ista non conscenderit, deceptus & miser æternaliter peribit. Vtilis ergo erit pœnitentia, si sit spontanea; Dominũ quærens quem amisisse doleat, ad illum anxians præter quẽ non est vita. Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quędam in quibus delectentur: nõ animaduertentes Dominum simul surdum & mutum à dæmonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus † sanari. Si enim vellet ex parte peccata reseruari, habenti septem dæmonia, manente vno proficere potuerat sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eiicienda doceret. Legionem autem ab alio eiiciens, neminem reliquit ex omnibus qui liberatum possideret: ostendens quòd si etiam peccata sint mille, oportere de omnibus pœnitere. Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Nunquam aliquem sanauit, quem omnino non liberauit. Totum enim hominem sanauit, in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni cõtagio-

al. operãtur pœnam.

De pœn. dist. 3. cap. Sunt plures. 4. sent. distin. 15. ca. satis ubi ctor. Matth. 12. b. 22.

al. liberari. *Matth. 5. a. 2*

A ne liberauit: indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Scio enim Deũ inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui vnum crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur indulgentiam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitentia inuenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem, confitentem conatur adducere. Rectè enim pœnitens quicquid sordium post purificationem contraxit, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est cuius mentis dolorẽ oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non ostendit. Non itaque est vt quis excuset, se non habere fontem lachrymarum, qui nonnũ quã lachrymis ostendit dolorem temporalium rerum.

CAPVT. X. *Quomodo & quibus confitendum.*

QVEM igitur pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat, repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicicium Dei per confessionem. Præcepit enim Dñs mundatis vt ostenderent ora sacerdotibus: docẽs corporali præsentia confitenda peccata, non per nuncium, non per scriptum manifestanda. Dixit enim, Ora monstrate, & omnes, non vnus pro omnibus. Non alium statuatis nuncium qui pro vobis offerat munus à Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescẽtia enim ipsa partẽ habet remissionis: ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, vt neminẽ pœniteret in occulto. In hoc eũ quod per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam vincit, timore offensi, fit venia criminis: fit enim per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione. Et si non statim purgatur, fit tamen veniale, quod cõmiserat mortale. Multũ enim satisfactionis obtulit, qui erubescẽtiæ dominans, nihil eorum quæ cõmisit nũcio Dei denegauit. Deus enim misericors & iustus est, sicut conseruat misericordiã in iustitia, ira & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordię, † peccanti peccata dimittere. Sed oportet vt iustus misereatur iustè. Oportet enim vt non solùm quid, sed in quo doleat consideret, si dignus est, non dico iustitia, sed misericordia. Iustitia enim sola damnat. Sed dignus misericordia est qui spiritali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, sit dignus misericordia. Vnde patet quòd quanto pluribus confitebitur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur misericordiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Dominus: Lazarũque de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendũ: per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim, Quodcunque solueritis super terram, soluetur & in cælis: hoc est, Ego Deus, & omnes ordines cælestis militiæ, & omnes sãcti in mea gloria laudant vobiscum, & confirmant quos ligatis & soluitis super terram. Nõ dixit, quos putatis ligare & soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ aut misericordiæ. Alia autem opera vestra in peccatores non cognosco. Quare qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare & soluere: ne cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadãt, quam stultus euitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non potest confiteri corata sacerdote, quem desiderant nec locus nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur potestatẽ soluendi non habet, sit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confiterur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irẽt ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibẽtur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani & læti, sed dũ quærunt antequam peruenianr ad eos, moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis nouit parcere, & si non tam ciò sicut si soluerentur à sacerdote. Qui igitur omnino cõfitetur sacerdoti, meliori quàm potest confiteatur.

De pœn. dist. 6. cap. qui vult.

CAPVT XI. *Priuata & publica confessio & satisfactio.*

Luce 8. c. 49. Io. 11. d. 39. Luce 7. a. 12.

ET si peccatum occultũ est, sufficit referre in notitiam sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris. Nã in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt qui viderent. Nõdum enim erat sepulta, nondum extra portã ciuitatis delata, nondum extra

extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit quã intus inuenit, relictis solis Petro & Ioanne & Iacobo & patre & matre puellæ. In quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extrà inuenit, animaduertendum est quomodo suscitauit. Flebat autẽ turba post filium viduæ, fleuit Martha & Maria supplicantes pro fratre, flebat etiam turba quæ Mariam fuerat secuta, lacrymis Mariæ admonita: in quo docemur publicè peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Sic itaque mortuus iaceat, sicque se mortuum ostendat publicè mortem suam prædicando, publicè fructus pœnitentiæ ostendendo, vt turba ploret amissum, & defleat quem dolet mortuum. Istis lacrymis mouebitur Dominus, qui reddet matri vnicũ filium suum. Si minus perseuerauerit, si se mortuũ per fructus pœnitentiæ non declarauerit, tanto plus oportet addere. Vnde lacrymis excitetur, non solùm Marthæ, sed etiam Mariæ. Tantum se affligat, tantum se dolere & se mortuum sentire ostendat, vt audientes & contemplantes plorando orent veniam. Quorum fletum imitetur ecclesia. Qui enim multos offendit peccando, placare multos oportet satisfaciendo: vt ecclesia prius offensa per culpam, in conuersione flectatur per misericordiam, orans pro ipso quem defunctũ dolebat, vnde Deus flecteretur ad veniam, qui prius adhibuit misericordiam.

CAPVT XII. *Extra ecclesiam non est pœnitentia.*

LABORET itaque pœnitẽs in ecclesia esse, & ad ecclesiæ vnitatem tendere. Nisi enim vnitas ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua opitulatione cõpleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendũ est enim, & pietas fidei expostulat credere, quòd omnes eleemosynæ totius ecclesiæ & orationes & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem suam. Ideoque nemo dignè pœnitere potest, quem nõ sustineat vnitas ecclesiæ. Ideoque nõ petat sacerdotes per aliquã culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos. Iudas enim pœnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis. Dixerunt enim, Quid ad nos? tu videris. Si peccasti, tibi sit: non tibi succurrimus, non peccata tua charitatiuè suscipimus, non comportanda promittimus, non qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? Si isset ad fratres, si isset ad illos qui orauerant pro socru Petri febricitante: qui Chananæam tam improbam misericordi obtulerant: interrogasset Petrum pro se lacrymas effundentem, non fugisset Mariam & Martham, quæ vitam Lazaro impetrauerant, non turbam plorantem, quæ vnicum filium acquisierat viduæ: iuit ad diuisos, & diuisus periit. Hanc vnitatem omnis boni sentit operatricem qui dixit, Vinea fuit pacifico in eo quę habet populos. Nisi enim in ecclesia vniuersali populos se continentes cognosceret, se vineam non præsumeret. Scit enim & experimento cognoscit, vtpote qui pro omniũ salute laborauerat, se absque auxilio ecclesiæ, † stare non posse. Non enim est † parum cui omne bonum succurrit, siue in cælo, siue in terra constitutum. Hoc amittens per excommunicationem, nisi recuperet per sanctæ matris vnitatem vel pietatem, quomodo vnquam poterit dignè pœnitere, quomodo Deum beneuolum poterit inuenire, qui eius sanctissimam sponsam & matrem filiam & sororem non dubitauit offendere, & eius auxilium omnino contemnere?

Matth. 27. a. 4.

Mar. 1. c. 30. Matth. 15. c. 22. Luce 22. g. 62. Ioan 11. a. 1. Luce 7. b. 12. Esa. 5. a. 1.

al. satisfacere.

al. paruum cũm.

CAPVT XIII. *Dolor ex fide*

EX fide pœniteat, credat hãc esse medicinam, omnes fructus suæ pœnitentiæ paruos habeat, nunquam credat sufficere, semper doleat, semper coram Domino ante quem peccauit erubescat, dolorem cum vita finiat. Nam & si Apostolus etiam peccata per baptismum remissa continuè plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis quid præter plorare restat? Quid nisi semper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si autem pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tam diu enim gaudeat & speret de gratia, quàm diu sustentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus, Vade, & amplius iam noli peccare. Non dixit, ne pecces: sed, nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor continuè in pœnitentia custodiatur? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit, semper doleat. Et non sit satis quod doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

Ioan. 8. b. 11.

CAPVT XIIII. *Circumstantiæ peccatorum.*

CONSIDERET qualitatem criminis, in loco, in tẽpore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet

Aug. append. tom. 4.

A enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status aut officij, & secundum modum meretricis, & secũdum modum operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit. Si in loco sacro, aut cui debuit excellẽtiam fidei, vt sunt domus dominorum & aliorum multorum. Si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate sanctorũ, & in tempore ieiunij: consideret quantũ perseuerauerit, & defleat quod perseueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non solùm non vincuntur, sed vltrò se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed prœueniũt voluntatem, & pertractant secum quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis ista varietas confitenda est & deflenda, vt cùm cognouerit quòd peccatum est multũ, citò inueniat Deum propitium. In cognoscendo augmẽtum peccati, inueniat se cuius fuerit ętatis, cuius sapientiæ & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis. Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis: purgans lacrymis omnem qualitatem vitij, defleat virtutem qua interim caruit. Dolendum est enim, & dolore purgandum, non solùm quia peccauit, sed etiam quòd se virtute priuauit. Nam licet speret se consecuturum veniam, dolere tamen potest, quia non promeruit vnde remunerari confidat, anxietur & doleat quòd modò effugiens de præteritis pœnam miser, non inde expecter gratiam: cuius omne tempus queniam breuissimum est, debuit decertauisse ad consequendũ præmium. Defleat etiam quoniam in vno offendens, factus est omnium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abũdauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret. Si enim propter Deum tanta adhuc castitas inest, vt nolit eam perdere: tamen saltem minori gaudio, minori affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ. Sicque & in aliis quæ etiam si non expellantur, tamen per conceptionem vnius vitij vel satis vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur: vnde omnis virtus cuicunque crimini est deflenda, & de omnibus indulgentia est petenda. Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam quòd exemplum extitit mali in operatione sui criminis, cui magis profuisset, si aliis fuisset causa conuersionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam, vel incorruptam non conseruatam, & commodum proximi quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam peccando bonis intulit, & de lætitia quam eis non adhibuit. Et non solùm cogitet quid & qualiter fecerit, sed quàm iniustè Deum, vt diximus, peccando offenderit. Timeat illam veritatis sententiam, Non potẽstis duobus dominis seruire. Timeat ergo, ne omnia bona quæ fecit, dum in vno peccato perseuerauerit, ex † contaminatione mali perdiderit: vt qui seruiuit diabolo per crimen, Dei quam obtulit amiserit seruiturem. Piũ est tamen credere, vt recepta Dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona: vt cùm destruxerit quod suum non inuenit, amet & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit.

De pœn. dist. 1. ca. confitendum.

4. sen. dist. 16 cap. in persecutione.

De pœn. dist. 5. cap. consideret.

Matth. 6. c. 24.

al. communicatione.

CAPVT XV. *Satisfactio.*

IN omnibus dolens, aut seculum derelinquat, aut saltem illa quæ sine admixtione mali nõ sunt administrata, vt mercatura & militia, & alia quæ vtẽtibus sunt nociua, vt administrationes secularium potestatum, nisi his vtatur ex obedientiæ licẽtia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro † reparanda animæ vita, quæcunque faceret pro vitãda corporis morte, & hoc cũ desiderio, quia vitam recuperat infinitam vt Deus. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur Deum, certus de venia, qui omnibus modis & sine tædio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat à multis licitis, qui per libertatẽ arbitrij commisit illicita. Semper offerat Deo mentem & cordis contritionem, & deinde quod potest de possessione. Tunc quod offert securus offeret. Respexit enim Dominus ad Abel & ad munera eius, sed prius respexit ad Abel quàm ad munera. Sumens enim mentem quam cognouit humilem ac puram, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain

4. sen. dist. 19 cap. in perfectione.

al. recipiendã.

Gen. 4. a. 4.

verò non respexit, nec ad eius munera. Mentē enim eius quā viderat, quoniā non cognouit humilem, eius munera non recepit. In iudicio enim cordis cōsiderāda est eleemosyna tribuentis. Nec iam considerandū est quantum, sed qua mēte, qua affectione dat quod potest. Vidua enim duobus quę habuit larga minutis, plus omnibus misit. Qui igitur vult peccata sua redimere temporalium oblatione, caueat vt offerat mentē prius. Cautus sit pœnitēs ne verecūdia ductus diuidat apud se cōfessionē, & diuersa diuersis sacerdotibus velit manifestare. Quidā enim vni celant, quæ alij manifestāda cōseruant: quod est se laudare, & ad hypocrisim tēdere, & semper venia carere, ad quā per frusta totam putant peruenire. Caueat prēterita quē vera delectat pœnitentia: nō prius ad Domini corpus accedat quàm cōfortetur bona conscietia. Sed in hac separatione tremēdū Dei iudiciū cogitet, vbi † magis terribilis sentētia peccātes separabit in ignem. Gemat quod nondū audet sumere quem multum desiderat cibum salutarem. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ, animā captiuam elaqueantes, & in libertate seruātes. Cohibeat se prēterea à ludis & à spectaculis seculi, qui perfectā vult cōsequi gratiā remissionis. Nā Dina si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta nō fuisset. Tanto igitur magis sibi caueat & cohibeat se anima quę sæpe vel semel corrupta est & rapta: timeat iā docta experimēto, quod ignorauit virgo: eligat quē imitetur, nō sequatur quē animus suus dānat: se enim iudicat qui fructus pœnitentiæ non habentē à se nō elōgat. Laudet eū & amet quos dignè fructificare nō ignorat: quærat fructus dignos, & si non dignos pœnitētiæ. Sunt enim digni fructus virtutum fructus, qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitētia enim gratiores expostulat fructus, vt sic pacetur ecclesia, vt pacata dolore & gemitibus mortuis impetret vitā. SENTIAT culpam suā esse, nec velit se excusare ne augeat crimen: vt Adam cui non sufficiebat peccasse, sed ampliauit crimē culpando vxorem, & culpā transferēs in authorem. Istud peccatum multoties incurritur, sed neglectum ignoratur. Non itaque peccantes dicamus, Non aliud potui: cùm me constitui furē, quia Deus fecit me pauperem. Nec mirū si deditus sum fornicationi, quia talis creatus sum naturæ & fragilitatis. Fragilitas eū non volūtas cogit me cōmittere criminalia. Errat qui fallitur. Natura enim talis est, vt quisque possit resistere malo, cui se subiicit ex arbitrio. Sunt autem qui defendunt culpā in Dei prouidentia, reputātes Dei ordinationi & necessitati, quod relictū est voluntati & arbitrij libertati. Sciuit enim Deus quid facturus esset qui peccat, sed non ordinauit peccatū, qui nullū relinquit impunitum. Ordinauit pœnā, amantibus culpam. Ignis enim opus est iustitiæ, nō misericordiæ, vt habeant vnde doleant, qui gaudere nō amant. Nō ordinauit peccare, qui peccatum voluit curare: sed permisit libertati, quod peccator donauit necessitati. Si eū non posset peccare, vnde deberet qui totus est iustitia eū remunerare? Ideo enim non sanctificat animalia muta, quia nulla possunt committere crimina. Angeli quoque qui perstiterūt si liberi nō fuissent, vnde coronarentur? Potuerunt eū peccare, quorū similes ceciderūt. Licet eū misericorditer cūcta creauerit, iustitiā tamē in misericordia qui iustus est custodire oportuit. Sed dicit qui nō sentit culpā suā: Nihil boni possum habere, nisi inspirāte gratia, nihil eū sine gratia possum facere. Si ipse itaque me non cōseruat, ego qui ex me nihil possū, quā habeo culpā? Si ego sine eo possem vitare crimen, me sentirē culpabilem. Adhuc omnia quæcunque voluit Dns fecit in cælo & in terra. Quid itaque culpę in me est, si nō vult saluare? Multū, inquā. Licet enim nihil cōsequi possis sine misericordia illa quā repellis: potes tamen liberè tenere gratiam quā retinēdo potes, si tamen placeat, euitare culpā. Deus enim qui semel incepit benefacere, nisi quod omnino nostrū est, derelinquamus eius beneficiū, qui pius est inspirādo, cogitur ex necessitate iustæ misericordiæ, neminē prius posse relinquere. Nō enim sui relinquere est, nisi relinquentē. Idcirco enim culpa nostra, est, quia fugamus gratiam quam possemus habere perpetuam: semper inuita recedit, & nunquam aliquem spontanea deserit. Cui tamen sententiæ non contradicit, sed omnia quæcunque voluit fecit. Creauit enim quicquid voluit, nec plus creauit quàm voluit. Vult tamen in vnoquoque bonum, & in nullo malum. Sed sic vult, vt homo quem non vult peccare, non desinat esse homo. Non tamen vult ita hominem nō peccare, vt eum velit bouem statuere. Non enim haberet quem remunerarer, nec cui fulgorem suæ claritatis infunderet, nec quem cohæredem statueret, nec in quo imaginem & similitudinem suam inueniret. Nec illius, qui totus iustitia est, fuit aliquem sic † creare vt non posset peccare, nisi hoc præmereretur in humana libertate. Vult itaq; fieri bonos saluo vtriusque iure esse, vt ipse remaneat Deus, & iste homo. Si enim † formaret hominem sine libertate, contra iustitiam faceret quæ Deus est. Si auferret libertatem, humana dignitas non remaneret. Voluit itaque non peccare hominem, sed & humanam naturam non amittere. Sic itaque pius est, qui nostram vult salutem: & non est impotens, qui hoc vult saluo vtriusque iure. Iustus enim est rex, & ius cuiusque tueri oportet: præsto semper est gratia, quæ nunquam deficit nisi prius expulsa. Continuè & necessariò, quod sunm est inspirat, si est qui recipiat. Et expulsa reuertitur per pœnitentiam. Et vt non pereat creatura quam pietate sua liberam creauit, & ex libertate ditatam, in auxilium gratiæ retinendæ, quæ semper præcedit omnem creaturam, fecit vt liberè seruiret. Ad hanc protegendam, ad hanc non expellēdam addidit angelos & omnes spiritus beatos, addidítque omnes in æterna vita collocatos, addidit & in carne viuos, & totam sanctam ecclesiam, omnibus & in omni suo bono succurrentem: &, quod maximum est, filiū suum misit in auxilium, quem tanta pro nobis pati decreuit, & interpellatorem constituit continuum, quem direxit vt inspirationem suæ pietatis, præter quam nihil creauit, neminem saluauit: non expellamus, non fugiamus, non fastidiamus, sed omnibus adiuuantibus firmiter & cum gratiarum actione teneamus. Sic culpa nostra est, non creaturarum nobis in auxilium tributarum, non authoris nihil iniustè, sed piè volentis, & in omni voluntate sua omnipotentis. Qui itaque in confessione ista animaduertit, aut saltem contra istam culpam suam non defenderit, per pœnitentiam consequetur veniam. Hæc est vera pœnitentia, quæ sic est fructifera, quam nobis concedat qui totus est vera misericordia.

Luce 21.a.2.

al. magis & terribilius impœnitētes.

Gen. 34.a.1

CAPVT. XVI. *Accusēt, non excusēt se cōfitens.*

NVLLVS ergo expectet quando iam non possit peccare. Arbitrij enim quęrat libertatem, vt dolere possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quàm ipse relinquat, ea non liberè, sed quasi ex necessitate condemnat. Licet enim latro veniam meruisset in fine de omni suo crimine, non tamē dedit baptizatis peccandi & perseuerandi authoritatē. Tūc enim baptizatus est, qui tunc primùm in cruce Christū confessus est. Pœnitentia enim si in extremo hiatu vitæ aduenerit, sanat & liberat in ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiunt qui in fine baptizantur. Sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ, sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autē qui cùm potuerunt, nunquam conuerti voluerunt, cōfitentes cùm iam peccare nequeunt non sic facilè acquirunt quod volunt. Oportet enim peccatorē vt in pœnitentia fructificet, vt mortuo vitam impetret. Scriptum est enim, sine charitate neminem saluum esse. Nō itaq; in solo timore viuit homo. Quem ergo serò pœnitet, oportet nō solùm timere Deū iudicem, sed & iustū diligere. Non timeatur pro pœna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta varietate. Quod quoniam vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare: credo quidem illi qui dixit, Quacunque hora peccator ingemuerit & conuersus fuerit, vita viuet. Dixit conuersum, non tantùm versum, vita viuere. Versum quidē puto qui dolet de crimine, conuersum, qui dolet de animi eius quā exposuimus, varietate. Vertitur à peccato qui iā vult dimittere peccatū. Conuertitur qui iam totus & omnino vertitur, qui iā nō tantùm pœnas non timet, sed ad bonū Deū cōtendere festinat. Quæ cōuersio si cōtigerit alicui etiā in fine, desperandū non est de eius remissione. Sed quoniā vix vel rarò est tā iusta cōuersio, timēdū est de pœnitēte serò. Quē enim morbus vrget, pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem, maximè cùm filij quos illicitè dilexerit sint præsentes, vxor & mūdus ad se vocent. Multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potēs est, semper etiā potest in morte iuuare quibus placet. Cùm itaq; opus sit non hominis, sed Dei fructifera pœnitētia, inspirare cā potest quandocunque vult sua misericordia, & remūnerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia, Sed quoniā multa sunt quæ impediunt, & languentē retrahunt, periculosissimum est & interitui vicinum, ad mortē protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur qui veram tunc quærat pœnitentiam, expectet Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem suā nequitia.

al. firmat.

al. firmauit.

CAPVT XVII. *Dilatio confessionis. De pœn. di. 7 cap. nullos. Luce 23. f. 43.*

1. Cor. 13. a. 1.

Ezech. 33. c. 11

SED si

CAPVT XVIII. *Ignis purgatorij.*

SED si etiam sic conuersus euadat, vita viuat, & nō moriatur: non tamen promittimus quòd euadat omnem pœnam. Nā prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum cōuersionis. Hic autem ignis & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis: excellit enim omnem pœnam quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tāta sustinuerint supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talem pœnam tolerare. Quædam enim peccata sunt, quæ sunt mortalia, & in pœnitentia fiunt venialia, non tamen statim sanata. Sæpe enim quidam ægri morerentur, nisi medicarentur, nec statim sanantur. Languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitēs moritur vel finitur, si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserentis qui operatur finem peccantis: ob hoc etiam sine fine torquetur, quia nunquam ditatur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquetur sine fine. Omnia ista mala deuitat pœnitentia, quæ dolorē semper expetit in pœna. CONTINVE enim dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere enim est, pœnam tenere, vt semper puniat in se vlciscēdo, quod commisit peccando. Pœna enim propriè dicitur læsio, quæ punit & vindicat quod quisque cōmisisse dolet. Pœnitentia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Supradictis itaque modis requirat indulgentiam, qui dolet de culpa. Non erubescat confiteri peccata peccatori. Si enim sacerdos peccata non haberet, erubescere posset qui peccata sua ei manifestaret.

Cap. xix. Dolor de peccatis.

CAPVT XX. *Sacerdos qualis esse debeat.*

SACERDOS itaque cui omnis profertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus quæ in alio iudicare est promptus. Iudicās enim alium qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se quod alios videt sibi offerre. Caueat ergo vt à se abiecerit quicquid in alio damnosum reprehenderit. Animaduertat quod dicitur, Qui sine peccato est, primus in eam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem, quia nō erat qui iustè proiiceret lapidem. Quomodo lapidaret qui se lapidādum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo intelligitur omnes crimine fuisse reos. Nam venialia semper remittebantur per cærimonias. Si quod igitur peccatum in eis erat, criminale erat. Deteriores itaque in hoc sunt sacerdotes se prius non ædificantes, illis qui Dominum obseruabant insidiis. In hoc itaque patentissimum est crimen sacerdotum, & vltra modum detestabile, qui non prius se iudicant, & deinde alios alligant. Deberent enim in se timere crimen, quod sacerdotes Iudæorum timuerunt, & detestabile esse senserunt. Illi quidem adeò cæci erant, quòd summam sapientiam sperabant capere suis insidiis. Quod illis patuit, quod tunc quisque vitauit, vitet sacerdos qui in hoc errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritalis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligens igitur inquisitor & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astutè interroget à peccatore quod fortitan ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locū & tempus, & cætera quæ suprà diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis assit benuolus, paratus erigere, & secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate. Adiuuet confitentem orando, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo. Semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cùm opus fuerit etiam increpando: doceat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. Doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iustè perdat potestatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Licet enim Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse vt hoc omnibus concedatur quasi ex authoritate. Inuenitur enim authoritas quæ concedit, & quasi imperat. Inuenitur alia quæ minimè concedit, sed vetat. Quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si tempus & locus & modus pœnitentiæ pacem adhibeāt. Cùm enim tot sunt qui labuntur, vt pristinam dignitatem ex authore defendant, & quasi † aufum peccandi sibi faciant, rescindenda est spes ista. Si verò locus est vbi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus atque discretus, non cogitur sacerdotes suos semper abiicere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano pontifice. Ex supradictis itaque patet, quòd pœnitentia omnibus vtilis est, nec spem auferens, nec temeritatem concedens, sed dignè & verè suscepta, promittit non solùm indulgentiam, sed certa præmia. Hæc scripsimus tibi studiosa veritatis, & amatrix certitudinis, de vera pœnitentia, veram à falsa separentes. Quam nobis det experimento cognoscere, & eius vsque ad finem dulcedinem sentire, qui tibi illustratione sui luminis prærogatiuam contulit bonitatis, & in ipso stabilitatem in odorem suauitatis. Amen.

al. vsum.

Aug. append. tom. 4.

FINIS.

LIBER SIVE EXHORTATIO DE SALVTARIBVS DOCVMENTIS, AD QVENDAM COMITEM.

CENSVRA.

Qui scribit hunc libellum, fabindicat se fuisse clericū, qui cessavit ad vitæ correctionem: latcum autem fuisse, cui scribit. Apparet hominem pium, sed absque literis: nam sermo nec purus est, nec cohæret alicubi. Capit. VII. dicit, Charitas quæ deseri potest, nunquam fuit vera.

CAPVT I. *Vera iustitia.*

MI frater, si cupias scire, quamuis ego nesciam, quæ perfectissima atque plenissima sit iustitia. Iustitia namque est, Deum ex toto corde amare, illique adhærere tota voluntate, qui est summum bonum. Summum verò amare bonum, summa est beatitudo. Qui Deum amat, bonus est. Si bonus, ergo & beatus. Quem quanto quis ardétiùs amat, tãto melior efficietur: quatenus hoc beatissimo bono abundare te faciat, charissime frater, ipse qui est hoc bonum, quotidianis precibus integro cordis desiderio eũ, etsi indignus, deprecari studeam.

CAPVT. II. *Conditus homo.*

TV verò frater charissime intellige, quia consilio sanctæ trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatus es. Ex primóque conditionis honore intellige quantum debeas conditori tuo, dum tãtum mox in conditione dignitatis priuilegium præstitit tibi conditor æternus, vt tanto cum ardentiùs amares, quanto mirabiliorem te ab eo esse conditum intelligeres.

CAP. III. *Imago Dei quatuodo in homine.*

NEC hoc solùm quòd cõsilio sanctæ trinitatis sic excellenter à conditore conditus es, sed etiam quòd ad imaginem & similitudinẽ suam ipse creator omniũ te creauit: quod nulli alij ex creaturis nisi soli homini concessit. Et hæc est imago vnitatis & trinitatis omnipotentis Dei, quam anima tua habet in se. Primum, quia secundum Dei donum viuis ac sapis. Secundum, quia ad imaginem tui conditoris creatus es. Tertium, licet vnus appelleris homo, tamen tres habes à patre & filio & Spiritu sancto concessas dignitates, id est, intellectum, voluntatem, & memoriam. Quod idem licet aliis verbis designatur in Euangelio, cùm dicitur, Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. In his enim tribus imaginẽ conditoris nostri mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animę dignitatibus iubemur diligere conditorem, vt quantum à nobis intelligitur diligatur, semperque in memoria qua recipitur, habeatur. Nec solùm sufficit nobis, Deum intelligere, nisi fiat in amore eius voluntas nostra: imò nec hoc sufficit, nisi cum memoria & voluntate opus addatur.

Matth. 22. d. 37.

CAPVT IIII. *Conuersio ad Deum.*

TVO verò capiti frater charissime, absit gratia spiritalis scientiæ, quę mentem tuam illuminet, & ad vitam æternam sicut desidero & opto, perducat. Toto etenim cordis mei affectu opto, Deumque deprecor vt semper ad anteriora te extendas, donec peruenias ad sublimem perpetuæ beatitudinis coronam: & animi tui nobilitatem quam in te optimè scio, nullis amicorum consiliis, nulla secularium ambitione desideriorum, ab amore Christi immutari permittas. Noli tuam bonitatem aliorum malignitate obscurare, sed vbique quantum vales, amabilis coram Deo & omni populo appareas. Noli putare quòd is qui hominibus aliquando displicet, Deo per omnia displiceat. Nõ deerit tibi gratia adiuuantis Dei, si tibi aderit voluntas admonitionis sanctæ, quam sæpius in scripturis diuinis mens bonitatis tuæ attendit.

CAP. V. *Eleemosyna.*

Lucæ 21. a. 2.

Esa. 58. b. 7.

ESTO, quæso te, quamuis laicus: ad omne opus Dei promptus, pius ad pauperes, mediocris ad delinquentes, ad Dei infirmos misericors, consolator mærentium, compatiens miseriis omnium, largus in eleemosynis, memorans cuãgelicæ viduę ofterentis duo minuta. Et audi Prophetam dicentem, Frange esurienti panem tuum. Et cautè præuidens discretionem eleemosynæ, ita vt vtrisque danti scilicet & accipienti sit solatium.

CAP. VI. *Qui consulẽdi.*

Psal. 52. a. 6.

Gal. 1. b. 10.

ITAQVE non solùm de salute tua, verumetiam de multorum profectu & prosperitate meditare. Elige tibi consiliarios bonos, Deum timentes, & veritatem amantes. Sæpe etenim adulatores blanda facie decipiunt animas audientium se, & perpetuæ mortis laqueis interimunt. De talibus enim dicit Psalmista: Quoniã Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos. Et Apostolus dicit: Si hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Vnusquisque ad ædificationem, non ad destructionem placeat proximo suo, quia non omnis amicus consiliarius esse poterit, dicente scriptura: Amici tibi sint multi, consiliarius autem vnus.

CAP. VII. *Charitas in absentes.*

Ioan. 15. b. 14.

LICET enim me mutationis locus longè tulisset à vobis corpore, sed nullatenus charitate: quia charitas quæ deseri potest, nunquam fuit vera. Ideo intima amicitiarum charitate quantum possumus Domino Christo coniungamur, quia ipse ait: Vos amici mei ẽstis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Et iterum ad discipulos suos: Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos.

CAP. VIII. *Obseruatio præceptorum.*

Matth. vii. d. 30.

Esa. 66. a. 2.

ET si præmia æternæ vitæ volumus promereri, illius præcepta totis viribus satagamus custodire. Præcepta namque eius nolentibus grauia sunt, volentibus leuia, sicut ipse ait: Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et iterum: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Seculi enim amicitia, aut lucro, aut beneficiis, aut diuersis honoribus cõstat: Saluatoris autem amicitia in se & proximo diligẽdo consistit. Igitur quotiescunque bonis actibus mãdata Christi facimus, toties Christi amici vocamur. Ille semper inuitat nos ad amicitiam suam, & diabolus inuidens quærit nos mergere in infernum. Saluator nos amat, & proditor nos odit: ideo non præternittamus redemptorem, ne sequamur prædonem. Charior nobis sit qui libertatem restituit, quàm qui nos captiuauit, & seruituti subdidit. Semper ante oculos cordis pone, quod nec amicorum turba, nec familiæ multitudo, non auri argentique congestio, non gemmarum lapilli fulgentes, non vindemiarum vbertas, non densitas segetum, non iucunditas extensa pratorum possunt animæ exeuntẽ de corpore vllum afferre præsidium, sed potius lugent qui ea diligunt. Ideo diligendus est verus amicus noster Dominus Iesus Christus, qui præsentem felicitatem nobis & æternæ vitæ tribuet beatitudinem. Nam redemptor noster ideo dicitur, quia nos redemit à diaboli captiuitate: & Saluator nos saluando à peccatis nostris: adiutor, adiuuando nos in opportunitatibus, in tribulatione: protector noster, protegendo nos vt inter inimicos nostros maneamus illæsi: susceptor, suscipiendo nos in æterna tabernacula. Ideo charitatem & præcepta & amorem tanti amici nostri totis viribus adimpleamus, & nobilitatem imaginis illius in nobis seruemus, & rememoremur semper, quàm inclytus & valde gloriosus imperator & amicus noster est. Ille à nobis non aliud quærit munus nisi spiritale. Caueamus quantum possumus, ne aliquid in nobis inueniat, quod oculos eius offendat. Et si forsitan, vt solet humanæ fragilitatis conditio, aliquam negligentiæ maculam malignus spiritus in nobis infigit, citius per confessionem & pœnitentiam fontemque lachrymarum abluere eam omni studio festinemus, ne diu sine amici nostri amplexu maneamus, quia paratior est nos recipere, quàm perdere tantum, si non tardemus de die in diem reuerti ad illum. Hæc enim duo mala omnipotens Deus odit in omnibus hominibus, id est, negligentiam reuertendi, & desperationem salutis. Tantum hæc absint à cogitationibus procul nostris: & ille tunc animis propè erit nostris. Ne quæso de terrena felicitate gloriantes confidamus, sed gratias agamus ei, qui dum homines voluit esse rationales, non superbia, sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ, rogo, maior esse nobis poterit gloria, vel sublimior honor, quàm eius imperatoris esse amicos, qui super omnes imperatores est? Et quanto ille sublimior est in omnipotentia & virtute, tanto nos maioris debemus esse diligentiæ in sanctitate & iustitia & humilitate & obseruantia mandatorum illius.

CAP. IX. *Iustitia.*

Psal. 33. c. 15. & 36. c. 27.

SANCTITAS verò in iustitiæ operibus constat. Iustitia verò duobus adimpletur, vt quæ prohibita sunt ab eo, non faciamus: vt quæ iussa sunt ab eo faciamus: iuxta Prophetam, Diuerte à malo, & fac bonum. Omnis enim librorum sanctorum series ad nostram salutem scripta est: & hoc maximè nostris auribus intonat, & iterum atque iterum replicat, quid sit homini cauendum, vel quid sequendum. In quibus libris tua dignitas optimè exerceri solet, quia per illos nobis loquitur Deus ipse & Dominus noster, & piæ nobis voluntatis demonstrat affectum. Recognoscamus & recogitemus, quali honore nobis illius sit legatio accipienda. Quid si legatio à rege aut à iudicibus ad nos veniret, numquid non mox aliis curis postpositis prompta voluntate & cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere satageremus? Et ecce de cælo rex regum & Dominus dominantium, imò & redẽptor noster per Prophetas & Apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas: non vt aliquod seruitium sibi necessarium demandet, sed quæ ad salutem & gloriam nobis prodesse possint innotescat.

CAP. X. *Deus possessio nostra.*

PROINDE si aliquid in hoc seculo possidere delectamur, Deum qui possidet omnia, qui creauit omnia, expedit vt mente possideamus, & in eo habeamus quæcumque feliciter & sanctè desideramus. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo: simus nosipsi facti Dei possessio, & efficietur nobis possessio Deus. Et quid potest esse in mundo felicius, quàm cui efficitur suus imperator & redemptor census, & hæreditas dignatur esse ipsa diuinitas? Omnes enim ex illo fructus percipimus, si in illo & de illo semper viuimus. Quid rogo homini sufficit, cui ipse conditor non sufficit?

vltrà

CAPVT XI. *Gaudium mundi.*

vltrà quærit, cui omne gaudium & omnia suus redemptor esse debet? Heu quàm subtiliter nos ille antiquus hostis decipiendo fallit, eamque cæcitatem ante oculos mentis nostræ obducit, ne discernere valeamus gaudium huius seculi, & gaudia regis æterni. Nam gaudere siquidem bonum est, sed qui gaudet, si non inde gaudet vnde debet, non potest bonum esse quod gaudet. Gaudet miles terrenus acquisisse honores huius seculi perituros, vestes pulchras & speciosas armillas brachio circumdatas, coronam capiti impositam: & tale gaudium non est æternum, sed periturum. Gaudet & raptor, cùm desiderata rapuerit. Gaudet ebriosus, cùm occasionem potationis inuenerit. Gaudet adulter, cùm ad delectationem corporis fruendi meretricis pernenerit. Gaudet periurus, si huius seculi facultates iurando acquisierit. Gaudet iracundus, si iram suam perfecerit. Et multa alia quæ mens bonitatis tuæ frater charissime comprehendere poterit. Et cùm sit gaudere bonum, de his atque huiusmodi tamen gaudere grande malum est, & perducens vsque ad mortem peccati. Nec vllum quòdlibet seclus coram Deo tam abominabile fit, quàm præterita peccata vnicuique nostrũ reminiscendo gaudere, & inde exultare, atque in eis semper iacere. Hæc sunt quæ superiùs diximus, vnde nos vult gaudere mũdus, vt pereamus cum amatoribus huius mũdi. Hęc enim gaudia velut venena diaboli repudiare debemus, quia non solùm corpora, sed & animam nostram perpetualiter necare festinant.

CAPVT XII. *Gaudium spiritale.*

1. Cor. 10. a. 4.

Eph. 6. c. 16.

Eph. 4. g. 30.

QVAESO frater mi, quæso has diaboli sagittas ad petram quæ Christus est allidens, fume fidei scutum, in quo possis omnia tela diaboli ignea extinguere, & gaudeas de bonis, de conscientia pura, de confessione vera. & pœnitentia digna, de lucta & vera tristitia, quæ non secundum mortem, sed secundum Deum salutem operatur æternam. Eam verò quæ secundum hoc seculum est tristitiam, firmiter Apostolus prohibet dicens: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Sed omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia: & estote inuicem benigni, misericordes, donãtes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Et quantum possumus solleriti studio mores nostros corrigamus, & virtutes omnium bonorum acquirere festinemus: quatenus pietatem Dei & misericordiam in tempore opportuno consequi valeamus, & de promissione saturi illius regni inestimabiliter gaudeamus. Hæc sunt arma quæ nos contra impetum diaboli armant, & Deo commendant. Hæc sunt arma quæ animos nostros confortant, muniunt atque nobilitant. Hæc arma semper nobiscum sunt, & intra nos, Deo donante. Hæc sunt veræ diuitiæ nostræ. Nam pudicitia pudicos facit nos, & iustitia iustos, & pietas pios, & humilitas humiles, & mansuetudo mansuetos, & innocentia innocentes, & simplicitas simplices, & puritas puros, & prudentia prudentes, & temperantia temperantes, & charitas Deo & hominibus nos facit charos. Hæc omnia bona & à Deo & à bono Deo creata sunt.

CAP. XIII. *Mundi contemptus.*

1. Ioan. 2. a. 6

ET ideo si in illo esse volumus, quod esse debemus, sicut sanctus apostolus Ioannes dicit: Quomodo ille ambulauit, ita & nos spiritaliter ambulemus. Quid est ambulare sicut Christus ambulauit, nisi contemnere vanitatem & felicitatem huius seculi, & non timere aduersa pro nomine illius pati? Speremus quæ promisit, & sequamur quò ipse præcessit. Non nos vllo modo ab amore Christi separet huius seculi miserabilis dulcedo, neque excusatio vxoris, aut filiorum gratia, sed nec multa auri argentique congestio & possessionum delectatio, dum terribiliter cõtestatur nobis sanctus Ioannes apostolus, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia omne quod in mundo est, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ & ambitio seculi. Hæc sunt quæ à paradiso deliciarum in hoc miserabile exilium Adam & Euam proiecerunt. Quia nisi dilectio Dei ab eis defecisset, nunquam diligere cœpissent malè suadentis serpentis consilium, imò nec credidissent. Et concupiscẽtia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito gustauerunt. Et concupiscentia oculorum, quod sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio seculi, quòd se fieri posse quod Deus est, crediderunt. Et ideo volens nos omnes Apostolus ab his tribus generibus mortis cauere, dixit: Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscẽtia oculorum, & ambitio seculi.

1. Ioan. 2. c. 16.

CAPVT XIIII. *Transgressio primorum patentum.*

ET vt faciliùs, frater mi, bonitas tua intelligat, si placet qualiter illi primi homines, Adam scilicet & Eua, commiserunt tam grande peccatum, pandam, quatenus gratia Domini nostri Iesu Christi te ab hoc semper cauere concedat, quia in illis duobus originaliter totum damnatum est genus humanum. Illi enim non ederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent, nec concupiscerẽt nisi tẽtati, nec tentarentur nisi deserti, nec desererentur à Deo, nisi prius deseruissent Deum, nec illi Deum desererent, nisi prius superbirent, & similitudinem Dei ad quam facti erant, damnabiliter neglexissent. Pro quo morbida eorum corpora contraxerunt mortem, & iuxta sententiam Domini eo die creduntur mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi.

CAPVT XV. *Imitandus Christus, non Adam,*

Hæc paulo antè diximus de primis hominibus, vt lapsum & damnationis eorum euadere possimus exemplum siue supplicium: quia quamuis ex Adam simus carnaliter nati, non ipsum tamen debemus sequi, sed Iesum Christum Dominum nostrum, in quo renati sumus per baptismum, & viuimus. Quid est sequi Adam, nisi carnalibus concupiscentiis & desideriis morte nos perpetua occidi? Et quid est sequi Christum, nisi carnales concupiscentias ac desideria in nobis mortificare, & cum Iesu qui pretio sui sanguinis nos redemit, feliciter regnare? Et sicut quãdo in Adam fuimus, omnes in illo cecidimus, ita iam in Christo cœpimus esse, vt spiritaliter omnes cum illo resurgamus: & vt totum dicam, Adam nobis abstulit paradisum, & Christus donauit regnum cælorum, & corpus suũ pro nobis peccatoribus tradidit. Christus enim mortuus est pro peccato, nõ suo, sed nostro, vnusquisq; autem nostrum non pro omnium moritur peccato, sed suo.

CAP. XVI. *Quid sit mori mundo.*

QVID est peccato mori, nisi opera maligna in nobis damnare, & hoc miserabile seculum fugere? Vt sicut homo mortuus in sepulchro, nulli detrahit, nemini violentus existit, neminem calumniatur, neminem opprimit: non inuidet bonis, nõ insultat malis: non luxuriæ carnis seruit, non bibendo magis ac magis in se sitim accẽdit: nõ odiorum flãma inardescit, non potẽtibus ac diuitibus huius seculi, vt multi nostris temporibus faciunt, adulatur: non inquieta curiositate raptatur, nõ turbæ maximæ sibi astantis curam gerit: non auro argentoq; siue pallio circumdatus distenditur, nõ salutationibus potentum nec parẽtum delectatur: non se iniuriis fatigat: non cum superbia inflat, non ambitio huius seculi necat, nõ vana gloria turpiter iactat: non aurum siue armillæ atque omnes huius seculi falsę diuitiæ inflammant, non rabies insani furoris exagitat: non equorum crassitudo & amor inuitat, nõ pulcherrima species feminarum auidum reddit: non histrionũ miserabilium verba in risum excitant, non contentiones huius seculi perturbant, non audacia extollit, non gaudia huius seculi delectãt, non iracundum animositas, non suspiciosum peruersitas, non verbosum vanitas, nõ riforem malignitas, nõ mobilem instabilemque huius seculi versatilis amor facit. Hæc & alia huiusmodi numerãdo protelaui, vt intelligat dulcissima fraternitas tua, quatenus homo carne mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati. Et vt his talibus non torqueamur, sed studeamus quantum possumus, cũ Dei adiutorio corpora nostra cũ vitiis & cõcupiscentiis mortificare, & induamus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & veritate sanctitatis. Nec humanis laudib⁹ delectemur, nec detractoribus libenter aurem prębeamus, nec adulatoribus nostris credamus, nec discordes simus cum fabiẽtis & fratribus, sed magis eos quos valemus ad cõcordiam prouocemus, quia secundum Euangelium, Beati pedes qui ad pacem currunt.

Gal. 5. d. 24. Eph. 4. f. 24.

Matth. 5. a. 9

CAP. XVII. *Secundũ carnem viuere.*

Rom. 8. c. 13.

NEC simus carnales, id est, in hoc seculo carnaliter viuẽtes, quia dicit Apostolus, Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Igitur ille secundum carnem viuit, qui secundum seipsum viuit: quia ipse homo est & viuit, & secundum seipsum viuit, id est, pergit quò vult: dormit quando vult, & quãdu vult: loquitur quæ vult, & cui vult, & vbi vult: manducat & bibit quando vult, & quãtum vult: ridet & iocundatur turpiter inter quos vult, & quãdo vult. Postremò quicquid naribus suaue est, quærit: quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iucũdum, exercet & sequitur, qualiter vult, & quando vult, quia omnia lcita & illicita carnaliter vult. Delectatur in vestimentis pulcherrimis & equitibus & armis, sicut vult, & quando vult: & sic non secundum Deũ, sed carnaliter viuit & delectat: & omnia desideria carnis suæ perficit sicut vult, & quando vult.

CAPVT XVIII. *De vitiorum remediis.*

QVAPROPTER charissime in Christo frater, deprecanda est nobis diuina clementia, vt desideria carnalia delectatio spiritalis minuat, & pietas in nobis crudelitatis iram restringat, & malignitatẽ patiẽtia coërceat, & libidinem pudicitia vincat, & animositatẽ tranquillitas roleret, seurrilitatem & verbositatẽ taciturnitas moderata compescat, curiositatem studium spiritale in vigiliis & orationibus & eleemosynis succidat, ebrietatem sobrietas domet, iræ & furori mãsuetudo dominetur, leuitatem maturitas regat, luxuriã vera castitas excludat, mundi cupiditatem Dei & proximi charitas refrenet, iactãtiam & superbiam cõculcet profunda humilitas: quia humilitas homines sanctis angelis similes facit, & superbia dãmones ex angelis fecit.

CAP. XIX. *Humilitatis laus.*

ET vt euidenter ostendamus, ipsa est omnium peccatorum initium, & finis, & causa: quia non solùm peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum esse potuit, aut potest, aut poterit sine superbia. Si quidem nihil aliud omne peccatum est, nisi Dei contẽptus quo eius præcepta cõtemnimus: & hoc nulla res aliã persuadet homini, nisi superbia. Porrò superbia & cupiditas intantum est vnum malum, vt nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia posit cupidus inueniri. De superbia namque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidiæ, iræ, rixæ, dissensiones, contentiones, animositates, ambitiones, elationes, præsumptiones, iactantiæ, verbositas, vanitas, inquietudo, mendacium, periurium, & cætera huiusmodi, quæ dinumerare per singula longũ est. Cupiditas quoque facit homines gulosos, intemperantes, ebriosos, auidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestos, flagitiosos, & alia innumerabilia, per quæ diabolus genus humanum præcipitare solet. Per superbiam nãque & cupiditatem diabolus dicit, In cælum ascendam. Christus cum humilitate dicit: Humiliata est in terra anima mea. Diabolus per superbiam & cupiditatẽ dicit: Ero similis Altissimo. Christus per humilitatẽ cùm esset in forma Dei, exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs, humiliauit se, patri factus obediens vsque ad mortem. Diabolus per superbiam & cupiditatẽ dicit, Supra astra Dei exaltabo solium meum. Christus cum humilitate dicit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Diabolus cupidus & superbus per Pharaonẽ loquitur, dicens: Nescio

Esa. 14. c. 13. Psal. 43. d. 25.

Esa. 14. d. Phil. 2. a. 8. 1

Matth. 11. d. 29.

Exod. 5. a. 2.

Dominum, & Israel non dimittam. Christus cum humilitate dicit, Si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax: sed noui eum, & mãdata eius seruo. Diabolus superbus & cupidus dicit, Mea sunt flumina, & ego feci ea. Christus cũ humilitate dicit, Non possum à meipso facere quicquam, sed pater meus in me manens, ipse facit opera. Diabolus superbus & cupidus dicit, Mea sunt omnia regna mũdi, & gloria eorũ, & cui volo do ea. Christus cùm diues esset, pro nobis factꝰ est pauper, vt eius inopia nos diuites redderemur. Diabolus superbus & cupidus dicit, Sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pẽnam, & aperiret os atque ganniret: Christus cum humilitate dicit, Similis factus sum pelicano solitario, vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit, Exiccaui vestigio pedum meorũ omnes riuos aggerum. Christus cum humilitate dicit: Numquid non possum rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plusquã duodecim legiones angelorum? Et vt ad vltimum concludam: Diabolus cum ruina magna per superbiam & cupiditatem ad infernũ præcipitatur, Christus cum humilitate ad cælos subleuatur. Ideo frater charissime, paucos tibi diabolicæ fraudis laqueos & sanctæ humilitatis gradus descripsi, vt facilius tibi subiectos valeas docere, quomodo & qualiter hos euadant, atque per humilitatem regna cælorum possideant. Et nos si volumus perficere nostri certaminis cursum, & ad æternam peruenire beatitudinem, caueamus in primis cupiditatem malam, & superbiam diabolicam. Et cum omni humilitate Christi conemur sequi vestigia: & si quis militans imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, quãto magis militaturus imperatori cælesti debet custodire præcepta cælestia?

Ioan. 8. g. 55. *Ezech. 29. b. 9.* *Ioan. 14. b. 10.* *Matth. 4. b. 8.* *2. Cor. 8. b. 9* *Esa. 10. d. 14* *Psal. 101. b. 8.* *Esa. 37. e. 25.* *Matth. 26. e. 53.*

CAPVT. XX. *Militia spiritualis.*

FRATER mi, frater charissime mi, animam tuam ad vigilandum excita, & nullus eam prægrauet somnus. Miles terrenus ad quemcumque locum mittitur, paratus ac promptus est, neque se vxoris aut filiorum gratia excusare poterit: multo magis miles Christi sine impedimento huius seculi imperatori suo Domino Iesu Christo debet obedire, qui ipsum pretioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus contra hostem visibilem pergis ad pugnam, cum illo verò hostis inuisibilis quotidie dimicare non cessat. Tu contra corporis tui inimicos pugnare decertas, armis vtens carnalibus, illius verò aduersus diabolum est colluctatio cũ armis spiritalibus. Tu in prœlio galeã ferreã gestas in capite: sed illius galea Christus est. Tu ne vulnereris, lorica indutꝰ es: sed ille pro lorica Christi charitate est vestitus. Tu cõtra inimicum tuũ lanceas & sagittas emittis, ille contra inimicum suũ humilitatẽ & salubria verba dirigere studet. Tu donec pugnã perficias, arma à te ipso nõ proiicis, ne ab aduersario vulnereris, ille nũquam debet esse inermis: quia illius hostis tuo est callidior. Tuus hostis ad tẽpus dimicat: illius verò hostis quãdiu in corpore cõsistit cum illo pugnare nõ cessat. Tua arma laboriosa & grauia sunt ad portandũ, illius verò arma suauia ac leuia sunt. Tu pro terreno labore terrenũ accipis donatiũ: ille verò pro labore spiritali cæleste accipit præmium. Tu ornamento armillarum brachia decoras, ille virtutum ornamento animæ tuæ à Christo decorẽ accipit. Semper enim cæleste donum à Christo expectat, qui terrenã huius seculi pompam proiicit. Væ nobis, si iugum Christi suaue à nobis repellimus, & quicquid graue ac onerosum est animæ nostræ, supponamus nos ad portandum, & dum diligimus periculum, incidimus in mortem.

C.

CAP. XXI. *Amor erga Deum.*

IDEO frater charissime, consideremus quis sit qui nos pretioso sanguine redemit, & quid ei debeamus qui nos cum tanta penuria redemit. Si terrenos parentes cum tanto affectu diligimus, qui partio tempore pro nobis sustinuerunt labores: nónne magis cælestis pater noster amandus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quicquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, eius est beneficium: qui & antequam nasceremur, in hoc seculo sua prouidentia parentes nobis præparauit, quorum obsequio nutriremur: & vbera matris lacte impleuit vnde nutriremur. Ergo magis omnibus diligamus redemptorem nostrum, qui & nos & parentes nostros propriis manibus finxit, & cuncta bona quæ erga nos geruntur quotidie, eius misericordiæ, non nostris viribus ascribamus. Iubet enim scriptura parentes nostros vt propria viscera diligere, si tamẽ accedere nos ad seruitium Christi non prohibeant: si autem prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligendus est super parentes nostros, quia non nobis tribuunt parentes ea quæ Christus. Ipse enim dixit in Euangelio, Qui amat patrem aut matrem aut filios aut agros plusquam me, non est me dignus. Quanto quis eum plus amat, tãto felicior & beatior efficietur. Intantum enim nos amauit, vt etiam pro nobis mori dignatus sit: & manus eius, quæ virtutes plurimas faciebant, clauis pro nostra redemptione affixæ sunt: & ori mellifluo, quo salutaris doctrina profluxit, fel pro cibo impij porrexerunt: & qui neminem læsit, cæsus est, & qui nullum maledixit, opprobria & maledicta pro nobis pertulit. Hæc omnia perpessus est, vt nobis vitam æternam donaret. Et cùm nobis tanta beneficia præstet, nihil quærit à nobis, nisi vt diligamus eum: & animas nostras & corpora impolluta ei seruemus, vt ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneamus. Non enim postulat à nobis aurum neque argentum, neque pallia, neque vestes pretiosas, neque armillas, neque agros, & cætera huiusmodi: sed nosipsos quærit & in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, vt vitam æternam habeamus.

Luca. 9. g. 59 *Matth. 10. d. 37.*

CAP. XXII. *Amor proximi.*

HABEAMVS ergo in nobis dilectionem Dei & proximi. Qui diligit proximum, legem impleuit: qui autem e contrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suum, in tranquilitate est cor eius: fratrem verò odiens, tempestate circundatus est. Vir mitis & benignus, etiam si patitur mala, pro nihilo ducit: iniquus autem, etiam paruum verbum audiens à proximo, contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillo animo & serenissimo vultu procedit: vir odio plenus ambulat iracundus. Tu autem frater charissime, ne moueas cuiquam scandalum in vita tua: rem quæ ad te non pertinet, aliis tractandam dimitte: & nisi rogatus vel interrogatus, enoda te indæ, & quod soli Deo est placitum iudica, & iniustas aliorum sententias, si aliter non potes, cuita, & misericordiæ locum da: & non quod tibi vtile, sed quod Deo placitum sit facias: & quod tibi non vis fieri, ne proximo tuo cupias euenire. Si eum videas in bonis actibus conuersantem, congratulare ei, & illius gaudium tuum ducito: & si aliquid aduersum patitur, illius tristitiam tuam deputa, & non solùm iustis, sed & peccatoribus condole. Ne simulato corde vnquam diligas proximum tuum, quia in his Deus ad iracundiam prouocatur. Qui enim amplectitur pacem, in mentis suæ hospitio mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere vult. Virum autem iracundum, inuidum, detractorem, mendacem, superbum, omnibus modis execratur Deus. Inuidus autẽ vir similis est nauí quæ iactatur fluctibus maris, in perturbatione semper est vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens ad nihilum redigitur, semper furore plenus, particeps dæmoniorum efficitur. Homo pacificus securam possidet mentem: totus est ab angelorũ agmine munitus & fructu iucunditatis repletus, gaudens & delectans in Domino. Omnia eius in pace versantur. Discordiam fugat, secreta mentis suæ illuminat. Consortium angelorum merebitur, & regnum æternæ beatitudinis perpetualiter obtinebit.

Tob. 4. c. 16.

CAPVT XXIII. *De virtutibus animæ.*

NE quæso frater mi, fabulosa arbitreris Dei præcepta, aut quasi à me edita, dum ex fonte Saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animam tuam vlla aduersitas vel prosperitas mundi, à præceptis & à mandatis Dei, & à charitate quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Nam virtus est animæ tuæ, Deum diligere, & odire illa quæ Deus non diligit: virtus est animæ tuæ patientiam sectari, & ab omni impatientia declinare: virtus est animæ tuæ, castitatem tam corporis quàm animæ custodire: virtus est animæ tuæ, vanam huius mundi gloriam contemnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dũ viuis in corpore, laborare: virtus est animæ tuæ, humilitati studere, & superbiam abominari: virtus est animæ tuæ, iram & furorem cohibere ac reprimere: virtus est animæ tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapientiam diuinam amplecti: virtus est animæ tuæ, omnem delectationem carnis subiicere, & mentem tuam ad Christum erigere. Has ergo virtutes facilè & perfacilè potuisses obtinere, si secularium curam & caducas ac terrenas res deuitare voluisses, & nihil amori Christi præposuisses.

C.

CAPVT XXIIII. *De stabilitate amoris Dei.*

O mi frater charissime, ex tota mente dilige Deum, vt in omnibus actibus tuis placeas illi. Qui enim coniugio copulatur, festinat placere vxori suæ: multo magis anima Christi sanguine redẽpta, debet placere Christo sponso suo. Deus enim non se vult verbis tantum diligi, sed corde puro & operibus iustis: quia nõ verborum, sed cordis est auditor & inspector. Nunquam, quæso te frater mi, carnalis amor amorem cælestem à te excludat: nunquam, quæso te, huius fluctuagi ac miserabilis seculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo, ne intret mors in animam tuam per fenestras oculorum tuorum.

CAP. XXV. *Caro fœnum.*

DIC mihi quæso frater mi, qualis profectus est in pulchritudine carnis. Nónne sicut fœnum ęstatis ardore percussum arescit, & paulatim decorem pristinum amittit? Et quando mors venerit, dic mihi quæso, quanta remanebit in corpore pulchritudo? Tunc recognosces, quia vanum est quod antea inaniter diligebas. Cùm videris totum corpus intumescere, & in fœtorem esse conuersum, nonne claudes nares tuas, ne sustineas fœtorem fœtidissimum? Vbi quæso erit tunc suauitas luxuriæ, & conuiuiorum opulentia: vbi blanda verba, quę corda audientium molliebant: vbi sermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant: vbi immoderatus risus & iocus turpis, vbi effrenata & inutilis lętitia? Istę est finis pulchritudinis carnis & oblectationis. Mundus enim peribit, & concupiscentia eius. O quàm felicissimum bonum est, & quàm valde felicissimum, splẽdidam pulchritudinem Christi amare, & radiantibus fulgoribus eius pectora nostra illustrare, & omnem obscuritatem à nobis expellere?

D

1. Ioan. 2. b. 17.

CAP. XXVI. *Detractio caueuda.*

NON accommodes aures tuas ad percipienda verba detrahentium, ne concipias mortem in anima tua. Detrahenti enim & audienti, vtrique esca mortis animę, est detractio & lingua. Et vt breuius concludam, detractor & libens auditor, diabolum portat in lingua. Illum autem qui conqueritur, audi, si non detrahit: quia non omnis querimonia est detractio. Euita quæso à tuis auribus laqueos detractionum, per quos plurimos audis captos. Postula tibi à Domino Deo cor prudens & peruigilem sensum, vt discernere valeas verba detrahentium: non ignores, frater, fraudes & insidias eorum, quia qui tibi vtilia nunciare videntur, viam tuã explorare ueniunt, vel vtrum culpatum diligas, an non: sed Deus pedem tuum custodiat, ne in rete eorum veniat. Frequenter enim qui

qui tecum concordare volunt, aliorum scandala fingunt.

C. XXVII. Peccatorum confessio.

ALIENA debent esse à nobis omnia vitia mala, dum hæreditas nostra Christus esse vult: ideo quia incerti sumus de talibus, prosternamus nos humiliter in conspectu pij patris nostri, & peccata nostra ciò producamus in medium, vt deleat ea ipse pater noster cælestis. Et cùm confessi fuerimus, non nos iustificemus orantes, ne sicut Pharisæus ille discedamus condemnati. Memoremur publicanum illum, & ita oremus, vt veniam delictorum consequi mereamur. Clamor cordis nostri pulset ad aures omnipotentis Dei, quia in pura mente placabitur in tempore orationis.

A

C. XXVIII. Oratio qualis

OMNEM malitiam cordis proiiciamus à nobis, & remittamus in nos peccantibus non duplici corde, sed vero. Est denique genus serpentis, quod cùm cœperit ire ad bibẽdum aquam, antequam veniat ad fontem, euomit omne venenum. Imitare tu hunc serpentem in hac parte, secundum Euangelicum Domini nostri Iesu Christi præceptum, vbi ait, Estote prudentes sicut serpentes: & omne venenum iræ & odij amarum euome, & remitte conseruis tuis, vt & tibi remittuntur à Domino peccata tua: sicut Euãgelium præcipit, Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Et qualem cupis erga te esse Deum, talis esto ipse conseruo tuo. Et ad omne opus quodcumque inchoaueris facere, primùm inuoca Deum, & gratias ei age, & cùm consummaueris illud, similiter fac. Inuoca Deum ex toto corde tuo, & inueniés eum: & cùm inueneris, ne dimittas eum, vt coniungatur mens tua in amore eius. Hoc mi frater, stude in vita tua, & orationem tuam puram offer Domino Christo, ne cogitationes huius seculi superfluæ conturbent cor tuum: neque in diuersa rapiatur mens tua. Memento enim te sub Dei state conspectibus qui occulta cordis perspicit: & secreta mentis tuæ nouit. Vigilanter ergo & assiduè assiste in conspectu Dei in tempore orationis: vt imminentem diaboli tentationem facilius possis effugere. Si enim cogitationes huius seculi malæ & sordidæ turbant cor tuum, & cogũt illicitum aliquid perpetrare, per orationes puras & vigilias sanctas depellantur ab anima tua. Oratio namque grandis munitio est animæ tuæ. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à Domino, & cuncta noxia effugantur. Et ne diutius de hac re disputem vel immorer, sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis & orationibus interior homo nutritur & pascitur. Pasce quæso animã tuam spiritalibus cibis, id est, spe, fide, & charitate, & reliquis virtutibus per quas intelligas Deum amari, & eius præcepta seruari: vt cùm extrema dies tibi euenerit, angeli pacis te suscipiant, & de potestate diaboli eripiant, & merearis consortio sanctorum in beata requie perfrui, & vitam æternam cum omnibus sanctis possidere. Nã certissimè scis, quia possessio regni cælorum promissa tibi est, sed vide ne ab ea extraneus efficiaris.

Mat. 10. c. 15. *Luce 6. c. 37.*

B

C. XXIX. Cura familiæ

QVAESO mi frater, quæso omnibus tibi subiectis & bonæ voluntatis in domo tua, à maiore vsque ad minimum, amorem & dulcedinem regni cælestis, amaritudinem & timorem gehennæ annuncies, & de eorum salute sollicitus ac peruigil existas: quia pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem Domino reddes. Annuncia, præcipe, impera, suade eis, vt caueant se à superbia, à detractione, ab ebrietate, à fornicatione, à luxuria, ab ira, à periurio, à cupiditate, quæ est radix omnium malorum.

C.

C. XXX. Cupiditas.

CVPIDVS enim vir animam suam venalem habet, si inuenerit tempus vt concupiscat alicuius aurum aut argentum, seu vestes pulchras, vel etiam cuiuslibet mulierem pulchram facie, pro nihilo homicidium perpetrat. Et vt quis effundit aquam in terram, ita ei est effundere sanguinẽ proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculum inciderunt propter cupiditatem, & multi Domino iubente ob hoc lapidati sunt. Saul enim alienus à Deo effectus est propter auaritiam: & ad extremum de culmine regali expulsus, ab inimicis suis peremptus est. Et de multis multa dicere potuissem, sed sapienti pauca sufficiunt. Dominus verò noster & Saluator voluit de cordibus Pharisæorum, pecuniarum amorem excludere: sed quia erant cupidissimi salutaria Domini verba deridebant. Nam & illum diuitem, quem Dominus ad regna cælorum prouocauit, amor pecuniarum eum intrare non permisit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarsit, vt Dominum cunctorum bonorum largitorem, in manus traderet impiorum. Auarus enim vir inferno est similis: infernus enim quantocumque deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sic etsi omnes thesauri confluxerint in auarum, nunquam satiabitur.

D

C. XXXI. Eleemosynæ de tuo.

IDEO frater mi, omnibus quæ in domo tua sunt, præcipe ab hoc vitio cauere. Melius est enim vt ex paupertate sua pusillum tribuat indigentibus, quàm multum ex acquisitione iniusta. Vnusquisque iuxta quod habet, porrigat. Tantum enim expetitur ab vnoquoque eorum, quantum ei Dominus dedit. Nec enim plus ab eo exigit, quàm quod ipse dedit. Eleemosyna cum cupiditate acquisita, abominabilis est coram Deo, & acceptum ei quod fideliter fuerit acquisitum, Sunt enim nonnulli qui diripientes aliena, facere se simulant eleemosynam: & cùm alios premant, aliis se misereri fingunt. Si autem ex proprio labore dederint, gratum & acceptum erit Deo.

C. XXXII. De laude humilitatis, & vitio superbiæ

ET roga eos, vt in omnibus operibus suis humiliter coram Deo agant quicquid eis agendum sit: quia non erit gratum Deo quicquid homo facit cum superbia. Quod autem humiliter fit, hoc est ei acceptum. In omnibus operibus suis sint humiles: quia humilitas, virtutum sublimitas est: nec ad regnum cælorum quilibet veniet, nisi per humilitatem. Multorum autem temporum labores, & orationes, & eleemosynæ, & ieiunia, & vigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud Deum computantur. Acceptus est Deo vir humilis, & in se Deum gestat. Iam paulatim superiùs disseruimus de superbiæ malo, sed propter tibi subiectos, necessarium hunc locum inueni, vt contra sagittas diaboli discant clypeum humilitatis erigere. Superbus autem Deo est odibilis, & diabolo similis. Humilis licet habitu vilis sit, gloriosus tamen est virtutibus apud Deum. Superbus autem, etsi decorus & clarus videatur aspectu, tamen apud Deum operibus vilis est: & verbis & gestis & vultu, & incessu, semper eius dignoscitur superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab omnibus hominibus & bonis, quibus alienus est, prædicari se vult: non patitur se cuiquam esse subiectum, sed semper inter suos pares primatum cupit tenere, & in maiorem gradum ascendere: & quod meritis obtinere non potest, adulando prælatis, detrahendo & inuidendo æqualibus, humiléque contemnendo, vult inuadere. Et sicut nauis est absque gubernatore, cùm iactatur à fluctibus, ita & superbus leuis circũfertur, instabilis per omnes actus suos: humilis autem vltimum se iudicat, & blando vultu terram intuens, coram Deo eminens apparet: & cùm omnia fecerit, dicit, Inutilis seruus sum, & nihil se fecisse testatur. Et Deus diuulgat opera ipsius, & profert in medium, mirificátque facta illius, & exaltat, & clarum facit eum, & in tempore precum suarum, quod postulat impetrare apud Deum potest. Hæc & his similia solã humilitas obtinet apud Deum, quia ipsa est sessio & delectabile cubile Domini nostri Iesu Christi, qui ait, Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & pauentem sermones meos? Et iterum, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Annuncia quæso tuis, & dicito eis: Quia Deus superbis resistit: Et ira viri, iustitiam Dei non operatur. Multi se blandos & patientes simulant, & si tempus inueniunt, amariores fiunt. Fornicatores & adulteros diiudicabit Deus in die iudicij. De periuris scriptum est: Vir multùm iurans, non efugiet peccatum, nec recedet plaga de domo eius. Detractio, fornicatio est animæ. Vnde Psalmista, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Discordiam, vt Salomon cecinit, detestatur Dominus, dicens: Septimum est quod detestatur anima mea, id est, qui seminat inter fratres discordiam.

A

Esa. 66. d. 2. *Mat. 11. d. 29.* *Luc. 4. b. 6.* *Luc. 1. c. 20.* *Heb. 13. a. 4.* *Eccl. 23. b. 11.* *Psa. 100. b. 5.* *Prou. 6. b. 16.*

C. XXXIII. Eucharistiæ sumptio.

HOS nulli rei similes iudico, nisi diabolo, qui seminauit discordiam inter Deum & hominem. Hi sunt cibi & pocula mortis animæ nostræ. Ab his venenis pietas Domini nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum nobis edendum tribuat: qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam in semetipso. Sed vnusquisque antequam corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probet, & secundum Apostoli præceptũ, sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quãdo enim illud accipere debemus, antea ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosiùs discutere: & peccata obnoxia si in nobis censerimus, citò festinemus per confessionem & veram pœnitentiam abluere, ne cum Iuda proditore, diabolum intra nos celantes, pereamus, protrahentes & celantes peccatum nostrum de die in diem.

C.

1. Cor. 11. f. 28

CAPVT. XXXIIII. *Peccata cordis.*

ET si quid mali aut nequam cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, & velociter illud de corde nostro eradere festinemus: ne velimus dicere, Non est hoc grande peccatum quod cogitaui. Heu insipientes, quare non cogitamus vel intelligimus, quia in conspectu Domini cogitationes nostræ antequam in opus procedãt, manifestæ & apertæ sunt? Dicit enim Psalmista: Scrutans corda & renes Deus. Et iterum, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et alibi, Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Ne quæso permittamus in nobis cogitationes prauas, neque tanquã minima negligamus: quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenum eius conspergatur in corda nostra: quia quamuis venenum vita sit serpentis, tamen mors est hominis. Abscindamus virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne defigãt in nobis altas radices. Scimus enim quòd cor nostrum ager est Domini nostri Iesu Christi: excolamus eum cælestibus disciplinis, & nõ sinamus in agro tanti imperatoris seminari zizania, sed cunctis floribus virtutũ decoremus: quia in his delectatur omnipotens Deus, sicut & in Canticis canticorum legitur. Ego flos cãpi, & lilium conuallium, id est, ego decus mundi, & virginitas humilium.

Psal. 7. e. 11. *Eccl. 19. d. 1.* *Cant. 2. a. 1.*

C.

C. XXXV. Caro domanda.

ET semper atque semper caro nostra subiecta sit animæ nostræ, & sicut ancilla famuletur domínę suæ: ne præbeamus vires illicitas corpori nostro, ne committat bellum aduersus spiritũ nostrũ, sed semper subiecta sit caro, vt obtẽperet iussis sancti Spiritus. Neque incrassari permittamus ancillã, ne contẽnat dominam suam, sed omnibus iussis eius & obsequiis mancipetur. Sicut enim equis frena sunt imponẽda, ita corpora nostra ieiuniis, vigiliis, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ si frena laxauerint, per præcipitia ducuntur, ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum non imposuerimus, ad inferni præcipitia delabitur. Simus ergo boni & edocti aurigæ corporis nostro, vt per viam rectam possimus incedere.

C. XXXVI. Iuuens in cibis.

Es CAE enim nimiæ non solùm animas, sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim per nimiam ciborum auiditatem & poculi intemperantiam frági stomachi fortitudo: nec non & abundantia sanguinis per cholerá, & plurimæ ægritudines escarum largitate contingunt. Sicut enim animæ & corpori sunt ista contraria, ita medela est vtrisque tẽperantia ieiunij. Et si non per omne tempus, saltem sacratissimis diebus ieiuniorum quantum possumus cum Dei adiutorio, delicias mundi, & ciborum opulentiam fugiamus: ne quãdo, quod auertat Deus, in cruciatu flammæ, quæramus guttam aquæ, & nullum refrigerium consequamur. FVGIAMVS ebrietatem, ne crimen luxuriæ incurramus, quia Apostolus præcipit, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum enim nobis Deus ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo non quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat. ne id quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus. Annũcia quæso tuis in domo tua subiectis, quòd plerique per vinum homicidia & fornicationes perpetrauerunt, nec ipsam mortem recusauerunt, alij per vinum à dæmonibus capti sunt. Nec est aliud ebrietas, quàm manifestus dæmõ. Ebriosus putat se aliquod optimũ gerere, cùm fuerit ad præcipitia deuolutus. Per vinolentiam armatur ad maledicta & conuicia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit. Huiusmodi enim vir cùm se putat bibere vinum, bibitur à vino. Plurimi namque homines per vinum maximam debilitatem contraxerunt, nec potuerũt consequi pristinam sanitatem, quia non temperauerunt gulæ ardorem. Sicut enim piscis cùm auidas fauces profert vt glutiat escã, repentè hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, qui eum vt introiuerit, mox impellit ad omne opus nefandissimum, & sic homo rationalis capitur, vt irrationale animal. TV autem frater mi, omnibus domesticis tuis & tibi subiectis præcipe, vt se sobrios exhibeant, & iterũ propter abstinentiam in superbiam se non erigant, sed omnia temperatè, iustè, piè, & religiosè, secundum Dei adiutorium faciãt: quia non solùm pro nobis clericis, sed etiam pro omni genere humano, qui prædestinati sunt ad vitam æternam, Christus sanguinem suum fudit: nec solùm nobis, sed etiam omnibus laicis, eius præcepta ex toto corde seruantibus, regnum cælorum promissum est. Grandis namque confusio est animabus laicorum, qui dicunt, Quid pertinet ad me legendo libros scripturarum audire vel discere, vel etiã frequenter ad sacerdotes, & ecclesias sanctorum recurrere? Dum clericus fiam, faciam ea quæ oportet clericos facere. Quare non intelligit, quia panem & vinum, & omnia huius terræ bona & regni felicitatem æqualiter vult participare, & æquali labore iugum Christi ferre nõ vult? Quid prodest talibus vna parte in hoc seculo esse sublimes, alia prostratos: in vna parte fulgere auro & pretiosis vestibus, & in alia miseriis & vitiorum caligine occupari? Non sit tibi aliqua solicitudo de laici habitus persona, quia non est personarũ acceptio apud Deum. Similiter enim mandata Dei seruãtibus laicis cæleste palatium patet, veluti clericis & sanctimoniali habitu præditis: dum non est Iudæus neque Græcus, non est seruus, neq. liber, sed omnia & in omnibus Christus: quicũque in corpore illius est, magnus est. Insere teipsum suo sancto corpori, vt sis mẽbrum nobilissimi capitis. Ama ex toto corde caput tuum, & membra capitis illius. Quomodo potest manus manui inimica esse, vel pes pedem odisse, vel cætera membra suæ iuncturæ non congaudere? Crescere debent in virum perfectum, in augmentum corporis Christi. Omnis enim clericus & laicus qui pretioso sanguine Christi redemptus est, qui baptismo Christi tinctus est, debet humiliter ambulare & perseuerare in Spiritu sancto: quia nihil prodest Christianum se respondere verbis, & factis negare, dũ corruptus est mente & spiritu. De talibus in Euangelio ipsa Veritas dicit: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnũ cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Et alio loco Propheta increpãdo, dicit: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Nã ciuitas si fuerit in vna parte munita, & ex alia destructa, aditum ad se hostibus præbet. Et nauis si fuerit fortiter compaginibus solidata, & vnam habuerit tabulam perforatã, aquę fluctibus mergitur in profundũ. Omnibus enim laicis, clericis, monachis, æqualiter conuenit fidem, spem, & charitatem habere, & Deo ex toto corde seruire, veram confesionem facere, & dignã pœnitẽtiam agere: quia clementissimus Dominus confugientibus ad pœnitentiam ignoscit. SED ne de misericordia Domini tantùm securi existamus, vt peccatis peccata augeamus, neque dicamus, donec viget ætas nostræ carnis, concupiscentias nostras exerceamus, & postremò in senectute malorum nostrorũ pœnitẽtiam agamus: pius est enim Dominus & misericors, nec vltrà facinorum nostrorum recordabitur. Ne quæso taliter cogitemus, quia summa stultitia est hæc cogitare: cùm & impium sit talem licentiã à Deo postulare quempiam velle, cuius initium est, nos separare à Deo: ideo, inquam, talia ne cogitemus, cùm nesciamus qua die morituri sumus. Nemo enim hominum nouit diem exitus sui. Non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis ętatibus de hoc mũdo migrant. Et in quibus actibus vnusquisque homo inuẽtus fuerit, in eisdem iudicabitur quando anima exierit de corpore. Dicit enim Psalmista, Nemo in inferno cõfitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitẽtiam conuerti. Semper ante oculos nostros versetur vltimus dies: & cùm diluculò surrexerimus, ne ad vesperam nos cõfidamus peruenire: & cùm in lectulo membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu: sic & facillimè poterimus corpus nostrum à vitiis & concupiscentiis refrenare.

C. XXXVII. Ebrietatis malo. Eph. 5. d. 18.

C. XXXVIII. Præcepta Dei ad omnes Christianos pertinent.

C. XL. Gaudia futuræ vitæ.

SEMPER cor nostrum promissa Dei cælestia meditetur, omnia terrena quæ possidemus in futuras cælestes mansiones transferamus, vt cùm ibi profecti fuerimus, fruamur bonis cælestibus. Nam credimus, quia cùm à carnis vinculo anima nostra fuerit absoluta, si benè & rectè coram Deo vixerimus, mox in occursum nostrum angelorum chorus occurret, omniúmq. sanctorum agmina in nostros miscentur amplexus, & ad adorãdum verum iudicem perducent. Si dum in corpore viuimus, sicut dixi, quæ Deo sunt placita faciamus, tunc erit nobis pax in circuitu & summa securitas: nec timebimus vltrà diaboli ignita iacula, nec vllum quemlibet inimicum qui cupit animas nostras ad periculum iaculare: non ferrum, non ignem, nõ faciem truculẽtam tortoris, non famem, non sitim, non vllam carnis ægritudinem: nõ vltrà aduersabitur caro spiritui, nec vllum timebimus periculum; sed cùm carnis abiecerimus farcinam, tũc Spiritus sanctus tribuet nobis in cęlestibus mansionem, cui nos paulò antè intra corporis nostri hospitium fecerámus mãsionem: & lęti gaudentęque futuri iudicij diem expectabimus, in quo singulorum animæ pro suis actibus recipient merita.

C. XLI. De pœna damnandorum.

ET econtrà peccatores & impij peribunt. Tunc frustrà rapaces & auari, superbi, & adulteri, iracundi & cupidi, maledici & periuri amarissimè flebunt, quia malorũ suorum veniam non consequentur. In luctu maximo detinebũtur omnes, qui carnis suę voluptates secuti sunt: in mœrore & gemitu sempiterno erũt, qui vitiis & passionibus seruierũt. Et cùm hi omnes pro criminibus & sceleribus suis gehennæ ignibus deputandi erunt, nos, si Deo dum in hoc corpore sumus, placuerimus, cũ sanctis sempiterna præmia accepturi sumus. Ideo contemnamus cuncta quę vana & caduca sunt, vt tantam gloriam, Christo miserante, adipisci mereamur.

C. XLII. De linguæ cautela.

DECLINEMVS semperà vitiis, & ad virtutes tendamus, nec superflui sermones procedãt ex ore nostro, quia pro otiosis sermonibus reddituri sumus rationem in die iudicij. Nec ad maledicendum quenquam consuescamus linguam nostram, quæ ad benedicendum & laudandum Deum creata est: quia consuetudo quæ longiùs fuerit protracta & confirmata, non cum paruo labore vitatur vel expellitur. SIMVS in malitia paruuli, & viri perfecti in sensu: in quibusdã verò nos exhibeamus senes, in quibusdã iuuenes: quia paruulis est ludere, perfectis autem viris est lugere. Nam præsens luctus lætitiam generat sempiternam. Omne autẽ quicquid immoderatũ est, dissolutionẽ efficit animæ, & negligentem erga Domini præcepta: nec delicta sua facilè potest ad memoriã reuocare, & obliuiscens ea, non se instigat ad pœnitentiã, & ita paulatim ab omnibus bonis cadit. Nullũ habebit accessum cordis cõpunctio, vbi fuerint immoderata vitia & concupiscentię malę: vbi autem fuerint lachrymæ, ibi spiritalis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat. Nullus nos seculi amor ab amore Christi segreget, & totę nostrę cogitationes ad prẽnia futurę patrię tendant, & de cęlestibus meditentur. Hęc est gloria tua, hęc est perfectio cursus certaminis tui. Perfectus enim dicitur, non qui in ętate, sed qui in sensu perfectus est. Nulli nocet puerilis ætas, si fuerit mẽte perfectus: nec senilis proderit ætas, si fuerit paruulus mente vel sensu. Nã & Dauid cùm puer esset & perfectus, cor suum & mentem habebat in Domino defixã, & ob hoc in regẽ eleuatus est. Et Saul cùm esset in senili ętate, quia in se malignam nequitiam habuit, de culmine regali expulsus est. Dominus verò ac Saluator noster à senioribus crucifigitur, & ingressus Hierosolymam à paruulis collaudatur. Nam & arbor si multorum annorum fuerit infructuosa, exciditur. Si autem fuerit nouella & fertilis, colitur, vt magis ampliorem proferat fructum. Ideo has similitudines pono, vt nec iuuenis nec senex in domo tua de salute sua, vel etiã de operibus suis confidat, sed qui gloriatur, in Domino glorietur. PERFECTORVM autem virorum consortio fruere, & à verbis eorũ ne auertas aurem tuã, & in corũ consilio delectetur anima tua: verba enim vitę sunt verba hominũ Deum timentiũ, & incolumitas animę iis qui ea libenter audiunt & attendunt. Sicut enim sol oriens effugat caligineẽ, ita sanctorum doctrina à sensibus nostris pellit tenebras. Deuita quęso viros superbos, inuidos, detractores, mẽdaces, periuros, seipsos & salutem suam negligentes, qui mortui sunt virtutibus, & lętantur in propriis voluptatibus, vt gaudiis carent diuinis. Non dico, vt vel vnũ talem in domo tua habeas, sed etiam vbicunque tales audieris esse, hos deuita. Cùm huiusmodi hominibus nulla sit tibi connexio vel familiaritas, nec velis cum eis fermocinari, si non valeas, Domino miserante, eos ab errore suo reuocare. Nam sępe per vnam quem morbidam polluitur totus grex: & modica pars fellis magnũ dulcorem vertit in amaritudinem. Nam talis si in habitu videatur clarus ac nobilis, ac dulcia verba proferat, operibus tamen si agat tecũ contrariis, magis nocet illius talis factura quàm placeat ex verbis figura, non enim ex verbis, sed ex virtutibus homo probatur.

C. XLIII. Nõ in annis, sed in eximia perfectio.

C. XLIV. Initio rectæ & peccatum.

SIC & tu sis apud Deũ probatus, & omnia pro Christi amore libenter sufferas, & pro tribulationibus carnalibus, quando tibi euenerint, non frangatur animus tuus, nec vigor patientię tuę. Res huius seculi caducę te non molliant. Sed time potius Deum, si à proposito tuo retardaueris: quando te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam conuerti non confundaris: quia qui hic pœnitet, in nouissimo non pœnitebit. In omnibus actibus cogitationibus tuis placeas Deo, nec studeas placere alteri, nisi ad ædificationem animæ. Et in omni opere quod cogitas facere, primo cogita Deum: & si secundum Deum est quod cogitas, diligenter examina: & si est rectum coram Deo, perfice illud: si verò aduersum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua, & omnia per consilium sapientium facito, vt opera tua & gressus tui secundum Domini voluntatem dirigantur. In omni oratione & obsecratione Domini voluntatem in te, non tuam deprecare fieri: & secundum Apostoli præceptum, orare sine intermissione oportet, & sanctas manus sine ira & disceptatione ad Deum leuare.

1. Thess. 5. c. 17.

C. XLVI. Beneficentia in omnes.

MISERICORS est Dominus, & misericordiam in se sperantibus præstat. Non illi misericordia opus erat, qui nullum habuit peccatum, qui angelos fecit, & archangelos præposuit: sed vt nos misericordiam ab illo consequamur, eleemosynam dedit. Non illi eleemosyna necessaria fuit, cuius sunt omnia regna cęlorum, qui constituit dominationes, principatus, virtutes, potestates, sed vt nos eleemosynis nostris participes regni cælorum efficeret. Patiens & pacificus est Dominus, vt patientia & pace sua mundum totum, qui in maligno positus erat, reconciliaret Deo: Et nos patientes & pacifici sine ira & disceptatione simul, si ad Deum volumus peruenire, & ad omnes homines faciamus bonum. Ad omnes dico, non per partes, non ad vnum vel ad duos aut ad tres, sed ad omnes homines. Christus enim non pro sanctis tantùm passus est, sed pro peccatoribus & impiis & sceleratis ascendit in crucem, & passione sua nos omnes reuocauit ad vitam. Non sanctis tantùm dedit Deus solem & lunam & pluuiam, & omnia nascentia terræ, & omnes fructus qui oriuntur in terris: sed in commune omnibus hominibus dedit illa, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ideo omnibus hominibus dedit illud in commune, vt bonum nostrum & eleemosynæ nostræ, & charitas nostra & humilitas nostra, & patientia nostra in commune omnibus hominibus distribuatur. Quamdiu fuerimus in hoc mundo, faciamus bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, & oremus pro inimicis nostris, & bonum pro malo restituamus. PAVPERES honoremus, & suscipiamus Christum in ipsis, qui dixit, Quamdiu fecistis vni ex his minimis fratribus meis, mihi fecistis. Et filij Dei erimus, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi, & participes regni eius erimus: vbi nunquam senescemus, nunquam morientur: vbi non est humanæ naturæ, nec vllus dolor, nec tristitia post gaudium, nec lux solis, nec lunæ, nec stellarum splendor, sed Dominus noster Iesus Christus lux erit & sanitas & vita, & charitas, & pax, & gaudium, & omne bonum omnibus credentibus in se. Ibi est terra viuentium, quam Propheta decantauerat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium: id est, præmium cęleste visurum se significabat, & cum Christo in perpetuum viuere & regnare: vbi nec nox vlla inspirat, nec dies terminabitur, nec inopia videbitur, neque cupiditas apparebit, sed perẽne gaudium & sempiterna lætitia. Hæc sunt promissa iustorum, & hæ sunt promissiones eorum propter quas laborauerunt & festinauerunt, & non cessauerunt currere in bonis operibus, quamdiu fuerunt in hoc mundo, in ieiuniis, in eleemosynis, in castitate, in continentia, in longanimitate, in patientia, in suauitate, in beneuolentia, in labore multo, in orationibus, in persecutionibus, in fame, in siti, in frigore & nuditate, vigiliis multis pro Christi amore, & per omnia inutiles vigilias deuitauerunt. Vigiliæ autem sunt inutiles, cùm quis vigilauerit circa cogitationes multas & turpes vel ad gerendum contrarium aliquid, vel ad facinus perpetrandum. Tales vigilias iusti deuitauerunt, & sanctas vigilias arripuerunt. Hi tales calcauerunt præsentem mundum, vt futurum lucrarentur regnũ. Non acceperunt hic promissiones vel diuitias huius seculi miserabiles, quæ homines malè eis vtentes ad inferna perducunt: & hanc præsentem patriam relinquentes, ad ciuitatem cælestem, cuius artifex & conditor est Deus, intuitum animi sui præmiserunt. Vitauerunt peccatum in verbo, in facto, in cogitatione, in risu, in visu, in motu, in annuendo oculis, in manibus, in pedibus, in ira, in rixa, in furore, in dissensione, in vana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, custodientes corpus suum & animas suas.

Mat. 5. g. 45.

Gal. 6. c. 10.

C. XLVII. Præmia iustorum.

Mat. 25. d. 40

Rom. 8. c. 17.

Psa. 26. d. 13.

C. XLVIII. Iejunium & cibus animi.

PARITER enim duo ieiunia ieiunauerunt, id est, ieiunium corporis & animæ, hoc est, ab ira & furore, & detractione, & blasphemia, & rixa, abstinentes se: quia sicut iam superiùs iam diximus, isti sunt mortiferi cibi animæ, qui pascunt eam in malum, & occidunt eam morte sempiterna. Iterum cibi corporis simul & animæ isti sunt, voracitas, somnolentia, fornicatio, vinolentia, securitas, suauitas, homicidium. Isti sunt cibi corporis simul & animæ, qui pascunt corpus, & occidunt & aggrauant animam. Cibaria ista deuitemus, escas autem cælestes appetamus, quę ad cælum nos trahant & deducant, sapientiam scilicet diuinam, fidem robustam in Christo, benignitatem, beneuolentiam, patientiam, humilitatem, virtutem, diuinam lætitiam.

C. XLIX. Terret malis gehennæ. Mat. 22. d. 40.

SERMONES boni & optimi procedant ex ore nostro, fale diuino conditi, ad ædificationem audientium. Dilectionem Dei & proximi, in qua tota lex pendet & prophetæ, semper mente meditemur, & opere perficiamus. Hęc sunt mandata Christi quæ nos iubet facere. Si fecerimus ea, erimus participes regni eius, & regnabimus cum eo. Si autem non fecerimus, & ipse nõ dabit nobis regnum suum. Si denegamus, & ipse denegabit nos. Si non credimus, ipse fidelis permanet: quia omnis incredulus infideliter agit, dum & vitium hominis est omnia credere, & vitium est nihil credere, & maximè semper mala de inimico: cuius alioquin si ad hos dura fuit verba, tamen forsitan Christianum fe recordatur, & se reum coram Deo plorat. Susurri autem verba semper mala de inimico, sed si tu bona loqueris, continuò illum confundis: nũquam enim concordiam faciunt, sed discordiam: ligna in ignem mittunt. Summo studio summáque vigilantia nobis est curandum, vt non linguam detrahentem audiamus, ne audiamus à Christo iudice omnium in die iudicij, quod audient peccatores, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & ángelis eius. Verè enim diabolo est præparata gehenna, & omnibus hominibus facientibus opera diaboli. Væ iis quibus præparatur dolor vermium, ardor flammæ, sitis sine extinctu, fletus & stridor dentium, oculorum lacrymæ, tenebræ exteriores sine luce, pœna inexterminabilis: vbi non est vllus honor, siue agnitio proximi, sed continuus dolor & gemitus: vbi mors optatur, & non dabitur: vbi non est honor senioris & regis, nec dominus super seruum, nec mater diligit filium aut filiam, nec filius honorat patrem: vbi omne malum, & omnis indignatio, & fœtor & amaritudo abundat. Hæc timuerunt iusti, & hæc fugerunt. Rogo & supplico, iterum atque iterum deprecor frater charissime, vt & nos Deum amemus & timeamus, & hæc fugiamus, quia mors perpetua est animæ nostræ, si in his perseuerauerimus.

Seneca.

Mat. 25. d. 41

C. CAPVT. L. Tria pessima, totidem optima.

TRIA enim sunt in hoc mundo deteriora omni malo: anima peccatoris cum peccato perseuerans, quæ nigrior corno est, & mali angeli qui eam rapiunt, & infernus in quem ducitur. Non sunt enim deteriora his tribus. Eadem enim anima metu futuri iudicij expauescens, & putrescunt fuam inspiciens, dicit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Iterum tria sunt quibus in hoc mundo non sunt meliora: anima sancti in bonis operibus perseuerans, quæ speciosior est sole: & sancti angeli qui eam suscipiunt: & paradisus in quem ducitur, & expectatio regni cælestis. His tribus nõ sunt meliora in hoc mundo. Angeli enim sancti delectant animam spiritali cantico, sicut Psalmista ait: Beatus quem elegisti & assumpsisti Domine, habitabit in tabernaculis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Hęc frater charissime meditemur.

Psal. 37. a. 6.

Psal. 64. a. 5.

C. LI. Hic liberabit dum.

HAEC in animo firmiter teneamus, & caueamus nos ab omni peccato & iniquitate, in verbo, in facto, in cogitatione, in manibus, in pedibus, in visu, in auditu, custodiamusque corpus nostrum & animam. Christus enim Dominus noster, qui est Deus & Dei filius descendit de cælo in terram, vt nos de terra ad cælum sectum portaret: pro nobis peccatoribus crucem ascendit, vt nos à cruciatu diaboli liberaret: ab inimicis mortem suscepit, vt nos de morte eriperet: à mortuis resurrexit, vt nos resurgamus anima & corpore in die magno iudicij. Ideo dum tempus habemus laboremus, & bona opera Deóque placita vnà cum Dei adiutorio semper facere studeamus, ne subitò præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus. Dum sumus in hoc tempore, seminare nos oportet: tempore enim suo, id est, post mortem siue in die iudicij metemus, quod in vita æterna habere debeamus. Hic enim laboremus, & inuicem onera nostra portemus. Quò enim præcessit caput, & cætera membra secutura sunt,

C. LII. Mutua charitas.

TENEAMVS, sicut iam superiùs insertum est, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam: quia fides tãquam sensus noster est, & charitas tanquam fanitas nostra. Fides credit, charitas operatur, spes roborat: & quamuis diuersa membra diuersa habeãt officia, si charitatis tamen vnitate teneantur omnia membra, tunc merebuntur ire post caput. Caput enim nostrum Christus in cælo est. Et ipsa veritas Dominus noster Iesus Christus de suis fidelibus ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Caueamus, & per omnia caucamus, ne per inuidiam, odium, detractionem, iram & rixam à capite nostro Domino Iesu Christo præcidamur: & quicquid mali iusti pro amore Christi, nostríque proximi pertulerint, charitatis affectu compatiamur: & quicquid boni alius quislibet acceperit, quasi nos acceperim⁹, ita gaudeamus, & pro illo qui accepit gratias referamus. Ecce vt iam diximus, cùm patitur aliquis tribulationẽ, aut damnũ huius seculi aut pro culpis suis vapulat, vel iubẽte imperiali sublimitate, in carcerem retruditur, tristatur parentũ siue amicorũ morte: si dolemus pro illo, & cõpatimur quantum possumus, in corpore ecclesię cõstituti sumus: si non dolemus, iam à corpore præcisi sumus. Sed proh dolor, nos aliquando rigorem simulantes, materiam in flammã mittimus, & cùm ignis incensus fuerit, fugimus. Charitas quæ colligat & viuificat omnia membra ecclesiæ, si nos videat de ruina alterius gaudere, statim nos præcidit à corpore. Fortè igitur non dolemus de ruina proximorum nostrorum, sed insidiamur, quia pręcisi sumus à corpore. Si enim ibi essemus, sine dubio doluissemus. Consideremus, charissime, & diligenter attendamus, quia tamdiu dolet membrum, quamdiu in corpore continetur: si autem abscisum fuerit, nec dolere poterit, nec sentire. Cùm enim manus aut aliquod aliud membrum abscisum fuerit à corpore, si totum corpus tunc in multis partibus diuidatur,

Ioã. 12. d. 26.

manus illa non sentit, quæ iam à reliquorum membrorum societate diuisa est. Talis est omnis Christianus qui de alterius damno, afflictione, aut etiam morte non dolet, sed, quod peius est, fortè etiam subiannat & gaudet. Ideo affectum charitatis non habet in corde, quia iam alienus est à corpore: cùm Apostolus præcipiat, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, idipsum inuicé sentientes. Et Salomon ne de ruina fratrum nostrorum gaudeamus, manifestissimè admonet. Nos verò miseri de inimicorum nostrorũ ruina gaudemus, subsannamus, & si nõ cadit, cadere eũ in vltionem nostri optamus: sed oremus Deum, mi frater, si veram & perfectam charitatẽ custodire volumus, vt eius adiutorio omnes homines sicut nosmetipsos studeamus diligere: vt quia caput nostrũ Christus est, mẽbra illius nos esse mereamur: vt cùm Christus apparuerit gloria nostra, & nos per concordiam charitatis, & per dilectionem, scilicet Dei & proximi, quasi vera & perfecta membra illius absque vllo dolo malitiæ vel inuidiæ, omnes homines sicut nos ipsos amantes, cum ipso apparere mereamur in gloria. Ipse etnim ait: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis ad inuicé. Dilectio etenim proximi, malũ non operatur. O mi frater, si Dominus & Saluator noster, qui nullum peccatũ habuit, tãto affectu & tãta dilectione nos peccatores amare dignatur, vt quod nos patimur, seipsum pati testetur: quare nos qui sine peccato non sumus, & quia peccata nostra per charitatem redimere possumus, non tam perfecto amore eum diligimus, dum tantũ nos dilexit, vt etiam proprium filium suum pro nobis peccatoribus morti traderet? Et cùm tãtam benignitatem & misericordiam erga nos exhibuit, vigilemus ne perdamus bonũ quod nobis dedit, & sacramentum baptismi nostri, in quo iurauimus abrenũciare diabolo & pompis eius & omnibus peccatis. Et si transgredimur in aliquo peccato post baptismum, nos abluere pœnitẽtię lachrymis curemus: quia pius Deus dedit secũdum baptismũ, id est, fontem lacrymarũ, & ordinauit nobis pœnitentiam propter fragilitatẽ nostram. Ideo debemus nostras confessiones veraciter cõfiteri, & fructus dignos pœnitentiæ facere, id est, præterita ne reiteremus, secundũ iussionẽ Domini & consilium sacerdotis Deum timentis. Qui sacerdos, vt sapiẽs & perfectus medicus, primũ sciat curare peccata sua, & postea aliena vulnera detergere & sanare, & non publicare. Hos perquiramus & sequamur, & cum talibus cõsilium salutis nostræ incamus: vt non perdamus hæreditatẽ cęlestem, quã nobis Dominus ab initio mundi præparauit, si seruiamus ei in iustitia & sanctitate, & puritate cordis, & charitate non ficta, clamantes cũ Apostolo, Quis separabit nos à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an gladius, & cætera quæ sequũtur. Dictum est enim, Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque aliqua creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Dictum est etiam de ecclesia primitiua, quod erat illis cor vnum & anima vna in Domino, & erat vnum velle & nolle: quia in vnum eos Christi charitas copulauerat.

Rom.12.c.15. Prou.17.a.5. Ioan.13.d.35. Luce 12.c.20 Esa.9.b.6. Psal.1.a.1. Rom.9.c.14. Rom.8.5.35.

C. LIII. Cõsilia malorum.

E CONTRARIO verò carnales & amatores huius mũdi cõtra se inuicem separantur & disiungũtur: mouentes in alterutrũ scandala, contentiones, iras, rixas, dissensiones, homicidia, periuria, furta, rapinas, & omnia quæ mũdus iste amat, & delectatur, dicens vnusquisque in corde suo, Faciam quod volo: Dominum meũ amicum & defensorem habeo, nemo mihi obstat: interim faciam quod possum, implebo cogitationes meas, & delectationes corporis: suffragantur mihi consilia mea siue amicorum meorum, vel parentũ potentum: opprimã quem volo, astem cui volo, adest mihi aurum, superabundat argentũ: eloquentia mea omnes præcellit: quem vereor? Assunt mihi serui & ancillæ, agri, & multæ possessiones huius mundi, pallia, vestes pretiosæ, vnde me redimere possum: adimplebo voluntatem meã, Deus dabit mihi spatium vitæ & pœnitẽtiæ. Heu quare non timemus quod Euangelium terribiliter insonat, dicens: Stulte, hac nocte exposcẽt à te animam tuã: quæ præparasti, cuius erunt? Homines nos esse cognoscamus, nec sic superbiamus contra Deum & proximum nostrum, vt voluntates nostras malas perficiamus & Deũ postponamus, ac deinceps Domini bonam voluntatem ad nostras malas reflectere cum muneribus posse nitamur, cùm nos nostramque voluntatem prauã ad Domini semper rectã voluntatem corrigere negligamus: sed vbicunque nos delectat, iniurias nostras volumus vindicare: nec fratri parcimus dicentes, Faciam vindictã in fratrem vel patrem meum: faciã homicidium, periurium, adulterium, fornicationem, & postea dabo Domino redemptionẽ meã. Quare nõ intelligimus, dum sic audacter peccamus, æstimantes Deum posse muneribus placari, quod tunc multo plus eum ad irã, quàm ad misericordiam prouocamus: quia Deus non delectatur in auro vel argento, nec aliud à nobis quærit, quàm animas nostras mundas in conspectu suo præsentari. Nec enim consiliis peccatorũ se immiscet, sed ex salute nostra nos semper admonet & salubre dat consilium, quia ipse est consiliarius salutis nostræ, sicut Propheta ait, Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Et iterũ dictũ est de Deo in Psalmo, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Et iterũ, Quia non est iniquitas in eo. Et fortè ipsa quam putamus pro nobis facere eleemosynã de prædis mortuorũ siue de rapinis pauperum, nõ videtur esse eleemosyna. Qualis est enim eleemosyna, vt vnus iniustè vestiatur, & alius iniustè spolietur: & vnus iniustè pascatur, & alius iniustè fame torqueatur? Non quærit ista Deus à nobis: audeo dicere, odit ista Deus omnipotens. Ipsum audi Prophetam, qui dicit, Qui offert sacrificium ex rapina, siue ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui: Non accipiã, inquit Deus, ista de manibus vestris: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et alius Propheta, Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, vir sanguinum est. Contemnamus facere iniustas eleemosynas, qui volumus facere iustas. Studeamus facere spiritales eleemosynas, vt de iustis laboribus faciamus, non de rapinis, siue multiplicatione frugum, aut de ineptis negotiis: ne fortè in hoc multa sacrilegia incurrantur, vel etiam quod peius est, cupiditate vel inebrietate sanguis fundatur, clamantque eorum voces ad Deum contra nos, multo labore afflicti. Vnde & Psalmista ait, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentes non accepit: & cætera quæ superiùs in eodem Psalmo audientem & credentem & pauentem, beatum efficere possint, sicut & idem Psalmus concludit, Qui facit hæc, non mouebitur in ęternum.

Ecc.34.d.24 Esa.1.d.15. Ecc.34.d.25 Psal.14.b.5. Ibidem.

C. LIIII. Deo hereditã, non mundo.

Et quia talia & his similia creator omnium creaturę suæ rationali annunciando insinuat, credimus quia qui diligit quod creauit, creator nemipem persequitur, si ipse homo se non persequatur. A nullo quolibet homine recedit Deus, nisi prius ipse homo ab eo recedat, nec naturam in nobis, sed vitiũ quod contraximus odit: non prodest nobis, imo etiam obest Christi sanguine esse redemptos, & voluntariè diabolo esse subiectos. Ideo cogitemus & recogitemus, quòd nõ propter felicitatem terrenam Christiani effecti sumus. Non enim omnes qui in hoc seculo felices sunt, felices erunt & in futuro: nec omnes infelices in hoc seculo, infelices erunt in futuro. Nec propter diuitias huius seculi, vel propter istam vitam Christum colimus. Sicut Apostolus ait, Si in hac vita tantùm speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus enim, ne aurum diligeremus, oblata munera contemnere docuit: ne famem timeremus, quadraginta diebus ieiunauit: ne nudi tatem pertimesceremus, præter vnam tunicam, aliam discipulis suis habere vetuit: ne tribulationes expauescerem us, omnia ipse sustinuit: ne mortem formidaremus, & hanc ipse suscepit. Et cùm ista omnia nos docuerit, non tantũ verbo, verumetiam exemplo ipse præcesit. Hoc suauiter flagret in cordibus nostris, hoc ignis Spiritus sancti in nobis feruere faciat vt sequamur vestigia eius, ne desideremus remanere in hoc mundo, & pereamus cum hoc mundo. Heu quàm miseri sumus, si hoc credere nolumus, & ab amore huius seculi mentem nostram non reuocemus, dum perpetualiter ista tenere non possumus, & illa per securitatem amittimus. Quid faciemus? quid agemus? Lugendum nobis est, si regnum Dei promissum perdamus, & subitò dicatur nobis, O vos amatores mundi, exite obuiam sponso Christo, & ad illum venite quem videre nõ vultis, quia pręcepta eius postposuistis. Videbitis enim plagas ipsas, quas in corpore suo pro vobis ipse pertulit. Quid tunc gementes & dolentes dicemus? Et quid meritis nostris in eum exigentibus responsuri sumus, dum frequẽter audimus, & negligimus quod Psalmista cecinit, Quid retribuã Domino pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Firmiter teneamus, quia spes bonorum in isto mundo non est posita, quamuis videatur spes humana vel mundana esse, quę in amaritudinem vertitur, & amaram potionem ipse mundus amatoribus suis propinat. Et ipsa veritas eos allo quitur, dicens: Vbi est quod amabatis? Vbi est quod pro magno tenebatis?

Luce 15.a.4. Psal.115.c.11.

C. LV. De lugendis animarum perditione. Hier.9.a.1.

O mi frater, numquid ferreę sunt carnes nostrę, vt non contremiscant, vel etiam sensus noster adamantinus, vt non mollescat, aut etiam minimè euigilet ad talia Dei verba? Quare non dicimus cum Propheta, Quis dabit capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lacrymarum, & non ploremus die ac nocte filios, vulneratos plebis nostræ? Deficiunt flendo oculi eorum qui considerant, non solùm mortes corporum, verumetiam animarum Christianorum. Quis luctus idonior, quis planctus certior inueniri potest, quando vnusquisque nostrum de anima perdita luget & doler cum Apostolo, qui dixit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Atque iterum in alio loco dilectioni proximorum compassus, dicit, Optabam esse anathema pro fratribus meis in Christo. Discamus in tanto Christi Apostolo tantam flagrare Christi charitatem, dum sciebat quòd vnico filio suo non pepercisset, sed pro omnibus nobis tradidisset cum. Pro omnibus nobis dicit, ideo nulli laici, nulli clerici, nullę sacratę virgines, nullę viduæ debent negligere salutem animarum suarum, dum tanti sanguinis pretiũ pro nobis fusum esse, manifestum est.

2. Cor.12.g.29. Rom.9.a.3.

C. LVI. Nunc tempus misericordiæ. Psal.31.b.5.

IDEO omnes nos qui reliqui sumus super terram, peccata nostra agnoscamus, ne cum impiis pereamus, cùm cirò iudicẽ digna satisfactione nõ placamus. Quàm velociter placauit irã eius ille qui dixit, Peccatum meum cognoui, & iniustitiã meam non operui. Dixi, Pronunciabo aduersum me iniustitiam meam Domino. Promittit se pronunciaturum, & illi iam dimittitur. Attende mi frater, magna res. Dixit, pronunciabo: non dixit, pronunciaui, & tu remisisti: quia ex eo ipso quòd dixit, pronunciabo: ostendit quia nondum pronunciauerat, sed corde pronunciauerat. Hoc ipsum dicere, pronunciabo, pronunciare est, ideo & dimisisti impietatem cordis mei. Vox mea nondum in ore erat, confessio ergo mea nondum ad os venerat. Dixeram, pronunciabo aduersus me:

A

sus me: veruntamen Deus audiuit vocem cordis mei. Vox mea nõdum in ore, sed auris Dei iam in corde erat. Et quid secutum est? Et tu remisisti impietatem cordis mei. Paratus est semper Deus peccata nostra indulgere, si non tardauerimus ad eum reuerti. Si enim tardauerimus, timeamus ne inferat nobis iram suam: quia quosdam prædestinauit ad supplicium, nec tamen hoc iniustè, sed in alto suo iudicio. Nã Cain perfecit fratricidium, & Iob vulneratus Dei amicus est effectus, & Abel innocens à fratre suo occisus: tamen nec Iob diutius passus est cruciatum, nec Ananiæ locum donauit ad ignoscendum, nec Paulum deseruit colaphizatum, quem sua gratia fecit robustum, nec Iudam suscepit pœnitentem, nec Petrum deseruit flentem, nec Saul respexit pœnitentem, nec Dauid despexit confitentem. Et sic pius & misericors Dominus alto suo iudicio separat vasa iræ, à vasis misericordiæ. O si attendamus miserum Iudam, vas olim perfectum & in perditionem perductũ. Mustum sancti Spiritus potare non potuit, quo accepto continuò crepuit, totũmque fractum, ad nihilum vtile est. Hæc pertimescentes conuertamur: & conuertamur dum tempus est. Ait enim Psalmista, Inquirite Dominum dum tempus est, & cõfirmamini, quærite faciem eius semper. Tempus est enim vt reparemur: & si in aliquo per peccatum fracti sumus, omnipotentem Deum figulum & artificem habemus: credamus quia potens est reparare perdita, qui creauit hæc omnia integra. Ipse enim ait, Sicut lutum in manu figuli, ita vos estis in manu mea. Ideo humiliemus nos sub manu omnipotentis Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis. Cogitemus nos in conspectu Dei stare: agnoscamus quid simus: agnoscamus quia terra & cinis sumus, dum Propheta contra nos dicat, Quid superbit terra & cinis? Quod si nos non agnoscimus, frustrà exaltare volumus ceruices nostras, dum Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Consolamini humiles, dicit Dominus Deus vester, consolamini qui estis pusillanimes, & confortamini, & iam nolite timere, ecce Deus vester retribuet iudicium, ipse veniet, & saluos nos faciet. Dominus in proximo est, nihil solliciti sitis, nihil vos terreat mundi infelicitas, nihil dominorum iniustorum impietas: quia si istam infelicitatem mundanam sancti Dei omnes timuissent, perpetuam felicitatem non haberent. Si felicitas huius mundi transitoria diligitur, hic perpetua non inuenitur. Si verò perpetua felicitas quæritur, quoniam hic non inuenitur ad perpetuam felicitatem tendamus, vbi patriam & parentes nostros habemus, patientissimè omnia huius mundi pro Christi nomine toleremus. Quid ergo, rogo, est quod toleretur, contra illud quod nobis promittitur? Apostolus, inquit, Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Psal.118.a.6. Ecc.10.a.9. Esa.55.a.4. Phil.4.b.6. Rom.8.d.18.

C. LVII. Fiducia in pastore Christo.

NVLLA ergo pressura nos terreat, nulla calamitas frangat. Dominus in proximo est, & pastor noster circa nos est, quid metuimus? Et si metuimus clamemus ad pastorem nostrum, vt nos audiat, clamemus in compunctione cordis, dicentes: Errauí sicut ouis quæ perierat, require seruum tuum Domine. Clamemus & dicamus, Libera à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam, & salua me ex ore leonis. Clamemus & dicamus, Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Considerabo ad similitudinem, ecce diabolus vt lupus rugit, sicut leo frendet. Ecce lupus est, contrà latrat canis. Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. Libera me de manibus inimicorum meorum, & eorum qui me persequuntur. Numquid pastor noster bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, ad quem si clamemus, dimittet nos diutius errare, aut à feris vel à bestiis dilaniari atque consumi? Absit. Quinimò relictis in deserto nonaginta nouem, perrexit vnam ouem quærere perditam. Nec quia clamantem audiuit, ideo perrexit, sed antequam clamaret: ait enim Euangelista, Relictis nonaginta nouem in deserto, abiit quærere vnam ouem quæ perierat, quam inuentam & lassatam atque fatigatam, impositam humeris suis reportauit ad gregem. Pastor eam ad gregem suis humeris reportare dignatus est, & misericordia sua ab errore reuocare. Quòd verò ouem istam Dominus suis humeris impositam reportauit ad gregem, quantæ misericordiæ eius gratiæ agendæ sunt, qui tantum se ad nos humiliauit & inclinauit, portat & reficit, regit & custodit.

Psal.114.a.4. Esa.42.c.14. Esa.60.a.4.

CAPVT LVIII. Implorat opẽ Dei.

DEPRECAMVR te Domine bone summe & optime pastor, ne pereat ouis, imple officium summi pastoris. Persequere leonem, qui rapuit ouem de grege tuo: leo interficiatur, & ouis de faucibus eius eruatur. Tu enim es pastor ouium, rex noster potens, contere satanam sub pedibus nostris. Et nunc Domine pastor noster: rex noster, tot de grege tuo quotidie rapiuntur oues, quare taces? Responde, quare tantum taces? Ecce per diuersa præcipitia rapiuntur oues tuæ, & inimici tui qui te oderunt leuant caput contra te, & tu taces. O Domine Deus responde. Quare tamdiu taces? Ad hæc Dominus per Prophetam clamat, & dicit? Tacui tacui, sed non semper tacebo: Aget iudicium manus mea. Ergo Domine Iesu pastor noster, rex noster, accipe arma tua, & progredere, vt pugnes contra leonem aduersarium nostrum, qui circuit quærens nos deuorare. Esto nobis Domine turris fortitudinis, à facie inimici. Petimus, & instantissimè petimus vt liberes nos. Mundus enim in maligno positus est. Ecce fæuiunt mala, & pereunt mundi dilectores, blasphemant, insaniunt & aduersus te murmurant, non solùm tuam misericordiam non precantur, verumetiam tuum iudicium reprehendunt. Quis in eis

B

talia operatur, nisi author mali angelus superbus & perditus, & omnes perdere cupiens? Libera nos Domine Deus noster ab omni malo, & pars nostra sit cum omni bono. Ab omni malo libera nos, quia tunc ab omni malo liberamur, quando à diabolo & angelis eius separamur. Angeli eius sunt, qui faciunt voluntatem eius. Non sit nobis pars cum talibus qui faciunt voluntatem diaboli, sed cum illo qui dixit: Si quis fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est. Nos enim illius pretio redempti sumus. Societatem malorum fugientes, bona quæramus, summo bono inhæreamus, illi seruiamus, eius voluntatem faciamus: vt simus & nos angeli Dei, de quibus dicit Propheta, Benedicite Domino omnes angeli eius, ministri eius, facientes voluntatem eius: quia voluntas patris nostri est, sicut Euangelium ait, vt non pereat vnus ex pusillis suis, & ne pereamus & euellamur de via iusta.

Mat.12.d.50 Psal.102.a.21.

C. LIX. Arma lucis. Rom.13.d.12.

DEPONAMVS opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt expulsa noctis caligine, effugatisque vmbris tenebrarum, radius veri luminis fulgeat in cordibus nostris. In nocte non opera noctis, sed diei opera peragamus, quia filij diei appellati sumus. Neque enim delectatione somni sensus nostri torpescat, nec vanis phantasmatibus animas nostras illudat, nec ipsa corpora stramentorum calore depressa in alto torpore quies inclinet, sed vigilando, orando, ieiunando, psallendo, contra diabolum aduersarium nostrum dimicemus, & magnam lucem infusam cordibus nostris sentiamus, & in nocte opera diei peragamus. Quid enim agendum nobis est in nocte huius seculi caliginosa, nisi diabolum effugare, & Christum introducere? Quid agendum est nobis in huius noctis cæcitate, nisi captiuatorem captiuare, & liberatorem sequi? Quid agendum est nobis in nocte, nisi tenebras diabolicas de cordibus nostris excutere, & lumen verum haurire? Quid agendum est nobis in nocte, nisi superbiam extirpare, & humilitatẽ introducere? Quid agendum est nobis in nocte, nisi principem omnium vitiorum à nobis expellere, & fontem omnium bonorum suscipere? Suscipiamus eum frater charissime, suscipiamus eum, vt & suscipiamur ab eo, & videamus quæ bona præparata ab eo habeamus, qui nos quotidie vocat: suscipiamus iugum eius leue, & farcinam eius suauem, qui farcinam peccatorum nostrorum releuat: deponamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Quid est enim deponere opera tenebrarum, nisi renunciare diaboli pompis & angelis eius? Et quid est nos arma lucis indui, nisi credere in Deum patrem omnipotentem, qui illuminauit omnem hominem venientem in hunc mundum, qui hoc dixit: Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis? Prius tamen dilectissime si vis, imò quia vis, discutiamus

C

& inuestigemus quis sit, vel quid sit diabolus.

C. LX. Diabolus author mortis.

DIABOLVS enim est angelus per superbiam separatus à Deo, qui in veritate non stetit, & doctor mendacij, & pater mendacij: quia ab ipso primum inuentum est mendacium, & ipse est mendacium, sicut verissima veritas Dominus noster Iesus Christus in Euangelio Ioannis loquitur: quia ipse est caput & finis mendacij, & à semetipso deceptus, nos decipere festinat. Iste est aduersarius effectus generis humani, inuentor mortis, superbiæ institutor, radix malitiæ, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor etiam turpium voluptatum. Hic ergo cùm illum primum hominem à Deo factum, Adam scilicet, patrem omnium nostrum intueretur, sicut superiùs crebrò intelligere potes, videréteque eum ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circumdatum, immortalitate vestitum: æmulus atque inuidus tantam beatitudinem hominem terrenum accepisse, quam ipse, dum esset angelus, per superbiam cognoscitur amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida primo parenti nostro, nos nostrósque parentes à tantis & talibus bonis expoliauit, insuper & peremit. Nam & multis bonis in prima fronte diabolus nos expoliauit, id est, pudicitia, continentia, patientia, mansuetudine, charitate, immortalitate. Sic nos nudos & miseros reddidit, suisque pannis deriſit esse inuolutos, & suo dominio esse astrictos, atque ex ipso vinculo omnem prolem nostram sibi obligauit. Expoliauit nos pudicitia, & accinxit impudicitia. Expoliauit nos temperantia, & fecit intemperatos. Expoliauit charitate, & vestiuit malitia. Expoliauit immortalitate, & propinauit mortem. His etiam turpissimis & fœtidissimis pannis nos posterósque nostros inuoluit, & semiuiuos reliquit.

D

C. LXI. Renunciandũ diabolo.

ET quia sic mirabiliter atrocissimus hostis circa nos egit, eia frater charissime, eia renunciemus huic damnosæ hæreditati: pupilli facti sumus, antequam exactor veniat tam pessimæ hæreditatis, omnibus quæ eius sunt renunciemus. Si quis itaque huic hæreditati, in qua sunt panni diaboli, pompæ scilicet seculi, & angelis eius renunciare neglexerit, cùm iudex venerit, sicut Euangelium loquitur, tradetur debitor exactori, exactor autem debitorem tradet in carcerem. Amen dico vobis, dicit Dominus, non exiet inde donec reddat nouissimum quadrantem. Omne itaque genus humanum tanquam pauperem & pupillum diuina scriptura commendat Deo, dicens: Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor: cuiusque aduersarium diabolum demonstrans, secutus adiunxit, Contere brachium peccatoris & maligni. Absit Dominus noster Iesus Christus pius & misericors, qui aliquam misericordiam huic pauperi & pupillo exhibeat, quia callidum atque ferocissimum aduersarium patitur: etiam pupillus in

Mat.25.d.30. Psal.102.a.21. Psal.9.d.34.

causa deficit sua: quapropter suus aduersarius prauis artibus decipere cum festinat. Asis Domine Iesu Christe huic pupillo idoneus defensor, sta in causa illius, qui nosti rectè iudicare filiis hominum. Elena brachium tuum, & contere brachium peccatoris & maligni. Optimè nosti huius pauperis & pupilli, generis scilicet humani causam, quę ex paterno chirographo debetur. Inuentus est reus, & obstrictus aduersario detinetur: non est aliud quemadmodum nobis subueniatur, nisi ex tuo cõsilio, & per necessarium adiutorium iudica causam nostram: defende, quia potes es Domine.

C A P. LXII *Demon accusator in iudicio.*

O mi frater charissime, quàm felix anima, quę tam potentę habet defensorem: ideo nunc quæso vigilet vnusquisque nostrum, ne apud eum diabolus in die iudicij suos pannos agnoscat, & incipiat reis ex hoc semper detineri, quem Christus sua gratia voluit liberare. Nec sibi malè blandiantur, qui post acceptam gratiam corrigi nolunt, atque rursus ad illas suas pristinas redeunt voluptates. Expectatur enim dies iudicij, aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potentię personam accipiet, cuius palatium auro argento que nullus episcopus, nec abbas, nec comes corrumpere poterit. Omnes
2. Cor. 5. b. 10 animæ astabunt, vt referat vnaquæque secundum quod gesserit in corpore, sive bonum sive malum. Præsto enim erit aduersarius diabolus, & recitabũtur verba professionis nostrę, & obiiciet nobis in faciem quicquid fecimus: & qua die peccauimus, & quo loco, & quid boni tunc temporis facere debuimus. Et si tales inuenti fuerimus, exultabit ille aduersarius in conspectu piissimi iudicis, B superiorem se esse nobis declamans, agens talem causam apud talẽ iudicem: habet enim tunc dicere ipse diabolus: Æquissime iudex, iudica istum meum esse ob culpam, qui tuus esse noluit per gratiã: tuus est per naturam, meus est per miseriam: tuus est ob passionẽ, meus per suasionem: tibi inobediens, mihi obediens: à te accepit immortalitatis stolam, à me hanc pãnosam, qua indutus est, vestem: tuam vestem amisit, cum mea veste huc adiuenit. Quid apud eum impudicitia faciebat, quid intemperantia, quid auaritia, quid ira, quid superbia, quid cætera mea membra? Dimisit te, conjugium fecit ad me. Meas sorores video comitari cum illo. Quid enim? Idcirco omnia faciebat, quia cum superbia disputabat, quia cum ira furiebat, thesaurizauit sibi iram in die iræ. Æquissime iudex, iudica inquam, quia iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iudica illum meum esse, & mecum damnandum esse. Hæc omnia quæ huc attulit, mea esse cognosco, meus esse voluit, & mea concupiuit, mecum puniri debet: quoniam quem tu dignatus es tanto pretio liberare, ipse mihi voluit se postmodum libenter obligare. Heu heu frater charissime, poterit ne talis aperire os, qui talis ibi inuenietur, vt iustè ire cum diabolo deputetur?

C. LXIII. *Relabi periculosum.*

VIDEAMVS quid agamus, ab illo videamus quomodo liberemur: videamus & caueamus ne in vacuum gratiam Dei suscipiamus, sed integro corde, perfectáque fide renunciemus, atq. spernamus tam damnosam diaboli hæreditatem, ne pupilli & pauperes remaneamus. Recitetur in medio nostrum sententia beati Pauli apostoli terribilis terribilitérque prolata, quæ corda simul &
Heb. 10. c. 26. corpora nostra contremiscere faciat: ait enim, Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis est autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.
Deut. 17. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam, & ego
Deut. 32. c. 36 retribuam. Et iterum, Quia iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis. Et paulò pòst, Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, & non tardabit reddere vnicuique secundum opus suum. Hęc enim
2. Cor. 13. a. 3. verba non ex me, sed ex ipso qui dixit, An experimentum eius quęritis qui in me loquitur Christus, profluxerint. Extendamus aciem oculi cordis nostri, & videamus: & aurem cordis accommodemus ad terribilem Apostoli sententiam perspiciendam & inuestigãdã. Mundemus oculos cordis, imò ipsa lux quam desideramus videre, mundet cor nostrum, & sic à peccatorum tenebris ipso miserante mundatum: Beati enim, ait, mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-
Mat. 5. a. 8. debunt: non sit nobis hic labor inutilis ad pernicium, sed vtilis ad salutem. Curramus dum lucem habemus, ne tenebræ nos compre-
Ioan. 12. c. 35. Heb. 12. c. 12. hendant. Et iterum Apostolus nos hortatur intentissimè dicens, Remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicãs quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: contemplantes ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Et paulò pòst, Videte ne recusetis loquẽtem: si enim illi qui increduli fuerunt verbo Dei, non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos qui de cælo
Aggei 2. d. 22. loquentem nobis aduertimus, cuius vox mouit terram tunc, modò autem repromittit dicens, Adhuc semel, & ego mouebo non solùm terram, sed & cælum. Quod autem, adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea

A que sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia: etenim Deus noster ignis consumens est, qui consumpturus est aduersarios. Accedamus ad eum antequam cõsumamur ab
Psal. 65. b. 10. illo: postulantes vri cor nostrum, & renes nostros. Et iterum, Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Apertissimè enim patet, quia si hic ab illo non vrimur, illic velut aduersarij consumemur. Ait enim Apostolus, Nemo se
Eph. 5. b. 6. circumueniat, nemo se seducat inanibus verbis: quia quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Non aliud lingua loquamur, & aliud corde, ne simus Iudas & Herodiani: alij in perditionem, alij in confusionem, alij in dissimulationem, sed in veritatis humilitate. Ideo cum vero corde in plenitudinem fidei properemus, aspersi corda à conscientia mala. Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, & bonorum operum inchoationem non deseramus, sicut est consuetudinis quibusdam: sed consolantes tanto magis, quanto viderimus appropinquantem diem iudicij.

C. LXIIII. *Carnis rebellio.*

TERAMVS carnis nostræ superbiam, quia caro est quæ animã perdit, & totam superbiam affert: & qui in carne seminat, sicut Apostolus ait, de carne & metet corruptionem. Caro est quæ
Gal. 4. b. 8. recipit diabolum: diabolus enim seminat in carne nostra semina sua, id est, homicidium, fornicationem, concupiscentiam, libidinẽ, iram, rixam, obrietatem, superbiam, furtum, & omnem suggestio-
Eph. 6. b. 12. nem malam, dicente Apostolo, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritus aëris huius, aduersus spiritalia in cælestibus. De diabolo dicit, quia spiritus malus est, &
Apoc. 12. c. 10 non videtur. Et ipse spiritus nequissimus proiectus est de cælo cũ angelis suis, de quibus dicitur in Apocalypsi, Ecce proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos die ac nocte, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. De quo Apostolus di-
2. Cor. 12. b. 7 cit, Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominũ rogaui, vt discederet à me:
Ibid. b. 9. Rom. 7. d. 23. & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Idem ipse repetens dicit, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Iterum ipse, Ego enim
Rom. 8. a. 1. mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et iterum, Nunc nihil damnationis est his qui sunt in Christo. Caro est quæ
2. Cor. 12. b. 7 recipit diabolum, & carnem diabolus habet in potestate, non animam: ideo dicit Apostolus, Datus est mihi stimulus carnis meæ: non dicit animæ, sed carnis meæ, angelus satanæ. Denique in car-
Iob 1. & 2. ne Iob tentatus est à diabolo, dicente Domino, Et data est ei potestas à Domino in facultate eius. Et iterum, Dabo tibi illum in
Gal. 5. c. 17. potestate, præter animã eius. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hęc autem sibi inuicem C aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Caro est misera bestia, quæ granat animam, dicente Apostolo, Qui in carne
Rom. 8. a. 5. sunt, placere Deo non possunt. Iterum ipsa veritas Dominus noster Iesus Christus de seipso dicit, Spiritus quidem promptus est,
Mat. 26. d. 41 caro autem infirma. Caro enim nostra in malitia semper vult potens esse, in abstinentia autem, id est, in iciunio & in vigiliis & orationibus ac bonis operibus infirmam se esse fingit. Caro nostra est,
Col. 3. a. 5. quæ nos demergit in foueam, dicente Apostolo, Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram, id est, fornicationem, immunditiam, iram, rixam, & cætera quæ sequuntur. Et iterum, Curam car-
Rom. 13. d. 14 nis ne feceritis in concupiscentiis vestris. Itaque mortificemus carnem nostram per abstinentiam in iciuniis, & orationibus, & vigiliis, ne nobis adducat diabolum cum concupiscentiis malis: caro autem data est nobis, quasi animæ bellum: quæ si mortificetur, adducit vitam: si nutriatur, præparat se contra animam ad bellum. Laudo autem illum qui carnis suæ potest habere potestatem. Dum infirmitatem carnis nostræ timemus, salutem animæ nostræ negligimus. O anima nostra misera qui dicis, quam caro sic fortiter granat? dicente Salomone, Caro quæ corrumpi-
Sap. 9. d. 15. Sap. 1. c. 11. tur, aggranat animam. Et iterum repetit, Os quod mentitur, occidit animam. Væ væ miseræ animæ, quam caro persequitur. Caro nostra quotidie contra animam pugnat: & nos quotidie contra D carnem pugnare debemus, sicut Apostolus præcipit, Si secundum
Rom. 8. c. 13. carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Omnem suggestionem malam caro concupiscit & demonstrat, caro concupiscit omne malum, caro hortatur maleficia, caro prouocat iram, caro prouocat homicidium, caro prouocat adulterium & rixam, caro inserit ebrietatẽ, caro portat omnem concupiscentiam malã huius seculi, & omnia mala caro desiderat. O caro bestia crudelis, quid habes, quid granas animam, quę nihil desiderasset nisi Deo seruire, si tibi inimicę non se iunxisset? Tu autem caro misera non solùm teipsam occidis, sed & animam necas. Non sufficit tibi perditio tua, sed & adhuc animam vis in infernum demergere. Vę tibi anima quę carnẽ accepisti contrariam, quæ nec ipsa intrat, nec te permittit intrare in regnum cælorum. O caro mala, quid quæris, quid desideras? Nõ vis laborẽ sustinere, non vis inquieta conquiescere? Suffocas animam, vt versa vice tu sis domina, & illa ancilla. Rogo quare granas animam, quæ molesta non est tibi? Non tu effugies pœnam, dum ipsa patitur gehennam: nec enim sine te poterit iudicari in die iudicij. Quare nõ consentis spiritui & animę nostrę, sicut Euangelium te hortatur, dicens: Esto consentiens aduersario tuo cùm es cum ipso in via: hoc est, in hoc

in hoc seculo, ne fortè tradat te iudici, hoc est, Christo, & iudex tradat te ministris, hoc est, angelis malis: & ministri mittant te in carcerem, hoc est, in gehennam: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem, id est, vsque ad minimum peccatum.

C. XLV. *Pœnitio adversus malas carnis.*

QVID es tu? quid nobis præstas, nisi detrimentum animę nostræ? Qui te nutrit, ad malum faciendum te nutrit: quia non pec-
Exec. 18. a. 4. cat anima, nisi per carnem, sicut scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Verbi gratia dicit aliquis, Anima quomodo potest peccare, cùm non videatur? Quid potest tenere, cùm ipsa non teneatur? Ipsa caro peccat, quæ animam grauat: & anima à carne superata consentit carni in peccatis. Caro enim præceps est ad libidinem, improba ad petulantiam, frequens ad luxuriam, inuerecũda ad fornicationem. Crimen quotidie crimini superponit, peccata peccatis, non cessat pessimis deteriora coniungere: voluntate crudelis, vana & insipiens, semper ad malum prona, ad bonum excusabilis & pigerrima, velox ad mortem, ad vitam difficilis: cui exosa sunt opera lucis, & tenebrarum amantissima: quia cadere diligit, surgere negligit: amara est illi falsus, & dulcis perditio: de malo semper corruens in deterius, & de peiori in pessima desluens: inquieta & impatiens, flammis gehennæ animas circũdans, iniiciens se inter germina cupiditatis & auaritiæ, vanitatis & arrogantiæ, iræ & impatientiæ, cæterarumque nequitiarum superflua: inhonestis se deprimit, abstrahens se à cælestibus, & delectans in terrenis. Relinquit veritatem, festinat haurire vanitatẽ, & verba mẽdacij. Et quid plura? Sicut tinea lanam deuorat, & sicut ignis lignum, fœnum, & stipulam consumit: ita caro rebellis & delicata animã consumit & concremat. Quid tu ad hæc anima, quid tu ad hæc respondes? Dicam, inquit, redemptori meo, antequam carne exuar, quid ad hæc respondeam, & ad quod bonum corpus, quod inhabito, incitare voluissem. Non sit in me, obsecro Domine, concupiscentia libidinis, sed amor pulcherrimæ castitatis. Sim ad malum audiendum tarda, ad verbum tuum festina, ad perficiendum accelerans. Sim in timore tuo solicita, in amore perfecta, in fide constans, in spe nullatenus dubitans. Dilectione proximi feruean, odij ardore non vrar, nec inuidiæ liuore tabescam, sanctum semper in me opus spira vt cogitem, compelle vt faciam, suade vt diligam te, confirma me vt teneam te, custodi me ne perdam te. Nõ ingrediatur nec requiescat in domicilio meo, vbi tua debet esse mansio, pes superbiæ: nec gula, nec cõcupiscentia, nec fornicatio, nec auaritia, nec inuidia, nec ira, nec tristitia, nec vana gloria: sed profundã humilitatem posco à te, qui dixisti: Super quem requiescam, nisi
Esa. 66. a. 2. super humilem & quietum? Da mihi profundam humilitatem, qua curuetur altitudo carnis superbiæ, quæ me suffocat. Da mensuratam abstinentiam, qua superflua ventris refrenetur edacitas, quæ me perimit. Da castitatem cordis, quæ me impollutam reddat: C da munditiam spiritus, quia immunda carnis luxuria me demergit: da manus largissimas ad erogandas eleemosynas, qua tenax auaritia respuatur: da dilectionis amorem, quo zelus extinguatur inuidiæ: concede tolerantiæ patientiam, per quam ira crudelis bestia superata deficiat: tribue æterni gaudij spem, qua tristitiæ amaritudo demulceatur: fac intrinsecus mẽtem de bono opere gloriari in te, vt vanæ gloriæ foras ex me non procedat iactantia. Dona etiam mihi in omnibus tenere iustitiam, magnanimitatem, temperãtiam: & fac me cum simplicitate esse prudentem, vt beatam vitam sinceriter agam, & malum prudenter fugiam: atque fraudulentam & deceptoriam astutiam diaboli intelligere valeam, ne me per speciem boni fallat: & ne ab aliquo decipiar, nec aliquem decipiam, & discernere rationabiliter valeam, & præuidere quid boni agam, vel quid mali refugiam. Fac me post hæc mitem, beneuolam, pacificam & modestam, mãsuetam, sine simulatione esse, omnibus bonis concordem: in vigiliis, in iciuniis, in orationibus cõstanter strenuam. Da etiam mihi in mansuetudine moderati sermonis adipisci silentium, vt loquar quod condecet, taceam quod loqui non oportet: vel quicquid ex virtutum fructibus conferre dignaberis. Da sine aliquo errore immaculatam tibi seruare fidem, & iuxta fidem digna esse opera mea, vt fidem rectam opere prauo non polluam: D & te, quem bene credendo confiteor, malè viuẽdo non denegem: & te quem strenua fide sequor, actu & negligentiæ operibus non offendam. Fac me in sancto conuersari proposito, sequi iustitiam, diligere misericordiam, amare veritatem, refutare mendaciũ, falsum nihil meditari vel loqui. Fac me te indefinẽter timere, te amare, te diligerẽ, tua præcepta seruare, pacem cum omnibus sine dolo A retinere, subditos non opprimere, me prę omnibus peccatorem inspicere, discordes sine simulatione ad concordiam prouocare, charitatem cunctis insimulatam offerre, nullum scandalizare, nulli me præferre, sed omnibus inferiorem iudicare, reuerentiam & honorem non propter timorem potentum, sed ob altissimum exhibere: senioribus obedientiam, & charitatem sine despectione æqualibus offerre: principibus & potestatib. Christianis in nullo resistere, sed in omnibus obtemperare: gratiam opportunæ dilectionis minoribus ostendere, paternum affectum monstrare, fraterna ortera sue pericula æquanimiter sustinere. Amicum velut animam meam diligere, proximum sicut memetipsum amare, cunctis simul prodesse, non obesse: nulli nocere, nulli aduersari, nullum calũniari, nulli offendiculum ponere, nullum iudicare, nulli detrahere, nulli iniuriosam esse, nullius carpere vitam, nullius explorare semitam: sed de meipsa tantum esse solicitam, malum pro malo nequaquam rependere. Iniuriarum mearum nec memorẽ esse vllatenus, nec vindicem, sed in omni bonitate superare malitiam. Maledicenti benedictionem parare. Inimicum vt amicum diligere: cõuicia & cõtumelias irascentium sustinere, non repẽdere iniurias, sed citò obliuisci offensionum mearum, & ignoscere. Ad veniam concedendam semper paratam esse. Aliena non concupiscere, nec occasione qualibet auferre: mea verò non habẽtibus misericorditer erogare.

B Aduenã & peregrinum propter te, qui redemisti me retinere: esurientem reficere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum operire, visitare languidum, requirere incarceratum, consolari tristem, afflicto & lugenti compati, non habenti præbere necessaria, victũ & vestitum diuidere cum egeno. Amplecti indigenam, fouere domesticum, amare peregrinum, redimere captiuum, sustentare aduenam, tueri pupillum & orphanum, suffragari viduæ, subuenire oppresso, præstare auxilium desolato, dirumpere colligationes impietatis: vel quæcunque præceptorum tuorum documenta declarant, diligenter credere & audire, ardenter inuestigare, prudenter scire, festinanter exercere, desideranter implere, & coram te humilem semper existere: vt surgam, non deiiciar: erigar, non subruar: ascendam, non descẽdam: quia caro, cum qua inhabito, semper ducere me vult ad peccatum: mecum vult coronari, sed non mecum decertare. Nullum peiorem patior hostem, quàm corpus meum in quo habito. Ipse enim quasi leo subuersor in domo mea, vndiq. me pestifero morsu dilacerando cõsumens. Ideo longa trahẽs suspiria
Rom. 7. d. 24 clamitando dicam: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei. Per quem? per Iesum Christum Dominum nostrum. Hæc velim ô Iesu saluator, bone redẽptor, hęc velim quæ hucusque supplicando deprecata sum: hæc deprecor, quę pretiosissimo sanguine tuo redempta sum: vt propter carnis corruptionẽ non pereã in æternum, non veniam in mortem secundã, nec in terrã obliuionis. Hæc vox mea in auribus misericordię tuæ sonet, vt tuam, non carnis faciã voluntatem, & omnis mens mea te meditetur, in te delectetur, te sequatur, te cõfiteatur, qui redemisti me, in ęternũ misericordia tua: & in tua misericordia reuixi perdita peccatis, & surrexi à mortuis: quoniã segregasti me à peccatis adolescentiæ meę, & egi pœnitentiã coram te: quia seruasti mihi tẽpus conuersionis, quæ considerans peccata mea cõpunctã sum, & te inspirante egi pœnitentiam coram te. Lęta iam inde tibi nunc & semper innumeras gratias refero: quia vt inuenirem te, tu prius quæsisti me: vt redirẽ ad te, tu cõpulisti: vt vererer: tu ficut pius pastor & pater respexisti: vt cõfiterer, tu es operatus: & vt me recognoscẽs plangerẽ, tu dedisti mihi. Pone Domine lachrymas meas
Psal. 55. b. 9. in conspectu tuo, & peruenia at te in cęlũ deprecatio mea: adesto precor & subueni, atque in manibus tuis cõmendatã tibi meipsam suscipe: liberans me de ore sæuissimi draconis, & de manu atrocissimi inferni, cũ acceperis me, & auferes de medio vmbræ mortis: imò deduces in semitã lucis in clarissimã regionẽ viuentiũ. Colloca me in caulis tutissimis gregũ tuorũ, quia tu es pastor bonus, qui requiris & reducis perditam ouem, tueris & saluas inuentã, sanas & foues languidã. Et tu es misericors Dominus, qui sperantes in te non confundis, requirentes te non derelinquis, reuertentes ad te non respuis, sed exultando & laudãdo suscipis, atq. in æterna beatitudine vnà cũ sanctis & electis tuis ęternaliter regnare concedis: quia est tibi cum æterno patre & Spiritu sancto vna deitas, gloria, virtus, & imperium, & potestas in sęcula sęculorum. Amen.

F I N I S.

DE AMICITIA, LIBER VNVS.

CENSVRA.

Libellus est infans & absque nervis, hinc atque inde consarcinatus: citat Ambrosium & Hieronymum, ac subinde Tullium: interdum inepte, velut illud Ciceroni tribuens, quod ille reiicit ac refellit, Sic habendum amicum, tanquam aliquando futurus sit inimicus. Omitto sermonis floscules, ita quòd, & pro inuecem.

CAP. I. *Quid sit amicitia.*

VM essem adhuc puer in scholis, & sociorũ meorum me gratia plurimum delectaret, inter mores & vitia quibus illa ætas periclitari solet, tota se mẽs mea dedit affectui, & deuouit amori: ita vt nihil mihi dulcius, nihil iocundius, nihil vtilius, quàm amari & amare videretur. Itaque inter diuersos amores & amicitias fluctuans, rapiebatur animus huc atque illuc: & veræ amicitię legẽ ignorãs, eius sæpe similitudine fallebatur. Tandem venit mihi in manus liber, quem de Amicitia Tullius scripsit, qui statim mihi & sententiarum grauitate vtilis, & eloquentiæ suauitate dulcis apparebat. Et licet nec ad illud amicitiæ genus me videbam idoneum, gratulabar tamen quandam me amicitiæ formulam reperisse, ad quam animi mei, & affectionum valerẽ reuocare discursus. Cùm verò placuit bono Domino meo corrigere deuium, elisum erigere, salubri contactu mundare leprosum, relicta spe seculi, ingressus sum monasterium: & statim legendis sacris literis operam dedi, vbi mellifluum Christi nomen meum sibi totum vendicauit affectum: ita quòd nihil aliud potest mihi sapidum esse vel lucidum. Cõstat mihi, Tullium veræ amicitiæ ignorasse virtutem, cùm eius principium finẽmque Christum penitùs ignorauerit: qui est alpha & omega, principium & finis omnium bonorum. Quid est amicitia? Tullius ait: Amicitia est rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate consensus. Quis huic gẽtili fortem charitatis affectum, beneuolentiæque operum expressit?

CAP. II. *Inter quos sit amicitia vera.*

SED hæc vera amicitia non potest esse inter eos qui sine Christo sunt. Ab amore, vt mihi videtur, amicus dicitur: ab amico, amicitia. Est amor quidem animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio quærit & appetit ad fruendum: per quem & fruitur eo cum quadam suauitate interiori, amplectitur & conseruat adeptum. Porrò amicus quasi amoris vel ipsius animi custos dicitur: quoniam amicum meum amoris mutui, vel ipsius animi oportet esse custodem, vt omnia eius secreta fideli silentio seruet: quicquid in eo vitiosum viderit, pro viribus caueat & deleat: cui & gaudenti congaudeat, & dolenti condoleat, & omnia sua consentiant, qui amici sunt. Amicitia igitur ipsa virtus est, quæ talis dulcedinis ac dilectionis fœdere ipsi amico copulatur, vt vnũ fiat de pluribus: vnde ipsam amicitiam non inter fortuita vel caduca, sed inter ipsas virtutes quæ æternæ sunt, etiam mundi huius philosophi collocauerunt. Vnde Salomon in Prouerbiis: Omni tempore diligit qui amicus est. Manifestè declarans eam æternam, si vera est: si autem defierit, nunquam vera fuit. Hoc volo te scire, nunquã fuisse amicum, qui læsit eum, quem in amicitiam semel recepit: nec eam veræ amicitiæ gustasse delicias, qui vel læsus desinit diligere quem semel amauit. Sed si arguatur, si tradatur flammis, si cruci affigatur, omni tempore diligit qui amicus est. Vnde dicit Hieronymus, Amicitia quæ desinere potest, nunquam vera fuit, cùm amicitiæ deberent esse immortales. Cùm tanta sit in amicitia vera perfectio, non est mirum quòd rari fuerunt hi, quos veros amicos antiquitas commẽdauit. Vix enim, vt ait Tullius, tria vel quatuor amicorum paria in tot retrò seculis fama concelebrat. Magna res est, ait quidam, & etiam ipse conatus magnus est. Vnde virtuosæ mentis est, sublimia semper & ardua meditari, vt adipiscatur optata, vel lucidiùs intelligat & cognoscat optanda: cùm non parũ credendus sit profecisse, qui virtutis cognitione didicit quàm longè sit à virtute. Nõnae Pylades & Orestes parati fuerunt pro inuicẽ mori? Sed maiori virtutis amore pollebant de quibus legitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et sancti martyres pro fratribus animas posuerunt, non pepercerunt laboribus, non corporis cruciatibus. Sed mirum non est, quòd multo plures gremio charitatis quàm amicitiæ amplexibus recipiendos sanxit authoritas, quæ non solùm amicos, sed etiam inimicos charitatis lege complectitur. Amicos solos illos dicimus, quibus cor nostrũ, & quicquid in illo est, committere non formidamus, illis vicissim nobis eadem fidei lege & securitate constrictis. Falso ergo prędicarũ nomen amicitiæ assumunt, inter quos est conuenientia vitiorũ: quoniam qui non amat, amicus non est. Non autem amat hominem, qui diligit iniquitatem: & hic odit animam suam, & alterius amare non poterit. Cùm verò in tali amicitia, quam libido commaculat, vel auaritia fœdat, vel incestat luxuria, tanta & talis experiatur dulcedo: libet coniicere quantum habeat suauitatis illa, quæ quanto honestior est, tanto est & securior: quanto castior, tanto iocundior: quanto liberior, tanto felicior.

C. III. *Amicitia triplex.*

AMICITIA itaque alia carnalis, alia mundialis, alia spiritalis. Carnalem creat vitiorum consensus: Mundialem spes quæstus accendit: Spiritalem inter bonos vitæ morum studiorũmque similitudo conglutinat. Exordium carnalis amicitiæ ab affectione procedit, quæ instar meretricis diuaricat pedes suos omni transeunti, sequens aures & oculos suos per varia fornicãtes: per quorum aditus vsque ad ipsam mentem pulchriorum corporum vel rerũ voluptuosarum infertur imago, quibus ad libitum frui putat esse verum, sed sine socio minus existimat esse iocundum. Tunc motu, nutu, verbis, obsequiis animus ab animo captiuatur: & accenditur vnus ab altero, & conterminantur in vnum, vt vnico fœdere miserabili, quicquid sceleris, quicquid sacrilegij est, alter agat & patiatur pro altero: nihilque hac amicitia dulcius arbitrantur, vel iudicant iustius, idem velle & idem nolle sibi existimantes amicitiæ legibus imperari. Hæc amicitia nec deliberatione suscipitur, nec iudicio probatur, nec regitur ratione, sed secundum impetum affectionis per diuersa raptatur: non modum seruans, nõ honesta procurans, non commoda incommodãue prospiciens, sed ad omnia inconsideratè, indiscretè, leuiter, immoderatęque progrediens. Idcirco quibus agitata furiis à semetipsa consumitur, eadem leuitate resoluitur, qua contrahitur. Amicitia mundialis est, quę rerum bonarum temporalium cupidine protrahitur: semper est plena fraudis atque fallaciæ, nihil in ea certum, nihil constans, nihil securum: semper cum fortuna mutatur, & sequitur marsupium. Vnde Salomon dicit: Est amicus secundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. Tolle spem quæstus, & statim desinet esse amicus. Vnde quidam:

Non est perfoe e, sed prosperitatis amicus,
Quem fortuna venet dulcis, acerba fugat.

Amicitia spiritalis, quam veram dicimus, non vtilitatis cuiusque mundialis intuitu, non qualibet extra nascente causa, sed ex propriæ naturæ dignitate, & humani pectoris sensu desideratur, ita vt fructus eius præmium non sit aliud quàm ipsa. Vnde in Euangelio, Posui vos, inquit, vt ęatis, & fructum afferatis, id est, vt inuicẽ diligatis. In ipsa namque vera amicitia itur proficiendo, & fructus capitur perfectionis illius dulcedinem sentiendo: vera charitas amicitia nuncupatur, vt omne vitium excludatur, cum beneuolentia dicitur ipse consensus amandi, qui cum quadam dulcedine monetur, interius exprimitur: vbi talis est amicitia, ibi idem velle, & idem nolle: tanto dulcius, tanto sincerius, tanto suauius, quanto sacratius: vbi sic amantes nihil possunt velle quod dedeceat, nihil quod expediat nolle. Hanc amicitiam prudentia dirigit, iustitia regit, fortitudo custodit, temperantia moderatur.

C. IIII. *Amicitiam natura insinuit.*

AMICITIAE primum, vt mihi videtur, ipsa natura humanis mentibus impressit affectum, deinde experientia auxit, postremò legis authoritas ordinauit. Deus enim summè potens, & summè bonus, sibi est: ipsi sufficiens, qui bonorum nostrorum non eget: voluit vt omnes creaturas, quas pax componeret, perueniret societas. Ita natura mentibus humanis ab ipso exordio amicitię & charitatis impressit affectum, quem interiorum morum sensus amandi quodam gustu suauitatis adauxit. Manifestum est amicitiam naturalem esse, sicut virtutem, sicut sapientiam, & cæteras virtutes. Sed multi abutuntur sapientia, qui pro ea aliquid inde suscipiunt, vel qui eam vendunt: sic aliqui malè vtuntur amicitia, qui pro ea aliquid appetunt, vel eum ea.

CAP. V. *De amicitia fructibus.*

QVID vtilitatis habeat, cùm in rebus humanis nihil sanctius appetatur, nihil quæratur vtilius, nihil difficilius inueniatur, nihil experiatur dulcius, nihil fructuosius teneatur. Habet enim fructũ vitæ præsentis & futuræ: ipsa enim omnes virtutes sua ostendit suauitate, vitia sua virtute confodit: aduersa temperat, componit prospera: ita vt sine amico inter mortales nihil ferè possit esse iocundum: & homo bestiæ comparetur, non habens qui secum collætetur in rebus secundis, in tristitibus contristetur: cui euaporet, si quid molestum mens conceperit: cui communicet, si quid præter solitum sublime vel liuoſum accesserit. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuãtem se. Solus omnino est, qui sine amico est. At quæ felicitas, quæ securitas, quæ iocũditas est, habere cum quo æquè audeas loqui, vt tibi: cui confiteri non timeas, si quid deliqueris: cui non erubescas reuelare in spiritalibus, si quid profeceris: cui cordis tui omnia secreta committas, & commendes consilia? Quid igitur iocundius quàm ita vnire animum alterius, & vnũ efficere de duobus, vt nulla iactantia timeatur, nulla formidetur suspicio: nec correptus alter ab altero doleat: nec laudantem alter alterum adulationis notet vel arguat? Amicus, ait Sapiens, medicamentum est vitæ. Non enim validior vel efficacior est vulneribus nostris medicina, quàm habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans, vt iũctis suis humeris, onera sua inuicem tolerẽt, & quòd vnusquisque propriam leuius, quàm amici portet iniuriam. Amicitia ergo secũdas res facit splendidiores, aduersas partiens cõmunicansque reddit leuiores: nã & philosophis etiam placuit. Non aqua, non sole, non igne pluribus locis vtimur, quàm amico: in omni actu, in omni studio, in certis, in dubiis, in quolibet euentu, in fortuna qualibet, in secreto, in publico, in omni consultatione domi forisq. vbique amicitia grata, amicus necessarius, vtilis gratia reperitur. Quocirca amici, ait Tullius, & absentes assunt sibi, & egentes abũdant, & imbecilles valent: &, quod difficilius est dictu, mortui viuunt.

Igitur

Igitur amicitia est diuitibus pro eleemosyna, exulibus pro patria, pauperibus pro censu, ægrotis pro medicina, mortuis pro vita, famis pro gratia, imbecillibus pro virtute, robustis pro præmio. Tãtus enim amicos honor, memoria, laus, desideriũque prosequitur, vt & eorũ vita laudabilis, & mors pretiosa iudicetur: & quod his omnibus excelsius, quidam gradus est amicitia vicinus perfectioni, quæ in Dei dilectione & cogitatione cõsistit, vt homo ex amico hominis Dei efficiatur amicus. In Euãgelio: Iam nõ dicã vos seruos, sed amicos meos. In amicitia quippe nihil inhonestũ est, nihil fictũ, nihil simulatũ: & quicquid est, id sanctũ & voluntariũ & verũ est: & hoc ipsum charitatis proprium est. In amicitia coniũguntur honestas & suauitas & iocunditas, dulcedo & voluntas & actus. Quæ omnia à Christo inchoãtur, per Christũ promouẽtur, in Christo perficiuntur. Itaq. amicus in spiritu Christi adhærens amico, efficitur cum eo cor vnũ & anima vna: & sic per amoris cãtica gradu ad Christi consendens amicitiã, vnus cum eo spiritus efficitur, in osculo vno: Osculetur me, inquit, osculo oris sui.

Ioan. 15. b. 15

Cant. 1. a. 1.

C. VI. *Osculum pacis.*

EST osculum corporale, quod impressione fit labiorum, quod non est ostendendum, nisi certis & honestis horis, vt in signum reconciliationis, quando fiunt amici, qui fuerunt inimici. In signum pacis, sicut communicati in ecclesia interiorem pacem exteriori osculo demonstrant. In signum dilectionis inter sponsum & sponsam fieri permittitur, vel sicut ab amicis post diuturnam absentiam & porrigitur & suscipitur. In signum catholicæ vnitatis, sicut fit cùm hospes suscipitur. Sed sicut plerique aqua, igne, ferro, cibo, & aëre, quæ naturaliter bona sunt, in suæ crudelitatis vel voluptatis satellitium abutuntur: ita peruersi & turpes, & hoc bono sua quodammodo flagitia condire nituntur, ipsum osculum tanta turpitudine fœdantes, vt sic osculari nihil sit aliud quàm adulterari. Porrò osculum spiritale propriè amicorum est, qui sub vna lege amicitiæ tenentur. Non enim fit oris attactu, sed mentis affectu: nõ coniunctione labiorum, sed commixtione spirituum, castificante omnia Dei spiritu, & ex sui participatione cælestem immittente saporem. Nam ipse hunc sacratissimum inspirat affectum, vt videatur alteri quasi vnam animam habere in diuersis corporibus. Psalmista, Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Anima sic affecta ad osculum intellectuale suspirat, & cum maximo desiderio clamans, Osculetur me osculo oris sui: vt iam terrenis affectibus mitigata, & omnibus quæ de mundo sunt cogitationibus desideriisq. sopitis, in solius Christi delectetur osculo, & quiescat amplexu, exultans dicit: Læua eius sub capite meo.

Est amicitia non est ostendendum

Cant. 1. a. 1.

Psal. 132. a. 1.

Cant. 2. a. 6.

C. VII. *Vera amicitia.*

EGO amicitiam nihil aliud credo, quàm inter duos tantam voluntatum societatem, vt nihil velit vnus quod alter nolit, sed tanta sit inter vtrosque in bonis malisque consensio, vt non species, non sensus, non honor, non quicquam quod alterius sit, alteri denegetur ad vouendum pro voluntate, & ad vtendum: vt vnusquisque sicut erga ipsum, sic afficiatur erga proximum in omni officio & obsequio, quòd rependant vicem, & fugiãtur honores. Inter bonos oriri potest amicitia, inter meliores proficere, cõsummari autem inter perfectos. Quamdiu enim quemquam in studio malum delectat, & inhonesta honestis præponit, & ei voluptas gratior est puritate, temeritas moderatione, adulatio correptione, quomodo ad amicitiam eum fas est aspirare, cùm ortus eius ex virtutis opinione procedit? Fœdus est amor, nec amicitiæ nomine dignus, quo tempore aliquid ab amico exigitur: quod necesse est eum facere, qui nec dum vitiis, aut sopitis, aut depressis, ad quælibet illicita, vel illicitur, vel compellitur. Nulla peccati est excusatio, si amici causa peccaueris. Ionadab quoque amicus Ammon salubrius prohibuisset incestum, quàm quòd potiretur optato præbuisset consiliũ. Nos bonum hominem dicimus, qui sobriè & iustè & piè viuit in hoc seculo, nihil à quolibet inhonestũ petit, nec rogatus præstat: inter tales oriri potest & conseruari amicitia.

2. Reg. 13. a. 3.

C. VIII. *Amicorum cõmunia omnia.*

QVIDAM dicunt cauendum esse, amicitiam rem plenam solicitudinis atque curarum, nec timoris vacuam, & multis obnoxiam doloribus, nihilque difficilius quàm custodire vsque ad extremum diem. Sic iudicant cum Tullio amare, vt possint odire cùm velint: sic placet amare hodie, vt cras oderint: sic amicus esse, vt nulli sit fidus, nunc laudans, nunc vituperans, nunc blandiens, nunc mordens: hodie paratus ad osculа, cras ad opprobria. Amor talium leuissima recedit offensa. De his Tullius, Solem, inquit, è mundo tollere videntur, qui amicitiam de vita tollunt: qua nihil à Deo melius habemus, nihil iucũdius. Qualis sapientia est, amicitiã detestari vt solicitudinem caueas, curis careas, exuaris timore: quando virtus nulla sine solicitudine, aut prudentia contra errores, vel temperantia contra libidines, vel iustitia contra malitiam, aut fortitudo contra ignauiam pugnat. Quis ergo hominum maximè adolescentium, sine dolore aut timore tueri pudicitiam, vel lasciuientẽ refrenare potest affectum? Stultus fuit Paulus qui voluit sine cura & solicitudine viuere, sed intuitu charitatis, quam virtutem maximam credidit, infirmabatur cum infirmis, & cum scãdalizatis vrebatur. Sed & tristitia illi erat, & cõtinuus dolor cordi eius pro fratribus suis secundum carnem. Ego eos non tam homines quàm bestias dixerim, qui sic dicunt esse viuendum, vt nulli consolationi sint, nulli & oneri vel dolori: qui nihil delectationis ex alterius bono concipiant, nihil amaritudinis sua aliis peruersitate inferant, amare nullum, amari à nullo curantes.

Tullius in libro de Amicitia.

1. Cor. 13.

1. Cor. 9. d. 22.

C. IX. *Amicitia puerilis.*

EST amicitia puerilis, quam vagus & lasciuiens creat affectus, sine ratione, sine pondere, sine mensura, sine alicuius commodi vel incommodi consideratione. Hæc ad tempus vehementer afficit & stringit, blandius allicit. Sed affectus sine ratione, motus bestialis est ad quæque illicita pronus: & licet amicitiam promouear affectus, non est sequẽdus nisi eum ratio ducat, & honestas temperet, & regat iustitia. In pueris magis regnat talis affectus. Affectus infidus & instabilis & impuris mixtus semper amoribus, ab iis quos spiritalis amor delectat caucatur, nam venenum est.

PRIMORDIA amicitiæ spiritalis primum intentionis habeant puritatem, rationis magisterium, temperantiæ frenum: & sic suauissimus accedens affectus, ita profecto sentietur dulcis, vt esse nunquam desinat ordinatus. Quid sit vera amicitia, nondum nouit, qui aliam vult esse mercedem quàm ipsam. Nam cùm multas & magnas vtilitates pariat amicitia fida bonorum, non illam tamen ab iis, qui ab illa istas procedere non ambigimus: cùm in bonis semper præcedat amicitia, sequatur vtilitas profectò non tam parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Nihil est negandum amico, omnia pro eo sustinenda sunt: & vita corporis ponenda est pro amico, vt sanxit diuina authoritas. Fons & origo amicitiæ amor est: nam amor sine amicitia esse potest, amicitia sine amore nunquam. Amor verò ex natura, aut ex officio, vel ratione sola, vel solo affectu, vel more, nonnunquam ex vtroque simul procedit. Ex natura, sicut mater diligit filium. Ex officio, quando ex ratione dati & accepti, quodã speciali affectu coniunguntur, ex sola ratione, sicut inimicos, non ex spontanea mentis inclinatione, sed ex præcepti necessitate diligimus. Ex solo affectu, quãdo aliquis ob ea sola, quę corporis sunt, verbi gratia, pulchritudinem, fortitudinem, facundiam, sibi quorundam inclinat affectum. Ex ratione simul & affectu, quando is, quem ob virtutis meritum ratio suadet amandum, morum suauitate, & vitæ laudandæ dulcedine in alterius influit animum: & sic ratio iungitur affectui, & amor ex ratione castus fit, dulcis ex affectu.

C. *Ex quibus procedat amicitia.*

Mat. 5. g. 44.

C. XI. *Amor Dei fons amicitiæ.*

FVNDAMENTVM amicitiæ, Dei amor est, ad quem omnia [illegible] vel amor suggerit, vel affectus: omnia quæ vel occultè al[illegible] spiritus, vel palam quislibet suadet amicus referenda, sunt di[illegible]er inspiciendа: vt quicquid altruitur, fundamento conueniat: & quicquid illud excedere deprehenditur ad eius formam reuocandum, & secundum eius qualitatem omnimodã conuertendum non dubites.

C. XII. *Delectus amici.*

NEC omnes tamen quos diligimus, in amicitiã sunt recipiendi, quia nec omnes sunt ad hoc idonei. Nam cùm amicus tui cõsors sit animi, cuius spiritui tuum coniũgas & applices, & ita misceas, vt vnum fieri velis ex duobus, cui te tanquam tibi alteri committas, cui nihil occultes, à quo nihil timeas: primùm certè eligendus est, qui ad hoc aptus putetur: deinde probandus, & sic demùm admittendus. Stabilis enim debet esse amicitia, & quandã æternitatis speciem præferre, semper perseuerans in affectu, non pueri modo amicos mutare aut lædere. Nemo autẽ detestabilior, quã qui amicum læserit: nihilque magis animum torquet, quàm vel se ab amico impugnari: sed eligendus est, & probandus, & tolerandus. Quatuor sunt gradus, quibus ad amicitiæ perfectionem conseenditur: quorum primus est electio, secundus probatio, tertius admissio, quartus rerum diuinarum & humanarum cum quadam charitate & beneuolentia summa consensio. Sunt vitia quædam, quibus si quis fuerit inuolutus, non diu leges amicitiæ vel iura seruabit. Non enim ad amicitiam sunt idonei nimis iracundi, instabiles, suspiciosi, verbosi, quæ quatuor in electione amici notanda sunt. Difficile est eum, quem sæpe iracundiæ furor exagitat, non aliquando insurgere in amicum. Vnde Ecclesiasticus, Est amicus qui odium & rixam & contumelia denudabit. Noli esse amicus homini iracundo: neque ambules cum viro furioso, ne sumas scandalum animæ tuæ. Sunt quidam ex naturali conspersione iracundi, qui tamen hanc ita comprimere & temperare soliciti sunt passionem, vt in quinque, quibus teste scriptura amicitia dissoluitur atque corrumpitur, nunquam prosiliant: quamuis nonnunquam amicum sermone vel actu, vel zelo nimio offendant. Tales tolerandi sunt, & cùm nobis constet de affectu certitudo, si quis fuerit vel sermonis vel actionis excessus, amico indulgendum est: vel certè sine aliquo dolore iocundè insuper, in quo excesserit commonendus. Qui conuiciatur autem amico, dissoluit amicitiam. Ad amicum si produxeris gladium, non desperes: si protulerit os triste, non timeas.

Eccl. 6. a. 9.

Eccl. 22. c. 25.

C. XIII. *De causis dissoluendæ amicitiæ.*

EST enim reuersio ad amicum, excepto conuicio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa, in his omnibus effugiet amicus. Conuicium quippe lædit famam, charitatẽ extinguit. Tanta est enim hominum malitia, vt quicquid ira instigante ab amico iaculatum fuerit in amicum, quasi à secretorum suorum conscio, si non credatur, verum tamen esse clametur: multi enim sicut propriis laudibus, ita in aliorum vituperationibus delectantur. Quid scelestius improperio? Quod etiam falsa obiectione innocentis faciem miserando rubore perfundit. At superbia quid minus ferendum? Quæ solùm id quod fractæ amicitiæ subueniendum fuerat, humilitatis & confessionis excludit remedium, reddens hominem audacem ad iniuriam, tumidum ad correptionem. Secretorum reuelatio, qua nihil est turpius, nil execrabilius, nihil amoris vel gratiæ relinquens inter amicos, sed omnia replens amaritudine indignationis, & odij atque doloris felle cũcta aspergens. Salomon, Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Quid enim infelicius illo qui perdit fidem, & desperatione languescit?

Eccl. 27. b. 17

Vnde denudare amici arcana, desperatio est animæ infelicis. Plaga dolosa est, occulta detractio, plaga serpentis, est & aspidis mortifera. Salomon, si mordeat serpens in silentio, nihil illo minus habet qui occultè detrahit. Quemcunque in his vitiis afsiduum inueneris, cauendus tibi est ille, nec donec sanetur eligendus est. Abiuremus conuicia, quorum vltor est Deus. Semei Dauid conuiciis impetens, à Salomone occisus est. Infelix Nabal carmelus Dauid seruitutem & fugam improperans, à Domino percuti meruit & occidi. Vitemus & superbiam, & amici gratiam humilitatis beneficio præueniamus. Ob hanc causam populum, & vrbes filiorum Ammon, gladius Dauid & ignis consumpsit. Amicorum reuelare secreta, sacrilegium est, quo fides amittitur, & animæ captiuatæ desperatio importatur, vt patet in Achitophel proditore. Detrahere amico, venenum amicitiæ putemus, quod Mariæ sororis Moysi corpus lepra fœdauit, & eiecta est extra castra sex diebus.

Eccl.10.b.11.
3.Reg.2.g.46.
2.Reg.25.g.38.
*2.Reg.10.a.1.**
2.Reg.16.f.23.
Num.12.

CAVENDI sunt etiam instabiles & suspiciosi, quia cùm fructus amicitiæ sit securitas, quomodo te credis & committis amico, quomodo in eius amore aliqua poterit esse securitas, qui omni circumfertur vento, omni acquiescit consilio, cuius affectus molli luto comparatur, diuersas & contrarias tota die pro arbitrio imprimentis suscipit & format imagines: Quid magis competit amicitiæ, quàm pax & tranquillitas cordis, cuius semper expers est suspiciosus? Nunquam enim requiescit, semper eum curiositas comitatur, quæ continuos stimulos acuens, inquietudinis & perturbationis materias subministrat. Si viderit amicum secretius loquentem cum aliquo, proditionem putabit. Si se beneuolum alteri præbuerit vel iocundum, ille se minus diligi proclamabit: si eum corripuerit, odium interpretabitur. Sed nec verbo sum arbitror eligendum, quia vir linguosus non instificabitur. Salomon, Vides hominem promptum ad loquendum, magis illo spem habet stultus. HIC ergo tibi eligendus est in amicum, quem non iracundiæ furor inquietet, non instabilitas diuidat, non conterat suspicio, non verbositas à debita grauitate dissoluat. Præcipuè vtile est, vt eum eligas qui tuis conueniat moribus, tuæ congruat qualitati. Nam inter dispares mores firma non potest esse amicitia: & ideo sibi conuenire debet vtriusque gratia. Multi sunt qui his passionibus mouentur, sed superiores inueniuntur: quia iracundiam patientia comprimunt, leuitatem seruata grauitate cohibent, suspiciones dilectionis contemplatione compellunt. Quos in amicitiam quasi extractos assumendos dixerim, qui vitia virtute vincentes, tanto securius possidentur, quanto fortius etiam tentantibus vitiis resistere consuerunt. Cauendum est in ipsa electione vel dilectione, ne nimis citò diligamus, maximè indignos. Digni sunt amicitia, quibus inest causa cur diligantur. Sed in his qui probati dignique putantur, erumpunt sæpe vitia, tam in ipsos amicos quàm in alienos, quorum cùm ad amicos redundat infamia, talibus est adhibenda diligentia vt sanentur. Et si impossibile est, non statim rumpenda est amicitia, sed diffuenda, vt ait quidam, Diffuendæ sunt amicitiæ, non rumpendæ omnino. Amicitia æterna est. Vnde, Omni tempore diligit qui amicus est: si te læserit ille quem diligis, tu tamen dilige. Si talis fuerit vt amicitia retrahatur, nunquam tamen subtrahatur dilectio. Consule quantum potes saluti, prospice famæ: nec vnquam amicitiæ eius prodas secreta, quamuis ipse tua prodiderit. QVINQVE illa quæ antè scripsimus, conuicium, improperium, superbiam, reuelationem secretorum, & occultos morsus detractionum: his sextum addimus, si eos qui diligendi sunt læserit, & scandali materiam præbuerit, vbi vitiorum ipsorum te tangit infamia. Non enim amor præponderare debet religioni, non fidei, non charitati multorum nec saluti. Hoc scito te inter perfectos sapienter electos & cautè probatos, quos vera & spiritalis amicitia copulauit, non posse venire dissidium. Cùm enim amicitia de duobus fecerit vnum, sicut id quod vnum est, non potest diuidi, sic & amicitia non potest à se separari. Sed virtus in hoc probatur, quòd diligit à quo non diligitur: honorat à quo spernitur: benedicit à quo maledicitur: benefacit ei qui sibi malum machinatur. AD amicitiam quatuor pertinere specialiter videntur: scilicet dilectio & affectio, securitas & iocunditas. Ad dilectionem spectat, cum beneuolentia beneficiorum exhibitio. Ad affectionem, interior quædam procedens delectatio. Ad securitatem, sine timore & suspicione omnium consiliorum & secretorum reuelatio. Ad iocunditatem, de omnibus quæ contingunt, siue læta sint siue tristia: de omnibus quæ cogitantur, siue nociua sint, siue vtilia: de omnibus quæ docentur vel discuntur, quædam dulcis & amica collatio. Ista perdit qui solui amicitiam. QVATVOR probanda sunt in amico: fides, intentio, discretio, patientia. Fides, vt ei te securè committas. Intentio, vt nihil ex amicitia nisi Deum, & naturale eius bonum expectes. Discretio, quid præstandum amico, quid ab eo petendum, in quibus contristandum pro eo, in quibus amico congratulandum, pro quibus eum corripiendum, modum, tempus & locum non ignorare. Patientia verò, ne correptus doleat, ne corripientem contemnat vel odiat, vt eum pro amico quælibet aduersa sustinere non pigeat. NIHIL in amicitia fide præstantius, quæ ipsius nutrix videtur & custos. Ipsa se in omnibus aduersis & prosperis, lætis & tristibus, iocundis & amaris præbet æqualem: eodem intuens oculo humilem & sublimem, pauperem & diuitem, fortem & debilem. Fidelis propriè amicus nihil in amico, quod extra eius animum intuetur: virtutem in propria sede complectens, cætera omnia quasi extra eum posita, nihil multum probat si afsint, nec cùm absint requirens. Ipsa tamen fides in prosperis latet, sed eminet in aduersis. In necessitate probatur amicus. Amici diuitis multi, sed vtrum veri amici sint, interueniens aduersitas probat. Salomon, Omni tempore diligit qui amicus est, & semper in angustiis comprobatur. Et arguens infidelem, dicit, Dens putridus, & pes lapsus, qui sperat super infideli in die angustiæ. DIXIMVS etiam intentionem esse probandam. Sunt plerique, qui in rebus humanis nihil norunt bonum, nisi quod temporaliter fructuosum sit. Hi amicos sicut boues suos diligunt, ex quibus aliquid boni sperant capturos: qui profectò germana & spiritali carent amicitia, propter Deum & se expectanda, nec in seipsis naturale contuentur exemplar: vbi facilè deprehenditur vis eius qualis sit & quanta, secundum formam, quam sermo diuinus præscripsit, Diliges, inquit, proximum tuum sicut teipsum. Tunc erit ipse quem diligis alter tu, si tuam in ipsum transfuderis charitatem. Non enim, vt ait Ambrosius, vectigalis est amicitia, sed plena decoris gratiæ virtus est, non quæstus, quia pecunia non potitur, sed gratia: nec licitatione pretiorum, sed concertatione beneuolentiæ. Nō debet esse mercenaria, sed gratuita. Certiores sunt amicitiæ inopū, quàm diuitum, cùm spem lucri sic tollit paupertas, vt augeat charitatem. Diuitibus plerique assentatoriè gratificantur, erga pauperem nemo simulator est: verum est quicquid defertur pauperi, eius amicitia inuidia caret. QVIDAM peruersè & indiscretè talem amicum habere volunt, quales ipsi esse non possunt. Hi sunt qui leues amicorum transgressiones impatienter ferunt, austerè corripiunt, & carentes discretione magna negligunt, contra quæ que minima fe erigunt, confundunt omnia, non locum seruantes, vbi: non tempus, quando: non personas, quibus quælibet vel publicare conueniat, vel celare. Circa illum, quem eligis, probanda est discretio, ne improuidum vel imprudentem tibi sumas, & lites quotidianas & iurgia tibi ipse perquiras. Si quis sine discretione fuerit, sicut nauis absque gubernaculo pro impetu suo instabili motu semper feretur.

Suspiciosi.
Verbosi.
Prou.26.
C. XV. De eodem.
Pro.17.c.17.
C. XVI. Sexta causa soluendæ amicitiæ.
C. XVII. Ad amicitiā quatuor requiruntur.
C. XVIII. Amici probatio.
C. XIX. Fides amicitiæ.

PATIENTIA probanda est, cùm necesse erit arguere quem diligis: quod aliquando quasi ex industria durius fieri oportet, vt sic eius probetur vel exerceatur tolerantia. Non quandoque in amicis eligēdis tædeat esse sollicitum, cùm huius laboris fructus vt vitæ medicamen, & immortalitatis fundamentum. Cauendus est quidem impetus amoris, qui præcurrit iudicium, & probandi adimit potestatem. Est proinde viri prudentis, suscitatum hunc refrenare impetum, ponere modum beneuolentię: paulatim procedere in affectum, donec iam probato se totum det & committat amico. Hæc est magna felicitas, quam expectamus Deo operante & infundente inter se & creaturam suam, inter ipsos gradus & ordines quos elegit esse tantam amicitiam & charitatem: vt sic quisque diligat alium sicut seipsum, & sicut vnusquisque de propria, sic de alterius felicitate lętetur, & ita singulorum beatitudo sit omnium, & omnium beatitudinum vniuersitas singulorum. Ibi nulla cogitationum occultatio, nulla affectionum dissimulatio. Hęc est vera amicitia quę hic inchoatur, ibi perficitur: quę hic est paucorum, ibi omnium vbi omnes boni. Hic est necessaria probatio, vbi est sapientum & stultorum commixtio.

Prou.14.c.20
Pro.17.c.17.
Prou.13.
CAPVT. XX. De amicis quæstuosis.
Mat.22.d.37
C. XXI. Qualis diligēdus.
C. XXII. Quomodo arguendus amicus.

PLEROSQVE omni affectu amplectimur, quos tamen ad amicitiæ secreta non admittimus, nec ad consiliorum reuelationem. In Euangelio Christus de discipulis suis quos de seruis amicos fecit, ait: Iam non dicam vos seruos, sed amicos: Ambrosius dedit formam amicitiæ quam sequamur, vt amici faciamus voluntatem, & aperiamus secreta nostra illi quæcunque in pectore habemus, & illius arcana non ignoremus: nihil enim occultat amicus, si verus est: effundit animum suum sicut effundebat mysteria patris sui Dominus noster Iesus Christus.

C. XXIII. Non pariter admittendi omnes.
Ioā.15.c.15.

QVEMADMODVM amicitia sit colenda, videamus. Firmamentum ergo stabilitatis & constantiæ in amicitia est fides: nihil enim est stabile quod infidum est. Non fidum potest esse multiplex ingenium & tortuosum, neq. qui non eisdem rebus mouētur, nec eisdem consentiunt, nec stabilis esse possunt amicitiæ aut fidei. Pręomnibus cauēda est suspicio, quæ est amicitiæ venenum. Non vnquam de amico mala sentiamus, nec mala dicenti credamus. Accedat hinc in sermone iocunditas, hilaritas in vultu, suauitas in moribus, in oculorum etiā nutu serenitas. Tristitia nāque & seuerior facies habet quandam honestā grauitatē, sed amicitia quasi remissior aliquando debet esse liberior, & dulcior ad comitantem felicitatē, quia sine leuitate & dissolutione procliuior. Est præterea illius amicitię, parē esse inferiori superiorem. Sępe quidē inferioris gradus & ordinis, dignitatis & scientiæ, ab excellentioribus assumuntur in amicitiā, ita vt sublimis descendat, humilis ascendat, diues egeat, pauper ditescat, & ita vnusquisque alteri suā conditionē cōmunicet, vt fiat æqualitas. Vnde qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, nō minorauit. Nunquam tuo te prę ferras amico, sed si fortè in iis quę diximus superior inueniris, tūc te magis amico submitte. Non cunctęris prę stare confidentiam, extollere verecundum, & tanto plus ei conferre honoris, quāto minus conferendum conditio vel paupertas prę scribit. Ionathas enim fœdus

C. XXIV. Beneficentia in amicos.
Eccl.29.b.19
C. XXV. Mutua inter amicos.
2.Cor.8.c.15

fœdus iniit cum Dauid, & seruulum in amicitiam adæquans Domino, fugatum à patre, sic adiudicatum mortiue sic definitum, sibi prætulit, se humilians, & illum exaltans: Tu, inquit, eris rex, & ego ero secundus post te. Si non vt dominum tibi videtur præferre eum quem diligis, vel parem facere eum tibi, non negligas. Non enim amicitia rectè colitur à quibus æqualitas non seruatur. Defer amico vt æquali, nec te pudeat vt præuenias eum officio. Amicitia enim nescit superbiam. Fidelis quippe amicus medicamentum est vitæ. HAEC est igitur lex in amiḉitia, vt ab amicis honesta petamus, & pro eis honesta faciamus, nec expectemus vt rogemur: cunctatio semper absit, studium semper afsit. Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicum. Si enim pecunia perdenda est propter amicum, multo magis amici vtilitatibus vel necessitatibus conferenda. Si igitur des amico vt non improperes, nō mercedem expectes, non frontem obducas, non vultum auertas, non deponas oculos, sed serena facie, hilari vultu, sermone iocundo intercide verba petentis: occurre beneuolentia, vt non rogatus videaris patrare quod petitur. Ingenuus animus nihil magis erubescendum æstimat, quàm rogare. Cùm igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor vnum & anima vna, iniuriosum est, si non sit & pecunia vna. Sic se sibi suā quę impendant, vt qui dat, feruet hilaritatem, qui accipit, non perdat securitatem.

SVNT, in amicitia aliqua in quibus sibi adesse possunt amici. Primùm vt solliciti sint pro inuicem, orent pro inuicem, erubescāt alter pro altero, alter gaudeat pro altero, alterius lapsum vt suum doleat, suo dilecto suus ille qui diligitur, inter variabiles fortunæ casus & in varietate mirabilium, nihil vtique à sapiēribus potius benignius, suauius ac honestius ęstimatur, quàm veram amicitiam inuenire. Quod tenere diligimus, id videndi desiderio æstuamus. Ea namque est vis amoris, vt oculus mentis offerat, quod ardētius mens desiderat. Occurrit felicium noctium iucunditas, quæ me mihi furantur & studio & laboriis in media nāque lectione te somnio, in somnis amplector te, in amplexibus te amitto, & te & somnio cum sua fallacia discedente. Medere ergo desiderijs, medere absentiæ, diligentem te dilige, sitque remedium id nostri furoris, vt sciant qui te diligunt me amare. Minus enim amor habet amoris, vbi se sentit qui diligit non amari. Amicorum enim est, inuicem sua negotia agnoscere, & suis opportunitatibus mutuam vicissitudinem impendere. Non est amicus qui amico non subuenit, nec etiam bonus socius, qui socij aduersum parum lugeat, alterius profectum non suum æstimet. Quibus modis impendi potest, erigat pusillanimitatem, suscipiat infirmum, consoletur tristem, iratum sustineat: sic oculos vereatur amici, vt nihil quod inhonestum sit agere, nihil quod dedeceat loqui præsumat. Nam quicquid ipse deliquerit, in amicum redundat. QVICQVID suadendum est, ab amico facilius recipiatur, & facilius retineatur: cuius magna debet esse in suadendo authoritas, cùm nec fides eius dubia, nec adulatio sit suspecta. Non solùm arguendi sunt amici, sed si opus fuerit, obiurgandi. Obiurgandus est amicus, si veritatem aspernatur, & obsequiis atque blanditiis in crimen appellatur. Sed monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat. Ambrosius: Si quid vitij in amico deprehenderis, corripe occultè: si te non audierit corripe palām. Sunt enim bonę correptiones, & plerunq. meliores quàm tacita amicitia: & si lædi se putet amicus, tu tamen corripe. Tolerabiliora enim sunt amici vulnēra quàm adulantium oscula. Debet amicus amico compati & condescendere, vitium eius suum putare, corripere humiliter, compatienter. Corripiat eum vultus tristior, & sermo deiectior. Intercipiant verba lacrymę, vt non solùm videat, sed & sentiat correptionem ex amore, & non ex rancore procedere. Amicus amico se ita conformet, vt eius congruat qualitati: & cui in exteriori aduersitate debet adesse, multo magis spiritui occurrere. Moneri & monere non repugnant, non adulatoriè, non simulatoriè, sed verè. Nam simulator ore decipit amicū suum. PRAESTEMVS amico quicquid amoris est, quicquid gratiæ, quicquid dulcedinis, quicquid charitatis. Subtiles honores & onera illis quos præscripserit ratio, imponimus: scientes quia nunquam verè diligit cui amicus ipse non sufficit, nisi hæc vilia & contemptibilia abiecerit. Cauendum est ne tenerior affectus maiores vtilitates impediat, dum eos quos ampliori charitate cōplectimur, si magna spes fructus vberioris elucet, nec absentare volumus, nec ignorare. Hæc est enim amicitia ordinata, vt ratio regat affectum, nec tam quid illorum suauitas, quàm quid multorum petat vtilitas, attendamus. Qui semetipsum non amat, alium amare non potest. Se autem non diligit, qui turpe aliquid vel inhonestum, vel à se exigit, vel sibi impertit. Primum ergo est, vt semetipsum quisque castificet, nihil sibimet indulgens quod indecens sit, nihil subtrahens quod vtile sit. Sed quia hic amor multos diligit, ex ipsis eligat quem ad amicitiæ secreta lege familiari admittat, in quem copiosè suum infundat affectum, denudans pectus suum vsque ad spectationem viscerum, medullarum, cogitatuum & intentionum cordis. Non eligatur secundum affectionis lasciuiam, sed secundum perspicaciam rationis, similitudinē morum, & contemplationem virtutum. Sic se impendat amico, vt leuitas omnis absit, iucunditas afsit, nec ordinata desint beneuolentiæ & charitatis obsequia vel officia. Probetur fides eius, honestas & patientia. Accedat amicorum consiliorum communio, afsiduitas parium studiorum, & quædam conformatio vultuum. Ita electus & probatus nihil velit quod dedeceat, vel petere ab amico, vel præstare rogatus. Amicitiam virtutem putare, non quæstum: adulationē fugere, detestari assertionē: liber in discretione, patiēs in correptione, firmus & stabilis in dilectione: vtile tunc dolore pro inuicem laborare, onera sua portare pro altero, semetipsum negligere, alterius voluntatem suæ præferre, illius necessitati magis quàm suæ occurrere, aduersis semetipsum opponere & exponere, dulce ad inuicem conferre, studia sua mutuò patefacere. Accedit pro inuicem oratio, quæ in amici memoria tanto efficacius, quanto affectuosius admittitur, profluentibus lachrymis, quas vel timor exercet, vel affectus elicit, vel dolor educit. Ita pro amico orans Christum ipsum desideranter & diligenter intēdit, subitò trāsit affectus in effectum, ipsius Christi dulcedinem tangens incipit gustare quàm dulcis est, & sentire quàm suauis. Ita à sancto illo amore quo amplectitur amicum, ad illum confendens quo amplectitur Christum, spiritalem amicitiæ fructum capit.

1.Reg.22.c.17.
CAP. XXV. Beneficentia in amicos.
Eccl.29.b.19
Prou.27.a.8.
Prou.11.b.9.
CAPVT XXVIII. Epilogus.
C. XXVII. Correptio amici.

FINIS APPENDICIS.

NOTÆ SIVE RECOGNITIONES QVARTI TOMI OPERVM D. AVRELII AVGVSTINI,

EX MANVSCRIPTORVM CODICVM COLLATIONE deprehensæ.

DE MENDACIO AD CONSENTIVM,

LIBER VNICVS.

Collatus ad manuscriptos Gembl. Floreff. Amand. Parcens. Cambr.

PAG. 5. *col.* 1. *b.* non hoc didicisse. *tria manuscrip.* non hoc se didicisse.

Ibid. col. 2. *b.* Quomodo ergo quisquis. 4. Ms. Quomodo ergo quisque.

Ibid. c. vita æterna amittitur. 4. Ms. vita æterna amittatur.

PAG. 6. *col.* 1. *a.* dici potest aliquid. 3. Ms. dici potest esse aliq.

Ibid. b. corpus inuaserit, cui nec vi contrairi possit. 4. Ms. corpus inuaserit, qui nec vi contraria possit.

Ibid. c. quam sua mobilitate perfruetur. 3. Ms. quam sua mutabilitate perfruitur.

Ibid. ideo cuiquam vel pro aliquo esse. 3. Ms. ideo cuiquam pro alio esse.

Ibid. col. 2. *a.* aliunde penetrandi aperitur. 3. Ms. alicunde penetrandi aperitur.

Ibid. b. flagitium tam immane remoueri? 2. Ms. flagitium tam immane remouere?

Ibid. d. quia ipsa non faceret. 4. Ms. quia ipse non faceret.

Pag. 7. *col.* 1. *b.* quamuis ipse pateretur. 5. Ms. quamuis id pateretur.

Ibid. d. & nullis peccatis. 4. Ms. & si nullis pec.

Ibid. col. 2. *b.* eius immunditiæ falso crimine. 5. Ms. eius immunditia falso crimine.

Ibid. nisi ita mentireris læditur. 4. Ms. nisi ita mentireris læderetur.

Ibid. d. vel prænunciatori rerum temporalium. 3. Ms. vel pronunciatori rerum temporalium.

PAG. 8. *col.* 1. *c.* non obsit qua prodest alteri. 4. Ms. non obsit sibi qua prodest alteri.

Ibidem, d. atque interrogatus mentireris. 4. Ms. atque inde interrogatus mentireris.

Ibid. col. 2. *a.* Occultare peccatum nõ licet. 4. Ms. occultare peccatum mentiendo non licet.

Ibid. d. pro innocente mentireris. 5. Ms. pro innocente mẽtieris.

PAG. 9. *col.* 1. *a.* per apparitores ab eo missus. 5. Ms. per apparitores ab eo missos.

Ibid. col. 2. *a.* quod merum mendacium est. 5. Ms. quod verum mendacium est.

Ibid. & prodest alicui: quocunque interrogante. 3. Ms. & prodest alicui: velut si quispiam pecuniam alicuius iniustè tollendam sciens, vbi scit nescire se mentiatur, quocunque interrogante.

Ibid. interrogat. De quibus duobus. 3. Ms. interrogat. velut si nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur, non solùm iustum atque innocentem, sed & reum, quia Christianæ disciplinæ sit, vt neque de cuiusquam correctione desperetur, neque cuiquam pœnitendi aditus intercludatur. De quibus duobus.

Ibid. c. iniuria etiam per mendacium. 5. Ms. iniuria etiam non per mendacium.

PAG. 10. *col.* 1. *a.* vbi morum emendatorum. 5. Ms. vbi morum imitandorum.

Ibidem, col. 2. *b.* nisi ori corporis consonet. 3. Ms. nisi os corporis consonet.

PAG. 11. *col.* 1. *c.* non vt nulli crederetur. 5. Ms. non vtique vt nulli crederetur.

Ibid. col. 2. *b.* vt ipsa verborum distinctio. 5. Ms. vt & ipsa verborum distinctio.

PAG. 12. *col.* 1. *b.* id est, malo alterius. 4. Ms. id est, à malo alteri°.

Ibid. c. aut si quod dictum est. 3. Ms. vt sicut quod dictum est.

Ibid. referatur quod dictum est. 3. Ms. referatur sic quod dictũ est.

Ibid. vllum mendacium habeatur. 3. Ms. vllum mendacium videatur.

Ibid. d. penitus illa morte. 4. Ms. penitus illata morte.

Ibid. col. 2. *b.* datur retinenda sunt. 4. Ms. datur redimenda sunt.

PAG. 3. *col.* 1. *a.* motu corporis sententiam. 3. Ms. ore corporis sententiam.

Ibid. c. & res violatur in animi. 2. Ms. & res resoluitur in an.

PAG. 14. *col.* 1. *c.* mendacium est non malum? 3. Ms. mendaciũ non est malum?

PAG. 15. *col.* 1. *a.* habent tamen aliquid. 3. Ms. non habent tamen aliquid.

Ibid. col. 2. *a.* & charitatem diuinæ. 4. Ms. & claritatem diuinæ.

Ibid. b. correctione deprauemur. 3. Ms. correctione deprauamur.

Ibid. c. cùm per tale mendũ. 4. Ms. cùm per tale mendacium.

PAG. 16. *col.* 2. *c.* verum esse quod mendum est. 3. Ms. verum esse quod mendacium est.

Ibid. col. 2. *b.* sunt aliis faciliores. 4. Ms. sunt aliis feliciores.

PAG. 17. *col.* 2. *a.* Cur ergo non eruimus. 3. Ms. Cur ergo non emimus.

Ibid. & eruendos putamus. 3. Ms. & emendos putamus.

PAG. 18. *col.* 2. *a.* si hanc peccatis aperimus viam. 4. Ms. si hanc peccatis aperuerimus viam.

Ibid. b. qui habuerit huiusmodi potestatem. 2. Ms. qui habuerit huius mundi potestatem.

PAG. 19. *col.* 1. *a.* facient cum Sodomitis. 2. Ms. faciant cum Sodomitis.

Ibid. patientur à Sodomitis. 2. Ms. patiantur à Sodomitis.

Ibid. dum magis horrescis. 2. Ms. dum maius horrescis.

Ibid. col. 2. *d.* quæ verè significantur. 4. Ms. quæ vera significant.

PAG. 20. *col.* 2. *b.* retinendo & agendo. 2. Ms. retinendo & amando.

PAG. 22. *col.* 2. *d.* quoniam vir iustus. 4. Ms. quando vir iust.

Pag. 23. *col.* 1. *b.* hoc malum clementer ignorauerit. 4. Ms. hoc malum clementer ignouerit.

Ibid. col. 2. *c.* & causam vincibilem fauentibus. 3. Ms. & causam inuincibilem fauentibus.

Ibid. d. quomodo mendacio patronam. 5. Ms. quomodo mendacium patronam.

PAG. 24. *col.* 1. *a.* non enim quia per mendacium blasphematur, ideo non blasphematur? 2. Ms. non quia per mendacium nõ blasphematur, ideo non blasphematur?

Ibid. b. depellendum est clamatur. 5. Ms. depellendum esse clamatur.

Ibid. c. Ab hoc insidiosissimo clamore. 5. Ms. Ab hoc inuidiosissimo clamore.

Ibid. d. non tamen omnino. 5. Ms. non tamen continuò.

Ibid. col. 2. *a.* iam sibi clausum. 5. Ms. tam sibi clausum.

Ibid. b. si bene ambulabimus, de die in diẽ renouabimur. 5. Ms. si bene ambulamus, de die in diem renouamur.

DE FIDE ET OPERIBVS LIBER,

Correctus ad exemplaria Gembl. S. Amand. & Carthus.

PAG. 25. *col.* 1. *b.* se confitens admittatur. 4. Ms. se confitens seu etiam profitens admittatur.

Ibid. c. quod eos mouerit non admitti. 2. Ms. quod eos nouerint non admitti.

Ibid. ita captos viderint. 4. Ms. ita captos viderent.

PAG. 26. *col.* 1. *d.* instituendam putant esse & ecclesiam & disciplinam. 2. Ms. destituendam putent ecclesiæ disciplinam.

Ibid. tutam sententiam moderari. 4. Ms. vitam sententiámque moderari.

PAG. 27. *col.* 2. *d.* commendario vitæ quam teneant. 2. Ms. cõmendatio vitæ bonæ quam teneant.

PAG. 29. *col.* 2. *b.* mundaret vitam. 3. Ms. mundaret viam.

PAG. 30. *col.* 1. *b.* vt præcepta ac professa. 3. Ms. vt percepta ac professa.

Ibid. col. 2. *a.* Iacobus autem vehementer. 2. Ms. Iacobus autem tam vehementer.

PAG. 31. *col.* 2. *c.* affectum talibus bonis. 4. Ms. affectum quo talibus bonis.

PAG. 32. *col.* 1. *a.* quam carnis luxuriæ. 4. Ms. quam carnis vxoriæ.

Ibid. b. non occurrit eligendus. 4. Ms. non occurrit potius eligendus.

Ibid. col. 2. *c.* inter pigros damnatur. 4. Ms. inter pig. dãnabitur.

PAG. 33. *col.* 2. *a.* si ea non negligendo. 2. Ms. si ea nos negligendo.

Ibid. somno in homine. 4. Ms. somni nomine.

Ibid. nunc ea primùm. 4. Ms. non ea primùm.

PAG. 34. *col.* 2. *c.* hoc imprudentissimè dicatur. 4. Ms. hoc impudentissimè dicatur.

QVÆSTIO-

QVÆSTIONVM LIBRI SEPTEM.

Correcti secundum exempl. Torn. Camb. Cart. Gemb. Amand.

QVÆSTIONVM SVPER GENESIM,

LIBER PRIMVS.

PAG. 37. *col.* 2. *d.* Cubitis quindecim, quidam non rectè dubitant propter. 5. Ms. cubitis quindecim, quæritur propter.

PAG. 38. *col.* 1. *a.* dum illo spiritu siccaretur. 5. Ms. dum nullo spiritu siccaretur.

Ibid. c. fratrem eius hominis. 3. Ms. frattrem omnis hominis.

Ibid. d. nam & quod postea dicitur. 4. Ms. nam & propterea postea dicitur.

Ibid. col. 2. *a.* prænunciaret se facturum esse. 3. Ms. prænunciaret futurum esse.

Ibid. b. & ideo scriptum sit. 5. Ms. vt ideo scriptum sit.

Ibid. c. quamquam aliter ista quæstio. 5. Ms. quamquam & aliter ista quæstio.

Ibid. ex igne Chaldæorum. 5. Ms. de igne Chaldæorum.

PAG. 39. *col.* 1. *a.* quod ei fuerat locutus. 4. Ms. quo ei fuerat locutus.

Ibid. d. iam quidem contra. 5. Ms. iam quidem & contra.

Ibid. & non mentiens. 5. Ms. sed non mentiens.

Ibid. vt caueret quod cauere quantum homo poterat. 4. Ms. vt caueret quod poterat, quantum homo poterat.

Ibid. Sodomorum & Gomorrhæorum. 5. Ms. Sodomorum & Gomorrhæ.

Ibid. col. 2. *d.* & diligenter differendum. 5. Ms. & diligenter inferendum.

Ibid. æternum aliquid significat. 5. Ms. æternum aliquid significatur.

PAG. 40. *col.* 1. *d.* Nam quod ait Apostolus, corpus emortuum, verbo quis premat, quod dixit emortuum? iam. 5. Ms. Nam si quod ait Apostolus, verbo quis premat, quia dixit emortuum. iam.

Ibid. col. 2. *a.* vt custodiant vias Domini, & faciant iustitiam. 4. Ms. & custodient vias Domini facere iustitiam.

Ibid. b. ad me consummantur. 4. Ms. ad me consumantur.

PAG. 41. *col.* 1. *c.* mirum vbi ipse mons est. 4. Ms. mirum nisi ipse mons est.

Ibid. col. 2. *a.* cũ fuerit prophetia. 5. Ms. cũ fuerit ista prophetia.

Ibid. b. in humeros puerum. 4. Ms. in humeros & puerum.

Ibid. tanquam ablactaretur Isaac. 5. Ms. antequam ablactaretur Isaac.

Ibid. d. quasi eũ quẽ portabat. 2. Ms. quasi enim quẽ portabat.

PAG. 42. *col.* 1. *a.* vt appellatus est. 5. Ms. & appellatus est.

Ibid. b. intelligitur aut spatium. 5. Ms. intelligitur autẽ spatium.

Ibid. c. faciat quoniam vires. 5. Ms. faciat vt quoniam vires.

Ibid. d. aut propter Deum? 5. Ms. & non propter Deum.

PAG. 43. *col.* 1. *a.* si legantur quomodo. 3. Ms. si legantur quemadmodum.

Ibid. narrationis non exigitur. 2. Ms. narrationis non exigit.

Ibid. c. non prophetæ fuerant. 4. Ms. non prophetæ fuerunt.

Ibidem, sed eos quod promiserat. 4. Ms. sed eos quæ prom.

Ibid. Pro isto autem scripturarum. 3. Ms. Pro isto tamen scripturarum.

Ibid. col. 2. *a.* quæ infra senectutem. 4. Ms. quæ intra senectutem.

Ibid. maiorem atque minorem. 4. Ms. maiorem atque iuniorẽ.

PAG. 45. *col.* 2. *a.* quæque fortuita videntur. 4. Ms. quæ fortuita videntur.

Ibid. vnde videtur in Græca. 4. Ms. vnde videtur & in Græca.

Ibid. c. Quæ cùm peperissent. 4. Ms. Quia cùm peperissent.

Ibidem, d. & eius filia se bonam. 4. Ms. & eius filia bonam.

PAG. 46. *col.* 1. *c.* nomen aceruus testatur. 2. Ms. nomen aceruus testator.

Ibid. d. ne læderet & deleret Iacob. 4. Ms. ne læderet Iacob.

Ibid. quam ita habere deberẽt. 5. Ms. quem ita habere deberẽt.

Ibid. col. 2. *a.* virga enim mea transiui. 5. Ms. virga enim mea ista transiui.

Ibid. b. quo omnis homo. 5. Ms. quia omnis homo.

Ibid. d. ipse enim aliquis. 4. Ms. ipse autem aliquis.

PAG. 47. *col.* 1. *a.* perrexit ex itinere quo. 5. Ms. perrexit itinere quod.

Ibid. col. 2. *a.* Lammaus quod dictum est. 4. Ms. Vllamaus quod dictum est.

Ibid. b. quibus tantùm semel. 2. Ms. quibus enim semel.

PAG. 48. *col.* 2. *b.* multi fuerunt. 4. Ms. multi enim fuerunt.

Ibid. d. Genuit eum autem Isaac. 4. Ms. Genuit enim eos Isaac.

PAG. 49. *col.* 1. *d.* & dimiserit eos. 2. Ms. & diuiserit eos.

Ibid. col. 2. *b.* hominem quendam Adollamitam. 4. Ms. hominẽ quendam Odollamitam.

PAG. 50. *col.* 1. *b.* Numquid inuenimus hominem. 4. Ms. Numquid inueniemus hominem.

Ibid. d. in sacerdote solis. 4. Ms. in sacerdotio solis.

PAG. 51. *col.* 1. *d.* de illa insinuatione. 4. Ms. de illa insimulatione.

Ibid. col. 2. *a.* & enutrire vestrum reliquias: mirum est. 3. Ms. & enutrire vestrum reliquiarum magnum? *Torn. exemp. habet*, & enutrire vestrarum reliquiarum aceruum?

Ibid. d. Sed vtiquam filij 4. Ms. Sed vtique filij.

Ibid. neptes commemoratæ sunt. 4. Ms. nepotes commemorati sunt.

PAG. 52. *col.* 1. *b.* Quemadmodum autem impleri. 4. Ms. Quẽadmodum enim impleri.

Ibid. d. qui manu capta sunt. 4. Ms. quia manu capta sunt.

PAG. 53. *col.* 1. *a.* feracia pascua gignere. 4. Ms. feracius pascua gignere.

Ibid. quacumque dispersa leguntur. 3. Ms. quacumque dispersim leguntur.

Ibid. b. qui inueniret orietur. 4. Ms. qui inuenerit orietur.

Ibid. c. securitas vbicunque. 4. Ms. securitas quod vbicumque.

Ibidem col. 2. *b.* in sortibus eorum. 3. Ms. in sortibus suorum.

Ibid. vel omnino retinere. 5. Ms. vel animo retinere.

Ibid. d. & iustum bellum. 5. Ms. vt iustum bellum.

PAG. 54. *col.* 1. *b.* præcipua obseruatione ieiuniorum. 4. Ms. præcipuam obseruationem ieiuniorum.

Ibid. col. 2. *a.* venitur ad Mambram. 4. Ms. venitur ad Abrahamum.

QVÆSTIONVM SVPER EXODVM,

LIBER SECVNDVS.

PAG. 55. *col.* 1. *b.* neque hic authoritatem. 5. Ms. neque hinc authoritatem.

Ibid. si beneficia nondum. *exempl. correct. Gemblac.* si beneficio diuino nondum.

Ibid. col. 2. *d.* & sic subauditur. 5. Ms. & hic subauditur.

Ibid. in via ad refectionem. *Gembl.* in via ad profectionem.

PAG. 56. *col.* 1. *b.* portas Sion fundamenta. 4. Ms. portas Sion ergo fundamenta.

Ibid. dicitur αὐτῆς & habet codex. 4. Ms. dicitur αὐτῆς masculino & neutro αὐτὸς & habet codex.

Ibid. col. 2. *a.* quod eius actio. 5. Ms. quoniam eius actio.

Ibid. gracilis vocis vt nec. 5. Ms. gracilis fuit vt nec.

Ibid. b. cur hoc faciat, & implebo. 3. Ms. cur hoc faciat, indurabo, inquit, cor Pharaonis, & implebo.

Ibidem, c. & tamen qualitate. 5. Ms. ea tamen qualitate.

Ibid. causis sit quibus. 5. Ms. causis fit quibus.

Ibid. d. sed de illis faciunt. 5. Ms. sed hoc de illis faciunt.

Ibidem, propriis vitiis & præterita. 5. Ms. propriis vitiis ex præterita.

Ibid. & dices Aaron. 2. Ms. tu dices Aaron.

Ibid. nisi quia ista meditatio. 4. Ms. nisi quia ista mediatio.

PAG. 57. *col.* 1. *b.* corporeis rebus omnia. 5. Ms. corporeis rebus per omnia.

Ibid. solus verus creator est. 4. Ms. solus vnus creator est.

Ibidem, c. cùm incantatores deficerent. 5. Ms. Cùm incantatores defecerunt.

Ibid. col. 2. *d.* intelligere debemus & in posterioribus. *Gembl. legit* intelligere deberemus, sed in posterioribus.

PAG. 55. *col.* 1. *a.* hoc enim non intelligentes. 5. Ms. hoc non intelligentes.

Ibid. c. in voluntate quippe. 5. Ms. à voluntate quippe.

Ibid. hic ingrauatus est. 5. Ms. hinc ingrauatum est.

Ibid. col. 2. *a.* & demonstrare patientiam suam. 5. Ms. & demonstrare potentiam suam.

Ibid. c. pro illo confitente. 5. Ms. pro illo confirens.

Ibid. d. illo scilicet Domini timore. 5. Ms. illo scilicet tim.

Ibid. Dominus inquit ad Moysen. 5. Ms. Dominus ad Moysen.

Ibid. Quia cum patientia Dei. 5. Ms. Quia enim patientia Dei.

Ibid. patiens fui. 4. Ms. patiens in eum fui.

PAG. 59. *col.* 1. *a.* Deus ad Moysen dicit. 4. Ms. Deus ad Moysen.

Ibid. b. concellaria vel concellanea. *Gemblac.* concellaria vel cõlactanea.

Ibid. col. 2. *b.* clamor magnus in Aegyptiis. 4. Ms. clamor magnus in terra Aegypti.

PAG. 60. *col.* 1. *a.* Vbi etiam vtrum viti. 4. Ms. Vbi etiam viti.

Ibid. d. Quos si retraxerimus. *Gembl.* Quos si detraxerimus.

Ibid. col. 2. *a.* computet annos centum. 5. Ms. computati anni centum.

Ibid. anno vitæ Iacob. *Gembl.* anno vitæ Ioseph.

PAG. 61. *col.*1.*a.*populus exAegypto. *Gemblac.* populus Israel ex Aegypto.
Ibid.d. quæ propè erat. 4. Ms.quia propè erat.
*Ibid.*debere quæ consilio.3.*manuscr.*debere cõsilio quę cõsilio.
*Ibidem,col.*2.*a.*non eos vlteriùs viderint.5. MS. non eos vlteriùs viderunt.
*Ibid.*quique die mortis suæ. 5. *manusc.* quisque die mortis suæ.
Ibid.b. Terra pro aqua non mirum est posita. 3.MS. Terra pro aqua nimirum est posita. *Camb. legit*, Terram pro aqua non mirum est esse positam.
Ibid.c. nam spiritus iræ eis quibus nocuit. *Gembl.* spiritus iræ eius fuit quibus nocuit.
*Ibid.*spiritus Dei dissimiliter. *Gemblac.* spiritũ Dei dissimiliter.
Ibid. d. à quo perducerentur.4.MS. quò perducerentur.
PAG.62.*col.*1.*a.*Quomodo venerunt.*Cambr.* Quomodo enim venerunt.
Ibid. b. Dixit Dominus ad Moysen.5. MS. Dixit autem Dominus ad Moysen.
Ibid. non enim tantum.5. MS. non ex hoc tantum.
Ibid.b.c. Quod simile fuisset si dixisset,non Spiritui sancto mẽritus es,sed Deo.Ita enim loquens,negaret Deum esse Spiritum sanctum. Nunc verò, &c. 4.MS. Quod simile fuisset si dixisset,non enim ait ausus es mentiri mihi,non mihi mẽtitus es : sed Deo : quod si dixisset simile fuisset. Neque ita dixit: Ausus es mentiri Spiritui sancto, non Spiritui sancto mentitus es: sed Deo, ita enim loquens negaret Deum esse Spiritum sanctum.Nunc verò, &c.
Ibidem, d. quia resurrexit ex virtute. *Gemblac.* qui resurrexerat in virtute.
Ibid.& repone illud.5.MS.& repones illud.
*Ibid.*ibi enim est Deus? 5.MS. vbi enim non est Deus?
PAG. 63.*col.*1.*a.*cùm præciperet pugnare. 5. MS. cùm præciperet pugnari.
Ibid. b. veritate perceperint. 5. *manusc.* veritate perceperit.
Ibid. col. 2.*a.*significauerit Deo vero. 5. MS. sacrificauerit Deo vero.
*Ibid. c.*Nunciabis filiis Israel,Vos ipsi vidistis quæ fecerim Aegyptiis,quomodo portauerim vos super alas aquilarum,& assumpserim mihi.Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum,eritis mihi in peculium:& cætera.Deinde paulò pòst.5.MS. Nunciabis filiis Israel,& cætera.Deinde paulò pòst.
PAG. 64.*col.*1.*a.*quoniã trinitatem.5.*manusc.*quia & trinitatẽ.
Ibid. b. Neque subiugalem eius. 5. *manuscr.* Neque subiugales eius.
Ibid.& hinc cœpit.5.MS.& huic cœpit.
*Ibid.c.*sed quia omnis. 5.MS. sed si omnis.
*Ibid.col.*2.*b.* Hoc vtique fornicationem. 2. MS. Hic vtique fornicationem.
PAG.65.*col.*1.*c.* quam non adnominauit eam. 5. MS. quia non adnominauit eam.
*Ibid.col.*2.*a.*non tantum ei dominabitur.5.Ms. in tãtum ei dominabitur.
PAG. 66. *col.*1.*d.* vt de eo modo.5.MS.vt det eo modo.
*Ibidem col.*2.*d.*fac eam erga inimicos. 5. MS. fac etiam erga inimicos.
PAG.67.*col.*1.*d.*illo namque mense.5. *manusc.* illo autẽ mense.
PAG.70.*col.*1.*d.*omnis datus sanctorum. 2. MS.omnibus datis sanctorum.
*Ibid.col.*2.*a.*quia iustificantur.5.*manuscr.* quia sanctificantur.
PAG.71. *col.*1.*d.*sanctum sancti erit altare? Non quidem. 5. MS. sanctum sancti erit? Altare non quidem.
PAG.72.*col.*1.*c.*erit tibi incẽsum. 5. *manuscr.*erit vobis incẽsum.
*Ibid.*excogitari & architectonari.5. *manuscr.* excogitare & architectonari.
*Ibid.col.*2.*c.*iteratio Testamenti noui, quoniam. 5. MS.Iteratio testamenti, quoniam.
PAG. 73.*col.*1.*d.*dilectio tua intercedit.5.MS. dilectio tua inter illos intercedit.
*Ibid.col.*2.*b.*quia nisi auertit,aduertit.5. *manuscr.*quia nisi auertit,euertit.
PAG. 77.*col.*1.*c.*noctem.5.MS. *habent hic distinctum titulum hoc modo* : Expliciunt quæstiones de Exodo. Incipiunt quæstiones de tabernaculo.
Ibid. col. 2.*c.* quod coniungitur secundo. 5. MS. qua coniungitur secundo.
PAG. 78.*col.*2.*a.*& facies serras de lignis.5. MS. & facies seras de lignis.
Ibidem.c. hi annuli fixi à ligno.2.*manusc.* hi annuli fixis in ligno.
PAG.79.*col.*1.*a.*& tentoria atrij.4.MS.& tentoria atrij.
PAG. 80. *col.* 1. *a.* & quatuor columnis. 4. MS. in quatuor columnis.
Ibid.b.& quatuor in portam spatium. 3. MS. & quatuor impar spatium.
*Ibid.col.*2.*b.*atrij spatium occludebant.4.MS. atrij spatium cõcludebant.
Ibid.& erat memorati.4.Ms.& vela memorati.

QVÆSTIONVM SVPER LEVITICVM, LIBER TERTIVS.

PAG. 83.*col.*2.*b.*soluat à peccati vinculo, etiamsi indicet. 4. MS.soluat etiam à peccati vinculo,si indicet.
Pag.84.*col.*1.*a.*ei tu non distinxisti.5. *manuscr.* & tu non distinxisti.
*Ibid.c.*quod per alia loca.4. Ms. quæ per alia loca.
*Ibidem, d.*ita dici potest anima. 5. MS. ita dici posset tantum anima.
*Ibidem,col.*2.*a.*altera pro holocaustomate.5.MS. altera in holocaustomate.
Ibid. anima si latuerit cum. 5. *manuscr.* anima si latuerit eum cum.
*Ibid.b.*certa quibus expientur. 5. MS. certa genera quibus expientur.
*Ibid.c.*de tactu morticino.*Gembl.*de tacto morticino.
*Ibid.d.*quod hic dixit.5.MS.quod hic dicit.
Ibid.& intelleximus,& vsurpauit.5.MS.& intelleximus, vsurpauit.
PAG.85. *col.*1. *c.* certum non est, sed esse. 5.MS. certum est, & esse.
*Ibid.col.*2.*a.*Quid auferet quod.5.*manusc.*Quid auferet si.
Ibidem, c. Et ignis altaris semper. 5. *manuscripta*, & ignis super altare.
PAG. 86.*col.*2.*b.*præter curam pene.5.MS. præter curam quod pene.
*Ibid. d.*quod non fiet,& deliquerit.4. MS. quod si fiet deliquerint.
PAG.87.*col.*1.*a.*ecce vbi dixit,& deliquerit. 5. MS. ecce vbi dixit,& deliquerint.
*Ibid.*quod non fecit volens.2.*manuscr.* quod non faciet volens.
*Ibid.*quod non fiet.2.MS.quod si fiet.
*Ibid.d.*quæ auferetis ab eis.5.MS. quę offeretis ab eis.
*Ibid.col.*2.*b.*ad spergendum etiam.5.MS. ad spargendum etiam.
PAG. 88.*col.*1.*a.* à secundo summus.3.*manuscr.*à secundo summus?
Ibid. b. vnde autem apparet. 5. *manuscripta.* vnde autem apparebat.
*Ibid.col.*2.*a.*ad sacrificium salutaris, hircus & aries.5. MS. ad sacrificium salutaris,vitulus & aries.
Ibid.b. iubet, quæ præcipua sunt. 5. MS. iubet, hæc iubet quæ præcipua sunt.
PAG. 89.*col.*1.*a.*Fac quod pro peccato tuo.2. MS. Fac pro peccato tuo.
*Ibid.*faciendum quod pro peccato.2. MS. faciendum pro peccato.
Ibid.d. ipsos enim posuit, quos imponeret altari à pectusculis demptos.4.MS. ipsa enim posuit quasi imponeret altari pectuscula dempta.
PAG. 90.*col.*2.*c.* si hodie obtulerunt ea. 5. MS. si hodie obtulerint ea.
PAG.91.*col.*1.*d.*& illud conteratur.5.MS.& illud conteretur.
*Ibid.*id est ipsum vas.3. MS.idem ipsum vas.
*Ibid.*quę superueniret cibo.3.MS,quæ superuenerit cibo.
*Ibid.col.*2.*c.* & quatuordecim fiebant. 5. MS. & quatuordecim faciebat.
PAG.92.*col.*1.*b.*Quisquis ergo ista.5.MS. Quisquis ergo ita.
*Ibid.col.*2.*b.*vt amplius habet.5.MS.aut amplius habet.
*Ibid.d.*maculæ illius apparuerat.5.MS.maculæ illius quæ apparuerat.
PAG.94.*col.*2.*a.*sed illud afferat.2.*manuscr.*sed illuc afferat.
*Ibid.*Ista enim nec vanis.5.Ms.ita enim nec vanis.
Pag.96.*col.*1.*d.*quoniam ne calumnia.5. Ms. quoniam neque calumnia.
*Ibid.col.*2.*b.*propter eandem liberationem.5.Ms. propter eandem explorationem.
Ibid.c. propter istum peccatum.5. *manuscr.* propter ipsum peccatum.
PAG. 97.*col.*1.*b.* ne putaret vxorem licere. 5. Ms. ne putaretur vxorem licere.
*Ibid.*ab animali ad animal.5.Ms.ab animali ad inanimal.

Ibid.col.

*Ibid.col.*2.*b.* sacerdos magnus coram fratribus.5.MS. sacerdos magnus fratribus.
PAG. 99.*col.*1.*b.*sabbata terræ sancta tibi. 5. MS.sabbata terræ esca tibi.

QVÆSTIONVM SVPER NVMEROS, LIBER QVARTVS.

PAG. 100. *col.* 1.*c.*quia iam diligenter.5.*manuscr.* quia tam diligenter.
*Ibidem, col.*2.*a.* videntur significari fideles.5. MS. videntur significari sancti fideles.
Ibidem,b. vnde nulla dubitatio est.5.MS. vbi nulla dub.est.
Ibid.c. Hoc enim loquebatur. *Gembl.* Hinc enim loquebatur.
PAG. 102. *col.*1. *b.* collocabunt filij Israël.2. MS. collocabant filij Israël.
PAG. 104. *col.* 2. *a.* ipsa afflictio pœnitentis. 2. MS. ipsa enim afflictio pœnitentis.
*Ibid.b.*mãdata eius disperdidit.5.*manusc.*mãdata eius dispersit.
*Ibid.d.*non ascenderemus. *Gembl.* non ascendemus.
PAG. 105.*col.* 1. *a.* & malos cremantibus flammis, iusti fulgebunt.5. MS. vt malos cremantibus flammis,iusti fulgeant.
*Ibid.b.*cõsuetudo prejudicabit.4.MS.cõsuetudo præiudicauit.
*Ibidem, col.*2.*a.* in manibus suis.5.MS.in animabus suis.
*Ibidem,*sed hoc potius attendi.5. MS.sed hoc potius cogitari & attendi.
*Ibid.c.*quòd sunt sancta sanctorum.5.MS. quòd sunt sancta dictum est sanctorum.
PAG.106.*col.*2.*a.*qui futuri erãt.5.*manuscr.*qui iã futuri erant.
PAG.107.*col.*1.*a.* ab iniquitate moribundæ.5.MS.ab iniquitate huius moribundæ.
*Ibid.c.*non aduersabor. *Gemblac.* non auersabor.
Ibid. Omnis qui tetigerit ab omni. *Gemblac.* Omnis qui tetigerit mortuum ab omni.
*Ibid.col.*2.*a.*quodcunque tetigerit immundus,immundũ erit. 5. MS. quodcunque tetigerit illud immundus, immundum erit.2. MS. quodcunque tetigerit illud immundum erit.
Ibid.b. & mortuũ sine vulnere.5. MS. aut mortuũ sine vulnere.
Ibidem,c. Nam de ipso Domino. 5. MS. Nam & de ipso Do.
PAG. 108. *col.* 1. *a.* vel patriarchæ sancto libro. *Gembl.* vel patriarchæ sancti libro.
*Ibidem,col.*2.*c.* non potero præuaricare.2.MS. non potero præuaricari.
PAG.109. *col.*1.*a.*ita perseueranter respondit. 5.MS.ira perseuerante respondit.
Ibid. Quo viso exteritus.5.MS. Quo viso tamen exterritus.
*Ibid.*permissus est dicere,vt iã.5.*manuscr.* permissus est vt iam.
Ibid.b. quemadmodum iratus est Deus. *Gembl.* quemadmodũ dixerit iratus est Deus.
*Ibid.*vtique commotionem intelligendum est.5. *manusc.* vtiq; commotione intelligendum est.
*Ibid.c.*vt hic quod dictum est.*Gemblac.*vt hoc quod dictum est.
*Ibidem,col.*2.*a.* Restat ergo vt subsisteret. 5. *manuscripta*, Restabat ergo vt subsisteret.
Ibidem,d. ab Israël?Quid itaque.5. *manuscripta*, ab Israël ? Si ergo factum erat, quis dubiter iram Domini auersam fuisse ab Israël?Quid itaque.
PAG. 110. *col.* 1.*a.* atque inter cætera.5.MS. atque interea.
Ibidem, salutis euidenter ostendit.5.*manuscripta*,satis euidenter ostendit.
*Ibid.d.*aut definierit,definierit definitionẽ. 5. MS. aut definierit definitionem.
Ibid. col. 2.*a.* ne sic accipiendum. 5. MS. non sic accipiendum.
Ibid.b. crimine absoluta est. 5.MS. crimine absoluet.
Ibid. dices mundum qui. 5. MS. dices mundum eum qui.
Ibid. & ista stabunt omnia. 5. MS. & ita stabunt omnia. 2.MS. ista stabunt omnia.
Ibid.c. voluit lex vouere. 4. MS. noluit lex vouere.
*Ibid.*quia mundauit eam.5.*manuscr.* quia Dñs mundabit eam.
Ibid. mundam iudicauit. 5. MS. mundam iudicabit.
Ibid.d. aut definitio quæ.2. MS. aut definitio fuerit quæ.
Ibid.& Dominus mundauit eam.3.MS. & Dominus mundabit eam.
Ibid. quoniam tacuit ei die. *Carth.* quoniam tacuit ea die.
Ibidem, post diem quam audiuit. 5. MS. post diem qua au.
PAG.111.*col.*1.*a.*qui abnuit quod. *Gembl.* quia abnuit quod.
Ibidem, si prohibuerit contemnatur. 5. MS. si prohibuerit cõdemnetur.
Ibidem,& à concubitu continentiæ vel abstinentiæ pertineant. 4.MS. & à concubitu continentiæ, & concubitus abstinentiæ pertineant.
*Ibid.d.*Quid est & misit.*Gemblacen.*Quid est quod ait,& misit.
Ibid.col. 2.*c.* vt modo locum eius.5. MS..vt modo locum eius.

QVÆSTIONVM SVPER DEVTERONOMIVM LIBER QVINTVS.

PAG.112.*col.*2.*c.* nisi fortè hoc.5.MS. nisi fortè hic.
PAG. 114. *col.*2.*c.* sed in libro legis.5. *manuscripta*, sed in illo libro legis.
PAG. 115. *col.*1.*b.* Nam si non operabantur.5. MS. Nam si ipsi non operabantur.
Ibid. c. sicut dixi ei.5. MS. sicut dixit ei.
PAG. 116. *col.* 2. *a.* non haberet transgressionem. 5. MS. non habet transgressionem.
PAG. 117. *col.*1.*b.* senioribus dicens filiã.5.MS.senioribus filiã.
*Ibid. col.*2.*b.* quoniam in fornicationem.5.MS. quoniam ipse in fornicationem.
*Ibid.d.*noluit & de porco.5. *manuscr.* noluit vtrũ & de porco.
PAG. 118. *col.* 2. *a.* in filios qui oderunt.5. MS. in filios his qui oderunt.
Ibid.d. simul etiam admonentur.5. MS. simul admonentur.
Ibid. Quod si verò quæsierint. 5. MS. Quod si quæsierint.
PAG. 119. *col.* 1. *a.* & reprehenderit impium. 5.MS. & reprehenderint impium.
Ibid. constituent eum.5. MS. constitues eum.
Ibid.b. seu pœna faciliore. 5. MS. seu venia faciliore.
Ibid. Si autem habuerint. 5. MS. si autem habitauerint.
*Ibid.*vxor defuncti fratris non alteri nubet appropianti,frater. 3.MS. vxor defuncti foris non appropiabit,sed frater.
*Ibid.col.*2.*b.* ac si ei esset.5. MS. ac sic ei esset.
*Ibid.c.*vt Dauid aliquando.5.MS. nec Dauid aliquando.
Ibid. pro maritis ponere.5.MS. pro maribus ponere.
PAG. 120. *col.* 1. *a.* in dextera aut in sinistra ire. 5. MS. dexterã aut sinistra ire.
*Ibid.*de diis alienis.4.MS.de diis aliis.
Ibid. vt & hic subaudiatur.4.MS. vt hic subaudiatur.
*Ibid.a.b.*mando tibi hodie ire. 4. MS. mando tibi hodie dextera aut sinistra ire.
*Ibid.b.*veluti consulantur quò prosint.*Gembl.* vt vel concilientur quò prosint.4.*manuscr.*.veluti consulantur,quæ prosint.
PAG. 121. *col.*1.*a.* loquebatur, Dominus in Euangelio. 5. MS. loquebatur,sicut dicit Dominus in Euangelio.
Ibid.b. Apostolus dixerit,Quis descendet.5.MS.Apostolus dixerit,Aut quis descendet.
*Ibid.d.*Dico ergo interim.5. MS. Dicam ergo interim.
*Ibid.col.*2.*a.* peccare autẽ in Dño. 5.MS.peccare autẽ Domino.
*Ibid.*vel potius peccare in Dñm.4.M.vel potiꝰ peccasse Dño.
Ibid.& malum corã te feci.5. MS. & malignum coram te feci.
Ibid.b. & in me non habet quicquam. 5. MS. in me non habet quicquam.
Ibidem, cum spe salutis & venię.5.MS.cum spe salutis ex venia.

QVÆSTIONVM SVPER IOSVE, LIBER SEXTVS.

PAG. 122.*col.*2. *b.*siderent esse rectorem.5. MS. viderent esse rectorem.
PAG.123.*col.*1.*d.* & occisi sunt ex eis triginta sex viri.5.*Amũd.* & occisis ex eis triginta sex viris.
*Ibid.col.*2.*a.* an aliud indicantibus.5.MS. an illud indic.
Ibidem, & Dei iudicia.5. MS. Dei autem iudicia.
*Ibid.b.*quod amissum est.5.MS.quod admissum est.
PAG.124.*col.*1. *d.* in quo bello ductor exercitus. 5. MS. in quo bello exercitus.
Ibid.col. 2.*a.* non ipse tam author.5.MS.non tam author.
Ibid. exurgetis de insidiis.5. MS. exurgetis ex insidiis.
*Ibidem,b.*cùm nec multi.5.MS. quia nec multi.
*Ibid.c.*nolebant tamen frangere.5.MS. noluerunt ta.frang.
PAG. 125.*col.*1.*a.*vt sibi subueniret.5. MS. vt sibi subueniretur.
Ibid. parcere cogitet.5. MS. parcere cogeret.
*Ibidem,d.*bellando accessisset.2.MS.bellando accessit.
PAG. 126. *col.*1.*a.* ex parte debellatis. 5. MS. ex parte illis debellatis.
Ibid.b. mittam angelum meum.5.MS. mittam ante faciem tuã angelum meum.
*Ibidem,c.*in ciuitatibus istis.5. MS. ex ciuitatibus istis.
*Ibidem,col.*2.*b.*quos non consummauerant.4.MS.quos non cõsumpserant.
Ibidem,c. per Rhinocoluram ciuitatem.5.MS.per Rhinocuram ciuitatem.
PAG. 127. *col.*1.*b.* à facie illorum.5.MS. ante faciem illorum.
*Ibid.*Cùm de tribu Dan.5.MS.Cùm de tribu Gad.
Ibid.c. & non obtinuerit.5. MS. non obtinuerit.

Ibid.d. Iesus est Christus. *5.* MS. Iesus Christus.
Ibidem, col.2.c. vt aëreos occultos. *5. manuscr.* aut aëreos occul.
Ibid. perfectam seruitutem. *5.* MS. perfecta seruitute.
PAG. 128. *col.1.d.* quem præfigurabit. *5.* MS. quē præfigurauit.
Ibid. col.2.b. vtique antequam præualuerant. *5.* MS. vtique antequam præualerent.

QVÆSTIONVM SVPER IVDICVM,

LIBER SEPTIMVS.

PAG. 128. *col.2.d.* ad bellandum eum. *3. manuscripta,* ad debellandum eum.
PAG. 129. *col.1.b.* sed dicit tribus Iuda. *5.* M. sed dixit trib⁹ Iuda.
Ibid. filiam meam Axam vxorē. *5. manusc.* filiam meā vxorem.
Ibid. col.2.a. & nomen ipsius agri. *5. manus.* nec nomē ipsius agri.
Ibid. c. refringere Deum propitium. *5.* MS. refringere Deum propitium.
Ibid.d. vsque hodiernū diem? vsque in hodiernū diem. *Sic 5.* MS.
PAG. 130. *col.2.d.* quia & illis quibus. *5.* MS. quia illi quib.
PAG. 131. *col.1.a.* poterat autem esse. *5.* MS. poterant autē esse.
Ibidem, b. si obseruarent viam Domini. *5.* MS. si obseruent viam Domini.
Ibid.d. in quibus missus est. *5.* MS. in quibus apertè missus est.
Ibidem, Dictum est autem in Exodo. *5.* MS. Dictum est autem in Deuteronomio.
PAG. 133. *col.1.b.* sed Domino Deo, sustinebat. *5.* MS. sed Domino Deo suo sustinebat.
Ibid.c. manu sua, & lingua sua. *5. manuscr.* manu sua, lingua sua.
Ibid. at verò istis. *5.* MS. aut verò istis.
Ibid. col.2.b. quæ significat mensa. *5.* MS. quod significat men.
Ibidem, c. quas petierat sibi mille septingenti auri sicli. *5.* MS. quas petierat, sicli mille septingenti auri.
Ibidem, d. quæ sibi fieri iusserat. *5.* MS. quæ ibi fieri iusserat.
PAG. 134. *col.1.b.* non secundum illud totum. *5.* MS. non scilicet illud totum.
Ibid.c. Opera sacrarij. 4. MS. Opera sacrificij.
Ibid. factum & illi. *5.* MS. factum est illi.
Ibid. col.2.b. conuenientibus ad eā. *5.* MS. conuenientibus eam.
Ibid. & eum inuenta. *5.* MS. sed eum inuenta.
PAG. 135. *col.1.c.* in aliis tribubus. *5.* MS. in alias tribus.
Ibid. & sacerdos Ioadæ. *5.* MS. & sacerdos Iudæ.
Ibid. hereditabit tibi Chamos. *Gemblac.* hereditauit tibi Cham.
PAG. 136. *col.1.c.* Nam quod non dixit, Quæcumque exierit de ianuis. *5.* MS. Nam quod non dixit, Quæcumque exierit, sed quicumque exierit de ianuis.
Ibidem, d. sperasset atque vouisset. *5. manuscr.* sperasset atque voluisset.
Ibid. col.2.a. vt aut ne magnum. *5.* MS. vt aut magnum.
Ibid. c. operatum est ephud. *5.* MS. operatus est ephud.
Ibid.d. propter bonitatem fidelémque. *5.* MS. propter bonam fidelémque.
PAG. 139. *col.2.a.* Si etenim coniugem. *5. manuscr.* Si enim cōiugem.
Ibid.b. & se apertissimè sponsum indicauit. *5.* MS. se apertissimè indicans sponsum.
Ibid.c. ex præcepto in Israël. *5.* MS. in præcepto in Israël.
Ibid.d. in quibus erant lugentes. *5.* MS. in quibus erant beati lugentes.
Ibid. ad perfectionē patrum. *5.* MS. ad percutiendum patrem.
PAG. 140. *col.2.b.* sed nec inaudita fecisset. *5.* MS. sed nec audita fecisset.
Ibidem, c. iam tamen angelus dixerit. *5.* MS. iam tamen angelus dixerat.

QVÆSTIONVM EVANGELICARVM,

LIBER PRIMVS.

PAG. 141. *col.1.d.* fecit vt ordo numerorum. *S. Aman.* fecit vt ordine numerorum.
Ibid. col.2.b. expoliatus. hinc est. *3.* MS. expoliatus fuerit indumentis. hinc est.
Ibidem, Hinc est, circumcisione. *2. manuscr.* Hinc est, & circ.
Ibid.c. quia deserto lumine. 4. MS. quia desertum lumine.
PAG. 142. *col.1.b.* propter satietatem vitæ. *3.* MS. propter sanctitatem vitæ.
Ibid. col.b. mater dicitur. *2.* MS. matres dicuntur.
Ibid. non confitentur fidem: cæcos. *2.* MS. non confitentur fidē: signant cæcos.
Ibid. sanguine passionis Christi, id est, in primo. *3.* MS. sanguine passionis Christi, in primo.
Ibid.c. liberos esse regni filios. 4. MS. liberos esse filios.
PAG. 144. *col.1.b.* Quo tempore talibus. *2.* MS. De quo tempore talibus.
Ibid.c. illi etiā ipsam legem. 4. *manuscr.* illi autē etiā ipsam legē.

QVÆSTIONVM EVANGELICARVM,

LIBER SECVNDVS.

Ex exemplaribus S. Amand. Gemblac. Carthus.

PAG. 145. *col.1.c.* hoc opus restaurate. *3.* MS. hoc corpus restaurare.
Ibid. col.2.a. vnus erat huic Ioseph. *3. manuscr.* vnus erat Ioseph.
Ibidem, illa videtur infirma. 2. MS. illa videtur firma.
Ibid.d. at si in denario. 2. MS. ac si in denario.
PAG. 146. *col.2.a.* & intemperantia per abundantiam. 3. MS. & temperantiam per abundantiam.
Ibid.b. Christiani compleat. *3.* MS. Christiani compleatur.
Ibid.c. & ea quasi cooperit. 3. MS. & eam quasi cooperit.
Ibidem, d. per idolorum cultus. *Gemblac.* propter idolorū cultus.
PAG. 147. *col.1.a.* vetusta sua vita delectatam. *3.* MS. vetusta suauitate delectatam.
PAG. 148. *col.1.a.* doctrinæ salutaris. *3. manuscripta,* doctrinę spiritualis.
Ibid.d. corpora operanti. 3. MS. corpora operari.
Ibidem, incipit & superbire. *2. manuscripta,* incipit insolescere & superbire.
PAG. 149. *col.1.b.* sterili vanitate. *Gemblac.* steriles vanitate.
Ibid. col.2.c. sanguine Dominico offertur patri. *3.* MS. sanguine Dominico & offertur patri.
Ibid.d. Israëlitis considerationibus. *Amand.* Israëliticis considerationibus.
PAG. 150. *col.1.b.* factus sum apud te. *2. manuscripta,* factus sum ad te.
Ibidem, col.2.a. adhuc sensu impedimur. *Amand.* ab hoc sensu impedimur.
Ibid.d. beatitudinis copia ditantur. *3.* MS. beatitudinis copia ditabuntur.
PAG. 151. *col.1.b.* hinc enim facta inuadit. *3.* MS. hac enim vi facta inuadit.
Ibidem, col.2.b. officiosissimos operibus. *3.* MS. officiosissimis operibus.
Ibidem, qui eis consilio. *3.* MS. qui eos consilio.
PAG. 152. *col.1.b.* Dei reuelatur. *3. manuscr.* Dei in eo reuel.
Ibidem, c. etiam illud est quod dictum est. 2. MS. etiam illud dictum est.
Ibid. col.2.b. nihil in bonis operis restat. *3.* MS. nihil nobis operis restat.
PAG. 153. *col.1.b.* contributa sunt. *3.* MS. contributa est.
Ibid. approbando inuicem. *3. manuscr.* approbando in inuicem.
Ibid. col.2.b. humilitatem regni. *3.* MS. vnitatem regni.
PAG. 154. *col.1.b.* cui adhibentur ad mysterium insinuandæ aut requirendæ veritatis. *3.* MS. cui adhibentur insinuandæ aut requirendæ.
Ibidem, c. aut si non illud. *3.* MS. aut si illud.

LIBER QVÆSTIONVM EVANGELICARVM SECVNDVM MATTHÆVM.

PAG. 156. *col.2.d.* communionis diruta societas. *3.* MS. communionis disrupta societas.
PAG. 157. *col.1.a.* cunctatione tentatus sit. *3.* MS. cunctatione temperatus sit.
Ibid. col.2.b. quas cùm premere non potuerit veritate defensa, cesserit falsitas vnitate seruata. *3.* MS. quas qui comprimere non potuerit veritate defensa, cesserit vnitate seru.
PAG. 158. *col.1.a.* Quibus veritas ipsa respondet. *3. manuscr.* Quibus quia veritas ipsa respondit.
Ibidem, b. modo alligatio fasciculorum. *3.* MS. non alligatio fasciculorum.
Ibidem, Verum intuendum quia. *3.* MS. Vtrum quia.
Ibidem, d. Aut præcepta iustitiæ quærens. *3.* MS. Aut præcepta quærens.
PAG. 159. *col.2.b.* Generalem iustitiam non violat quis. *Tria manuscripta sequentia non habent, vsque ad finem libri.*

DE CONSENSV EVANGELISTARVM,

LIBER PRIMVS.

Corrrecti sunt hi libri secundum exempl. Torn. Gemb. Mar. Cart. Camb.

PAG. 160. *col.1.b.* futuri prænunciauerunt. *5.* MS. futurum esse prænunciauerunt.
Ibid.c. Cuius non solùm ea. 2. MS. Qui non solùm ea.
Ibid. col.2.d. commemorat manifestè cognatam. *5.* MS. commemorat ab angelo manifestè cog.
PAG. 162. *col.1.b.* Fama nuncia est. *5.* MS. fama nunciata est.
Ibid.c. quam nolentes credi. *3.* MS. quam volentes credi.
Ibid. col.2.b. celebrius & sollenniter. 2. MS. celeberrimum sollenniter.

Ibid.c. tanta potuisse. 2. MS. tanta eum potuisse.
PAG. 163. *col.2.a.* probetur veritas. *5.* MS. profertur veritas.
Ibid. seipsos indicant. *5.* MS. seipsos iudicant.
PAG. 164. *col.1.a.* quibus ista templa. *5.* MS. quibus isti templa.
Ibid.c. fata cecinit. *3.* MS. Facta cecinit.
PAG. 166. *col.1.c.* fœditatis Deum. *5.* MS. fœcunditatis Deum.
PAG. 167. *col.1.b.* domus Israël, quoniam est. 4. MS. domum Israël, quoniam repleta est.
PAG. 168. *col.1.a.* Deus vniuersæ terræ. *5.* MS. Deus Israël, Deus vniuersæ terræ.
Ibid.b. ab humanitate Christi. *5.* MS. ab humilitate Christi.
Ibidem, in intellectu erit. 2. MS. intellectum intelliget.
Ibid.d. & caulas tuas confige. 4. MS. & aulas tuas confige.
PAG. 169. *col.1.b.* defessa ac diminuta. 2. MS. depressa ac dim.
Ibid.c. nisi quomodo fortè. *3.* MS. nisi quod modò fortè.
Ibid. col.2.a. quibus in turpia. *5.* MS. quo in turpia.
Ibid.b. cùm aliud nisi. *5.* MS. cùm aliud nihil.

DE CONSENSV EVANGELIST.

LIBER SECVNDVS.

PAG. 171. *col.1.a.* natos autem si genueris, postea tibi erunt. 2. MS. alios autem si genueris, postea tui erunt.
PAG. 173. *col.1.a.* & vocabitur nomen eius. *5.* MS. & vocabunt nomen eius.
Ibid.c. hinc proinde. *3.* MS. hic proinde.
PAG. 174. *col.1.b.* in domum suam. Matthæus dicit: Inuēta est. *5.* MS. in domum suam. & inuenta est. *Sic ibid.* MS. non cognoscebat eam. & Elisabeth.
Ibid. col.2.c. conciperetur. Matthæus dicit, & ecce. *5.* MS. conciperetur. & ecce.
Ibid.d. cùm recessissent, Lucas dicit, Posteaquam. *5.* MS. cùm recessissent, Posteaquam.
PAG. 175. *col.2.b.* ante omnia secula, quia. 4. MS. ante omnia secula creaturæ, quia.
PAG. 176. *col.1.d.* & illuc habitaturos. *5.* M. & illic habitaturos.
PAG. 177. *col.1.b.* & resurgere tertio die. 2. MS. & resurgere à mortuis tertio die.
Ibid. col.2.b. sed tantùm Spiritu sancto. *5.* MS. sed tantùm in Spiritu sancto.
Ibid. Ipse verò baptizabit. *5.* MS. Ipse vos baptizabit.
PAG. 178. *col.1.a.* regi debeamus. 2. MS. regi debebamus.
PAG. 179. *col.2.c.* descendit Capernaum. *5.* MS. descendit Capharnaum.
PAG. 180. *col.2.d.* nam Matthæus hoc dicit. *5.* MS. nam Matthæus hoc ita dicit.
PAG. 181. *col.1.a.* discipulorum eius, &. 2. MS. discipulorū eius cum illo, &.
Ibid.b. hoc in monte. *5.* MS. hoc est in monte.
PAG. 182. *col.2.c.* renunciare iis quæ domi sunt. *5.* MS. renunciare his qui domi sunt.
Ibid. col.2.d. totum quidem dici potuit. 2. MS. totum quidem sic dici potuit.
PAG. 183. *col.1.d.* sed Capernaum. 2. MS. sed in Capharnaum.
Ibid. col.2.a. dicta sit domus Israël. 2. MS. dictus sit populus Isr.
PAG. 184. *col.2.a.* Non tantùm sponsi. 2. MS. non tantùm quos ille sponsi.
Ibid.d. ac domo sua. 2. MS. in domo sua.
PAG. 185. *col.2.b.* qui erant vexati. *5.* MS. quia erant vex.
Ibid.d. alio loco nominat. *3.* MS. alio nomine nominat.
PAG. 188. *col.2.a.* factū est autē in vna. *3.* MS. factum est in vna.
PAG. 192. *col.1.a.* in sermone Dñi. 2. MS. in sermonem Domini.
Ibid.b. Sequitur Matthæus. *5.* MS. Sequitur itaque Matth.
PAG. 195. *col.2.a.* quæ discenda est sermonibus per quos discēda est. 2. MS. quæ dicēda est sermonibus per quos dicenda e.
PAG. 197. *col.1.b.* putemus fuisse credentes. *3.* MS. putemus nō fuisse credentes.
Ibid. col.2.c. nonnullam similitudinem. 2. MS. nonnullā huius similitudinem.
PAG. 198. *col.1.b.* hic autem etiam. *3.* MS. hinc autem etiam.
PAG. 199. *col.1.a.* quo inde tunc abscesserit. *3.* MS. quòd inde tunc abscesserit.
Ibidem, col.2.c. quod illi dixerunt. *Gembl.* quod illi duo dixerunt.
PAG. 201. *col.2.a.* aut dixerint. 2. MS. aut sibi dixerint.
Ibid.d. ad domū quam volebant. *3.* MS. ad domū quā volebat.
PAG. 202. *col.1.a.* ac si post hanc. 2. MS. ac sic post hanc.
Ibidem, sequeretur ordinem. 2. MS. sequitur ordinem.

DE CONSENSV EVANGELIST.

LIBER TERTIVS.

PAG. 203. *col.1.d.* Simon ecce satanas. *Gemblac.* Simon Simon, ecce satanas.
Ibid.col.2.d. tota cœpta est. *5.* MS. tota concepta est.
PAG. 204. *col.1.b.* ipsa omnino verba. *Gembl.* ipsa omnino narrationis verba.
Ibid. sicut probabilius indagatur. *5.* MS. sicut probabilius indicatur.
PAG. 205. *col.1.c.* venientibus ad eum. *3.* MS. venienti ad eum.
Ibid. col.2.a. dicentibus tantùm pater. *5.* MS. dicentibus pater.
Ibid.d. cùm vsus est gladio. *3.* MS. quo vsus est gladio.
PAG. 206. *col.1.b.* & si alter melius potest. *5.* MS. & si aliter melius potest.
Ibid.c. vt videret finem. *Gembl.* vt videret finem rei.
Ibid. quòd sequebatur Simon. *Torn.* quòd sequebatur eū Simō.
PAG. 207. *col.1.a.* Numquid ergo & tu. *3.* MS. Nūquid & tu.
Ibid.b. sin autem bene. *3.* MS. si autem bene.
Ibid.c. sed cùm exierat. *3.* MS. sed cùm exiret.
PAG. 209. *col.1.a.* quàm si omnia prophetarum vno vnius ore dicerentur. 4. MS. quàm si omnium omnia prophetarū vno vnius hominis ore dicerentur.
Ibid.c. sanctorum prophetarum. *5.* MS. sanctorū etiam proph.
Ibid. testimonio Zachariæ. *5.* MS. in testimonio Zach.
Ibid. Quod autem per prophetiam. *5.* MS. Quod autem proph.
PAG. 210. *col.2.b.* Respōderunt ei. 4. MS. Respōderunt enim.
Ibid.c. vnde vnicuique eorum. *5.* MS. vnde cuique eorum.
Ibid.d. Sequitur ergo idem. 2. MS. Sequitur ergo item.
PAG. 211. *col.1.c.* Consequens est etiam. *5.* MS. cōsequens est iā.
Ibid. col.2.d. stabat populus expectās. 2. M. stabat populus spectās.
PAG. 212. *col.1.c.* loqui solent sicut dixi. *3.* MS. loqui solent scripturæ sicut dixi.
Ibid.d. vel huiusmodi error. *3.* MS. huius vel error.
PAG. 213. *col.1.a.* in quibus scilicet duæ horæ. *5.* MS. in quibus duæ horæ.
Ibidem, Tunc cùm flagellasset. *5.* MS. Tamen cùm flag.
Ibidem, c. per medias moras. *5.* MS. per medias horas.
Ibid.d. adhuc eos Pilatus, ne quid. MS. adhuc Pilatus, nec quid.
Ibidem, col.2.a. vellet intelligi, in eo quod non ait. *5.* MS. vellet intelligi, non ait.
Ibid.c. quid & quando veniat. *5.* MS. quid & quando ei veniat.
PAG. 214. *col.1.a.* tanti criminis auersus à Iudæis. *3.* MS. tanti criminis à Iudæis.
PAG. 215. *col.2.b.c.* ostendens quam in potestate. 2. MS. ostendens quia potestate.
PAG. 216. *col.1.c.* Matthæus quoque & Marcus. *5.* MS. Matthæus quoque & Lucas.
Ibid. col.2.b. eorum inimicitias deuitare. *Gembl.* eorum insidias deuitare.
PAG. 218. *col.1.a.* nec ostenderemus. 2. MS. nec sic ostend.
Ibidem, c. sed sabbato quidem. *5.* MS. & sabbato quidem.
Ibid. col.2.c. Prima sabbati diluculo. *Torn.* Prima sabbati valde diluculo.
Ibidem, d. sine dubio cum cæteris. *5.* MS. sine dubio cæteris.
PAG. 219. *col.1.c.* hortulanū putauit. *Torn.* hortulanū eū putauit.
PAG. 220. *col.2.c.* Quale vult enim admirabile corpus. *3.* MS. quale vult enim corpus.
Ibid. quia dicit ipsos. *3.* MS. quia dicit Marcus ipsos.
PAG. 221. *col.1.a.* Cui autem non luceat. *5.* MS. Cui autem nō eluceat.
Ibidem, d. quasi hoc sequantur. *5.* MS. quasi hoc sequatur.
PAG. 222. *col.1.a.* dicit apparuisse Marcus. *3.* MS. dicit Dominum apparuisse Marcus.
Ibid.b. cùm etiam nouissimè. *5.* MS. cum etiam nou.
Ibid. illis vndecim apparuisset. *5.* MS. illis vndecim apparuisse.
Ibid. col.2.a. Si eum volo manere. *5.* MS. Sic eum volo man.
PAG. 223. *col.1.d.* Nisi quis dicat. 2. MS. nisi fortè quis di.
Ibidem, col.2.b. intelligendus est ad numerum. 2. MS. intelligendus est Ioannes ad numerum.
Ibid.c. per seipsum dixerat. *5.* MS. per seipsum prædixerat.
PAG. 224. *col.1.b.* Postea inquit, duodecim. 2. MS. Postea inquit, vndecim.
Ibidem, col.2.a. intelligendus est. *5.* MS. intelligendum est.
Ibidem, apud Ioannem delictionem suis. *5.* MS. apud Ioannem dilectoribus suis.

DE CONSENSV EVANGELIST.

LIBER QVARTVS.

PAG. 224. *col.2.b.* Nunc iam quoniam. 2. MS. Nunc quoniam.
PAG. 225. *col.1.a.* membris amota vexatione elisis. 2. MS. membris amputatis aut euulsis.
Ibid. col.2.c. in illo nomine. 2. MS. in illius nomine.
Ibid. communia in his in quibus nobiscum sunt. *5.* MS. communia, in his enim nobiscum sunt.

PAG.226. *col.2. b.* de quibus dixit.3.MS. de qualibus dixit.
Ibid.c. cũ quibus eis societas est.5.MS.cũ quibus eis notitia est.
PAG.227. *col. 2. b.* quia regnum eius. 3. MS. qui regnum eius.
Ibid. d. Rursus illuc de Olivieti monte. 3. MS. Rursus illic de Olivieti monte.
Ibid. discipulos se scriptos esse gaudere.2. MS. discipulos vt se scriptos esse gauderent.
PAG.228. *col.1. a.* fructũ daret & nõ.3.MS.fructum daret non.
Ibid.c. graditur in locis eisdem.3. MS. graditur sed in locis eis.
Ibid.d. etiam si iam essemus.2.MS. etiam si essemus.
Ibid.col.2.b. istam ipsam Ioannis. *Cam.* secretam ipsam Ioannis.
Ibid. vita nostra,& nos.2.MS.vita nostra Christus,& nos.

LIBER DE DIVERSIS QVÆSTIONIBVS OCTOGINTA TRIBVS.

Correctus est hic liber secundum exempl. Amand. Cart. Floreff. Gemblac. Torn.

PAG.231.*col.1. c.* quæ in sapientem quamuis.2. MS.quæ in sapientem quemuis.
Ibid.col 2. b. ipsum cardinem, siquidem impartilis sit non moueri. 4.MS.ipsum cardinem,non moueri.
Ibid. in iuuenta efflorescit.4.MS.in iuuentam efflorescit.
PAG.232.*col. 2. b.* aliter autem vt participatione. 5. MS. aliter autem cum participatione.
PAG.233.*col.1.c.* per quos id agit.5.MS. per quos id agitur.
Ibid.col. 2. c. quæcũque quam diuinam.5. MS.quæcunque prosunt quam diuinam.
PAG.234.*col. 1. a.* ergo & seipsa vtitur.5.MS.ergo & ipsa v.
Ibidem, col.2.d. Iterum quisquis amat.5.MS. Item quisquis a.
PAG.235.*col.1.c.* non rectè amor dicitur.5.MS.non rectè amari dicitur.
Ibid.col.2.c. profectio nulla cupiditas.5.MS.perfectio nul.cup.
PAG.236. *col. 1.c.* perficit sapientem. 5. MS. perficit sapientiã.
PAG.237. *col.2.a.* à re ipsa non errabit.3. MS. à re ipsa non abhorrebit.
PAG.238.*col.2.b.* tamen modo quia est.5.MS. tamen non modo quia est.
Ibidem, magis hoc ad imaginem.5.MS. magis in hoc ad im.
Ibid. Neque inscitè distinguit.5.M.neque inscitè distinguitur.
PAG.239.*col. 1. c.* magna autem virtus hæc.5. MS. magna autẽ virtus est hæc.
Ibid.col.2.b. deceptum regem falso. *Carth.* deceptum regem Achab falso.
Ibid.d. terrenæ rei appetitores.5.MS. terreni regni appet.
PAG.240.*col.1.a.* qui puniri nõ debeat.5.M.qui puniri debeat.
Ibid.b quæ temporum congruentia.5.MS.pro temporum congruentia.
Ibid. si hostem decipi dignum.5.MS.si hostẽ deceptione dignũ.
PAG.241.*col.1. d.* generibus hominum eliquatur.3.MS. generibus hominum eligatur.
PAG.243. *col.2. d.* coniunctione fruetur.3. MS. coniunctione fœratur.
PAG.244.*col.2. c.* in nominibus generatorum. Nam eos nominat.5.MS.in nominibus generationum. Nam eas nom.
PAG.245.*col. 1.c.* Neque idolis seruientis. 3. MS. neque idolis seruiamus.
PAG. 246.*col.1.a.* & pro accepto habitum.3. MS. & pro accepto habitu.*Floreff.* habitum.
Ibid.col. 2. b. homo exterior recreatus.5.MS.homo interior recreatus.
PAG. 247.*col. 1. c.* quem audisti.5. MS. quem audis.
PAG.248.*col.1.b.* aut illos non habuit. 4.MS. aut illos filios non habuit.
PAG. 249.*col.1.a.* Ideo verissimè dictum est.5. MS. Ideóq; verissimè scriptum est.
Ibid.col.2.c. peccans præuaricatione.5.MS.peccans pretio.
PAG.250. *col.1.a.* & naturale vinculum.2.MS.& natale vin.
Ibidem,col.2.a. In spiritu enim erat.5.MS. In spiritu enim erant.
PAG.251.*col.2.c.* & sunt primitiæ.2.MS. hæ sunt primitiæ.
Ibid. vt per hanc.3.MS.vt per hunc.
PAG.252.*col.1.b.* Quoniam si ipsis dicatur.5.MS.quoniam si in ipsis dicantur.
Ibid.c. Cum his ergo verbis aut.2.MS.Cũ his ergo verbis si aut.
Ibid. ad vitam bonã peruenitur.2.MS. ad vitã bonã inuitantur.
Ibid.col. 2. a. Nam vt manifestum sit.2. MS. & vt manif. sit.
PAG.253. *col.2.a.* ex tota mente tua.5.MS. ex tota mente sua.
PAG.254.*col.1.c.* dicatur ab aliquo. 4.MS.dicatur in aliquo.
Ibidem, nullum principum & potestatem.3.MS.nullum principum & potestatum.
PAG.255. *col.1.b.* vt tradatur regnum Deo.4. MS.vt tradat regnum Deo.
Ibidem, discipuli mei estis.5.MS.discipuli mei eritis.
Ibid. cùm filius hominis.5.MS.cùm filius Dei.
Ibidem,col.2.c. Vbi est contentio tua. *Gembl.* Vbi est mors contentio tua.
PAG.256.*col.1.b.* post omnes recedat.3.MS.post omnes redeat.
Ibid.col.2.b. tua bona quidem eminẽt.4.MS.tua bona quædam eminent.
PAG.257.*col.2.c.* sapientiæ & disciplinæ. 4. MS. sapientiæ vel potius disciplinæ.
Ibid.d. ne mutans intelligatur. 5. MS. ne mutatus intelligatur.
Ibidem, humanæ fragilitatis assumptor.2.MS. humanæ fragilitatis assumptione.
Ibidem, Vbi similitudo, continuò imago.4. MS. Vbi similitudo, non continuò imago.
PAG.258. *col.1.d.* ad faciem videtur.4.MS.ad faciẽ possidetur.
Ibid.col.2.a. ad illam plenissimam.4.MS. ad aliam plenissimam.
Ibidem,col. 1.c. iustificatus per fidem non potest.4.MS.iustificatus per fidem quomodo potest.
PAG. 259. *col.1.d.* cùm tamen cõcedas.2.M. cùm tamẽ cõstet.
Ibid.col.2.d. & ministeriis eorum.4. MS. & mysteriis eorum.
PAG. 260. *col.2.d.* Nam si nimis.3.MS. Nam si minus.
PAG. 261. *col.2.b.* pertinet,creatorẽ. *Carth.* pertinet, est creatorem.

AD SIMPLICIANVM EPISCOPVM, LIBER PRIMVS.

Correctus ad manuscripta exemplaria Parcens. Carth. & Marth.

PAG. 263. *c.* Domino beatissimo & inenarrabiliter.3.MS.Domino beatissimo & venerabiliter.
Ibid.col.1.d. cognitumque reperi.3.MS.cognitumque repetiui.
PAG.264.*col.1.d.* literisque mandata: vt quemadmodum exposita sint,præter libelli huius textum,sicut iam patata erãt misi consideranda prudentię tuę.Sed tamen.3.MS.literisque mandata. Sed tamen.
Ibid.col.2. b. neque vt stiparetur. 3. MS. neque vt extirparetur.
Ibid.c. morte terrebar.3.MS.morte tenebar.
Ibidem,d. Mulier autem seducta in præuaricatione facta est. 3.MS.mulier autem in præuaricatione seducta est.
PAG.265.*col.1.a.* Ego,inquit. 3. MS.Ergo ego,inquit.
Ibid.c. implet.Quanto ea magis delectatur.3.MS.implet.Quia tanto magis ea delectatur.
Ibid.d. sub lege à peccaro.3.MS.sub peccato.
Ibidem,col.2.a. Non ita dictum est.3. MS. Non ita hic di.est.
Ibidem,b. ad hoc comprobandum.3.MS.ad hoc improbandum.
Ibid.c. robustior,gratia facit. MS. robustior hæc gratia fa.
Ibid. scilicet natura.3. MS. scilicet tanquam natura.
PAG.266.*col.1.a.* quod nondum est.3.MS.qui nondum est.
Ibid. sed mala consuetudine. 3. MS. sed malæ consuetudinis.
Ibid. ad faciendum. 3. MS.ad facilè faciendum.
Ibid.b. & vtique legi.3.MS.ei vtique legi.
Ibid. quod non licet.*Parc.* quod licet.
Ibidem, c. dicendum est homini victo.3. MS. dicendum estab homine victo.
Ibid.col.2.a. in infirmitate.3.MS.ex infirmitate.
Ibid. præuaricant eam.3.MS.præuaricantur eam.
Ibidem, implentibus eam per gratiam.3. MS. implentibus eam per charitatem.
Ibid. sub eius timore damnati. *Parcen.* sub eius timore dãnandi.
Ibid. id est,lege Christi.3.MS.id est,de lege Christi.
Ibid.b. aut peccatum per mandatum.3.MS. aut peccatum peccans per mandatum.
PAG. 267.*col.1.a.* legi damnanti.3.MS.legi dominanti.
Ibid. quando minatur.3.MS.quando dominatur.
Ibid.col.2.b. sicut in Cornelio.3.MS.sicut in ipso Corn.
Ibid.d. venditant nullius artis.3.MS. venditant à nullius artis.
PAG. 268. *col.1.a.* secunda opera bona.2.MS.secunda operatio bona.
Ibid.d. futuram vitam vidit.3.MS.futuram fidem vidit.
Ibid. qua iustificaret elegerit.2.MS.quem iustificet eligat.
Ibidem, col.2.a. vnde probas quia iam non ex operibus elegit eum,sed si propterea.3.MS. vnde probas quia non etiam ex operibus elegit eumsi propterea.
PAG.270.*col.2.d.* & cuius vult nõ miseretur.3.MS.& cuius non vult non miseretur.
PAG.271.*col.1.d.* paruulos adhuc alloquitur.2. MS. paruulos in Christo adhuc alloquitur.
Ibid.col.2.b. propterea non audistis.3.MS. propterea nõ auditis.
Ibid.c. homines de cõditione.3.*manusc.* homines Dei cõditione.
Ibid. in aliis eam perimit.3.MS.in aliis eam punit.

Ibid.

Ibid. inquantum vasa sunt.3.MS.inquantum vasa fiunt.
PAG.272. *col.1.c.* attestationes prophetæ.3. MS. attestationes prophetiæ.
Ibid.d. isse credantur.3.MS.missi credantur.
Ibidem,col.2.a. atque breuitate.3.MS.atque breuiatione.
PAG.273.*col.1.a.* quæ tanquam per gratiam.3.MS. quæ tamen per gratiam.

AD SIMPLICIANVM EPISCOPVM, LIBER SECVNDVS.

PAG.274. *col.1.a.* nescientes. Per informationem. 4. MS. nescientes.Sed per informationem.
Ibid.b. vterque vidit quod.4.MS.rex vidit quod.
Ibid. stuporem interpretantur.4. MS. pauorem interpret.
Ibidem, non nisi videre. *Martin.* non potuit nisi videre.
Ibid.d. quam loquuntur homines.4.*manus.* cùm loquũtur homines.
Ibid.col.2.a. & Saul inter prophetas.4.MS.sic & Saul inter prophetas.
Ibid.b. ad inuestiganda visa.4.MS. ad distinguenda visa.
Ibid.c. tanquam creatura & in.4.MS. tanquam creatura in.
Ibid. etiam spiritibus malis.4.MS.etiam spiritibus immundis.
Ibid.d. malignus spirit' quia.4.M. malignus spiritus Dñi quia.
Ibidem, voluntate diabolus erat.4.MS.voluntas diabolo erat.
PAG.275.*col.1.a.* mitte manum & tange.4. MS. mitte manum tuam & tange.
Ibid. spiritus ille quia malus erat. 4. MS. spiritus ille voluntate qua malus erat.
Ibidem, dixerunt pueri Saul:Spiritus Domini.4. MS. dixerunt pueri Saul ad eum:Spiritus Domini.
Ibid.b. posse non habebat.4. MS. posse autem non habebat.
Ibid.c. sed nescio vtrum.4.MS.sed tamen nescio vtrum.
Ibid.d. illa materies insinuaretur.4.M.illa materies insinuetur.
Ibid.col.2.b. atque ordinante præsentia.4.MS. atque ordinante præscientia.
Ibid. quod in præsentiarum.4.MS.quod in præsenti.
PAG.276.*col.1.a.* de quo nunc diceretur.4.MS.de quo tunc diceretur.
Ibid.b. magis attestantur.4.MS. magis magisque attest.
Ibid. spiritus Dei, & prophetabat & ipse & ambulabat.4.MS. spiritus Dei, & ambulabat.
Ibid. & prophetabãt,& idẽ.4.MS.& prophetabant & ipsi,idẽ.
Ibidem,col.2.c. Domine Domine coram te manducauimus. 4. MS.Domine Domine,in nomine tuo manducauimus.
PAG.277.*col.1.d.* Cùm verò alius.4.*manusc.* Cùm verò aliquis.
Ibid. non miretur vtrumque.4. MS,non miraretur vtr.
Ibid.col.2.a. accedit scientiæ Dei.4.MS. accidit scientiæ Dei.
Ibidem, accedat scientiæ Dei.4.MS. accidat scientiæ Dei.
Ibid. nihil noui accedit.3.MS.nihil noui accidet.
Ibidem,b. admittat mutabilitatem & temporalis sit, cùm Dei qui verè.4. MS. admittit mutabilitatem & temporalis est, cùm sit Deus qui verè.
Ibid.d. Cùm enim desero. 4.MS.Cùm enim dempsero.
PAG.278. *col. 1. b.* cùm scriptum inuenimus. 4. *manusc.* cùm scriptum inueniamus.
Ibidem,d. non enim est illi commutatio. *manusc.* non enim est illis commutatio.
Ibidem,col.2.c. consentiret spiritus prophetæ sancti. 4. *manusc.* consentiret sanctus propheta.
PAG.279.*col.1.d.* profundiore & perplexiore. 4. MS. profundiore & prolixiore.
Ibid.col.2. b. nisi autem iacentes oraremus. 4. MS. nisi autẽ etiã iacentes oraremus.
Ibidem,c. quo sedeamus.4.MS.quò secedamus.
Ibid. intentio solicitudinem. 4.MS. intentio solitudinem.
Ibid. protulerat totum victum.4.MS. protulerat illa totum vi.
Ibid. tu malè fecisti.4.MS.tu ne malè fecisti.
Ibid.d. & tam fideliter.4.MS. & tam fidenter.
PAG.280.*col.1.b.* pro sua peruersitate.4. MS. pro sua peruersa cupiditate.
Ibidem,col.2.c. vel cedere iubenti.4.MS. vel credere iubenti.

DE OCTO DVLCITII QVÆSTIONIBVS LIBER.

Correctus ad exempl. Aman. Cart. Gembl. Torn.

PAG.283.*col.2.b.* quæ contradicunt.4.MS. quæ contradicũtur.
Ibid.c. illius verbis continuò. *Car.* illius verbis contra cont.
Ibid.d. literarum tuarum ingereres huiuscemodi.4. MS. literarum tuarum etiam mihi scriberes, ingerens huiuscem.
Ibid. pro suis ita curantium.4.MS. pro suis ista curantium.
PAG. 285. *col.2. a.* quam hominibus habitantibus.4.*manusc.* quam cum hominibus adulantibus.
Ibidem,b. ipsa diuitiæ. 4. MS. ipsæ diuitiæ.
PAG.286.*col.2.b.* De Pythonissa & Samuele scripsi. Septima tua.3.MS.De Pythonissa & Samuele scripsi.Sed quam non frustra dixerim, pedetentim nos in hoc genere simulatam Samuelis imaginem, maligno Pythonissæ ministerio præsentatam existimare debere,ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus, mea posterior inquisitio declarauit quando inueni in libro ecclesiastico vbi patres laudabãtur, ex ordine ipsum Samuelem sic fuisse laudatum,vt prophetasse etiã mortuus diceretur,sed si &huic libro ex Hebrẽorũm,quia in eorum non est canone, contra dicitur:quid de Moyse dicturi sumus,qui certè & in Deuteronomio mortuus,& in Euangelio cum Helia qui mortuus non est,legitur apparuisse viuentibus?Septima tua.*Similia habetur in lib. De cura pro mort.cap. 15. vnde fortasis ab aliquo sunt desumpta.*
Ibid.d. non ipse est etiã Deus? *Aman.* non ipse est etiã nunc D.

DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA, AD PAVLINVM LIBER VNVS.

Correctus ad exempl. Amand. Carth. Gembl. Gambr. Torn.

PAG. 288.*col. 2. d.* Sed quia alia mouent.3. MS. Sed quæ alia mouent.
PAG.289.*col.1.b.* de corporibus sanctorum.4.MS. de corporibus occisorum.
Ibid.c. quæ cadaueribus faciant? 4.MS.quæ de cadau.fa.
Ibid.col.2.c. sed excitatam faciunt.3.MS. sed exercitatã faciunt.
PAG.290.*col.1.b.* exanima corpora ponerẽtur.2. *manuscr.* exanimata corpora ponerentur.
Ibid. c. & cui commendandus sit.3.MS. & cui commẽdatus sit.
Ibid.d. vbi religiosus amicus.2.MS. vbi religiosus animus.
Ibid.col.2.b. suis corporibus, suorumque defunctorum deesse.
Quidam liber qui habetur inter opuscula D. August. Argẽtinæ anno 1491.*impressa,sic legit:* suis corporibus defunctis deesse.
Ibidem,c. ne membra exanima patiantur.2. MS. ne mẽbra exanimata patiantur.
Ibid.d. cùm propter quasdã offensas. *Gemb.* cùm propter quorundam offensas.
Ibidem, proprio honorificè sepeliuit.2. MS.proprio satis honorificè sepeliuit.
PAG.291.*col.2.c.* & loquatur,qualia. 2. MS.loquaturque talia, qualia.
Ibid.d. Tunc nimis anxio.2.MS.Tunc ei nimis anxio.
Ibid. & vbi esset recautum, quo illa. *Dictus liber sic legit:* & vbi esset repositum quod illa.
PAG.292.*col.1.b.* loquuntur secum,quasi verè præsentibus:loquuntur etiam cum absentibus quasi cum præsentibus. *Idem lib.sic legit:* loquuntur secum quasi verè præsentibus loquantur;& tam cum absentibus quàm præsentibus.
Ibid.c. homo quidã Curma nomine. *Idem li.sic legit:* homo quidam de turma Curina nomine.
Ibidem, viuentis indicium, illum sepeliri. *Carth.* viuentis indicium quod illum sepeliri.
Ibidem,d. tanquam in somniis fuit. 5. MS. tanquam in somniis suis fuit.
Ibid.col.2.a. quæ non præstantur.3.MS. quæ non præsentantur.
Ibid. nec ille mihi visionem.5.MS.nec illam mihi visionem.
Ibid.d. de illorum stirpe promissus est.4.MS. de illorum stirpe procreatus est.
Ibid. quomodo mortui suorũ.5.MS.quomodo mortui viuorũ.
PAG.293.*col.1.a.* & veritus à facie mea.5.MS.& veritus es à facie mea.
Ibid. quæ ego induco.4.MS.quæ ego inducam.
Ibid.b. ipsa mala patiantur.5.MS.ipsi mala patiantur.
Ibid. & Moysen ac prophetas.*Car.* sed Moysen ac proph.
Ibid. d. sicut econtrariò Paulus. 3. MS. sicut econtrariò quod Paulus.
Ibid.col.2.b. beneficiorũ affectibus.*Gem.* beneficiorum effectib.
Ibid.d. nisi qui sibi scire.5.MS.non qui sibi scire.
PAG. 294. *col. 2.a.* an fortè aliquando.5. MS. an verò fortè a:
Ibid. illo docente quæ sciret.5.MS.illo dicente quæ sciret.
Ibid.b.c. cùm ille recesserit qui gerebat.5.MS. cùm ille inde recesserit.2.MS.qui regebat.

DE CATECHIZANDIS RVDIBVS, LIBER VNVS.

Correctus ad exempl. Cambr. Amand. Gembl.

PAG.295.*col.1.a.* Petis à me frater. *Cam.* Petisti à me frater.
Ibid. Dixisti eñ quod apud.3. MS.Dixisti eñ quod sæpe apud.
Ibid.b. & doctrina fidei & suauitate.2.MS. & doctrinam fidei & suauitatem.

*Ibid.d.*non posse sufficere.3.ms.non potuisse sufficere.
*Ibid.*maximè quod ille.3.ms.maximè quia ille.
*Ibidem, col.2.c.*nisi quod libet.*Amand.* nisi quia libet.
P A G.296.*col.1. a.*nisi ad verbum edidicimus.*Cam.* nisi ad verbum ea edidicimus.
*Ibid.col.2.a.*saltem redamare. *Aman.* saltem nunc redamare.
*Ibid.*nolit & rependere.2.ms.nolit rependere.
*Ibid.b.*quanto plus in amicitia.2.ms. quãto purius in amicitia.
*Ibid.d.*salubriter consecrata sunt.*Aman.*salubriter conscripta sunt.
P A G.297. *col.1. a.* nec etiam aperta claudunt.2.ms. ne etiam aperta claudantur.
*Ibid.b.*quando veniat animo.*Camb.*quo veniat animo.
*Ibid.d.*aut non prius.3.ms.aut eam non prius.
*Ibid.*solidorum viam.3.ms.solidiorem viam.
Ibid. col. 2. a. carpere voluisset. *Aman.*capere voluisset.
*Ibid.b.*adhibita rationi.*Gemb.*adhibita rationis.
*Ibid.d.*nec nobis audeat.3.ms.nec nobis id audeat.
P A G. 298.*col. 1. a.* eadem hora Christiani fiunt. 3. ms. eadem hora qua Christiani fiunt.
*Ibid.col.2.c.*quid res significet.3.ms. quid res illa significet.
*Ibid.d.*magis non delectat.3.ms. magis nos delectat.
*Ibid.*volumus euocari.3.ms. volumus auocari.
P A G.299.*col.1.a.*corrigunrur salutem.3.ms.porrigũtur salutẽ.
Ibid b Veni loquere hic.3.ms. Veni loquere huic.
Ibid.c.& quasi multum.3.ms.& quia multum.
*Ibid.col.2.c.*Nouit enim Dominus.3.ms.Nouit Dominus.
Ibid.& recedit.3.ms.& recedat.
P A G.300.*col. 1. a.* aliquantum proficimus.2. ms. aliquantum profecimus.
*Ibid.*in ipsam arcem.3.ms.In ipsam artem.
*Ibid.c.*noster sermo dilucescat.2.ms.noster sermo dulcescat.
*Ibid.d.*de vnitate catholicæ.*Cam.*de vnitate catholicæ fidei.
Ibid. oblata sessione succurrere. *Amand.* oblata sessione studeat succurrere.
*Ibid.col.2.d.*præposuit,ipse sit. *Amand.*præposuit ordini,ipse s.
P A G.301.*col.1.a.*Quin & quem imbuimus.*Aman.*Quatenus quem imbuimus.
Ibid.b. quo securiores.3.ms.quod securiores.
*Ibid.d.*non pigeat explicare.3.ms.non me pigeat explicare.
*Ibidem. col. 2. a.*fermocinatio conferatur.3.ms. fermocinatio conferatur.
P A G.302.*col.1.b.* siue sint qui appellentur scenici & thymelici.3.ms.siue sint athletæ,qui appellantur, siue scenici qui & thymelici.
Ibid. & incitati fauent.3. ms.& incitatis fauent.
Ibidem, d. sicut area vsque ad tempus.2. ms. sicut area quæ ad tempus.
*Ibid.col. 2.a.*De qua rectè. *Aman.*de qua requie.
Ibid.b. qui laborem non sentit.3.ms. quia laborem non s.
P A G.303.*col.1.a.*in suis sanctis.3.ms. in suis factis.
*Ibidem,c.*vt homo à suo.3.ms.vt & homo à suo.
*Ibid.col. 2.a.*verum etiam tum:per centum enim annos.3. ms. veruntamen cùm per centum annos.
Ibidem,b. iniquitatibus implerent. 2. ms. iniquitatibus iterum implerent.
*Ibidem,c.*verè coleretur.3.ms. verus coleretur.
P A G. 304.*col.1.a.*Nam virga percussit.*Aman.*Nam virga mare percussit.
*Ibidem c.*qui legem non erant.3.ms.quod legem non erant.
*Ibid.col.2.a.*venit & verissimus.3. ms. veniret verissimus.
Ibidem, Dominus Deus Christus. 3. ms. Dñs Iesus Christus.
Ibidem,varietate concurrentibus.3.ms.varietate currentibus.
*Ibid.d.*nam & te modo.*s. Amand.* nam & ecce te modo.
P A G.305.*col.1.b.* in Babyloniam transmigrarunt. 3.ms.in Babyloniam transmigrauit.
*Ibid.c.*in qua ipse Deo.3.ms .in qua ipso Deo.
*Ibid.d.*noluit quempiam de cuiuspiam.3.ms.noluit quemquã de cuiusquam.
*Ibidem, col.2.a.*quasi numquam futurus.*Aman.* quasi nũquam victurus.
Ibidem, In confirmatis discipulis. 3. *manuscr.* Inde confirmatis discipulis.
*Ibid.c.*vnũ in locũ congregati.2.*manus.*vno in loco congregati.
Ibid. ad persequendos prædicatores.*Aman.* & persecuti sunt prædicatores.
*Ibid.d.*milia Iudæorum.*Aman.*milia multa Iudæorum.
*Ibid.*non erant illi.3.ms. non erant iam illi.
P A G.306.*col.1.a.*qui ante eos. 2.ms.qui pro eis.
*Ibid.*Iudæę qui Christo.Iudæę quæ Christo.
Ibidem,d. Veniet enim etiam in claritate.2.ms. Veniet enim in claritate.
*Ibid.col.2.c.*ardet ille tentare.3.ms.audet ille ten.
Ibidem,d. per illorum diuersitatem.3. *manuscripta*, per illorum peruersitatem.
Ibid. Deo miserati.3.ms.Deo miseranti.
P A G. 307.*col.1.b.*in spectaculis cum illis esse cupiebas, & eis inhærere.2.ms.in spectaculis & vanitatibus insanorum certaminum,illis cupiebas inhærere.
*Ibid.*vel comitantur.2.ms.vel tecum comitantur.
*Ibidem,c.*imprudenter securus es.3.ms. nemo prudenter securus est.
*Ibid.*nec à bona vita.2.ms. nec à bona via.
*Ibid.d.*hoc autem breuiter discet.3.ms.hoc autem ita breuiter discet.
*Ibid.col. 2. a.*Si longior tibi videtur.3.*manuscripta*, Si longus tibi videtur.
P A G.308.*col. 2. b.*ponenda est.In homine.2.ms.ponenda est. Nam in homine.

DE CONTINENTIA
LIBER VNVS.

Correctus ad 3.exempl.manuscr.Amand.Cambr.Gembl. In quibus etiam liber hic Augustino tribuitur.

PAG.308.*col. 1. c.*Dominus de ipsa maiore.*Cam.* Dominus autem de ipsa maiore.
P A G.309.*col.1.a.* ac per hoc multa sunt.3.ms.ac per hoc quoniam multa sunt.
*Ibid.b.*hic certè id quod.3.ms. hic certè in quod.
*Ibid.c.*Si enim potestas. *Cam.*Si enim quia potestas.
*Ibid.d.*id est,interni oris.*Cam.*id est,interioris hominis.
*Ibid.*quæ contineat cor.3.ms.quod contineat cor.
Ibid. col. 2. a. cogitationes malas adiunxit. 3. ms. cogitationes malas secutus adiunxit.
*Ibid.d.*Non concupisces:earum tamen. 3. ms. Non concupisces:& earum tamen.
*Ibid.*etiam si peccatum fuit.2.*manusc.* etiamsi peccatũ nõ fuit.
P A G.310.*col.1.a.*quam dat Deus infirmo.3. ms. quam dat infirmo.
*Ibid.c.*ipsa sunt opera scilicet carnis.3.ms.ipsi sunt scilicet opera carnis.
*Ibid.col.2.a.*si opera carnis.3.ms.sic opera carnis.
P A G. 311.*col.1.a.*si quia perieras,inuentus es.2.ms. si perieras, inuentus es.
Ibid.col.2.a.& homo postea talia committendo peccare. *Cam.* vt homo postea talia committendo peccaret.
P A G. 312. *col.2. b.* & aduersus eam. 3. *manuscripta*, vt aduersus eam.
*Ibid.c.*sed vitium qua caro.3.ms.sed vitium quo caro.
Ibid.& inter vtraque.3. ms.& in vtraque.
*Ibid.d.*quia ipse curatur.3. ms. quia ipsa curatur.
P A G.313.*col.1.a.*sed non perficere.3.ms .sed perficere.
Ibidem, legi peccati carne seruiente libido illic , quamuis. 2. *manuscripta*, legi peccati in carne seruiente libido illicit, & quamuis.
*Ibidem,b.*non igitur mala caro. 3.*manuscripta*, non igitur mala est caro.
*Ibid.col.2. b.*literis sine initio naturas.3.ms.literis duas sine initio naturas.
*Ibid.*ita intelligite,sicut & Christus.3.*manuscripta*, ita legite sicut Christus.
*Ibid.*ita viri debent.3.ms.ita & viri debent.
P A G. 314. *col.1.a.* etiam decore huius.3. ms. etiam decore sui huius.
Ibid. Christum asserentes.3.ms. & Christum asserentes.
Ibid.& sexum virilem.3.ms. vt sexum virilem.
*Ibidem,b.*falsa ? pro certo malum.2.*manuscripta* , falsa pro veræ Malum.
*Ibid.c.*sed in idipsum.3.ms.sed idem ipsum.
*Ibid.*Quomodo est inimica.Quomodo est inimici.
Ibid. col. 2. c. quando sanando continet. 3. ms. quam sanando continet.
P A G.315. *col.2.d.* opere continentiæ.3.ms. opere scilicet continentiæ.
P A G. 316.*col.1.b.* iam non in his quippe viuẽdo mortui erant. 2.ms.iam non viuant,his quippe mortui erant.
*Ibid. col. 2. c.*omni hoste & omni peste. 3. ms. omni hoste quia omni peste.

LIBER DE PATIENTIA.

Correctus ad exempl. ms.*Gembl.Carth.Cambr. Mart. In quibus hic titulus præfixus est:*Incipit liber Sancti Augustini de patientia.

P A G. 316. *col. 1. d.* illa patientia,non tamen nulla sicut zelus. *Gembl.*illa patientia,sicut zelus.
P A G.317 *col.1.c.*vitiosus odit instrumenta.4. ms. vitiis subdit instrumenta.
Ibidem,illa tenetur crimine.3.ms.illa tenetur in crimine.
*Ibid.d.*Veruntamen vel cum.3.ms.Veruntamen cum.
*Ibidem,col.2.c.*magis adhibuit.3.ms.magis ac magis adhibuit.
*Ibidem,d.*quod ante passionem.3.ms.quando ante pass.
*Ibid.*discipulum priusquam 3. *manuscripta*, discipulum Iudam priusquam.
P A G.318.*col.1.a.*& pietate immobiles.3. ms.& pietate immobili.
Ibidem, à non consentiente vincatur. 3.ms.à non consentiente vincitur.
*Ibid.b.*dolere putabat.3.ms.colere putabatur.
*Ibid.*felicitas ornaretur.*Car.*felicitas oriretur.
Ibid. etiam affixus est.3.ms.eius affixus est.
*Ibid.*id quod inueniret.2.ms.in quo inueniret.
*Ibidem,col.2.d.*Ista autem qui abundant. 4. ms. Isti autem qui abundant.
*Ibid.*non est illa patientia deorsum.4.ms.non est illa sapientia desursum.
P A G.319.*col.1.a.*non ad hoc sperãs.4.ms.non ad hoc expectãs.
Ibidem,b. non intelligunt quemque. 4. ms. non intelligunt & quemque.
Ibidem,& quemquam iustorum.4.*manuscr.*& quemque iu.
*Ibid.c.*quod diligitur:& quanto.3.ms.quod diligitur omnia tolerantur:& quanto.
Ibidem,d.& adiuta inflammata.4. *Manuscripta*, & adiuta & inflammata.
Ibid. col. 2. c. ergo de mundo erant.3.ms.ergo de mundo non erant.
P A G. 320.*col.1.b.*possent,sine illo iusti esse possent. 4. *manuscr.* possent,quia sine illo iusti esse non possent.
*Ibid.col.2.a.*diabolum propria voluntate. 4. ms.diabolum, sed propria voluntate.
*Ibid.*alio tempore grauia.4.ms.alio tempore grauiora.
Ibidem,Voluntas autem creatoris.3. *manuscr.* Voluptas autem creatoris.
P A G.321.*col.1.a.*vt pro ista fide.2.ms.& pro ista fide.
*Ibid.*filius concubinæ.4.ms.filius ancillæ.
*Ibid,col.2.b.*Quisquis autẽ laborat.4.*manuscr.*qui enim laborat.

DE BONO SIVE PERFECTIONE
VIDVITATIS.

*Correctus ad quatuor manuscr.2. Camb. Gembl. & Theol. E quibus Camb.1. & Theol.habent hunc titulum:*Incipit liber sancti Augustini de professione sanctæ viduitatis. *Et in tribus exemplaribus additur,*Ad Iulianam viduam.

P A G.321.*col.1.c.*Seruus Christi,seruorũmque Christi.3.ms.Seruus seruorum Christi.
*Ibid.d.*me rogando honorasti.4.ms.me rogando onerasti.
*Ibid.*nec ideo admonitioni.4.ms.nec admonitioni.
P A G.322.*col.1.b.*Quantum enim bonum. 4.ms. quantum autem bonum.
*Ibid.*quo melius est.4.ms.quoniam melius est.
*Ibid.col. 2.a.*non damnat vnas nuptias. *Cambr.* non damnat primas nuptias.
P A G.323.*col.1.c.*vsus plurium viuarum.*Theol.* vsus plurimarum viuarum.
Ibid.col.2.a.& in seculi fine.2.ms.& in eo seculi fine.
P A G.325.*col.1.b.*Itaque si tres aliæ.*Gemblac.*Item si tres al.
*Ibid.*Tu enim hoc votum cùm ad senectutem. 4.ms. Tu enim si hoc votum ad senectutem.
*Ibidem,c.*tibi homines gratulantur.4.*manuscripta*, tibi homines gratulentur.
*Ibid.col.2.b.*in libro de sancta.2.ms.in libro de bono coniugali, & in alio libro de sancta.
*Ibid.*quæ exequendo.4.ms.& exequenda.
P A G.326.*col.1.c.*non accepturos.3.ms.nos accepturos.
*Ibidem,col.2.a.*non Dei munere.4.ms.nisi Dei munere.
Ibid.d.& hac tamen deformitate redemptoris vestri. 4. ms. ex hac tamen deformitate redemptoris nostri.
P A G.327.*col.2.b.*pro viri amore.4.ms.viri amori.
P A G.328.*col.2.a.*id est,coniugalis vitæ.2.ms. id est,coniugalis vita.

DE SERMONE DOMINI IN MONTE
SECVNDVM MATTHÆVM.
Liber primus.

Correcti sunt hi duo libri secundum exempl.Gembl.Cambr. Mart. Tors Aman. & Parc. Apposita est his duobus libris annotatio Cap. ex exempl.Martinen.

P A G.330.*col.1.c.*sobriéque considerare voluerit.3.ms. sobriéque considerauerit.
*Ibid.*quod ad mores.4.ms.quantum ad mores.
Ibidem,Domini verbis cõiicientes. *Martin.*Domini verbis conicicimus.
Ibidem,Nam si ipse sermo.4.*manuscripta*, Nam sic ipse set.
*Ibidem,d.*super petram.Super petram autem dixit, vt appareat. *Exemp.manuscr.*super petram.hoc dixi, vt app.
*Ibid.col.2.a.*docentis tantis rebus.3.ms. docendis tantis rebus.
*Ibid.b.*inflantem spiritum.4.ms.inflatum spiritum.
*Ibid.c.*superbi autem appetunt & diligunt.4.ms. superbi ergo appetant & diligant.
*Ibidem,d.*vt temporalia amittentes.2. *Manuscr.* vt temporalem amittentes luctum.
P A G.331.*col.1.b.*Extructa sit.Ideo sequitur. *Parc.* extructa sit à Deo.Sequitur.
*Ibid.*generaliter digesserat.2.ms.generaliter dirigebat.
*Ibid.d.*Itaque hoc tertio.3.ms.itaque in hoc tertio .
*Ibid.col.2.c.*sicut nos dimitti.4.ms.sicut nobis dimitti.
P A G.332.*col.1.b.*eo in regnum cælorum.4.ms.quo in regnum cælorum.
*Ibid.c.*Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, 4.ms. omnis pulchritudo filiæ regis intrinsecus.
*Ibidem,col.2.d.*qua quisque recipiet.4.*manuscr.* quia ea quisque recipiet.
P A G.333.*col.1.a.*tali fine coarctentur.3. *manuscr.* tali fine coercentur.
*Ibid,*excellẽtior luceat doctrina.3. m.excelsior luceat doctrina.
*Ibid.c.*quem portabat.*Parcen.*qui portabatur.
*Ibid.d.*Nam qui dicit. 4.ms.Nam quod dicit.
Ibidem,quod primo posuit.4.ms.quod primo posui.
*Ibid.col.2.a.*quando per literas.*Mar.* Quæ per literas.
*Ibid.c.*vt non irascantur sine causa.*Camb.*vt non irascantur.*Cib. Parc.Mar. & Torn.legunt sicut in textu.*
P A G.334.*col.1.a.*nec vti verbo quod &.3.ms.nec vti verbo inusitato quod &.
Ibid.col.2. c.& ei fixæ atque immobili atque firmæ imponatur. 2.m.s.& ei fixè atque immobiliter tanquam altari impona.
*Ibid.d.*sed tantum dimittis.3.ms.sed tantum dimittes.
P A G.335.*col.2.d.*quod moribus suis. 4. ms. quod morbis suis.
P A G.336.*col.1.d.*in pristinã potestatẽ.4.ms. in pristinã pacem.
*Ibid.col.2.d.*intelligat in operibus.4.*manuscripta*, intelligatur in operibus.
P A G.337.*col,1.c.*quod neque contra.4.*manuscripta*, quia neque contra.
Ibid. col.2.a. Sic inuenitur bonus. 2. ms. sic inuenitur verus & bonus.
P A G.338.*col.1.a.*aut si dimiserit.3.ms,vt si dimiserit.
*Ibid.col.2.b.*infidelitas coniugij.3.ms. infidelitas coniugis.
*Ibid.d.*vtrum dimittat , an dimittatur. 2. ms. vtrum dimittat vxor virum,an dimittatur à viro.
P A G.340.*col.1.c.*neque talem abiiciat.2.ms. neque solum talem non abiiciat.
*Ibid.col.2.c.*Quisquis ergo nulli.4.*manuscr.*Quisquis autẽ nulli.
P A G.341.*col.1. b.* quod Christianum est.3.ms.quod Christianus est.
*Ibid.*non præbuerat alteram.2.ms.non præberet alteram.
*Ibid.d.*oditis nomen.4.ms.odistis nomen.
*Ibid.col.2.c.*ab ipso Domino in homine.4.ms.ab ipso Domino cùm in homine.
P A G.342.*col.2.a.*Sed si huic.4.ms.Et si huic.
Ibidem,commendat vt in futuro.2.*manuscr.*commendauit vt in futuro.
P A G.343.*col.1.c.*nonnullus fit,4.*manusc.*nonnullus sit.
*Ibid.col.2.c.*non amorem à fratre.2. ms. nõ amorem per odium à fratre.
P A G.344.*col.1.a.* & obtemperandum cor.2. ms. & obterendum cor.
*Ibid.b.*vt tunc peccauerunt,3.ms.vt nunc peccauerunt.
*Ibid.*quam acceperant,2.ms.quam acceperunt.
*Ibid.c.*nondum satis apparet.4.ms.nondum satis apparuit.
*Ibid.d.*nec sicut Apostolus.2. ms.nec sicut ab Apostolo.
P A G.345.*col.1.a.*sed muneribꝰ eius.3.ms.sed de muneribus eius.

DE SERMONE DOMINI IN MONTE,

LIBER SECVNDVS.

PAG.345.*col.*2. *b.* fieri vellet præbuerit.3. MS.fieri vellet præberet.

*Ibid.c.*libenter offerrent.4.MS.libenter facerent.

PAG.346.*col.*1.*a.*non appetitur.4.MS.non appeti.

*Ibid.c.*inter fideles deputetur.4.MS.inter infideles deput.

*Ibid.col.*2.*b.*vt in intentione.4.MS.vt & intentione.

*Ibid.d.*sed si hoc animo fiat.2.MS.sed si hoc animo fiant.

*Ibid.*vt ea merces.*Parc.*ne ea merces.

PAG.347.*col.*1.*b.* vt hoc nugatorij studij genus etiam ad precē fundendā transferre conentur.4. MS. & hoc nugatorij studij genus etiam ad Deum precē flectendum trāsferre conātur.

*Ibid.c.*antequam petamus? 3.MS.antequam petamus ab eo?

Ibid.d.& in ipsa purgatione conuersio.4.MS.& in conuersione purgatio.

*Ibid.col.*2.*a.*Sicut & illud.4.MS.sicut est illud.

PAG.348.*col.*1.*d.*nō opus sit cuiquā.4.MS.nō opus sit quēquā.

*Ibid.*dociles Deo.4.MS.docibiles Deo.

*Ibid.col.*2.*a.*omni ex parte perficiatur.4.MS.omni ex parte perficietur.

*Ibid.*ad hæc respicit,4.MS.ad hoc respicit.

*Ibid.d.*corde delectamur lege.4.MS.corde condelectamur legi.

PAG.349,*col.*1.*d.*ante illam scilicet imputationem.4. *manuscri.* ante illam scilicet immutationem.

*Ibidem,*cibo reficiatur.3.MS.cibo reficitur.

*Ibid.col.*2.*a.*vnde appelletur,4.MS. vnde appellatur.

*Ibid.b.*Non hic ergo quique.4.MS.Non hic ergo quisque.

*Ibid.*vel sponte conuentus,4.MS.vel sponte vel conuentus.

PAG.350.*col.*1.*a.*indicat ille,3. MS.indicat illum.

*Ibidem,*firmos cognouit.3.MS,firmos ipse cognouit.

*Ibidem,*in carne accidērāt. 3.MS.secundum carnem acciderant.

*Ibid.b.*hæretici veteri Testamento. 4.MS. hæretici qui veteri Testamento.

*Ibid.*notandum putantes de eo quod.4. MS. notandum putant eum de quo.

*Ibid.*desperationē cōtemneret.4.MS.desperationē condēnaret.

*Ibid.c.*Non enim possunt superstitione & contentione cæcati. 4.MS.non intuentes,non enim possunt,cùm superstitione & contentione cæcati sint.

*Ibid.d.*Quapropter si hominis anima,4.MS.Quapropter si omnis anima.

*Ibid.col.*2. *a.* hominum quoque aspectibus apparuerint. 4.MS. hominum quoque aspectibus apparuerunt.

*Ibid.*non ipsa cogitatione,3.MS.non in ipsa cogitatione.

Ibid.c.& interest plurimum,*Aman.*sed interest plurimum.

*Ibid.d.*periculosum est.4.MS. perniciosum est.

*Ibid.*nemo frangitur aduersarum molestia,qui prosperarum dilectione.4.MS.nemo frangitur aduersarum rerum molestia, qui prosperarum delectatione.

PAG.351.*col.*1.*a.*hæc est autem.4.MS.ea est autem.

*Ibid.*Ita etiam relicto.4.MS.Ita enim relicto.

*Ibid.d.*in abdito vultus tui. 4.MS.in abscondito vultus tui.

*Ibid.*ipsius misericordia liberabimur.4.MS.ipsius misericordia liberamur.

*Ibid.*in omnibus nomen Dei.4.MS.in hominibus no. Dei.

*Ibid.*gaudebimus & lætabimur.3.MS.gaudebim' & laudabim'.

*Ibid.col.*1.*b.*Nulla enim alia.3.MS.In nulla enim alia.

Ibid.d.& amittamus professionem, 4. MS. & amittamus promissionem.

PAG.352.*col.*1. *a.* velamine consecuti sunt,4.MS.velamine vel consecuti sunt.

*Ibid.c.*Sæpe etiam cognitio,4.MS.Sæpe etiam cogitatio.

*Ibid.*Debemus ergo benefacere,3.*manusc.*Debemus autem benefacere.

*Ibid.d.*quamuis ista ipsa terra,4.MS.quamuis ipsa terra.

*Ibid.col.*2.*b.*quod & Apostolus,4.MS.quia & Apostolus.

*Ibid.*mortificate membra vestra,4.MS.mortificate ergo membra vestra.

*Ibid.d.*sua cum cupiditate.4.MS.sua enim cupiditate.

PAG.353.*col.*1.*a.*cōmendari potest,4.MS. commemorari potest.

*Ibid.b.*Ita enim sentiens, 4.MS.Ita enim sentiet.

*Ibid.*quærit illum,4.MS.quæret illum.

*Ibid.*vt cùm consulere alij.4.MS.vt cùm consulere alicui.

*Ibid.d.*corpus vestrum produceretur.4.MS.corpus vestrum perduceretur.

*Ibid.*Illi ergo iam.4.MS.Illi ergo etiam.

*Ibid.*Itaque loquitur.4.MS.Itaque sequitur.

*Ibid.col.*2.*b.*omnia facimus.4.MS.omnia faciamus.

*Ibid.c.*Apostolus prohibet.*Mart.*Apostolus perhibet.

*Ibid.*se non esse abusum.2.MS.se non esse vsum.

Ibid.& videndi Euangelium,4.MS. & vendendi Euang.

*Ibid.*permisso Domini,3.MS.permissu Domini.

PAG.354.*col.*1.*a.* si non euangelizauero: scilicet quoniam debet euangelizare sic, vt,4.MS.si non euangelizauero:sed quomodo debet euangelizare?scilicet vt.

*Ibid.*me prædicante diligunt.4.MS.me prædicante diligent.

*Ibid.b.*hæc dispensatio mihi tunc credita est.4. MS. dispensatio mihi credita est.

*Ibid.col.*2.*d.*sed istorum inquisitionem. 4. MS. sed istorum acquisitionem.

PAG.355.*col.*1.*a.* Ista enim etiam.4.MS.Ita enim etiam.

*Ibid.*Deum promisso titubasse,3.MS.Domini promissa tit.

*Ibid.c.*ferri sententiam,4.MS.ferre sententiam.

*Ibid.d.*ante tēpus iudicare, 4. MS.ante tēpus quicquā iudicare.

*Ibid.*dicit Apostolus,4.MS.dicit idem Apostolus.

*Ibid.col.*2.*a.*quæ nec ipsa,4.MS,quia nec ipsa.

*Ibid.*nam ita subiunxit.4.MS,nam ita subiungit.

*Ibid.*non credens edacitatis.4.MS.non credens id edacitatis.

*Ibid.*illa possit corrigi,3.MS.ille possit corrigi.

Ibid.b. euitabimus iudicium.4.MS.& vitabimus iudicium.

*Ibid.*mēsi fueritis,remetietur, 3.MS. mensi fueritis in ea remetietur.

*Ibid.*nullo modo Deus,*Parc.*nullo modo ergo Deus.

*Ibid.c.*pati meruerant?4.MS.pati meruerunt?

*Ibid.*qui in gladio,4.MS.qui gladio.

*Ibid.d.*vt multa incertum est,4.MS.& multa incertum est.

*Ibid.*quod vitiū superbiæ est, 4.MS.quod vitiū vel superbiæ est.

PAG.356.*col.*1.*c.*quemadmodum alij, 4. MS. quemadmodum quidam.

*Ibid.*hoc enim præstruxit,3.MS.hoc enim præstruit.

*Ibid.col.*2.*a.*tanquam in profundo, 4.*manuscr.* tanquam de profundo.

*Ibid.b.*illi tamen qui vellent, cogitandum est, quod. 4.MS.illi tamen quid velint,cogitandum est,qui.

*Ibid.c.*Illa enim conculcant, 2.MS.Illas enim conculcant.

*Ibid.d.*Nec ex eo,2.MS.Nec cum ex eo.

PAG.357.*col.*1.*d.*Petite pertinet,4.MS.Petitio pertinet.

*Ibid.*priusquam ipsius possessio est,4.MS.priusquam ipsius possessionis est, *reliquimus tamen priorem lectionem.*

*Ibid.col.*2.*a.*spem dedit & ille,2.MS.spem dedit & dat ille.

*Ibid.non decepit,*4.MS.non decipit.

*Ibid.b.*vt accipiamus illud,4.MS.vt accipiamus aliud.

*Ibid.c.*erga se fieri vellet, 4.MS.erga se fieri velit.

*Ibid.d.*sibi facere velit,3.MS.sibi fieri velit.

PAG.358.*col.*1.*a.*omnia quæcunque,4.*manuscripta,* omnia ergo quæcunque.

*Ibi.*simplicis cordis exigūtur,4.MS.simplicis cordis exequūtur.

*Ibid.col.*2.*a.*Non arbor bona,4.MS.Non potest arbor bona.

*Ibid.b.*possunt esse audientibus,2.MS.poterāt esse audientibus.

PAG.359.*co.*1.*d.*cùm fecerint,Dominus,4.MS. cùm fecerit Dominus.

*Ibid.col.*2.*b.*in errorem ducantur. 4. MS.in errorē inducantur.

EXPOSITIONIS EPISTOLÆ PAVLI AD ROMANOS INCHOATÆ,

LIBER VNVS.

Correctus ad exempl.Cambr.manuscr.

PAG.160.*col.*1.*c.*tumultuari aduersus gētes,& maximè aduersus apostolum Paulum.*exempl.manuscr.* tumultuari aduersus apostolum Paulum.

*Ibid.d.*congregari autem,magis pecoribus,*Cambr.*congregari autem magis de pecoribus dici solet.

*Ibid.col.*2.*a.*ad vitam veterem pertinet.*Cambr.* ad vitam veterē pertinent.

*Ibid.*in quo segregatum, *Cambr.*in quod segregatum.

PAG. 361. *col.* 1.*a.* quod factum erat.*Cambronen.* quod factus erat.

PAG.362.*col.*1.*d.* Quod enim iustitia iusti. *Camb.* quod enim etiam iusti.

*Ibid.col.*2.*a.*vbi parebit. *Camb.*vbi parebunt.

PAG.363.*col.*2.*d.*& ea quærenti.*Cambr.*& ita quærenti.

PAG.365.*col.*2.*b.*post baptismum sacramenta.*Camb.*per baptismum sacramenta.

PAG.366.*col.*1.*a.*conati sint.*Camb.*conati sunt.

*Ibid.d.*miraculis comprobat.*Cambr.*miraculis comparabat.

*Ibidem,col.*2. *c.* dicere putandi sint. *Cambronen.*dicere putandi sunt.

*Ibid.d.*posse concedere,*Camb.* posse concedi.

EXPO-

EXPOSITIONIS QVARVNDAM PROPOSITIONVM EX EPISTOLA AD ROMANOS,

LIBER VNVS.

Correctus ad 3.exempl.manuscr.Aman.Gembl.Carth.

Titulus in manuscr.istis sic habet.

Incipit liber quæstionum Sancti Augustini in epistolam ad Romanos.

PAG.368.*col.*1.*a.*vobis spiritalem impartiam.3.MS.vobis spiritalem impartiar.

*Ibid.b.*posse pertinere conuersos.3. MS.posse pertingere conuersos.

*Ibid.*non aliquid tribuissent cogitationibus suis, 3.MS.non sibi aliquid tribuissent in cogitationibus suis.

Ibid.c. quæ non oportet.3.MS.quæ non conuenirent.

*Ibid.*in concupiscentias cordis eorum. 3. MS. in desideria cordis sui.

Ibid. Quod aūt denuo dicit.3. MS. Quod autem demum dicit.

*Ibid.*repletos omni iniquitate, 3.MS. repletos ait omni iniquitate.

*Ibid.*dū impediētis personam,3.MS. dū impedientes personas.

*Ibid.*non solum qui faciunt,3.MS.non solum ea qui faciunt.

*Ibid.d.*Secundum illum locum loquitur Ioannes apostolus, 3. MS.Secundum illud loquitur Ioannis apostoli.

*Ibid.col.*2.*a.*quod contingit illis, 3.MS.quod vtiq; cōtingit illis.

*Ibid.*illi conuenit quo ait,3.MS.illi conuenit quod ait.

*Ibid.*sub lege trahimur cum ea,3.MS.sub lege trahimur ab ea.

*Ibid.b.*Inde hoc dicitur,3.MS.Inde hic dicitur.

*Ibid.c.*Hic enim ostendit,3.MS.Hinc enim ostendit.

*Ibid.*Sed quoniam ita desideria carnis de carnis.3.MS. sed quoniam ista desideria de carnis.

*Ibid.*quam trahimus,3.MS.quæ trahimus.

Ibid. Non finietur hæc nisi resurrectione corporis immutata illa, 3. MS. Non finientur hæc nisi resurrectionem corporis, immutationémque illam.

*Ibid.d.*quam in quarto gradu constituimus,3.MS.cùm in quarto gradu constituemur.

*Ibid.*Liberum ergo arbitrium perfectè fuit in primo homine, in nobis autem ante gratiam non est liberum arbitrium , vt non peccemus,sed tamen vt peccare nolimus,2. MS.liberum ergo arbitrium non efficit vt non peccemus , sed tantum vt peccare nolimus.

PAG.369.*col.*1.*a.*Cùm autem adhuc lex,3.MS,Cùm adhuc lex.

*Ibid.b.*ad illum secundum gradum.3. MS. & ad illum gradum.

*Ibid.*monstrat illa omnia.3.MS. monstrátque illa omnia.

Ibid.c.d. & in iis qui,3.MS.sed in his qui.

*Ibid.d.*accepta peccati lege,3.MS.accepta præcepti lege.

*Ibid.*dictum est ad Moysen,3.MS.dictum est vsque ad Moysen.

*Ibid.col.*2.*a.*per vnum peccantem,2.MS.per vnum peccatum.

*Ibid.*ab vno in condemnationem, 3. MS. ex vno in condemnationem.

Ibid. ex multis delictis , 3.MS.in multis delictis.

*Ibid.*subauditur delictum,3.MS.subauditur delicto.

*Ibid.*abundantiam gratiæ accipient,3.*manuscr.*abundantiā gratiæ accipiunt.

*Ibid.b.*in omnes ad condemnationem,3.*manuscr.* in omnes homines ad condemnationem.

Ibid.c.& in eo superabundasse gratiam, 3. MS. vt in eo superabundaret gratia.

*Ibid.*non intelligit id se agere, 3. MS. non intelligit secundum id agere.

*Ibidem,*vt euacuetur,3.*manusc.*vt euacuaretur.

*Ibidem,*Veteris hominis crucifixio, 3. MS.Veteris enim hominis crucifixo.

*Ibidem,*signata est,3.MS.significata est.

*Ibidem,d.*Vltrà non seruiamus,3.*manuscripta,* Vt vltrà non seru.

*Ibidem,*sed quid ostenderit,2.MS.sed quid ostenderet.

*Ibidem,*quamuis ad hoc sollicitent, 3. *manuscripta,* quamuis adhuc sollicitent.

PAG.370.*col.*1.*a.*quamuis peccato non resistat, 3.MS.quamuis velit peccato resistere.

*Ibidem,b.*etiam de præuaricatione,3. *manuscripta* , etiam præuaricatione.

*Ibidem,*vt sit alterius,3.MS. vt sit alterius viri.

Ibidem,& inuitamentis quibusdam,2.*manuscr.*& incitamentis, quibusdam.

*Ibid.col.*2.*a.*peccator peccans,3.MS. peccator aut peccatum.

*Ibid.*accepto tanquam pretio,3.MS.accepta tanquam pretio.

*Ibid.c.*In libero autem arbitrio habet vt credat liberè,3.MS.Liberum autem arbitrium habet vt credat liberatori.

*Ibid.d.*cùm clamauit liberatoris auxilium.3. MS.cùm clamauerit & implorauerit liberatoris auxilium.

PAG.371.*col.*1.*a.*vt iustificatio legis,3.MS.vt iustitia legis.

*Ibidem,*quamuis essent implenda, 3. *manuscr.* quæ ab eis essent implenda.

*Ibid.b.*temporalia deturbarentur, 3.*manuscri.* temporalia bona turbarentur.

*Ibid.c.*vel secundum spiritum,3.MS.sed secundum spiritum.

*Ibidem,*tanquam ex aduerso principio, 2.*manuscr.* tanquam ex diuerso principio.

*Ibidem,col.*2 *d.*terrore eos teneat.*Aman.*terrore reos teneat.

PAG.372.*col.*1.*a.* manifestationem de qua,3.MS.manifestationem sustinet de qua.

*Ibid.d.*in spiritu non corpore,3.MS.spiritu non corpore.

*Ibid.*corruptione existente,3.MS.corruptione resistente.

*Ibid.col.*2.*c.*& secuturum esse sanctorum vocationem, 3. MS. & secuturum vocationem suam.

PAG.373.*col.*1.*b.*quia &nostræ animæ creatura sunt.3.MS. quia & nos, id est,anima,creatura sumus.

*Ibidem,*quod non separet,3.MS.quod nos non separet.

*Ibid.*Qui est super omnia Deus,3. MS. Qui est super oēs Deus.

*Ibidem,*plenissima fide commendat , quod Deum nostrum secūdum,3.MS.plenissimam fidem commendat , quia Dominū nostrum & secundum.

Ibidem,d. quod erant futura,3.*Manusc.*quod ea futura.

PAG.374.*col.*1.*d.*supereminentiam scientiæ charitatis Christi, 3.MS.supereminentem scientiam charitatis Dei.

*Ibid.col.*2.*c.*testimonium fidei Moysi.3. MS. testimoniū Moysi.

PAG.375.*col.*1.*c.*vt etiā in suā fidem.3. MS. vt etiam in sua fide.

*Ibidem,d.*se passos fuisse.Christiani ergo non faciebant bonum qui.3. MS.se passos fuisse Christianos . Nunquid ergo non faciebant bonum,quia.

PAG.376.*col.*2.*b.*ex circumcisione fuerint. 3. MS.ex se fuerint.

LIBER EXPOSITIONIS EPISTOLÆ PAVLI AD GALATAS.

PAG 377.*col.*1.*d.*qui iam commoti erant, 3.MS. qui iam commoniti erant.

*Ibid.col.*2.*b.*si quid habebat,2.MS.si quid habeat.

PAG.378.*col.*2.*d.*qui videbantur. *Aman.* qui videbantur esse aliquid.

PAG.379.*col.*1.*a.*in vacuum curram,3.MS.in vacuum curro.

Ibidem, b. qui subintroierunt dicit. *Aman.*qui subintroierunt quos dicit.

*Ibid.d.*qui videntur nihil apposuerunt. *Aman.* qui videntur aliquid nihil apposuerunt.

*Ibidem,col.*2.*a.*non potius Christum,3.MS.& non potius Christum.

*Ibid,b.*vniuersitatis ecclesiæ,3.*manuscripta,* vniuersalis ecclesiæ.

*Ibid.c.*quod congregari videbat, *Aman.*quod congruere vid.

PAG.380.*col.*1.*b.*per ipsam gratiam Dei, MS.per ipsam gratiā fidei.

*Ibid.d.*illi obiici:Si enim,3.*manuscr.*illi obiici dicenti: Si enim.

*Ibid.*hanc autem superbiam verè destruxit.3. MS. hanc verò superbiam destruxit.

*Ibid.co.*2.*d.*eos quibus iure gratiæ,3.MS.eos in quibus iure gratiæ.

PAG.381.*col.*1.*a.*quæ tenebatur aufertur. 2. MS. etiam quæ tenebat aufertur.

*Ibid.*qui etiam per diuinitatem,3.MS.qui etiam sic per diuinitatem.

*Ibid.b.*etiam facere non cogantur,3.MS. non etiam facere cogantur.

*Ibid.c.*si opus est tempori,2.MS.si opus est temporis.

*Ibid.col.*1.*b.*quod fidei signaculum, 3. MS. quod ad fidei signaculum.

*Ibid.*huc quoque accedebat.3.MS.huc quoque accederet.

*Ibid.d.*ne in ista morte.*Aman.*ne ista morte.

*Ibid.*cuius fide si quis,3.*manuscr.*cuius ex fide si quis.

*Ibid.*præsentissimum præmium.3.MS. præstantissimum pr.

PAG.382.*col.*1.*a.*conuersatus qui fuerim sine querela.3. *manusc.* conuersatus sine querela.

*Ibid.*qui eam non obseruassent.3.*manuscr.*qui ea non obseruassent.

*Ibid.col.*2.*a.*serpentē in eremo,3.MS.serpentem in deserto.

PAG.383.*col.*1.*b.* nam de toto orbe,3.MS. nam toto orbe.

*Ibid.c.*in vnum tamen congregati,quotquot existere potuerūt antequam Euangelium prædicabatur: & quotquot existere potuerunt, 3.MS. in vnum tamen congregati,quotquot existere potuerunt.

Ibid. qui ex fide Domini fide prophetica ante ambos, 3. MS. qui ex fide Domini per prophetiam ante ambos.
Ibid. vt quando gratiam. 3. MS. vt quoniam gratiam.
Ibid. d. qui pro se, 3. MS. qui pro eis.
Ibid. col. 2. c. Vnde etiam si illa, 3. MS. Vnde autem etiam illa.
PAG. 384. *col. 1. a.* neque præpotentia & singularitate, 3. MS. neque per potentiam & singularitatem.
Ibid. b. & hoc facit fides. 3. MS. & si hoc facit fides.
Ibid. c. & differentia sexus viri, 3. MS. & pro differẽtia sexus viri.
Ibid. d. quia in libertatem. *Aman.* qua in libertatem.
Ibid. col. 2. a. quibusdam tanquam procuratoribus, 3. MS. quibus tanquam procuratoribus.
Ibid. d. in multis fratribus esset, 3. MS. in multis fratribus fieret.
PAG. 385. *col. 1. d.* ex quo omnia, 3. MS. per quem om.
Ibid. col. 2. a. nulla ergo creatura est. *Aman.* nulla, inquam, creatura est.
Ibid cũ ea quod bonũ est. 3. MS. cum de ea quod bonum est sit.
Ibid. b. in die Domini Iesu. 3. MS. in die Domini.
Ibid. Sed magistratus sub tanto, 3. MS. Sed & magistratus sub statuto.
Ibid. in libris aliis tractauimus, *Aman.* in libris aliis sæpe tractauimus.
Ibi. c. reuertimini ad infirma, 3. MS. reuertimini iterũ ad infirma.
Ibid. d. timeo ne fortè, 3. MS. timeo vos ne fortè.
PAG. 386. *col. 1. a.* quibus seruiebatis antequam. 3. MS. quibus seruiebatis & antequam.
Ibid. b. vt quoquo modo sunt, 3. MS. vt quomodo sunt.
Ibid. c. Sanè præterieramus, 3. MS. Sanè non præteeamus.
Ibid. d. Neque tantummodo, 3. MS. Ne tantummodo.
Ibid. col. 2. a. quoniam ipse dilexit nos, 3. MS. quoniam ipse prior dilexit nos.
Ibid. tanquam si diceret, *Aman.* tanquam diceret.
Ibid. b. Testimonium vobis, 3. MS. testimonium enim vobis.
Ibid. æmulari in bono semper, 3. MS. æmulari bonos semper.
Ibid. c. sed ipsa gratia, 3. MS. sed ab ipsa gratia.
Ibid. quo posit dicere minimus sum: id est, ipse sum ille, 3. MS. quem possit dicere minimum suum: id est, seipsum ille.
Ibid. d. propter robur perfectionis, 3. MS. propter robur & perfectionem.
PAG. 387. *col. 1. a.* legem non audistis? 3. MS. legem non legistis?
Ibid. col. 2. a. albo capite apparuit, 3. MS. cano capite apparuit.
Ibid. nouitio temporalique mendacio, 3. MS. in nouitio temporalisque mendacio.
Ibid. d. vt vel terrore innumerabilium, 3. MS. vt vel terrore tam innumerabilium.
PAG. 388. *col. 2. a.* pertinent omnino non poterant. *Aman.* pertinent implere omnino non poterant.
Ibid. impunè vtique occideret. *Amand.* vt impunè vtique occideret.
Ibid. d. de dilectione Dei, 3. MS. in dilectione Dei.
PAG. 389. *col. 1. b.* dum in partes disiungitur, 3. MS. dum in partes discinditur.
Ibid. d. sed qua relinquit iustitiã. 3. MS. & relinquit iustitiam.
Ibid. col. 2. a. quandiu mortaliter potest, 3. MS. quandiu mortale corpus est.
Ibid. c. solas carnis concupiscentias, *Amand.* sola carnis concupiscentias.
Ibid. d. in eodem mortali corpore, 2. MS. in eorum mortali corpore.
PAG. 390. *col. 1. a.* hæc non regnant, 2. MS. hæc regnant.
Ibid. c. cætera occurrant, 3. MS. cætera occurrerent.
Ibid. col. 2. b. de nobis flagitant, 3. MS. à nobis flagitant.
Ibid. c. nihil eorum sectabimur, 3 MS. nihil horum sectabimur.
PAG. 391. *co. 1. b.* & cõmunis periculi cogitatio in corde seruetur, *Amand.* cõmunis periculi cogitatione in corde seruẽtur.
Ibid. Nam & alio loco, 3. MS. Nam in alio loco.
Ibid. Quomodo in modestia, quomodo corripientem, 3. *manuſ.* Quomodo in modestia corripientem.
Ibid. d. quando vri liberet aut secari, *Aman.* quando cum liberet aut vri aut secari.
Ibid. col. 2. b. quando & ipsa eorum, 3. MS. quando in ipsa e.
Ibid. c. in illis quærere, 3. MS. illis credere.
PAG. 392. *col. 1. c.* clamat. Sustine Dominum, viriliter age, 3. MS. clamat. Viriliter age.
Ibid. col. 2. b. difficile enim inuenitur, *Aman.* difficile enim inueneris.
Ibid. c. alicubi autem hominem. 2. MS. alibi autem hominem.

ANNOTATIONVM IN IOB,
LIBER VNVS.

Correctus est hic liber secundum vigesimum nonũ volumẽ. S. Amãdi.
PAG. 393. *col. 1. c* quod significat Dominum, S. *Aman.* quod significat ante Dominum.
Ibid. c. nisi ad faciem tuam, *Amand.* nisi in faciem tuam.
Ibid. col. 2. a. quæ hoc potuerũt. *Aman.* quæ hoc scire potuerũt.
Ibid. dies illa sint tenebræ, *Aman.* nox illa sint tenebræ.
Ibid. b. & vmbræ mortis, *Aman.* & vmbra mortis.
Ibid. qui maledicit amantes, *Aman.* qui maledicet amantes.
Ibid. c. antequam eminerem ibi, *Aman.* antequam eminerẽ tibi.
PAG. 394. *col. 1. b.* & vxor leænæ, *Aman.* & vox leænæ.
Ibid. c. Exurget gens supra vel contra gentem. *Aman.* Exurget gens contra gentem.
Ibid. d. habitantes etiã domos, *Aman.* habitantes autẽ domos.
Ibid. in se sperando. *Aman.* non in se sperandi.
Ibid. col. 2. a. Quæ enim illi congregauerunt, *Aman.* Quæ enim congregauerunt.
Ibid. quas gentiles congregatas potius comederunt, *Am.* quas gentiles potius comederunt.
Ibid. & de his qui facientes comedunt, *Aman.* & de his qui nõ facientes comedunt.
Ibidem, c. vnde illi superbiunt. *Aman.* valde illi superbiunt.
Ibidem, An tanquam in nocte, *Aman.* Aut tanquam in nocte.
Ibid. de manu potentis diaboli, infirmus. *Aman.* de manu potentis infirmus, diaboli.
PAG. 395. *col. 1. a.* illi cogunt. *Aman.* illæ cogunt.
Ibid. col. 2. a. super populũ irruistis. *Amã.* super pusillũ irruistis.
Ibid. b. tanquam studium certaminis, *Aman.* tanquam studiũ certaminis.
PAG. 396. *col. 1. d.* non enim aliquando, *Aman.* non enim antè aliquando.
Ibid. col. 2. b. hoc mihi restituit. *Aman.* hæc mihi restituit.
Ibid. d. non credam quod aliquando, *Aman.* non credam quod vel aliquando.
PAG. 397. *col. 1. a.* in magna morte erant, *Aman.* in magna morte erunt.
Ibidem, d. non quia placent illi, *Aman.* non quia placet illi.
Ibidem, aut sicut homo perspicis? *Aman.* aut sicut homo perspicit perspicis?
PAG. 398. *col. 2. a.* & non peccare? iudicate, quia. *Aman.* & nõ iudicare? quia.
PAG. 399. *col. 1. d.* nihil est loqui quod non facitis, *Aman.* nihil est loqui quod facitis.
Ibidem, col. 2. b. aut ita feci vt viderem. *Amã.* aut ita fecit vt vid.
Ibid. aut à semetipso discerpsit. *Amand.* aut à memetipso discerpsit.
Ibid. aduersantibus dilacerer, *Aman.* aduersãtibus dilacerarer.
Ibid. comam eam diuellit. *Aman.* comam meam diuellit.
Ibi. d. Quis est iste, ad manum meam ligetur? qui mihi. *Amã.* Quis est iste, qui mihi.
Ibid. discerneretur vinculo charitatis. *Aman.* discerneretur. ad manum meam ligetur? vinculo charitatis.
PAG. 400. *col. 1. b.* & numerati sunt, *Aman.* & mirati sunt.
Ibid. super inimicum consurgit. *Aman.* super inimicum consurgat.
Ibid. & purus membris, *Aman.* & purus manibus.
Ibidem, c. d. multi qui eum sequuntur, vel qui ei obsequuntur *Aman.* multi qui ei obsequuntur.
Ibid. d. alij subiugetur. *Aman.* aliis subiugetur.
Ibid. col. 2. c. de carnibus meis satiamini, *Am.* de carnibus meis non satiamini.
Ibidem. d. dictum est in spiritualibus. *Aman.* dictum est etiam spiritualibus.
Ibid. malum mihi erit cùm volumus. *Aman.* malum mihi erit si non caueam cùm volumus.
PAG. 401. *co. 1. a.* ab eo diabolus, *Aman.* ab eo diabolus dispergat.
Ibid. col. 2. b. eorum non ignorabatis, *Aman.* eorum non ignorabitis.
Ibidem, d. longè est ab eo, & implet domos eorum bonis, & longè est ab eo cogitatio impij. *Aman.* longè est ab eo cogitatio impij.
PAG. 402. *col. 2. b.* quod non sanat. *Aman.* quod non sanatur.
Ibid. præcipiat vt non luceat, *Aman.* præcipiet vt non luc.
PAG. 403. *col. 1. c.* vt etiam columnas cœli. *Aman.* vnde etiam columnas cœli.
Ibid. d. eundem & cetum. *Aman.* eundem dixit & cetum.
Ibid. col. 2. a. Cùm aduersus scriptum sit. Cũm aduersus hoc scriptum sit.
Ibid. d. ferrum de terra fit, ferrum enim de terra fit.

PAG.

PAG. 404. *col. 1. a.* ferrum dixit, quasi superius. *Aman.* ferrum dixit quia nihil interest quasi superius.
Ibid. non descendebant torrentem. *Aman.* non discindebant torrentem.
Ibid. col. 2. d. dextra exerta est. *Aman.* dextra exorta est.
PAG. 405. *col. 1. a.* nam non sicut verba. *Aman.* non tamen sicut verba.
Ibid. b. qui non possunt tenere. *Aman.* qui possunt tenere.
Ibid. quia honores ecclesiasticos. *Aman.* quia per honores ecclesiasticos.
Ibid. parentum potestates. *Aman.* parentum potestas.
Ibid. d. qui ad honores. *Aman.* quia ad honores.
Ibid. col. 2. b. nec enim in faciem. *Aman.* nec in faciem.
PAG. 406. *col. 1. a.* Quòd si & sponte peccaui. *Aman.* Quòd si hæc sponte peccans.
Ibid. b. super humeros meos, & coronatus publicè legam. *Aman.* super humeros meos, & coronatus leuans super humeros meos, & coronatus publicè legam.
PAG. 407. *col. 1. c.* Dicit quòd bona Deus fecerit. *Aman.* Dicit quid boni Deus fecerit.
Ibid. col. 2. b. in potestatem affligendo malis. *Aman.* in potestatẽ affligendos malis.
Ibid. c. aut certè ibi, propter hoc sicut est. *Aman.* aut certè ibi, sicut est.
PAG. 408. *col. 2. a.* At effusi super ea *Aman.* Effusi subter ea.
Ibid. b. c. nolite extrahere. *Aman.* noli extrahere.
PAG. 409. *col. 1. c.* possessionem cõtra eos. possessionẽ cõtra eũ.
Ibid. co. 2. a. est enim nubes quædã. *Aman.* est enim nubes quidẽ.
Ibidem, Signat ei per opera. *Aman.* Significat ei per opera.
Ibid. b. Sicut enim carnalibus hominibus labentibus. *Aman.* Sicut enim carnalibus homines laudantibus.
Ibid. ita carnalibus laudari cupientibus. *Aman.* ita carnalibus ab hominibus laudari cupientibus.
PAG. 410. *col. 1. b.* qui per manum Dei. *Aman.* qui per misericordiam Dei.
Ibid. col. 2. b. & Deũ non latet. *Aman.* & quoniam Deũ nõ latẽt.
Ibi. d. quia iustificatus, & figura vniuersæ, *Aman.* quia iustificatus, & figura vniuersæ ecclesiæ.
PAG. 411. *col. 1. a.* Quando facta sunt sidera? *Aman.* Quãdo facta sunt sidera simul?
Ibid. c. id est, cum consilio tuo. *Aman.* id est, consilio tuo.
Ibid. col. 2. b. subiecti gratiæ remissionis peccatorum. *Amã.* subiecti gratiæ per remissionem peccatorum.
Ibid. quem inuiti amiserunt. *Aman.* quem inuiti admiserunt.
PAG. 412. *col. 2. a.* quæ inflant inanes suasiones. *Aman.* quem perflant inanes suasiones.
PAG. 413. *col. 1. d.* Quid est, numquid abs te. *Aman.* Id est, nunquid abs te.
Ibid. col. 2. d. Videtur autẽ, quantũ. *Aman.* Videt autẽ, quantum.
PAG. 414. *col. 1. a.* Peperit aũt talibus. *Aman.* Parat aũt talibus.
Ibid. vnde similitudo cerui. *Aman.* vnde similitudo hirci.
Ibid. col. 2. d. qua Esaias audet & dicit, Gloria vero. *Aman.* qua Esaias audet & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui iis qui me non interrogabant. Gloria vero.
PAG. 415. *col. 2. d.* quãuis corpora eius. *Amã.* quãuis opera eius.

SEXAGINTA QVINQVE QVÆSTIONVM
DIALOGVS, SVB TITVLO OROSII
percontantis & Augustini Respondentis.
Correctæ sunt hæ quæstiones ad exemplar
Amand. Cambr. Gembl. & Torn.
Titulus est in 4. MS. Incipiunt quæstiones Orosij & responsiones Augustini.

PAG. 420. *col. 1. c.* Quid autem principium. *Cam.* Quem alium principium.
Ibidem, nisi filium? *Camb.* nisi filium Dei?
Ibid. factum est nihil. Proculdubio, 2. MS. factum est nihil. Nã proculdubio.
Ibid. d. Miror infelicem Sabellianorum, 2. MS. Miror infelicem Sabellianam.
PAG. 421. *col. 1. b.* non carne mutatum. *Torn.* non in carne mutatum.
Ibid. filio Dei inquirimus, 4. MS. filio Dei inquiris.
Ibid. c. nam quidam noster. *Torn.* nam quidam nostrum.
Ibid. d. recepimus: ideo dicitur. *Torn.* recepim⁹: sed ideo dicitur.
Ibid. col. 2. a. quæcunque autem audiet loquetur. 4. MS. sed quæcunque audiet loquetur.
Ibid. audire enim esse est. 4. MS. audire illi esse est.
Ibidem, c. quæ est Dominica resurrexit. *Gembl.* quæ est Dominica resurrexerit.
Ibidem, à parte prima debeat computari. 3. MS. à parte prima tota cum noctibus suis debeat computari.
Ibidem, d. non crucifigere Dominum. *Torn.* non crucifixisse Dominum.
Ibidem, quod est bonæ naturæ, reprehendimus. *Torn.* quod bonum naturæ contrarium est, reprehendimus.
PAG. 422. *col. 1. a.* Et ideo non est cohibenda. *Torn.* Et ideo non est cohibendus.
Ibidem, b. permansisset postmodum commutandum. *Torn.* esset postmodum commutandum.
Ibidem, c. & sine vlla corruptione. 3. MS. sed sine vlla corr.
Ibidem, d. corporalémque materiam dicere. 2. MS. corporalémque creaturam dicere.
Ibid. col. 2. a. non ex indigentia nec egenti, sed beneficio amore operatus est, 4. MS. non ex indigentia operatus est.
PAG. 423. *col. 1. b.* & dies sex, 4. MS. & dies decem.
Ibid. c. Quæ & quaslibet. 4. MS. Quomodo & qualeslibet.
Ibidem, d. Et quia totam terram. 2. MS. Si totam terram.
Ibidem, Quomodo ergo scriptura. & quomodo scriptura.
Ibid. col. 2. b. Christus resurrexit. Quod non conceditur nisi secundum carnem. 4. MS. Christus resurrexit. cùm non mortuus fuerit neque resurrexerit nisi secundum carnem.
Ibidem, vt in paradiso. 4. MS. id est, in paradiso.
Ibid. sed ad delectationem operabatur. *Torn.* sed delectatione operabatur.
Ibidem, sed sic solum. 4. MS. sed sibi scilicet.
Ibid. ponens Deus in paradiso. *Torn.* posuit Deus in paradiso.
Ibid. c. vnam animæ, quam peccãdo incurrit, alterã corporis. 4. MS. vnam animarum, alteram corporum.
PAG. 424. *col. 1. b.* & frondentibus de eisdem floribus. *Torn.* & frondibus deinde floribus.
Ibidem, c. Sicut tamen æterna est natura. *Torn.* Sic tamen æterna est illi natura.
Ibid. cuncta habuit quæ facit. 4. MS. cuncta habuit quæ fecit.
Ibid. mẽsurã pondus habẽt. 4. MS. mensuram & põdus habẽt.
Ibidem, d. reptilia aut volatilia. 4. MS. reptilia ac volatilia.
Ibid. col. 2. a. aliaq; noua discẽdo. 3. *manuſc.* aliqua noua discẽdo.
Ibid. b. vbi intelligitur. *Torn.* quod intelligitur.
Ibidem, d. reliquit patrem consubstantialem sibi? 4. MS. reliquit patrem cùm vna sit substantia cum patre?
PAG. 245. *col. 1. a.* vt pace noui Testamenti. *Torn.* vt in pace noui Testamenti.
Ibid. col. 2. c. medius filius populus Iudæorum. *Torn.* medius filius hic est populus Iudæorum.
Ibidem, manifestum est. 4. MS. manifestatum est.
Ibidem, Quid est enim adhuc hodie, quod gens ipsa scriniaria. 4. *manuſc.* Quid est enim aliud hodie, gens ipsa nisi scrin.
Ibidem, ad testamentum affert ecclesiæ. 4. *manuſc.* ad testimonium assertionis ecclesiæ.
Ibid. d. hoc habet, eximus de terra. *Torn.* hoc habet, moraliter autem eximus de terra.
Ibid. imaginaliter species formatur. 4. *manuſc.* imaginaliter spiritus formatur.
PAG. 426. *col. 2. a.* & mores optimi & Apostolicorũ. 3. *manuſc.* & mores optimi exornant & Apostolicorum.
Ibidem, Nam qui præesse festinat. 4. *manuſc.* Nam de eo qui præesse festinat.

LIBER QVAESTIONVM VETERIS
ET NOVI TESTAMENTI.
Correptus ad quatuor exemplaria manuscripta.

PAG. 426. *col. 1. b.* quia de Deo. 4. *manuſc.* quia plus de D.
Ibidem, est etiam seuerus. 3. *manuſc.* est etiam & seuerus.
PAG. 427. *col. 1. b.* non sumus quod Deus. 4. MS. non sumus quod Deus est.
Ibid. & hoc est malũ audire. 4. *manuſc.* & hoc erit malè audire.
Ibid. d. ex quo cæteri orientur. 4. *manuſc.* ex quo cæteri oriẽtur.
Ibidem, col. 2. a. à quibusdam neotericis. 2. *manuſc.* à quibusdam neophytis.
Ibidem, b. quia illud non facimus quod scimus debere nos facere, vel quia illud facimus quod scimus debere nos non facere. Sed quia. 4. MS. quia illud facimus quàm scimus debere nos facere. Sed quia.
Ibidem, & quia malum. *Gem.* sed quia malum.
Ibid. d. posterioritate ipsa humilientur. 4. MS. posteritate ipsa humilientur.
PAG. 428. *col. 1. a.* bona credi non poterant. 4. MS. & bona credi non poterant.

Ibid.b. impressa consuetudine. 2. *manuscripta*, oppressa consuetudine.
Ibid. omnes audirent. 2. *manuscripta*, omnes homines audirent.
Ibid.col. 2. *a.* exemplum malũ daretur. 2. MS. exẽplum malum cauendi daretur.
Ibid.b. mea relinqui me. 3. *manusc.* mea relinque me.
Ibid.c. facinore inhiberent. 2. *manusc.* facinore cohiberent.
PAG. 429. *col.* 1. *d.* & credulis possit intelligi. 2. MS. & sedulis possit intelligi.
Ibidem, ex qua hæ ortum acceperunt. 2. MS. ex qua Hebræi ortum acceperunt.
Ibid.col. 2. *c.* dignitatem sibi quæsitam. 2. MS. dignitatem sibi esse quæsitam.
Ibid.d. Nam sicut bonis parentum. 2. *manusc.* Nam sicut de bonis parentum.
Ibid. Quoquo enim modo. 2. *manusc.* Quocũque enim modo.
Ibidem, debitum spiritum reddiderant. 4. MS. debitum spiritum reddiderunt.
Ibidem, ad fidem veri. 2. MS. ad fidem veram.
PAG. 430. *col.* 1. *b.* Illi autem attendentes. 2. *manusc.* illi autem addentes.
Ibid.d. persona eius supplicior est. 2. *manusc.* persona eius sublimis est.
PAG. 432. *col.* 1. *c.* non bene seruat. 2. MS. non seruat.
Ibidem, cutricula dierum post septem. 3. *manusc.* cutricula dierum septem.
Ibid.d. in primo die. *Gemb.* in primordio.
Ibid. resurrectionis Domini. *Gemb.* resurrectione Domini.
Ibidem, qui pronuncians. 3. MS. quia pronuncians.
Ibidem, *col.* 2. *a.* peccatorem confitetur. 3. *manusc.* peccatorem se confitetur.
Ibidem, quia sapientior esset. MS. qui sapientior esset.
Ibid.c. si recognoscant. 2. MS. si se cognoscant.
PAG. 433. *col.* 2. *a.* non potest hinc gaudium describi. non potest huic gaudium ascribi.
Ibidem, *b.* quia est vita. 2. MS. quia ipsa est vita.
Ibid.c. prope sedẽ Dei acceditur. *Torn.* prope sedẽ Dei accedit.
PAG. 434. *col.* 1. *b.* factus patricida. 2. *manusc.* fatuus parricida.
Ibid.d. à me dictum testamẽtum. 2. *manusc.* à me testamentum.
Ibidem, graue erat mutaret. 2. MS. graue erat mutaretur.
PAG. 435. *col.* 1. *b.* ita & ipse. 2. MS. idem ipse.
PAG. 436. *col.* 2. *d.* quę sit dispẽsatio. 2. *manusc.* quæ sit dispositio.

QVÆSTIONVM SECVNDA PARS
EX NOVO TESTAMENTO.
Correcta ad duo exemplaria manuscripta, Gembl. Carth.

PAG. 437. *col.* 2. *a.* peccatis subdito hominis vice nasceretur, cùm vtiq; vbi apparet Deus, sanctificet: quãto magis quod corpus suum dignatus est appellare. hominis ergo. *Gemblac.* peccatis subdito nasceretur. hominis ergo.
Ibidem, *b.* quod dicenti Mariæ. *Gembl.* quod dicente Maria.
Ibidem, *c.* si effectu eius. *Gemblacen.* id est, effectu eius.
Ibidem, relatum est? Quoniam factum filij. *Gembl.* relatum est quæritur. factum filij.
Ibidem, *d.* Natus est filius Deo. *Gembl.* natus est filius Dei.
Ibidem, non factus Deo. *Gembl.* non factus Dei.
PAG. 439. *col.* 2. *c.* quæ cœpit in sabbatum. *Gembl.* quæ cadit in sabbatum.
PAG. 440. *col.* 1. *a.* esse qui per legem fuerat. *Gembl.* esse sed qui per legem fuerat.
PAG. 441. *col.* 2. *c.* neque inclinaretur. *Carth.* neque humiliaretur.
PAG. 442. *col.* 1. *a.* non erit fortè verum, quod dicit. *Gemblac.* non erit verum? fortè quod dicit.
Ibidem, & qui fuerit. *Gembl.* & quis fuerit.
Ibid. quod promissum est redditum. *Gembl.* quod promissum est redditum est.
Ibidem, *col.* 2. *c.* imperfectè laudant eum. *Gembl.* laudant eum.
PAG. 443. *col.* 1. *c.* abolescere cœpisset. *Gemblacen.* obsolescere cœpisset.
PAG. 444. *col.* 2. *a.* adiecit mendax est. *Gemblac.* adiecit quia mendax est.
PAG. 445. *col.* 1. *b.* non dicam & vnicum. *Gembl.* non dicam & verum.
Ibidem, *col.* 2. *a.* legis vestræ sapientia est. *Gemblac.* legis nostræ sapientia est.
PAG. 446. *col.* 2. *a.* vero testimonio roborari. *Gembl.* veteri testimonio roborari.
PAG. 448. *col.* 1. *a.* quod faciat Deum verum. *Gemblac.* quod faciat Deus.
PAG. 449. *col.* 1. *c.* quid sic ostenditur, *Gemblac.* quid sit quid ostenditur.

QVÆSTIONES EX VTROQVE
MIXTIM.

PAG. 449. *col.* 2. *b.* hac enim Iudæi apprehensi. *Gembl.* hanc enim Iudæi apprehendentes.
Ibid. & in dubiũ venit. *Gembl.* & quod tẽtatur in dubiũ venit.
PAG. 450. *col.* 2. *b.* fateor facti eorũ esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur, *Gembl.* fateor factum verum esse. Quasi officialis enim ab episcopo mittitur.
Ibid.d. data est lex, quia iustum fuit vindictã in primordiis suis cum seueritate exerceri. *Gembl.* data lex, quia iustitiã habuit, ad vindictam in primordiis suis seueritatem exercuit.
PAG. 454. *col.* 1. *d.* & aliis præstare debemus. Si in Euangelio Lucæ Dominus nuncians bellum Iudaicum aduersum se futurum dixit discipulis suis, vt gladios sibi pararẽt: quomodo postquam inceptum esset bellum duce Scariote, & videns Petrus apostolus insurgentes hostes, protulit gladiũ, & amputauit auriculam serui sacerdotum, Dominus idem vetuit? Sciẽs Dominus. *Gembl.* & aliis præstare debemus. Sciens Dominus.
PAG. 455. *col.* 1. *d.* coæternæ fortè putarentur. *Gembl.* æternæ fortè putarentur.
PAG. 457. *col.* 2. *a.* anterior est enim Heber quàm Abraham. Quod si esset verũ, deberent hi, qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem nomine nuncupari: ab Heber enim septima generatione natus est Abraham. Si ergo super, &c. *Gembl.* anterior est enim Heber quàm Abraham. Si ergo super, &c.
PAG. 471. *col.* 2. *a.* De principio. Quid sit principium, cùm dicitur Ioannis primo, In principio erat verbum. & Genesis primo, In principio fecit Deus cælum & terram. In principio erat verbum. MS. De principio. In principio erat verbum.

LIBER DE VERA ET FALSA
POENITENTIA.
Correctus ad 2. manusc. exemplaria. Carth. & Mart.

PAG. 511. *col.* 1. *b.* omnis authoritas declarat. 2. MS. omnis authoritas clamat.
Ibid. omnis bonorum vita. 2. MS. omnis beatorum vita.
Ibid.c. tantum dilexit. 2. MS. tantum tenerè dilexit.
Ibid. impugnamus errorem, 2. MS. impugnamus errores.
Ibidem, *d.* non sterilem, sed dignè. *Mar.* non sterilem esse sed dignè.
Ibid.col. 2. *b.* superabundauit ibi & gratia. 2. MS. superabundauit & gratia.
PAG. 512. *col.* 1. *a.* Corinthium reuocat post baptismum. *Mar.* Corinthium & excommunicatum & post baptismum.
Ibidem, *b.* quia arrhatum ex fide. 2. MS. quia ex fide.
Ibidem, *d.* cõcedit soli baptismo. 2. *manuscripta*, concedit nõ baptizato.
Ibid.col. 2. *b.* vt semel peccantibus. 2. MS. & si semel peccantibus.
Ibidem, *d.* memor est sui qui dicit. 2. MS. memor est sui qui promisit.
Ibidem, Nam qui inuocauerit. 2. MS. Nam quicunque inuocauerit.
PAG. 513. *col.* 1. *a.* non enim inquirit quod. *Carth.* non enim inquirit quid.
Ibid. Scimus enim. 2. MS. Sentiens enim.
Ibid.b. quod pœnitens velit. *Mar.* quod pœnitens debeat.
Ibidem, sed ideo considerandum est. *Carth.* sed hoc considerãdũ est.
Ibidem, *c.* & de Deo confidunt. *Mart.* & de bono Deo conf.
Ibidem. putant enim Christianos. 2. MS. putant enim omnes Christianos.
Ibid. paucorum tamen electio. 2. MS. paucorum tamen est electio.
Ibid.col. 2. *a.* Sine pœnitentia nihil. 2. MS. Sine pœnitentia nulli.
Ibid.b. si semper deplorantur. 2. *manuscripta*, sicut semper deplorantur.
Ibid.c. tam multipliciter pati sustinuit, vt eum mereretur habere filium, cum quo dignaretur. 2. MS. tam multiplicia pati sustinuit, vt mereretur filium, cum quo dignatur.
Ibid. Quicquid alio modo. 2. MS. Quicquid aliquo modo.
Ibid.d. quia talem eum. 2. MS. quia tale eum.
Ibid. Ista continua & assidua. 2. MS. Ista assidua.
Ibidem, restaurentur compũctione. 2. MS. restaurentur iubilatione.

PAG. 514. *col.* 1. *a.* in corruptibili materia, 2. MS. in corruptibili vita.
Ibidem, *c.* quando agitur de pœna, 2. MS. quando operantur pœnam.
Ibidem, *d.* nisi de omnibus sanati, *Martin.* nisi de omnibus liberari,
Ibid.col. 2. *a.* qui crimen reseruat. 2. MS. qui vnum crimen reseruat.
Ibid.b. peccanti peccata dimittere, 2. MS. pœnitenti peccata dimittere.
Ibid.c. quos ligatis & soluitis, 2. MS. quos ligatis & soluitis super terram.
Ibidem, *d.* prohibetur ad sacerdotes, 2. *manuscr.* prohibentur ad sacerdotes.
PAG. 515. *col.* 1. *a.* supplicans pro fratre, 2. *manuscr.* supplicantes pro fratre.
Ibid. vnicum filium, 2. MS. vnicum filium suum.
Ibid. Si nimis perseuerauerit. 2. *manuscr.* Si minus perseu.
Ibid. miretur ecclesia, 2. MS. imitetur ecclesia.
Ibid.b. qui Chananæam improbam. 2. *manusc.* qui Chananæam tam improbam.
Ibid.c. se vineam impetraturam non præsumeret, 2. MS. se vineã non præsumeret.
Ibid. stare non posse, 2. MS. satisfacere non posse.
Ibid. non enim est parum cui. 2. *manusc.* non enim paruum cum.
Ibid. poterit pœnitere, 2. MS. poterit dignè pœnitere.
Ibidem, *col.* 2. *a.* oratione constituto, 2. *manuscripta*, orationi constituto.
Ibid.c. ex contaminatione, 2. MS. excommunicatione.
Ibidem, *d.* non sunt administranda, 2. *manuscripta*, non sunt administrata.
PAG. 516. *col.* 1. *a.* Cautus sit ne verecundia, 2. MS. Cautus sit pœnitens ne verecundia.
Ibid. vbi magis terribilis sententia peccãtes separabit, 2. MS. vbi magis & terribilius impœnitentes separabit.
Ibidem, *b.* grauiores expostulat, 2. *manuscrip.* grauiores expostulat fructus.
Ibid. sentiat culpam, nec velit excusare. 2. MS. sentiat culpam suã nec velit se excusare.
Ibidem, cur me constituisti furem, 2. *manuscr.* cùm me constituit furem.
Ibid. Fragilitas enim vi cogit, vt voluntas committat, 2. MS. Fragilitas enim non voluntas cogit committere.
Ibid.c. opus est iustitiæ, vt habeant, 2. MS. opus est iustitiæ, non misericordiæ vt habeant.
Ibid. non deberet qui totus est iustitiæ remunerare, 2. MS. vnde deberet qui totus est iustitia eum remunerare?
Ibid.d. quia fugimus gratiam, 2. MS. quia fugamus gratiam.
Ibid. sic creare, 2. MS. sic firmare.
Ibid.col. 2. *a.* Si enim formaret hominem, 2. MS. Si enim firmaret hominem.
Ibidem, cuius ius tueri oportet, 2. *manuscr.* & ius cuiusque tueri oportet.
Ibid. quæ nunquam defuit, *Mart.* quæ nunquam deficit.
Ibid.a.b. & sanctos omnes beatos, 2. *manuscr.* & omnes spiritus beatos.
Ibid.b. quem dilexit Inspirationem. 2. *manuscr.* quem direxit vt inspirationem.
Ibid. quam ipsa relinquat ea, 2. MS. quam ipse relinquat ea.
Ibid.c. Oportet enim vt pœnitentia fructificet, ad hoc vt mortuo, 2. *manuscr.* Oportet enim peccatorem vt in pœnitentia fructificet vt mortuo.
Ibid.d. sed ad bonum Domini, 2. MS. sed ad bonum Deum.
Ibid. ad morem protrahere. 2. MS. ad mortem protrahere.
PAG. 517. *col.* 1. *a.* vitam viuat, 2. *manusc.* vita viuat.
Ibid.b. commisisse dolet. Supradictis itaque, 2. *manus.* commisisse dolet. Pœnitentia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Supradictis itaque.
Ibid.c. damnosum repererit. *Mart.* damnosum reprehenderit.
Ibid. Animaduertat quod qui, 2. *manuscr.* Animaduertat quod dicitur, Qui.
Ibid.col. 2. *a.* & alios alligant, *Martin.* & deinde alios all.
Ibid. quod in aliis timuerunt, 2. MS. quod sacerdotes Iudæorũ timuerunt.
Ibid.b. & quasi ausum peccandi, 2. MS. & quasi vsum peccandi.
Ibid.c. hæc scribimus tibi, hæc scripsimus tibi.
Ibid. prerogamen contulit. 2. MS. prærogatiuam contulit.
Ibid. & in ipso stabilitatis, *Mart.* & in ipso stabilitatem.

CASTIGATIONVM QVARTI TOMI

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA